D. AVGVSTINI



TOMVS SEPTIMVS

L.11.9

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM,

Tomus Septimus.

Continens reliquam partem τῶν πολεμικῶν, id est pugnas aduersus hæreses Donatistarum, & Pelagianorum.

In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut à catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recèns impressus, recognitus, & emendatus.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, Apud Damianum Zenarum.

M D LXXXIIII.

Patrum Camaldulensium Eremi ... ab Ugreno emptus a Conventu ... Patrum Praedicatorum Ao 1687 et catalogo hujus Eremi inscriptus Ao 1688.

CATALOGVS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Contra partem Donati, Psalmus.

A *Hypo-psalma ad singulas particulas huius psal.*

OMnes qui gaudetis de pace, modo verum iudicate. Abundantia peccatorũ solet fratres conturbare. Propter hoc dñs noster voluit nos præmonere, cõparans regnum cœlorum reticulo misso in mare. Cõgregauit multos pisces, & oẽs gen⁹ hinc & inde, Ques cum traxissent ad litus, tunc cœperunt separare, Bonos in vasa miserũt, reliquos malos in mare, Quisquis recolit Euangelicum, recognoscat cum timore. Videt reticulum Ecclesiam, videt hoc seculũ mare. Genus autem mixtum, piscis iustus est cum peccatore. Seculi finis est litus, tunc est tempus separare: Qui modo retia ruperunt, multum dilexerũt mare. Vasa sunt sedes sanctorum, quo non pñt mali ꝑuenire. Repetitio, Omnes q gaudetis, vt supra. Bonus auditor fortasse quærit, qui ruperunt rete? Homines multum superbi, qui iustos se dicunt esse. Sic fecerunt scissuram, & altare contra altare. Diabolo tradiderunt, cum pu-

B

gnant de traditione. Et crimen, quod commiserunt, in alios volunt transfere. Ipsi tradiderunt libros, & nos audent accusare. Vt peius committant scelus quam commiserũt & ante, Quod possent causam librorum excusare de timore. Quod Petrus Christum negauit, dum terretur de morte. Modo quo pacto excusabunt factum altare contra altare. Et pace Christi conscissa spem ponunt in homine? Quod persecutor non fecit ipsi fecerunt in pace. Repetitio. Omne qui gaudetis, &c. Custos noster deus magne, tu nos potes liberare à pseudo ꝓphetis istis, qui nos quærunt deuorare. Maledictum cor lupinum cõtegunt ouina pelle. Nomen iusti ouina pellis, schisma est in lupino corde. Qui nouerunt scriptura, hos solent circumuenire. Audiunt enim traditores, & nesciunt quid gestum est ante. Quibus si dicam probate, nõ habent quid respondere. Suis se dicunt credidisse, dico ego mentitos esse. Quia & nos credimus nostris, qui eos dicunt tradidisse.

Mat. 26.

C

Vis nosse qui dicant falsum, qui non sunt in vnitate? Olim iã causa finita est, ꝙ vos non statis in pace. Repetitio. Oẽs qui gaudetis, &c. Dixerunt maiores nostri, & libros fecerũt inde. Qui tũc causam cognouerunt, qđ recens, possent probare.

Erant qdã traditores librorũ de sancta lege. Epi đ Numidia, & nõ qlibet đ plebe. Cũ Carthaginẽ venissent Epm ordinare, inuenerũt Cęcilianum iam ordinatum in sua sede. Irati sunt, quia ipsi non potuerunt ordinare. Erant Botrus & Cęlestius hostes Cęciliano valde. Impij, fures, superbi, de quibus lõgum est referre. Iunxerunt se simul omnes crimẽ in illũ cõflare. Dicunt ordinatorem eius sanctos libros tradidisse. Sic pacis retia ruperunt, & errant modo per mare.

Repetitio. Oẽs qui gaudetis, &c. Ecce q̃ bonũ & iocundũ frẽs in vnũ habitare. Audite vocẽ Prophetę, vt sitis in vnitate. Crimẽ nobis quis probauit antiquum de traditione? Quis obiecit in iudicio, qui sederũt iudicare? Quibus testibus conuicit quis ausus est affirmare. Sed hoc libẽter finxerũt qđ se nouerãt fecisse. Quia fama iã loquebatur de librorũ traditione. Sed qui fecerant latebant in illa perditione. Inde alios infamauerunt, vt seipsos possent celare. Per illos cæteri errauerunt, princeps ex ipsa parte. Quia non credere collegis putauerunt turpe. Iã frẽs, finitur error, & simus in unitate. Repetitio. Oẽs q gaudetis, &c. Fecerunt ꝙ voluerũt, tũc illa cęcitate. Nõ iudices cõsederũt, nõ sacerdotes de more, Qđ solẽt in magnis causis cõgregati iudicare. Non accusator & reus steterũt in qõne. Non testes, non documentũ, quo possent crimen probare. Sed furor, dolus, tumultus, qui regnant in falsitate. Pręferantut nobis gesta, quæ in cõsilio solẽt esse.

D

Videamus quæ res coegit fieri altare contra altare. Si malus erat sacerdos, deponẽdus erat ante. Si non poterat deponi, tolerandus intra rete, Sicut mõ toleratis tã multos malos aperte. Et qui fertis pro furore, ferretis vnũ

pro pace.Repetitio.Omnes q gaudetis,&c. Gaudium magnum esset,nobis,si tunc nolletis errare.Si tunc non visum est,verũ, vel nunc expertum videte. Multos nũc habetis prauos,qui vobis displicent valde, Nec tamẽ hoc separatis a vestra communione.Nõ dico de illis peccatis quæ potestis & negare.Fustes, ignes mortis dico, quæ committunt vestri in luce.Et tamẽ suffertis illos vel errore vel timore. Quantum erat,ferrent vnum patres vestri pro vnitate.Si tantus erat tumultus,vt non possent degradare. Addo quòd innocens erat,& nihil poterant probare.Sed ne crimen quæreretur vbi se videbat esse,Finxerunt se nimis iustos, cum totum vellent perturbare. Repetitio. Omnes qui gaudetis,&c.Honores vanos qui quærit,nõ vult cũ Christo regnare.Sicut princeps huius mali,de cuius vocantur parte.Nam Donatus cum volebat Aphricam totam obtinere,Tunc iudices transmarinos petijt ab imperatore.Sed hæc tam iniusta petitio non erat de charitate. Hoc ipsa veritas clamat, q̃ volo modo referre.Nam consentit imperator,misit qui sederent Romæ Sacerdotes, q tunc possent Cæcilianum cum illo audire. Dicta causa est nihil probatum est,ausus est & appellare,Et post collegarum sedem, audiri ab imperatore. Hic petitio illa probatur,non esse de charitate.Deinde vbique victus,cœpit Christianos rebaptizare. Repetitio.Omnes qui gaudetis, &c.Iustitiam seq si vultis,totam causam cogitare. Quod postea fecit,factum quare non est ante?Dissentiebat sacerdotes ĩ tota Aphricana parte. Sacerdotes transmarini possent inde iudicare. Quid curritis ad schisma,& altare?Vt quod postea iudicatum est,iam non possetis audire.Et a iudicibus vestris cogeremini appellare, Dum vultis erroris regnum quoquo modo confirmare.Et nunc & vos totum nościtis,sed fingitis vos nescire.Et cum vos veritas vrget, & patres dicitis errasse, Quasi vos aliquis vetet iã recedere ab errore, Sed superbia vos ligauit,in cathedra pestilentię. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.Charitatem Christi qui habet, pacem nõn potest odisse.Vel uos iam populi audite,& nobiscum recordate. Qui non tenetis cathedrã,pro qua pugnetis iniuste.Si modo Episcopi vestri ex vna aliqua regione, haberent inter se litem,quam velletis iudicare:Nisi alterarum regionum, quoniam non essent de ipsa lite.Sed cum discussissent causam,pronunciarent pro vna parte:Nunquam cõmunicaretis,qui illis nollent consentire. Nam & ipsi nõ consenserunt trãsmatinorum sententiæ,Qui pro nobis iudicarunt, nam nobis iunguntur hodie. Si iudex Christus hoc dicat, quid habetis respondere? Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Lumen cordis si est in vobis,verum potestis videre.Sũt preces Donati & acta,quibus quod dictum est probate.Quæ si credere non vultis, vos huc aliqua proferte, Quibus & si nos non credimus,erit rixa sine fine. Amplectamur ergo pacem Christi,quid ad nos quod gestum est ante? Obijcitis traditionem? respondemus vos fecisse.Clamatis vos de Macario:& nos de Circõcellione. Illud nostrum iam transactum,vestri non cessant vsque hodie.Habeat paleas area vestra, vos hoc solum vultis esse.Vos enim non vultis pacem:illi minantur de fuste.Et vtinam minarẽtur, & nõ puderet quotidie.Hos si expellũt isti, vestri non habent,per quos regnare possunt.Repetitio. Omnes qui gaudetis. &c. Modum si excesit Macarius conscriptum in Christiana lege,Vel legem regis referebat,vt pugnaret pro vnitate. Nam dico istum nihil peccasse,sed vestros peiores esse.

Quis enim præcepit illis, per Aphricam se sæuire?Non Christus,non imperator hęc probatur permisisse. Fustes & ignes priuatos,& insania sine lege.Quia scriptum est, Reconde gladium,scelus non putant in fuste.Non vt homo moriatur, sed vt conquassent valde,Et postea moriatur,inde iam cruciatus languore. Sed tamen si miserẽtur occidunt,& vno fuste.Fustes Israeles uocant, quod dixerunt cum honore. Et plus vastent ipsum nomẽ quam corpus quod cædũt inde.Repetitio.Omnes qui gaudetis,&c.Nolite nobis iam fratres tempus Macarij imputare.Si crudeles erant illi, & nobis displicẽt valde.Si autem falsa de illis dicunt, deus potest iudicare.Nos amemus potestatem Christi, gaudeamus in vnitate. Si qui mali sunt in Ecclesia, nihil nobis possunt nocere. Si nõ possunt nobiscum esse,excludãtur salua pace.

Matt. 26

pace. Si non potuerunt excludi, excludantur uel de corde. Dixit Ezechiel sanctus quosdam consignatos esse, Qui gemunt peccata fratrum, & non se separant inde. Sic nos propter malos fratres, non separemur a matre. Quod tunc impii fecerunt, extra leuantes altare. Vt peiores nunc haberent, quam quod se fingunt fuisse. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Omnis qui scripturas legit, nouit quod uolo aperire. Ioan. Baptista dixit tunc ad Iudæos aperte, Quod illos tanquam aream suam Christus posset ventilare. Misit in messem operarios discipulos prædicare: Per quos area collecta est, & ventilata de cruce. Tunc iusti tanquam frumentum Ecclesias impleuerũt caste, Vendẽtes quæ possidebant, & mundo dicentes vale. Illi tanquam semẽ erant, quod toto dispersum est orbe, Vt alia surgeret messis, quę vẽtilanda est in fine. Hęc crescit inter zizania, quia sunt hęreses vbique. Huius palea sunt iniusti, qui non sunt in unitate, Ex quibus si erat Macarius, nos quid vis rebaptizare? Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Pone in corde areas duas, ut possis quod dico in corde uidere. Certe & priores habebãt sanctos, sicut ostendunt scripturæ. Nam & septẽ milia uirorum Deus se dixit reliquisse. Et sacerdotes & reges, multi iusti sunt in lege. Ibi habes tantos Prophetas, habes multos & de plebe. Dic mihi quis tunc iustorum separauit sibi altare? Multa scelera admittebat iniquus populus ille. Idolis sacrificatũ est, occisi sunt Prophetæ, Et nemo tñ iustorũ recessit ab unitate. Iusti iniustos sufferebant, uenturo uentilatore. Vno templo miscebantur, sed mixti non erant corde. Dicebant in illos tanta, & unum habebant altare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Quid uobis ad hæc uidetur, secunda messis Ecclesiæ, Quæ per totum orbem crescit, plura debet sustinere? Habet. n. Domini exemplum, & in Iuda traditore. Hunc inter bonos ferebat, hunc misit & prędicare. Malus seruus prędicabat, sed Christus erat in fide. Quia qui iudici credebant, non curabant de præcone. Quando dedit sanctam cœnam, nec tũc illum exclusit inde: Et posset per illũ tradi, etiam si inde exisset antè. Sed nobis exemplum datũ est, malos fratres tolerare, Vt quando non possunt excludi, solo separentur corde. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Rogo te respõdere nobis, quid uultis rebaptizare? Lapsos sacerdotes vestros pellitis a communione. Et nemo tamen post illos ausus est rebaptizare. Et quoscunq; baptizarunt, uobis communicant hodie. Quid ab eis acceperunt, si non habebant quid dare? Legite quõ adulteri puniantur in sancta lege. Nõ. n. dicere possunt, ꝙ peccarunt a timore. Si sancti soli baptizant, post illos rebaptizate. Quid calumniamini nobis, quia sumus in unitate? Qui nondum eramus nati in illa persecutione. Scriptum est, Peccata patrum ad filios non pertinere. Sed nemo dat fructum bonum, si pręcisus est de uite. Repetitio. Omnes, qui gaudetis, &c. Scitis catholica quid sit, & q̃d sit præcisum à vite. Si qui sunt inter uos cauti, ueniant, uiuant in radice. Antequã nimis arescant, iã liberentur ab igne. Ideo non rebaptizamus, ꝙ vnum signum est in fide. Nõ quia uos sanctos uidemus, sed solam formã tenere. Quia ipsam formam habet sarmẽtũ, quod præcisum est de uite. Sed quid illi prodest forma, si non uiuit de radice? Venite fratres, si uultis ut inseramini in uite. Dolor est cum uos uidemus pręcisos ita iacere. Numerate sacerdotes, uel ab ipsa Petri sede, Et in ordine illo patrum, quis cui successit uidete. Ipsa est petra, quam non uincunt superbę inferorũ portæ. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Talis si quis adueniat, plenus catholica fide, Quales illos sanctos uiros oẽs solemus audire. Et si tibi dicat, frater, quid me uis rebaptizare? Quid si antè factum nescio, nunc aũt sum in Christi fide. Si me maculat quod nescio, tu qualis sis nunc ostende. Vultus tuos ecce attendo, ignoro quid sit in corde. Si me maculat quod nescio, tu me maculas fortasse. Et si credo esse sanctũ, quibus communicas uide. Si maculat quod nescimus, iam non potes sanctus esse, Quẽ maculant tot peccata, quæ committunt uestri occulte. Si aũt quod nescis nõ curas, nec ego quod factũ est antè. Et tñ Christianum tale audes rebaptizare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Væ qui pro cathedris uestris sic contenditis iniuste, Clamatis vos solos sanctos, aliud dicitis in corde. Quia uidetis & uos multos malos abundare ubique. Nun-

Ezec. 9. — I — Matt. 3. — Matt. 9. — 3. Regu. 19. — Rom. 11 — K — L — M

Nunquid dicere poteſtis, mixti ſumus intra rete? Reſpondetur.n. vobis, iam vos illud di ripuiſſe. Neq; dicere poteſtis, paleas uos ſuſtinere. Iterum reſpondemus, hoc feciſſetis & ante. Non.n. peiores erant illo Iuda traditore. Cum quo Apoſtoli acceperunt primũ ſacramentum cœnæ. Cum tanti ſceleris reũ inter ſe iam ſcirent eſſe, Nec tñ hos inquinabant ſordes in alieno corde. Et tñ Chriſtianos fratres audetis rebaptizare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Audite fratres quod dico, & mihi iraſci nolite, Quia non ſunt falſa quæ auditis, poteſtis & conſiderare. Quid ſi ipſa nũc Eccleſia vos alloquatur cum pacẽ, Et dicat, O filii mei quid querimini de matre? Quare me deſeruiſtis, iam uolo a uobis audire? Accuſatis fratres veſtros, & ego laceror valde. Qñ me premebant gentes, multa tuli cum dolore. Multi me deſeruerũt, ſed fecerunt in timore. Vos uero nullus coegit ſic contra me rebellare. Dicitis mecum uos eſſe, ſed falſum uidetis eſſe. Ego catholica dicor, & uos de Donati parte. Iuſſit me Apoſtolus pro regibus mundi orare: Vos inuidetis ꝙ reges iam ſunt in Chriſtiana fide. Si filii eſtis, quid inuidetis, quia auditæ ſunt preces meæ? Quando.n. dona remiſerunt, noluiſtis acceptare. Et obliti eſtis Prophetas, qui illud prædixerunt ante. Et gentiũ reges magni miſſuri eſſent dona Eccleſiæ. Quę dona cum reſpuiſtis, oſtendiſtis uos nõ eſſe. Et Macarium coegiſtis ſuum dolorem uindicare. Sed ego q̃d uobis feci, ueſtra mater in toto orbe? Expello malos quos poſſũ, quos non poſſum cogor ferre. Fero illos donec ſanentur aut ſeparentur in fine. Vos me quare dimiſiſtis, & crucior de ueſtra morte? Si multum malos odiſtis, quales habetis videte. Si & uos toleratis malos, quare non in unitate? Vbi nemo rebaptizat, nec altare contra altare. Malos tãtos toleratis, ſed nulla bona mercede, Quia quod debetis pro Chriſto, pro Donato vultis ferre. Cantamus uobis fratres pacem, ſi uultis audire. Venturus eſt iudex noſter, nos damus, exigit ille.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Epiſtolam Parmeniani,

LIBER PRIMVS.

Cap. I.

MVlta quidẽ & alia aduerſus Donatiſtas ꝓ viribus, quas dñs præbet, partim ſcribendo, partim etiam tractando diſſerui. nunc autem quoniam incidit in manus noſtras Parmeniani quõdã Epiſcopi eorũ quędã Epiſtola, quæ ſcribitur ad Ticoniũ, hominem quidem & acri ingenio præditum, & vberi eloquio, ſed tñ Donatiſtam, cum eum arbitrarẽt in hoc errare, quod ille uerũ coactus eſt confiteri, placuit petentibus, immo iubẽtib. fratribus, ut huic eidẽ Parmeniani Epiſtolæ reſponderem, ꝑꝑ quædã maxime quæ de ſcripturis teſtimonia non ſicut accipienda ſunt, accipit. Ticonius.n omnib. ſanctarum paginarum uocib. circũtuſus euigilauit, & uidit Eccleſiã dei toto orbe diffuſã, ſicut de illo tanto ante ꝑ corda & ora ſanctorũ præuiſum atq; p̄dictũ eſt. Quo ꝑcepto ſuſcepit aduerſus ipſos ſuos demõſtrare & aſſerere, nullius hoĩs quamuis ſceleratũ & immane pctm̃ præſcribere ꝓmiſſis dei, nec id agere quorũlibet intra Eccleſiã cõſtitutorũ quãlibet impietatẽ, ut fides dei de eccleſia futura & diffundenda vſq; ad terminos orbis terræ, quæ in promiſſis patrũ retẽta & nunc exhibita eſt euacuarẽt. Hoc ergo Ticonius cũ uehementer copioſeq; diſſereret, & ora cõtradicẽtiũ multis & magnis ac manifeſtis ſanctarum ſcripturarũ teſtimoniis oppilaret, non uidit quod cõſequenter uidendum fuit, illos uidelicet in Aphrica Chriſtianos pertinere ad Eccleſiam toto orbe diffuſam, qui utiq; non iſtis ab eiuſdẽ orbis cõmunione atq; vnitate ſeiunctis, ſed ipſi orbi terrarũ per cõmunionem connecterentur. Parmenianus aũt cæteriq; Donatiſtæ uiderunt hoc eſſe conſequens, & maluerũt ſuſcipere obſtinatiſsimũ animũ aduerſus apertiſsimã veritatem quam Ticonius aſſerebat, q̃ ea cõceſſa ſuperari ab Aphricanis Eccleſijs, q̃ illius unitatis quã Ticonius aſſerebat cõmuniõe gauderent,

De iſto Ticonio vide li. 3 de doctrina Chriſtiana. c. 30.

deret, unde se isti separassent. Et Parmenianus quidē primo eū per epistolam uelut corrigēdum putauit, postea uero ex cōcilio eorū perhibet dānatum. Epistolæ itaq; Parmeniani, quā scripsit ad Ticoniū, reprehendens eū, ꝙ ecclesiam prędicaret toto orbe diffusam, & admonēs ne facere auderet, hoc ope statuimus rńdere. Illud itaq; primū uideamus, quale sit, ꝙ Gallos & Hispanos & Italos eorū socios, quos utiq; totū orbem uult intelligi, traditoribus Aphricanis cōmercio scelerū & societate criminū dicit esse consimiles. Homini.n.de scripturis sanctis proferenti tā multa & tā ingentia documēta, Ipse sine documentis loquitur, & uult nihil probans credi sibi, inuitans eū uidelicet ad imitatiouem sui, q̄a & ipse quibusdā coepiscopis suis contra tot ecclesias per tantā latitudinem terrarum oīum constitutas, non nisi loquentibus credidit. Qua credulitate quid magis temerarium reperiri pōt? Dicit.n.legatione functos quosdā, sicut ipse asserit, fidelissimos testes ad easdem uenisse prouincias, deinde geminato aduentu sanctissimorū, sicut ipse dicit, Dn̄i sacerdotum, dilucide plenius ac uerius publicata esse q̄ obiiciunt, hō putans sibi magis credi deberi quā deo. Profert Ticonius diuini Testamēti tonitrua, qđ factū est in promissione Abrahę, Isaac, & Iacob, quorū se deum testat̄ dicens, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Iacob, hoc nomē est mihi in æternum. Et iste opponit narrationes consacerdotum suorū. Quid dictum est ad Abrahā: In semine tuo benedicent̄ oēs gētes? Quid dictum est ad Isaac: In semine tuo benedicentur oēs gentes terræ, pro eo ꝙ audiuit Abraham pr̄ tuus uocē meam. Quid dictum est ad Iacob: Ego sum Deus Abrahæ patris tui, & Deus Isaac, ne timeas, Terrā.n.supra quam dormis, tibi dabo & semini tuo, erit semen tuū sicut arena maris, & replebit in mare & in Aphricum & in Aquilonē & in Orientē, & benedicent̄ in te oēs tribus terræ in semine tuo? Ne autem de Iudæis dictum putent, q̄d sit semē Abrahę, in quo dictum est, benedicendas oēs gentes, exponit Aposto. Abrahæ, inquit, dictæ sunt promissiones & semini eius, nō dicit, & seminibus, tanq̄ in multis, sed tanq̄ in uno, & semini tuo qui est Christus. In Christo ergo

Intentio Augustini in his tribus libris. *Cap. 2.* E *Allegatio Ticonij contra Donatistas.* *Exod. 3.* *Gen. 12. & 22. & 26. & 28.* *Galat. 3.* F

oēs gentes benedictionē habituras, tanta authoritate promissum est, tāta exhibitum ueritate, & cōtradicunt qui se Christianos dici uolūt? Et contra hoc q̄d opponunt? Legatione ait functi quidā fidelissimi testes ad easdē prouincias uenerunt, de ingeminato aduentu sanctissimorum Dn̄i sacerdotū, dilucide, plenius, ac uerius esse publicatū. Quid quęso te, q̄d per istos fideles testes quos, uultis Deo esse fideliores, quid publicatum est? An quia per Aphros traditores semen Abrahæ, quod est Christus, non est permissum peruenire usq; ad oēs, & ibi exaruit quo peruenetat? Dicite iam magis collegis uestris credendum esse quam testō dei. Et hoc dicentes ipsum testīm uos a flāma cōseruasse gloriamini, quod lingua delere conamini. Sed eligat quisq; qđ placet, & si contra cęlestia fulgura mendacij terreni fumus aliquid præualet dimisso cęlo euanescat in uētos. Si.n. Parmenianus cathedræ suæ non faueret, magis eligeret scripturę dei credere quā collegis suis. Deus.n.dicit ad Iacob, Nō relinquā me donec faciā quæ locutus sum tecum. Istos aūt multo est utiq; credibilius, quia iam iusto iudicio fuerūt improbati ad sociādā cōionem in illis partibus, ubi iā deus complebat, qđ promiserat patribus, non esse admissos, & ꝓpea de sanctis sacerdotibus Dei, a quibus recipi non meruerant iactasse talia, quibus infirmos aīos deceptarum a se plebium falsis rumoribus agitarent, & temere credulas mentes superbia sui noīs irretitas, ab orbis terrarū pace dirūperent. Quid hac stultitia, immò uero dementia reperitur insanius? In tot gētibus orbis terrarum & ex magna parte cōpleuit deus, & adhuc cōplet, donec ad oēs oīno ueniat, qđ promisit qui dixit, Non relinquam te donec faciā, quæ locutus sum tecum. Et isti iam credunt nunciantibus nō impleri, quæ promisit Deus, & ideo ex partibus terrarum, in quib. iam impletum erat perisse Abrahæ semen, quod est Christus, & euacuatas promissiones Dei, quia ipsi non sunt admissi ad eorum communionē, apud quos hoc iam retinebat orbis impletum, & non eis dicitur, solus deus uerax, oīs autem homo mendax. De uestro ista dicitis, Quia qui loquitur mendacium, de suo loquit̄: uos aūt sicut homines mentimini, quia sicut ho

G *Gen. 28.* H *Ps. 115.* *Ioan. 8.*

mines irascimini. Non eis hoc dr̃, sed insu p creditur eis, de orbe terrarũ, quem possidere iam cœperat perisse Christum. Et q̃a hoc cre dunt, cum impudenter dicãt, Christiani sumus, audent dicere, nos soli sumus. Dicit etiam Parmenianus, hinc probari consceleratum fuisse orbẽ terrarũ criminibus traditionis, & aliorũ sacrilegiorum: q̃a cũ multa talia fuerint tpe persecutionis admissa, nulla ppea facta est in ipsis prouincijs separatio populorũ. Quasi fieri nõ potuerit, vt partim latuerint mali, neq; fuerint accusati, ut possent sine ulla temeritate dãnari: partim ẽt fuerint proditi atq; dãnati. Et q̃a reb. manifestis non arguebant: ab ecclesijs perturbandis diuidẽdisq; cessauerint: atq; ita factũ sit, ut cum quidã non accusarentur, quędam vero incerta crimina pro certa pace deo dimitterentur: quædã aũt ita manifesta & conuicta dãnarentur, ut nullus dãnatus posset simulata innocentia decipere populos, nequaq̃ vnitatis uinculũ rumperet. Neq;.n. & in Aphrica fieret hoc tam immane præcisionis malũ, nisi magis factio falsa fingentiũ, q̃ rõ uera conuincentium præualeret. Legant qui uolunt quæ narrat, & quib. documẽtis q̃ multa persuadeat uenerabilis memoriæ Mileuitanus Eps catholicæ cõionis Optatus, siue de Lucilla pecuniosissima * tunc & factiosissima fœmina, quã pro ecclesię disciplina S. Cæcilianus adhuc Diaconus læserat: vel de cæteris factionis eius cõsortibus, siue furibus ecclesiastici argenti siue ad Epatum se non peruenisse dolentibus, & sibi prælatũ Cęcilianũ insidijs, quib. poterant insectantibus, siue de Numidis Epis, quos ista factio conuocauerat ad perniciẽ Cæciliani, ut illo deposito alter eis ordinaretur. Qui ueniẽtes cũ primate suo tunc Secundo Tigisitano, & alijs quib. traditionis cõfessa crimina Secundus ipse donauerat, ueluti paci consulẽs, sicut ecclesiastica gesta testant, absentẽ Cæcilianum sine ulla dilatione diligẽtioris inquisitionis, nullo rñsionis loco seruato, traditorem esse censuerunt: ut ei uidelicet obessent absenti traditionis crimina tm̃modo obiecta, cũ sibimetipsis p̃sentes cõfessa donauerint. Ita cõtra sedentẽ in cathedra, & cui totus orbis Christianus in trãsmarinis & lõge remotis terris, & in ipsis Aphricanis grauioribus, & aduersus eiusmodi fallacias robustioribus cõicaret ecclesijs, Epm alterũ ordinauerũt, ut possent pro suo facto cõtradicere promissionibus dei, ne in semine Abrahę benedicerẽtur oẽs gẽtes, ut eas ẽt partes orbis terrarũ a traditoribus Aphris inquinatas dicerẽt, q̃ nec Cęciliani nomẽ audissent. Insuper ẽt cõtra orbẽ terrarũ dicentẽ, qd̃ ciuib9 tuis obijcis, nec cognoscere potui, nec dãnare incognitũ debui. Aut certe quo se hr̃et eius uita: quã tñ isti de nullo crimine conuicerũt, ille tanq̃ innocẽs audisset, proferũt testimoniũ Apostoli dicẽtis, Nõ solũ q̃ faciũt, sed ẽt qui consentiunt facientib. Parũ ne eis fuit tot & tãtos Christianos populos dãnare inauditos, nisi ẽt cõtra Apostolũ ipsum eius quidẽ uerba, sed nõ eius intellectũ depromere auderẽt? Si.n. hoc est cõsentire malefaciẽtibus, esse cum eis in ecclesia, cõsentiebat ẽt ipse falsis fratribus, inter quos se periclitari contestabat, & quos nõ caste, sed p inuidiã sine charitate prædicãtes euãgelium, prædicare tñ permittit. Si autẽ nihil est aliud consentire male faciẽtibus, nisi mala facta eorũ approbare atq; laudare, exẽplo Apostoli orbis terrarũ nõ cõsentiret criminibus Aphrorum, ẽt si ea cognita pro pace ecclesiæ tolerarer, quẽ tñ ea cognouisse isti nõ probant, ẽt si uera fuisse probare potuissent. Frustra itaq; dicit Parmenianus dãnatos in Aphrica traditores in consortiũ dãnationis acceptos a prouincijs trãsmarinis. Hoc.n. est qd̃ credere nõ debemus, ne temeritate sacrilega totum orbẽ terrarũ in Christi unitate fundatũ, ex istorũ falsa criminatione dãnemus, potius q̃ ex uera Dei promissione diligamus. Quid.n. magis credẽdum est, qd̃ dixit deus, In semine tuo benedicentur oẽs gentes: an qd̃ isti dñt, In semine traditorũ Aphrorum maledicent oẽs gẽtes: ut plus ualeat qd̃ cõmisit iniquitas, q̃ quod pollicita est ueritas? Cur ergo non potius credimus, ꝙ illi qui recepti sunt in communionem a prouincijs trãsmarinis, aut innocẽtes opprimi non potuerunt a calumniatoribus, quod multis documentis probabilius persuaderi potest: aut certe cum conuinci non possent, etiã si mali fuerunt innocentes crediti, sine ulla suscipientiũ contaminatione suscepti sunt? Quid ꝙ etiam si per malos fratres, quales Apostolus

Marginalia: Cap. 3. — I — * al. pessima. — Origo totius schismatis & factionis Donati- starum. — k — L — Rom. 1. — 1. Co. 11. — Philip. 1 — Cap. 4. — Gen. 12. & 22. & 16. — M

lus in ecclesiæ unitate tolerauit, quales mar
tyr Cyprianus in epistola de lapsis gemit? Si
ergo tales fratres ẽt in iudiciũ numero con-
stitutos, actũ esse aliqua prauitate, ut tradi-
tores excludi, nec conuinci possent, & Chri
stianus orbis simulata eorũ innocẽtia falle-
retur nullo mõ suã innocẽtiam perdidisset.
Qđ.n.de Osio dñt, Corduben si quodã ca-
tholico Epo, flagitandũ est ut probẽt nõ so-
lũ talem illum fuisse qualẽ dñt, sed qđ talis
fuerit manifestũ illis fuisse, q̃bus eũ cõicasse
asserunt. Hoc.n.nisi probauerint, frustra dñt
se scisse qualis fuerit, q̃a nescientibus obesse
nõ potuit, a quib. se isti innocẽtibus separan
do, ꝑ ꝑ ipsam separationis sacrilegã iniqui-
tatem innocẽtes esse non pñt. Hoc.n. magis
credibile est, si tñ Osius ab Hispanis dãna-
tus, a Gallis est absolutus: sic fieri potuisse vt
falsis criminationibus Hispani circunuenti,
& callida insidiarum fraude decepti, & con-
tra innocẽtem ferrẽt sñiam, & postea pacifi-
ce in humilitate Christiana cederẽt sñiæ col
legarum, quibus illius innocẽtia cõprobata
est ne peruicaci & animosa ꝑuersitate prio-
res suas sñias defendendo in sacrilegiũ schis
matis, quod oĩa scelera supergreditur, cęci-
tate impietatis irruerent, sicut isti miseri fe-
cerunt, & nec sero saltẽ totiẽs diuisi atq; con
scissi sentiunt qđ fecerunt. Satis igit̃ satisq;
declarant unde insanabiles facti sunt: uide-
licet ne sñias suas, quas in absentẽ Cęcilia-
num temere protulerunt, condẽnare coge-
rent̃, etsi trãsmarino iudicio ubi a Cæcilia-
no pręsente superati sunt, cõsideratione ue-
ritatis & pacis acquiescerẽt, maiorem repor
taturi uictoriã, si animositatẽ humanã saltẽ
post iudiciũ, quasi hoiem in ipso iudicio su
perarent. Nam illa uictoria præcelsior est, &
triũpho celsiore plenior, quasi nõ solum de
hoĩe uno uicto, sed de uniuersa subiugata ci
uitate referatur, dicẽte scriptura, Melior est
qui uincit irã, q̃ qui capit ciuitatẽ. Illi ergo
hoĩem uincere cupiebãt, quos ira uincebat,
Et quia hoĩem uincere nequiuerunt, & ab
hoĩe & ira superati sunt. Ab hoĩe quia in iu
dicio uicti sunt: ab ira, q̃a nec uicti quieue-
runt, prauissimos corde uel audiẽtes, uel le-
gẽtes Apostoli sñiam dicẽtis, Si.n.q̃ destru-
xi hæc iterũ ædifico, præuaricatorem meip-
sum cõstituto. Quę uerba. s. si tã sinistro aio

Quæ incipit pax eccę. — A — B — *Prou.16*

ipse Apost. intelligeret, nec Christianus, nec
Apost. fieret, nec prædicator ædificaret eccle
sias, quas ꝑsecutor ante destruebat. Nusquã
itaq; isti se tam aperte indicarunt, cur nec su
perati corrigi uoluerunt, q̃ cũ detestatur Hi
spanos, qđ post sñias suas aliter prolatas, col
legarũ discussioni posterioriq; iudicio ces-
serunt. Quàm.n. hoc factum est de mãsuetu
dine Christiana, tam illud de contẽtione dia
bolica: & ideo non mirum, ꝙ ista humilita-
te pax custodita est, & illa elatione dirupta.
Proinde illis recte redditur qđ fecerũt, Do-
cuerũt.n. talia posteros suos. Nam & Maxi-
mianistæ nõ ob aliud in trecentorũ & de-
cẽ collegarum suorum, a q̃bus Primianus,
quẽ primo ipsi dãnauerunt, innocẽs iudica-
tus est, iudicio consedere noluerũt, nisi pro
dicta contumacia sñiam apostolicã imperi-
tis opponendo & dicẽdo, Si.n. quæ destruxi
hęc eadẽ ædifico, pręuaricatorem meipsum
constituo. Destruxerant.n. centum collegæ
Priminianum, & eum ꝑ pea cum trecentis
rursus ædificare noluerunt. Ita cũ se cauere
fingunt, ne hoĩem ędificẽt quẽ destruxerãt,
seipsos malo schismatis sacrilegi destruxe-
runt. Sed tñ si uiueret Parmenianus, non au
deret iam reprehẽdere Hispanos, & eos ap-
pellare præuaricatores, q̃a sñia sua in colle-
garum sñiam' defluxit, ne ipsi offenderent
collegas suos, qui multi Primiano iã se a dã
nato in melius correcti ad trecentorũ conci
liũ trãsierunt, magis eligẽtes cõtra suas pro-
prias uenire sñias, q̃ cõtra pacem unitatis, ẽt
in parte Donati, & maxime Prætexato Assu
ritano, & Feliciano Musticano parceret Par
menianus, qui ẽt dãnati a trecẽtis & decem
coepis suis, ad eosdẽ ipsos, a quib. dãnati fue
rãt, studio cõcordiæ redierũt, & a suis dãna-
torib. eodẽ studio sine ullo sui honoris detri
mẽto, pro pace suscepti sunt, nec quisquã re
baptizãdos putauit, qui fuerãt ab eis foris in
schismate baptizati. An forte q̃a multum di
splicẽt Parmeniano, qui corrigũt sñias suas,
& eos, non intelligẽs Apost. præuaricatores
uocat, detestaret eos, q̃a intrò redire q̃ foris
remanere maluerunt, & adiunctis sibi non-
nullis similibus socijs etiam Parmenianistas
crearet, sicut iam multa frusta de isto frusto
per totã Aphricam facta sunt. Sic sic necesse
est, ut minutatim secti cõscissiq; dispereãt,
qui

C — *Galat.2.* — D

qui tumorē animositatis suæ catholicæ pacis sanctissimo uinculo prætulerūt. Neq;.n. tam timēda sunt,quę cōminatur Parmenianus,q̄ intuenda,q̄ confitetur. Cum.n.diceret per Osium Hispanū ad introitū præstitū Ceciliano, ut ad eorum cōionem sanctorū & illibatorū numerus cogeretur,& huic impietati fidē seruorū dei integrā restitisse, ultro passus est suos ipsos adiisse Cōstantium, & arbitrio eius a iudicibus epis causam cognitā, quib.præfuit Meltiades Romanæ urbis eps. In quo iudicio sicut ecclesiastica gesta testant̄,quia uicti sunt isti,& innocēs Cecilianus inuētus est, eundē Meltiadē crimine traditionis accusant.Quod quęro qūo cognouerint.Si.n.ante iudicium,nō sibi pręiudicare debuerūt, vt apud talē causam agere inciperēt,ēt ex pręcepto imperatoris,quem ipsi adierant,tale subiere iudiciū. Si aūt post dictā causam prolatamq; sn̄iam eum traditorē didicisse perhibēt, vsqueadeo demētes sunt hoīes, ut ducentos iudices, apud quos victi sunt, victis litigatoribus credant esse postponēdos.Et tn̄ in his oībus q̄uis magna temeritate Italos,Gallos & Hispanos accusant, relictis cęteris tam multis prouincijs atq; gentibus,a quib.nefando sacrilegio separati sunt,quibus utiq; obesse non possent crimina Italorum Hispanorum atq; Gallorum,ēt si uera dicerentur:iam.n.cæteras terras cæco more,uel potius furore arguūt, & eis irascunt̄: quia cum duæ partes essent in Aphrica, vna inquiunt,traditorum,& altera innocētium, traditores sibi q̄ innocētes adiungere maluerūt. Quæ una cōminatio breuissime atq; iustissime ita refellit̄,quia cum duas partes audissent esse in Aphrica, unam traditorum,alterā innocentiū, eam innocentē esse crediderunt, q̄ causam suā apud uicinos ecclesiasticos iudices obtinuerat. Quapropter illi semꝑ innocētes manserunt,qui nescientes quemadmodum ista in Aphrica gesta sint,id tn̄ crediderunt,ꝙ pacifice ac religiose credere debuerūt,a quib.innocentibus separatio nullo mō innocēs esse potuit.

Fatetur etiam Parmenianus ad Arelatense oppidum & episcopos iudices & partes ex Aphrica conuenisse,Cæcilianum.s.atque Donatistas, vbi oīa suis credidit, qui nihil uicti potuerunt de iudicibus conqueri: nec tn̄ negat rursus eos ad Constantinū uenisse. Et quia ibi quoque ultimo iudicio superati sunt, ēt ipsum gratia corruptum esse criminatur.Quibus oībus cōsideratis,qui sine studio partium iudicat,eligat quib.credat,vtrū iudicibus sn̄ias proferentibus,an litigatoribus contra quos prolatæ sunt,litē finire nolētibus.Certe orbis terrarum iudicibus credidit.Qui aūt Donatistis consentiunt,eosq; defendunt,fatent̄ se illius ecclesiæ esse, quæ causam suā, qualiscunq; illa fuerit non potuit tn̄ in transmarinis tot disceptationibus obtinere, & eorū aduersus iudices murmura & crimina, credula uanitate suscipiunt. Qua in re si innocētes se dn̄t, & eos quos superatos scimus:quāto innocētiores sunt qui temere aliq̄d mali de ipsis iudicibus credere nolunt de quib.necesse est, ut qui uicti fuerant conquerātur?Non solū.n.qui bonā causam perdidit, de iniquo uel tardo uel negligenti iudice quærit̄,sed ēt qui iustissime uictus est,ea cęcitate de innocēte iudice murmurat, qua cęcitate cū innocēte aduersario litigabat. Quaꝑꝑ isti nō ideo scelerati sunt, quia de oībus uictis nolunt temere aliquid credere:sed ideo q̄a se furore schismatis pręciderunt ab eis innocentibus,qui multo rōnabilius nolunt tale aliq̄d de ipsis iudicibus credere. Existat.n.aliqua illarum partium in noīe Christi nobilissima ecclesia,uel ex illis septem, etsi placet potissimū Philadelphia, quæ de mystico noīe per linguā Græcā fraternam intimat charitatē. Audiamus igitur vocē eius,nec eius palea loquat̄,sed frumentum. Si ergo dicat istis,q̄d in me arguitis fratres,q̄d accusatis? quanto interuallo ſm terrenum locū ab Aphrica remota sim, partim nosse,partim audire potuistis.Quid ibi tunc siue traditores, siue traditorū uel accusatores uel damnatores,siue innocētium uel calūniatores uel oppressores egerint, prorsus ignoro.Sed ille dn̄s nr̄,qui emit totum mundum precio sanguinis sui, cuius sancta commercia propheta tāto ante cecinit,dicēs, Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt oīa ossa mea,Ipsi uero cōsiderauerunt & inspexerunt me, diuiserūt vestimenta mea,& super uestē meā miserunt sortem. Inter nos & uos nō spatia cōstituit uacua & nuda Christianis, impleuit hæc oīa sancti-

fica-

Marginalia: *Cap. 5.* — E — *Donatistarū cōfutatio.* — F — G — *Apoc. 2.* — H — *Psal. 21.*

ficatione noīs ſui : in ipſo ꝗppe pſalmo paſ-
ſionis,nō ſolū quāti,ſed ēt quantum emerit
declaratū eſt:ibi.n.paulopoſt dr̄,Reminiſcē
tur & cōuertentur ad dn̄m vniuerſi fines ter
ræ,& adorabūt in cōſpectu eius uniuerſę fa
miliæ gentiū,qm̄ ipſius eſt regnū,& ipſe do
minabit̄ gentiū. De cā itaq; nr̄a tunc fortaſ-
ſe cogerer iudicare , ſi uel uicina eſſem , uel
ita remota,ut inter nos & uos non habitarēt
alii Chriſtiani eodem noīe ſignati,eadē vni
tate pacati. Multæ interiacent patriæ gētiū,ſi
mul mecū emptæ, illius ſanguine , in cuius
cōſpectu mecū pariter adorant . Per illas ad
me tranſit fama de vobis, ipſę de uicinitate
cām veſtram examinare potuerūt. Qđ ſi nō
eſt factū,vos neglexiſtis. Neq; .n. neglecti a
cęteris,nō vſq; ad nos ēt ueniretis . Si āt ali-
quid iudicatū eſt,date ueniā. Non audeo uo
bis ſuperatis temere credere , & iudices ve-
ſtros eadē temeritate damnare. Accedit huc
aliud qđ me plurimū moueat , ꝗa ſi uos in-
nocentes oppreſsi eſſetis, nos ſaltē fratres,ꝗ
nihil uobis nocuimus, amaretis. Cum uero
nos qui bn̄ nobis cōſcii ſumus,cām veſtram
vicinis veſtris recto Eccleſiæ iure cōmiſsā
fuiſſe dicamus, qui corā deo ſciūt quemad-
modū iudicauerint, lacerare tn̄ maledictis ,
& acerbis odiis inſectari , & quaſi ꝑꝑ uos
Xp̄s apud nos hæreditatē perdiderit ſuā,etiā
rebaptizare conamini, quid boni de illa ue-
ſtra cā ſentire poterimus? Qui.n.lōge remo-
tiſsimos fratres temerariis ſuſpicionib. dam
nare minime dubitatis, ꝗ̃ iuſte a uicinis ue-
ſtris damnati fueritis, oſtenditis. Cur.n. non
credam recte damnari potuiſſe a uicino iu-
dice auditum, qui me fratrem tā lōge abſen
tem damnare non dubitat inauditū, hoc mi
hi obiiciens maximū crimen, qm̄ qui p̄ſens
K eſſe non potui, eis ad quos cā perducta eſt ,
iudicib. potius ꝗ̃ uictis litigatorib. credidi?
Quib. iudicib. ſi non potius crediſſem, ēt
ſi illi,qui uicti ſunt innocētes eſſent, ego in
nocens eſſe nō poſſem. Magno.n.delicto im
plicaremur, ſi cum corda humana non cer-
neremus,nec diſciplinam Eccleſiaſticā tene
remus, cum eis nollemus iudicantibus cre-
dere, vltra quos non potuit cauſa tranſire ,
& ꝑ quos potuit ad nos fama percurrere. Ab
iſtis innocētibus impia te direptione diſcin
dis, & innocētē te dicis: quod utiq; ſi eſſes,
cum videres in ſcripturis ſanctis meſſem do
mini dei tui ante vltimam ſegregationem &
uentilationē,à zizaniis & palea non poſſe ſe
parari, eligeres potius fortis eſſe in toleran-
dis malis,ꝗ̃ impius in deſerendis bonis. Cur
.n. Eccleſiarum per orbem longe remotarū,
non putamus eſſe iſtas & quàm iuſtiſsimas
uoces,quas in Philadelphia figuraui?

Cap. 7. Quinetiam audet cōqueri Parmenianus,
ꝙ eos Cōſtātinus ad campum,id eſt,ad ſup-
plicium duci iuſsit, qui uicti apud eccleſia-
ſticos iudices,nec apud ipſum quę dicebant L
probare potuerunt, & adhuc in ſanctæ Ec-
cleſiæ præciſione ſacrilego furore fereban-
tur, & hoc eum tam immaniter iuſsiſſe Hi-
ſpano Oſio ſuggerente criminat̄ ſuſpicioni
bus uidelicet ſuis ſicut ſemper dānādo inau
ditos. Quaſi vero nō humanius ac probabi-
lius alius credidit Oſio tanquā Ep̄o ſuggerē
te potius factū, ut in leniorē coertionē quā
uis immaniſsimi ſceleris,id ē,ſacrilegi ſchiſ
matis,ſentētiā flecteret imperator. Quid .n.
nō iſti iuſte patiuntur, cū ex altiſsimo dei p̄
ſidentis, & ad cauendū ignē ęternū flagellis
talib. admonētis iudicio patiunt̄, & merito
criminū,& ordine poteſtatū? Prius.n. ꝓbent
ſe nō eſſe hęreticos uel ſchiſmaticos, tū de-
mū de indignis pęnis ſuis liuidam emittant
uocē, tum demum ſeſe audeant cū mali ali
quid patiuntur , veritatis martyres dicere.
Alioquin ſi quiſquis ab imperatore uel a iu-
dicibus ab eo miſsis pœnas luit , continuo
martyr eſt, oēs carceres martyrib. pleni ſūt,
oēs catenæ iudiciariæ martyres trahunt , in
oībus metallis martyres ęrūnoſi ſunt,in oēs
inſulas martyres deportantur, in oībus pœ
nalib. locis iuridico gladio martyres feriun
tur,ad omnes beſtias martyres ſurriguntur,
aut iuſsionibus iudicum uiui ignib. concre
mantur. Si aūt,ſicut dicit Apoſtolus,non eſt Rom. 13.
poteſtas niſi à deo, & miniſter dei ē, uindex
in irā eius,qui male agit , nec ſine cā gladiū
portat : Vis non timere poteſtatem? Bonum
fac,& habebis laudem ex illa:bonus quicꝗd M
paſſus fuerit , laus illi prouenit ex poteſtate
faciētis:malus uero ꝗ merito patit̄ iniquita-
tis,nō deputet ſæuitiæ poteſtatis. Et tn̄ ꝗd ta
le iſti patiunt̄, quale faciūt , niſi ꝗa hominū
multitudo nō in corde cor habet,ſed in ocu
lis? Nam ſi ſanguis exit de carne mortali, ꝗſ
quis

quis aspicit exhorrescit. Si ꝑ pace Xp̄i ꝑcisæ aīæ atq; separatæ in hęresis uel schismatis sacrilegio moriūtur, q̄a nō vr̄, non plāgit, immo uero mors tetrior atq; luctuosior, & ut planè dixerim, uerior, iure cōsuetud̄nis de ridet, cū authores tātarum mortiū publice insultāt, & nec ueritatis manifestandæ causa sermonū nobiscū cōferre dignātur. Et si q̄d tēporalis molestiæ passi fuerint ꝑ certissimū atq; rectissimū ordinē potestatū, cū ipsi priuatis furiosorum agminib. multa grauiora passim atq; quotidie, nulla regia, nulla Ecclesiasticæ lege cōmittāt: nos corporū ꝑsecutores uocant, se animarum interfectores nō vocāt, cū priuata licētia nec corporibus parcāt. Sed q̄a sꝑ per mansuetudinem Christianā multo seuerius oculus iudicatur euulsus in lite q̄ aius excæcatus in schismate, & aduersū nos loquūtur & nobiscum loquuntur, & cū eos obmutescere cōpellat ueritas, silere nō ꝑmittit iniq̄tas. An forte de religiōe fas nō est ut dicat imperator, uel quos miserit imperator? Cur ergo ad imperatorē vestri uenere legati? Cur eū fecerūt cāæ suæ iudicē, nō secuturi quod ille iudicaret? Sed quorsū illa dn̄r? nunq̄d nā ēt si obtineāt non ꝑtinere ad Imperatorē aduersus eos aliq̄d statuere, q̄ praua in religiōe sectātur, & propterea si interfecerit eos, quos punierit martyres erūt? Hoc.n.mō ista hęreticis oib. vox patebit, in quos ex occulto imperio dei, per manifestū hoīum imperiū multa quib. coercerenī, seuerissime cōstituta sunt, nec solum hęreticis quoquo mō saltē Christiano noīe dealbatis, sed ēt ipsis paganis. Nā utiq; & ipsi falsa religione sunt impii, quorum simulachra euerti atq; cōfringi iussa sunt recētib. legibus, inhiberi ēt sacrificia sub terrore capitali. Si q̄s ergo eorū dānatus in tali crimine fuerit, martyr cōtinuo æstimādus est, q̄a pro superstitione q̄ piā religionem putabat, pęnas legib. luit. Nullus certe quoquo mō Christianus audet hoc dicere. Nō ergo quisquis in aliqua religionis q̄ōne fuerit ab Imperatore punitus, martyr efficit. Neq;.n. uident qui talia sentiunt, in eū locū se progredi, ut ipsos etiam dæmones martyrum sibi gloriā uendicare posse contendant, quia istā patiuntur persecutionē ꝑ imperatores Christianos, ut penè toto orbe terrarum eorū tēpla euertātur, idola cōminuantur, sacrificia subtrahātur, qui eos honorant, si deprehēsi fuerint puniātur. Q̄d si demētissimū est dicere, nō ergo ex passione certa est iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est. Ideoq; dominus, ne quisquā i hac re nebulas offunderet imperitis, & in suorū dānatione meritorū laudē quæreret martyrū, nō gn̄aliter ait, Beati qui persecutionē patiūtur: sed addidit magnā differētiā, qua vera a sacrilegio pietas secernatur. Ait.n. Beati qui persecutionē patiūtur ꝑꝑ iustitiā. Nullo mō aūt ꝑꝑ iustitiam, qui Christi Ecclesiam diuiserūt, & cū ea quasi simulata iustitia conātur ante tp̄s a palea separari, ac frumenta eius falsis criminationib. insectantur, dum ipsi ab ea potius tanq̄ leuissima palea, uariis rumorum flatibus separati sunt. Sed inquiūt, Non hæc fecimus. Videant ergo ex hac q̄ōne se primitus liberari debere, & tunc audere si quid molestiarum siue pœnarum a Christianis Imperatorib. patiuntur, uel deponere in querimoniam, aut assumere in gloriā. De qua re, id est, ipsius schismatis q̄ōne, si nihil aliud dicerem, ea quę superius sunt dicta sufficerent. An forte dicent, Etiā si conuincuntur in sacrilega dissensione, ut pro ea dementia si q̄d passi fuerint martyres nō sint: non tn̄ ad imperatorum potestatem hæc coercēda vel punienda pertinere debere. Qua in re q̄ro quid dicant, An quia de religione uitiosa uel falsa nihil curādū est talibus potestatibus? Sed multa iā ēt de Paganis diximus & de ipsis dęmonibus, q̄ ꝑsecutiones ab Imperatoribus patiunī. An & hoc displicet? Cur ergo ipsi vbi possūt tēpla subuertūt, & ꝑ furores Circūcellionū talia facere aut uindicare nō cessāt? An iustior est priuata uiolētia, q̄ regia diligētia? Sed hæc omitto, Illud q̄ro q̄d manifeste enumerat Apostolus dicēs, O pa carnis, q̄ sunt, in quit, fornicationes, immunditiæ, cōtētiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, iuidiæ, ebrietates, cōessationes, & his similia. Quid istis ur̄ ut crimē idololatriæ putēt iuste ab Imperatorib. uindicari? Aut si nec hoc uolūt, cur in veneficos uigorē legū exerceri iuste fatētur: in hæreticos āt atq; schismaticos impias dissēsiones nolūt fateri: cū in iisdem iniquitatis fructib. authoritate apostolica numerētur? An forte

A — B — *Nota de martyrio.* — *Matt. 5.* — C — *Donatistarum euasio.* — *Gal. 5.*

forte nec talia potestates istæ humanæ constitutionis permittuntur curare? Propter qđ ergo gladium portat qui dictus est minister dei, vindex in iram eis qui male agunt, nisi forte quemadmodum nõnulli eorum sanè imperitissimi hoc intelligere solent, de honoribus ecclesiasticis dictũ esse, vt gladius intelligatur vindicta spiritalis, qui excõmunicationem operatur, cum prouidẽtissimus Apostolus consequenti contextione lectionis satis aperiat quid loquatur? Ille quippe addidit, Propter hoc enim & tributa præstatis. Ac deinde subiunxit, Reddite omnibus debita, cui tributum, tributũ: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem: cui timorem, timorem. Hoc ergo iam restat, vt istis disputationibus suis prohibeat Christianos tributa persoluere, cum & dominus talia sẽtientibus pharisæis, quos imitantur isti, nũmo inspecto responderit, Reddite, inquit, Cæsari qđ Cæsaris est, & deo quod dei est. Hi vero in vtroque inobedientes atque impij, nec deo reddunt Christianum amorem, neque regibus humanum timorem, ita cæci & insani, vt cũ schismaticos suos Maximinianistas per potestates a catholicis imperatoribus missos de basilicis excluserint, & vi magna iussionum & auxiliorum cedere sibi compulerint, arguant catholicam, si pro ea catholici principes tale aliquid fieri præceperit. Ipsi vero Maximinianistæ antequã essent Maximinianistæ, id est, cũ adhuc vno simul Donatistarum consortio tenerentur, quæ ab eis rogatus ille Maurus per regem barbarum Firmũ, quàm sæua, & quàm acerba perpessus sit, recolant: & taceant, nec cõqueri audeant si quid huiusmodi vel a Primianistis propter suum schisma, vel cum Primianistis ꝓpter Donatistas, non pro religione sacra, sed pro animositate sacrilega patiuntur. Fortassis enim dicunt, grauiora se perpessos à catholicis imperatoribus, quã isti fecerunt per reges Barbarorum Rogatistis, vel per iudices catholicorum Imperatorum Maximinianistis, vel etiam faciunt per furorem Circumcellionum quibuscunque possunt: quasi vero inde quæstio sit, vtrum grauiora patiantur q̃ faciunt. Quod quidẽ nullo modo concesserim. Multa enim eorũ sæuissima numerantur, immo numerari nõ possunt, q̃ si pauciora essẽt, vel eos in quos admittuntur minus affligerent, eo ipsum essent certe grauiora, quod non ab ordinatis potestatibus iuberentur, sed extraordinarijs furoribus admittuntur. Non enim tã multa sunt, quæ aduersus Maximinianistas per iudices humanæ cõstitutiones egerunt, in eo genere actionũ ponant si volunt, quàm quę etiam ad persequendum Rogatum Maurũ ab eis per Firmum barbarum gesta sunt, & si illum licet hostes immanissimum Romanorum in legitimis numerent. Sed hæc nõ tam multa sunt, quã multa quotidie agunt per furiosos ebriosorum iuuenum greges, quibus principes constituunt, qui primum tantummodo fustibus, nunc etiam ferro se armare cœperunt, qui Circũcellionũ notissimo noĩe per totam Aphricam vagãtur, & sæua contra omnẽ ordinem legũ, potestatũque committunt: quorum scelera cũ ad eos deferuntur, fingunt ignorare tale hoĩum genus, vel oĩno ad se nõ pertinere contra omnes homines ore impudentissimo affirmãt, neque hanc saltem vocem totius orbis accipiunt, multo probabilius veriusque dicẽtis, nescire quid in Aphrica gestum sic, siue à parte, siue contra partem Donati quam scilicet in ipsa Aphrica Donatistarũ Epos, Circumcellionũ vel facta nescire, vel dicta ad se nõ pertinere. Sed vt dicere cęperam, hoc nõ quærit, mõ vtrum patiantur grauiora q̃ faciant, sed vtrũ aduersus hæreticos & schismaticos tale aliquid fieri liceat. Si.n. dicunt non licere, cur ipsi faciunt? Si autem licere fatentur, et si ostendant, quod nullo modo possunt, grauiora se perpeti a catholicis Imperatoribus, quum ipsi per iudices eorũ vel per regem Barbarorum schismaticis suis fecerunt, vel per insaniam Circũcellionum omni generi hominum faciunt. Neque hoc mirandum est, si plus possunt principes quã missi a principibus iudices, si plus possunt Romani Imperatores quam barbari reges. Et si merito grauiora legibus patitur latro, quam contra leges ipse cõmittit: vnde merito constitutionibus iusti: grauiora patiuntur Circũcellionum mancipes, quã faciũt, Circumcelliones, tamen tanta est mansuetudo Christianorũ, vt pœnas eorum incomparabiliter superent facinora eorum. Sed ecce dam-

Rom. 13.

Mat. 22

Nota qui & unde sũt Circumcelliones.

Episcopi dia.

ce damnauerunt in concilio suo Maximi nia nistas, trecenti decem Episcopi Donatistæ. Illi autem pertinacia peruersitatis suis basili cis cedere nolebant. Additi sunt iudices, cõsilium eorũ proconsularibus gestis indictũ est. Deinde visum est, vt illi qui tanto Episcoporũ numero dãnati sunt, cederent locis, & facile cesserũt, nec multa passi sunt: qui aũt resistere tentauerunt, quemadmodũ afflicti sint, quis ignorat? Sed tamẽ si tãta fuisset im manitas resistentium, vt ad iniurias iudicũ perueniret, nõne multo acerbiora Romanis legibus paterẽtur? Sic & tunc eũ post terminũ causæ, in qua se isti à catholica præciderunt, cõsequenter agi cœpisset vt basilicas nõ tenerẽt, & tenerẽt imperialibus resistẽdo iussionibus, ita vt uis illa notissima Circũ cellionũ præualeret, addẽdo insuper etiam, vt cũ donis Ecclesiæ, quos miserat Im̃pator per Aphricã euntes turbulẽtissimis & sæuissimis seditionibus agitarent: tales in eos reges pro feruntur, vt ne ipsas quidẽ basilicas quæ nõ erant vnitatis, sed a separatis atq; in suo schis mate cõstitutis fuerant fabricatæ, retinere sinerẽt. Qua i re iã suas iniurias ptãs regia vin dicauit. Quid.n. valẽt iuste possidere inimici iustitię? Nec ꝑ eis aliq̃d ꝓmulgasse q̃s inuenit nisi apostata Iulianus, cui pax & vnitas Christiana nimium displicebat: q̃n quidẽ ipsa ei vnde impie ceciderat religio displicebat Cui q̃dẽ isti Donatistæ, sicut iudicũ gesta te stãtur, q̃bus hi q̃d impetrauerãt allegarũt, talibus verbis supplicauerũt, vt ei fortasse mitius ad idolorũ cultum quidã timore cõsense rint, q̃ eũ isti furiosi laudauerũt.n.ꝙ apud eũ solũ iustitia locũ haberet. Quid ergo aliud dixisse reperiũtur, nisi Christianam sanctitatẽ nõ esse iustitiam, quę apud illũ nullũ haberet locum aut honorem dęmonũ esse iustitiam: aliorum autem imperatorũ iustitiã leges q̃ vehemẽtes aduersus eos latæ sunt, q̃s ignorat? In quibus vna generalis aduersus oẽs q̃ Christianos se dici volũt, & Ecclesiæ catholicæ nõ cõmunicant, sed in suis separatim cõuẽticulis cõgregãtur, id continet, vt vel ordinator clerici, vel ipse ordinatus denis libris auri mulctentur. Locus vero ipse quò impia separatio congregatur, redigatur in fiscũ. Sũt & aliæ iussiones generales, quibus eis vel faciendi testamenta, vel per donationes alicui cõferendi facultas adimitur, vel ex donationibus aut testamẽtis aliq̃d capiẽdi, Nam in quadã causa cum homo nobilis imperatoribus supplicasset, ꝙ soror eius quæ de parte Donati fuerat cũ defungeretur, nescio in quos communionis suæ, & maxime in quẽdam Augustinum Episcopũ eorũ plurima contulisset, ex illa generali lege præceptum est, vt oĩa fratri restituerentur: vbi ẽt Circum cellionum mentio facta est, si more suo violenter obsisterent, quo genere auxiliorum & adminiculis repellentur. Sic.n. noti, sic multis ꝑlijs probati sunt, vt de his & supplicatio imperatori fieret, & imperator tacere non posset. Quæ cum ita sint, cum & diuinis & humanis legibus ita damnẽtur: tanta est tamẽ mãsuetudo Christiana, vt non solũ teneãt basilicas, quas iam præcisi ædificauerunt, sed nec eas oẽs reddiderint vnitati, quas ab exordia vnitas tenuit. Et cũ ipsi Maximinianistas de basilicis ad partem Donati pertinentibus, ꝑ iudices à catholicis imperatoribus missos instanter excluserint, tamen à multis locis, quos catholica antẽ vnitas retinebat, nec ipsorum catholicorum imperatorum legibus excluduntur. Postremo si q̃d forte aliquando immoderatius in eos factũ est, vt Christianam excederet lenitatem, displicet oĩbus frumentis messis dominicæ, id est, in Christo laudabilibus Christianis, q̃ siue cẽtenario, siue sexagenario, siue tricenario fructu in catholica Ecclesia toto orbe succrescũt. Quapropter zizania vel paleã catholicæ segetis nobiscum copiosissime accusent, sed nobiscum ferre patientissime non recusent. Noluit enim dñs ante tempus eradicare zizania, & à frumentorum permixtione separare. Sinite, inquit, vtraq; crescere vsq; ad messem. Et cum inuolucrum eiusdem similitudinis quærentibus discipulis explicaret, nõ ait, ager est Aphrica: sed ait, ager est hic mũdus. Per totum ergo mundum seges ista seminata est, per totum superseminata zizania per totum crescit vtrunque vsque ad messem. Nunquid aut Donatus fuit maior messor, aut eo tempore quo se isti à terrarum orbe separarunt, tempus messis aduenerat: cum idem dominus ne alicui liceret interpretari quod vellet, apertissime dixerit, Messis autem est finis seculi, messores

Margin notes: I; *Lex imperialis cõtra schismaticos.* K; L; *Mat. 14.* M

res autẽ angeli sũt? Tales enim messores errare nõ possunt, vt vel frumẽta pro zizanijs colligant, uel pro frumẽtis zizania redigãt. *Ista autem cum quasi zizania germinata fugiunt, se ipsos eẽ zizania demõstrauerũt, in manifestissimo sacrilegio cõtra sentẽtiã domini prædicãtes, vt cum ille dicat, Sinite vtraque crescere vsque ad messem: isti per tã magnũ agrũ, id est, totũ mundũ zizania crescere, frumẽta vero diminuta in sola Aphrica remãsisse cõtendãt, Christo regi & principi nostro sacrilegã facientes iniuriam. Scriptũ est.n. in lata gente, gloria regis, in diminutione autem populi, contritio principis. Sed iam tempus est quantum existimo ipsa testimonia scripturarum, quæ malæ interpretata decipiunt imperitos, diligenter attendere, & quantum dominus donat, secundum intellectum catholicæ veritatis aperire.

al. religent. *Prou. 4.*

Libri primi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI. Contra Parmenianum, Liber Secundus.

A *Cap. I.*

QVAE tandem vis nisi cæcitas & vanitas animi cogit hominem clausis, vt dicitur, oculis, tãquam in alterum iacere, qđ in eum qui iecerit, cõtinuo redeat, eumq; ictu reciproco affligat, intacto illo quem uulnerare uoluerat, sicut isti Donatistæ de omnibus ferè scripturarum testimonijs faciunt. Quæ cum se aduersum nos proferre arbitrantur, velut admonere nos videntur quales eos ipsa scriptura conuincat esse. Quid enim facit aliud quando vel pro se, vel contra nos Parmenianus putat esse ꝙ scriptum est, Væ his qui dicunt qđ nequam est bonum, & quod bonum est nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras, lucem qui ponunt id quod amarum est dulce, & dulce ꝙ amarũ? O stultissimã cæcitatẽ, q.d.n. tam bonum & tam iocundũ quàm habitare fratres in vnũ? Quid illi nequã dicũt, & animarũ ponũt ꝙ se ab oib. fratrb. separarũt, dũ vanas suspitiones suas ne dicã factiosas calumnias vel nõ excitare, vel excitatas tolerare noluerunt? Quod si verã paleam odissent, & ipsi palea non essent: non propterea se à dominico tritico per totum agrum, id est, mundum seminato, & crescente se iungere debuissent. Exclament itaque si possunt, Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam. Respõdemus breuiter, verum est, & addimus aliud, Væ his ꝙ perdiderunt sustinentiam, dum ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Quid.n. lucidius promissis dei, qui temporibus nostris exhibuit, quod ante annorum millia pronũciauit in limine Abrahæ, quod est Christus, benedictionem omnes gentes habituras? Et quid tenebrosius præsumptionibus hominum qui propter temere obiecta, & nunquã probata crimina traditorum, quæ si vera essent, nunquam deo præiudicarent quo minus quæ promisit impleret, perijsse dicunt Christianum nomen de tot gentibus in orbe, terrarum, & in sola Aphrica remãsisse? Et hãc præsumptionem suam lucem dicũt, promissa vero de iam ipso effectu rerum illuminata mẽdaciorum tenebris operire cõtendunt. Insuper aduersum nos factis suis clamãt dicentes, Væ his qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Itane lux erat Optatus, cum totum orbem tenebras appellauit? An eũ potius esse tenebras tota Aphrica sentiebat, & isti eum lucem vocabant ꝙ ponunt lucem tenebras & tenebras lucem? Sed displicebat, inquiunt, Optatus in communione nostra omnibus bonis. Non ergo eum lucem vocabitis, & tamen ei communicabitis. Eligite itaq; quod velitis, aut non obesse in vna cõmunione tenebras luci, sed sufficere luci vt tenebras improbet, & eas ꝑ vnitate si expellere nõ põt toleret, atque ita non fuisse cãm cur ab innocẽtibus fratribus, quos malos certe nõ potuistis ondere, si vobis cognitos etiã fuisse dicatis, tenebroso schismatis sacrilegio disiungeremini: aut si non sufficit luci vt improbet quas expellere nõ põt tenebras, id est, si nõ sufficit bonis vt improbẽt malos, quos excludere vel emẽdare nõ pñt, facilius vnus Optatus partẽ Donati in vna Aphrica notissimus & aꝑtissimus maculauit, ꝙ quilibet Apher traditor tot gẽtes ꝑ orbẽ terrarũ, & si nõ dicã falsis criminib. accusatus, tamẽ qđ impudẽtissime

Esaiæ. 5. *Psal. 132* *Esaiæ. 5.* *Matt. 3.* *Mat. 13.* *Esaiæ. 5.* *Ecclesiastici. 2.* *Esaiæ. 5.* *Gen. 12. 12 et 25* *Esaiæ. 5.* C

ſime negatur, ignotus. Accipientes itaq; peruerſo corde ſcripturas, non eas faciunt obeſſe nobis, ſed ſibi: quando ad hoc putāt eſſe ſcriptum, Væ his qui dicunt quod nequam eſt bonum, & quod bonū eſt nequam: quo paleam frumenta inter ſe non tolerent adusq; tempus vētilationis, vt cū male intelligant, Væ his qui dicunt quod nequam eſt bonum, & quod bonū eſt nequā: compleat in eis. Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam. Si autē intelligant in eos hoc eſſe dictum, qui opinātes quod malum eſt bonum eſſe, malum committunt in eos qui talibus laudando atque approbādo cōſentiūt: quæ duo genera in vno loco ſcriptura cōmemorat, dicens, Qm̄ laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur: recte intelligent nec turbabuntur, cū apud ipſos inueniūtur mali, niſi ꝙ eos pro parte Donati tolerāt, quos pro Chriſti vnitate tolerare debuerunt, & per hanc obſtinationē animoſitatis ſuæ cogūtur miſeri in ſchiſma te ſuo ferre, quos norunt ab orbe terrarum accuſatos & dānatos eſſe. Quiſquis ergo vel quod poteſt arguendo corrigit, vel qđ corrigere non pōt, ſaluo pacis vinculo excludit, vel quod ſaluo pacis vinculo excludere nō poteſt, æquitate improbat, firmitate ſupportat, hic eſt pacificus, & ab iſto maledicto immunis quod ſcriptura dicit, Væ his qui dicunt quod nequam eſt bonum, & quod bonum eſt nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt quod amarum eſt dulce, & quod dulce eſt amarū: oīno liber, prorſus ſecurus, penitus alienus.

D Eſa. 5. Eccleſiaſtici. 2. 23. q. 4. ca. quiſquis vel quod poteſt. E Eſa. 5.

Cap. 5. Pro. 17.

Obijciunt iterū ſimile huic ſolita cæcitate. Vobis, inquiunt, dicit ſcriptura, Qui iudicat iuſtum iniuſtum, iniuſtum uero iuſtum execrabilis eſt apud deum. Cur nō execratio potius in illo cadit, q̄ vniuerſum orbem terrarū Chriſtianū dānare auſi ſunt inauditū, in quo tā ingenti hoīum numero ſine vlla dubitatione fuerūt & ſunt ab eorū criminibus innocētes? Hoc ergo mō qđ iuſtū iudicarūt, cū Optatū Gildonianū decēnalē totius Aphricæ gemitū, tāquā ſacerdotē atq; collegā honorātes ī cōmunione tenuerūt. Aut ſi eū corde improbabāt, ſed ꝓ pace tolerabāt, diſcāt nullius pacifici patiētiā malo nō cōſentiētē, ab vllis malis poſſe maculari, atq; ita ſentiāt in q̄ȧ ꝑditione iaceāt, q̄ ꝑ talia ſiue vera, nō. n. hoc q̄rūt, nec crimina Aphrorū, vnitatē ſpūs in vinculo pacis nō ſeruāt, cū orbē terrarū inauditū dānant. Qđ ſi diceret, neſcimus an ſint ꝑ tot gētes terrarū traſmarinarū boni Xp̄iani, ipudētiſſime diceret. Deus. n. ꝓhibet teſtimoniū frumētis ſuis, q̄ ꝑ totū agrū ſeminatis, quāuis cū zizanijs a diabolo ſuꝑ ſeminatis, tn̄ vſq; ad meſsē creſcere mādauit. Vn̄ & ſi hoīes ipſos minus nouimus eſſe bonos, tn̄ eos iō nouimus, q̄a mētiri deū n̄ potuiſſe, fide certiſsima retinemus. Cū ergo ſacrilega impudētia dicat, neſcim⁹ vtrū ſint cętero orbe terrarū boni Chr̄iani, videāt qua inſania dicere audeant. Quotidie. n. nō dubitant dicere, ſcimus ibi non eē Chr̄ianos. Aliud eſt vtiq; neſcimus an ſint: aliud, ſcimus ꝙ non ſunt: utrūq; & infidele & impiū eſt. Sed ſi deteſtādus eſt q̄ dicit, neſcio an vera dixerit deus: q̄s eſt ille q̄ dicit, ſcio ꝙ n̄ vera dixerit de⁹? Certe arbitror ꝙ neminē iſtorū offendere debeo, ſi Donato deū ꝓpoſuero. Quātumlibet. n amēt Donatū, plus timēt deū. Poſtremo quātū ipſi amēt Donatū, nos nouimus, q̄a ſolus Deus verax, eſt oīs aūt hō mēdax. Chriſtus ergo q̄ ſuꝑ oīa deus eſt bn̄dictus in ſecula, & qui veriſsime de ſe ipſo dixit, Ego ſum via veritas & vita cum ſerui eius ab eo quęrerent vtrū vellet eos ire & colligere zizania, Sinite, inquit, vterq; creſcere vſq; ad meſsē. Donatus aūt dicit zizania q̄dē creuiſſe, frumēta vero eē diminuta. Eligāt iſti cui credāt, Xps. i. veritas, dicit ager eſt hic mūdus. Donatus aūt dicit, agrū dei in ſola Aphrica remāſiſſe. Eligant cui credāt. Chriſtus, id eſt veritas, dicit, in tempore meſsis dicā meſſoribus, Colligite primū zizania: & exponit dicēs, Meſsis eſt finis ſeculi. Donatus aūt dicit per ꝑciſionē partis ſuæ an̄ meſsē a frumētis zizania ſepari. Eligāt cui credāt. Chrs. i. veritas dicit, Meſſores, ſūt angeli. Donatus autē dicit ſe atq; collegas ſuos hoc feciſſe ante meſsem, qđ ille dixit, angelos in meſse facturos. Eligant cui credant. Certe Chriſtianos ſe dicunt, Chriſtū eis Donatumq; præponimus. Si verba dant Xpo. cor āt Donato, q̄d ſint cōſiderent. Ego parco, nō inuehor, non aggero, dolorē noſtrū melius premo q̄ promo. Si autē dicunt ſe Chri-

Ephe. 4. Matt. 13. G Pſ. 115. Rom. 9. Ioan. 14. Matt. 13. Donatiſtarum confutatio.

se Christo dare cor suum, Christo ergo credãt dicẽti, ꝙ ꝑ totum mũdum & filij regni crescãt,& filii maligni:nõ Donato dicẽti, ꝙ ꝑ totũ mũdũ filii maligni tantummõ creuerint, filii aũt boni usq; ad solã Aphricã diminuti sint. Quòd si Christo credunt, non iam dicimus cum Ecclesiis orbis terrarũ, sed cũ ipso Euangelio pacem habeãt, qđ ab igne se conseruasse, iactitant, quia factis nõ probãt.

Mat. 13 *Ephe. 4.* *Matt. 13*

H

Cap. 3. *Esa. 59.*

Iã illud quo ꝑtinet qđ idẽ Parmenianus ex Propheta Esaia nobis obiiciẽdũ putauit, Nũqd nõ ualet manus dñi saluos facere, aut aggrauauit aurẽ ne exaudiat? Sed delicta vestra distinguũt inter mediũ uestrũ & dei, & ꝑ peccata vestra auertit faciem a vobis ne misereaṫ, Manus.n. vestræ sanguine coinquinatæ sunt, & digiti vestri in peccatis: labia aũt uestra locuta sunt iniquitatem,& lingua vestra iniustitiã meditaṫ. Nemo loquitur iusta, nõ est iudiciũ verũ. Cõfidunt in vanis, & loquunṫ mala, qa parturiũt dolorem & pariunt iniquitatẽ. Oua aspidũ eruperunt,& telã araneæ texuerunt: & qui erat de ouis illis mãducaturus, cõterẽs inuenit olidũ, & in ipso basiliscũ. Tela ergo eorũ nõ erit ad uestiẽdũ, neque se operient de operib. suis. Opera .n. illorum opa iniquitatis, pedes aũt eorum ad nequitiã currunt, veloces ad effundendũ sanguinẽ, & cogitationes eorũ cogitationes insipiẽtiũ. Cõtritio & infœlicitas in uiis eorũ,& viã pacis non cognouerunt. Quos isto loco scriptura describit, vbicunq; fuerint inter bonos, non obsunt bonis, sicut non obest palea frumẽtis, donec veniat dñs areæ, ferens uentilabrũ in manu sua ut mundet areã suã, frumenta recõdat in horreũ suũ, paleas vero cõburat igni inextinguibili. Sicut nõ obfuit bonis tanta multitudo sceleratorum, q ꝑ Ezechielem Prophetam dicti sunt, illis videlicet q gemebant & mẹrebant facinora populi q fiebant in medio eorum. Vñ quia eos corrigere non poterant, nec ab unitate populi dei se vllo mõ separare uolebant, ꝓ merito innocentissimæ tolerantiæ suę signari meruerũt, & in illorum ꝑditorum vastatione atq; interitu liberari. Verumtñ isti qui hæc catholicis obiiciunt: cur non sese respiciunt, quorũ cateruæ gregum furiosorum huc atq; illuc armatę ferro ac fustib. uolitant; & [illegible] crebris vbi potuerũt stragib. nequaquã tñ tanta immanitate satiant, vbi ꝑ busta cadauerũ eorũ cum fœminis, q cum illis passim commixtę contra ordinẽ rerũ diuinarum & humanarũ dieb. ac noctib. euagantur, tanta feruet ebrietas, vt inde insaniã quotidianam, non solum alios insectandi, sed ẽt seipsos ꝑcipitandi cõcipiant? Horum pedes ad malũ non currunt, nec veloces sunt ad effundendũ sanguinem? Ab istis nõ recedit iudicium q sibi ẽt iniustissimas licentias inordinatæ ꝑtãtis usurpant? Istis nõ fiũt lux tenebræ, dum nõ ualent sustinere lumẽ in falso martyrio? Nõne in media nocte ambulant ẽt per diem: qñquidem dicit Apost. Qui inebriantur, nocte sunt ebrii: Nõne isti palpant in meridie quasi in media nocte? Quod quidem omnium hæreticorũ est, qui rem manifestissimam in lucem oĩum gẽtium constitutam videre non possunt, extra cuius unitatem qcqd operantur, quãuis magna solertia & diligentia fieri videaṫ, tñ illis nihil ꝓdest aduersus iram dei, quos nec aranearum telæ possunt defendere à frigore. Quid ergo de hoc ꝓphetico capitulo ponũt, qđ in ipsos retorqueri non possit, nisi forte de ouis aspidũ quorũ multo añ meminerat dictator illius sñiæ plenarii concilii trecẽtorũ decem, q cum uniuersis prouinciis Aphricæ conuenerunt? Hoc certe si uiueret Parmenianus nõ diceret, nec ex Esaia Propheta poneret aduersum nos. Oua aspidũ eruperunt. Respiceret.n. adiunctum collegio suo Felicianum Musticanũ & Prætexatũ Assuritanũ, quos ex numero dãnatorum quasi bono pacis, nõ tñ Christi, sed Donati, velut integros denuo receperũt, q & erãt oua aspidũ & eruperãt. Sic.n. eos describunt trecenti decẽ plenarii cõcilii ore veridico, sicut eorum ẽt pro consularib. gestis scripta allegata testantur. Hæc.n. eorum certe verba cõcilii sunt. Licet .n. viperei seminis noxius partus venenati uteri aluus diu texerit,& cõcepti sceleris coagula in aspidũ mẽbra tardo se calore vaporauerint, tñ conceptum uirus euanescente umbraculo celari non poterit, nam & si sero publicum facinus & parricidium suum fota, fętum scelerũ pepererũt. Hæc oua aspidũ eruperant, iamq; horribilia & male olẽtia, cum venenosis fœtibus erant ab eorum communione proiecta. Sed erat intus Optatus basiliscus qui nutu quodam regali, quo inter serpentes

Ps. 115. *Rom. 9.* *Ioan. 14.* *Matt. 13* *Donatiſtarum confutatio.*

G

Matt. 3. *Ezech. 9.*

I

Esa. 59. K *1. The. 5* *Esa. 59.* L

pentes excellere dr̃, ēt proiectas aspides reuocaret. Aut si hęc pro pace nō obsunt, quid catholicis obijciūt quos cōuincere nequiuerūt, cū ipsi receperint quos ore proprio damnauerant? Si hæc, inquā, pro pace nō obsunt Christi, obsunt tñ pro pace Donati, cui multū fauet in iniuriā pacis Christi, ꝑ quo sacrilegio quicquid corporalib. molestijs patiuntur, admonitio dei est cauēdæ damnationis æternæ. Nā ipsi uere sanguinē non solū corporaliter ꝑ furias Circumcellionū, sed ēt spiritaliter fundūt, q̃ orbē terrarū si possunt rebaptizare conant̄. Aut si solus ille sanguinē fundit, qui carnē mortalem vel vulnerat vel vulneratā perimit: ille aūt non fundit qui seductas aĩas sacrilegio schismatis occidit, quare in schismaticos suos Maximinianistas per eundem plenarij cōcilij sui sniam talia dixerunt, Veloces pedes eorū ad effundendum sanguinē: cum ab eis cōstet corporaliter neminē occisum, neminē vulneratū? Insuper eos ab istis multa perpessos, cū de basilicis per iudiciarias potestates excluderētur, qualia ante separationē Maximinianistarū, cū in vnū pariter essent, multa fecerūt eis, qui priora ex parte Donati schismata fecerant. Cui.n. vnquā schismatico suo pepercerūt, qui sibi ab orbe terrarū cuius ipsi schismatici sunt, nimis impudenter parci uolūt, cū a sola ipsa uera unitate iustissime schismata puniant̄, si eo modo ista puniēda sunt?

Esa. 59.

A

Et illud qđ scriptū est, Scđm principē populi, sic & ministri ipsius: & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitātes. Si intelligerēt quo ꝑtinet, nec nobis talia obijcerēt, nec ipsi uana iactantia superbirēt. Nos.n. vt hoīum spē quę in solo deo tuta recteq; secura est, nō in hoībus collocemus, qm̃ scriptum meminimus: Maledictus qui spē suā ponit in hoīe: nō intelligimus hoc loco principē populi & rectorē ciuitatis Epm significari. Nō ideo q̃a nō possumus innumerabiles sanctos ĩ catholica fide Epos intueri, sed ne cuiusquā, vt dixi, spes hoīs collocetur in hoīe, & si forte ei cōtingat in ea uiuere ciuitate, ubi non sit bonus Eps, arbitret̄ impune se malū fieri, usurpans ad defensionē suā, tā peruerse istā scripturā q̃ peruerse ab istis intelligit̄, & dicens ideo se bonū esse non posse, quia scđm principē populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales inhabitātes. Cōtradicitur.n. huic errori, ueritatis ore dicētis, Quæ dicunt facite: quæ aūt faciunt, nolite facere, dicunt.n. & nō faciunt. Habētes itaq; plebes tales Epos, q̃ bona dicunt ex cathedra Moysi, & ea quæ dicunt nō faciunt ex pestilentia sua, si illi faciunt ea bona q̃ dicunt, & non faciunt ea mala q̃ faciunt, sicut præcepit dñs, nonne satis indicāt non ita esse intelligendū principē populi & rectorē ciuitatis qūo isti intelligūt? possunt.n. esse populi boni si fuerint Epi mali, sicut potuit esse populus malus, ubi fuit Moyses pr nceps & rector bonus. Errantes.n. in uerbis sanctarū scripturarum, & sicut dicit Apostolus, Nō intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant, ipsi potius s̃m peruersitatē intellectus sui magnas patiuntur angustias, cum eis dr̃, Ergo qualis fuit Optatus, talis fuit plebs Thamugadensis, & si cōione sacramentorū, sicut dicitis cōtaminātur, & illi qui facta mala improbant, & illi qui ēt ea pro pace tolerant unitatis: tales estis & uos oēs, qui & illi collegæ & illi plebi cōicastis, cum illū tota Aphrica Gildonis satellitē manifesto gemitu declamaret. Quē ꝑ pea sæpe nomino, q̃a ita manifestus apparuit, vt ubicunq; fuerit noīatus, nullus se ignorare rñdeat. Nam ipsi respiciant & recordentur, q̃ multos inter se similes habeant, quorum par malitia est, sed impar notitia, & aliqñ ueniant ad uerā sententiam istorū verborum, & intelligāt vnū principem dñm nostrum Iesum Christū, cuius ministri sunt boni, & ipsum rectorē ciuitatis illius Hierusalē, quę est mater nostra in cęlis æterna, cuius rectoris dignitati cōgruunt habitātes non ad æqualitatē, sed pro modo suo, quia dictū est eis, Sancti eritis qm̃ & ego sanctus sum: secundū quandam. s. imaginis similitudinē, in qua transformamur de gloria in gloriam tanquā ad domini spiritū, munere illius qui nos facit cōformes imaginis filij sui. Est & alterius mali populi diabolus princeps, & rector eius ciuitatis quæ mystice Babylonia dr̃, quem principem & rectorē tenebrarum harum, id est, peccatorū, ipsū & Angelos eius Apostolus appellat. & illius ministri similes ei sunt, qui transfigurant se in ministros iustitiæ sicut ille in angelum lucis, & inhabitantes rectori pessimo in

Ecclesiastici. 10.

B

Mat. 23

1. Tim. 1

Gala. 4.

Leui. 19

2. Co. 3.

Rom. 8.

Ephe. 6.

Cap. 4. Ecclesiastici. 10.

Hier. 17

mo in factis similibus congruunt. Sed istorũ
D populorum atq; ciuitatum tunc erit aperta
separatio, cùm ista messis fuerit vẽtilata, qđ
donec fiat omnia tolerat dilectio frumento
rum, ne dum grana paleam præpropere fu-
giũt, a consortibus granis impie separentur.
Capi. 5. Quid igitur iam ualeat ad causam quod isti
nobis obiiciũt, quia de malis sacrificatorib.
Esa. 66 dñs per Esaiam Prophetã dicit, Facinorosus
1. q. 1. c. per Esaiã qui sacrificat mihi uitulũ quasi qui canẽ oc
cidat, & qui similaginẽ quasi sanguinẽ porci
tũ, & qui offert thus quasi qui benedicat ido
lo. Hæc oĩa multò cõgruentius de illis dĩr,
qui contra Ecclesiam Dei toto sicut promis
sa est orbe diffusam, altare sui schismatis ere
xerunt, qđ eos sacrilegiũ oẽs inuoluit, & q-
libet ubilibet offert sacrificiũ tale corde uel
factis hæc ut audire mereat; perniciẽ sibi in
fert, nõ illis bonis q accipiũt ab eis sacramẽ
Ezech. 9. ta eadem, qui ẽm Prophetã Ezechielem ge
munt & mœrent pctã, quæ fiunt in medio
eorum, q̃uis non se inde corporaliter sepa-
rent. Vnicuiq;.n. deus retribuit ẽm cor suũ.
Nã si primis tpibus nõ ob fuerunt mali sa-
cerdotes, uel collegis bonis, sicut fuit Zacha
Mat. 23 rias: uel popularibus, sicut fuit Nathanael,
Ioan. 1. in quo dolus non erat: quanto magis nihil
E obest in unitate Christiana Eps malus uel
coepiscopis uel laicis bonis, cum iã ille sacer
dos in ęternum ẽm ordinem Melchisedech
Psal. 109. & pontifex noster, sedens ad dexterã Patris,
Rom. 8 interpellat pro nobis, qui traditus est pp de
Rom. 4. licta nostra, & resurrexerit pp iustificatio-
nem nostrã? Nec illud bonis obest, sed offe-
rẽtibus malis, quod uerissime dictũ est, Do
Ecclesiastici. 34 na iniquorum non probat altissimus. Nõ.n.
dixit, Dona eorum qui pro pace iniquos to
lerant non probat altissimus: cum tñ nec isti
ea quæ obiecerunt probare potuerint eo tẽ-
pore quo schisma fecerunt, alioquin illis ex
clusis, istos hæreditas Christi toto orbe diffu
Cap. 6 sa in communione catholica retineret. Sacri
Prou. 15 ficia, inqt, impiorũ execratio est Dño, Eteni
Rom. 4 nõ inique offerunt illa. Iam suprà respõsum
1. Tim. 2 est, qa non est iniquus Xps, qui pro nobis se
ipsum obtulit, & nr in cœlo mediator est,
quo suã Ecclesiã gubernãte bonis mali non
oberũt, q vel ignorãtur uel pro pace toleran
Matt. 13 tur, donec ipse ueniat ac separet pmissis mes
sorib. a messe zizania, & vẽtilabro paleas a
frumẽtis: quanq̃ isti qđ sępe dicẽdũ est, falsa
crimina obiecerint, q̃ ẽt si uera essẽt, bono-
rũ charitati pro vnitate in vnitate oĩa tolerã
ti nihil noceret, si ea forte ẽt cognita iudici-
bus ecclesiasticis psuaderi nõ possẽt. Sacrifi
cia ergo impiorũ eisipsis oberunt q offerunt
impie. Nã vnũ atq; idẽ sacrificiũ pp nomẽ
dñi qđ inuocat, & ip sanctũ est, & tale cui- F
que fit, quali corde ad accipiẽdũ accesserit.
Qui.n. mãducat & bibit indigne iudiciũ sibi
mãducat & bibit. Nõ ait aliis, sed sibi. Qui er
go mãducat digne & bibit, gratiã sibi mãdu
cat & bibit. Illi ergo uideãt, vtrũ digne man *1. Co. 11*
ducẽt, qui inter tã multos parentes & filios,
maritos & uxores: inter tã multos, qđ est pa
tẽtissimũ, Dei hæredes, & cohæredes Chri-
sti toto orbe diffusos, nephario schismate di
uiserũt, cũ possẽt utiq; si boni essẽt, & vere
malos arguerẽt, fructuose tolerare p pace *
Xpi, quæ pniciose tolerãt pro parte Donati. ** al. pro parte.*
In Exodo, inquiũt, scriptũ est, Sacerdotes
qui accedũt ad dñm deum sanctificẽtur, ne
forte derelinquat eos Dñs. Et iterũ, Cum mi *Cap. 7*
nistri ad altare accẽdunt, nõ adducãt in se de *Exod. 19*
lictũ, ne moriãtur. Et illud in Leuitico, Hõ *& 30.*
qui habuerit maculam & uitium non acce- *Leui. 21*
dat dona offerre Deo. Bene quidem de ue-
teribus libris ista testimonia proponunt. Di
cant ergo mihi, cui sancto secundum salu-
tem spiritalem obfuerit, uel in sacerdotibus,
uel inter populũ cõstituto, malus aut macu-
latus sacerdos? Vbi erat Moyses & Aarõ, ibi
murmuratores sacrilegi, quos deus a facie G
sua semp pdere minabat. Vbi erat Caiphas
& cæteri tales, ibi Zacharias, ibi Symeon &
cæteri boni: ubi Saul, ibi Dauid: ubi Hiere-
mias, ubi Esaias, vbi Daniel, ubi Ezechiel,
ibi sacerdotes mali & populi mali, sed sarci-
nã suã vnusquisq; portabat. Omitto dicere
quã scelerata supbia dicãt, neminẽ esse in-
ter collegas suos uel seipsos cũ aliqua macu *Galat. 6.*
la & uitio, nõ mẽbrorũ, sed quod peius est
morũ. Qđ vbi agere cũ eis cœperimus, re-
spondebunt, interesse qualis macula & qua-
le uitium sit quæ sic scriptura discreuerit
quæ ait, Homo qui habuerit maculam aut
uitium, non accedat dona offerre Deo. Nul-
lam ne maculam habuit & uitium, non di-
co Optatus, sed ipse Parmenianus, aut ip-
se Donatus? Sed tanto isti amore hominum
cæci sunt, & corde impudico adulteros mẽ-
tis suæ, uni legitimo uiro coæquare non du

bitāt, vt qđ de solo dño Iesu Xp̄o dici potuit, *Hier. 9.* ēt in Donato perfectū fuisse cōtendant. Quis dabit oculis meis fontē lachrymarū? Quiscō gruus huic sceleri gemitus cōcusso pectore exprimet? Sed iterū attēdāt, utrū saltē Optatus habuerit aliquā maculā aut aliqđ vitiū. Nō vsqueadeo cęci sunt, vt istius vitā oīno immaculatā, & oīno uitio carentē fuisse rn̄deāt. Cur ergo accedebat dona offerre Deo, & ab eo cęteri cōiūctis manibus accipiebāt, qđ maculosus & uitiosus obtulerat? Attēdāt in cæteris collegis suis utrū nulla sit macula ebrietas. Sed pri⁹ legant quib. sceleratis ebriosos adiunxerit Aposto. *Gala. 5.* Vtrū auaritia nulla sit macula, q̄ idē Apost. sic detestatur, vt idolorū cōparet seruituti? Qui aūt rectissime sapiūt, intelligūt quēlibet hominū, q̄uis iā pro consortio societatis humanę nō absurde dici possit iustissime uiuere, non tn̄ posse esse sine aliquo uitio, q̄diu caro concupiscit aduersus spm̄, spūs aūt aduersus carnē. *Gala. 5.* Et qui natus est ex Deo, non peccat. *1. Ioā. 3.* Et si dixerimus q̄a pct̄m nō hēmus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. *1. Ioā. 1.* *Respondet tacitæ quæstioni.* Quāuis n. inquantū ex Deo nati sumus nō peccemus: inest tn̄ adhuc ētq̄ ex Adam nati sumus, q̄a nondū absorpta est mors in victoria, *1. Co. 15.* qđ ēt in corporū resurrectione promittitur, ut oīno beati & immaculati & incorrupti simus, qui iam s̄m fidē filij Dei sumus, *1. Ioan. 3* sed s̄m spēm nondum apparuit qđ erimus. Nondum. n. re, sed spe salui facti sumus. *Rom. 8* Spes aūt q̄ vr̄ non est spes: quod. n. uidet quis, non sperat. Si aūt qđ non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Quādiu aūt expectamus per patientiam corporis nr̄i redēptionem, non audeamus dicere carere nos oī uitio, ne ipsa superbia sit immanissimū uitium. Euigilemus igitur aliqn̄, atq; videamus in sacerdotibus illius tp̄is, cum corporalia uitia uitabantur, illū præfigurari qui cū esset Deus, factus est p̄p nos homo solus **K** uerus agnus immaculatus & sacerdos sine uitio. *Heb. 9.* Ideoq́; & tunc sacerdos solus intrabat in sancta sanctorum, populus aūt stabat foris: sicut nūc ille sacerdos post resurrectionē suam intrauit in secreta cœlorum, ut ad dexteram Patris interpellet pro nobis. *Rom. 8* Populus aūt cuius ille sacerdos est, adhuc foris gemit. Nam cū Ep̄s solus intus est, populus & orat cum illo, & quasi subscribens ad eius uerba rn̄det, amen. Vsqueadeo tūc qn̄ sine ulla macula & sine vllo uitio, quia non poterant animi sacerdotū, corpora quærebantur, solus ille Pōtifex nr̄ pręfigurabatur, non isti superbi & impij, qui fornicantem aīam non zelant spōso sed ei audent se ostentare pro sponso. **L**

In Euangelio, inquit, scriptum est, Deus peccatores non audit, sed si quis Deū colit, & voluntatem eius facit, hunc audit. *Cap. 8 Ioan. 9* Et hæc absoluta rn̄sio est. Si. n. duo simul orent, vnus peccator, & alter qui Deum colit & uoluntatē eius facit, nimirū illum audit, & illum nō audit. Quid ergo sibi vult hoc testimonium, uel quō pro se arbitrātur esse proferendum, uel cum his uerbis maxime securi fiant inter malos boni, nec ulla causa corporalis separationis existat, ut nephario schismate homines ēt a bonis per talem discordiam separentur, qn̄quidē possunt & mali inter bonos exaudiri propter fidem suā? Deus. n. qui cordis inspector est, non errat vt alium pro alio vel exaudiat uel repellat. An propterea dicūt hoc, ut intelligatur malus Ep̄s non exaudiri cum pro populo rogat? Quod & si ita esset, non ideo tn̄ populus si bonus atque fidelis est, sollicitus esse deberet. Securos enim illos facit illa scriptura quæ ait: Fratres, hoc scribo uobis ut non peccetis, Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; *1. Ioā. 2.* Hoc quam ueraci & pia humilitate dictum sit audiant, si habent aures unde audiant, Ioannes enim dixit, Hoc scribo uobis ut non peccetis. Si itaque sequeretur, & diceret: Et si quis peccauerit, aduocatum **M** habetis apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiacio pro peccatis uestris: seipsum a peccantibus quasi segregasse uideretur, ut iam non ei opus esset propitiatione, quæ fit per mediatorem sedentem ad dexteram Patris, & interpellātem pro nobis. *Rom. 2.* Quod utique non solum superbe, sed etiam falso diceret. Si uero ita diceret, hoc scripsi uobis ut non peccetis, & si quis peccauerit, mediatorem me habetis apud Patrē, ego exoro pro peccatis uestris. sicut Parmenianus quodam loco mediatorem posuit Episcopū inter populum & Deum, quis eum ferret bonorum atq; fidelium Christianorum? Quis sicut Apostolū Christi, & non sicut Antichristum

stum

ſtum intuereť? Et tñ lacus detriti fumoſam
aquã,iſtorum * ſuperbiam ferunt, & ſpũm
ſanctũ cõtinere non poſſunt,ut ſeruẽt uni-
tatẽ ſpũs in uinculo pacis,& in omnib. orõ
nibus ſuis de uno mediatore ſecuri ſint.Ho
mines.n.oẽs Chriſtiani inuicẽ ſe cõmẽdant
orõnibus ſuis.Pro quo aũt nullus interpel-
lat,ſed ipſe pro omnibus,hic vnus verusq;
mediator eſt, cuius typus qm̃ præfigurabať
in ſacerdote ueteris teſtamẽti,nullus illic in
uenit oraſſe pro ſacerdote. Paulus ãt Apo-
ſtolus quanq̃ ſub capite p̃cipuũ mẽbrũ,ſed
tñ quia membrũ eſt corporis Xp̃i, & noue-
rat nõ per figurã in interiora ueli ad ſancta
ſanctorũ, ſed p expreſſã & firmã ueritatẽ
in interiora cœli ad ſanctitatẽ,nõ imagina-
riã,ſed ęternã,pro nobis intraſſe maximum
& uerisſimũ ſacerdotẽ eccleſiæ, ſe orõni-
bus fideliũ & ipſe cõmẽdat. Nec mediatorẽ
ſe facit inter populũ & deũ,ſed rogat ut ꝓ
ſe orẽt inuicẽ oĩa mẽbra corporis Xp̃i, qm̃
pro inuicẽ ſollicita ſunt mẽbra,& ſi patitur
unũ membrum; cõpatiũtur omnia mẽbra:
& ſi glorificatur unum mẽbrũ, cõgaudent
oĩa mẽbra,ac ſi oratio pro inuicẽ mẽbrorũ
oĩum adhuc in terra laborãtiũ, aſcendat ad
caput qđ pręceſſit in cęlũ, in quo eſt propi
tiatio pro peccatis noſtris.Nã ſi eſſet media
tor Paulus,eſſent utiq; & cæteri coapoſtoli
eius,ac ſic multi mediatores eſſent, nec ip-
ſius Pauli cõſtaret rõ qua dixerat, Vnus.n.
Deus, unus mediator dei & hoĩum homo
Chriſtus Ieſus,in quo & nos unũ ſumus, ſi
ſeruemus unitatem ſpũs in vinculo pacis.
Nec pp malos bonos deſeramus, ſed pp
bonos malos ſufferamus,ne cum defendere
uolumus qđ temeraria p̃ſumptione relin-
quimus, incognitos cogamur maiori ſcele
re dãnare inauditos,cũ etiã certum ſit,quia
pc̃tõres deus audit, qđ quidẽ inuenitur in
ſcripturis. Balaam propheta nõ de populo
Iſrael,ſed alienigena cõductus ab inimico,
ut populo dei malediceret, cõuerſus a dño
ad bñdicẽdũ eſt: cuius verba oĩa bñ impre-
cãtis audiuimus & legimus,& cũ aliud ha-
beret ĩ voto, verba tñ precãtis & bona sũt,
& ꝓ populo exaudiunť a dño.Vñ nõ mirũ
eſt ſi verba bona q̃ pro populo dñr in preci
bus,ẽt ſi à malis dicanť Ep̃is,& exaudiri tñ,
nõ pro ꝑuerſitate p̃poſitorũ, ſed ꝓ deuotio
ne populorũ. Veruntñ quod ſcriptũ eſt in
Euangelio, Deus peccatores non audit,ſed
ſi quis Deũ colit, & uolũtatẽ eius fecerit,ip
ſum exaudit: nõ a dño dictũ eſt, ſed ab illo
q oculos corporis iam quidẽ reſtitutos ha-
bebat,ſed ei oculi cordis nondũ patebãt,vñ
ipſum dñm adhuc prophetã putabat, Nam
eũ poſtea cognitum dei filium adorauit. Ip
ſe aũt dñs cũ in vno tẽplo orarẽt phariſęus
& publicanus,publicanũ confitentẽ pecca-
ta ſua magis iuſtificatũ dicit, q̃ phariſęum
iactãtẽ merita ſua,cui ſimiles iſti ſunt. Quã
quam .n. iuſtificatus deſtiterit eſſe pc̃tõr,tñ
vt iuſtificaretur peccator orabat, & pecca-
tor confitebať,& exauditus iuſtificatus eſt,
vt deſineret eſſe peccator. Nõ vtiq; deſine-
ret eſſe peccator, niſi prius exaudiretur pec
cator. Quamobrem non quidem omnem
peccatorem exaudiri, ſed tñ non oẽm pec-
catorem non exaudiri veritas teſtis eſt.

Obijciũt & quod dr̃ in Pſalmo, Pc̃tõri
aũt dixit Deus,ut quid exponis iuſtificatio-
nes meas, & aſſumis teſtm̃ meũ per os tuũ?
Tu uero odiſti diſciplinam,& proieciſti ſer
mones meos retrorſum. Si uidebas furem
currebas cũ eo, & cũ adulteris portionem
tuã ponebas.Os tuũ abundauit malitia, &
lingua tua cõcinnabat dolos. Sedens aduer
ſus fratrem tuũ loquebaris, & aduerſus fi-
lium matris tuæ ponebas ſcãdalũ. Sed ape-
riant aliqñ aures cordis,& deſinãt eſſe non
intelligẽtes,neq; quæ loquũtur,neq; de qui
bus affirmãt.Attendunt .n. dictũ peccato-
ri,ut quid exponis iuſtificationes meas, &
aſſumis teſtm̃ meum per os tuũ: & non in-
telligunt ad hoc dictũ,ut ſciat ſibi nihil pro
deſſe uerba quæ ore pronunciat, ſi quod di
cat ipſe non facit, ueruntñ aliis prodeſſe,q̃
etiã per malos audiunt,& faciunt,quod ip-
ſe dñs docet in Euangelio,dicens de Phari-
ſæis,Super cathedrã Moyſi ſedẽt,quæ dicũt
facite,quæ aũt faciunt,facere nolite:dicunt
.n. & non faciunt. Atque vtinam uellent in
his verbis, quæ de pſalmo meminerunt, ſe
tanquã in ſpeculo intueri. Qũo non proij-
ciũt ſermones dei retrorſum, qui populis
pronunciant pacẽ,& non amãt pacẽ? Qũo
nõ odio hñt diſciplinam qui damnare au-
dent orbẽ inauditũ,& cum pro merito im-
mò longe merito,pro tãti furoris audacia,

[Marginalia: Al. iſtorum fecerunt conſcientiã. — Ephe. 4. — M — Heb. 9. — 1. Co. 12 — A — 1. Tim. 2 — Ephe. 4 — Nu. 23. — Ioan. 9. — B — Luc. 18 — Cap. 9. Pſal. 49. — C — Matt. 23]

ſecundũ diuinæ miſericordiæ diſciplinam tpales moleſtias patiũtur, nõ pctã ſua puniri cõſitent, ſed merita coronari gloriantur? Eos ſanè cũ fure cucurriſſe nõ dico: qa fure peior eſt raptor, qđ eſſe undiq; clamabatur Optatus. An nõ cũ mœchis particulã ſuam ponũt, q greges ebrios ſanctimonialiũ ſuarũ cũ gregib. ebriis Circũcellionũ, die noctuq; pmixtos uagari turpiter ſinũt? An nõ ſedẽtes aduerſus fratres ſuos detrahũt, qui pp quoſdã quos cõuincere nõ potuerũt, in hrditate Xpi toto terrarũ orbe diffuſa cõtẽdunt non eſſe Xpianos? Atq; ita aduerſus filiũ matris ſuæ: id eſt, paruulũ adhuc in fide & ſacramẽtorũ lacte nutriẽdũ, pernicioſiſſimũ ſcãdalũ ponũt, dũ neſciẽs adhuc ſequi deũ patrẽ, infirmus ſeqtur hoiem, & ſimulata atq; adumbrata ſpẽ ueritatis illectus, ab unitatis cõpage, crudeli laceratione diuellitur. Sed ſi eis q mala nõ faciũt, in eadẽ parte malefacta diſplicẽt cæterorũ, nec obeſſe ſibi aliena ſcelera credũt, q in medio ſui fieri gemũt & mœrent, cur in crimine ſacrilegi ſchiſmatis pniciose tolerãt, quos fructuoſe tolerare in unitatis integritate potuerunt? Poſſunt. n. dicere, ſi tñ iã ipſis reb. expgefacti euigilãt aliqñ, poſſunt, inquã, dicere mala ſingulorũ cæteris nõ obeſſe, q nec approbãt nec faciũt talia, nõ aũt ſingulorũ malũ eſſe ſchiſmatis ſacrilegiũ, ſed ad eos oẽs ptinere, q catholicæ nõ cõmunicãt vnitati ſanctiſſime poſſũt cõuinci, & ſi difficile cõfiteri. Qua. n. cã in eorũ cõione ad alios nõ ptinẽt crimina aliorũ, ea cã ſchiſma crimẽ eſt oĩum, qa cũ ſe inter ipſos ſuos aliorũ ſcelerib. maculari nõ poſſe iã dñt, ſimul fateanẽ neceſſe ẽ nõ ſe habuiſſe cãm cur ab unitate diſcederẽt, ubi eos nõ poſſũt aliorũ ſcelera maculare, & propterea ſcelere ſchiſmatis apertiſſimo tanquam uno mortifero uinculo pariter colligantur.

Cap. 10. *Hiere. 2.*

At. n. pphetauit Hieremias. Quid pphetauit Hieremias? Nõ habere, inqt, verũ baptiſmũ eos q relinquũt deũ. Ait. n. Expectauit cœlũ ſup iſtud, & exhorruit multo vehemẽtius dicit dñs, qm duo nequã fecit populus iſte. Me dereliquerũt fontẽ aq viuæ, & effoderũt ſibi lacus detritos q nõ poſſunt aquã portare. Et iterũ, Facta eſt plebs mea mihi ſicut aqua mẽdax, nõ habẽs fidem. Et illud qđ ſcriptũ eſt, Qui baptizatur a mortuo, & iterũ tãgit mortuũ, qd pdeſt lauatio eius? Et illud in Pſalmo, Oleũ aũt pctõris nõ impinguet caput meũ. Et iterũ alibi, muſcę morituræ exterminãt oleũ ſuauitatis. Et alibi, Spũs. n. ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ, & auferet ſe a cogitationib. q̃ ſunt ſine intellectu. Hæc oĩa ſic eo mõ intelligẽda ſũt, quo ab iſtis intelligũtur, nec nobis nec ipſis cõquadrat rõ veritatis. Si aũt modo docuero intelligẽda, illi ſoli ſua prauitate turbanẽ. Sed ut nõ turbenẽ, ad catholicũ refugiãt intellectũ, quia nõ inueniũt exitum rñſionis, dũ irretiuntur crimine ſchiſmatis. Habent certe ẽt ipſi, nõ dicã tales, ſed quos uel fatẽtur, uel inſaniſſime negãt, derelinquentes deũ qui eſt fons aquæ uiuæ, hoc eſt iniq; uiuentes. Neq;. n. pedibus, ac nõ corde relinqtur deus. Habẽt & mẽdaces, & nõ habẽtes fidẽ, aliud profitẽtes & aliter cõuerſantes: habẽt ẽt mortuos. Si. n. ſexui delicatiori & infirmiori delitias nõ concedit Apoſtolus dicẽs, Vidua q̃ in delitiis agit uiuens mortua eſt: qrant utrũ nulli apud ſe uiri & quodãm plius eſt, ppoſiti vel miniſtri uiuant in delitijs, atq; ſi ita audẽt, renũciẽt ſe non habere mortuos, & meliores eſſe q̃ illa Eccleſia, cuius angelo in figura prępoſitorũ uel aĩarum dr, q nõ viuat, ſed mortuus ſit, & tñ inter ſeptẽ Eccleſias numeraẽ, & ei non diuiſę a cõpage corporis Chriſti agenti, ſed in unitate perſeueranti pręcepta vitæ inſinuantur. Omitto quod in cõcilio ſuo aduerſum Maximinianiſtas dixerunt, Aegyptiorũ ad modũ exemplo, pereuntium funerib. plena ſũt littora. De quorũ numero mortuorũ nunc intus eſt Felicianus, qui adhuc mortuus baptizat. Aut ſi iam reuixit, habet ſecum illos quos mortuos in ſchiſmate baptizauit. Habẽt certe pctõres. Nã ſi interrogenẽ quicunque ſibi in ipſis magis uñr, ẽt ſeipſos pctõres nõ negant. Neq;. n. non tundunt pectora ſua, aut cũ id faciunt, ſimulãdo faciũt. Qđ ſi ita eſt, tunc certe inſeliciter peccãt, populos ſuos ſimulata humilitate fallentes, aut nõ dicunt in oratione dñica: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quod utiq; nõ de illis peccatis dicitur quæ in baptiſmi regeneratione dimiſſa ſunt, ſed de ijs quæ quotidie de

Hier. 15 *Eccleſiaſtici. 34.* *Pſ. 140.* *Eccleſiaſtes. 10.* *Sapiẽ. 1.* *1. Tim. 5* *Apoc. 1.* *Exo. 14.* *Matt. 6.*

ſeculi

ſeculi amariſsimis fluctibus humanæ vitæ
infirmitas cõtrahit, quibus curãdis adhiben
tur medicamenta eleemoſynarũ, ieiuniorũ
& orationũ, vt in oratione eſſe dicatur qđ
in eleemoſynis agitur. Nã & pctm̃ qđ in te
H alter admiſit, dimittere, ut & tibi tuũ deus di
mittat, magnũ opus miſericordiæ eſt. Quod
ſi hoĩes ficte & non ueraciter dicunt, putan
tes ſe non habere qđ eis dimittat deus, idip-
ſum eſt inexpiabile ſacrilegiũ, ea ipſa impia
eſt vęſana ſuperbia, qđ eſt certe immane pec
catũ. Nã & de morituris muſcis quid dicã,
qm̃ in eis non morituros adhuc, ſed iã mor-
tuos multipliciter inueniri, ſiue fateant̃, ſiue
cõuincantur oñdimus? Fictos uero quos fu-
git ſpũſſanctus diſciplinæ, & ſine intellectu
perdite uiuentes q̃ multos inter ſe habeant,
ſm̃ ea quæ ſupra dicta ſunt cogitent. Nã &
quicunq; ibi latẽt mali, qđ uel eo certũ eſt,
qa ſæpe proditi conuictiq; dãnantur, nõ de
recentibus tm̃ factis, ſed ẽt de ueteri conſue
tudine flagitiorũ, qa ſtultiſsima fictione diu
cęlari nõ potuerũt, vtiq; magis ficti ſunt dũ
ſe bonos fingendo decipiũt. Si ergo ſic ſunt
iſta intelligẽda ut iſti intelligunt, qũo eis rõ
ſubſiſtere poterit, cur apud eos qui male vi
uẽdo derelinquunt deũ, ſiue lateant, ſiue no
I ti ſint: non fuerint lacus detriti, qui cõtine-
re non ualent aquas? Et ſi in hoc loco ſacra
mentũ baptiſmi intelligendũ eſt, cur mẽda-
ces & infideles eorũ miniſtri, non aquã ve-
racẽ, ſed mendacem uel dare uel habere cre
dunt̃: quid ab illorũ mortuis qui baptizant̃
proficit lauatio eorũ? Cur peccatores impin
guãt oleo capita aliena? Quid ibi muſcæ mo
rituræ uel mortuæ meruerũt, ut nõ extermi
nẽt oleũ ſuauitatis? Quo priuilegio muniun
tur, quicunq; ibi ficti ſunt: id eſt, qui iuſtitię
pelle obtegunt lupũ, ut non eos fugiat ſpũſ-
ſanctus diſciplinæ? Aut ſi eos fugit ſpũſſan-
ctus, qũo per eos baptizatis dat̃? Hic. n. dici
non põt qđ ſolent ineptiſsime & impuden-
tiſsime dicere, tunc poſtea a malo baptizari
quenquã, ſi lateat malitia baptizãtis. Qui. n.
fictus eſt, tãto magis fictus eſt, quãto magis
latet. Ab hoc ergo cũ ſe auferet ſpũſſanctus,
quæ ſpes erit baptizati, ſi baptizãtis hoĩs me
ritũ in illa dei gratia cogitandũ eſt? Hic om-
nino quid rũdeant non inueniunt, q malos
apertos habere ſe negãt in quo quidẽ aper-
tiſsime conuincunt̃. Sed quid ad nos? Satis
eſt nobis ad neceſſariũ articulũ cauſæ, ꝙ fi-
ctos bonos: id eſt, occultos malos apud ſe eſ
ſe negare non poſſunt. Per multos. n. redar-
guuntur, qui cũ ibi perditis & ſceleratis mo
ribus viuerẽt, & ꝑ ipſam fictionẽ diu latuiſ-
ſent, aliqñ proditi, expulſi ſunt. Dicamus er- K
go, Si nolũt ibi adhuc eſſe aliquos tales, illi
certe q eiecti ſunt in eadẽ fictione laterent,
& eos fugeret ſpũſſanctus, de quo ſcriptum
eſt, Spũs. n. ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ: *Sap. 1.*
qũo baptizare poterunt? Cur nõ recẽſentur
ſaltẽ qui viuunt ut accipiant baptiſmũ, quẽ
vtiq; a fictis quos deſeruis ſpũſſanctus acci
pere nequiuerunt? Si aũt dicunt, Spũs quidẽ
ſanctus daturis fingentibus deerat iuſtifican
dis, ſed accepturis credẽtibus aderat abluen
dis ꝑ ineffabilẽ efficaciã potentię ſuę vtrũq;
valens facere, illos fugere, iſtos fouere: illos
culpare, iſtos mundare: q̃ pro ſe qõnem ſol-
uant, ſimul cernant ſolutam eſſe pro nobis.
Quod aũt intelligimus in hac ſñia ſanctæ *1. q. 1. c.*
ſcripturæ, q̃ certe ipſi non intelligentes, & *omnia, et*
quaſi pro ſuis partibus proponẽtes, ad ſeip- *cap. per*
ſos cõuincendo ingerũt nobis, hoc pone in *Eſaiam.*
oĩbus talibus qõnibus intelligendum admo
nemus, ſ. quia oĩa ſacramenta cũ obſint indi
gne tractãtibus: proſunt tñ per eos digne ſu
mẽtibus, ſicut & verbũ dei teſtatur: vnde di
ctũ eſt, Quæ dicunt facite: quæ aũt faciunt, L
facere nolite. Nã effodere lacus detritos qui *Mat. 23.*
cõtinere non ualẽt aquas, quis me prohibet
ſic intelligendũ eſſe, conuerti ad uoluntatẽ
terrenã, ut non poſsint ſuſtinere ſpiriũ ſan-
ctũ, quem noĩe aquæ in Euangelio ſignifica
ri, quis qũo Chriſtianus ignorat? Item aqua
mẽdax non habens fidẽ, poterit intelligi, nõ
falſum baptiſma, ſed populus mẽdax & infi
delis, nõ annumeratus ueracib. & fidelibus,
ſed his ſolis qui mendaces & infideles ſunt.
Nã populũ ſignificari aliqñ vocabulo aqua-
rũ, legant Apocalypſim, & calũnientur ſibi
prius potius q̃ nobis. Sic. n. dicitur Ioanni, *Apo. 17.*
Aquas quas uidiſti, ſuper quas ſedet mere-
trix illa, populi & tribus ſunt, & gentes &
linguæ. Et illud quod ſcriptũ eſt, Qui bapti- *Eccleſia-*
zatur a mortuo: & iterum tangit mortuum, *ſtici. 34.*
quid proficit lauatio eius? Vt interim differã
diligentiorẽ iſtorum uerborũ inquiſitionẽ,
tutiſsime accipio Paganorũ baptiſmata eſſe

denotata qui hoĩes & a iustitia,& ab ista vita mortuos colũt,in quorũ noĩe baptizant. Quãuis.n.& ipsi sacerdotes per impietatem mortui dicant:non tñ pp eos sic intelligit, sed pp mortuos deos eorũ,in quorum significatione dicit,Dñs deus noster deus viuus. Quapp etsi apud Christianos sunt aliqui ppositi vel ministri,qui p impietatẽ & iniquitatẽ suã mortui sunt, viuit tñ ille de quo dictũ est in Euangelio,Hic est qui baptizat:qa sicut dicit Apostolus,Chrs resurgens a mortuis,iã non morit,mors illi vltra nõ dñabit. Oleũ vero peccatoris apertissime Psalmus indicat,queadmodũ intelligendũ sit. Ait.n. emendabit me iustus in misericordia & arguet me : oleũ aũt peccatoris nõ impinguet caput meũ. Vnde manifestũ est, oleo peccatoris blãditias adulatoris esse significatas,qbus repudiatis & detestatis eligit a iusto emẽdari & argui,qa hoc iustus nõ fallaci lenitate adulationis, sed veraci asperitate obiurgationis faciẽs, multo magis misericorditer facit. Vñ est & illud in Apocalypsi,Ego quos amo,arguo & castigo.Et illud apud Salomonẽ, Meliora sunt vulnera amici,q̃ voluntaria oscula inimici: & multa reperiuntur hmõi. Oleũ vero suauitatis,i.bonũ odorem, id est bonã famam Christianorũ,illi exterminant qui male victuri,& ad mortẽ suarũ iniquitatũ redituri,magna multitudine irruũt,vt eis p baptismũ peccata donent,& ad ea denuo reuertant.Nã pp numerositatẽ muscis arbitror esse cõparatos. Sed hi exterminãt oleũ suauitatis, qm̃ non ipsam dei gratiã,sed hominũ mores intuent. Et qm̃ sicut grana inter paleas non vñr:ita pie viuentes inter iniquorũ turbas non facile apparent,carnaliter offensi a percipienda salute sempiterna, siue trahuntur,siue oĩno resiliunt. Esse aũt bonũ odorẽ in bona fama recte viuentiũ Christianorum, Apostolus docet dicens,Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Contra illi quibus dr,Nomen.n.dei per vos blasphematur in gentibus: vtique oleum suauitatis exterminant.Sic ergo habent ista alios synceriores intellectus, quos si qui sequantur, etiam ipsis ab earum qõnum expediuntur angustijs. Illorum autem intellectus si a nobis non confirmetur,ipsos solos:si vero a nobis confirmetur,vtrosque nostrum implicat.

Quid opus est iã plura discutere,nisi forte illud mouebit,qa cum probare Parmenianus vellet,carnales hoĩes nõ posse spiritales filios procreare,addidit ex Euãgelio testimoniũ, Quod natũ est de carne,caro est:& qd̃ natũ est de spiritu,spiritus est? Quasi nos dicamus p seipsum quemlibet hoĩem spiritales filios generare,& non p Euangelium:in cuius pdicatione spiritussanctus operat ad gignendos filios nõ posse sufficere, cũ spũssanctus fictũ ministrũ fugiat,sicut supra diximus.Ideoq; Apostolus cũ talibus filijs loqueret,si dixisset,Ego vos genui:& nõ addidisset,in Christo Iesu p Euãgeliũ nullo modo se quisquã fideliũ de illo natũ religiose fateret. Euãgelium aũt fur quoq; Iudas sine detrimento fideliũ prædicauit. Fictos igitur eorũ.i.occultos malos,sicut ipsi quoq; concedunt, cũ eos fugiat spũssanctus, per eorũ tñ ministeriũ gigni spiritales filios adstruãt. Sed qs ferat tantã dementiã, vt cũ forte carnalem vocet hoĩem de coniuge filios procreantẽ,spiritalẽ appellet adulterũ?Absit,inquit,vt hoc sentiã.Nam qũo adulter latens, cum apud eos præpositus esset,spiritales potuit filios pcreare, si carnales hoc facere nõ possent?An forte tũc p manus eius vel Christus uel spũssanctus uel angelus baptizauit? Si ergo tunc homo baptizat, cũ baptizator manifestus est bonus:cũ uero baptizator latet malus,tunc dñs baptizat,aut angelus, & vnusquisq; talis spiritu taliter nascit qualis fuerit a quo baptizat:optent igitur qui desiderant baptizari,ut hoĩes per quos baptizantur nõ sint manifesti boni,sed latentes mali, vt sic deo vel angelo baptizante sanctiores renasci mereant. Hanc absurditatẽ sic se cogitẽt euitare per quẽlibet hoĩem, ut cũ quis Christi baptismate baptizat, Christũ baptizare fateant,de quo solo dictũ est, Hic est q̃ baptizat in spũsancto. Nã illud ex Euangelio, Sicut misit me pater,& ego mitto uos. Hoc cũ dixisset,insufflauit & dixit,Accipite spũmsanctum, si cui dimiseritis peccata,dimittent:& si cui retinueritis,retinebuntur : cõtra nos esset,ut cogeremur fateri ab hominibus hoc, non per hoĩes fieri,si postea q̃ dixit, Et ego mitto uos:subiecisset cõtinuo, Si cui dimiseritis peccata,dimittent:& si cui tenueritis,tenebunt. Cũ vero interpositũ est,

Hoc

Hoc cũ dixiſſet,inſufflauit,& ait illis, Acci-
pite ſpiritum ſanctũ:& deinde illatũ,per eos
vel remiſsioné vel retentioné fieri peccato-
rum : ſatis oñditur,non ipſos id agere,ſed p
Mat. 10.
eos vtiq; ſpiritum ſanctũ, ſicut alio loco dr̃,
D
Non.n.vos eſtis qui loquimini,ſed ſpirituſ-
ſanctus qui in vobis eſt.Spiritus aũt ſanctus
in Eccleſiæ præpoſito vel miniſtro ſic ineſt,
vt ſi fictus non eſt,operet̃ per eũ ſpirituſſan-
ctus, & ad eius mercedé in ſalutẽ ſempiter-
nã, & eorũ regenerationem vel ædificatio-
né, qui per eũ ſiue conſecrant̃ ſiue euãgeli-
Sapien. 1
zant̃ . Si aũt fictus eſt,qm̃ veriſsime ſcriptũ
eſt,Spiritus.n.ſanctus diſciplinæ effugiet fi-
ctũ:deeſt quidẽ ſaluti eius,vt auferat ſe a co
gitationibus q̃ ſunt ſine intellectu, miniſte-
rium tñ eius nõ deſerit, quo per eũ ſalutem
operatur aliorũ . Propter qđ Apoſtolus ait,
Si.n. volens hoc facio,mercedẽ habeo: ſi au
1. Co. 9.
tem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt:id
eſt,illis prodeſt quibus hoc diſpenſo, nõ mi
hi qui fictus ſum . Qui.n.inuitus facit p p
cõmoda gaudiaq; carnalia, quæ ſi aliter ha-
bere poſſet,illud deſereret ipſe vtique fictus
eſt,ideoq; inũitus facit, ſed eis prodeſt erga
quos facit: ſe aũt tm̃ a mercede ſalutis alie-
nat, non ẽt illos priuat quibus cibaria domi
nicus ẽt malus ſeruus impendit. Quia vero
non erat talis Apoſtolus ſed talis potius ut
E
uolens faceret,id eſt gratuitã gratiam pieta-
te caſti cordis erogaret,& mercedem aliorũ
per eũ ſpirituſſanctus operatus eſt,quam ſi-
cut ipſe dicit,reddet ei dñs in illum diem iu
2. Ti. 4.
ſtus iudex:illos vero qui Euangeliũ annun-
ciabant non caſte, qui non quidẽ aliud niſi
veritatẽ,id eſt Chriſtum,nõ ueritate cordis
boni, ſed per occaſionẽ commodorũ ſuorũ
annunciabant,Sinite,inquit,hos annũciare:
& gaudet non vtiq; illis, ſed eis qui per eos
ſalui fiebãt,tenentes pręceptũ Chriſti dicen
Mat. 23.
tis,Quæ dñt facite,quæ aũt faciũt,facere no
Phil. 1.
lite:dicunt.n.& non faciunt. De his ẽt Apo
ſtolus ad Philippenſes loquitur,Quidã qui-
dem, inquit, per inuidiã & contentionem :
quidã uero per bonã uoluntatem Chriſtum
prædicãt:quidam ex charitate,ſcientes qm̃
in defenſione Euangelij poſitus ſum: quidã
vero & per contumaciã Chriſtũ annunciãt
nõ caſte, exiſtimantes tribulationẽ ſuſcitari
in vinculis meis.Quid.n.dum oĩmodo,ſiue
occaſione,ſiue veritate Chriſtus annunciet?
& in hoc gaudeo,ſed & gaudebo. Nunquid
permitteret eos Chriſtũ prædicare,cũ Euan
F
gelij veritatẽ nõ veraci cordis caſtitate præ
dicarent?Nũquid de taliũ prædicatione gau
deret, niſi ſciret qđ illis quidẽ pernicioſum
eſſet,rẽ caſtam nõ caſte annunciare:illis aũt
ſalubre,qui bona & vera p eos audiẽtes pfi
cerẽt ad ſalutẽ? Nã vbi non Xp̃s qui veritas
eſt, ſed falſitas & mendaciũ prædicat̃, aper-
Gala. 1.
tiſsime prohibet ad Galatas dicens, Si q̃s vo
bis euangelizauerit præter id qđ accepiſtis,
anathema ſit.Itemq; ad Timotheũ,Sicut ro
1. Ti. 1.
gaui te,inquit, ut ſuſtineres Epheſi,cũ irem
in Macedoniã , vt denuntiares quibuſdã ne
aliter docerent. Illos aũt inuidioſos,conten
tioſos,cõtumaces,nõ caſtos,occaſionẽ quę-
rentes faciendæ ſuæ malæ uoluntatis:qa ſic
eorũ fictionẽ ſugeret ſpirituſſanctus, ut eo-
rũ non deſereret miniſterium, quo per eos
Chriſtus prædicabatur, nõ ſolũ non permit
tit ut faciant,ſed & gaudet,quia faciũt.Hæc
de ſcripturis ſanctis documẽta proferimus ,
vt appareat facile non eſſe quicquã grauius
ſacrilegio ſchiſmatis: quia præcidẽdæ vnita
tis nulla eſt iuſta neceſsitas , cũ ſibi nequa-
quã ſpiritaliter nocituros malos ideo tolerẽt
boni, ne ſpiritaliter ſeiungantur a bonis, cũ
diſciplinæ ſeueritatẽ conſideratio cuſtodien
dæ pacis refrenat aut differt,quã tñ ſecuritas
exerit,cũ apparet ſine vulnere ſchiſmatis ad
G
ſalubrẽ correctionẽ poſſe aliquid eccleſia-
ſtico iudicio vindicari . Dicimus.n.magnũ
nomen dñi eſſe cum eis qui eum metuunt,
quãuis permixti ſint turbis eorũ qui eũ non
metuũt,ut illud quod Apoſtolus ait, Nouit
2. Ti. 2.
dñs qui ſunt eius:& recedat ab iniuſtitia oĩs
qui inuocat nomen dñi. Si.n.bono pacis,ne
ante tempus cum zizania colliguntur, era-
dicetur ſimul & triticũ , neceſsitate cogitur
quiſquã eſſe inter iniuſtos, recedat ab iniu-
ſtitia,& ſecurus inuocet nomen domini.Si-
militer.n.& ab iniuſtis recedit,& ab eis exit,
atq; ſeparatur interim corde , ut etiam cor-
pore a talibus in fine ſeparari mereatur.

Et illud qđ ſcriptũ eſt, Non eſt ſpecioſa
Cap. 12. Eccleſiaſtici. 15.
laus in ore peccatoris.In ore quippe fideliũ
ſpecioſa eſt.Si aũt vnicuiq; eſt os proprium,
nec quiſquã ſine conſenſu cordis ſui ex ore
vulneratur alieno.Cum aũt pręedicatio pec-

catoris ore procedit, quærendũ eſt cuiuſmo
di peccatorẽ hoc loco ſcriptura ſignificare
[*Luc. 18.*] voluit. Nã & Publicanus qui iuſtificatus eſt
magis q̃ ille Phariſæus vtiq; peccator erat.
Si.n. vera eius peccata non erant, falſa erat
confeſsio peccatorum: ſi aũt vera erat con-
[H] feſsio p p quam iuſtificari etiã meruit, pro-
culdubio vera erant peccata. Hæc ẽt de ora-
tione ſummi Danielis veriſsime dixerim, q
[*Dani. 9.*] profecto veraciter ait, Cũ orarem & confite
rer peccata mea & populi mei. In cuius er-
go ore peccatoris laus ſpecioſa non eſt, niſi
maxime mendacis & ficti, quem ſpirituſſan
ctus diſciplinæ fugit? Quẽ igitur fugit, cum
tñ loquitur veritatem, non in eius ore ſpe-
cioſa eſt, qa non ei tribuitur cuius particeps
non eſt, ſicut ſpecioſa non erat prophetia in
[*Ioan. 11.*] ore Caiphæ põtificis ſacerdotũ, qui neſciuit
quid dixit, ſed cũ eſſet põtifex prophetauit:
ſed tñ per ipſum ſpecioſa laus eſt dei in au-
ribus audientium, & corde credentium.

[*Cap. 13.*] Ea Apoſtoli.n. ſnĩa male vſurpata velut
inſultare audet Parmenianus eis quos negat
habere baptiſmũ, & propterea dicit eos da-
[*1. Co. 4.*] re nõ poſſe. Quid enim, inquit, habes quod
non accepiſti? Quod vt omittã, vnde & qua
re dicat Apoſtolus, qđ ipſius Epiſtolæ cõte-
xtione declarat, ſi hoc de baptiſmo vult in-
telligi, & ſi ille dare non põt qui non habet:
ille aũt non habet quod nõ accepit, vt ei ali-
quo modo ſuffragetur qđ ſcriptũ eſt, Quid
enim habes qđ non accepiſti? quæro vtrũ
nõ habeat qđ apud ipſos accepit, Si dixerit,
[I] habet: quęro vtrũ amittat ſi ab eis receſſerit.
Si dicit, amittat: baptizãdus iterũ eſt ſi redie
rit, vt ei poſsit reſtitui qđ amiſit. Si aũt hoc
non fit, nec quiſquã dicit eſſe faciendum, nõ
ergo amiſerat. Porrò ſi accepit, & nõ eo ca-
ruit, habet vtiq; quod accepit. Et ideo nõ ei
põt dici ẜm iſtorum intellectũ, quid habes
qđ non accepiſti. Refert nunc aĩum ad ip-
ſam originẽ ſchiſmatis, quemlibet exiſtimẽt
Cæcilianũ: quem nos credimus innocentẽ,
& proculdubio in vnitate fidei baptizatus
erat, nondum.n. facta erat iſta diuiſio. Pona-
mus ſicut vtiq; illi volunt, ꝙ ab vnitate ip-
ſe receſſerit, nõ amiſit vtiq; quod acceperat.
Non.n. ſi rediret baptizaretur iterũ, vt reci-
peret qđ amiſerat. Porrò ſi eo quod accepe-
rat nõ caruerat, id vtiq; habebat. Si ergo nec
ipſi dici poterit ex iſtorũ prauo intellectu,
Quid.n. habes quod nõ accepiſti? multo mi-
nus hoc idem dici põt ei, qui per Cæcilianũ
a domino accepit. Cur.n. non potuit homo
qui non coniunctus eſt vobis, id qđ non ha
bebat accipere per eum qui non amiſit, qñ
receſsit a vobis? Quanto ergo imprudentius [K]
dr̃ orbi terrarũ, Quid.n. habes quod non ac-
cepiſti: vnde ipſius ſacramenti connexio in
Aphricã venit, qui per nullius traditoris fa-
cinus potuit amittere promiſsionẽ dei, aper
ta pollicitatione dicẽtis ad Abrahã, In ſemi [*Gen. 22.*]
ne tuo benedicentur oẽs gentes: ẽt ſi iſti nõ
impij calũniatores fratrũ, ſed veri examina-
tores criminum fuiſſent? Nam illud qđ qui- [*1. q. 1. c. quod quidam.*]
dam eorũ veritate conuicti dicere cęperãt,
baptiſmũ quidem nõ amittit, qui recedit ab
Eccleſia, ſed ius tñ dandi amittit: multis mo [*24. q. 1. ca. miramur. 4. ſen. diſt. 25. cap. econtra autem.*]
dis apparet fruſtra & inaniter dici. Primo,
quia nulla oſtenditur cauſa, cur ille qui ip-
ſum baptiſmũ amittere non poteſt, ius dãdi
amittere poſsit. Vtrunq;.n. ſacramrntũ eſt,
& quidã conſecratione vtrunq; homini da-
tur, illud cũ baptizatur, iſtud cũ ordinatur:
ideoq; in catholica vtrunq; nõ licet iterari.
Nam ſi quando ex ipſa parte venientes etiã
præpoſiti pro bono pacis correctio ſchiſma
tis errore ſuſcepti ſunt: & ſi viſum eſt opus
eſſe, vt eadem officia gererent quæ gerebãt,
non ſunt rurſus ordinandi: ſed ſicut baptiſ-
mus in eis, ita ordinatio mãſit integra, quia
in præciſione fuerat vitiũ, quod vnitatis pa-
ce correctũ eſt, non in ſacramẽtis, quæ vbi-
cũq; ſunt, ipſa uera ſint. Et cũ expedire hoc [L]
uideatur Eccleſiæ, ut prępoſiti eorũ uenien-
tes ad catholicam ſocietatem, honores ſuos
ibi non adminiſtrent: non eis tñ ipſa ordina
tionis ſacramenta detrahuntur, ſed manent [*1. Co. 14*]
ſuper eos. Ideoq; non eis in populo manus
imponitur, ne nõ homini, ſed ipſi ſacramen
to fiat iniuria. Et ſi quãdo ignoranter fit, nec
animoſe defenditur factum, ſed corrigitur
cognitum, uenia facilis impetratur. Deus
enim noſter nõ eſt diſſenſionis deus, ſed pa-
cis: nec Eccleſiæ eius ſacramneta in eis qui [*1. q. 1. c. quod quidã. 4. ſen. diſt. 25. econtra autem.*]
ab Eccleſia receſſerunt, ſed ipſi qui receſſe-
runt inimici ſunt. Sicut autem habent in ba
ptiſmo quod per eos dari poſsit: ſic in ordi-
natione ius dãdi, vtrunq; quidẽ ad perniciẽ
ſuã quandiu charitatem nõ habent vnitatis.

Sed

Sed tñ aliud est prorsus non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere. Quicquid non habetur, dandũ est cũ opus est dari: quod uero perniciose habetur, per correctionẽ depulsa pernicie agendũ est vt salubriter habeatur: quanquam etsi laicus aliqua pereuntis dederit necessitate cõpulsus, quod cũ ipse acciperet, dandũ esse addidicit, nescio an pie quisquã dixerit esse repetendũ. Nulla.n. cogente necessitate si fiat, alieni muneris vsurpatione est: si aũt necessitas vrgeat, aut nullũ, aut ueniale delictum est. Sed & si nulla necessitate usurpetur, & à quolibet cuilibet detur, quod datũ fuerit, non potest dici non datum, quãuis recte dici possit illicite datum. Illicitã ergo usurpationẽ corrigit reminiscentis & pœnitentis affectus. Quod si nõ correxerit, manebit ad pœnã vsurpatoris qđ datũ ẽ, vel ei⁹ q̃ illicite dedit, accepit, non tñ pro non dato habebiẽ. Neq; vllo mõ per deuotũ militẽ qđ à priuatis usurpatũ est, signum regale uiolabitur. Si.n. aliqui furtim & extraordinarie, nõ in monetis publicis aurũ vel argẽtũ, sed ęs percutiendo signauerint, cũ fuerit deprehẽsum, nõne illis punitis, aut indulgẽtia liberatis, cognitũ regale signũ thesauris regalibus coget inferri? Aut si quisquã est, siue desertor, siue qui nũquã oĩno militauit, qui nota militari priuatũ aliquẽ signet, nonne vbi fuerit deprehensus ille signatus, pro desertore puniẽ, & eo grauius quo ꝓbari potuerit nũquã oĩno se militasse, simul secum punito, si eũ prodiderit audacissimo signatore? Aut si forte illum militię characterem in corpore suo, nõ militans pauidus exhorruerit, & ad clemẽtiã Imperatoris cõfugerit, ac prece fusa & impetrata iã uenia militare cœperit, nunq̇d hoĩe liberato atq; correcto, character ille repetitur, ac nõ potius agnitus approbaẽ? An forte minus hęrẽt sacramẽta Xpiana q̃ corporalis hęc nota, cũ videamus nec apostatas carere baptismate, quib. utiq; ꝑ pœnitẽtiã redeũtib. nõ restituiẽ, & ideo amitti nõ posse iudicaẽ? An ducenda de militia similitudo nõ fuit, cum & Apostolus de agonisticis certaminibus clamet & aperte dicat, Nemo militãs deo implicat se negociis secularibus: ut ei placeat cui se probauit? Et hęc quidẽ alia quæstio

Laicus in necessitate baptizat. M A

De consf. dist. 4. ca. Nullus autem.

2. Tim. 2

est, utrum & ab ijs qui nunquam fuerunt Christiani possit baptismus dari: nec aliq̇d temere inde affirmandum est sine authoritate tanti concilii quantum tantæ rei sufficit. De iis uero qui ab Ecclesiæ vnitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin & habeant & dare possint, & quin perniciose habeãt, pernicioseq; tradant extra uinculũ pacis. Hoc.n. iam in ipsa totius orbis unitate discussum, consideratũ, perfectũ atq; firmatũ est. Sed si nos male facimus, ipsi explicẽt, quõ sacramẽtum baptizati nõ possit amitti, & sacramẽtũ ordinati possit amitti: qm̃ dicunt, recedens ab Ecclesiæ baptismũ non amittit, ius dãdi tñ amittit. Si.n. vtrunq; sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud nõ amittiẽ, & illud amittiẽ? Neutri sacramẽto iniuria faciẽda est. Si sancta malos fugiunt, utrunq; fugiat: si sancta in malis inuiolabiliter manent, utrũq; maneat. Si dixerint, baptismus in sola vera ecclesia recte datur. R̃ndetur eis, Baptismus in sola vera Ecclesia recte habetur. Cur non põt dari ubi nõ recte datur, cũ possit haberi ubi non recte habetur? An quia non habere aliud est, aliud nõ recte habere? Sic & nõ dare aliud est, aliud non recte dare. Sicut nõ recte habẽt qui ab vnitate discedunt, sed tñ habẽt, & ideo redeunti non redditur, sic ẽt non recte dat qui ab unitate discedit, sed tñ dat. Et ideo quod ab eo accepit ueniẽti ad unitatẽ non iteratur: illi aũt quod non recte datur, datum non esse contendũt. Qđ si aliq̇d qđ non recte habetur, haberi non posse contẽdant, nos utrinq; reclamamus & dicimus habere quidẽ, sed non recte habere eũ qui ab unitate discesserit. Si ergo volunt, vt audiat ille qđ pariter reclamamus, ipsi nos audiãt reclamãtes, dare quidẽ, sed nõ recte dare eũ qui ab vnitate discedit. Quapꝑ sicut redeunti nõ reddiẽ qđ foris habebat, sic veniẽti nõ repetendũ est, qđ ẽt foris accepit. Vñ consequenter intelligitur peruersitatẽ hominum esse corrigendam, sanctitatẽ autem sacramentorum in nullo peruerso esse uiolandam. Constat.n. eam in peruersis & sceleratis hominibus, siue in eis qui intus sunt, siue in eis qui foris sunt, impollutam atq; inuiolabilem permanere, & quia dñr ea mali polluere, quantum in ipsis est dicũ-

tur,

1. q. 1. c. quod quidem. 4. sen. d. 25. c. econtra autem. B C

1. q. 1. c. quod quidem.

tur, cũ illa impolluta permaneãt, ſed in bonis ꝑmanent ad prẽmiũ, in malis ꝑmanent ad iudicium. Nã & de ſpiritu qui nullo modo põt extingui, dictũ eſt tñ, Spũm nolite extinguere: id eſt, quantũ in uobis eſt nolite ſic agere, tãquã conemini ſpũm extinguere, aut tanquã ſpũm extinctũ putetis, & nomen dei nullo modo pollui poteſt, & tñ dictũ eſt, filius & pr̃ intrabant ad unã puellã, ut polluerent nomẽ dei ſui. Nec ullo modo iſti expedire ſe poſſunt cum eis proponitur cur ſanctitas ſacramenti & haberi & dari poſsit ab eo quẽ intus ſceleratum iam deus damnauit, & tunc incipiat ab eo dari non poſſe, cũ ab hoĩbus dãnatus fuerit, cum tñ nec tũc ea poſsit amittere. Poſtremo cur Felicianus quẽ cum Maximiniano trecẽti decẽ damnauerũt, qui & diu foris in ſacrilegio, ſicut ipſi in cõcilio ſuo pronũciauerũt, ſchiſmaticus fuit, nõ ſolũ ipsũ baptiſmum, ſed ẽt ius dãdi nõ amiſit? In honore quippe ſuo ſicut exierat, ita receptus eſt cũ his oĩbus, quos ipſe foris poſitus baptizauit, nullo eorũ rebaptizato: qa ſi aliquẽ eorũ quos foris baptizauerat, rebaptizãdũ eſſe cẽſerẽt, iudicarẽt eũ amiſiſſe ius dandi cũ foris eẽt, & ꝑ ꝑea ꝯñs erat, ut ipſum quoq; iterũ ordinarẽt, ſi illos iterũ rebaptizarẽt. Sed cum ad pacẽ Xp̃i reuocãtur, calũniatores ſunt: cum paci Donati cõſulunt, diſſimulatores ſunt. Quid eſt hoc aliud, q̃ qđ eorũ Magiſter Ticonius de illis ait, qđ uolumus ſanctũ eſt?

Vt qd ergo Parmenianus inani iactantia exultat & dicit, nunq̃ diuinæ legis cenſura patieẽ, ut uiuificare quenq̃ mortuus poſsit, curare uulneratus, illuminare cæcus, ueſtire nudus, & mũdare pollutus? Dñs n. ſuſcitat mortuos, dñs curat uulneratos, dñs illuminat cęcos, dñs veſtit nudos, dñs mundat pollutos. Quid ſibi arrogat q̃ hoĩs nõ ſunt? Itane viui ſunt apud eos qui nõ peccãt, ut ẽt uiuificare poſſe dicanẽ, cũ incrementum dare non poſsint? Ego, inqt, Apoſtolus, plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. Neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Quando dat uitam mortuo, qui incrementum dare non poteſt uiuo? Sicut .n. pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat. Itane apud illos ſani ſunt, ut poſſint etiam curare non ſanos? Quid aliud iſti q̃ ſe benedicendos pro dño opponunt? Sed ab eis nullo modo ſeducuntur, qui non in homine, ſed in deo ſperantes cantãt, Bñdic anima mea dño, & noli obliuiſci omnes retributiones eius, Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat oẽs infirmitates tuas. Si omnes languores ipſe ſanat, nullum relinquit quẽ Parmenianus ſanare debeat. Tantane apud illos lumina ſunt, ut illuminare ẽt poſsint? Quod nec illi, quo in natis mulierum maior ſurrexit nemo: Ioanni Baptiſtæ Ioannes Euangeliſta cõcedit, de quo ait, Non erat ille lumen, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lumen quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Si oẽm hoĩem illud lumen illuminat, nullum relinquit quẽ Parmenianus illuminare ſe dicat: quia & ſi ſancti hoĩes, vt Ioannes, ſcđm quẽdam modum dñr luminaria: aliud tñ ſunt lumina illuminata, aliud lumen illuminãs. Quod illud eſt de quo idẽ Ioannes Baptiſta dicit, Nos oẽs de plenitudine eius accepimus. Nudos aũt quis veſtit, niſi qui dicit, Proferte illi ſtolam primam: & qui corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale hoc induet immortalitatem? Et hoc quiſquã diuino indumẽto aliquem veſtire dr̃, cui magnum eſt ſi ueſtiri ipſe mereatur. Iam porro emundare pollutũ ſe audeat dicere, ſi prius audet ſe dicere nõ eſſe pollutum. Mundati .n. ſumus per gratiã dei, ſed nec tunc quidem mundabimus aliquẽ, cũ fuerit perfecta noſtra mũdatio: quãto minus modo, cum corpus quod corrumpitur aggrauat animam? Quis .n. caſtũ glorieẽ ſe habere cor, aut quis glorietur mundum ſe eſſe a pctõ? Mundare quippe atq; ſanare in ſpiritalibus rebus tantundẽ valet. Sicut aũt ſpe ſalui facti ſumus, ita ſpe mũdati ſumus in perfecta ſalute & in perfecta mundicia. Qũo ergo ſanare, & mũdare iã poſſumus, q nec tunc poterimus, cum omnino ſalui & mũdi fuerimus? Sed deus, inquit, hoc ꝑ hominẽ facit. Facit ſanè, ſed fecit & per Iudã, quẽ ad Euãgeliũ prædicãdũ cũ cæteris miſit. Fecit & per Phariſæos in eis, qui bona q̃ per eos audiebant ipſi faciebãt, cũ illi non facerent quæ dicebãt. Poſtremo cur iniqui & ſcelerati eorum, ſiue cum latent, ſiue cũ pro

Margin notes: 1. Th. 5. — D — Hemiſtichium. — Cap. 14. — E — 1. Cor. 3. — Ioan. 5. — Pſ. 102. — F — Mat. 11. — Ioan. 1. — Ibidem. — Luc. 15. — 1. Co. 15. — G — Sap. 9. — Pro. 20. — Mat. 10

pro pace Donati tolerantur, viuificant, curãt, illuminant, mundant? An ipsi non sunt mortui, vulnerati, cæci, polluti? An ideo non apud eos cæci cæcos ducẽtes simul in foueã cadunt, quia non ipsos, sed deũ quẽ prædicãt illi audiendo & obtẽperando sectãtur? Ita sane, sed tũc prædicant deũ, si cũ Xp̃o colligũt. Quicunq; vero cum illo non colligunt, spargunt: Donatum prædicando, non deum, cæci cæcos sequendo simul in foueam cadũt. Sed de quęstione baptismi latius aliquid domino adiuuante tractabimus, cum de omnibus testimonijs sanctarum scripturarũ quę nobis obijcienda credidit. Parmeniano r̃nderimus. Qui vere ipse adæquat proximos sibi euersione iniquitatis, qui eis tam malum propinauit errorem, vt non pro pace, sed pro diuisione & discessione non solum loquatur ipse, sed etiam diuinos libros loqui persuadeat.

Mat. 15. — H — *Lucæ. 1.* — *De baptismo c.1. ĩ pri.*

Cap. 15 Sed inter multa miror hominem, cum ageret non posse haberi baptismum nisi acceptum, nec posse accipi sine dante, interposuisse ex Euangelio testimonium. Non põt, inquit, accipere homo quicquam, nisi fuerit illi datum de cœlo. Posset enim aliquis eorũ verborum inscius, cum cœpisset iste dicere, Non põt homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi: antequam dixisset de cœlo, putare illum dicturum à Donato fuisse, aut à Parmeniano, aut ab aliquo de parte Donati, aut omnino ab ipsa parte Donati. Agnosco Euangelium, & illic scriptum esse recenseo, Non põt hõ accipere quicquam, nisi datũ fuerit illi de cœlo. Sed nunquid Donatus est cęlũ? Nunquid Parmenianus est cœlum? Nunquid pars ipsa Donati? Illa vero non est cœlum, non est in cœlo. Qui.n.ait, Non põt homo accipere quicquam, nisi fuerit illi datũ de cęlo: nunquid diceret, nisi datum fuerit illi de sole, aut de luna, aut de stellis, quę tñ in cœlo sunt? Quanto minus diceret, nisi datum fuerit illi de parte donati, quæ non solũ non est cœlum, nec est in cœlo, sed nec in regno uult esse cęlorum. Nec illud proculdubio diceret, Nõ põt homo accipere quicquã, nisi datum fuerit illi de Ecclesia: ipsa enim Ecclesia de cœlo accipit. Si autem diceret, Non põt homo accipere quicquam, nisi datũ fuerit ei ab homine iusto, irruerent quidẽ isti frontosi, & se iustos esse proclamarent, vt ab eis acciperet qui uellet accipere: nec nos quęstionem faceremus, vtrum iusti essent an non, sed inter eos esse uel latentes iniustos facile ostenderemus ex quibusdã proditis & exclusis, nec tñ eos non improbaremus, nec diceremus non datũ vel non acceptũ, quod datũ & acceptum esset à talibus. Sed & hoc falso diceretur, Nõ põt hõ accipere quicquã nisi datũ fuerit ei ab homine iusto. Ipse.n.iustus à quo alter accipit, quæro à quo acceperit. Si & ipse à iusto homine, & de illo vtiq; q̃ro, donec ab ipso capite ordinis humani ad aliquem perueniã, qui non ab homine acceperit: atq; ita falsum esse doceam, quia non põt homo accipere quicquam, nisi fuerit ei ab homine datum. Quid aũt agunt isti nesciẽtes Euangelicum testimonium: nisi vt homines commoneantur simul vt aliqñ euigilent, atq; aduertant uere non homines esse attendendos, cum sanctum aliquid homo accipere desiderat: sed illum solum qui de cœlo dat homini, quia non põt homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cęlo? Quid si dixerint, de cœlo quidem accipit, nõ de homine, sed tñ per hominem, quæro per qualẽ. Si per iustum tm̃: non habent illi qui apud eosipsos per latẽtes iniquissimos acceperũt. Si & per iustum: quæ cã ergo est vt aliquem rebaptizent? Si per iniustum non nisi latentẽ non habent quos baptizauit manifestus satelles Gildonis Optatus. Si & per iniustum ẽt manifestum, qui tñ nõdum damnatus, & ab Ecclesiæ communione proiectus sit: non habent illi quos Felicianus Musticanus, cũ ab eorum cõmunione foris esset, in Maximiniani schismate baptizauit, quos tñ nunc cum illo regressos nemo rebaptizabat. Postremo si homo quamuis de cœlo, non tñ nisi per hominem põt accipere quicquam: quęro ipse Ioannes Baptista, qui hæc dicebat, per quẽ hominẽ acceperat, quod vtiq; de cælo acceperat, & nõ inuenitur? Posse tñ hominẽ non interposito homine diuinitus aliquid accipere, atq; ita a se testimonijs prolatis, mala causa conuincitur, quia & si dicat filius accepisse se a patre, & spiritũ sanctum de suo accipere, nõ quasi gradatim, sed sicut ipse exposuit dicens. Quia oĩa quæ habet pater, mea sunt ideo dixi, de meo accipiet. Exemplo suo Ioannes ipse testatur, & tot sancti antequam

Ioan. 3 — I — K — L — *Ioan. 3.* — *Ioan. 16.*

quam dei filius hō fieret, & poſteaquam reſurrexit & aſcendit in cœlum:centū uiginti homines qui ſimul congregati erant, quos nullo hoīe in terra manum imponente, de cœlo ueniens ſpūſanctus impleuit, & cōſti tuto iā ordine eccleſiæ, Centurionem Cornelium ante ipſum baptiſmum, ante impoſi tionem manus, cū eis qui ſecū erant eodem ſpūſancto repletum, Petrus ipſe miratus eſt. Nemo ergo accipit ſine dante, ſed quod pertinet ad baptiſmi ſanctitatem: adeſt deus qui det, & homo qui accipiat, ſiue per ſeipſum donante deo, ſiue per angelū, ſiue per hominem ſanctum, ſicut per Petrum, ſiue ꝑ Ioānem, ſiue per hominem iniquum, ſicut per tam multos vel latētes vel manifeſtos, quos ante tp̄s de meſſe colligere ſerui patriſfamilias prohibentur, & quos uelut paleā frumēta dominica, vſq; ad tp̄s ventilationis corde interim ſeparati, non temeritate corporaliter deſerunt, ſed pietate ſpiritaliter ferunt.

Act. 1. *Acto. 10* M

Cap. 16. Qui, inquit, male credidit, conſequi non pōt baptiſmi ſacramentū, quia ſcriptum eſt, Peruerſum non potes adornare. Quid? ſi ergo apud eos quiſpiam baptizatus fuerit, verbi grā, qui putauerit Chriſtum ex eo eſſe cœpiſſe, ex quo ſm carnem de virgine Maria natus eſt: poſtea veritatis ſermone commonitus, cum comperiſſet ipſum eſſe de quo Ioannes ait, In principio erat verbū, & verbum erat apud deū, & deus erat uerbum, de quo conſequenter ait, Verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis: fateretur eis ſuum priſtinum errorem, atq; in eo ſe fuiſſe cū baptizaretur ſolicitus indicaret, iuberent eū denuo baptizari? Nunquam utiq; facerent, ſed hominis imperitā ſimplicitatem carnali opinione prius deprauatū, ueritatis rōne correctā gratularentur: aut ſi ēt talis peruerſitas ꝑtinaciter ei defendenda videretur, & diu reluctatus neq; correctus, ēt de eccleſia pelleretur, & poſtea cognita ueritate remearet, pœnitentia utiq; curandū eſſe cenſerent, nō iteratione baptiſmatis uulnerandum, quanuis hoc in corde ſe habuiſſe fateretur illo tēpore, quo apud ipſos fuerat baptizatus. Peruerſum ergo nō potes adornare, qa nō ei ad ornatum ualeret ſacramentū quod acceperat, ſi in fide peruerſa perſiſteret, ſed potius ad ſupplicium: cum tñ ipſum ſacramētū per ſe etiam in peruerſo quē nō ornabat, ſed iudicabat, integrū ꝑmaneret, & ideo nullo mō eſſet illius ſacramenti uiolāda ſanctitas, etiā cū eſſet illius hominis corrigēda ꝑuerſitas.

Eccleſiaſtes 1. *Ioan. 1* A

Cap. 17. Audet etiam Parmenianus nobis exēpla diuina proponere, quibus ſe arbitratur oſtēdere quærendū eſſe hominē ſanctū, a quo accipi debeat ſacramentū. Ipſe, inquit, Dei filius, ipſe dñs Ieſus Chriſtus, à quo principiū ſpiritualis baptiſmi exortum eſt, cū ſm uoluntatem patris baptizandus eſſet, utrūne ad Phariſæos perfidos atq; prophanos, an ad ſanctiſſimum Ioānem ueniſſe monſtratur? At ſi hoc exēplo inuitamur ad accipiendum baptiſma, inferiorem nobis à quo baptizemur debemus inquirere, qñquidem dñs ab eo baptizatus eſt, qui ſe ab ipſo dño baptizari debere prædixerat, & qui ſe indignū corrigiam calciamēti eius ſoluere teſtabat. Quinimo ut intermitam inquirere diligentius, cur ipſe ſaluator noſter baptizari voluerit, quia certe aliqua cauſa uoluit: propterea fortaſſe cum ſe poſſet tingere: qui etiam ſuum baptizatorem poterat baptizare, voluit dñs a ſeruo: & ille per quem facta ſunt omnia, ab illo qui factus eſt inter omnia baptizari, ut & doceret humilitatē, & oñderet non intereſſe quis à quo baptizaretur, dum eo baptiſmo quo baptizandus eſt baptizaretur. Nec à Phariſæis dedignaretur ille baptizari, ſi haberēt hmōi baptiſmum Phariſæi, à quo ille certi ſacramēti grā uoluit baptizari. Nā & cum circuncidendus eſſet, nunquid Ioannes quæſitus eſt? Hoc enim à Iudæis fieri iā ſolebat. Et cum pro illo eſſet offerendum legale ſacrificium, nunquid deuitatum eſt illud templum quod ab eo uocatur ſpelunca latronū, quo certe & boni intrabant & mali? Nec bonis oberant mali, quoniam dominus qui ait, Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum: ita inuiolabiliter facit ſanctos ſuos uerſari inter malos, ſi cuſtodiunt eam quā accipiūt ſanctitatem: quemadmodum ipſe dñs Ieſus nulla contagione malignitatis in Iudæorū gente pollutus eſt, neq; cum illa prima ſacramenta ſecundum perfectam humilitatis viā factus ſub lege ſuſcepit, neq; cum poſtea diſcipulis electis cum ſuo traditore uſque ad extremum oſculum uixit. Eius.n.exemplo, non ſolum non facientes mala, ſed etiā non

B *Matt. 3.* C *Leui. 19*

con-

consentientes illi malitiæ, inter paleam fru menta secura sunt, quia neq; talia faciunt, neq; consentiunt facientibus, etiã si in eadẽ segete vsq; ad messem: in eadem area vsque ad ventilationem: intra eadem retia vsque ad separationem, quæ in littore futura est, boni tolerent malos. Sed isti sunt verè cæci duces cęcorũ, qui & in numero suorum tam multos malos vident, & viam pacis non vident, & vt se non ad sustinendum inuicem propter vnitatis vinculum, sed ad diuidendum abinuicem propter schismatis sacrilegium sequantur homines, persuadent.

Mat. 15

D

Cap. 18. Aut enim dictũ est per Prophetã regi Iosaphat. O rex Iosaphat, si peccatorẽ tu adiuuas, aut eum quẽ dñs odit tu diligis, ꝓpea fuit super te ira dñi. Quis.n. vestrũ dicit peccatorẽ adiuuãdum, ad hoc vtiq: in quo peccare vult, sicut ipse Achab qñ adiuuit Iosaphat, eundo cum illo in prælium, cum ille Micheæ Prophetæ veracia verba contẽneret? Et tñ nec sic obfuit innocentiæ regis Iosaphat pessimũ meritum regis Achab, quia illũ dominus ad se clamantẽ à periculo bellico liberauit, illum aũt sacrilegum contemptorẽ in manus hostium venire permisit. Et si qd Iosaphat periculi expertus est, quod ei Propheta indicat ab ira dei fuisse, nõ alieno meruerat peccato, sed suo, quia sicut ei dictum est, peccantẽ adiuuabat, sed apud deũ cætera eius bona facta præualuerũt: Sic enim dr̃ ei, Peccatorem adiuuisti, & ei contra dñm amicus es, & in hoc suꝑ te ira a facie dei: Sermones dei boni in uniuersis sunt tecum, qm̃ abstulisti lucos de terra, & parasti cor tuum ad requirendũ deum. Qui aũt versatur in Ecclesia dei, vbi sunt & illi qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi, qui per inuidiã & contentionẽ Christum annunciãt, non caste: & dicit, siue per occasionẽ, siue per veritatẽ Christus annuncieť, & in hoc gaudebo: impollutus inter eos eos atq; integer permanet, quia nõ eis ad sua quærenda cõsentit, cũ hoc culpet atq; reprehendat, nec eos ad peccãdum, sed ad hoc adiuuat, vnde Christus latius prædiceť, & ab his qui audiunt & faciunt, ꝑ eos qui qđ dicunt nõ faciũt, Christo credať, in Christo spereť, Christus diligať. Talibus .n. ꝓcipit idẽ Apostolus dicẽs, Nolite iũgi cũ infidelibus. Quæ.n. participatio iustitię cum iniquitate? Quę cõicatio est luci ad tenebras? Quæ aũt conuẽtio Christi ad Belial? aut quę pars fideli cũ infidelibus? Qui aũt consensus tẽplo dei cũ simulachris? Vos.n. templũ dei viui estis. Dicit enim, qa inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero illorũ deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter qđ exite de medio eorũ dicit dñs: & immundũ ne tetigeritis: & ego recipiã vos, & ero uobis in patrẽ, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dñs omnipotens. Quę verba isti carnaliter sentientes, per tot diuisiones seipsos minuatim in ipsa vua Aphrica conciderunt. Non.n. intelligũt neminẽ coniungi cum fidelibus, nisi qui facit peccatum Paganorum, uel talia facientibus fauet: nec quenquã fieri participem iniquitatis, nisi q iniqua uel agit uel approbat. Quis autem cõmunicat tenebris, nisi qui ꝓ tenebras cõfessionis suæ dimisso Christo sequitur Belial? Quis ponit cũ infidelibus partem suam, nisi qui eius infidelitatis fit particeps? Ita enim templum dei esse definit, nec se aliter simulachris adiungit. Qui autẽ sunt templum dei uiui, & in medio nationis tortuosæ ac peruersæ apparent sicut luminaria in mundo uerbum uitæ habentes, nihil eos quod pro vnitate tolerant inficit, nec angustiãtur, qa in illis habitat & deambulat deus, & exeunt de medio malorũ, atq; separantur interim corde, ne forte cũ id facere per seditionẽ schismatis uolunt, prius à bonis spiritaliter, quã a malis corporaliter separentur.

2.Pa. 19

Philip. 2

E

Philip. 1

2.Cor. 6.

Leui. 26.

F

Philip. 2

Cap. 19. Quod ergo scriptũ est deum dixisse, Eos qui me clarificant clarificabo, & qui me spernit spernetur: ipsi maxime nolunt intueri. Quomodo.n. clarificant deũ, qui dicunt per orbẽ terrarũ impleri non posse eius promissa, quæ promisit patribus nostris, Abrahæ, Isaac & Iacob, quæ per Prophetas tãto antè pręnũcians exhibuit per vnicũ suum, qui factus est ei ex semine Dauid ſm carnem, vt in illo, id est in semine Abrahæ benedicerentur oẽs gentes, qui dicunt ipsum dei filium frustra dixisse, Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: quasi falsus fuerit, aut ipse fefellerit, cum sola zizania per mũdum creuerint: frumenta vero præter partem Donati, in toto terrarum orbe defecerint, quomodo ista sentientes glorificant deum cũ scriptum sit, In latitudine gentis gloria regis, in diminutione

1. Reg. 2

G

Gen. 12. 26. et 28

Rom. 1

Mat. 13.

Pro. 14.

nutione aũt populi contritio principis? Aut qñ non spernũt deũ qui baptismũ eius in eis quorum causam non audierũt, & de quibus nullo modo iudicare potuerunt, incredibili temeritate impietatis exufflant, & sibi audẽt arrogare quod dei est, a se damnatos in honoribus integris ꝑ Donati pace recipiũt, & a se inauditos cõtra pacẽ dñi detestãtur, baptisma in illis terrarũ partibus ꝑ Apostolos traditũ perijsse contendunt, & ꝑ Felicianũ apud Maximinianistas traditũ nõ perijsse cõtendunt? Iã uerò qũo catholici non clarificant deũ, qui ꝓmissa eius nullis hominũ sceleribus quo minus implerẽtur, impediri posse cõfidũt, q̃ sacra eius tã debitã ueneratione ꝓsequũtur, ut ea si ẽt ab idignis tractata fuerint illis sua ꝑuersitate dãnatis, illa intemerata sanctitate permanere demonstrentur.

1.p.1.ca. quid quidam.

Iterum, inquiunt, scriptũ est, Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarũ, magis ãt redarguite. Quæ.n. fiũt ab ipsis latẽter, turpe est & dicere. Iã ipsa uerba quẽadmodum intelligenda sint diximus, quia non cõicare, est non consentire, qđ ꝑ ꝑ Ecclesiæ disciplinam parũ est, nisi ẽt redarguantur vt corrigi possint. Sed hæc salua pace facienda sunt, & quantum admittit officiũ conseruãdæ vnitatis, ne simul eradicetur triticum.

Cap 20 Ephe.5

Iterũ ad Timotheũ idẽ Apost. Ne inquit, cõicaueris peccatis alienis, teipsum castũ custodi. Docuit ex sequẽti, quemadmodum qđ prius dixit intelligendum sit: qui.n. seipsum castum custodit, non cõicat peccatis alienis. Si.n. cõicat, consentit: si consentit, corrumpitur: si corrumpitur, castum se non seruat. Sed sanè tandem aliqñ euigilauit Parmenianus, & attẽdit quid diceret Ticonius, sed frustra, statim quippe amore sñiæ siue contra ueritatem oculum clausit. Ait enim. Nunquid frater charissime, non polluunt alios aliena peccata? Et hoc est facinorosis non communicare, licet cum ipsis conuenias, eorum facta nõ facere: & tamen non totum dixit, Parum est enim eorum facta non facere, nisi displiceãt: parum est vt displiceant, nisi redarguantur. Aliud enim est non facere, aliud non cõicare, id est, non consentire facientibus, aliud ẽt redarguere. Cur ergo vbi videre cœperat, statim se auertit, & vsq; in finem noluit peruenire, & vix trientem de toto posuit? An sicut de populo fecerunt, & sñiam veritatis præcidendã putauit? Nos dicimus ꝙ qui non facit malum, nec facienti consentit, & facientem arguit, firmus atq; integer inter iniquos tanquam frumentum inter paleas conuersatur. Ille aũt tantummodo ait, eorum facta nõ non facere: & tertiam tñ de tota sñia particulam quemadmodũ refellat videamus. Quod contra legem est diuinam, inquit, nullus qui legem veneratur, ignorat. Adhuc ista verba communiter dici possunt, Potest enim & alius dicere quod ẜm legem est diuinam, nullus qui legem veneratur ignorat: sed opus est probare, non dicere. Attendamus ergo quemadmodum probet. Quid enim prodest, inquit, innocẽtiam custodisse, si cum reis mixtus est & obnoxiis? Sanè si ita est, innocentiã custodisse non prodest, sed innocentia custodita non est. Mixtus enim reis & obnoxiis nisi per conscientiæ maculatam confessionem nullus rectè dici potest, Qui verò implet quod scriptum est, Iusto nihil placet iniquũ: vbilibet eum versari quælibet necessitas cogat, misceri iniquitatibus nõ potest. Vel quomodo, inquit, incorruptus poteris permanere, si corruptis sociaris? Ita planè si sociatur quis malis: id est, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet: si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porrò si addat tertium, ut non sit in vindicando piger, sed vel corripiat iustus in misericordia & arguat, vel ẽt si eam personam gerit, & ratio cõseruandæ pacis admittit, coram oĩbus peccantes arguat vt cęteri timeant: remoueat etiã vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipsa communione sacramẽtorum, & hæc omnia cũ dilectione corrigendi, non cum odio persequendi, plenissimum officium non solum castissimę innocentię, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi aũt cætera impediuntur, illa duo semper retenta, incorruptum castumq; custodiunt, vt nec faciat malũ, nec approbet factum. Sed tñ videamus vñ iste doceat qđ affirmat, cum scriptũ sit, Modicum fermẽtum totam massam corrumpit.

Cap.21 1.Tim.5

Mat.13

23.q.4. ca. quisquis. &c. Ita plane.

Psal.40 1.Tim.5

Dixit hoc Parmenianus atque abiit. Nec ei nunc ostendi potest in parte Donati, non solum modicum fermenti, sed multum veneni ex illis ouis aspidum ruptis & prævalidis iam serpentibus pro Primiano damnatis,

1.Cor.5. Cap.22

natis, & ad Primianum tertium reuocatis. Sed correcti sunt, inquit, Deo gratias. Si uerum est, non inuideo, atq; utinam id perfecte fiat. Si.n. à Maximinianistis redire ad partem * Donati nonnullis correctionis est modus, quanto uerior perfectiorque correctio est, ab ipsa parte Donati ad vnitatem catholicam remeare? Et Ticonius quidem multa dixit, quæ illis temporibus, & sicut interior nouerat, q̃ non modico sed multo ferméto totam suam massam nollent fateri corruptã, qui totum orbem terrarum peccatis Aphrorum fermentatum esse criminarentur. Sed ego istos miror, si adhuc eis placet hęc Apostolica uerba sic intelligere, ita eos. Optatum Gildonianum uelle defendere, vt nec modicum fermenti eum fuisse contendant. Quod si vel hoc concedunt, quàm magnam putant esse massam suam, vt non potuerit tota corrumpi? Aut si in eis solis tota corrupta est, quibus placet Optatus, experti discant intelligere quod legũt quia inest tota massa ad quos pertinet, quod dicitur totũ, siue bonum siue malum, ad eos pertinet qui consentiunt: ad eos autem qui non consentiunt, omnino non pertinet, & ideo in disciplina ecclesiastica corrigendum est, ne ad multos, persuadendo perueniat: quod vbi fieri permittit ratio pacis, & non fit, ipsa negligentia culpam trahit, & in periculo consentiendi est per desidiam corrigendi.

Al. gradus. M

Cap. 23.

Ex qua regula & illud intuẽdum est, qđ consequenter opponit, dicens esse scriptũ, Sit uobis legitimum ęternum in progenies uestras diuidere in medio sanctorum & irreligiosorum, & in medio mundorum & immundorum. Tanto.n. quisq; melius hoc facit, quanto magis in Ecclesia proficit, Cum .n. creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Et quamuis inter vtrunq; iam serui patrisfamilias cognitione diuiderent atq; distinguerent, iubentur tamen ea sinere crescere, & hoc usq; ad messem. Sed hæc hactenus. Ea.n. quæ restant, aliquanto diligentius ab alio exordio consideranda atq; tractanda sunt.

A

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Parmenianum,

LIBER TERTIVS.

CVm omnis pia rõ & modus ecclesiasticæ disciplinæ vnitatem spiritus in uinculo pacis maxime debeat intueri, quod Apostolus sufferẽdo inuicem præcipit custodiri, & quo nõ custodito medicinæ uindicta non tm̃ superflua: sed etiã perniciosa, & propterea iam nec medicina esse conuincitur, illi filij mali qui non odio iniquitatum alienarũ, sed studio cõtentionũ suarũ infirmas plebes iactãtia sui noĩs irretitas, uel totas trahere, uel certe diuidere affectãt, superbia tumidi, peruicacia uæsani, calũnijs insidiosi, seditionib. turbulẽti, ne luce ueritatis carere oñdant, umbrã rigidæ seueritatis obtẽdũt, & q̃ in scripturis sanctis salua dilectionis synceritate & custodita pacis unitate, ad corrigẽda fraterna uitia moderatiori curatiõe fieri p̃cepta sunt, ad sacrilegiũ schismatis, & ad occasionẽ p̃cisionis usurpãt dicẽtes, Ecce ait Apostolus, Auferte malũ ex uobisipsis. Qđ malũ utiq; si integris, inquiũt, non obesset, nec iuberet auferri. Interim uideam⁹ ne forte nõ frustra nõ dixerit Apostolus, Auferte malos à cõgregatione uestra: sed auferre malũ ex vobisipsis: q̃a cũ quisq; impedit ab ecclesiæ cõgregatione malos hoĩes separare, si ex seipso auferat malũ, nõ eis corde miscet, atq; ita spiritaliter nõ solũ cõiũgitur bonis, sed ẽt separatur à malis. Sic.n. in hoc loco ad Timotheũ cũ dixisset, Neq; cõmunicaueris peccatis alienis: tanquam ille diceret, fieri posse ut aliquos malos ab Ecclesiæ cõgregatione separare nõ posset, & ideo tolerare cogeretur, tanquã cõsiliũ dans, quemadmodum peccatis eorũ non cõmunicaret, Teipsum, inquit, castum custodi, Nã malis malus misceri potest, bonus aũt nullo modo, quanuis cũ eis ĩ una cõgregatione uersetur: Ita & hic ad Corinthios cũ dixisset, Quo.n. mihi de his q̃ foris sũt iudicare? Nõne de his q̃ intus sũt iudicatis? Ne fortè turbarẽtur aliqua malorũ numerositate, sic de permixtis fru-

Cap. 1. *Ephe. 4* B *1. Cor. 5.* *2. Retr. cap. 17.* *1. Tim. 5* C *2. Cor. 5.*

mētis, ut fine illorū uexatione colligi separa riq; nō possent, Auferte, inquit, malū ex uo bis, ut si forte nō possent auferre malos a cō gregatione sua, auferendo malū ex seipsis: id est, non cum eis peccando, nec eis ad pec candum consentiendo aut fauendo, integer rimi inter eos & incorruptissimi versarent, quia p malū suū malis qsq; cōsentit. Si autē ex seipso auferat malū, alieno malo non est

D vñ cōsentiat. Qua p pquisquis ēt contēpserit ecclesiæ Dei disciplinā, ut malos cū quibus nō peccat, & quib. nō fauet, desistat mone re, corrigere, arguere: si ēt talem gerit perso nā, & pax ecclesiæ patitur, ut ēt a sacramēto rū participatione quempiā possit separare, nō alieno malo peccat sed suo. Ipsa quippe in tāta re negligētia graue malum est, & iō sicut Apostolus admonet, si auferat malum a seipso, nō solū auferat audaciam commit tēdi, aut pestilentiā consentiēdi, sed ēt pigri tiā corrigēdi, & negligentiā uindicādi, adhi bita prudētia & obediētia in eo qđ pręcipit Dñs, ne frumēta lædātur. Ea qppe intētione qsquis inter triticū & zizania tolerauerit, au ferendo a seipso malū, non eis cōmunicat, & ea distinguit, ac iudicat interim ad diē. Non .n. nouit quid cras futurum sit: & ideo dile ctione seruata, non sine spe correctionis uin dicandū est, qcquid corrigi vel vindicari ne cessaria seueritas postulat. Quod ut satis ap pareat, totū ipsius epistolæ Apostolicæ locū diligētius tractemus. Quid uultis, inquit? In virga veniam ad vos, an in charitate & spū mansuetudinis? Iam hic apparet eū loqui de vindicta, ad cuius significationem uirgā no minauit. Nunqđ tñ & virga sine charitate ē,

E quia ita contexuit, In virga veniā ad vos, an in charitate? Sed qđ sequitur, Spū mansuetu dinis: admonet intelligi, quia & uirga chari tatē habet. Sed aliud est charitas seueritatis, aliud charitas mansuetudinis. Vna quidem charitas est, sed diuersa in diuersis operatur. Omnino, inquit, auditur inter uos fornica tio, & talis fornicatio qualis nec in gētibus, ita ut uxorem patris sui quis habeat. De tam immani facto uideamus quēadmodū eos fæ uire pceperit, Et uos, inquit, inflati estis, & nō potius luctum habuistis ut tolleretur de medio uestrū qui hoc opus fecit. Quare lu ctū potius & nō irā, nisi qa si patitur unum membrum, compatiuntur omnia mēbra, & non luctū quia tollebatur, sed luctū, inquit, ut tolleretur: id est, ut lugentiū dolor ad deū ascenderet, & ipse tolleret hoc opus de me dio eorū, sicut ipse sciret, ne forte illi per hu manam imperitiam eradicarent simul & tri ticum? Cū ergo ad talē vindictam necessitas cogit, humilitas lugentium debet impetrare misericordiam, quā repellit superbia, nec il lius ipsius qui de medio fratrū tollitur debet negligi salus: sed ita agendum est, vt ei talis uindicta sit vtilis, & agendū voto & preci bus, si corrigi obiurgationib. non pōt. Ideo que quod sequitur & dicit, Ego quidē absēs corpore, præsens aūt spiritu, iam iudicaui

F quasi præsens eum qui sic operatus est in no mine dñi nostri Iesu Christi cōgregatis uo bis & meo spiritu, cum uirtute Dñi nostri Iesu Christi, tradere hmōi Satanæ in interi tum carnis, ut spiritus saluus sit in die Dñi. Quid ergo agebat Apostolus, nisi ut per inte ritum carnis saluti spiritali consuleret, ut si ue aliqua pœna uel morte corporali, sicut Ananias & uxor eius ante pedes Apostoli Petri ceciderunt: siue per pœnitentiam, qm Satanæ traditus erat, interimeret in se scele ratam carnis cōcupiscentiā? Quia ipse item dicit, Mortificate membra vestra quę sunt su per terram: inter quæ & fornicationem com memorat. Et iterum, Si.n. secundum carnem uixeritis moriemini, si aūt spiritu facta car nis mortificaueritis, uiuetis: non tamen su pernam ab eo separat charitatem, quam de superna congregatione præcipit separari. Hoc .n. apertius ad Thessalonicenses dicit, Si quis autem non obaudit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commiscea mini cum illo, ut erubescat. Et non inimicū eū æstimetis, sed corripite ut fratrē. Audiant isti aliquando, & intelligāt quemadmodum satagat charitas apostolica, ut sufferentes in uicem studeamus conseruare unitatem spi ritus in uinculo pacis. Nam & hic cū dixis

G set, Et nō ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem: tanquam ostendēs cur hoc dixerit, continuo subiunxit, Ipse autem deus pacis det uobis pacem semper in omni bono. Ita & de isto qui uxorē patris sui ha buit, luctum potius indicit, & pacificā chari tatem ubiq; cōmendat, sicut & de ipso ait,

Ne

Marginalia: 1. Cor. 5 · 1. Cor. 4. · 1. Cor. 5. · 1. Co. 12 · 1. Cor. 5. · Act. 5 · Colos. 3. · Rom. 8 · 2. Thess. 3. · Ephe. 4. · 1. Cor. 5.

Ne iterũ cum venero ad vos, humiliet me
deus & lugeã multos ex his qui ante pecca-
uerunt, & nõ egerunt pęnitentiã ſuper im-
mũditia,& luxuria, & fornicatione quã geſ
2.Co.13.
ſerunt. Et paulopoſt ait,Prædixi & p̃dico ſi-
cut p̃ſens ſecundo,& nũc abſens his qui an
te peccauerũt,& cæteris oĩbus:quia ſi uene
ro iterũ,non parcã. Ideo lugendo indicabat,
vt dei miſericordia ſine corruptione uincu-
li pacis,ubi ſalus tota cõſiſtit,contereret pec
cantes atq; corrigeret, ſicut de iſto ipſo qui
cũ patris vxore fuerat fornicatus, feciſſe in-
telligiẽ. Nã non inuenitur de quo alio ſigni
ficet in ſecũda epiſtola ad eoſdẽ Corinthios
2.Co.2.
cũ ait, Nã ex multa tribulatione & anguſtia
cordis ſcripſi uobis p multas lachrymas,nõ
vt cõtriſtemini, ſed ut ſciatis dilectionem q̃
H
habeo abũdantius in uos. Si qs aũt contriſta
uit,nõ me contriſtauit, ſed ex parte,ut non
onerẽ uos.Sufficit ei hæc correctio quæ fit à
multis,ita vt ẽ cõtrario uos donetis & cõſo-
lemini, ne qñ maiori triſtitia abſorbeatur q
eiuſmodi eſt.Propter qd̃ obſecro uos,ut cõ-
firmetis in eũ charitatẽ. Ad hoc.n.ſcripſi vt
cognoſcã probationem ueſtram,ſi in oĩbus
obaudientes eſtis.Si cui aũt aliqd donaueri-
tis,& ego:Nã & ego ſi cui donaui pp vos in
pſona Chri,ut nõ poſsideamur a Satana.Nõ
.n.ignoramus mẽtis eius.Quid moderatius,
qd diligentius, quid ſolicitudine pia,& pa-
terna ac materna charitate plenius fieri aut
dici põt?Sicut peccãti adhibet dãnationem,
ſic correcto atq; contrementi atq; humilian
ti in pęnitẽtia cor ſuũ,uult reddere conſola
tionẽ,ne maiori, inquit, triſtitia abſorbeatẽ.
Sed quid illud quo concluſit iſtã ſnĩam, Vt
nõ poſsideamur à Satana?Nõ.n.inquit,igno
ramus mentes eius.Ipſe eſt.n.qui per imagi
nẽ quaſi iuſtæ ſeueritatis crudelẽ ſæuitiam
I
perſuadet,nihil aliud appetens uenenoſiſsi-
ma uerſutia ſua, niſi ut corrũpat atq; dirum
pat uinculũ pacis & charitatis, quo cõſerua
to inter Chriſtianos,uires eius oẽs inualidæ
fiũt ad nocendũ,& muſcipulæ inſidiarũ cõ-
muniuntur, & cõſilia euerſionis euaneſcũt.

Cap.11.
Sed & ſi de aliquo alio in ſecunda ad Co
rinthios epiſtola locutus eſt Apoſtolus, &
ibi tñ ſignificauit quanta charitate in quẽq;
debeat eccleſiaſtica uindicta procedere.Hoc
eſt illud qd̃ iſti non intelligentes inter calũ-
nias ſuas ſolent habere præcipuũ, Emẽdabit
Pſ. 104.
me iuſtus in miſericordia,& increpabit me:
oleum aũt peccatoris non impinguet caput
meum. Quia vero iſti non in miſericordia,
emendare nouerunt,& Cæciliani innocen-
tiã ſæuis ſuſpitionibus inſectati ſunt, & Op
tati Gildoniani potentiã fallacis oleo adula-
tionis unxerunt.Nã ſi propter uinculum pa
cis iniquitatẽ Optati gementes lugentesq;
tolerarent,non vtiq; pacem Chriſtianã atq;
V
catholicam in orbe terrarũ, ſanctamq; uni-
tatem dirumperent,aut certe à maiorib.ſuis
nefaria cæcitate diruptã ita dolerent,ut ſaltẽ
apud ſe experti, q̃ multos malos p pace Do
nati ferre cogantur, impacatas illorũ calum
nias pace ſuæ correctionis extinguerẽt.Sed
& ad illius primę ad Corinthios epiſtolæ cõ
1.Co.5.
ſequentia redeamus.Cũ dixiſſet Apoſtolus,
tradere huiuſmodi Satanæ in interitum car
nis,vt ſpiritus ſaluus ſit in die dñi Ieſu: etiã
atq; ẽt commendans humilitate lugentium
hoc debere fieri nõ ſuperbia ſæuientiũ,con
tinuo ſubiecit. Non bona gloriatio ueſtra,
uel per exprobrationẽ pronunciationis.Bo-
na gloriatio ueſtra, Sic.n.nonnulli & maxi-
mè Latini codices habent,tñ eadem in utro
que ſententia teneatur. Non.n.metuendum
eſt,ne quis intelligat laudando eum dixiſſe,
Bona gloriatio ueſtra:cum & ſuperius dixe
rit,Inflati eſtis,& nõ potius luctũ habuiſtis.
Et hic continuo ſubiungit.Neſcitis quia mo
dicum fermentũ totam maſſam corrumpit.
Quid ad ipſam inanis gloriationis corru-
ptionem congruentius referri põt?Superbia
quippe uelut ex uetuſtate primi hominis q
ſuperbia lapſus eſt, quaſi fermentata & cor-
rupta mente facit elatos in unam cõſperſio-
nem,qui ſibimet in eã ſimili iactantiæ uni-
tate conſentiunt.Et gloriari quidem non de
peccatis ſuis,ſed ſuper alterius peccata,tan-
quam ex cõparatione innocentiæ ſuæ modi
cum vr̃ fermentum, quia de ſuis etiam ini-
L
quitatibus gloriari multũ fremẽtum eſt.Sed
& illud modicũ totam maſſam corrumpit.
Cadit.n.ſuperbus merito ſuperbiæ ſuæ, &
incipit ẽt peccata ſua defendendo uelle glo
riari. Quod pręuidens idem Apoſtolus ait,
1.Co.10
Quapp qui ſe putat ſtare, uideat ne cadat.
Gala.6.
Et iterum,Si præoccupatus fuerit hõ in ali-
quo delicto,uos qui ſpiritales eſtis,inſtruite

huiusmodi in spiritu mãsuetudinis, intẽdẽs teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. *Ioan. 13.* Quid est lex Christi, nisi, Mandatũ nouũ do *Ioan. 14.* vobis ut diligatis inuicẽ? Quid est lex Christi, nisi, Pacẽ meam do vobis, pacẽ relinquo vobis? Qđ ergo hic dixit, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi: *Galat. 6.* hoc alio loco ait, Sufferẽtes inuicẽ ĩ dilectione, *Ephes. 4.* studẽtes seruare unitatẽ spiritus in vinculo pacis. Nã & in illo Pharisæo modicũ fermentũ esse videbatur, quia pctõrem nõ solũ nõ dolebat, sed super eius peccata de suis se *Luc. 18.* meritis extollebat. Sed descẽdit ille confitẽs peccata sua, iustificatus magis quã ille Phariſęus iactãs merita sua: qm̃ qui se exaltat hu *1. Co. 5.* miliabit, & q se humiliat exaltabitur. Sequit ergo Apostolus & dicit. Expurgate uetus fer M mentũ, ut sitis noua cõspersio, sicut estis azimi. Quid est, ut sitis: & q̱d est, sicut estis: nisi q̱a erãt ibi tales, erant ibi nõ tales, quos ut tales essent, exẽplo taliũ commonebat? Tamẽ oẽs in uno tanquã eosdẽ admonet, ne illi q̱a tales erant desperarent: de his quia nondũ tales erant, & eos ad cõmpagem sui corporis non pertinere arbitrarent, tanq̃ eosdẽ admonet cũ dicit, ut sitis, sicut estis. Nouerant.n.& illi qui iam sic erant: & admonẽte Apostolo magis magisq; nosse debebãt sufferre illos q *Ephe. 4.* nondũ sic erant, vt sufferendo inuicẽ in dile *Gala. 6.* ctione seruarent unitatẽ spũs in uinculo pa *Phil. 2.* cis, & inuicẽ onera sua portantes, implerent vtiq; legem Christi, qua Dñs nr̃ Iesus Christus ad docẽdã humilitatis viã, vsq; ad mortẽ crucis humiliari dignatus est, & tanq̃ medicus ægrotantes, ita cũ dilectione pertulit peccantes, de quibus dixerat, Nõ est opus sa *Mat. 9.* nis medicus, sed ægrotãtibus, Statimq; principale proposuit exemplũ dicẽs, Etenim Pa- *1. Co. 5.* scha nostrũ immolatus est Christus, ut tãtæ A humilitatis exẽplo discerent expurgare uetus fermẽtũ: id est, quicquid in eis superbiæ de ueteri hoĩe remansisset. Itaq;, inquit, diẽ festum celebremus, non utiq; vnã diem, sed totã uitam, non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & malignitatis, sed in azimis syncerıtatis & ueritatis. Malitia quippe est & malignitas uelut de alieno peccato gloriari: quasi tum debeat de iustitia sua quisq; gaudere, cũ aliũ iustum esse non conspexerit. Synceritas aũt & ueritas est, & sic proficit aliquis meminisse quid fuerit, & multo magis misereri lapsorũ: quandoquidem ipse erectus est a lapsu suo per Christi misericordiã, qui sine ullo suo peccato se ꝓ peccatoribus humiliauit. Sed ne ꝑniciose relinquant, & quasi dissimulãter negligãtur aliena peccata, qđ nõ est minoris crudelitatis q̃ *1. Co. 5.* illud superbiæ, sequit & dicit, Scripsi uobis in epistola, non cõmisceri fornicarijs: non fornicarijs huius mũdi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruiẽtibus, alioquin debueratis de hoc mũdo exijsse. Opus.n. uestrũ in hoc mundo illud est, ut peccatores Christo ad salutem lucremini. Qđ fieri nõ poterit, si eorũ colloquia cõuictumq; fugiatis. Nunc B aũt, inquit, scripsi uobis nõ cõmisceri. Si q̱s frater noĩatur, & est inter uos aut fornicator, aut idolis seruiẽs, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ eiusmodi nec cibũ quidem simul sumere. Quò.n.mihi de his qui foris sunt iudicare? Nõne de his qui intus sunt uos iudicatis? De his autem qui foris sunt Deus iudicabit. Auferre malum ex uobisipsis. Ecce queadmodum ad hãc sententiã uenit Apostolis, cuius ultimã particulã ponendã credidit Parmenianus, dicẽs esse scriptũ Auferre malũ ex uobisipsis. Qđ, inquit, utiq; si bonis & integris non noceret, non iuberet auferri. Quæ aũt superius dicta sunt, vñ ad hoc vẽtũ est ꝑtermisit, q̱b. vtiq; ad id qđ persuadere cupiebat, separationẽ à malis fieri corporaliter oportere, poterat adiuuari, dicẽte Apostolo, Cũ hmõi nec cibũ simul sumere. Cur ergo non cõmemorauit, qđ eius intẽtionẽ maxime adiuuare posse uidebat? Cũ.n. uehemẽter instet ut a male uiuentib. corporalẽ separationẽ faciendã esse persuadeat, cur non adhibet testimoniũ Apostoli dicentis, Si q̱s frater noĩatur & est fornicator, aut idolis seruiẽs, aut auarus, aut C maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ eiusmodi, nec cibũ simul sumere: nisi q̱a uidit, si hoc diceret, posse sibi rñderi, Ita ne uos & fornicatores & idolis seruiẽtes aut nõ habetis, aut eos ignoratis? Nullũ ne auarũ, aut maledicum, aut ebriosum, aut rapacẽ inter uos uidetis & nostis? Cur ergo cum talibus contra præceptũ Apostoli, non solum cibũ mensæ uestræ sumitis, sed etiam cœnam mensæ

dominicæ communicatis? Hoc ergo Parmenianus quantũ arbitror euitare conatus est, ne sibi rñderetur, ut id non poneret qđ pro eius cã validißime sonare videretur. Nam hoc Epistolæ Apostolicæ capitulũ si cõsuluisset, * & ei nõ occurrisset, nõ ex eius ultima parte poneret, Auferte malũ ex uobisipsis. Sed nũc quia hoc diximus, fortasse isti audebũt negare haberi inter se auaros, aut maledicos, aut ebriosos, aut rapaces, & ipsum Optatũ qui uniuersæ Aphricæ notißimus fuit, quem tãdiu pertulerũt quandiu timuerunt, fortasse defendere conabũtur. Dicãt ergo si pñt, meliorẽ se atq; purgatiorẽ habere nũc Ecclesiam, q̃ erat ipsa unitas beatißimi Cypriani tẽporibus, q collegas suos, a quib. tñ nulla corporali disiũctione separatus est, nullũ eorũ nominatim appellãs, sed prudenter ac sobrie saluberrimæ mordacitatis inserens medicinam, his verbis grauiter arguit, quia esurientib. in Ecclesia fratribus habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudib. raperẽt, usuris multiplicantib. fœnus augerẽt. Et ut apertißime oñderet de his se dicere, cũ quib. in unius Ecclesiæ cõmunione uiuebat, cõsequẽter annexuit, qđ non perpeti tales pro peccatis huiusmodi meremur. Nõ.n.ait mererẽtur: sed, mereremur. Qđ nullo mõ dixisset, cũ talis utiq; ipse non esset, nisi manifestare uellet eorũ facta gemere, qui ei non solũ in Ecclesiæ unitate, sed ẽt collegii consortio iungerentur, quanuis ab eis uita, moribus, corde, proposito, discreparet. Dicãt ergo isti meliorẽ nũc esse Ecclesiã suam, & non se habere tales, quales habuit in ipsa vanitate Cyprianus. Credant eis qui uolunt, & aduersus ea mala, quæ de morib. eorum in faciem simulantium fuerint,* oculos claudant. Ergo eos ad illa priora unitatis tpa reuocabo, & ab eis quærã, utrum qñ ille vir tantus Eps Carthaginẽsis Ecclesiæ Cyprianus de tam malo collegio, testimonio liberæ uocis usq; ad ea scripta, quæ posteris etiam proderentur ingemuit, erat Ecclesia Xpi, an nõ erat? Si erat, quæro quẽadmodum Cyprianus & cæteri similes eius, implebant qđ præcepit Apostolus, Si qs frater nominatur, & est aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ eiusmodi nec cibũ simul sumere: qñ cũ his auaris & rapacibus, qui esurientib. in Ecclesia fratribus, habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudib. raperent, usuris multiplicantib. fœnus augerẽt, panẽ dñi manducabant & calicem bibebant. An forte parua sunt ista crimina & parui æstimanda? Solent.n. isti etiam hoc dicere, pẽsantes ea non in statera æqua diuinarũ scripturarũ, sed in statera dolosa consuetudinũ suarum. Quicquid.n. sceleris & iniquitatis inebriat multitudinem, amittit examinis ueritatem. Sed ideo sunt tanquã syncerißimũ speculum proposita hominibus oracula cœlestium paginarum: vt ibi quisq; uideat quod libet peccatum quantum sit, quod forte magnum est, & male uiuentium cæco more cõtemnitur. Potuitne grauius diuinis eloquijs accusari auaritia, q̃ vt idololatriæ demõstraretur æqualis, & eius noĩe appellaret̃, dicente Apostolo, Et auaritia, quæ est idolorũ seruitus? Potuitne maiori pęna digna iudicari, q̃ ut inter illa crimina poneretur, quib. obsessi regnũ dei non possidebunt? Aperiãtur oculi cordis, ne frustra pateãt oculi corporis, & legãt prædicatorem liberum ueritatis in eadem ipsa prima ad Corinthios Epistola scribentẽ, Nolite errare: neq; fornicarij, neque idolis seruiẽtes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnũ dei possidebũt. Qũo ergo Cyprianus & alia frumẽta dñica in illa tũc unitatis Ecclesia cũ auaris & rapacibus, cũ his q regnũ dei nõ possidebũt, nõ laicis vel quibuscũq; clericis, sed & ipsis epis panẽ dñi manducabãt, & calicẽ dñi bibebãt, cũ idẽ Apostolus præcipiat non eis cõmisceri, & clamet cum eiusmodi nec cibũ sumere? An qa non poterant ab eis corporaliter separari, ne similiter eradicaretur & triticũ sufficiebat eis a talib. corde seiũgi, uita moribusq; distingui. pp cõpensationẽ custodiẽdæ pacis & vnitatis, pp salutẽ infirmorũ & tanquã lactentiũ frumẽtorũ, ne mẽbra corporis Xpi p sacrilega schismata laniarẽt? Sed ecce ego non vrgeo quẽquã illorũ sic intelligere, ipsi explicent quemadmodum esse potuerit illa tunc Ecclesia gloriosa sine macula & ruga, ubi esurientibus in ecclesia fratribus habere largiter argentum volebant, ubi fundos insidiosis

Marginalia: Al. cum fugisset. — D — Al. in simulata fuerit. — E — 1. Cor. 5 — F — Gala. 3 — Gala. 5 — 1. Cor. 6. — Cypr. in Epist. de lapsis. — G — Ephes. 5.

ſis fraudibus rapiebant, ubi uſuris multiplicantibus fenus augebant, vbi tantis erãt inuoluti iniquitatibus, ut per illas regnum dei non poſſiderent. Quod ſi glorioſa eccleſia ſine macula aut ruga in eis ſolis computabatur, qui mœrebant & gemebant illas iniquitates, q̃ fiebãt in medio eorũ, immo etiã ſm ſancti Ezechielis prophetiam, tales proprio ſigno ſignari meruerũt, ut a vaſtatione & ꝑditione iniquorũ tutiſſimi euaderẽt: deſinãt calũniari bonis, non operantib. mala ꝑ morbidam cupiditatem, ſed tolerantibus ꝑꝑ pacificã charitatem, quib. dictũ eſt, Beati pacifici, qm̃ filij dei uocabũtur. Nã propterea ſpiritusſanctus ꝑ memoratũ Ezechielem Prophetam tali uerbo deſignauit malos quos in vnitate tolerant boni, ut eos in medio bonorũ diceret cõſtitutos, q̃a niſi bonos diceret in medio malorũ, illi quaſi extrinſecus & foriſecus eſſe uiderentur. Gemunt, inquit, & mœrẽt iniquitates populi mei, quæ fiunt in medio eorũ, ut illos iniquos nõ ſolũ non excluſos, ſed ẽt incluſos cogitaremus. Si uero iam tunc non erat eccleſia, quia Cyprianus & quicũq; cũ eo auaros illos rapacesq; nouerant, quales ipſi nõ erãt, quãuis eos grauiſſimis gemitib. & preclariſsimis uocibus accuſarent, unam tñ cũ eis intrantes eccleſiã, & in una cõgregatione paria ſacra tractantes, per hmõi cõmunionem paris ſortis eſſe ĉti ſunt quia non obtemperauerunt Apoſtolo iubenti, vt cum hmõi, nec cibum quidẽ ſimul ſumerent: &, Auferte malum ex uobiſipſis: quid adhuc laboramus? Quid ſe ipſi iactant ꝙ habeant aliquam eccleſiam, ſi iam illis tẽporibus eſſe deſtiterit? Dicant uñ natus eſt Maiorinus aut Donatus, ut ꝑ eos naſcere tur Parmenianus atque Primianus. Quid.n. eis prodeſt ꝙ auaros & rapaces, cum quibus cibum ſumi vetat Apoſtolus, mõ ſe uel non habere in cõgregatione ſua, uel incognitos ſibi eſſe mentiuntur: quandoquidem fuerũt tales in illa unitatis eccleſia, unde iſti exortos ſe ſic iactitant, ut eam in ſua ſola ſocietate, id eſt, in cõmunione Donati remanſiſſe ꝑſuadere conentur. Si.n. dicunt per taliũ communionẽ perire eccleſiam, cur eã non dicũt iam Cypriani periſſe temporibus? ac ſi & ꝑ ſeipſos uñ exiſterent non inuenientes, dicere deſinãt apud ſe eccleſiam remanſiſſe, quã totã prioribus perijſſe temporibus dicunt. Si autem in bonis quib. talia diſplicent ſemꝑ manſit, & manet & manebit eccleſia, diſcãt iſti aliquando nõ ſic intelligere qđ ait Apoſtolus, Auferte malum ex uobiſipſis: ut per ſchiſmata conantes colligere zizania, eradicent ſimul & triticum. Quæ omnia ita diſputamus, ut meminerint qui hec legunt uel audiunt, non eos potuiſſe unquam demonſtrare, ſiue illo tempore cum recentiſsima hæreſis erat, ſiue nunc cum multo firmiore innocentiæ conſcientia ſibi totus orbis in catholica Eccleſia Chriſtiana pace cõnectitur. Cæcilianum uel eos qui ei concorditer inhærebãt fuiſſe zizania. Sed ut ſecurus unuſquiſq; in ſanctę Eccleſię vnitate permaneat, & eiuſdẽ vnitatis deſertores ne cũ eis pereat nõ ſequatur, hoc dicimus. quia ſi fuiſſent illi zizania, tolerari potius uſq; ad meſſem, q̃ pernicie ſchiſmatis eradicatis frumentis ſeparari debuerũt. Sed dicet aliquis, Qũo præcipiẽti Apoſtolo poterimus obedire, qui uetat cum eiuſmodi cibũ ſimul ſumere? Si.n. ſolã cordis ſeparationẽ ab eis faciendã eſſe præciperet, nõ diceret, Scripſi uobis in epiſtola non cõmiſceri fornicariis: non utiq; fornicariis huius mũdi, id eſt, eis qui Chriſtiani non eſſent, de quibus poſtea dicit, Quo .n. mihi de his qui foris ſunt iudicare? nõne de his q̃ intus ſunt uos iudicatis? de his autem qui foris ſunt deus iudicabit. Cũ ergo de tali ſeparatione præcipiat, quæ non fit ab eis malis q̃ Chriſtiani nõ ſunt, ſed ab eis qui Chriſtiani ſunt, cordis autem ſeparatio ab omnib. malis facienda eſt: ac per hoc & ab eis & ab aliis malis qui non ſunt Chriſtiani, oportet nos corde ſeparari: quid reſtat niſi, ut intelligamus nobis id per Apoſtolum iuberi, ut quibuſlibet malis Chriſtianis quales ipſe deſignat, nec tali coniũctione miſceamur, quali coniũctione panis, in ipſius uitæ humanæ ſocietate miſcemur? Et ideo alio loco dicit, Si q̃s vos vocauerit ex infidelib. & uolueritis ire, omnia quæ apponũtur vobis mãducate, nihil interrogantes hic aũt cũ eiuſmodi nec cibũ quidẽ ſumere permittit cũ infidelibus: id eſt, cum eis qui nondũ Chriſtum crediderunt, dicit manducandum eſſe quæ appoſuerint, de quibus quoniam foris ſunt deus iudicabit: cum his aũt qui intus ſunt, id eſt, ſi

est, si quis frater nominatur, & est fornica-
tor aut idolis seruiens, aut auarus, aut male-
dicus, aut ebriosus, aut rapax, vetat et sume
re cibū. Persuadet ergo ante tp̄s messis a fru
mentis zizania separari. Quod si facere no-
luerimus, qm̄ Dn̄s prohibet, toleraturi ea su
mus, & in sola cū eius volūtatis & cordis se
paratione perseueraturi ac p hoc et cibū su-
mere cū talibus quidē prohibet Apostolus.
In hac velut angustia qōnis non aliquid no-
uum aut insolitū dicam, sed quod sanitas ob
seruat Ecclesiæ, vt cū quisq; fratrum: id est,
Christianorū intus in Ecclesiæ societate cō-
stitutorū, in aliquo tali peccato fuerit depre-
hensus, vt anathemate dignus habeatur, fiat
hoc vbi periculū schismatis nullū est, atq; id
cū ea dilectione, de qua ipse alibi pręcipit di
cens, vt inimicū non eū existimetis, sed cor
ripite ut fratrē. Non.n. estis ad eradicādum,
sed ad corrigendū. Quod si se nō agnouerit,
neq; pęnitendo correxerit, ipse foras exiet,
& per propriā voluntatē ab Ecclesię vnitate
dirimetur: Nam & ipse Dn̄s cū seruis uolen
tibus zizania colligere, dixit, Sinite vtraque
crescere vsq; ad messem: p̄misit causam di-
cens, ne forte cū vultis collige zizania, era-
dicetis simul & triticū. Vbi satis ostendit, cū
metus iste non subest, sed oīno de frumento
rū certa stabilitate certa securitas manet: id
est, qn̄ ita cuiusq; crimen notū est omnibus,
& oībus execrabile apparet, vt vel nullos
prorsus vel non tales habeat defensores, per
quos possit schisma contingere, nō dormiat
seueritas disciplinę, in qua tāto est efficacior
emendatio prauitatis, quāto diligentior con
firmatio charitatis. Tūc aūt hoc sine labe pa-
cis & vnitatis, & sine læsione frumētorū fie
ri pōt, cū congregationis Ecclesiæ multitu-
do ab eo crimine quo anathematizat, aliena
est. Tunc.n. adiuuat præpositū potius corri-
piētem, q̄ criminosum resistentē. Tunc se ab
eius coniunctione salubriter cōtinet, vt nec
cibū quisquam cum eo sumat, non rabie ini
mica, sed coertione fraterna. Tunc et ille &
timore percutitur, & pudore sanatur, cū ab
vniuersa Ecclesia se anathematizatū videns,
sociā turbam cū qua in delicto suo gaudeat,
& bonis insultet, nō pōt inuenire. Ad hoc.n.
& ipse Apostolus ait, Si quis frater noīatur.
In eo quippe q ait, si quis: nihil aliud videt

23. q. 4. Cū quisq; — M — *2.Thes. 3.* — *Mat.13.* — A — *1.Cor.5.*

significare voluisse, nisi eū posse tali medio
salubriter corrigi, q inter dissimiles peccat,
id est, inter eos, quos peccatorū similiū pesti
lentia non corrumpit. In eo vero qđ ait, no
minatur: hoc nimirū intelligi voluit, parum
esse vt sit quisq; talis, nisi etiā nominetur, id
est famosus appareat, vt possit oībus dignis
sima videri, quæ in eum fuerit anathematis
prolata sententia. Ita enim & salua pace cor
rigitur, & nō interfectorie percutitur, & me
dicinaliter vritur. Propterea & de illo dixit
quē tali medicina sanari voluerat, Satis huic
est correptio quæ fit a multis. Neq; eñim po
test esse salubris a multis correptio, nisi cū il
le corripitur qui non habet sociā multitudi
nē. Cum verò idē morbus plurimos occu-
pauerit, nihil aliud bonis restat q̄ dolor & ge
mitus, vt per illud fænum qđ Ezechieli san-
cto reuelatur, illæsi euadere ab illorū vasta-
tione mereantur. Ad eum.n. qui errare non
potest clamant, Ne perdas cum impijs Deus
aīam meam, & cum viris sanguinum vitam
meā, Ne cū voluerint colligere zizania, era-
dicent simul & triticū: ne per diligentiā sege
tem dominicā purgent, sed per temeritatem
potius inter purgamēta numerētur. Ideoq;
idē Apostolus, cum iam multos cōperisset,
& immunda luxuria & fornicationibus in-
quinatos ad eosdē Corinthios in secūda Epi
stola scribens, non itidē præcipit vt cum ta-
libus nec cibum sumerent. Multi enim erāt,
nec dici de his poterat, si quis frater nomina
tur fornicator, aut idolis seruiēs, aut auarus,
aut aliquid tale, cum eiusmodi, nec cibum
quidem simul sumere: sed ait, Ne iterum cū
venero ad vos, humiliet me Deus, & lugeā
multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non
egerunt pęnitentiam super immunditia &
luxuria & fornicatione quam gesserunt: per
luctū suum potius eos Diuino flagello coer
cendos minans, quam per illam correptio-
nem, vt cæteri ab eorū coniunctione se con
tineant. Consequenter enim dicit, Ecce ter
tio hoc veniam ad vos, vt in ore duorū vel
trium testium stet omne verbum. Prędixi &
prædico, sicut præsens secundo, & nunc ab-
sens ijs qui ante peccauerūt, & cæteri oībus:
quia si venero iterum, non parcā, quia pro-
bationem quæritis eius qui in me loquitur
Christus. Quid aliud dixit hic, non par-

23. q. 4. c. non pōt — B — *Ezec. 9.* — *Psal. 25.* — *2. Co. 12* — H — C — *2.Co.13.* — *Deut.17*

eam:nisi qđ superius ait,Et lugeam multos: ut luctus eius impetraret flagellũ a dño quo illi corriperent, qui iam ꝑꝑ multitudinem nõ poterant ita corripi,ut ab eorum coniunctione se cæteri cõtinerẽt,& eos erubescere facerẽt,sicut faciendum est,si q̃s frater in aliquo cæteris dissimili crimine noĩantur. Et reuera si contagio peccãdi multitudinẽ inuaserit, diuinæ disciplinæ seuera mĩa necessaria ẽ: nã cõsilia separationis & inania sunt & perniciosa atq; sacrilega, q̃a & impia & superba fiunt,& plus peturbãt infirmos bonos,q̃ corrigãt animosos malos.Sicut.n.ille fidelissimis testis auaritiæ collegarũ,cum ea mala tribulationũ quæ patiebat̃ illo tꝑe ecclesia cẽsuræ diuinæ & disciplinæ tribueret, cõmemoratis quos nouerat Ep̃orum pessimis moribus,qui esurientibus fratribus hr̃e argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperẽt, usuris multiplicãtibus fęnus augerẽt,q̃d nõ,inquit, perpeti tales pro peccatis hmõi meremur? Et deinde adhibet testimoniũ de psalmis dicẽs,cum iam pridẽ monuerit & dixerit cẽsura diuina,Si dereliquerint filij eius legem meam,& in iudicijs meis nõ ambulauerint:si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea nõ custodierint,Visitabo in uirga iniquitates eorũ,& in uerberib. peccata eorũ. Mĩam aũt meã non dispergã ab eis. Misericorditer igit̃ corripiat hõ quod pôt: qđ aũt non pôt,patiẽter ferat, & cum dilectione gemat atq; lugeat, donec aut ille desuper emẽdet & corrigat,aut usq; ad messem differat eradicare zizania, & paleã uẽtilare: vt tñ securi de salute sua,bonæ spei Christiani inter desperatos,quos corripere non ualent in unitate uersent̃,auferant malũ a seipsis.i.ut in ipsis nõ inueniat̃ quod in moribus aliorũ eis displicet.Cũ.n.dixisset Apost.Quid.n.mihi de ijs qui foris sunt,iudicare:nonne de ijs q̃ intus sunt uos iudicatis?de his aũt qui foris sunt deus iudicabit: tanq̃ illi rñderent, q̃d agimus,cũ improborũ multitudine premimur,ut iudiciũ nostrũ in aliqua coertione non possimus exercere, Auferre, inquit,malum ex uobisipsis:i.si nõ potestis auferre malos ex medio uestrum,ipsum malũ auferre ex uobisipsis. Qđ si quisquã uelit sic intelligere qđ dictũ est, Auferte malũ ex uobisipsis: ut per correptionem separationis de congregatione fratrũ malus quisq; auferẽdus sit: studio tñ sanandi,non odio perimẽdi esse faciendũ nemo dubitauerit. Et quis adhibẽdus sit modus tꝑaq; seruanda, ne pax ecclesię uiolet̃, in qua maxime tritico parcendũ est,ne simul cũ zizanijs eradicetur, quod in præsentia uisum est necessarium,distulimus. Hoc qui diligenter cogitet,nec in conuersatione unitatis negligit disciplinę seueritatẽ, nec immoderatione coertionis dirũpit uinculũ societatis. Nã hoc ipsum quod ait Aposto.Cum eiusmodi nec cibum simul sumere:q̃ multi boni Christiani faciũt de ijs de quibus familiarius curam gerũt,ut a quorum consortio se potuerint separare,quos tali correptione posse corrigi sentiũt, vel quos oĩno corrigi posse desperant,ne alios colloquiorum malorũ contagione corrumpant,non dubitãt facere. Facit hoc bene,i.humili charitate ac benigna seueritate,qui sic pręest fratribus, ut eorum seruum se esse meminerit,sicut habẽt ipsius dñi & pręceptum & exemplum. Tunc.n.fit sine typho elationis in hoĩem,& cum luctu deprecationis ad deum. Sed q̃ facile de gradu clericorum quisq;ab ep̃o,uel de numero pauperum quos pascit ecclesia, uel de ipsa congregatione laicorum, siue ab ep̃o,siue a clero uel quocunq; præposito, cui est potestas, eximit̃, ita ut cum eiusmodi a cæteris, quibus hoc præcipi potest, nec cibus sumatur:tam facile malorum multitudo in quolibet ordine ecclesię non potest a bonorum commixtione separati & expelli. Nam & in domibus suis quiq; boni fideles ita disciplinã suorũ moderant̃,& regunt, ut ibi quoq; obtemperent Apostolo pręcipienti,cũ eiusmodi nec cibũ sumere: cũ & de filijs suis & de domo pacis hoc faciunt uel fieri iubent: cum eos uident ita uiuere,ut hoc eis esse faciendum ipsa quam hñt in eos charitas suggerat. Turba autẽ iniquorũ cum facultas est in populis promẽdi sermonẽ generali obiurgatione ferienda est,& maxime si occasionẽ atq; opportunitatem præbuerit aliqđ dñi flagellũ desuper, quos eos appareat pro suis meritis uapulare.Tũc.n.aures humiles præbet emẽdantis sermoni calamitas auditorũ, faciliusq; ingemitum confitendi q̃ in murmura resistendi afflicta corda cõpellit, sicut

tunc

Margin notes: D; 23.q.4. c.Nõ pôt; Psal.88.; E; 2. Retr. c.17.; F; 1.Cor.5.; G

tunc b. Cyprianus de collegis suis fortasse illa nō diceret, nisi eum desuper diuina seueritas adiuuaret. Eo quippe t͞pe illa dicebat tā molesto, tam calamitoso, atq; luctuoso, ut illi nō solum succēsere nō auderēt, sed ēt vix a succensentibus ueniam se posse impetrare sentirēt: q̄q̄ & si nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, utiliter corripitur in multitudine multitudo. Nā sicut H separata seuire, sic in Ipsa cōgregatione obiurgata gemere consueuit. Quamobrem & illud preceptum Apostoli nullo modo negligendum est: cum sine periculo uiolandæ pacis fieri potest: quia nec ipse aliter fieri uoluit, ut a congregatione bonorum separetur malus: & eiusdem illud præcipue attendendum est; ut sufferentes inuicem studeamus seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Item dn̄o in euāgelio dicenti, in illo obtemperare debemus, ubi ait, Si neq; ecclesiā audierit, sit tibi tāq̄ ethnicus, & publicanus: & in illo ubi ꝓhibuit colligi zizania, ne simul eradicetur & triticum. Potest.n. utrunq; custodiri ab eis, quibus dictum est, Beati pacifici, qm̄ filij dei uocabuntur. Sed iam cętera, quæ Parmenianus posuit, testimonia studeamus uidere. Inter oīa, quibus eorum sacrilegus tumor apparet, nullo se loco magis aperuit, q̄ in eo ꝙ ausus est etiā illud Hieremiæ prophetæ ponere, unde persuaderet cæteris hoībus cōionem Donatistarum, non solum ecclesiam ueram esse, sed ēt talem iam hoc t͞pe, qualis post ultimam uentilationē ecclesia sancta futura est. Cui sacrilegæ præsumptioni, & nephandæ elationi quid addi possit ignoro. Et cum multis quidem locis sermonū suorum nihil aliud q̄ pręsumere intelligantur, aliqn̄ tn̄ uerecundantur, cum eos ueritas urgere cęperit, qn̄ interrogātur, utrum non habeant, uel utrum non sint ipsi I peccatores: ueruntamen in hoc prophetico testimonio impiam uanitatem suam, & nimiam peruersitatē apertissime prodiderunt. Cum.n. Hieremias sanctus uellet ostendere bonis & malis, etiam si ad t͞ps sit congregationis una societas, longe tamē disparia esse momenta morum, finemq; meritorum: q͞d paleis, inquit, ad triticum? Parmenianus autem cum uellet Ticonium refellere dicentē, malos a bonis in unitate interim pro pace tolerādos, & in fine ultimi iudicij separandos posuit hoc Hieremię testimonium, quo peruersus atq; errās peruersos & errātes ad turbulētissimas & sceleratissimas seditiones inflāmet, ut quisquis inflāmata mēte carnis suę ur̄ sibi aliq͞d esse, cum nihil sit: se ac similes sui tanq̄ grana purgatissima existimans, ad ecclesiæ congregationem, in qua necesse est, ut ij qui ad uitā æternā pertinēt, eos qui ad ignē æternum pertinent, usq; ad certum finē tanq̄ frumēta paleam suam tolerēt, iam K sibi accedendū esse non putent. Nullus alius flatus de area Christi leuissimā paleam ante t͞ps uentilationis excussit: nulla alia pręsumptione sacrilega schismata quęcūq; ubicūq; sunt fecit. Admonet, inquit Hieremias sanctissimus, infructuosas & steriles peccātium turbas ab honorata fruge iustorū discerni, dicens. Quid paleis ad triticū? O tuba furoris, o uox execrabilis pestilentiæ, nunquid forte sic errat genus humanum, ut nō agnoscat uentilatorem Parmenianum? An & ipse dat locum Donato, & ad purgatam per eum massam se uenisse gloriatur? Nam ille ante se Maiorinum nescio utrum dignetur agnoscere, an isti tres tanq̄ tria cornua cuiusdam uentilabri in manu dn̄i fuerunt, ꝑ quos messis totius orbis mundaret: & Aphrica electa est, ubi purgata massa consisteret: cęterā aūt oēm terram palea separata uestiret? Vnde ergo tāti greges Circuncellionum? Vnde tātę turbæ cōuiuarum ebriosorū, & innuptarū, sed nō incorruptarū, innumerabilia stupra fęminarū? Vnde tanta turba raptorum, auarorū, fęneratorum? Vnde tam multi ꝑ suas quiq; regiones notissimi, tantundem uolentes, sed non tm̄ ualētes Optati? Quid ad hęc rn̄debunt? Non sunt ista? An & hoc triticum est? Væ impudentissimæ negationi, si apud se ista nō esse: væ sceleratissimæ peruersitat, si frumēta se esse rn̄derint. Postremo L massam purgati tritici post tantæ authoritatis trientem, i. Maiorinum, Donatum, Parmenianum, etiam Primianus iterum ausus est uentilare, ut Maximinianistas de sua cōione separaret. An forte frumenta proiecit? Quid est ergo ipse cum suis, qui talia proiecerunt? An ita ista frumenta purgata sunt, ut seinuicem non agnoscant, & seinuicem damnando uentilare conentur? Potuitne palea baptizare

Marginalia: 1. Cor. 5. — Ephe. 4. — Mat. 18. — Mat. 13. — Matt. 5. — Hier. 23 — Galat. 6. — Cap. 3. — Hier. 23

zare conentur? Potuit ne palea baptizare frumenta? Si potuit, cur ergo dicũt, quid paleis ad triticum? Si aũt nõ potuit, cur Felicianus cum inter paleas Maximianistarũ foras volasset, quotquot ille baptizauit, cũ eo rursus ad massam illam purgatissimam redierunt, & oẽs intus eos nunc habent, & sibi non dicunt, quid paleis ad triticum? Iam ergo euigilent aliqñ, & intelligant quemadmodum Propheta dixerit, Quid paleis ad triticũ? Vbi enim dicatur considerent, si eis inest qualiscunq; sensus humanus. Nunquid in agro dici põt, quid paleis ad triticum, quando eadẽ radice portantur? Nunquid in area, ubi pariter triturantur? Sed vtiq; in horreo, quid paleis ad triticum? Veniet ille paterfamilias ferens ventilabrũ in manu sua, & mundabit aream suã, frumenta recondet in horreũ, paleam uero cõburet igne inextinguibili. Nã per aliã similitudinẽ omne triticum ouium noĩe, & omnis palea hædorũ nomine significatur, quæ duorũ pecorum genera interim permixta sub vno pastore pascuntur. Sed veniet, inquit, filius hoĩs cũ angelis suis, & cõgregabuntur ante eum oẽs gentes, & separabit eos ad inuicem, sicut pastor separat oues ab hędis: & oues quidẽ ponet ad dexterã, hędos: aũt ad sinistrã. Et dicet ijs qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratũ ẽst ab initio mundi: Illis aũt qui ad sinistrã sunt dicet, Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc ergo implebitur prophetia, quid paleis ad triticum, qñ hędis & ouibus non põt pascua esse communis. Si possunt pisces boni cũ piscibus malis intra illam sagenã cui dixit dñs, Simile est regnũ cęlorum sagenæ misæ in mare, dicere, recedite à nobis, aut recedemus à vobis, donec omnes educãtur ad littus, & per angelos boni mittantur in uasa, mali aũt proijciãtur foras: potest hoc tpe impleri quod dictum est, quid paleis ad triticũ. Sed qui cõgregationẽ suam iam frumentũ purgatũ putant, à commixtione frumenti & paleæ tanquã pura palea volauerunt: & qui se sub vno pastore nõ adhuc cũ hædis pascere sentiunt, luporũ insidijs de grege dñi separati sunt: & q cũ malis piscibus se cõgregatos esse nõ putant, nõ solũ mali pisces sunt, sed ẽt vnitatis retia diruperũt. Qđ si iam hoc tpe intelligamus fieri qđ Hieremias ait, quid paleis ad triticũ: nihil aliud recte intelligere possumus, nisi q in una quidem cõgregatione sunt, donec in fine ventilationis ẽt corporaliter separẽtur. Sed tñ tritici sursum cor est, paleę vero deorsum. Palea quippe sua q̃rit, non q̃ Iesu Xpi: triticũ aũt thesaurizat thesaurũ in cęlo, quia vbi est thesaurus eius, ibi & cor eius est.

Sic ẽt verba Esaiæ intelligenda sunt, quæ ille similiter non intelligens, ad eandẽ sui erroris sñiam detorquere conatur. Quid enim ait Esaias? Recedite recedite, exite inde, & immundum nolite tangere: exite de medio eius, & separamini qui fertis vasa domini. Nunquid eadem toties repetenda sunt, quoties fit separatio cordis à malis? Immundũ enim non tangit, qui ad peccatũ nulli consentit. Exit autem inde vt salua sit eius causa apud deum, sic etiam disciplinã corripiendi & arguendi salua pace non negligat. Nã qui vult corporaliter quasi manifestos malos deserere, spiritaliter deserit latẽtes bonos, quos inexpertos & incognitos cogitur accusare, dũ separationem suã conatur defendere. Sed isti respõdeant, Si mũdus est Felicianus, cur exijt de medio eorũ? Si vero immundus, cur modo tangit mundũ? Quod si tunc immundus fuit cũ foris esset, quos illic baptizauit immundi sunt, quia immundũ tetigerunt. An oẽs cum illo remeando mundati sunt? Possunt ergo isti mundati foris baptizare, quos in sua cõmunione non baptizauerũt? Cur ergo alios rebaptizant? An à trecentis decẽ Bagaij confidentibus dãnari aliqua forte meruerũt dignatione, & ideo de toto orbe quisquis ad eos venerit rebaptizatur, qa non meruit totus orbis istã dignationem vt Bagaiensi concilio dãnaretur? Ergo à Maximiniano & à cæteris socijs eius ad Primiani cõionem non redeũtibus quicunq; baptizati fuerint, rebaptizantur. An parcitur eis? Si rebaptizãtur, violatur dignatio Bagaiẽsis. In ea quippe ẽt istorũ baptizatores damnati sunt. Si aũt parcitur eis, rogandi sunt isti, vt sursum ad oppidum Sagaiense conueniant, & si forte ille numerus trecentorum decem iam consecratus est totidem conueniant, & illic sententiã contra totum orbẽ proferant, sicut aduersus Maximinianistas protulerũt,

vt cum

Ibidem. *Mat. 3.* M *Mat. 25.* *Mat. 13.* A *Phil. 2.* *Matt. 6.* *Cap. 4.* *Esa. 5.* B C

vt cum uoluerint aliquẽ rebaptizare ex aliqua parte orbis uenientẽ, pari priuilegio se defendant, asserẽtes sibi ita parci oportere, sicut ei parcitur quem Maximinianista baptizat, quia non solũ Maximinianistæ, sed etiã totus orbis meruit concilio Bagaiensi dãnari. Deinde seipsos a tã magna inuidia, a morte tam magna & tam mirabili liberabũt, ut cũ cœperint iam non rebaptizare in Ecclesia baptizatos, quæ per oẽs terras est cõstituta, si qs ei mouerit qõnem, cur iã nõ faciant quod ante faciebant, rñdeant. Qñ ista faciebamus, nondum Bagaiensi concilio totũ orbem terrarum damnaueramus: nunc aũt rogati misericorditer concessimus, vt eos tali concilio damnaremus, quali Maximianistas damnauimus, quorum baptismum nõ repetimus. Quid ergo magnũ est, quid difficile ꝓstare omnib. gentibus tantam dignationem damnationis? An iterare baptismũ orbis terrarum licet, & iterare damnationem orbis terrarũ non licet? Etiam hinc securi sint, non inueniemus quo concilio tot gentes prouinciasq; dãnauerint. Quosdã paucos in Aphrica dãnauerunt, a quib. totius orbis iudicio superati sunt, nec ausi sunt postea damnare iudices apud quos superati sunt. Quid. n. esset impudẽtius, quid insanius? Multo minus dãnare potuerunt etiã in cẹteris terrarũ partibus constitutos, qui magis talibus iudicib. ecclesiasticis credere quã uictis litigatorib. maluerunt, & tñ Maximianistarum quos trecenti decem Donatistæ Bagaiensi cõcilio dãnauerunt, baptismus agnoscitur, acceptatur, admittitur. Orbis aũt terrarũ per quẽ hẹreditas Christi sic exhibita est, ut promissa est, in qua & ipsi ante paucos annos fuerũt, quẽ nullo iure dãnare potuerũt, & nulla saltem concilii peruersitate damnarunt, baptismus improbatur, exufflatur, iteratur. O sancta dãnatio, q̃ Maximianistæ meruerunt, & laboriosa innocentia gentium, quẹ apud illos ꝓpterea Christianum nomen amisit, quia talẽ damnationis locum inuenire non potuit. Si aũt illi soli a Maximinianistis uenientes nõ rebaptizantur, qui cum suis baptizatorib. redeunt, sicut hi qui cum Pretexato & Feliciano redierunt, primo uideatur quemadmodũ eiusdem schismatis baptismum extra eorũ communionem foris æqualiter datũ in alijs exufflent, in parte uiolent. Ita. n. vbi violant, rei sunt: vbi autem confirmant, reatus sui testes inueniuntur. Si. n. postea sic confirmarẽt vt iam uiolare desinerent, non discrepatio sed correctio diceretur. Cum aũt in quibusdam improbãt quod in aliis approbãt, in his accusantur, in illis cõtra se testimonium dicunt: quæro quare nõ baptizes eos quos Felicianus in Maximiniani schismate baptizauit: quia Christi baptismum acceperũt, An quia Feliciani? Si quia Feliciani, apud Maximianistas eum dedit damnatus, foris extra communionẽ vestram dedit eum, hoc est, illud baptisma quod & Saluii Mẽbresitani & aliorum taliũ: Si aũt quia Christi, plus apud te ualet pro baptismo Christi Felicianus in Musticanis, quam ipse Christus in omnibus terris: plus apud te valet pro baptismo Christi sedẽs ad latus tuũ & dãnatus à te, q̃ ille sedens ad dexteram patris & crucifixus pro te. Parcitur in paucissimis baptismo Christi ne Felicianus offendatur: & non parcitur, ne ipse Christus in tot gentium milib. exuffletur? Sed incredibilis est cæcitas hoĩum, & oĩno nescio quemadmodũ credi posset esse in hominib. tanta peruersitas, nisi experimẽto verborum suorum factorumque patesceret vsqueadeo se clausos habere cordis oculos, vt commemorent sanctæ scripturæ testimonia, nec intueãtur in factis Prophetarũ, quẽadmodũ intelligẽda sint verba Prophetarũ. Dixit Hieremias, Quid paleis ad triticũ: vt ipse recederet a paleis populi sui, in quas illa tanta & vera dicebat? Dixit Esaias, Recedite, recedite exite inde, & immundum nolite tangere. Sed cur ipse in illo populo immunditiam quam grauiter arguebat, in una cum eis cõgregatione tãgebat? Legant quanta in malos populi sui, & q̃ vehemẽter ac veraciter dixerit, a quibus se tamen nulla corporali direptione separauerit. Dixit Dauid, Non sedi cũ concilio uanitatis, & cũ facinorosis nõ introibo: Odio habui curiã nequissimorũ, & cũ impiis non sedebo. Legant quales in se temporib. suis in illo populo tolerauit, qui unctionis mystico sacramento tm̃ honorẽ detulit, ut id nec in sceleratissimo Saule contemneret, immo tantum uenerareretur, ut amplius oĩno non posset. Nõne si eorũ verba factis eorum obiecerimus, rñderent nobis,

Marginalia: D; E; Ironia.; F; Hier. 23.; Esa. 52.; Psal. 25.; G; 1. Re. 24.

bis, nos plane cum talibus nullũ habuimus in corde consortium, nec tãgebamus immũdum, ubi pôt coinquinari contactus: id est, cõfesſione atq; placito cõſcientiæ recedebamus, & exibamus ab eis, qui nõ ſolum talia nõ faciebamus, ſed nec faciẽtib. tacebamus. Iſti aũt ſeditioſi & inſani, qui defenſiones p̃ciſionis ſuę quærunt ex oraculis Prophetarum, ſupereſt vt impietate uęſana de uerbis H propheticis mores arguant Prophetarũ. An hoc dicturi ſunt ꝙ illis temporib. recedere iuſtis a malo populo non licebat, iſtis uero temporib. licet? Quid dici peruerſius pôt, illo t̃pe non potuiſſe bonos a malis corporaliter ſeparari, qñ multa ſacramenta corporaliter obſeruari uidebantur: nunc aũt neceſſariam eſſe corporalẽ ſeparationem, qñ iã illa ſpiritaliter obſeruãtur? Væ cæcis ducentib. *Mat. 15* & cæcis ſequentibus. Itane non timent iſta dicentes, nec forte ꝑ tantam latitudinem orbis terrarum qua fides Chriſti nomenq; diffuſum eſt antequã ſe iſti ſepararẽt in aliqua parte terrarũ ab Aphricanis regionibus remotisſima, iã hoc iuſti fecerint, & adhuc iſti in immunditię, q̃ illi fugerant, contagione uiuebãt? Quis.n. eos cauet, quis eos ſecuros facit, ſi hmõi a malis ſeparatio facienda eſt? An antequã ab iſtis fieret, nunquã factã fuiſſe tam longe, ut Aphricã omnino neſcirẽt, ſicut in extremis illarum partium terris pars Donati prorſus ignota eſt? Fortaſſe dicent obeſſe ſibi non potuiſſe quod ignorabant. Sic ergo & illis terris obeſſe non pôt quod geſtum in Aphrica ignorant, etiã ſi uera iſti dicerent, quæ de Aphrorum criminib. mentiuntur. Sic autem dicunt latere ſe nõ potuiſ I ſe ſi fieret, modo dicant per oẽs orbis terræ partes, qđ ſchiſma factũ ſit. Nimiũ eſt quod interrogo. In ipſa Aphrica dicũt Donatiſtæ Carthaginenſes, uel quicunq; ſunt in ciuitate Carthaginis, quot partes per Numidiã & Mauritaniã factę ſint de ipſa parte Donati, quarum omnium cauſas utiq; noſſe deberent, ne forte iuſti aliqui in regionibus illis malorum ſuorũ ſocietatem congregationẽque uitauerint, & exierint inde, ne immũdũ tangerent, ne cũ facinoroſis introirẽt, ne forte iſti iã ante aliquot annos in aliquo angulo Numidiæ uel Mauritaniæ ſeparantibus ſe frumẽtis palea remãſerint & neſciũt. Sed vñ ſecuri ſunt, niſi quia certũ habẽt bonos eſſe non potuiſſe, qui ſe ab unitate cõmunionis Donati, quæ per totam Aphricã diffundit, ſegregarunt? Quia ſi malos aliquos in ſua vicinitate patiebantur, quos oñdere cęteris nõ valebant, eos tolerare potius debuerunt, q̃ diuidere ſe a tot innocentibus, quib. perſuaderi non poterant aliena p̃ctã, etiam ſi ea ipſi optime noſſent. Cur ergo hæc innocentia non tribuitur orbi terrarum in tanta multi- K tudine gentium, quacũq; Chriſti hęreditas patet, ut certa atq; ſecura ſit, eo quo ſe bonos dicũt, & ſe ab omnis terræ unitate ſeiungũt, eoipſo demõſtrante quales ſint? Si.n. iuſti videtur, & ſpernũt cæteros, & ideo non cãtãt canticum nouum, quia de ſuperbia ueteris hominis extolluntur. Ab ea quippe communione ſeparantur cui dictum eſt, Cãtate domino canticum nouum, cantate dño omnis *Pſal. 59* terra. Qui ſi uere iuſti eſſent, & humiles eſſent: Si aũt humiles eſſent, etiã ſi vere malos in ſuæ uicinitatis congregatione paterẽtur, quos ab vnitate Chriſti expellere non ualerent, charitate Chriſti tolerare diligerent. Qũo autem poſſunt de iis ipſis, quos in ſua vicinitate malos arguunt, iuſtum habere iudicium, cum temeraria cæcitate tã longe à ſe poſitos ignotiſsimos criminantur? Vtrum .n. uel ciues ſuos uel uicinos quos arguunt, malos eſſe nouerint, incertũ eſt orbi terrarũ. Quia vero ab eis quorũ vitam longe poſitorũ noſſe non poſſunt, temeraria cæcitate ſeparantur, certum eſt orbi terrarũ. Et quia cum laude patientiæ mali tolerãtur, ne ignoti boni dãnentur, certum eſt orbi terrarum. Quaꝑ ꝑ ſecurus iudicat orbis terrarũ bonos non eſſe, qui ſe diuidunt ab orbe terrarũ in quacunq; parte terrarũ. Poſtremo ſi Prophetæ poſteros monuerunt ut ſe ante tempus vltimę uentilationis a paleis corporaliter ſepararent, & tali ſeparatione cauerunt tangere immundum, & cũ facinoroſis nõ introirẽt, cur hoc nõ fecit Apoſtolus Paulus? An palea non erant qui non ex ueritate, ſed ex inuidia Chriſtũ annũciabant? An immũdi nõ *Phili. 1.* erant qui non caſte Euangeliũ prędicabãt? L Hos in illis t̃porib. Eccleſia fuiſſe teſtatur, cuius excellentisſimam charitatẽ omnia tolerantem etiam poſteriores imitati ſunt. An immũditia, an ẽt auaritia? Quã Cyprianus corde

corde non tetigit,& tñ inter auaros collegas
pacatiſsime uixit. Non.n.obſorduerat aduer
Pſal.25. ſus uerba Pſalmorũ, vt ſederet in conuenti
culo uanitatis,& cum facinoroſis introiret:
odio non haberet curiã malignorum, & cũ
impijs ſederet. An non erat conuenticulum
vanitatis in eis, qui eſurientibus in Eccleſia
fratrib. largiſsimo argento nitere cupiebãt?
An non erant facinoroſi, qui fundos inſidio
ſe fratribus rapiebant? An nequiſsimi & im
pij non erant, qui uſuris multiplicantib. fœ
nus augebant? Ille uero lauabat manus ſuas
cũ innocentibus, & circundabat altare dñi.
Ideo quippe tolerabat nocentes, de ſereret
innocentes, cum quibus manus lauabat, qa
2.Ti.2. diligebat ſpeciem domus dñi, quę ſpecies in
vaſis honorabilibus fuit. In magna aũt do-
mo non ſolum uaſa ſunt aurea & argentea,
M ſed & lignea & fictilia. Et illa quidẽ ſunt in
honorẽ, illa uero in contumeliam. Et mũda-
bat ſemetipſum ab hmõi, vt eſſet etiam uas
in honorem ſanctificatũ, utile dño ad omne
opus bonũ paratum, nec ꝑ ꝑ uaſa quæ erant
in contumeliã ſe à magna domo ſeparabat,
ſed eos in unitate illius domus arguens tole
rabat, à quibus ſe non imitando ſeruabat.

Cap. 5. Sed nouit ponere Parmenianus uerba Pro
Pſal.25. phetæ dicentis, Non ſedi cum concilio uani
tatis, & cũ facinoroſis nõ introibo, odio ha-
bui curiã malignorũ. Lauabo cũ innocenti-
bus manus meas, & circũdabo altare dñi, Vt
audiã uoces laudis, & enarrẽ oĩa mirabilia
tua. Dñe dilexi ſpeciem domus tuæ, & locũ
tabernaculi claritatis tuæ. Ne ſimul perdide
ris cũ peccatorib. aĩam meam, & cũ uiris ſan
guinum uitã meam, In quorũ manibus deli
cta ſunt, dextera eorũ impleta eſt munerib.
Nouit hoc ponere Parmenianus, & non cu
rat aduertere quemadmodũ his ſine ullo di-
uiſionis nephariæ ſacrilegio ſeruiatur. Spe-
cies.n. domus & locus tabernaculi claritas
diei in uaſis eſt, ut dixi, non in oĩbus, quæ tñ
in una domo magna ſunt, ſed in ijs q̃ ſunt
in honore ſanctificata, dño utilia, ad oẽ opus
A bonũ ſemꝑ parata. In his quiſquis dilexerit
ſpeciẽ domus dei, & locũ tabernaculi clari-
tatis eius, tolerat ea q̃ ſunt in cõtumelia, nec
ꝑ ꝑ hoc relinquit domũ, ne fiat ipſe non uas
in contumeliã, qđ tñ in domo toleratur, ſed
ſtercus qđ de domo proijcitur, & ꝑ ꝑ ipſam
tꝑalem cum malis in una domo congrega-
tionẽ orat dicens, Ne ſimul perdideris cum
peccatoribus aĩam meam, & cum uiris ſan
guinũ uitam meã: In quorum manibus deli
cta ſunt, dextera eorũ repleta eſt muneribus.
Hoc utiq; orat, ne ſimul pereat cũ ijs, cum
quibus eũ ſimul uiuere charitas oĩa tolerãs
hortat̃, cuius ſacrificiũ pręmiſit dicens, Dñe
dilexi ſpeciẽ domus tuæ, & locũ tabernacu-
li claritatis tuæ. Quia.n. dilexi ſpeciẽ domus
tuæ, & ꝑ ꝑ ipſam dilectionem tolero uaſa q̃
ſunt in contumeliam, quia charitas oĩa tole *1.Co.13.*
rat, ne ſimul cũ eis perdideris aĩam meam.
Nonne apparet in his uerbis uox illorũ qui
ꝑ Ezechielẽ prophetati ſunt gemere & mœ *Ezec.9.*
rere ob iniquitates populi q̃ fiebãt in medio
eorũ? Et quia erant uaſa in honorẽ, propriũ
ſignum accipere meruerunt, & cum illi oẽs
inciperent uaſtari atq; deleri, deus non per-
deret cum peccatoribus animas eorum. Iſti
aũt ſunt infęlices, qui ſe ab omni malorum B
congregatione tanquam triticũ a paleis pur
gatum eſſe præſumunt. Per iſtam.n. vanitatẽ
præiudicauerunt ſibi, vt in populis quibus
præſunt iniquiſsimas & flagitioſiſsimas tur
bas nõ audeant corripere vt corrigantur, ne
per hoc cogantur cõfiteri quia mali ſunt, &
dicatur eis. Certe tritico purgato loquimi-
ni. Cur per has uoces tantam cõmixturã eſ-
ſe fatemini? Et ideo quia iuſti non ſunt, non
emendant, & arguunt in miſericordia, ſed
oleo adulationis impinguant capita eorum,
quibus ipſi capita eſſe uolunt, qm̃ ſub uno
capite qđ in cęlo eſt in unitate corporis, qđ
per totam terrã eſt, eſſe nolunt, ut merito ple
bibus eorum dicatur, Qui vos fęlices dicũt, *Eſa.3.*
in errorem uos mittunt, & cõturbant ſemi-
tas pedum ueſtrorum. Qui ergo non vult ſe
dere in concilio uanitatis, non euaneſcat ty
po ſuperbiæ, quærens conuenticula iuſtorũ
totius orbis vnitate ſeparata, quæ nõ poteſt
inuenire. Iuſti aũt ſunt per uniuerſam ciui- *Mat.5.*
tatem, quæ abſcondi non poteſt, quia ſupra
montem conſtituta eſt. Montem illum dico
Danielis, in quo lapis ille præciſus ſine ma- *Dan.2.*
nibus creuit, & impleuit uniuerſam terram.
Per totã igitur iſtam ciuitatem toto orbe dif
fuſam, iuſti gemunt & męrẽt ob iniquitates
q̃ ſunt in medio eorũ. Nõ ergo quærat qs ſe
paratos iuſtos, ſed cũ ipſis potius in malorũ
temporali

tẽporali cõmixtione cõcorditer gemit. Non enim sedebit in cõuenticulo uanitatis, quia ibi sedebit vbi cõuersatur. Audiet aũt dicentem Apostolũ, Nostra aũt conuersatio in cęlis est. *Phil. 3.* Ibi cũ facinorosis non erit, ibi curiam nequissimorũ non patieť, ibi cũ impijs non sedebit. In tali spe habitabit, vt ad rem cuius habet spẽ peruenire aliqñ mereatur. Non.n. iam resurreximus sicut Christus, aut iam cũ illo sedemus in cęlestibus, & tñ quia talem spẽ nobis dedit, & per ipsam spẽ iam quodammodo ibi conuersamur, dicit Apostolus, *Coloss. 3.* Si aũt resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non q̃ super terrã: Mortui.n. estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in deo. In illa vita nr̃a quæ abscondita est cum Christo in deo, nõ sedemus in cõuẽticulo vanitatis, quia sicut dicit Apostolus, *Ephe. 2.* Simul nos excitauit, & simul nos sedere fecit in cęlestibus, sed in spe, nondũ in re. D Spes aũt quæ uidetur non est spes. *Rom. 8.* Qđ enim quis uidet, quid sperat? Si aũt quod nõ videmus, speramus, per patientiam expectamus. Quam patientiã isti miseri perdiderũt, & festinantes se ante tps velut à palea separare, seipsos leuissimã paleam vento ablatã de area demonstrarunt. Quod ergo ait sapiẽtia teneamus, *Pro. 1.* Qui aũt me audierit habitabit in spe, & silebit sine timore ab omni malignitate. Dum ergo habitamus in spe, cogitemus, non qđ sumus sed qđ erimus: *1. Ioã. 3.* quia filij quidẽ dei sumus, sed nondũ apparuit quod erimus: quia cũ apparuerit similes ei erimus, qm̃ videbimus eum sicuti est. In tali spe habitantes, quia hæc habitatio non habet malos, nec conuenticula uanitatis, nec facinorosos, nec iniquos, nec impios patimur, & eos tñ non in spe quæ non videtur, patimur in congregatione catholica toto orbe diffusa, donec transeat iniquitas, donec tpe messis zizania colligãtur, *Mat. 13.* donec ultimo uentilabro à frumento palea separetur, *Matt. 3.* donec pisces boni à piscibus malis, *Mat. 13.* cũ quibus intra eadem retia congregati sunt, in littore eligãtur, donec hædi ab ouibus, *Mat. 25.* E cũ quibus sub uno pastore in eisdẽ pascuis tandiu pauerunt, in vltimo ad sinistrã segregẽtur. Nulla est igitur securitas unitatis nisi ex promissis dei Ecclesia declarata, q̃ super montem, vt dictũ est, *Mat. 5.* constituta abscondi non põt: & ideo necesse est vt oĩbus terrarũ partibus nota sit. Inconcussum igiť firmumq; teneamus nullos bonos ab ea se posse diuidere. id est, nullos bonos ẽt si cognitos sibi malos patianť, vbicunque uersanť p̃p eos se à longe positis & incognitis bonis temerario schismatis sacrilegio separare, & in quacunq; parte terrarum vel facta sunt ista, uel fiunt, uel futura sunt, cæteris terrarũ partib. longe positis, & utrũ facta sint, uel cur facta sint ignorãtibus, & tñ cũ orbe terrarũ in unitatis uinculo p̱manentibus, eaipsa sit firma securitas, non hoc potuisse facere, nisi aut superbiæ tumore furiosos, aut inuidẽtiæ liuore væsanos, aut seculari cõmoditate corruptos, aut carnali tumore peruersos. Quibus omnibs causis efficiť, vt uel boni falsis criminib. infamentur, uel temere de bonis falsa credantur, vel ẽt mali pro unitatis uinculo tolerati nihil obsunt bonis, dirupta bonorum pace peruersissime fugiantur cum uexationi frumentorum nõ parcitur, usurpantibus sibi hominibus ante messem, quod angeli in messe facturi sunt.

F *Cap. 6.* Quæ cũ ita sint, audẽt sacrilega schismata uel hæresis impiæ, si qñ in flagello ut se corrigãt admonentur, pęnas furoris sui ẽt inter martiria deputare. Qđ existimans ẽt Parmenianus, in fine Epistolæ suæ exhortať Ticoniũ, ut in parte Donati permaneat & p̱secutiones perferat, dicẽs nõ se debere uolũtate coniungi eis quib. p̱secutione cogente non iuncti sunt, adhibẽs ẽt testimoniũ scripturæ dicẽtis, *Ecclesiastici 2.* Væ his qui perdiderunt sustinentiã, & diuerterũt in uias prauas. Et qd faciẽt cũ inspicere cęperit eos dñs more suo cũcta de diuinis libris aduersus seipsos proponẽtes? Qui.n. sustinentiã perdiderunt, nisi q̱ eos de criminib. q̃ obijciebant cõuincere nequiuerunt, quos p̱ pace Christi tolerare noluerũt, vt sero postea cogitantes, ipsam partẽ suam non esse per multas particulas diuidendã, ẽt sibi manifestissimos sacrilegos quos ipsi dãnarunt rursus receptos, pro falsa Donati parte tolerarũt? Et nunc iam tandẽ aliqñ cognoscant & corrigãt se, q̱ se impie fecisse ex eo saltẽ qđ à Maximiniano passi sũt didicerũt. G Sed si licet erubescant manifestissimis rõnibus corrigi, quia imperatorũ iussionibus restiterunt, ne illa, quæ se conquerunt fuisse per-

perpeſſos,correcti perdidiſſe uideãtur,quaſi nõ melius perdunt illa q̃ pereunt.Si.n.habẽt aliquã umbrã,quãuis falſam atq; fallacẽ, tñ nonnullam imaginem fortitudinis, iubenti nõ cedere imperatori,cuius vel humanę laudis illecebra eſt,apertiſsime contradicere ve tati:cur clauſis oculis tam multa de ſcripturis teſtimonia proferunt, quæ intellecta atque prolata cõtra ſe repudiant? quæ ſi ſm eorum intellectum recipiantur, nihilominus eos de ſua peruerſitate conuincunt. Nonne ſcriptũ eſt,Non cõtradicas ullo mõ ueritati? Cui aũt niſi ueritati cõtradicitur, cũ ẽt regi ex ueritate aliquid iubenti reſiſtitur? Sed rex hõ qui minatur uel qui uindicat,ad tp̃s moleſtus eſt:nõ ſic ille rex qui ẽt ueritas dr̃,qui nũc quoq; illis per Prophetã clamat,Sine cã percuſsi filios veſtros,diſciplinã non receperũt. Qui propterea per humanas poteſtates nũc miſericorditer admonet, ne in fine ſic uindicet ut * non ſe poſsint ſuperbi de ſua dãnatione iactare. Sub uindicta .n. regũ poteſt hominum pertinacia falſo noĩe uirtutis uelle laudari, æternis aũt ignib. cõcremari, nec erit,nec vocabitur fortitudo. Nõ.n.erũt in die illa qui caput ungant oleo adulationis,aut varia decepti fallacia coronatos ſomniẽt dãnatos,dicẽtes,euge, euge: & iurãtes, ꝑ canes eorũ,q caput ſanũ nõ habuerũt, & ꝑ cõpages eorũ qui viã pacis nõ agnouerũt. Quales turbas iſti auertẽtes à Chriſti unitate,& ad ſuũ nomen cõuertere cupiẽtes,interim tẽporalia ſupplicia ſchiſmatis ſui cõferre audẽt paſsionib. martyrũ, ut eis pœnarũ ſuarum natalitia celebrentur magno cõuentu hominũ furioſorum, quorum è numero illi ſunt, qui etiã nulla perſequente ſeipſos ultro per montium abrupta pręcipitant, ut malam uitam peiore morte conſumment. Non erũt in die illa ſtultę plebes quib.dicãt, nos ſumus iuſti qui patimur perſecutionẽ, & cæcis vẽdatur reprob. lapis pro gẽma precioſa:id eſt, carnalis duritia pro ſpiritali patientia. Nõ erũt qui nomina principũ furoris ſui recitẽt ad altaria, vel q̃ ab vnitate Xp̃i diuiſerũt,uel quæ ſub noĩe Xp̃i contra eccleſiã erexerunt. Hæc.n. ſunt precia quæ iſti vt accipiant, dũ uolunt habere quod vendant, excitant aduerſum ſe poteſtatum ſeueritatẽ per animoſam peruerſitatem, ne illi q ab eis ſeducuntur,& eos propterea iuſtos putant, quia pœnas iniquitatis exoluunt, redeãt ad cor,& conſiderent quare & quę ſe pati gloriantur. Quantum.n. erat ut paulum aduerterent talia dicere Parmenianũ Ticonio de perferendis perſecutionib. & gloria tolerantię,qualia dicunt oẽs hæretici,de quib. coercẽdis uel puniẽdis,ſimilia regũ iuſſa proferũtur,qualia certe Membreſitanis ſuis dicit ẽt Saluius, cui tantas Abitinenſes plagas & cõtumelias intulerunt, per quos iſti meruerãt ut de eccleſia pellerentur, ut eius ceruici ẽt mortuorũ canũ cadauera colligarent, ut poſtremo cũ illo ad turpes voces cantationeſque ſaltarent. Quem ſermonẽ poſteaquã tãta perpeſſus eſt,eũ putamus habuiſſe cũ ſuis quos miſeros decepit ut alterã ſibi baſilicam fabricarent. Quanta dixit de iuſtitia ꝑ qua talia perpeti meruit, iõ ſe ſanctũ perſuadẽs, quia paſſus eſt: ideo illos iniquiſsimos,quia fecerunt. Tuſcorũ tyrannorũ commemorat antiqua crudelitas, quia mortua uiuis, ſed humana humanis corpora coniungebãt,canina uero humanis, & hæc epiſcopalib. mẽbris, neſcio utrũ quiſquã ſe uel audiſſe unquam uel legiſſe commemorat. Notum eſt omnib. nugaces & turpes ſaltationes ab epiſcopis ſolere compeſci. Quis unquã meminit ab hominib. quos in auxilium Epiſcopi petierunt,cum Epiſcopis eſſe ſaltatum? An forte Saluius tũc nõ erat Ep̃s, qñ damnatio eius in Bagaienſis concilij ſententia recitata eſt? Quod ſi & ipſe poſtea recõciliaretur Primiano, ſicut ei recõciliatus eſt Felicianus, eiuſdẽ plenarij cõcilij veridico ore damnatus,ſicut ibi eorum verba recitãtur, tunc eſſet Epiſcopus. An forte iã non admittetur, quia quaſi ſacrilegiũ ſchiſmatis quẽ coinquinauerit,põt mundari,ſicut Felicianus:quem verò canes mortui collo ſuſpenſi immundũ fecerunt,non poteſt expiari? Vellẽ ſcire qd ad hæc dicant,tam manifeſta, tam publica, tam recentia,qui nobis antiquas calumnias ſuas quaſi crimina noſtra obijciũt. Quiſquis eorũ arbitratur me falſa iactare, qd magnũ eſt,quid difficile, ut animæ ſuæ curã gerens pergat Mẽbreſam, q̃rat an facta ſint iſta, & defendat ſi poteſt. Si.n. dicit iſta recte ſchiſmatis cauſa fieri, quos trecenti & decem Donatiſtæ epiſcopi damnauerunt,non murmurent

Eccleſiaſtici. 4.

Hiere. 2

H

al. ut poſſint de ſua ſuperbi damnatione damnari

I

K

Virg. Aeneid. 8.

L

murent quando aliqua patiuntur, quanuis passi sunt quos ab unitate Christi schisma fecisse, non trecentorũ & decem, sed totius orbis authoritate conuincimus. Si aũt dicit leuia esse quæ passus est Saluius, q̃ro utrum si aliquem Donatistarum Episcoporum saltaret cogeret Imperator, & nolenti facere, bestias ignesq; minaretur, non mallet illa ꝑpeti q̃ illud admittere: & cum passus esset, vtrum non eũ isti inter martyres recitarẽt? Grauiora ergo passus est Saluius cum quo saltatum est, q̃ si viuus arsisset. Nam si cuiquam eorum hæc duo proponerentur, utrũ mallet non ipse saltare sed saltari secum, q̃ uiuum incendi, quid eum electurum esse respondeant? Si autem dicit nihil aliud impetrasse à proconsule Primianistas, nisi ut per Abitinenses Saluius de basilica pelleretur, illos autem sua sponte fecisse quicquid rei postea crudeliter turpiterq; fecerunt: cur nõ sibi dicit sic etiam posse catholicos nihil aliud ab imperatoribus petere, nisi ut isti de basilicis quas nomine sacrilego retinent excludãtur? Illos autem sua sponte regia potestate & honestate seruata, in sacrilegos multo mitius q̃ Abitinenses nulla imperiali lege, nulla iudiciaria iussione, in Mẽbresitanũ Saluiũ uindicarunt. Quib. rebus consideratis, prius quid faciant, & postea quid patiantur aduertant, ne cum aduersus facta sua oculos claudunt, & ad pœnas oculos suos aperiunt, & hic frustra temporalia patiantur, & in ultimo iudicio dei etiam pro hoc ipso ꝙ frustra eos talib. molestiis ut emendaret admonuit, æterno supplicio puniantur. Non uetera replico, ubi fallunt quos possunt: breuiter dico, præsentia ingero, digito ostendo. Dãnati Maximinianistæ recipiuntur, ignotæ gentes arguuntur. Maximinianistarum baptismus acceptatur, orbis terrarum baptismus exsuffluatur. Ecce Assuritani, ecce Musticani, ecce non longe mortuus Prætextatus, ecce adhuc uiuus Felicianus, ecce nomina eorũ inter damnatos Bagaiensi concilio gestis proconsularibus allegata, talib. recẽtibus & præsentibus factis, quales ab initio fuerint, satis indicant. Si quid pro huiusmodi aduersitatibus & iniquitatibus patiuntur, si nolũt corrigi, saltem non audeant gloriari.

M

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS CONTRA Literas Petiliani Cirthensis Episcopi Donatistæ. Lib. I.

DILECTISSIMIS FRATRIBVS ad nostræ dispensationes curam pertinentibus, Augustinus in Domino Salutem.

A

Cap. I.

NOstis nos sæpe uoluisse Donatistarũ hæreticorũ sacrilegũ errorẽ in notitiã manifestam, non tam ex nr̃o, quam ex ipsorũ opere producere atque conuincere: Vñ factum est, ut ad nonnullos etiã primates eorũ literas daremus, non quidẽ communicatorias, quib. se iam in præteritum indignos a catholica Ecclesia dissentiendo fecerunt, nec tñ cõtumeliosas, sed pacificas, ut nobiscum qõne discussa, quæ illos ab orbis terrarũ sancta cõmunione dirupit, cõsiderata ueritate corrigi vellẽt: nec maiorũ suorũ animosã peruersitatẽ ꝑtinacia stultiore defenderẽt, sed ad fructum charitatis radici catholicæ redderẽtur. Sed qm̃ scriptũ est, Cũ his qui oderũt pacẽ, erã pacificus, ita illi respuerũt literas meas, sicut ipsã pacẽ, cui per eas cõsulebatur, oderũt. Nũc vero cũ essem in ecclesia Constantiniensi, Absentio præsente & collega meo Fortunato eius Episcopo, obtulerunt mihi fratres Epistolam, quam ad suos presbyteros schismatis eiusdẽ Ep̃m dedisse dicebãt, sicut earundem quoq; literarũ prætendebat inscriptio. Quam cũ legissem, ita miratus sum, quod primis verbis suis totam partis suæ communionẽ radicitus amputauit, ut nollem credere illius hominis esse literas, quẽ solet fama prædicare, ꝙ inter eos doctrina atq; facundia maxime præcellat. Sed quia me legente aderãt quidam qui eius sermonis cultũ ornatũq; cognoscerẽt, mihi persuadere cœperũt omnino illud esse eius eloquium. Ego tñ cuiuslibet esset, refellendũ putaui, ne quisquis ea scripsit, aliquid sibi apud imperitos aduersus catholicã scripsisse uideretur. Hoc ergo ille primum in Epistola sua posuit, dicens, quòd eis obiiciamus bis baptisma, q̃ sub noĩe baptismi animas

Psal. 19.

B

mas nostras reo lauacro polluimus. Quid ãt
prodest omnia eius cõtumeliosa verba rete
xere? Nam qm̃ aliud est documenta firmare,
C aliud maledicta refellendo tractare: illud po
tius attendamus, quo pacto demõstrare no-
luerit nos baptismum non habere, & ideo
se non repetere quod iã erat, sed dare qđ nõ
erat. Ait enĩ, Cõscientia nanq; dãtis attendi
tur, qui abluat accipiẽtis. Quid si lateat dãtis
cõsciẽtia, & fortasse maculosa sit? Qũo pote-
rit accipiẽtis abluere conscientiã, si quemad
modum dicit, conscientia dantis attenditur,
qui abluat accipiẽtis? Si.n. dixerit ad accipiẽ
tem non pertinere quicquid mali latuerit in
cõscientia dantis, ad hoc valebit fortasse illa
ignorãtia, ut de cõsciẽtia baptizatoris sui nõ
possit nesciẽs maculari. Sufficiat ergo ut alte
rius cõsciẽtia maculosa cum ignoratur nõ
maculet, nũquid autẽ etiam abluere potest?

Cap. 2. Vnde igitur abluendus est qui accipit ba
ptismũ, cũ dantis polluta conscientia est, &
hoc ille q est accepturus ignoret, præsertim
cum addat & dicat, Nam qui fidẽ a perfido
sumpserit, non fidẽ percipit, sed reatũ? Ecce
stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizã
dus est perfidiam eius ignorat, quid eũ acce-
pturum esse arbitraris, vtrum fidem an rea-
tum? Si dixeris fidem, concedes posse fieri, vt
à perfido quisq; fidem percipiat, non reatũ:
& falsum erit illud quod dictũ est, Qui fidẽ à
perfido sumpserit, nõ fidem percipit, sed rea
D tum. Inuenimus.n. fieri posse, ut etiã a perfi
do fidem quis ꝑcipiat, si perfidiã dãtis igno-
ret. Non.n. ait, Qui fidem a perfido manife-
sto vel cognito sumpserit: sed, qui fidem, in-
quit, a perfido sumpserit, nõ fidem percipit,
sed reatum: quod utiq; falsum est, qñ quis à
latente perfido baptizatur. Si autem dixerit,
etiam cũ baptizator perfidus latet, non ab eo
fidem percipit, sed reatum: rebaptizent ergo
illos, quos ab eis baptizatos esse constiterit,
qui diu apud ipsos cum scelerati latuerunt,
& postea proditi conuictiq;, damnati sunt.

Cap 3. Eo quippe tempore quo latebant quoscũ
que baptizauerunt, nõ eis potuerunt fidem
tradere, sed reatum, si quisquis fidem a perfi
do sumpserit, non fidem percipit, sed reatũ:
Ergo baptizentur a bonis ut possint fidem
percipere, non reatum. Sed quomodo & de
istis securi erunt, si conscientia dantis atten-
ditur quæ latet oculos accepturi? Ita s̃m eo-
rum sententiam fit salus illa spiritalis incer- E
ta, dum contra scripturas sanctas, quę dicũt,
Bonum est confidere in domino, q̃ confide
re in homine: Et maledictus omnis qui spẽ *Psa. 117*
suam ponit in homine: spem baptizandorũ *Hier. 17*
auferunt a domino deo, & in hoĩe ponendã
esse persuadent. Vñ fit omnino ut non incer
ta, sed prorsus nulla sit salus, Quia domini
est salus: Et uana salus hominis. Itaq; quis- *Psa. 3. et 59.*
quis in hoĩe spem posuerit, etiã quẽ iustũ &
innocentẽ nouit, maledictus est. Vñ & Apo
stolus Paulus, eos qui dicebat se Pauli esse,
obiurgat & dicit. Nunqd Paulꝰ ꝓ vobis cru
cifixus est, aut in noĩe Pauli baptizati estis?

Cap. 4. Quapropter si errant illi, & nisi corrige-
rentur perirent, qui uolebant esse Pauli, quę
tandem spes eorum qui quærant esse Dona
ti? Id enim agũt isti, ut origo, radix & caput
baptizari non nisi ille sit a quo baptizatur:
Ita fit, ut quoniam plerunq; qualis sit bapti-
zator, incertum est, incerta origine, incerta
radice, incerto capite, spes etiam hominis in
certa sit. Et cum fieri possit, ita esse conscien
tiam dantis, ut scelerata atq; maculosa sit, &
hoc ignoret accepturus, consequenter fit, vt
scelerata origine, scelerata radice, scelerato
capite, spes quoq; baptizati vana & inanis
existat. Quippe cum iste in epistola sua po-
nat & dicat, Omnis.n. res origine & radice
consistit: & si caput non habet aliquid, nihil F
est. Cũq; originem & radicem & caput ba-
ptizati, hominem a quo baptizatur uelit in-
telligi, quid prodest misero baptizato, quòd
ignorat q̃ malus sit baptizator eius? Ignorat
.n. se malum habere caput, aut omnino se es
se sine capite. Tamen quæ spes est illi cui si-
ue scienti siue nescienti, caput pessimũ aut
nullum est? Nunquid ipsa ignorantia sit ei
caput, cui suus baptizator uel malum caput
uel nullum est? At hoc quisquis putauerit,
vere sine capite est. Nos ergo quærimus: qa
dixit iste, Qui fidem a perfido sumpserit, nõ
fidem percipit, sed reatum: statimq; conne-
xuit, dicens, Omnis.n. res origine & radice
cõsistit, & si caput nõ habet aliqd, nihil est.

Cap. 5. Quærimus itaque nos, cum ille baptiza-
tor perfidus latet, & si tunc ille quem bapti
zat fidem percipit non reatum, si tunc ei nõ
est baptizator eius origo & radix, & caput,

quis est a quo accipit fidem? Vbi est origo de qua oritur, ubi radix uñ germinat, vbi caput uñ incipit? An forte cũ baptizantem perfidũ ille qui baptizatur ignorat, tunc Xp̃s dat fidem, tunc Xp̃s est origo & radix & caput? O humana temeritas & superbia. Cur nõ sinis potius ut semper Xp̃s det fidem, Christianũ dando facturus? Cur non sinis ut semper sit Xp̃s origo Christiani, in Xp̃o radicẽ Christianus figat, Xp̃s Christiani sit caput? Neq; .n. ẽt cum per sanctum & fidelem dispensatorem grã spiritalis credẽtib. impertitur, dispẽsator ipse iustificat, ac nõ ille vnus de quo dictũ est, ꝙ iustificat impiũ. (Rom. 4.) Aut uero Apostolus Paulus caput est & origo eorũ quos plãtauerat: aut Apollo radix est eorũ quos rigauerat, (2. Cor. 3.) ac non ille qui eis in credendo fidẽ dederat: cũ idem dicat, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit? Itaq; neq; qui plantat est aliq̃d, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus. (H) Nec radix eorum erat ipse, sed potius qui ait, (Ioã. 15.) Ego sum uitis, uos estis sarmẽta. Caput ẽt eorũ qũo esse poterat, cũ dicat, nos multos unũ esse corpus ĩ Xp̃o, ipsumq; Xp̃m caput esse uniuersi corporis, pluribus locis apertissime prædicet.

(Cap. 6.) Quapp̃ siue a fideli, siue a perfido dispensatore sacramentum baptismi quisq; percipiat, spes ei oĩs in Christo sit, ne sit maledictus q̃ spẽ suam ponit in hoĩe: alioq̃n si talis q̃sq; in grã spiritali renascitur, qualis est ille à quo baptizatur, & cũ manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat fidẽ, ipse origo & radix caputq; nascentis est: cum aũt latet perfidus baptizator, tũc quisq; à Xp̃o percipit fidẽ, tunc a Christo ducit originẽ, tunc in Xp̃o radicatur, tunc Xp̃o capite gloriatur: laborandũ est oĩbus qui baptizantur ut baptizatores perfidos habeãt & ignorent eos. Quãlibet tñ bonos habuerint, Xp̃s est vtiq; incõparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Qđ si dementissimũ est credere, semp̃ .n. Xp̃s iustificat impiũ, (Rom. 4) faciendo ex impio Christianum, semper a Christo percipitur fides, semp̃ est origo regeneratorũ, & caput ecclesię. (I)

(Cap. 7.) Quid habẽt ponderis illa uerba quæ uani lectores non attendunt q̃d intus habeãt, sed tñ queadmodum sonent? Qui autẽ non aure sola excipit uoces, sed & mente sententias intuetur, cũ audierit, Cõsciẽtia dãtis attẽditur, qui abluat accipiens: rñdebit, Sæpe mihi ignota est humana cõsciẽtia, sed certus sum de Christi misericordia. Cum audierit, Qui fidẽ a perfido sumpserit, non fidẽ percipit, sed reatum: rñdebit, Nõ est perfidus Xp̃s, a quo fidẽ percipio, non reatũ. Cũ audierit, Oĩs res .n. origine & radice, cõsistit: & si caput nõ habet aliq̃d, nihil est: rñdebit, Origo mea Christus est, radix mea Xp̃s est, caput meũ Christus est. Cũ audierit, Nec quicquã bñ regenerat, nisi bono semine regeneretur: rñdebit, Semẽ quo regeneror verbũ dei est, qđ obaudienter audire sum monitus, ẽt si ille per quẽ audio quæ mihi dicit ipse nõ facit, dicẽte dño, & me securũ faciẽte, (Mat. 23) Quæ dicũt, facite: q̃ faciũt, facere nolite: dicũt .n. & nõ faciunt. Cũ audierit, Quæ p̃t esse puersitas, ut q̃ suis criminib. reus est, aliũ faciat innocẽtẽ: rñdebit, Me innocẽtẽ nõ facit, nisi q̃ (Rom. 4) mortuus est p̃p delicta nr̃a, & resurrexit p̃p iustificationẽ nostrã. Nõ .n. in ministrũ per (K) quẽ baptizor credo, sed in eum qui iustificat impium, ut detur mihi fides ad iustitiam. (Matt. 7.)

(Cap. 8.) Cũ audierit, Arbor bona, bonos fructus facit: arbor mala, malos fructus facit: (Mat. 12.) Nunq̃d colligũt de spinis uuas? Et omnis bonus hõ de thesauro cordis sui profert bona, & malus hõ de thesauro cordis sui profert mala: rñdebit, Hoc ergo bonus fructus est, ut arbor bona sim, hoc est bonus hõ, vt præbeam fructũ bonũ, hoc est o͞pa bona: Hoc aũt nõ qui plãtat & qui rigat mihi dabit, sed qui incrementũ dat deus. (1. Cor. 3) Nã si arbor bona bonus baptizator est, ut fructus eius bonus sit ille quẽ baptizauerit: q̃squis ab hoĩe malo ẽt nõ manifesto fuerit baptizatus, bonus esse non poterit. De mala q̃ppe arbore exortꝰ ẽ. Aliud ẽ .n. arbor bona, aliud arbor occulta, sed tñ mala. Aut si cũ occulta ẽ arbor mala, q̃cũq; fuerit ab illa baptizatꝰ, nõ de illa, sed de Xp̃o nascit, sanctiꝰ iustificatur q̃ baptizanẽ ab occultis malis, (Eccl. 34) q̃ q̃ baptizanẽ a manifestis bonis.

(Cap. 9.) (L) Item cum audierit, Qui baptizatur a mortuo, non ei prodest lauatio eius: respondebit, (Rom. 6) Viuit Christus, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. de quo di- (Ioan. 1.) ctum est, Ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Baptizantur autem a mortuis, qui baptizantur in idolorum templis: Non enim & ipsi

ipſi a ſacerdotibus ſuis ſe accipere arbitrantē
ſanctificationē q̃ putant, ſed a Dijs. Qui qm̃
hoĩes fuerunt, ita modo ſunt, vt neq; ſuper
terras, neq; ĩ requie cęli ſint, uere ipſi a mor
tuis baptizantē, & ſi quo alio mō iſta Sanctæ
ſcripturæ uerba ueraciter quæri, ac ſalubri-
ter diſcuti & intelligi pn̄t. Nam ſi hoc loco
mortuū intellexero peccatorē baptizatorē,
eadē illa cōſequetē abſurditas, ut qſquis ēt a
latente impio fuerit baptizatus, tanq̃ a mor
tuo baptizatus inaniter lotus ſit. Non.n. ait,
Qui baptizatē a mortuo manifeſto: ſed abſo
lute dicit, a mortuo: Ac ſi mortuū quēq; tūc
putant, cū eum pctōrem ſciunt: uiuere autē,
ēt ſi ſceleratus in eorū cōione aſtutiſsime la
teat: primò execrabili ſupbia ſibi plus arro-
gant q̃ Deo tribuunt, ut cū eis peccator no-
tus eſt mortuus appelletē: cū aūt Deo notus
M eſt, uiuus exiſtimetē. Deinde ſi pctōr ille di-
dendus eſt mortuus, q eſt hoĩbus cognitus,
de Optato qd rn̄ſuri ſunt, quē ſceleratū lon
go tpe ſibi notū dānare timuerūt? Cur q ab
illo baptizati ſunt, nō dicuntē a mortuo bapti
zati? An iō uiuebat, ꝙ fides illi comes erat?
Quod facere & eleganter a neſcio quo pri-
mario * collega ſuo dictū ſolēt etiam ipſi ia
ctare atq; laudare, nō intelligētes exitū Go-
liæ ſupbiſsimi, ſuo ſibi gladio caput auferri.

2. Reg. 17
* al. Primano
Cap. 10.
Eccle. 34

Poſtremo ſi neq; occultū ſceleratū neq;
manifeſtū, qui tn̄ ab eis nondū dānatus ſit,
volūt appellare mortuū, ſed & manifeſtum
& damnatū, ut quiſquis ab eo baptizatē, ipſe
a mortuo baptizetē, & nihil ei proſit lauacrū
eius: qd dicturi ſunt de ijs quos plenarij con
filij ſui ore ueridico cū Maximiano & cæte-
ris eius ordinatorib. dānauerunt, Felicianū
dico Muſticanū, & Pręteхatū Aſſuritanū, de
quibus interim loquor, qui numerantē inter
duodecim Maximiniani ordinatores, & ere
ctores altaris cōtra eorum altare, cui Primia
nus aſsiſtit? Iſti certe ab eis inter mortuos de
putantē. Teſtis eſt illius cōcilij, eorum uideli
cet pclara ſnīa quæ quondā qn̄ apud eos dę-
cernenda recitata eſt, ore latiſsimo acclama
A uerūt: nūc aūt ſi forte eis a nobis recitata fue
rit, obmuteſcunt, cū potius deberent primo
gaudere diſertā, ne poſtea plangerēt diffama
tā. Ibi quippe de Maximinianiſtis a cōſortio
ſuæ cōionis excluſis ita dicūt, ꝙ ue[r]idica un
da in aſperos ſcopulos nōnullorū naufraga
proiecta ſunt mēbra, & Aegyptiorū admo-
dū exēplo pereuntiū funeribus plena ſunt
littora, qbus in ipſa morte maior eſt pęna, ꝙ
poſt extortā aquis vltricib. aĩam, nec ipſam
inueniunt ſepulturā. Ita quidē iſti inſultant
ſchiſmaticis ſuis: ut eos & mortuos & inſe-
pultos vocent: ſed certe optare debuerant ut
ſepelirentē, ne de multitudine iacentium in
littore cadauerū inſepultorū Gildonianus
Optatus incedens cū agmine militari, tanq̃
rapidus fluctus ultra proſiliens, Felicianum
& Prætexatum introrſus poſtea reſorberet.

Exo. 14.

A quibus quæro, utrū ad eorum pelagus
cōmeando reuixerunt, an adhuc ibi mortui
manēt? Si.n. nihilominus cadauera ſunt, nec
aliquo modo prodeſt eis lauacrū, qui ab iſtis
mortuis baptizantē, Si aūt reuixerūt, qūo p-
deſt lauacrū illis, quos cū exanimes iacerēt,
foris antea baptizarent, ſi eo modo quo pu-
tāt intelligendū eſt, Qui baptizatē a mortuo, B
qd ei prodeſt lauacrū eius? Eos.n. quos Præ
texatus & Felicianus, cū adhuc Maximinia-
no cōicarent, baptizauerunt, nunc ſecū non
rebaptizatos cū eiſdem baptizatoribus ſuis,
hoc eſt Feliciano & Prætexato intus habent
pmixtos cōioni ſuæ, cuius facti occaſione,
ſi nō ſuæ pertinaciæ principatū † fauerēt, ſed
ſpiritalis ſuæ ſalutis tā certū exitū cogitarēt,
euigilare utiq; deberēt, & animi ſanitate re-
cepta in pace catholica reſpirare, ſi tumore
ſuperbiæ poſito, & pertinaciæ furore ſupera
to, vellent attendere q̃ immani ſacrilegio
tranſmarinarū Eccleſiarū, quas primęuas ſi-
tas ex ſanctis libris accepimus, baptiſmus
execretur, & Maximinianiſtarum, quos ore
proprio dānauerunt, baptiſmus recipiatur.

Cap. 11.
Eccl. 34.
† fouerē

Ipſi uero fratres nr̄i memoratarum Eccle
ſiarū filij, quid ante tot annos in Aphrica ge
ſtum ſit, & tunc neſcierūt & modo neſciūt,
unde illos crimina q̃ ab eorū parte Aphris
obiecta ſunt, etiam ſi uera eſſent ignorantes,
contaminare non poſſent: Iſti autem palam
ſeparati atq; diuiſi, cum Primiani ordinatio
ni etiam interfuiſſe dicantur, Primianum C
damnauerunt, alium Epiſcopum contra Pri
mianū ordinauerunt, extra Primianū bapti-
zauerunt, poſt Primianum rebaptizauerūt.
Cumq; ſuis foris a ſe baptizatis, & intus a
nullo rebaptizatis, ad Primianū redierunt:
ſi tanta Maximiniaſtarum coniunctio Do-

Cap. 12.

natiſtas non maculat, & qũ o Aphrorũ fama potuit maculare peregrinos? Si in pacis oſculo ſine crimine coeunt labia, quæ ſe inuicē dãnauerunt, cur in Eccleſijs valde eorũ iudicio remotiſsimis trans mare ab eis quiſque dãnatus, nõ ut fidelis catholicus oſculatꝰ, ſed ut Paganus impius exufflatꝰ? Quod ſi pacem receptis Maximianiſtis pro ſua unitate fecerũt, ecce nõ reprehendimus, niſi ꝙ ſuo ſe iudicio iugulãt, vt cũ ꝓ unitate cõciſionis ſuæ a ſe rurſus conciſa recolligãt, ipſam cõciſionem ſuã veræ vnitati reſarcire contẽnant.

Cap. 13. Si pro unitate partis Donati in nephario ſchiſmate baptizatos nemo rebaptizat, & rei tãti ſceleris, ut eos in cõcilio ſuo antiquis illis authorib. ſchiſmatis, quos uiuos terra abſorbuit, cõpararẽt, aut ſeparati nõ puniũtur, aut dãnati in integrũ reſtituuntꝰ, cur nõ pro unitate Chr̃i, q̃ toto terrarũ orbe diffuſa eſt, de quo prædictũ eſt ꝙ dñabitur a mari vſq; ad mare, & a flumine vſq; ad terminos orbis terræ: & qđ prædictũ eſt, vr̃ ac probatur impleri: cur ergo nõ pro iſta vnitate vera & plenaria pax illius hæreditatis agnoſcitꝰ, quæ de cõibus codicibus perſonat. Dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſsionẽ tuam terminos terræ? Pro Donati unitate nõ coguntur reuocare qđ diſperſerũt, ſed admonentꝰ exaudire qđ clamãt ſcripturæ. Cur nõ intelligũt id ſecũ actũ miſericordia Dei, ut qm̃ Catholicam Eccleſiã falſis criminibus accuſabant, quorũ quaſi contagione nimia ſanctitatem ſuã contaminare uolebant, uera & maxima crimina plenarij conſilij ſui ueridico, ſicut dicunt, ore damnata rurſus recipere ꝑ Optati Gildoniani regnũ, & ſibi ſociare cogerentur? Iam tandẽ ſentiant quemadmodũ veris ſuorũ ſceleribus impleantur, qui in fratres ſuos falſa cõfingunt, quæ ſi ẽt uera dixiſſent, iam tandẽ ſentire deberent, quanta ſint pro pace toleranda, & pro pace Chriſti redire ad Eccleſiam, quæ non damnauit incognita, ſi pro pace Donati placuit reuocare damnata.

Num. 16

Pſal. 71.

D

Pſal. 2.

Cap. 14. Itaq; nobis fratres hoc vnũ quod de Maximianiſtis apud eos factũ eſt, ad eos admonendos corrigendosq; ſufficiat, non uetera arcana diſcutimus, nõ antiqua armaria ventilamus, non ad longinquas terras noſtram probationẽ tranſmittimus, ſed ſequeſtramus omnia noſtrorũ documenta maiorũ, deferimus teſtimonia toto terrarũ orbe clamãtia.

E

Cap. 15. Ecce Muſticana & Aſſuritana ciuitates ſuperſunt alijs adhuc in hac vita & in hac prouincia, q ſe diſiũxerũt & a qb. diſiũcti ſunt, q altare erexerũt & cõtra quos erexerũt, qui dãnauerũt & q dãnati ſunt, receperunt, & q recepti ſunt, qui foris baptizati ſunt, & intus rebaptizati non ſunt: ſi hæc pro vnitate maculant maculati cõprimant uocem: ſi hæc ꝓ vnitate non maculãt, correcti auferant litẽ.

Cap. 16. Iã verba epiſtolæ ſuæ ille ipſe qui ſcripſit irrideat, qui uſurpato indocte ac mẽdaciter teſtimonio, quo ſcriptũ cõmemorat: Qui baptizatꝰ a mortuo, quid ei ꝓdeſt lauatio eius? Conatꝰ nobis oſtẽdere, quatenus traditor vita mortuus habeatur. Et adiũgit, dicẽs, Mortuus eſt ille qui baptiſmo uero naſci nõ meruit: Mortuus eſt ille ſimiliter, qui iuxta baptiſmũ genitus mixtus eſt traditori. Si ergo Maximianiſtæ mortui nõ ſunt, cur in plenario cõcilio ſuo dicũt, ꝙ Aegyptiorũ exẽplo pereuntiũ funerib. plena ſunt littora? Si autẽ mortui ſunt, vnde viuit baptiſma qđ dederunt? Deinde ſi Maximinianus mortuus nõ eſt, quare poſt illũ rebaptizat? Si aũt mortuus eſt, quare cũ illo nõ eſt mortuus Felicianus Muſticanus ordinator eius, & cũ neſcio quo traditore Aphro collega mori potuit trãſmarinus, aut ſi & ipſe mortuus eſt, unde cum illo apud te uiuunt intus non rebaptizati, qui ab illo mortuo foris ſunt baptizati?

Eccleſiaſtici. 14.

F

Cap. 17. Deinde ſubiũxit, Ambo vitã baptiſmi nõ habẽt, & qui nunq̃ penitus habuit, & qui habuit, & amiſit. Nunq̃ ergo habuit, quẽ Maximianiſta Felicianus aut Prætexatus foris baptizauerũt, ipſi aũt qđ habuerũt amiſerunt. Qñ ergo iſti cũ ſuis recepti ſunt, quis dedit eis quos baptizarũt qđ nõ habebãt: & qs ipſis reddidit qđ amiſerãt? Si aũt formã baptiſmi ſecũ abſtulerũt; ipſam aũt virtutẽ baptiſmi ꝑ malũ ſchiſma nõ amiſerũt, cur ipſam formã, q̃ ſemꝑ & ubiq; ſancta eſt, exufflas in catholicis quos nõ audiſti, & in Maximianiſtis amplecteris quos puniſti? Quicqd aũt de Iuda traditore criminoſe ſibi dicere uiſus eſt, ad nos qd ꝑtinet, q neq; ab eis ꝓbamur traditores, neq; ſi aliquorũ ante nos in nr̃a cõione defunctorũ traditio ꝓbaretꝰ, nec ipſa nos improbata & diſplicens nobis aliqua ex parte macularet. Si enim ipſi dãnatis a ſe

G

criminibus

criminib.& receptis nō maculant, quāto mi
nus nō auditis & im pbatis maculari poteri
mus? Quātūlibet ergo in traditores inuehat
totidē uerbis eos & a me deputet accusari.

Cap. 18.

Sed sane distinguo, qa ille apud me arguit
eū, quē iā olim defunctū mea cognitio non
indicauit, ego eius lateri cohęrētē ōndo, q̃ à
se dānatū vel certe sacrilego schismate sepa
ratū, sine ulla honoris eius diminutiōe susce
pit. Nequissimus, inqt, traditor nobis legem
seruātib. psecutor & carnifex extitisti. Si le
gē seruauerūt Maximinianistæ, cū à te sepa-
rati sūt, sic & tu seruator legis, cū ab Eccle-
sia, q̃ in toto orbe diffusa est, separat⁹ es. Qđ
si de nřis agis, cito rńdeo: si aliqd iniq; passi
H estis, nō ptinere ad eos q̃ talia faciētes q̃uis
improbēt, p pace tñ unitatis laudabiliter to
lerant. Quapp nō habes qđ obiicias frumē
tis dñicis paleā vsq; ad vētilationē ultimam
sustinētibus, à quib. tu nunq̃ recessisses, nisi
leuior palea vēto tētationis, & ante aduētū
uētilatoris auolasses. Sed vt ab hoc vno exē-
plo, qđ ad istorū ora claudenda, & eos si sa-
piāt corrigēdos, si āt in puersitate maneāt,
cōfundēdos, in eorū facies refudit dñs, non
recedā. Si iustiores sunt q̃ patiuntur persecu
tionē q̃ illi q̃ faciūt, ijdē Maximinianistę iu
stiores sunt, quorū & basilica funditus euer-
sa est, & militari Optati comitatu grauiter
agitati sunt, & iussiones procōsulis ad oēs
eos de basilicis excludendos, a Primianistis
impetratæ manifeste sunt. Quapp si impera
torib. eorum cōmunionē detestātib. ad per
sequēdos Maximinianistas tāta sunt ausi, qd
facerēt, si eis p regū cōmunionē aliquid ef-
ficere liceret? Si āt ut prauos corrigerēt ista
fecerūt, & quid mirātur si catholici impera-
tores maiore potestate urgēdos corrigēdos-
que decernūt eos qui totū orbē Christianū
rebaptizare conātur, cū cām dissentiēdi non
habeāt: q̄nquidē malos etiam si uera crimi-
na obiicerent, pro pace tñ tolerandos ēt ipsi
testantur: q̄n eos quos damnauerūt cum suis
honoribus, & cū foris dato baptismo, rece-
perunt, cōsiderent aliquādo quia digni sint
I pati Christianis potestatib. orbis terrarū ho
stes Christianę unitatis diffusæ toto orbe ter
rarum. Iam igitur si correctio pigra est, sal-
tē assit pudor, ne ijdē ipsi cū ea quę scribunt
legere cœperint, risus eos uincat, dum in se
non agnoscunt quod uideri uolunt in aliis,
& in se agnoscunt quod aliis obiiciunt.

Cap. 19. Mat. 23

Quid igit sibi uult q̄ iste in epistola sua
posuit dicētē dñm Iudæis, Ideoq; mitto ad
uos Prophetas, & sapiētes, & scribas & ex il
lis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis?
Nā si seipsos intelligi uolūt sapiētes & scri-
bas & Prophetas, nos āt tanq̃ persecutores
sapiētū & Prophetarū, quare nobiscū loqui
nolūt, cū ad nos missi sint? Deniq; iste q̃ illā
scripsit epistolā, cui mō rńdemus, si urgeat à
nobis, vt ei ppria manu subscribēs suā esse
fateatur, forte nō faciat: usqueadeo timēt ne
vlla eorū verba teneamus. Nā cū eiusdē epi
stolæ posteriorē partē aliquo mō uellemus
accipere, quia totā describere a quib. nobis
data est nequerūt, nullus a quo petita est eā
dare uoluit, postea q̃ cognouerūt nos ei par
ti ad q̃ peruenimus rńdere. Itaq; cū legant
queadmodū dñs Prophetæ dicat, Exclama K
vehementer, nō est qđ parcas, & scribe sty (Esa. 58.)
lo meo pctā eorū: isti Prophetæ ueri q̃ missi
sunt ad nos, nihil sic timēt, sed cauent ne a
nobis eorū clamor audiat, qđ vtiq; si vera
de nobis dicerēt nō timerēt, nō immerito si
cut in Psalmo scriptū est, Oppilatū est os lo (Psal. 68)
quentium iniqua. Si .n. propterea baptismū
nostrū nō suscipiūt, quia nos sumus proge-
nies uiperarum, sicut iste in Epistola sua po
suit: cur Maximinianensium susceperūt, de (Mat. 23)
quib. concilium eorū sic loquitur, q̄ vipe-
rei seminis noxios partus uenenati uteri al-
uus diu texerit, & cōcepti sceleris unda coa
gula in aspidū mēbra tardo se calore uapora
runt? Nōne de ipsis ēt in eodē cōcilio conse (Psal. 13)
quenter dictum est, q̄ uenenum aspidū sub
labiis eorum, quorum os maledictione &
amaritudine plenū est, ueloces pedes eorū
ad effundēdū sanguinē, cōtritio & infœlici
tas in uijs eorū, & viam pacis non cognoue
runt, & tñ & ipsos in honore integro, & ab
eis foris baptizatos intus nunc habent?

Cap. 20.

Quapp hęc oīa de pgenie uiperarū, &
de veneno aspidū sub labiis eorū, & alia q̃
dicta sūt in eos q̃ uiā pacis nō cognouerūt,
si vere isti uellēt dicere, ipsi potius sunt, q̄n L
eorū baptismū in quo p cōsilii sentētiā ista
dixerūt, pp̄ter pacē Donati receperūt, & ba
ptismū Ecclesiæ Xpi toto orbe diffusæ, uñ in
Aphricā ipsa pax uenit, ad sacrilegā iniuriā

pacis Xpi repudiant. Qui ergo sunt potius pseudoprophetæ, q̃ ueniunt in uestimentis ouiũ, intus ãt sunt lupi rapaces: utrũ ij, qui uel nesciunt in catholica malos, & eis innocenter cõmunicãt: uel eos quos de arca dñi ea priusq̃ vẽtilator adueniat segregare non possunt, pro pace tolerãt vnitatis? An ij qui ea quæ in catholica reprehendunt, in schismate faciunt, & qui in unitate toleranda ea quæ incerta fugere se fingunt in præcisione manifesta & à seipsis damnata recipiunt?

Matt.7.

Cap. 21. *Matt.7.*

Deniq; ita dictũ est, & hoc & ipse cõmemorauit, Ex fructib. eorũ cognoscetis eos. Ergo fructus consideremus quos obiicis, traditionẽ hãc ipsam multo probabilius eis ipsis obiicimus. Et ne per multa curramus, in eadem Constantiẽsi ciuitate Syluanum episcopum maiores uestri in ipso exordio sui schismatis ordinauerunt. Iste cũ adhuc esset subdiaconus, manifestissimus traditor municipalib. gestis expressus est. Sed & vos aduersus maiores nr̃os aliqua documẽta ꝓfertis: ęqua cõditio postulat, ut aut utraq; uera, aut falsa esse credamus. Si utraq; uera sunt, uos estis sine dubio schismatis rei, q̃ crimina nos fugere in totius orbis cõione finxistis, q̃ in ipsa particula nrę cõcisionis habebatis. Si ãt vtraq; falsa sunt, uos estis sine dubio schismatis rei, qui ꝓ ꝓ falsa crimina traditorũ immani separatiõis crimine maculamini. Qđ si à nobis aliqua & a uobis nulla, uel a nobis vera & a uobis falsa proferunt, nõ est discutiẽdũ q̃n penitus vestra ora claudantur.

M

Cap. 22.

Qđ si vos vera & sãcta Xpi Ecclesia conuinceret atq; superaret, ẽt si nos nulla vel falsa, vos ãt aliqua & vera traditiõis documẽta teneretis, qd iã uobis restat, nisi ut si uultis pacẽ diligatis: si ãt nõ vultis, saltem obmutescatis? Etenim q̃cũq; mõ proferetis, facillime & uerissime dicerẽ, tũc Ecclesiæ plenariæ & catholicæ vnitati, iã per tot gẽtes diffusæ atq; firmatæ uos ea firmare debuisse, vt vos intus essetis, illi ãt quos cõuinceritis pellerent foras. Qđ si conati estis facere, ꝓcul dubio ꝓbare non potuistis, & uicti uel irati uos ab innocẽtib. qui dãnare incerta nõ possent, immani sacrilegio separastis. Si aũt nec conati estis id agere, nimis execrabili & impia cæcitate uos a frumẽtis Xpi q̃ totũ agrũ, id est, totũ mũdũ vsq; ad finẽ crescũt, paucis

A

Mat. 13.

in Aphrica zizaniis offensi concidistis.

Cap. 23.

Postremo testm̃ a quibusdã persecutiõis tꝑe flãmis traditũ perhibetur, nũc undecũque prolatũ est, recitetur. Certe in exordio promissionũ testatoris id inuenit Abrahę dictũ, In semine tuo bñdicentur oẽs gẽtes: & hoc qd sit, verax interpretatur Apostolus, In semine, inqt tuo, qđ est Xps: Nullius traditio fidẽ dei euacuauit: Cõmunicare oĩbus gẽtibus, & tunc vos testm̃ a pernicie flãmarum conseruasse gloriamini. Si ãt nõ vultis, q̃ pars potius credenda est, quod testõ instite rit exurendo, nisi quæ nõ uult cõsentire ꝓlato? Quãto.n. certius sine aliqua temeritate sacrilega ille traditorib. successisse iudicat, qui nũc lingua testm̃ persequitur, qđ illi flãma ꝑsecuti perhibẽtur? Obijcitis persecutionem: rñdent nobis frumẽta dñica, aut iuste factũ est, aut palea vr̃a fecit. Quid ad hæc dicitis? Obiicitis ꝙ baptismũ nõ habeam⁹: rñdent uobis eadẽ frumẽta dñica, formã sacramẽti ẽt intus quibusdã nihil prodesse, sicut Simoni Mago baptizato nõ proderat, multo magis nihil prodesse iis qui foris sunt: inesse illis decedentib. hinc probatur, qđ redeũtibus nõ restituitur. Nunquã igitur nisi impudẽtissime poteris aduersus ista frumẽta clamare, & dicere pseudoprophetas vestitos pellib. ouiũ, intus ãt lupos rapaces: q̃nquidẽ malos in unitate catholica vel non nouerunt, uel pro unitate tolerant quos nouerunt.

Gen. 22. *Galat. 3*

B

Act. 8.

Matt. 7.

Cap. 24.

Vestros aũt fructus si cõsideremus, omitto tyrannicis in ciuitatibus, & maxime in fundis alienis dominationes, omitto furorẽ Circumcellionum, & præcipitatorum ultro cadauerum, cultus sacrilegos, & prophanas bacchationes ebrietatum, & sub uno Optato Gildoniano decennalem totius Aphricæ gemitum: omitto ista, quia sunt in uobis quidam qui hæc sibi displicere ac semper displicuisse proclamant, sed ea se dicunt quia cõprimere non possunt, pro pace tolerare: vbi se iudicio suo cõdẽnant, qa si amarẽt pacẽ, nõ discinderent unitatem. Nam quæ tãta dementia est pacẽ in ipsa pace velle relinquere, & eã in dissensione velle retinere? Itaque ꝓ ꝓ eos qui mala eiusdẽ partis Donati quæ oẽs vident & reprehendunt, fingunt se non videre, vsqueadeo vt etiam de ipso Optato dicant. Quid fecit? Quis eum accusauit?

C

Quis

Quis cõuincit? Ego nescio, nõ vidi, nõ audiui. Propter hos ergo q se manifesta ignorare cõfingũt, exorti sunt Maximinianistæ, i qb. eis oculi pateát & ore claudant, aperte se separát, a pte altare cõtra altare erigũt, a pte in cõsilio sacrilegi & viperæ, & veloces ad effundẽdũ sanguinẽ, & Dathan & Abiron & Chore cõparádi appellant & asperis uerbis detestati dánant, a pte recipiunt rursus i honorib. suis cũ baptizatis suis. Hi sunt fructus eorũ, p Donati pace ista faciẽtiũ, vt pelle oui na se cõtegant, & Christi pacẽ in toto orbe terrarũ recusantiũ, ut intus sint lupi rapaces.

Psal. 13. Num. 16. Mat. 7.

Cap. 25. Nihil me ptermisisse arbitror eorũ q iste i Epistola sua posuit dũtaxat q in ea parte ad quã peruenimus potui reperire: pdant ẽt reliquã partẽ, ne forte ibi sit aliquid qđ refelli nõ possit. Hæc aũt quæ Dño adiuuante rñdimus, admoneo charitatẽ vestrã, ut non solũ petentibus detis, sed etiã non petentibus ingeratis. Rñdeant si quid uolũt: & si nobis nolunt, saltẽ ad suos literas mittant, quæ tñ nobis occultari nõ iubeant. Qđ si faciunt apertissime fructus suos prodũt, quibus lupi rapaces induti pellibus ouium demonstrẽtur, qui occulte insidiant ouibus nr̃is, & aperte pastoribus rñdere formidant. Nos tñmodo schismatis crimen obijcimus, quo penitus oẽs inuoluti sunt, non quorundã eorum crimina q sibi quidam eorũ displicere rñdent. Ipsi vero si nobis aliena crimina non obijciant, non habent qđ obijciant, & ideo se ab scelere schismatis defendere oĩno non pñt, quia siue p p falsa & a se conficta, siue ẽt p p vera, sed tñ paleæ crimina se ab area dominica & ab innocẽtia frumentorũ toto orbe crescentiũ, nepharia direptione separarunt.

D

Cap. 26. Nisi forte expectatis a me ut ẽt de Manichæo q interposuit refellant. Qua in re nobis nõ displicet, nisi q a pestilentiosissimũ & perniciosissimũ errorẽ. i. Manichæorũ hæresim oĩno leuissima & prope nulla reprehensione culpauit: quẽ veritas fortissimis documentis catholica expugnat. Hæreditas enim Christi in oĩbus gẽtibus cõstituta, aduersus oẽs exhæredatas hæreses tuta est. sed sicut ait Dominus, Quomodo potest Satanas Satanã eijcere: ita Manichæorum errorem quomodo potest Donatistarum error euertere?

E

Mar. 3.

Cap. 27. Quapropter charissimi, quanquã multis modis conuictus error iste superet, nec vlla qualicunq; rõne, sed sola impudẽtia pertinaci resistere audeat veritati, tñ ne memoriam vr̃am documẽtorum oneret multitudo, hoc vnũ Maximianistarũ factũ tenete, hoc in eorũ frontẽ configite, hoc eis ad cõprimendas dolosas linguas & ora coarctatẽ * hoc tanq̃ tridenti telo uelut tricipitẽ bestiam eorũ calumniã trucidate: traditionẽ obijciunt, persecutionẽ obijciunt, falsum baptisma obijciunt, de solis Maximinianistis ad oĩa rñdete. Quòd. n. maiores eorũ tradiderũt sanctos codices flãmis, occultũ esse arbitrantur: sed cum sacrilegio schismatis inquinatos in suis honorib. receperũt, hoc certe occultare non possunt. Item persecutiones uiolentissimas, quas quibuslibet ubi potuerint faciũt, occultas esse arbitrant, sed cũ spiritalis psecutio psecutionẽ superet corporalẽ, Maximianistas quos ipsi corporaliter persecuti sunt, & de quibus ipsi dixerunt, Veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ: in sui s honorib. receperunt: hoc certe occultare non possunt.

* al. coaruata.

Psal. 13.

F

Cap. 28. Postremo baptismi qõnem, qua miseros fallunt, occultã esse arbitrant: sed cũ dicant baptismũ nõ habere quotquot præter cõiõnẽ unius Ecclesiæ baptizantur, Maximinianistas cũ eis quos extra illorum cõionem in schismate baptizarunt, in suis honorib. receperunt: hoc certe occultare non pñt. At hęc, inquiunt, pro pace nõ maculant, & bonũ est rigorẽ seueritatis ad misericordiã flectere, ut denuo rami fracti inserant. Ita ergo tota causa concluditur uicta in illis, inuicta pro nobis, quia si nomen pacis ad tolerandos in schismate malos in qualemcũq; umbrã defensionis assumitur, pculdubio cũ horrendo scelere, & sine vlla defensione per unitatem orbis terrarum uera pax ipsa uiolatur.

Rom. 11.

Cap. 26. Hęc fratres cũ impigra mãsuetudine agenda & pdicanda retinete, diligite hoĩes, interficite errores: sine superbia de ueritate psumite, sine sæuitia pro ueritate certate: Orate pro eis quos redarguitis atq; cõuincitis. Pro talibus. n. Propheta Deũ deprecatur, dicens, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Dñe. Quod quidem iam fecit Dominus, ut eorum facies ignominia Maximianistarum apertissime impleret, superest ut norint salubriter erubescere: Ita enim

Psal. 82.

G

nomen dñi quærere poterũt,á quo pernicio ſiſsime auerſi ſunt, dũ pro eo ſuũ nomen ex tollunt. Viuatis & perſeueretis in Chriſto,& multiplicemini,atq; abũdetis ĩ charitate dei & in inuicē & & in oēs dilectiſsimi fratres.

D. AVRELII AVGVSTINI contra Petilianum & partem Epiſtolę illius primam, Liber Primus finitus.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, contra totam Epiſtolam ipſius Petiliani, Liber Secundus.

Cap. I.

PRimis partibus Epiſtolæ Petiliani,quas tantũmodo inueneramus,ſatis nos rñdiſſe meminerunt,qa ea legere vel audire potuerũt. Sed quia poſtea tota eſt à fratribus inuenta atq; deſcripta,miſſaq; nobis vt H vniuerſę rñdeamus,nō erat defugiendũ hoc officiũ ſtylo noſtri,non qa ille nouũ aliquid dicit, cui non iam multis modis & ſæpe rñſum eſt,ſed ꝑ ꝑ traditores fratres qui ea quę alicubi legerunt, ad oīa paria referre nō poſſunt: ita morē geram eis qui me oīno ad ſingula rñdere cōpellunt, vt quaſi alternis ſermonibus in præſentia diſſeramus : verba ex Epiſtola eius ponā ſub eius noīe, & rñſionē reddam ſub meo noīe, tãquã cũ ageremus, ãnotarijs excepta ſint. Ita nemo erit qui me aliqd prætermiſiſſe,aut ꝑ ꝑ indiſcretas ꝑſonas ſe non potuiſſe intelligere cōqueratur, ſimul ēt vt idē ipſi Donatiſtæ,qui coram nobiſcũ diſſerere nolũt, ꝑ literas quas ſuis ædiderunt, ita non effugiant rñdentē ſibi ad ſingula veritatē, tanquã nobiſcũ facie ad faciē colloquantur. Ab ipſo exordio Epiſtolæ ſuæ Petilianus dixit,Petilianus Eps dilectiſsimis fratribus, cōpresbyteris & diaconibus miniſtris ꝑ diœceſim nobiſcũ cōſtitutis in ſancto I Euãgelio:Gratia vobis & pax à deo patre noſtro & dño Ieſu Xpo. AVG. rñdit, Agnoſco Apoſtolicã ſalutationē,videris qd dicas, vnde tñ didiceris qđ dicis aduerte. Sic ſalutat Paul. Romanos, ſic Corinthios, ſic Galatas, ſic Epheſios, Coloſſenſes,Philippēſes,Theſſaloni cēſes. Quæ igit̃ dementia eſt cũ his Eccleſijs nolle cōicare pacis ſalutem, in quarũ Epiſtolis didiciſti pacificam ſalutationem?

Petilianus dixit,Bis baptiſma nobis obijciunt hi qui ſub noīe baptiſmi aīas ſuas reo lauacro polluerunt,quibus equidē obſcęnis ſordes cũctæ mũdiores ſunt, quos peruerſa mũditia aqua ſua contigit inquinare. AVG. rñdit, Nec aqua nr̃a inquinamur,nec veſtra mũdamur ſed aqua baptiſmi,In noīe patris & filij & ſpirituſſancti, cũ datur alicui,nec nr̃a nec veſtra eſt,ſed illius de quo Ioãni dictum eſt,Super quem videris ſpiritum ſicut columbam deſcendentem & manentem ſuper eũ,hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto. *Cap. 2.* *Ioan. 1.*

Petilianus dixit,Conſcientia nanq; dãtis attenditur,qui abluat accipientis. AVG. reſpondit, De conſcientia ergo Chriſti ſecuri ſumus:Nam ſi quemlibet hominem ponas, incerta erit accipientis mundatio,quia incerta conſcientia eſt abluentis. *Cap. 3.* G

Petilianus dixit,Nam qui fidem à perfido ſumpſerit, non fidem percipit ſed reatum. AVG. reſpondit. Non eſt perfidus Chriſtus a quo fidelis homo fidem percipit, non reatum. Credit quippe in eum qui iuſtificat impium, vt deputetur fides eius ad iuſtitiam. K *Cap. 4.* *Rom. 4.*

Petilianus dixit: Omnis.n.res origine & radice cōſiſtit,& ſi caput non habet aliquid, nihil eſt:nec quicquã bene regenerat niſi bono ſemine regeneretur. AVG. rñdit, Quid te pro Chriſto vis opponere, ſub quo te nō vis ponere? Ille eſt origo & radix caputque naſcētis,de quo nō timemus ſicut de hoīe quo libet,ne forte ſit fictus & peſsimus,& de origine peſsima oriamur,de peſsima radice ſurgamus, peſsimo capiti conformemur. Quis enim homo de hoīe ſecurus ſit,cum ſcriptũ ſit,Maledictus oīs quis ſpem ſuã ponit in homine? Semen aũt quo regeneramur,uerbũ dei eſt:id eſt, Euangeliũ. Vnde Apoſtolus dicit, In Chriſto.n. Ieſu per Euãgeliũ ego vos genui. Qui tñ etiam nō caſte annunciantes, Euangeliũ annunciare permittit, & in hoc gaudet:& qa & ſi nō caſte annunciabãt, ſua quærentes, nō quæ Ieſu Chriſti, caſtũ tamē erat quod annunciabant. Et dixerat dñs de quibuſdam talibus, Quæ dicunt facite:quæ autem faciunt,facere nolite : Dicũt enim & non faciunt. Si ergo caſte annunciatur quod *Cap. 5.* *Hier. 17* *Lucæ. 8.* *1. Co. 4.* L *Phil. 1.* *Mat. 23*

castum est, ẽt ipse annunciator quia verbo
consociatur, credentem congenerat: si autẽ
ipse non regeneretur, castum tamen si quod
annunciat, nascitur credens non ex ministri
sterilitate, sed ex ueritatis fœcunditate.

Cap. 6. Petilianus dixit, Quæ cũ ita sint fratres, q̃
põt esse peruersitas, ut q̧ suis criminib. reus
est, aliũ faciat innocentem dicente dño Iesu
Mat. 7. Christo, Arbor bona, fructus bonos facit: ar
bor mala, malos fructus facit: nunquid colli
Mat. 12. gunt de spinis vuas? Et iterũ, Omnis hõ bo-
nus, de thesauro cordis sui profert bona: &
oĩs hõ malus, de thesauro cordis sui profert
mala. AVG. rñdit, Omnis homo ẽt si nõ sit
suis criminibus reus, alterũ non facit inno-
centẽ, quia nõ est deus: alioquin si ex inno-
centia baptizãtis expectaẽ, ut fiat innocẽtia
M baptizati, tãto erit quisq; innocẽtior, quãto
innocẽtiorẽ a quo baptizeẽ inuenerit: & tan
to ipse minus erit innocens, quanto, & ille a
quo baptizaẽ. Et si forte cõtra aliquem tenet
odiũ qui baptizat, hoc & illi qui baptizaẽ, im
putabitur, vt qd ergo miser currit ad baptis-
mũ, vt ei dimittanẽ peccata sua? An vt impo
nanẽ aliena? An sicut nauis mercatoris alia
ponat, alia suscipiat? Arborẽ aũt bonã & fru
ctũ eius bonũ, & arborem malã & fructum
eius malũ hoĩes solemus intelligere & ope
Mat. 12. ra eorũ, sicut consequẽter ostenditur in ver
bis q̃ tu quoq; comemorasti, Bonus hõ, de
bono thesauro cordis sui ꝓfert bona: & ma
lus homo, de malo thesauro cordis sui pro-
fert mala. Cum aũt dei uerbum prędicat, dei
sacramentũ ministrat, nõ de suo si malus est
prædicat aut ministrat, sed deputabitur in
Mat. 23. eis, de quibus dictũ est, Quæ dicunt, facite:
quæ aũt faciunt, facere nolite: Dicunt. n. quę
dei sunt: faciunt aũt quæ sua sunt. Nam si ita
est, vt dicis: id est, fructus baptizantium ipsi
baptizato æstimantur, magnum malũ Aphri
cæ denunciatis, si tot Optati pululauerunt,
quotquot baptizauit Optatus.

Cap. 7. Petilianus dixit, Et iterũ qui baptizatur a
mortuo, nõ ei prodest lauatio eius: nõ mor
tuũ corpus exanime, nec hoĩs funus porre-
ctũ asseruit esse baptistã, sed dei non haben-
A tẽ spiritũ q̧ mortuo cõparatur, sicut alio lo-
Mat. 8. co discipulo manifestat Euãgelio protestan
te, ait discipulus eius, Dñe pmitte mihi sepe
lire patrẽ meum. Ait illi Iesus, Sequere me,
sine mortuos vt mortuos suos sepeliãt. Pater
discipuli non erat baptizatus, Paganũ Paga-
nis addixit, nisi hoc de infidelib. dixerit, mor
tuus mortuũ non põt sepelire. Mortuus igiẽ
quidẽ nõ aliqua morte, sed vita sua ꝑcussus:
nã q̧ sic viuit vt reus sit, uita mortua crucia-
tur. A mortuo igiẽ baptizari, hoc est mortẽ
sumpsisse, non vitã: agendũ nobis & dicen-
dũ est, quatenus traditor vita mortuus habea
tur: mortuus est ille q̧ baptismo vero nasci
nõ meruit, mortuus est ille similiter q̧ iuxta
baptismũ genitus mixtus est traditori: ambo
vitã baptismi non hñt, & qui nunq̃ penitus
habuit, & qui habuit & amisit. Dicit. n. dñs
Iesus Christus, Adueniẽt in eum septẽ spiri *Mat. 12.*
tus nequiores, & erit hõ ille deterior priore.
AVG. rñdit, Diligentius quære qũo dictum
& qũo intelligendũ sit testimoniũ quod de
scriptura posuisti: Nã quia mortui solẽt my B
stice appellari oẽs iniqui, manifestũ est: sed
Christus cuius est baptisma verũ, quod ꝑꝑ
hoĩs vitia dicitis falsum, viuit sedẽs ad dex-
terã patris, & nec ipsa carnis infirmitate iã
morietur, & mors ei vltra non dñabitur, cu- *Rom. 6.*
ius baptismo qui baptizaẽ, non a mortuo ba
ptizatur, & si forte ministri operarij diabo-
li, * sua quærentes, non quæ Iesu Christi, & ** l. dolosi*
Euangeliũ non caste annunciantes, & Chri *Phil. 2. & 1.*
stum per contentionẽ & inuidiã prædican-
tes, ꝑꝑ iniquitates suas mortui sunt appel-
landi, sacramentũ tñ dei viui nec in mortuo
moriẽ. Mortuus. n. erat Simõ ille a Philippo *Acto. 8.*
in Samaria baptizatus, qui donũ dei volebat
pecunia cõparare, sed viuebat ad eius pœnã
baptisma qđ habebat. Quàm sit aũt falsum
quod dicis, ambo vitã baptismi non hñt, &
qui nunquã penitus habuit, & qui habuit &
amisit, hinc licet aduertas: ꝙ qui baptizati
apostatãt, & per pñiam redeunt, nõ eis red-
ditur baptismus, quẽ si amitterent, reddereẽ.
Mortui sanè vestri qũo baptizãt ẽm sensum
vestrum? an mortui nõ sunt vt cætera taceã,
& dicam qđ oĩbus notum atq; quotidianũ
est, ebriosi, cum de vidua dicat Apostolus,
Quæ aũt in delitijs agit, viuens mortua est. *1. Ti. 5.*
Deinde in illo cõcilio vestro quo Maximi-
nianum cũ suis authorib. vel suis ministris
damnastis, excidit tibi q̃ eloquẽter dixeritis
Aegyptiorũ admodũ exemplo pereuntiũ fu *Exo. 14.*
neribus plena sunt littora, q̧bus in ipsa mor-

te maior est pęna q̃ post extortã aquis vltricibus aĩam, nec ipsam inuenerũt sepulturã? & tñ vnus eorum Felicianus vtrũ reuixerit, vos videritis. Secũ tñ apud vos intus habet, quos foris mortuus baptizauit. Sicut ergo a viuo baptizat qui viui Christi baptismo in duit, sic a mortuo baptizatur qui mortui Saturni vel cuiuslibet alterius baptismo inuoluit, ut interim cito dicamus qũo verba q̃ posuisti sine cuiusquã nr̃m angustia posśint intelligi, nã sicut accipiunt a nobis, nõ uos explicare, sed nos vobiscũ implicare cõtẽditis.

Cap. 8. Petilianus dixit, Agendũ, inquã, nobis dicendumq; est, quatenus perfidus traditor vita mortuus habeat. Iudas Apostolus fuit cũ traderet Christũ: Idemq; honore Apostoli ꝑdito spiritaliter mortuus est, suo postea laqueo moriturus, sicut scriptum est, Pœnitet me, inquit, quia tradidi sanguinẽ iustum, & abijt & laqueo se suspendit. Laqueo traditor perijt, laqueũ talibus dereliquit: De quo dñs Christus clamauit ad patrẽ, Pater quos dedisti mihi, oẽs seruaui, & ex illis nullus perijt nisi filius perditionis, vt impleret scriptura. Olim nanq; Dauid sic in eũ sñiam dixerat q̃ esset Xp̃m perfidis traditurus, Ep̃atũ eius accipiat alter: fit vxor eius vidua, & filij eius orphani. Ecce quãtus est spũs prophetarũ vt cũcta futura pro p̃sentib. viderit, vt ante plurima secula nasciturus traditor dãnaretur. Deniq; vt dicta sñia compleretur, Ep̃atum eius Apostoli perditi S. Matthias accepit, nemo hinc stolidus, nemo ꝑfidus disputet, triũphũ Matthias, nõ iniuriã retulit, qui de dñi Xp̃i victoria spoliũ retulit proditoris. Hoc igitur facto Ep̃atum tibi quid vendicas hæres nequioris traditoris? Iudas Christũ carnalẽ tradidit, tu spiritalẽ, furens Euangeliũ sanctũ flammis sacrilegis tradidisti. Iudas legislatorẽ tradidit perfidis, tu quasi eius reliquias legẽ dei perdendã hoĩbus tradidisti: q̃ si legẽ diligeres, vt iuuenes Machabæi, pro dei legibus necareris. Si nec dici hoĩum põt quos moriẽdo pro dño perficit immortales, quorũ vnus. s. fratrũ tyranno sacrilego hac fidei voce rñdit, Tu quidẽ scelerate & impie de præsenti vita nos perdis: rex aũt mundi qui regnat in æternum, & regni eius non erit finis, mortuos nos pro suis sanctis legibus, in æternæ vitæ cõseruationẽ resuscitabit. Si hoĩs mortui testm̃ flammis incenderes, nonne falsarius punireris? Quid de te ergo futurũ est qui sanctiśsimã legem dei iudicis incendisti? Iudã facti vel in morte pœnituit: te non modo non pęnitet, verumetiã nequiśsimus traditor nobis legẽ seruãtibus persecutor & carnifex existis. AVG. rñdit, Vide q̃d intersit inter vestras maledicas uoces & nostras veridicas assertiones. Attende paululũ. Ecce exaggerasti crimẽ traditionis, & inuidiosiśsimis verbis velut captiosus inuentor, Iudæ nos proditori comparasti. Ad hoc tibi ego tñ breuiśsime rñdeo: Non feci quod dicis, nõ tradidi, falsa obijcis, nunquã id probabis: Nonne oĩs iste verborũ ingentium fumus repẽte dilabitur? An forte probare conaberis? Hoc ergo prius faceres, & deinde in nos tanquã in conuictos quo velles cumulo inuectionis insurgeres. Ecce vna vanitas, audi alterã. Tuipse cũ de prædicta Iudæ dãnatione loquereris, dixisti, Ecce quãtus est spiritus Prophetarũ, vt cuncta futura pro præsentibus viderit, vt ante plurima secula nasciturus traditor dãnaretur: & non vidisti in eadẽ prophetia stabili & certa & inconcussa ueritate qua prædictum est q̃ vnus discipulus traditurus esset Christũ, prędictum ẽt q̃ totus mũdus esset crediturus in Christũ. Cur attendisti in prophetia hoĩem qui tradidit Christũ, & non ibi attendisti orbẽ pro quo est traditus Christus? Quis tradidit Christũ? Iudas. Quibus eum tradidit? Iudæis. Quid ei fecerũt Iudæi? Foderũt, inquit, manus meas & pedes, dinumerauerunt oĩa ossa mea. Ipsi vero cõsiderauerunt & cõspexerunt me, diuiserũt sibi vestimenta mea, & super vestimentũ meũ miserunt sortẽ. Quantum sit ergo quod tanto precio emptũ est, in Psalmo ipso paulopost lege. Commemorabuntur & conuertentur ad dñm vniuersi fines terræ: Et adorabũt in cõspectu eius vniuersæ patriæ gentiũ: Quoniã dñi est regnũ, & ipse dominabitur gentium. Quis aũt potest ad cõmemoranda cætera de orbe credituro innumerabilia prophetica documenta sufficere? Sed tu laudas prophetiam quia vides in ea hominem, qui uẽdidit Christum: nec ĩ ea vides posseśsionẽ, quã emit uẽditus Christus. Ecce altera uanitas, Audi tertiã. Inter multa tuę inuectionis verba dixisti, Si hominis

Marginalia: Mat. 27. Ioan. 16. D Ps. 108. Acto. 1. Mat. 26. E 2. Ma. 7. F Psal. 21. πατριαὶ

minis mortui testm̃ flammis incenderes,nõ ne falsarius punireris? Quid de te ergo futurum est,qui sanctissimam legem dei iudicis incendisti?Hæc dicens non attendisti,'qđ te utiq; mouere deberet,qũo fieri posset vt nos testm̃ incenderemus,& in ea hęreditate cõsisteremus quæ illo testõ conscripta est : vos autem mirum est testm̃ seruasse,& hęreditatem perdidisse. Nonne in eo testõ scriptum est,Postula a me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ?Huic hæreditati communica,& obijce mihi de testõ quod uelis.Nam quæ dementia est ideo testm̃ tradere te uoluisse flãmis, ut contra uerba litiges testatoris ? Nos ãt cũ habeamus in manib. gesta Ecclesiastica & municipalia in quibus * ligamus eos qui cõtra Cæcilianum alterum Epm ordinauerũt, & potius fuisse diuinorum codicum traditores , non tñ insultamus , non inuehimur in uos , nec sanctarũ paginarũ cineres in vr̃is manib. plangimus,nec Machabęorũ flagrãtia tormenta sacrilegio uestri tumoris opponimus dicentes vestra potius membra q̃ dei eloquia ignib.traderetis.Nolumus.n.esse vani ut alienis cõmissis,q̃ aut ignoratis aut improbatis , uobis inanem strepitum concitemus. Quòd aũt vos à totius orbis cõmunione separatos uidemus,quod scelus & maximum & manifestum,& omnium uestrũ est, si exaggerare uelim , tp̃s me citius q̃ uerba deficient . Et hoc tu si defendere uelis ea es obiecturus orbi terrarũ , quæ si obiicienda sunt,admones vñ amplius accuseris: si obijciẽda non sunt,non defenderis . Vt quid ergo inflaris aduersus me de traditione,q̃ nec mea est,nec tua?Si manet illud pactũ,vobis obiicimus aliena:si autẽ nõ manet,tua poti⁹ est q̃ mea:quanq̃ & manente illo pacto arbitror me iustissime dicere, vt ille iudicet̃ socius eius qui tradidit Xp̃m,qui cũ toto orbe se nõ tradidit Xp̃o. Ergo, inquit Apostolus, Abrahę semẽ estis p̃m promissionem hæredes.Et iterũ dicit,Hęredes quidẽ dei, cohæredes ãt Xp̃i.Ideq́; semẽ Abrahæ ad oẽs gentes pertinere demõstrat ex illo quod Abrahæ dictum est,In semine tuo bñdicẽtur oẽs gentes.Qua pp̃ puto iustũ esse quod postulo , ut testamentũ dei quod iam olim apertũ est,aliquantũ aduertamus, & quẽ non inuenerimus traditi cohęredẽ,ipsũ iudicem⁹ traditoris heredẽ:Ille ptineat ad Xp̃i vẽditorẽ, q̃ Xp̃m negat orbis redẽpt orẽ.Nempe qñ se post resurrectionẽ discipulis demõstrauit , & palpãda mẽbra dubitãtib. prębuit, hoc illis ait,Qm̃ sic scriptum est , & sic oportebat Xp̃m pati, & resurgere tertia die, & prędicari in noĩe eius pęnitẽtiã & remissionẽ pc̃tõrũ p̃ oẽs gẽtes incipientib. ab Hierusalẽ. Ecce a qua hr̃ditate uos alienatis:Ecce cui hæredi resistitis.Itane uero parceret Xp̃o in terra ambulanti qui contradicit in cęlo sedẽti? Adhuc non intelligitis , qm̃ quicquid nobis obiicitis sermoni eius obiicitis. Promittitur Christianus orbis,& credit,impletur, & cõtradicit.Cogitate obsecro qd pati p̃ tãta impietate debuistis, & tamẽ si q̃d passi estis ne scio,non uidi,non feci:tu hodie qui non pateris uim persecutionis meę,redde mihi rõnem separationis tuæ.Sed iterum ac sępe dicturus es quæ si non probas, ad neminẽ pertinent:si aũt probas,ad me non pertinent.

Marginalia: Psal. 2. — H — Al. legamus. — F — Mat. 27 — Gala. 3. — Rom. 8. — Gen. 22. — I — Luc. 24. — K — Cap. 6.

Petilianus dixit, His ergo criminibus septus,esse verus Ep̃s non potes. AVG.rñdit, Quibus criminibus ? Quid docuisti ? quid ostendisti ? Et si ostendisses crimina nescio quorum,quid hoc ad semen Abrahæ,in quo benedicentur omnes gentes?

Petilianus dixit,Si Apostoli p̃secuti sunt aliquẽ,aut aliquẽ tradidit Xp̃s ? AVG. respõdit , Possem quidem dicere ipsum satanam omnibus malis hominibus esse peiorẽ , cui tñ tradidit Apostolus hominem in interitũ carnis,ut spiritus saluus fit in die dñi Iesu. Itemq́; alios,de quib. dicit, Quos tradidi satanæ ut discãt non blasphemare.Et dñs Xp̃s flagellatos expulit de templo improbos mercatores, ubi ẽt cõnexũ est testm̃ scripturę dicentis,Zelus domus tuæ comedit me . Ecce inuenimus Apostolũ traditorẽ,Xp̃m persecutorem.Possem ista dicere,& te in nõ paruos æstus mittere, ut non querelas eorũ qui patiuntur, sed animum eorũ qui faciũt quærere cogereris: Sed hic noli laborare,non eã dico,sed dico ad semen Abrahæ,quod est in omnibus gentibus,non pertinere,si quid nõ recte vobis factum est,fortasse a palea dñicę segetis,q̃ nihilominus est in omnibus gentibus,Vos ergo reddite rationem separationis vr̃ę:Sed prius attẽdite quales habeatis quos

Marginalia: Gen. 22. Cap. 10. 23.q.4. ca Qui peccat. — 1. Cor. 5 — 1. Ti. 1. — Ioan. 2 — Psal. 68 — L

vobis obiici non uultis, & uidete q̃ inique faciatis, cum aliena facta nobis obiicitis, & si ea quæ dicitis probaretis. Ita nulla erit ratio separationis uestræ.

Cap. 11. Petilianus dixit, At.n.aliq dicet, Filii non sumus traditoris: Eius est aliqs filius cuius facta sectat. Hi.n. certissimi filii sunt, ijdéq; parētib. similes, quos nō ista caro nec sanguis, sed mores & facta parētib. cōsimiles genuerūt. AVG. rñdit, Pauloante nihil p̄ nos dicebas, nūc & iā cœpisti dicere & p nobis. Hæc .n. propō tua in eo te tenet, ut si nos hodie cū quib. agis nō cōuiceris traditores & homicidas, etsi q̄d aliud criminaris, q̄cq̄d tale oñderis in eis qui nos t̄pe p̄cesserūt, oīno nobis obesse nō possit. Quorū.n. dissimilia facta habemus, eorū filii esse nō possumus. Et uide quò te cōmiseris: si aliquē forte ēt nr̄æ ætatis hominē, & nobiscū uiuētē, de aliquo tali reatu forte cōuiceris, nullo mō p̄iudicat omnib. gentib. q̃ in semine Abrahę bñdicūtur, a quib. tu te separādo sacrilegus inueniris: ita q̄d fieri nō pōt, nisi oēs q̄ vbiq; sunt noueris, omniūq; mores & facta nō solū dixeris, sed ēt demōstraueris, & tā mala esse q̃ dicis, nō habes cur obiicias orbi terrarū, q̄ est in sanctis, nescio quos parētes quib. eos probas esse cōsimiles. Nec te aliq̄d adiuuabit, si ēt demōstrare potueris eos q̄ tales non sunt, cū eis qui tales sunt sumere sacramēta cōmunia. Primò quia uosipsos respicere debetis, cū quib. ea celebretis, quib. detis a, q̄bus sumatis, & vobis eos obiici nolitis. Deinde si filii sunt Iudæ, qui diabolus inter Apostolos fuit, quicunq; facta eius imitanť: cur nō filios Apostolorū, dicamus, qui nō facta sua cū talibus, sed dñi sacramēta cōmunicāt sicut dñicam cœnam cum illo traditore sumpserunt? Ideo nobis longe dissimiles, q̄ hominib. unitatem seruantibus, hoc obiicitis, quod conscissa unitate uos facitis?

Cap. 12. Petilianus dixit, De seipso iudęis dicit dñs Xp̄s, Si nō facio facta patris mei, nolite mihi credere. AVG. rñdit, Iam supra rñdi hoc, & uerum est, & pro nobis contra uos est.

Cap. 13. Petilianus dixit, Falsidicos & mendaces sic identidem obiurgat, Filii diaboli estis, & ab initio.n. ille accusator fuit, & in ueritate nō stetit. AVG. rñdit, Non solemus legere, ille accusator fuit: sed, ille homicida fuit. Quærimus aūt vñ fuerit diabolus homicida ab initio, & inuenimus, q̄ primū hominem occiderit, nō gladiū stringēdo, aut aliquam uim corporaliter infligēdo, sed p̄suadendo p̄ctm̄, & a paradisi fęlicitate deijciēdo. Q̄ tūc paradisus, hoc nūc Ecclesia. Diaboli ergo filii sunt, qui hoīes ab ecclesia seducēdo interficiūt. Sicut aūt p verba Dei nouimus ubi sit plātatus paradisus, sic p uerba Christi ubi sit ecclesia, didicimus, Per oēs, inq̄t, gentes incipiens ab Hierusalē. Ab isto uniuerso ad partem quamlibet quisquis separat hominē, ille diaboli filius & homicida cōuincit. Sed & uerbū q̄d ipse posuisti, ut de diabolo diceres, Ille accusator fuit, & in ueritate nō stetit, uide in quos cōueniat. Accusatis.n. orbē terrarū criminib. aliorū, quos ēt ipsos accusare potius q̃ cōuincere potuistis, & in ueritate Christi non stetistis. Ille.n. dicit, Ecclesiam per omnes gentes incipientem ab Hierusalem: vos autem in parte Donati.

Cap. 14. Petilianus dixit, Tertio quoq; similiter p secutorum dementiam hoc noīe appellat, Progenies viperarum, quō fugietis iudiciū gehennæ? Ideoq; mitto ad uos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis & flagellabitis in synagogis vestris, donec veniat su p uos oīs sanguis iustus, quē effudistis in terrā a sāguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zacharię filij Barachiæ, quē occidistis inter templū & altare. Nunq̄d uere carnales sunt filii uiperarum, ac nō magis mēte serpentes & linguæ malitia, tactuque mortifero & spū ueneni flagellātes? Vere uiperæ facti sunt, qui insontibus populis mortes morsib. uomuerūt. AVG. rñdit, Hęc si dicā de talib. esse dicta, quales uos estis, rñdetis, p̄ba. Quid.n. tu p̄basti? Aut si eo putas p̄bari dicūtur, nō opus est eadem repetere. Recita illa ipsa tibi, & a uobis ī vos: Ecce & ego p̄baui, si hoc est p̄bare, & tñ disce quid sit probare: Neq;.n. extrinsecus q̄ro documēta, vt uos uiperas probē. Ecce idipsum uipereū est, nō habere in ore firmamentū ueritatis, sed venenū maledictionis, sicut scriptum est, Venenum aspidum sub labiis eorum. Et hoc q̄ passim a quolibet in quemlibet dici p̄t, quasi quæreretur, quorū, continuo subiecit. Quorum os maledictione & amaritudine plenū est. Cū ergo talia dicitis in hoīes p

totum mundū dispersos, & quos oīno ignoratis, quorum ēt multi nec Cæciliani, nec Donati nomen audierunt, nec auditis, in silentio rn̄dentes, Non ad nos pertinet quicquid dicitis, non uidimus, nō fecimus, quid loquamini penitus ignoramus. Vos qui nihil aliud vultis q̃ dicere qđ ꝓbare oīno nō potestis, quid aliud q̃ os vestrū maledictione & amaritudine plenū est? Iā uidete utrū vos possitis ostendere non esse uiperas, nisi ostenderitis oēs Christianos oīum gentium traditores esse, & homicidas, & nō esse Xp̄ianos, Immo vero ēt si potestis singulorū hominū per totū orbē diffusorū uitas & facta nosse & oňderetn̄ antequā id faciatis, & temere ista iactatis, os uestrū uipereum est, os uestrū maledictione & amaritudine plenū est. Ostendite iam si potestis, quē Prophetā, quē sapientē, quē scribā occiderimus & crucifixerimus, & flagellauerimus in synagogis nr̄is. Attendite quāto labore impenso, nullo mō probastis, ꝙ Donatus & Marculus Prophetæ fuerūt, aut sapiētes scribæ, qa nō fuerunt. Qđ etsi potestis, quid facietis ut oňdatis à nobis occisos, quos nec nosipsi nouimus, quāto minus orbis terrarū, cui ueneno so ore maledicitis? Aut vnde potestis oňdere aium nos habere cōsimilē interfectorib. eorū, quos nec saltē ab aliquibus interfectos potestis oňdere? Attendite hæc oīa, uidete utrū aliquid horū uel de orbe terrarū ꝓbare possitis: cui tn̄ maledicere non quiescitis. In vobis uera oňditis, q̃ de illo falsa iactatis. Porrò si nos velimus ꝓbare uos esse interfectores Prophetarū, nimis longū sit ut ꝑ loca singula colligamus, quas furiosi principes Circūcellionū & ipsæ catenæ uinolentorū atq; insanorū iuuenum ædiderint ab initio schismatis vestri, sed & oīno ædere non desistant strages de proximo agro. Proferant eloquia diuina q̃ versantur in manib. & nostris & vestris, eos teneamus interfectores Prophetarū, quos contradictores inuenerimus linguis Prophetarū. Quid doctius dici pōt? quid citius ostēdi pōt? Mitius ageretis traijciendo ferrū per uiscera Prophetarum q̃ ꝙ lingua interficere conamini uerba Prophetarū. Dicit Propheta, Cōmemorabuntur & cōuertentur ad dn̄m vniuersi fines terræ. Ecce agit, ecce impletur. Vos aūt nō solū contra id qđ dr̄, aures incredulas clauditis, sed ēt contra id quod iam geritur, linguas furiosas exeritis. Audiuit Abraham dictū, In semine tuo benedicentur oēs gentes: & credidit, & reputatū est ad iustitiā. Vos videtis factū, & reclamatis: & non vultis deputari uobis ad iustitiā, ꝙ recte deputaretur, ēt si nondū factū, sed tantummodo dictū nō crederitis. Immo nō solū non vultis vobis deputari ad iustitiam, sed ēt si quid pro hac impietate patimini, deputari vultis vobis ad iustitiā. Aut si non sunt istæ persecutiones Prophetarū, quia nō fiunt ferro, sed verbo: quæ fuit causa, vt diuinitus diceretur, Filij hoīum dētes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus? Sed qn̄ colligam ex Prophetis oībus omnia testimonia Ecclesiæ toto orbe diffusæ, quæ oīa contradicendo interficere & extinguere conamini. Sed ligati estis, qa in oēm terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Veruntamen unū illud commemorabo ex ore dn̄i, qui testis est testium. Oportebat, inquit, impleri oīa quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me. Quæ sint hæc, ipse indicet. Tunc aperuit illis sensum, inquit, vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Qm̄ si scriptum est, & sic oportet Christū pati & resurgere à mortuis, & prædicari in noīe eius pœnitētiā & remissionem peccatorū per oēs gentes, incipientibus ab Hierusalē. Ecce quid scriptū est in lege & Prophetis & Psalmis de dn̄o. Ecce quid de se, & de Ecclesia ipse dominus aperuit, se ostendens, illā promittens. Vos autē iniuanter, manifestis testimonijs resistentes, & ea quia delere non potestis, deprauare conantes: quid faceretis, si inueniretis membra Prophetarum, qui sic sæuitis in eloquia Prophetarum, vt nec dominum audiatis impletorem, manifestorem, expositorem Prophetarum? Nam quantum potestis, etiam ipsum cęditis, quando ipsi non creditis.

Petilianus dixit, De vobis quoq; Dauid persecutoribus hæc dicit, Sepulchrū patens est guttur eorū, linguis suis dolose agebant, venenū aspidum sub labijs eorū. Quorum os maledictione & amaritudine plenū est, veloces pedes eorū ad effundendū sanguinē. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viā pacis nō cognouerunt, nō est timor dei ante

Marginalia: Luc. 24. — Cap. 14. Mat. 23 B — D — E Psal. 21. — Gen. 22. Rom. 4. — Psal. 56. — Psal. 18. — F Luc. 24. — Cap. 15. Psal. 13.

ante oculos eorũ, Nonne cognoſcent oẽs q̃ operantur iniquitatẽ, qui deuorant plebem meã, ſicut cibum panis? AVG. rñdit, Sepulchrum patens eſt guttur eorũ: vnde mendaciorum mortes exhalant. Os.n.qđ mẽtitur, occidit aĩam. Si autem, nihil eſt verius q̃ id quod dixit Chriſtus, Eccleſiã ſuam per oẽs gentes incipientem ab Hieruſalem: nihil eſt mendacius q̃ id quod dicitis, in parte Donati. Linguæ aũt doloſæ ſunt eorum, qui cũ facta ſua nouerint, non ſolũ iuſtos ſe dicunt eſſe hoĩes, ſed etiam iuſtificatores hoĩum, quod de uno dictũ eſt, Qui iuſtificat impiũ: & ꝙ ſit iuſtus & iuſtificans. Nã de ueneno aſpidũ, & ore maledictione & amaritudine pleno ſatis diximus. Veloces pedes autẽ ad effundendũ ſanguinem, ẽt Maximinianiſtas habere dixiſtis, teſtis eſt plenarij ueſtri concilij ſnĩa, totiens geſtis procõſularib. & municipalibus allegata. Illi aũt neminem quantum audimus, corporaliter occiderũt. Intellexiſtis ergo ẽt ſpirituali cæde aĩarum ſanguinẽ fundi gladio ſchiſmatis, quod in Maximiniano damnaſtis? Videte ergo ſi non ſint pedes ueſtri ueloces ad effundendũ ſanguinẽ, cũ præciditis hoĩes ab unitate orbis terrarũ, ſi & hoc in Maximinianiſtis recte dixiſtis, quia præciderunt aliquos à parte Donati. Ita ne nos uiã pacis nõ cognouimus, qui ſtudemus ſeruare unitatẽ ſpiritus in uinculo pacis? Et uos eã noſtris, qui ſermonis quẽ Xp̃s habuit poſt reſurrectionẽ cũ diſcipulis ſuis tam pacifico, ut inde inciperet dicẽs, Pax uobis: tñ ita reſiſtitis, ut nihil aliud q̃ hoc ei dicere conuincamini, tu quod dixiſti de unitate oĩum gentium falſum eſt: nos quod dicimus de crimine oĩum gentium, uerum eſt. Qui dicerent iſta, ſi eſſet timor dei ante oculos eorũ? Videte itaq; ſi nõ iſta quotidie dicendo plebẽ dei diffuſam toto orbe terrarũ, tanquã cibũ panis dẽtibus finire conamini.

Sap. 1. *Luc. 14.* *Rom. 4.* *Rom. 3.* H *Ioan. 20.*

Cap. 16. *Mat. 7.* Petilianus dixit, Monet ẽt dñs Chriſtus, Cauete à pſeudoprophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimẽtis ouium, intus aũt ſunt lupi rapaces. Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. AVG. rñdit, Si abs te quærã, quibus nos fructibus lupos eſſe rapaces cognoſcatis, dicturus es crimina aliena, nec in eis quorũ eſſe dicuntur vnquã probata. Si aũt tu à me quæras, quibus fructib. vos potius eſſe lupos rapaces cognoſcamus, obijcio ſchiſmatis crimen, qđ tu negabis, ego aũt ſtatim probabo: Neq;.n. cõicas omnibus gentibus, & illis Eccleſijs Apoſtolico labore fundatis. Hic dicturus es, Nõ cõico traditoribus & homicidis. Rñdet tibi ſemen Abrahæ, Hæc ſunt illa crimina, uel non uera, uel nõ mea. Sed hæc interim ſepono, tu oñde Eccleſiã. Iam uox illa mihi ſonabit, quã pſeudo prophetis uitandã dñs monuit oñdentib. partes, & ab uniuerſo alienare conãtibus: Ecce hic eſt Xp̃s, ecce illic: ſed vſqueadeo putas ueras oues Xp̃i cor nõ habere, quibus dictũ eſt, Nolite credere: vt lupum audiant dicentẽ, Ecce hic eſt Chriſtus: & paſtorem non audiant dicentem, Per omnes incipientibus ab Hieruſalem,

I *Mat. 24.* *Luc. 24.*

Cap. 17. Petilianus dixit, Sic ſic improbe perſecutor, quocunq; te uelamine bonitatis obtexeris, quocunq; nomine pacis bellum oſculis geras, quolibet unitatis uocabulo hoĩum genus illicias, qui hactenus fallis ac decipis, uere diaboli filius es, dum moribus indicas patrẽ. AVG. rñdit, Hæc à nobis in uos dicta eſſe reputa, & ut noueris in quos potius conueniant, quæ ſuperius dixi commemora. K

Cap. 18. Petilianus dixit, Nec adeo mirũ qđ tibi nomen Ep̃i illicite aſſumis: Hæc eſt uera diaboli cõſuetudo, ita demũ decipere ſi ſibimet vendicet vocabulũ ſanctitatis, Apoſtolo prędicãte, Nec Nimirũ eſt, inquit, qm̃ ipſe ſatanas transfigurat ſe uelt angelũ lucis, & miniſtros ſuos quaſi miniſtros iuſtitiæ. Nec mirũ eſt ergo ꝙ te falſum Ep̃m vocas: Nã & illi angeli perditi, amatores virginũ mũdanarũ, q̃ carne corrũpẽdo corrupti ſunt, licet diuinis exuti uirtutib. angeli eſſe deſierint, nomen tñ retinẽt angelorũ, ſeſeq; ſemen ꝑ angelos putãt, qui diuina ſoluti militia in exercitũ diaboli ſimiles tranſierunt, deo magno clamãte, Nõ ꝑmanebit ſpũs meus in hoĩb. iſtis in æternũ, qm̃ caro ſunt. Quibus reis ac vobis dicet dñs Chriſtus, Ite in ignẽ ęternũ, quẽ parauit pater meus diabolo & angelis eius. Si angeli mali non eſſent, diabolus angelos non haberet, quos & ſanctus Apoſtolus in illo iudicio reſurgendi à ſanctis hoĩb. dicit eſſe dãnandos. Neſcitis qm̃ angelos iudicabimus? Si ueri angeli eſſent, iudiciũ in angelos dei homines nõ haberẽt. Sic quoq; Apoſtoli ſexaginta, qui cũ dñо Xp̃o duodecim

2. Co. 11. *Gene. 6.* *Mat. 25.* *1. Co. 6.*

cĩm derelictis a fide apostatæ recesserunt, in tm̃ hominib. miseris adhuc putanť Apostoli, ut ex his Manichæus & cæteri multi diabolicis sectis multas aĩas implicēt, quas ut caperent perdiderunt. Nam profecto perditus Manichęus, si tñ non in illis sexaginta fuit, ponēdus est, si nomē eius inter duodecim Apostolos cōtineť, aut in locū Iudę traditoris subrogato Matthia, uoce Christi ordinatus est tertiusdecimus Paulus, qui sese Apostolū nouissimū memorat, ne, quisquis esset posterior, Apostolus crederet. Sic.n. dixit, Ego sum minimus Apostolorū, qui non sum dignus uocari Apostolus, qa persecut⁹ sum Ecclesiā dei. Nec hic uobis blādiamini, Iudæus hæc fecerat, licet & uos nobis pernicië ut Pagani faciatis bellum nanq; illicite gerimus, quib. non licet repugnare. Vos .n. cupitis uiuere nobis occisis, uobis vero victoria est fugere uel occidi. AVG. rñdit, Videris quēadmodū testimonia scripturarū posueris, uel qũo intellexeris, nihil ad rem, de qua nunc agiť. Ad hoc.n. certe ista oĩa dixisti, ut probares esse falsos Episcopos sicut falsi sunt angeli & falsi Apostoli. Nouimus & nos esse falsos angelos & falsos Apostolos & falsos Episcopos, & sicut dicit uerus Apostolus, falsos fratres. Sed cū ab utrisq; aduersus inuicem possint ista iactari, probare aliquid opus est, nō inaniter loq̃. In quos tñ conueniat crimen fallaciæ, recole q̄ supra dixim⁹, & inuenies, ne tędio simus legentib. eadem sępius repetēdo. Et tñ quid hoc ad Ecclesiā toto orbe terrarū diffusam, siue q̃d de palea eius, q̄ cum illa per totum mundū est, potueris dicere, siue quod de Manichæo dixisti, uel de cæteris diabolicis sectis? Si.n. ad triticum non pertinet quicquid etiam de palea dř, quæ adhuc cum illo est, quanto minus ꝑtinent ad membra Christi toto orbe diffusa, tam olim & tam aperte separata portenta.

Petilianus dixit, Iubet nobis dñs Xp̃s, Cū vos persecuti fuerint hoĩes in ciuitate ista, fugite in alterā. Qđ si in ea vos ꝑsequenť, fugite in aliā. Amē dico uobis: non consummabitis ciuitates Israel donec ueniat filius hoĩs. Si de Iudęis & Paganis nobis p̃monet, tu q̃ Christianū te memoras, dira facta gētiliū nō debes imitari. An sic Deo seruitis ut vr̃is manib. occidamur? Erratis erratis si hoc creditis misceri: Nā non habet deus carnifices sacerdotes. AVG. rñdit, Fugere de ciuitate in ciuitatē a facie ꝑsecutionis, nō hęreticis uel schismaticis p̃ceptū siue permissū est, quod estis uos, sed prædicatorib. Euāgelii, cui resistitis uos. Qđ & facile ꝓbamus: nunc certe in ciuitatib. nr̃is estis, & nemo vos ꝑsequiť. Prodeūdū ergo vobis est & reddēda rō separationis vr̃æ: Neq;.n. sicut excusatur infirmitas carnis, qñ cedit uiolentiæ ꝑsecutionis, sic dēt & veritas cedere falsitati. Proinde si persecutionē patimini, quare nō dimittitis ciuitates in quib. estis, ut impleatis qđ de Euāgelio cōmemoratis? Si āt non patimini persecutionē, quare nobis rñdere nō uultis? Aut si timetis fortè ne cum rñderitis persecutionē patiamini, qũo ergo imitamini eos prædicatores, quib. dictū est, Ecce mitto vos sicut oues in medio luporū? Quibus itē dictū est, Nolite timere eos q̃ corpus occidunt, animā autem non possunt occidere. Et qũo non facitis cōtra præceptum Petri Apostoli, qui ait, Parati semꝑ ad rñsionē omni poscenti uos de fide & spe uestra? Postremo quare per uiolentissimas turbas etiā ultri improbi estis ecclesijs catholicis, ubi poteritis aduertere qđ innumerabilib. exēplis res ipsa indicat? Sed dicitis uos loca vr̃a defendere, & resistitis fustib. & cædibus quibuscunq; potueritis. Quare ibi non audistis uocem domini dicentis, Ego autē dico uobis non resistere malo? Aut si fieri pōt, ut aliqñ recte per uim corporalē resistať uiolētis, ne ideo præceptū uioletur, quod audimus a dño, Ego autem dico uobis nō resistere malo. Cur non ēt hoc fieri pōt, ut per ordinatas & legitimas potestates de sedibus, quæ illicite usurpantur, uel ad iniuriam dei retinenť, pius expellat impium, & iustus iniustū? Neque.n. eo modo persecutionem passi sunt Pseudoprophetæ ab Helia, quomō ipse Helias a rege nequissimo. Aut quia flagellatus est dñs a persecutoribus, propterea passionibus comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo ut nihil aliud requirendum esse fateamini, nisi utrum iuste an impie uos separaueritis a cōmunione orbis terrarum. Nam si hoc inuentū fuerit, ꝙ impie feceritis, nō miremini si nō desunt ministri deo q̃ quos flagellamini: q̃a ꝑsecutionem

Marginalia: Ioan. 6 — L — Mat. 24. — 1. Co. 15 — Luc. 24. Cap. 17. — * Al. geritis. — K — Cap. 18. — M — 2. Co. 11. — Gene. 6. — Cap. 19. — Mat. 15. — Mat. 10 — 1. Co. 6. — A — Mat. 10 — 1. Pe. 3. — 33. q. 4. ca. Qui peccat. — Matt. 5. — B

tionem patimini,non a nobis, ſed ſicut ſcriptum eſt,ab ipſis factis ueſtris.

Petilianus dixit, Clamat rurſus de cœlo dñs Xp̃s ad Paulum. Saule Saule quid me ꝑſequeris?durum eſt tibi cõtra ſtimulũ calcitrare. Saulus tunc dictus eſt, ut ei poſtmodũ baptiſma componeret nomen. Vobis ergo non durum eſt Xp̃m totiens perſequi,qui in ſacerdotib. ſuis dño ipſo clamãte, Ne tetigeritis Chriſtos meos,ſanctorũ computate tot funera, & uiuacẽ Chriſtũ totiẽs occidiſtis? Poſtremo ſi ſacrilegus non ſis, ſanctus eſſe nõ potes homicida. A V G. rñdit, Defendite vos ipſos a pſecutione quã paſsi ſunt a veſtris, qui cũ Maximiniano ſe à vobis ſeparauerunt,& illic inuenietis defenſionẽ noſtrã. Si.n.dicitis non uos feciſſe,geſta procõſularia & municipalia recitamus. Si dicitis recte vos illis feciſſe, cur ipſi talia pati nõ uultis? Si dicitis,ſed nos ſchiſma nõ fecimus: Hoc ergo q̃ratur,& antequã cõſtet an ita ſit, nemo pſecutores accuſet. Si ẽt dicitis,ſchiſmaticos perſecutionẽ pati nõ debuiſſe: quæro vtrũ & de baſilicis,in quibus inſidiantur ad ſeducẽdos infirmos, expelli ꝑ ordinatas poteſtates nõ debeãt. Si dicitis,nec hoc debere, reddite pri⁹ Maximinianiſtis baſilicas, & ſic nobiſcũ agite. Si dicitis debere queri etiam quid pati debeant a poteſtatib. ordinatis, q̃ eis reſiſtẽdo dei ordinationi reſiſtunt vnde aperte Apoſtolus dicit, Non.n.ſine cã gladiũ portat,uindex eſt.n. in iram ei q̃ male agit. Quòd ſi oĩno diligẽter ueritate tractata hoc inuẽtũ fuerit,ut nec ꝑ iudicia publica ſchiſmatici aliquid pati debeãt,nec de locis inſidiarũ & fallaciarũ ſuarũ pelli,& dixeritis vobis diſplicere,ꝙ Maximinianiſtæ a quibuſdã veſtris iſta perpeſsi ſunt, cur nõ liberius de toto agro dñi,id eſt, de toto mũdo clamant frumẽta dñica,nec ad nos ꝑtinẽt ꝙ zizania, uel qđ palea noſtra cõmittit,q̃a diſplicet nobis. Si uobis ſufficere ad purgationẽ fatemini, qm̃ quicquid mali fit a veſtris, diſplicet uobis: quare uos ergo ſeparaſtis? Hinc.n.uos accuſat ipſa ueſtra defenſio. Si.n. propterea uos ab iniquis partibus Donati nõ ſeparatis, quia unuſquiſq; ſarcinam ſuam portat: cur ab iniquis orbis terrarum quos putatis aut fingitis,uos ſeparaſtis? An ut ſarcinã ſchiſmatis oẽs pariter portaretis? Et cũ querimus à vobis,quos veſtrũ à noſtris probetis occiſos,nullam quidẽ legẽ ab imperatorib. datã ut occideremini recolo. Illi aũt de quib. maximam inuidiã facere ſoletis, Marculus & Donat⁹, ut moderatius dixerim, incertũ eſt utrũ ſeipſi p̃cipitauerint, ſicut vr̃a doctrina nõ ceſſat quotidianis exẽplis: an uero alicuius poteſtatis iuſſu p̃cipitati ſint. Si.n. incredibile eſt magiſtros Circũcellionum ſolitas mortes ſibimet intuliſſe,quãto incredibilius poteſtates Romanas inſolita ſupplicia iubere potuiſſe? Itaq; de hac re quã nimis ĩuidioſam putatis,ſi verũ eſt qđ dicitis,qđ hoc ꝑtinet ad dñicũ triticũ? Palea q̃ foras volauit, paleã quæ intus remanſit accuſet: Nõ.n.tota poterit niſi vẽtilabro ultimo ſeparari. Si aũt falſum eſt, q̃d mirũ ſi palea tãquã leui flatu diſſenſionis ablata,ẽt dñicũ triticũ falſis inſectet criminationibus? Quaꝑꝑ de omnib. talibus inuidioſis criminib. hoc uobis frumẽtũ Xp̃i,quod ꝑ agrũ,id eſt, ꝑ totũ mũdũ cũ zizaniis creſcere iuſsum eſt,libera & ſecura uoce rñdet. Si nõ probatis qđ dicitis,ad neminẽ pertinet: ſi ãt ꝓbatis,ad me nõ ꝑtinet. Ex quo fit ut q̃cunq; ſe ab iſta unitate frumẽti ꝑꝑ zizaniorum vel paleę crimina, ſeparauit,propter ipſum diſſenſionis & ſchiſmatis malum,ne ab ipſo crimine homicidii ſe poſſit defendere,dicente ſcriptura, Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.

Petilianus dixit, Ergo, ut diximus, dñs Xp̃s clamauit ad Paulum. Saule Saule, quid me perſequeris? durũ eſt tibi cõtra ſtimulũ calcitrare. Dixit ãt Paulus, Quis es dñe? Eiq; rñſum eſt, Ego Xp̃s Nazarenus,quẽ tu perſequeris. Et ille tremens ac ſtupẽs dixit, Dñe q̃d me vis facere? Et dñs ad illũ, Surge & intra in ciuitatẽ,& dicet tibi q̃d te oporteat facere. Et inter poſitis, Surrexit aũt Saulus de terra,apertiſq; oculis nihil uidebat. O ultrix furoris cæcitas, oculorũ pſequẽtis lumẽ obnubilas,ſolo baptiſmo receſſura. Videamus ergo in ciuitate quicq̃d geſsit. Introijt,inq̃t, Ananias ad Saulũ, & cũ impoſuiſſet ei manus,ait, Saule frater, dñs miſit me Ieſus qui viſus eſt tibi in uia qua ueniebas, ut uideas & implearis ſpũſancto. Cõfeſtim ceciderũt ab oculis eius tãquam ſquamæ,& uiſum recepit, & ſurgẽs baptizatus eſt. Cũ igitur Paulus a crimine pſequẽdi baptiſmo liberatus,

[Margin notes: Cap. 20. Acto. 9. (beside "dñs Xp̃s ad Paulum"); C; Rom. 13; D; Gala. 6; E; F; 1. Ioã. 3. Cap. 21. Acto. 9. (beside "Petilianus dixit, Ergo")]

oculos ſumpſerit innocẽtes,cur nõ uis perſecutor & traditor cęcus falſo baptiſmate ab ijs quos inſequeris baptizari? AVG. reſpõdit,Nec perſecutorem nec traditorẽ probas, quẽ uis denuo baptizare. Et ſi probas aliquẽ non eſt tñ denuo baptizandus perſecutor &

G

traditor ſi iã Chriſti baptiſmo baptizatus ẽ. Paulum quippe propterea baptizari oportuit, qui nũquam tali baptiſmo tinctus fuit. Itaq; nihil habet ſimile ad cãm quã nobiſcũ agitis,qđ de Paulo interponere voluiſti.Sed ſi hoc nõ interpoſuiſſes,puerili declamationi locũ nõ inueniſſes, vbi diceres, O vltrix furoris cęcitas,ſolo baptiſmo receſſura.Quãto .n. fortius in uos exclamãdũ eſt, O ultrix furoris cæcitas: q̃ nõ Paulo cõparata ſed Simoni,nec accepto baptiſmo recedit a vobis? Nã ſi ꝑſecutores ab eis quos ꝑſequũtur baptizãdi ſunt, Primianus a Maximinianiſtis baptizetur, quos inſtãtis ſime perſecutus eſt.

Cap. 22. Ioan. 13

Petilianus dixit,At.n. conſtanter opponitis,ꝙ dixit Apoſtolis Chriſtus, Qui ſemel lotus eſt,non habet cãm niſi pedes lauãdi, ſed eſt mũdus totus. Si uerba iſta plene diſcutias ſubſequẽtib. obtineris.Sic nãq; locutus eſt, dicẽs, Qui ſemel lotus eſt,non habet cãm niſi pedes lauandi,ſed eſt mũdus totus:Et vos mundi eſtis, ſed non oẽs. Hoc aũt dixit ꝑꝑ Iudam qui eum fuerat traditurus. Quiſquis

H

ergo traditor factus es, baptiſmum perdidiſti.

Ioan. 15

Deniq; poſtquam ipſe damnatus eſt traditor Chriſti,Apoſtolos vndecim ſic plenius confirmauit, Iam uos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum uobis, mane

Ioan. 14

te in me & ego in uobis.Et iterum his undecim dixit,Pacem meam do uobis,pacẽ meã dimitto uobis.Cũ hęc ergo damnato, ut diximus traditore, Apoſtolis undecim dicta ſunt, uos quoq; traditores ſimiliter pacẽ & baptiſmum non habetis. A V G. reſpondit, Si ergo perdidit baptiſmũ traditor, quiſquis à vobis baptizatus poſtea traditor factus fuerit,ſi ad vos redire uoluerit, denuo baptizetur: quod ſi non facitis,ſatis voſipſi iudicatis falſum eſſe quod dictũ eſt, Si quis ergo traditor factus es baptiſmũ perdidiſti.Si.n. perdidit,redeat & recipiat:ſi aũt redit & non recipit,non perdiderat. Deinde ſi propterea dictum eſt Apoſtolis, Iã uos mundi eſtis: &, Pacẽ meam do vobis.quia iam inde diſceſſerat traditor:nõ erat ergo mũda & pacifica cęna illa tãti ſacramẽti,qm̃ priuſquã ille exiret omnib. dedit.

I

Qđ ſi clauſis oculis dicere audetis,q̃d faciamus niſi potius nũc exclamemus,O ultrix furoris cæcitas eorũ q̃ uolunt eſſe legis doctores,ſicut dicit Apoſtolus, nõ

1. Ti. 1.

intelligentes neq; quæ loquuntur,neq; de q̃bus affirmant:Niſi tñ pertinacię cęcitas impediret,non erat difficilis intellectus, ut uideres non dixiſſe dñm præſente Iuda, nõdũ mũdi eſtis: ſed, iam mundi eſtis uos:addidit ãt,non oẽs:quia ibi erat qui mundus non erat,qui tñ ſi præſentia ſua cæteros pollueret nõ eis diceret,Iã uos mundi eſtis:ſed diceretur ut dixi,nõdũ mũdi eſtis. Poſtquã uero ille diſceſſit, dixit eis,Iam uos mũdi eſtis: nec addidit, ſed non oẽs : quia iam diſceſſerat. quo ẽt pręſente, ſicut eis dictũ eſt,mundi erant,ſed non oẽs,quia erat illic unus immũdus. Quapropter his uerbis magis dñs declarauit in uno cœtu hominum eadem ſacrã ſumentium,aliquorum immunditiã mũdis

1. q. 1. c. Dñius.

obeſſe non poſſe. Certe ſi putatis apud nos eſſe ſimiles Iudæ,hęc verba nobis dicite,Mũdi eſtis,ſed non oẽs:Non autem hoc dicitis, ſed dicitis propter quoſdã immũdos, immũdi eſtis omnes.Hoc diſcipulis dominus Iuda præſente non dixit:& ideo qui hoc dicit,nõ didicit a bono magiſtro quod dicit.

K

Cap. 23.

Petilianus dixit, Quod ſi nos bis baptiſmũ facere dicitis,immo uos facitis qui occiditis baptizatos,nõ quia baptizatis hoc dicimus,ſed quia vnumquemq; dum occiditis, ſanguine ſuo facitis baptizari.Etenim baptiſmum aquæ uel ſpũs extorto ſanguine martyris quaſi factũ eſt geminũ. Si aũt ipſe nanq; ſaluator baptizatus primitus à Ioanne baptizandũ ſeſe profeſſus eſt iterum,non iã aqua nec ſpiritu, ſed ſanguinis baptiſmo, cruce paſſionis: ſicut ſcriptum eſt, Acceſſerunt ad eum duo diſcipuli filii Zebedei dicẽtes,dñe cum ueneris in regnũ tuum, fac nos ſedere

Mar. 10

unũ ad dexterã tuã, & alterũ ad ſiniſtrã tuã. Rñdit eis Ieſus, Difficilẽ rẽ petitis, Nunq̃d calicẽ quẽ ego bibiturus ſum, poteſtis bibere: & baptiſmo quo ego baptizor baptizari? Dixerũt illi, Poſſumus. Et ait illis, Calicẽ quidem quem ego bibiturus ſum bibere poteſtis,& baptiſmo quo ego baptizor baptizabimini: & cętera.Si hęc duo sũt baptiſmata,

vestra nos laudatis inuidia, ꝓfitemur. Cũ.n. nr̄a corpora occiditis, bis baptismũ facim⁹, sed baptismo nr̄o & sanguine baptizamur, ut Xp̄s. Erubescite erubescite persecutores, similes Xp̄o martyres facitis, quos post aquã veri baptismi sãguis baptista ꝓfundit. AVG. r̄ndit, Primo cito r̄ndemus, q̄a nõ vos occidimus, sed ipsi uosmetipsos uera morte occiditis, cũ uos ab vnitatis uiua radice ꝑciditis. Deinde si oẽs q̄ occidũtur sanguine suo baptizãtur, oẽs latrones, iniqui, impij, scelerati qui dãnati feriũtur, martyres habẽdi sũt, q̄a suo sanguine baptizãtur. Si ãt nõ baptizant sanguine suo nisi qui occiduntur ꝑ ꝑ iustitiã, q̄a ipsorũ est regnũ cęlorũ: vidistis prius esse quærẽdum ꝑ ꝑ quid patimini, & postea quid patiamini. Quid ergo buccæ inflant antequã facta defendãtur? Quid perstrepit lingua antequã probet vita? Si schisma fecisti, impius es: si impius es, ut sacrilegus morieris cũ pro impietate puniris: si vt sacrilegus morieris, qũo tuo sanguine baptizaris? An dicis, Nõ feci schisma. Hoc ergo q̄ram⁹, Quid antè clamas q̄ probas? An dicis, & si sacrilegus sum, a te occidi nõ debeo. Alia q̄o est de atrocitate facti mei, q̄d nũquã ueraciter demõstras, alia de baptismo sanguinis tui uñ te mẽdaciter iactas. Nã neq; occidi te, nec probas te ab aliquo occidi: nec si ꝓbes, ad me ꝑtinet. Quicũq; te occiderit, siue s̄m potestatẽ legitime a dño datã iuste fecerit, siue sicut messis dñicæ palea cupiditate aliqua mala scelus admiserit, sicut ad te nõ ꝑtinet, qui recentibus temporibus cum intolerabili potẽtatu et militib. ibi comitantibus, non quia timebat aliquẽ, sed ut ab omnib. timeretur viduas oppressit, pupillos euertit, aliena patrimonia prodidit, aliena matrimonia separauit, res uendendas innocentiũ procurauit, uenditarũ pręcia cum dñis plaudentib. diuisit. Ex me ista dicere videar si nõ tacito noĩe agnoscitur de quo dicã. Quæ si vera sunt, sicut ad vos ista non pertinẽt: ita nec quicq̄d dicis, ad nos, etiã si vera diceres. Si ãt falsa fama de illo collega vero, iusto & innocente mentita est, nullo mõ etiã famæ credendum est, q̄ de innocentib. tanquã de traditoribus codicũ, vel tanquã de interfectorib. hominũ seminata est. Huc accedit, quia ego illũ commemoro, qui uobiscum uixit, cuius natalitia tãta celebratione frequẽtabatis, cui pacis osculũ inter sacra copulabatis, in cuius manibus eucharistiã ponebatis, cui uicissim dãti manus porrigebatis, cuius aures inter tantos Aphricę gemit⁹ surdas libera voce offendere timebatis, quẽ nescio q̄s vestrũ, q̄a vel ex obliquo vrbanissime tetigit, ut ei diceret q; Comitẽ haberet deũ, ingẽti laude ferebatur: Tu ãt illos nobis obijcis, cũ quib. nõ viximus, quorũ faciẽ nõ uidimus, quorũ ętate vel pueri uel fortasse nõdũ nati eram⁹. Quæ est ista tãta iniquitas, aut q̄ peruersitas, uelle nobis imponere sarcinas ignotorũ, cum vos portare nolitis amicorum? Clamat scriptura diuina, Videbas furẽ & currebas cũ eo. Si te nõ cõtaminabit quẽ vidisti, cur mihi obijcis videre quẽ nõ potui? An dicis nõ cũ eo concurri, q̄a facta eius displicebãt mihi? Sed nẽpe ad altare accedebas cũ eo. Age iã ut te defendas, discerne ista, & dic aliud esse cõcurrere in p̄ctm̄, sicut concurrerunt duo seniores castitati Susannę insidiãtes, aliud cũ fure accipere dñi sacramẽtum, sicut Apostoli cũ Iuda et primũ illã cęnã acceperũt. Faueo defensioni. Sed cur nõ attẽdis quãto facilius ĩ hac tua defensione absolueris gentes & terminos terræ, qua hæreditas Xp̄i diffunditur? Si.n. potuistis furẽ uidere, & cũ fure uiso sacramento communicare, tñ p̄ctm̄ non communicare, quãto minus potuerũt remotissimæ nationes cũ Aphris traditorib. uel persecutoribus, et si vera diceretis, & oñderetis, malefacta habere cõmunia, quãuis cũ eis tenerẽt sacramẽta cõia? An dicis, ego uidi illũ Ep̃m, furẽ uero illũ non uidi. Dic, q̄d uis, et huic faueo defensioni, & ĩ hac absolutus est a uestris criminationib. orbis terrarũ. Si .n. vobis licuit cogniti hominis ignorare uitã, cur toti mũdo ignotos ignorare nõ finitur? nisi forte Donatistis licet nescire quod scire nolunt, gentib. non licet scire quod scire nõ possunt. An dicis, aliud est furtũ, aliud traditio uel persecutio. Cõcedo aliud eẽ, nec mõ laborandũ est quid intersit oñdere. Attende cõpendium. Si te ille nõ fecit furẽ, quia tibi nõ placet furtũ, quis p̄t facere traditores aut homicidas eos quib. displicet siue traditio siue homicidiũ? Prius igitur cõfitere te esse q̄cq̄d mali fuit Optatus quẽ noueras: & uel sic mihi obijce q̄cquid mali fuerunt, quos ego

L Matt. 5. M A Psal. 49 Dan. 13 B

non

C non noueram. Nolo mihi dicas, illa magna sunt, ista parua. Prius. n. oportet fatearis ipsa parua de te, nō vt ego quoq; fatear, sed vt vel sānā te dicere nescio, q̄ magna de me. Optatus quē noueras, fecit te furem, quia collega tuus fuit, an nō fecit? Rñde unū de duobus. Si dicis nō fecit: q̄ro cur non fecit, q̄a nec ipse fur fuit, an q̄a nescis? an q̄a tibi displicuit? Si q̄a nec ipse fuit, multo magis illos de quibus nos arguistis tales fuisse, quales dicis, credere nō debemus. Si. n. de Optato nō est credendum q̄d & Christiani & Pagani & Iudæi, postremo & nr̄i & uestri dicūt, quanto minus credendū est, quod uos de aliquo dicitis? Si quia nescis, rñdent tibi oēs gentes, multo magis nos nescimus quicquid de illis obijcis nobis. Si quia tibi displicuit, eadē tibi uoce rñdent, quāuis nunq̄ probaueris, talia tñ displicēt vobis. Si aūt dicis, ecce me furē fecit, Optatus ille quē noueram, q̄a collega meus fuit, & cū illo ad altare accedere solebā, cū ista cōmitteret, sed nō curo, quia leue est pctm̄: te aūt illi traditorē homicidamq; fecerunt. Rñdeo, non me concedere ut ego quoq; traditor & homicida factus sim peccatis alienis, q̄a tu te alieno pc̄tō furē factū esse confessus es: neq;. n. iudicio nr̄o, sed ore D tuo fur factus es. Nos. n. dicimus unūquenq; sarcinā suam portare, sicut Apostolus testis est: tu uero nō, q̄a furtū fecisti, uel furto consensisti, sed quia id q̄d alius fecit ad te ptinere existimasti, sub sarcina Optati ultro tuos humeros subdidisti. Nā sicut Apostolus ait cū de cibis loqueret̄, Scio & cōfido in Dn̄o Iesu, quia nihil cōe per ipsum, sed ei q̄ existimat aliquid cōe esse illi cōe est. Eadē regula dici pōt aliena pc̄tā ad eos nō pertinere quibus displicēt: sed si q̄s existimat ad se pertinere, pertinēt ad eum. Quap p tu nos nō tenes traditores nec homicidas, ēt si aliq̄d tale ,p-bes de ijs, qui nobiscū sacramēta cōicant: te aūt ēt si tibi displiceat quicquid fecit Optatus, furem tñ tenemus, non p calumniā nostrā, sed per sn̄iam tuā. Et ne putes hoc leue esse, Apostolū lege dicētē, Neq; fures regnū Dei possidebunt. Qui aūt regnū Dei nō possidebunt, non erunt vtiq; ad dexterā inter illos, q̄bus dicet̄, Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum q̄d uobis paratū est ab origine mundi. Si ibi nō erunt, vbi erūt nisi ad sinistrā? Inter illos ergo quibus dicet̄, Ite in ignē æternū, qui paratus est Diabolo & angelis eius. Frustra ergo te securū facis, leue putando pc̄tm̄, q̄d a regno Dei separat, E & in ignē mittit æternū. Quanto melius ad verā confessionē confugies & dices, Vnusquisq; nr̄m propriū onus portabit, & a tritico paleā uentilabrum ultimū separabit. Sed videlicet times ne statim tibi dicatur. Cur ergo dū alijs aliena onera conamini imponere, ausi vos estis ante ultimū uentilabrum a totius mundi dn̄ica segete separare? Ita vos quibus displicent facta vestrorū, dum cauetis ne uobis obijciatur schisma q̄d oēs fecistis. etiā peccatis vos implicatis, quæ vos nō fecistis: & dum timet disertus Petilianus, ne mihi liceat dicere, non me esse talē, qualem fuisse putāt Cęcilianū, ipse cogit̄ dicere esse se talē qualē fuisse nouit Optatū. An tu non es talis, qualē illum fuisse Aphrica tota con clamat? Nec nos ergo tales sumus quales illos quos nobis obijcitis, uel error uester suspicat̄, uel furor infamat, uel ueritas probat: multo minus talia sunt per oēs gentes frumenta dn̄ica, quæ istorum nec nomen audierunt. Nulla igit̄ causa est, cur tāto scelere se- F parationis & sacrilegio schismatis pereatis, & tñ si quid pro hac tanta impietate diuino iudicio patiamini, etiā baptizari uos uestro sanguine dicitis: ut parū sit, q̄ dimissi non compungimini, nisi etiā puniti gloriemini.

Petilianus dixit, At. n. in eodem perduratis. Qui semel locus est, non habet causam nisi pedes lauandi. Semel est q̄d ueritas quod habet authorem, semel est q̄d ueritas firmat. AVG. respondit, Baptismus in nomine patris & filij & spiritussancti Christum habet authorem, non quemlibet hominem: & Christus est ueritas, non quilibet homo.

Petilianus dixit, Nam cū reus falsa committas, bis baptisma ego nō facio, q̄d semel ipse nō facis. AVG. rñdit, Nec reos nos probas, & si reus baptismo falso baptizat, nō habēt verū baptismū quotquot ab eis baptizantur, qui apud uos non solū manifesti, sed ēt occulti iam rei sunt. Si. n. rem Dei dat qui baptismum dat, cum iam Deo reus est, quomodo rem Dei dat si reus uerum baptismū non dat? Sed enim expectatis, ut & uobis reus sit quasi quod daturus est uestrum sit.

Gala. 6. Rom. 14. 1. Cor. 6. Mat. 25. Gala. 6. Cap. 24. Ioan. 13. Mat. 28. Ioan. 14. Cap. 25.

Cap. 26. Petilianus dixit, Nam si veris falsa permi
sceas, iisdẽ sæpe vestigijs verũ falsitas imita
G tur. Sic sic hoĩem simulat naturæ pictura ve
rum, quæ coloribus exprimit falsas facies ve
ritatis: Sic sic speculi nitor vultũ rapit, vt re-
uocet oculos intuẽtis: Sic sic offert proprios
venientibus vultis, vt ipsa sibimet inuicẽ fa-
cies venientis occurrat: tantumq; valet im-
munda fallacia, vt ipsi se, qui præuident ocu
li, quasi in altero sese cognoscãt: Ipsa quoq;
vmbra cũ steterit, imagines geminat magna
ex parte, mendacio diuidens vnitatem. Nun
quid ideo verũ est, quia figura mentitur? Sed
aliud est hominem pingere, aliud generare.
Nam quis patri filios exoptanti falsos fingit
infantes? aut quis picturæ mendacio veros
hæredes expectet? Profecto dementis est ani
mi, dimisso eo quod verũ est amare picturã.

A V G. rñdit, Ita ne non erubescis ẽt si in
hoĩe fallacissimo fuerit, baptismum Christi
falsitatẽ vocare? Absit quidẽ vt dñicum fru-
mentũ qđ per totũ agrũ. i. hũc mundũ vsq;
in messem. i. in finẽ seculi inter zizania cre-
scere iussum est, vestris maledictis interijsse
credatur. Veruntñ & in ipsis zizanijs, q̃ vsq;
in finẽ nõ colligi, sed tolerari pręcepta sunt:
H & in ipsa palea, quæ non nisi vltimo uentila
bro tota separabitur: audet quisq; dicere fal-
sum esse baptisma, qđ in noĩe patris & filij
& spiritussancti datur & sumitur? Quos testi
monio grauidarũ fęminarum conuictos uel
collegas uel presbyteros uestros ab honore
deponitis, qñ quidem ista exempla vbiq; nõ
desunt, quæro antequã conuincerẽtur, vtrũ
fallaces fuerint an ueraces. Rñdebis vtique
fallaces. Cur ergo uerum baptismũ & habe-
bant & dabant? Cur in eis diuinã ueritatem
non corrũpebat humana fallacia? Nonne ve
Sap. 1. rissime scriptum est, Sanctus. n. spiritus disci
plinæ effugiet fictũ? Fictos ergo istos cũ spi-
ritussanctus fugeret, cur apud eos baptismi
veritas erat, nisi quia spiritussanctus hoĩs fal
laciam non veritatem sacramenti fugiebat?
Porro si & fallaces habent baptismũ uerũ,
qui habent qđ ueraces habent, unde te opor
tere aduertere sermonem tuum potius esse
pigmentis puerilibus coloratum. & ideo qui
neglecto verbo vero fucis talibus delectat̃,
ipse amat pro veritate picturam.

Cap. 27. *Ephe. 4.* Petilianus dixit, At. n. dicit Apostolus Pau-
lus, Vnus Deus, vna fides, vnũ baptisma, unũ
nos ꝓfitemur: Nã certũ est eos, qui duo exi-
stimant insanire. A V G. rñdit, In nos ista dici I
tis, sed insaniendo nescitis. Illi. n. dicunt duo
baptismata, qui aliud existimant habere iu-
stos, aliud iniquos, cũ neq; istorũ, neq; illo-
rum sit, sed sit Christi in utrisq; vnũ, quam-
uis ipsi non sint vnũ, sed id quod est unum
isti habeant ad salutem, illi ad perniciem.

Cap. 28. Petilianus dixit, Verum vt aliquid cõpa-
rem, solẽ geminũ videri furiosis, licet nubes
cęrulea sæpe cõcurrat, eiusq; decolor facies
splẽdore repercussa, dũ radij solis ab eadem
redeũt, quasi proprios radios emittere videa
tur: Sic sic in fide baptismatis aliud est q̃rere
imagines, aliud agnoscere veritatẽm. A V G.
rñdit, Quid loqueris q̃so? qñ nubes cęrulea
radios solis ꝑcussa repercutit, nũquid furio-
sis quasi duo soles apparent, ac non oĩbus q
intuentur? Cur aũt furiosis ita vr̃, solis ipsis
vr̃. Sed si molestum non est, qđ admoneo, vi K
de potius ne forte talia dicere, & sic loqui fu
riosum sit. Nempe cũ hoc dicere voluisti, iu
stos habere veritatem baptismi, iniustos aũt
imaginẽ: si ita est, audeo dicere imaginẽ fuis
se in illo vestro, cui non Deus, sed quidã co
mes erat Deus: veritatem autẽ uel te uel in
illo, qui hoc in eum eleganter emisit, qñ ei
dixit, cui Comes est Deus. Et discernite il-
los, quos vterq; baptizauit, & in alijs appro L
bate baptismum uerum, ab alijs autem ex-
cludite imaginem & introducite veritatem.

Cap. 29. Petilianus dixit, Sed vt hæc minora discur
rã: Nunquid ius dicit qui nõ est curiæ magi
stratus, aut id qđ dixerat ius est, cũ priuati
ꝑsona iura publica perturbet: an non magis
reus nõ modo nõ prodest, sed cum eo quod
conficit falsarius obtinet? A V G. rñdit, Quid
si iste priuatus atq; falsarius legẽ imperato-
ris alicui det, nõne ille cui contulerit cũ his
qui hanc habẽt, & ipsam esse inuenerit, non
attendit a quo acceperit, sed quid acceperit?
Falsarius quippe qñ ex sua falsitate dat, ali-
quid falsum est: qñ autem alienũ uerum ab
aliquo datur, ẽt si a falsario detur, quãuis ille
verax non sit, verum est tamen quod datur.

Cap. 30. Petilianus dixit, Aut si quisquam carmina
sacerdotis memoriter teneat, nunquid inde
1. q. 1. c. Dominus. sacerdos est, ꝙ ore sacrilego carmen publi-
cat sacerdotis? A V G. respondit, Ita istud

dicis, quaſi mõ q̃ramus quis ſit uerus ſacer
dos,& nõ quid ſit uerũ baptiſma.Vt.n.ſit qſ
que uerus ſacerdos, oportet ut nõ ſolo ſacra
méto,ſed iuſtitia quoq; induat,ſicut ſcriptũ
eſt,Sacerdotes tui induãtur iuſtitia.Qui aũt
ſolo ſacraméto ſacerdos eſt, ſicut fuit ponti
L
fex Caiphas perſecutor unius & uerisſimi
Pſ. 131.
ſacerdotis, quãuis ipſe nõ ſit uerax , qđ dat
tñ uerũ eſt,ſi non det ſuũ ſed dei: ſicut de ip
ſo Caipha dictum eſt, Hoc ãt non a ſe dixit,
Ioã. 11. & 28.
ſed cũ eſſet pontifex prophetauit.Et tñ ut eo
quoq; ſimili vtar,qđ ipſe poſuiſti, ſi audias
ab aliquo uel prophano precẽ ſacerdotis ver
bis & myſteriis euangelicis cõfirmatã,nun-
quid ei potes dicere, nõ eſt vera,quãuis ipſe
non ſolũ verus nõ ſit, ſed ẽt nullus ſacerdos
ſit,cũ Apoſtolus Paulus quoddã teſtimoniũ
verũ eſſe dixerit Cretenſis cuiuſdã Prophe-
tæ,qui inter Prophetas Dei non cõputabat:
ait enim, Dixit quidã ex ipſis proprius eorũ
Propheta,Cretenſes ſemp mendaces, malæ
Ad Tit. 1.q.1.c. dominus
beſtiæ, uẽtres pigri: teſtimoniũ hoc uerum
eſt? Si ergo Apoſtolus,neſcio cuius alienige
næ teſtimonio , quia uerum cõperit , ẽt ipſe
atteſtatus eſt,cur nos apud quẽlibet inuene-
rimus quod Xp̃i eſt,& uerum eſt,ẽt ſi ille a-
pud quẽ inuenitur peruerſus & fallax eſt ,
nõ diſcernimus uitiũ, quod hõ habet,& ve-
ritatem quam non ſuam ſed dei habet, & di
cimus ſacramẽtum hoc verum eſt : ſicut ille
ait , teſtimonium hoc uerum eſt ? Nunquid
M
ideo dicimus ẽt ipſe hõ verax eſt,qa dicim⁹
ſacramentũ hoc uerũ eſt?Sicut & Apoſtol⁹,
nũquid ideo Prophetam illũ inter Prophe-
tas Dei cõputauit, quia quod in eo uerũ in-
uenit, uerum eſſe firmauit ? Similiter idem
Apoſtolus cũ apud Athenas eſſet inter aras
dęmonum,animaduertit aram quandam,in
qua ſcriptũ erat,Ignoto Deo.Et hoc teſtimo
niũ ad illos in Xp̃o ędificandos aſſũpſit , ita
Act. 17.
ut hoc cõmemoraret in ſermone ſuo atque
ſubiũgeret,Quẽ uos ignorãtes colitis,hunc
uobis nos annũciamus. Nunqd quia uel in-
ter idolorũ aras uel a ſacrilegis erectã arã il-
lã reperit,propterea qđ in ea uerũ erat dãna
uit aut reſpuit:aut pp verũ qđ in ea legerat
etiã ſacrilegia paganorum ſectanda eſſe per
ſuaſit ? Conſequenter ẽt cum ipſum ẽt dñm
illis ignotum , ſibi autem notum etiã illorũ
notitię,ſicut congruere iudicabat inſinuare
vellet,ait inter cętera , Et quidem non lõgè
Act. 2.
poſitum ab uno quoq; noſtrum : In illo .n.
viuimus & mouemur & ſumus,ſicut & qui
dam ſm vos dixerunt.Nunquid ẽt hic,quia
A
ĩuenit apud ſacrilegos teſtimonia ueritatis ,
aut pp iſta illos approbauit,aut pp illos iſta
damnauit?Vos ãt neceſſe eſt ut ſemper erre
1.q. 1.c. dominus
tis, quandiu propter hominũ uitia dei ſacra
mẽta uiolatis, aut nos propter dei ſacramen
ta,q̃ in nobis uiolare nolumus, etiam ueſtri
ſchiſmatis ſacrilegium aſſumere putatis.

Petilianus dixit, Oĩs .n. poteſtas ex Deo
Cap. 31
eſt,non in homine poteſtatis: ſicut Põtio Pi
Rom. 13
lato rñdit dñs Ieſus Xp̃s,Non haberes in me
Ioan. 19
ptãtem,niſi eſſet tibi deſuper data.Et iterum
Ioan. 3.
dicẽte Ioanne,Non põt hõ facere quicq̃,ni-
ſi ei fuerit datũ de cœlo.Doce igr̃ traditor ſi
mulandi myſteria qñ acceperis ptãtẽ.AVG.
rñdit,Tu doce potius uniuerſos orbis terra-
rum quò diffuſa eſt hæreditas Chriſti & illa
tot gẽtium multitudo,ubi Apoſtoli eccleſias
fundauerunt,qñ baptizãdi amiſerit ptãtem .
Nunq̃ docebis . Nõ ſolũ qa eos calũniaris ,
nõ doces traditores: ſed quia ẽt ſi docueris ,
non põt quorũlibet malorũ ſcelus, ſiue igno
torum, ſiuè fallaciũ, ſiue ut zizania uel palea
tolerandorum euertere promiſſa dei,ut non
in ſemine Abrahæ benedicantur omnes gẽ-
Gen. 22.
tes , a quibus promisſis uos alienos facitis ,
B
qui cum omnibus gentibus communionẽ
unitatis habere non uultis.

Petilianus dixit,Licet.n.unum ſit baptiſ-
Cap. 32
mũ,tribus eſt tñ gradibus cõſecratum . De-
dit aquam Ioannes ſine nomine trinitatis,ſi-
cut ipſe profeſſus eſt,dicens,Ego vos bapti-
Matt. 3.
zo in aqua pœnitentiæ,alius ueniet qui for-
tior me eſt, cuius non ſum dignus calciamẽ
ta portare , ipſe uos baptizat in Spiritu ſan-
cto & igne.Dedit ſpiritum ſanctũ Chriſtus,
Ioan. 20
ſicut ſcriptũ eſt,Sibilauit in faciem eorũ, &
dixit,Accipite Spiritũ ſanctũ.Quorũ remiſe
ritis pc̃tã,remittẽtur eis,&c. Ipſeq; ignis pa
Act. 2.
racletus crepitantibus flammis ardeſcens in
Apoſtolos ſuperuenit.O uera diuinitas,q̃ ac
cendere uiſa eſt,non ardere, ſicut ſcriptum
eſt , Factus eſt ſubito de cęlo ſonus tãquã vi
magna ſpũs ferret,& repleuit totã domũ vbi
erãt Apoſtoli ſedẽtes:Et uiſę ſunt diſtributę
linguæ tanquã ignis, ſedit autẽ ſuper unum
quẽq; eorũ,& repleti ſunt oẽs Spũ ſancto ,

& cęperūt loqui varijs linguis, ficut ſpūſſanctus dabat eloquium eis. Tu uero perſecutor vel aquā pœnitentiæ non habes, q̃ non Ioānis occiſi ſed occiſoris Herodis retines poteſtatem. Tu igitur traditor ſpiritūſanctū Xp̄i nō habes, etenim morti Chriſtus eſt traditus, nō ad mortē tradidit Xp̄s. Tibi ignis in ſpū apud inferos uiuax eſt, qui ieiunis apicibus ęſtuans, mēbra tua p̄ ſeculū afflare valeat, non finire, ſicut ſcriptū eſt de reorum in inferno ſupplicio, Ignis eorū non extinguetur. AVG. rn̄dit, Tu es ille maledicus conuiciator, non veridicus diſputator. Nōne aliqñ defines talia dicere, quę ſi non probas, ad neminem pertinent: ſi aūt probas, ad vnitatem orbis terrarū, quę in ſanctis tanq̃ in frumentis eſt, oīno nō pertinent. Si placeat & vobis pro maledictis maledicta rn̄dere, poſſumus & nos diſerte forte conuiciari, poſſumus & nos dicere, crepitantib. flāmis: ſed nullo mō mihi ſonat diſerte quod dicitur inepte. Poſſumus & nos dicere ieiunis apicib. æſtuās, ſed ſcriptorū noſtrorū apices nolumus cum ab aliquo ſano legūtur, a ſucco grauitatis ieiunos iudicari, & ſpū in eis dū nullis ſententiis utilib. paſcit, ſuperuacaneo laborare ieiunio. Ecce dico Circūcelliones veſtros, nō crepitātib. ſed pręcipitantib. flāmis furoris ardere. Si rn̄deris, quid ad nos? cur & tu cum obieceris quos volueris, nō viciſsim audies, & nos neſcimus? Si rn̄deris nō probatis: cur nō tibi orbis terrarum rn̄deat uicisſim, nec vos probatis? Paciſcamur ergo ſi placet, vt nec tu nobis malos obijcias, quos putas noſtros, nec vobis ego veſtros: Ita videbis hoc pacto tam iuſto placito atq; firmato, nihil te habere quod obijcias ſemini Abrahę in oībus gētibus, atq; tibi ego planè inuenio magnū quod obijciā, cur vos ergo impie ſeparaſtis a ſemine Abrahę, qđ eſt in omnib. gētibus? Hoc certe queādmodū defendas nō habes. Purgamus.n. nos utriq; à criminib. alienis. Hoc āt qđ omnib. gētib. quæ in ſemine Abrahę bn̄dicuntur non cōmunicatis, & magnū crimē eſt, nō quorūdā veſtrum ſed oīum. Etcū noſti & cōmemoras ſpm̄ſanctū ita veniſſe, vt illi quos tunc impleuerat, linguis omnib. loquerētur, quid ſibi volebat illud ſignū atq; prodigiū? Cur nō ita datur ſpiritusſanctus, ut nemo cui dat linguis oībus loq. poſsit, niſi quia bēs gētes credituras, & ſic in omnib. linguis futurum Euangeliū, illud tunc miraculum portendebat, quod & in Pſalmo tāto ante prędictū eſt, Nō ſunt loquelæ neq; ſermones, quorum non audiant voces eorum? Hoc p̄ p̄ eos dictū eſt qui ſpūſancto accepto linguis erant omnib. locuturi. Sed quia idipſum in omnib. gentib. & linguis futurū Euangeliū & corpus Xp̄i p̄ totū orbem terrarū linguis omnib. perſonaturū ſignificabat, ſecutus ait, In omnem terrā exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Hinc fit, ut Eccleſia vera neminem lateat. Vñ eſt illud quod in Euangelio ipſe dicit, Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montē conſtituta. Ideoq; in eodē Pſalmo connectitur, In ſole poſuit tabernaculū ſuum: id eſt, in manifeſtatione: ſicut in Regnorum libris legimus dictū, Qđ tu in occulto feciſti, patieris in ſole. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit ut gigas ad currendā viā, à ſummo cęlo egreſsio eius: ecce habes aduentum dn̄i in carne. Et occurſus eius vſq; ad ſummū eius: ecce habes reſurrectionem & aſcēſionē. Nec eſt q̃ ſe abſcondat a calore eius: ecce habes aduētū ſpūſſancti, quē in linguis igneis miſit, ut feruorē charitatis oñderet, q̃ profecto nō habet, qui cū eccleſia q̃ in omnib. linguis eſt, non ſeruat vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Iā vero quod vnū quidē baptiſmū eſſe dixiſti, ſed tñ trib. gradib. conſecratum, ipſaq; tria ſic perſonis ſingulis diſpertitus es, ut aquam Ioanni, ſpm̄ſanctum dn̄o Ieſu Chriſto, & ignē tertiū paracleto deſup̄ miſſo tribueris, quātus error ſit, parūper aduerte. Eo quippe ductus es vt ita ſentires, q̃a Ioānes ait, Ego quidē baptizo in aqua, qui aūt poſt me uenit maior me eſt, ipſe vos baptizabit in ſpūſancto & igni. Nec conſiderare uoluiſti, non tria trib. ſingillatim eſſe coaptata, aquā Ioāni, ſpiritum Chriſto, ignē paracleto, ſed tria hęc ad vos potius pertinere, unum ad Ioannem, & duo cætera ad dn̄m. Neq;.n. dictum eſt, Ego quidem uos baptizo in aqua, qui āt poſt me uenit maior me eſt, cuius non ſum dignus calciamēta portare, ipſe uos baptizat in ſpūſancto, qui aūt poſt illū uenturus eſt paracletus ipſe uos baptizat in igne, ſed ego quidē, inquit, in aqua, qui autē poſt me uenit,

Margin notes: Eſa. 66. — Pſal. 18. — Matt. 5. — Pſal. 18. — 2. Re. 12 — Acto. 2. — Ephe. 4. — Matt. 3.

nit, in ſpũſancto & igni: vnũ ſibi tribuit, illi duo. Vides ergo quemadmodũ te fefellit numerus. Adhuc attende, vnũ dixiſti baptiſmũ tribus gradib. cõſecratũ, aqua, ſpũſſancto & igni, & tres pſonas & ſingula poſuiſti, Ioannẽ ad aquam, Chriſtũ ad ſpm̃, paracletũ ad G ignem. Si ergo aqua Ioannis ad eundẽ pertinet, cuius vnitas cõmendatur, non debuerũt baptizari iubente Paulo Apoſtolo, quos cõpererat baptizatos à Ioanne. Iam.n. habebãt aquam ad eundẽ, ſicut dicis, baptiſmũ pertinentem: reſtabat ut ſpm̃ & ignem acciperẽt, quia defuerant Ioanni, ut compleretur baptiſmus tribus, ut aſſeris, gradib. cõſecratus. Cum vero authoritate apoſtolica iuſsi ſunt baptizari, ſatis declaratũ eſt aquam illã Ioannis non pertinere ad baptiſmum Chriſti, ſed pro neceſſario tpe alterius diſpenſationis fuiſſe. Poſtremo quid tibi uiſum eſt cũ probare voluiſſes ſpm̃ ſanctũ à Chriſto datum, & adhibuiſſes ex Euãgelio teſtimonium, ꝙ reſurgens à mortuis, inſufflauit in faciẽ diſcipulorum dicẽs, Accipite ſpiritũ ſanctum: *Ioan.20.* ad illũ ultimum ignẽ, qui cum baptiſmo nominatus eſt in linguis igneis, quæ paracleto ueniente demonſtratæ ſunt, uelles oñdere? Dixiſti.n. Ipſeq; ignis paracletus crepitantibus flãmis ardeſcens in Apoſtolos ſuperuenit: quaſi alius ſit ſpũſſanctus, quẽ dedit inſufflando in faciẽ diſcipulorum, & alius qui H poſt eius aſcẽſum in Apoſtolos ſuperuenit. Nũquid ergo duo ſpũſſancti? Quis hoc niſi dementiſsimus dixerit? Ipſe itaq; Chriſtus eũdẽ ſpiritum ſctm̃ dedit, ſiue inſufflando in facies diſcipulorũ, ſiue deſuper eũ die pentecoſtes citra ſacri commendationẽ mittẽdo. Proinde non Chriſtus ſpm̃ ſanctum dedit & ignẽ paracletus, ut quaſi cõpleretur quod dictum erat in ſpũſancto & igni, ſed idem ipſe Chriſtus ſpiritũſanctum dedit, quẽ in terra poſitus ſuo flatu, in cęlo aũt poſitus linguis igneis demonſtrauit. Namq; ut noueris non tunc impletũ eſſe quod dictũ eſt, Ipſe uos baptizat in ſpirituſancto: qñ eis ſufflauit in faciem, ut iam non in ſpiritu, ſed igne baptizandi uenturo paracleto uiderentur, Reminiſcere apertiſsimã ſcripturã, & uide quid eis dixerit qñ ipſe dominus aſcendit in cęlũ, Ioannes quidẽ baptizauit aqua, uos aũt baptizabimini ſpirituſancto, quem recepturi eſtis nõ poſt multos hos dies ad pentecoſtẽ. Quid hoc teſtimonio clarius? Secũdum aũt ſenſum tuũ dicere debuit Chriſtus, Ioannes quidẽ baptizauit aqua, uos autem baptizati *Acto.1.* eſtis ſpirituſancto qñ vobis in faciem ſufflaui, & deinde baptizabimini in igne, quẽ ac- I pturi eſtis nõ poſt multos hos dies: vt videlicet complerentur illi tres gradus, quibus dicis unum baptiſmum conſecratum. Ita fit, vt adhuc neſcias quid ſibi uelit quod dictũ ut Ipſe uos baptizat in ſpũſancto & igni, & temere uelis docere quod neſcis.

Cap.33. Petilianus dixit, Sed ut plene diſcutiã baptiſmum Trinitatis, dixit Apoſtolis ſuis dñs *Mat.28.* Chriſtus, Ite baptizate gentes in noĩe patris & filij & ſpũſſancti, docẽtes eas ſeruare oĩa quæcũq; mando uobis. Quẽ doces traditor? quẽ condemnas? Quẽ doces traditor? quem occidis? Poſtremo quẽ doces? An quem feceris homicidam? Qũo igitur baptizas in noĩe trinitatis? Patrem deũ dicere non potes, nã cum dixerit dñs Chriſtus, beati pacifici, qa ipſi filij dei uocabuntur: tu qui pacẽ animi non habes, deũ non habes patrem. Qũo autem in noĩe filij baptizas, qui tradis ipſum, quẽ filium dei nõ ullis paſsionibus nec crucibus imitaris? Qũo aũt baptizas in nomine ſpirituſſancti, cũ ſpũſſanctus in illos Apoſtolos uenerit, qui nõ fuerãt traditores? Cũ igit̃ *Acto.2.* uobis deus genitor non ſit, nec aqua baptiſmatis uere naſcimini, nemo ueſtrũ penitus natus eſt, nec patrẽ habetis impij, nec matrẽ. Vos ergo huiuſmodi dico nõ baptizare, etſi vt carnem Iudæi quaſi baptizant milies uos lauetis. AVG reſpondit, Certe propoſueras plene diſcutere baptiſmũ Trinitatis, & intentos nos multũ feceras, ſed ſcilicet quod uobis facillimum eſt, q̃ cito te ad ſolita maledicta uertiſti. Hoc reuera copioſe facis, Proponis.n. tibi quos uis, in quos inueharis quãtũ vis, in qua magna ſermonis latitudine uno breuiſsimo uerbo, qđ dr̃, proba, in arctiſsimas coarctaris anguſtias. Hoc.n. tibi dicit ſemen Abrahæ, in quo cum oẽs gentes benedicentur, non curant cũ a te maledicuntur. *Gen.22.* Sed tñ quia de baptiſmo agis, quem tũc putas eſſe uerum, cum in hoĩe iuſto eſt, falſum cum in hoĩe iniquo eſt, ecce & ego ſecundã tuã regulam ſi diſcutiã baptiſmũ Trinitatis, copioſius vt arbitror potero dicere, ꝙ nõ ha

habeat deũ patrem, cui comes est deus. nec Christũ suum credat, nisi pro quo passus est: nec spiritumsanctũ habeat, qui longe vario mõ linguis igneis miserabilẽ Aphricam incendit, quõ ergo hñt baptismũ, aut quõ dãt in noĩe patris & filij & spiritussancti? Certe iam aduertis posse in hoĩe iniquo esse, uel ab hoĩe iniquo dari baptismũ, nõ iniquum sed iustũ & verũ, non quia illius est, sed q̃a dei est. Et ego tibi de isto nihil calumnior, qđ tu de nescio quibus orbis terrarũ facere nõ cessas, & qđ est intolerabilius, nec de ipsis aliquid probas. Illud vero nescio quõ tolerari possit, ꝙ non solũ hoĩbus sanctis de hoĩbus iniquis calumniamini, sed ẽt ipsi sancto baptismati, qđ in quolibet iniquo necesse est vt sanctũ sit crimen ex contagione peccatorum hoĩum cõparatis, vt tale dicatis esse baptisma, qualis est ille à quo hr̃ uel datur uel sumit. Porrò si talis sit homo, qualis fuerat ille, cũ quo accedit ad sancta, & talia fiunt ipsa sacramẽta, quales fuerint hoĩes in quibus sunt, sufficit sanctis hoĩbus ad solatium cũ sancto baptismo cõiter à vobis falsum crimen audire: vos tñ videte quemadmodũ uestro ore dãnemini, si & sobrij vestri ex contagione ebriosorũ vestrorũ ebriosi sunt, & misericordes vestri ex raptorũ contagione raptores sunt, & quicquid apud vos in malis hoĩbus inuenitur, hoc coguntur esse qui nõ sunt, & ipse baptismus in oĩbus immundis vestris immũdus est, & pro ipsius immunditiæ diuersitate diuersus est, si talis esse cogit, qualis est ille à quo hr̃ & datur. Hæc vtique falsa sunt, & ideo nobis nihil obsunt, cũ ea dicitis in nos, nec respicitis vos: vobis autẽ obsunt, quia cũ ea falsa dicitis, in nos nõ cadunt, sed q̃a ea vera putatis, in uos recidũt.

Cap. 34. Petilianus dixit, Nã si illos Apostolis licuit baptizare, quos pęnitentiæ baptismo Ioãnes abluerat, in his* vos baptizare sacrilegos nõ licebit. AVG. rñdit, Vbi est ergo quod supra dixeras, non aliũ baptismũ fuisse Ioannis, alium Christi, sed unum baptismum tribus gradibus consecratũ trium graduũ aquam Ioannes, spiritũ Christus, ignem paracletus dedit? Cur ergo aquã repetiuerunt Apostoli in eis, quibus iam Ioannes aquam dederat pertinentem ad unum baptismũ tribus gradibus consecratum? Cernis certe quàm sit necessarium, vt sciat quisq; quod loquitur.

* al. mihi

Cap. 35. Petilianus dixit, Neq;.n. spiritussanctus in quẽquam manus impositione pontificis poterit inferi, nisi aqua puræ conscientiæ præcesserit generatrix. AVG. rñdit. In his paucis verbis tuis duo sunt errores. Et vnus quidẽ ad qõnem, quę inter nos discutitur, nõ valde pertinet, sed te imperitiæ coarguit. Nam in centũ viginti hoĩes sine cuiusquam manus impositione, in Corneliũ vero Cẽturionem & eos qui cũ illo erant, etiam priusquam baptizarentur spiritussanctus aduenit. Alter autem error in his verbis tuis totã causam vestram penitus perimit. Dicis.n. aquam puræ conscientiæ præcedere oportere genitricẽ, vt spiritussanctus consequatur. Proinde aut oĩs aqua in nomine patris & filij & spiritussancti consecrata puræ conscientiæ est, non p̃p eos à quibus ministrat̃, vel à quibus accipitur, sed p̃p illum qui hunc baptismũ immaculatus instituit, aut si aquam puræ conscientiæ non facit nisi pura conscientia, & ministrantis hoĩs, & sumẽtis: quid agitis de eis, quos inuenitis ab eis baptizatos, qui nõdum proditi conscientiam maculosam gerebant: præsertim si inter istos baptizatos aliquis existat, qui se fateatur malã cũ baptizarentur habuisse conscientiã, ꝙ per illam forte occasionẽ ad aliquod flagitiũ peruenire voluisset? Cũ ergo vobis fuerit manifestatũ, nec illũ qui ministrauit, nec illum qui accepit baptismũ puram habuisse conscientiam, denuo baptizandũ esse cẽsebitis? Nequaquã hoc dicturus, nequaquã facturus es. Baptismi ergo puritas à puritate uel immunditia cõscientiæ, siue dantis siue accipientis oĩno distincta est. Aude ergo iam dicere purę conscientiæ fuisse fraudatorẽ, raptorem, pupillorum, & viduarũ oppressorem, coniugiorum separatorẽ, patrimoniorum alienorũ proditorẽ, venditorem, diuisorem. Aude ẽt dicere puræ cõsciẽtiæ fuisse illos, quos talibus t̃pibus defuisse difficile est si qui forte non p̃p Christum, nec p̃p uitam æternam, sed p̃p amicitias terrenas conciliandas, & cupiditates terrenas satiandas ab illo ut baptizarẽtur ambierunt. Porrò si hos puræ conscientiæ fuisse nõ audes dicere, si quos ex eo numero repereris baptizatos, da eis quã non acceperunt aquã puræ conscientiæ: qđ si non facis define

Marginalia: L; M; A; B; Acto. 1.; Acto. 10; 1. q. 1. c. Dominus

desine aduersus nos iactare qđ non nosti, ne cogaris aduersus nos respondere, qđ nosti.

Cap. 36. Petilianus dixit. Qui vtiq; spiritussanctus in vos venire nō potuit, quos non vel pęnitentiæ baptismus abluit, sed pęnitentia, qđ verū est, a qua polluit traditoris. AVG. rñdit, Traditores quidē non solum nos non probatis, sed nec patres vestri patres nostros probare potuerunt, qui nisi probati essent, nō vtique patres nostri essent ſm tuam superiorē assertionē, quorum non essemus facta secta ti: nec tñ propter eos à consortio diuelleremus vnitatis, & à semine Abrahæ, in quo benedicuntur oēs gentes. Gen. 22. Verumtamen si alia est aqua Christi, & alia est aqua traditoris, quia nō fuit traditor Christus: cur nō alia sit aqua Christi, & alia sit aqua raptoris, qa nec raptor vtiq; fuit Christus? Baptiza ergo tu post raptorē tuum, & baptizabo ego post traditorē, nec meū nec tuum: aut si chartis prolatis credendū est, & meū & tuum. si autem eōioni orbis terrarum magis q̃ parti Donati, non meū, sed tuum. Meliore uero & sanio re srña, quia secundum Apostolicam uocē, Gala. 6. vnusquisq; nostrū proprium onus portabit: nec ille raptor vester est, quotquot nō estis, raptores, nec quisquā traditor aut noster aut vester est quotquot non sumus traditores: & ideo nos sumus catholici, qui secūdū istam sententiam non deserimus unitatem: vos vero hæretici qui propter quorundam hominum crimina seu uera seu falsa, non uultis tenere cum Abrahæ semine charitatem.

Cap. 37. Petilianus dixit, Sed vt hæc ab Apostolis facta præluceāt, eorū actibus edocemur, sicut scriptū est, Facta est aūt dum Apollo Actio. 19 esset Corinthi, Paulus perambulatis superioribus patrib. venit Ephesum. Et cū inuenisset quosdā discipulos, dixit illis, Si spiritumsanctū accepistis credentes? At illi dixerunt, Sed neque si est spūssanctus audiuimus. Dixitq; Paulus, In quo ergo baptizati estis? Et rñderunt dicētes, Ioannis baptismo. Ait aūt Paulus, Ioannes baptizauit baptismo pęnitentiæ, plebi dicens in eū qui uenturus esset post ipsum ut crederent, hoc est in Iesum Christum dñm nostrum. Quo audito, baptizati sunt in nomine dñi Iesu Christi. Et cū imposuisset illis manus Paulus, uenit spiritussanctus super illos, loquebātur aūt uarijs linguis & prophetabant. Et erant oēs viri ferè duodecim. Si igit illi sunt baptizati vt spiritūsanctū reciperent, cur non vos, si sanctū vultis spm sumere, post vestra mēdacia verā ꝑcipitis nouitatē? Qui si male hoc facimus, quare nos q̃ritis? aut certe si crimen est, Paulū primitus condēnate. Qui vtiq; Paulus qđ iam fuerat abluit, nos aūt in uobis qđ nondū est baptizamus, Non. n. vos vt sæpe iā diximus uero baptismate tingitis, sed inani vocabulo falsi baptismatis infamatis. AVG. rñdit, Paulū non accusamus qui dedit hoībus baptismum Xpi, qui nō habebant baptismū Xpi, sed baptismum Ioannis, ſm ipsorū rñsionē. Qui interrogati, in quo baptizati essent, rñderunt, baptismo Ioannis, qui ad baptismū Christi nō pertinet, nec eius pars vlla vel gradus est, alioquin aut interabat aqua baptismi Christi, aut si baptismus Xpi tunc ꝑ duas aquas perficiebat, minus ꝑfectus est modo, quia nō datur illi quæ per Ioannē dabatur: Quodlibet aūt horū impiū & sacrilegū est opinari. Dedit ergo Paulus baptisma Christi eis qui non baptismū Christi habebant, sed Ioannis. Cur aūt illo tꝑe necessarius fuit baptismus Ioannis, qui nunc iā necessarius nō est, & alibi diximus, & nunc ad rē quæ inter nos agit non pertinet, nisi tm̄modo ut uideat q̄ Ioannis baptismus alius fuit, Christi aūt alius: sicut ille baptismus in quo patres nr̄os dicit apostolus baptizatos 1. Co. 10. in nube & in mari, qñ ꝑ Moysen rubrū mare trāsierūt. Lex. n. & Prophetæ vsq; ad Ioannē Baptistā sacramēta habebant prænūciantia rē futurā, nostri vero tꝑis sacramenta ue Luc. 16. nisse cōtestantur, qđ illa uenturū esse prędicabāt. Ioannes itaq; oīum præcedentiū proximus Christi annūciator fuit. Et qa oēs superiorū tꝑum iusti & Prophetæ cupiebant videre cōpletum, qđ reuelāte spiritu futurū esse cernebant, vnde & ipse dñs dicit, Qm̄ Mat. 13. multi iusti & Prophetæ cupierunt uidere q̃ videris & non uiderunt, & audire quæ audi Mat. 11. tis & non audierunt: propterea Ioannes amplius q̃ Propheta dictus est, & in natis mulierū non habuisse maiorem: quia prioribus iustis prænunciare tm̄ Christum cōcessum est: huic aūt prænunciare absentē & uidere pręsentē, ut huic inueniat patuisse qđ illi cupierunt. Et ideo sacramentum baptismi eius

adhuc

adhuc ad prænunciationē Christi pertinet, sed plenè nouissimam: qm̃ vsq; ad illũ fuerunt prænunciationes primi aduentus dñi, cuius aduētus modo annũciationes sunt, iã nõ prænunciationes. Sed dñs humiliatis viã docens, sacra quæ hic inuenit, prænunciationis suæ suscipere dignatus est, nõ ad suæ purgationis adiutoriũ, sed ad nr̃æ pietatis exemplum vt scilicet ostenderet nobis quãta deuotione suscipere debemus ea quæ illũ iam venisse testantur, qñ ipse suscipere non dedignatus est, quæ illũ uenturum figurabant. Et Ioannes ergo quãuis proximus, & infra vnũ annũ, coętaneus tñ cum baptizaret uenienti præibat Christo, pp hoc de illo dictum est, Ecce mitto angelũ meum ante faciem tuã, qui præparabit viam tuã. Et ipse prædicabat dicēs. Venit fortior me post me. Sic ergo circuncisio octauæ diei, quæ patribus data est, prænunciabat iustificationē nostram, ut expoliationem carnaliũ concupiscentiarũ per resurrectionem dñi, quæ post septimum, id est, sabbati diē, octauo die, id est, dominico facta est, qui dies tertius post sepulturã eius occurrit. Eadem tñ prænnnciantem circuncisionem carnis, infans Christus accepit. Et quemadmodũ pascha qđ a Iudæis celebrabat̃ in occisione agni, prænunciabat dñi passionem & transitũ de hoc mundo ad patrē, & ipsum tñ pascha quod erat in eadem prænunciatione, idē dñs cum discipulis suis celebrauit, qñ ei suggesserũt dicentes, Vbi vis paremus tibi pascha? Sic & baptismũ Ioannis, qui erat in proxima eius pręnũciatione, ēt ipse suscepit. Sed sicut aliud est carnis circuncisio Iudæorum, aliud aũt quod octauo die baptizatorũ nos celebramus, & aliud est pascha qđ adhuc illi de oue celebrant: aliud aũt quod nos in corpore & sanguine domini accipimus: sic alius fuit baptismus Ioannis, alius est baptismus Christi. Illis.n. ventura ista pręnunciabantur: istis cõpleta illa pręddicant. Et quãuis illa Christus acceperit, nobis tñ necessaria non sunt, quia ipsum qui p hęc annunciabatur accepimus: Recenti aũt aduentu dñi quisquis illa accepisset, opus ei erat, vt ēt hic imbueretur: quisquis uero his imbutus esset, non opus erat ut retrorsus in illa cogeretur. Quapropter nolite de Ioannis baptismo caliginē facere, cuius causa & rõ siue ista sit quam exposui, siue alia melior certiorq; reddatur, illud tñ manifestum est, aliũ fuisse baptismũ Ioannis, alium Christi: & illũ Ioannis baptismũ appellatum, quod & istorũ quos cõmemorasti rñsio declarat, & sermo ipsius dñi, vbi ait Iudæis, Baptismus Ioannis de cęlo est an ex hoĩbus? Iste aũt baptismus nõ dicitur Cæciliani nec Donati nec Augustini nec Petiliani, sed baptismus Christi. Nã si impudentes nos putas: qa post nos neminē uolumus baptizari, cũ uideamus post Ioãnē fuisse hoĩes baptizatos, qui vtiq; incomparabiliter maior est nobis, nunquid forte Ioannes & Optatus æquales sunt? Ridiculum vr̃, & tamē puto ꝙ nõ eos æquales, sed maiorē credatis Optatum. Post Ioannē quippe Apostolus baptizauit, uos baptizare post Optatum neminem audetis. An qa Optatus in vnitate uestra fuit? Iam hoc quibus præcordijs sustineri possit ignoro, si amicus comitis, cui comes erat deus in unitate dr̃ fuisse, & amicus sponsi præter vnitatē. Quòd si Ioannes maxime in unitate fuit, & non solum Optato, sed oĩbus uobis longe excellentior & maior fuit: & tñ post eum Paulus Apostolus baptizauit, quare uos post Optatum non baptizatis, nisi forte in has angustias uos coarctat cæcitas uestra, ut dicatis Optatum dare potuisse spm̃ sanctũ, Ioannem nõ potuisse? Quod si non dicitis, ne ab ipsis ēt insanis uestra rideatur insania, quid rñsuri estis, cur post Ioannē baptizandi fuerint hoĩes, post Optatũ aũt nemo baptizandus sit, nisi quia illi baptismo Ioannis fuerãt baptizati: quicunq; autem Christi baptismo baptizantur, siue per Paulum baptizentur, siue per Optatũ, nihil distare inter istorũ & illorũ baptismum, cum tm̃ distet inter Paulum & Optatum? Redite ergo præuaricatores ad cor, & nolite ex hoĩum moribus & factis diuina sacramenta pensare. Illa enim p eum facta sunt, cuius sunt: sed digne tractata afferunt præmium, indigne autem tractata iudicium. Et quamuis unum non sint qui dat sacramentum digne & qui indigne tractauit: unum est tamen illud siue digne siue indigne tractetur, non ut ipsum melius vel deterius fiat, sed ad uitam mortemve tractãtium. Illud sanè quod dixisti, quia in illis quos baptizauit post Ioannem Paulus, qđ

Marginal notes: G; Mala. 3.; Mat. 15.; Mat. 3.; Colo. 2.; Luc. 2.; Exo. 12.; Mat. 26.; Mat. 3.; Gen. 17.; H; Exo. 17.; Acto. 9.; Mat. 21.; I; Ioan. 3.; K; Esa. 46.

iam

Acto. 19 iam fuerat abluit, profecto non diceres si aliquãtum cõsiderares quid diceres. Si.n. abluẽdus fuit baptismus Ioãnis, proculdubio sordidus fuit. Quid ergo iam te vrgeam, recole aut lege & vide vñ hoc Ioannes acceperit, reperies in quem effuderis istã blasphemiã: quod cũ repereris, saltem pectus tundatur, si lingua nõ frenat. Iam vero quod eleganter vobis dicere videmini, si male hoc facimus quare nos quæritis? Nõne aliqñ recordamini, quia non quæruntur nisi qui perierunt? An & hoc videre, ad ipsam perditionẽ pertinet? Posset.n. & illa ouis tam absurde pastori dicere, si male facio ꝙ a grege aberro, quare me quæris? non intelligens quare se putat non esse querendam, hanc esse unã causam quare queratur. Quis autem non quærit, siue per scripturas suas, siue per linguas catholicas & pacificas, siue per flagella tẽporaliũ tribulationum, nisi ille qui istam misericordiam nobis dispensat in omnibus? Quærimus ergo vos vt inueniamus: tñ.n. vos diligimus vt viuatis, quãtum uestrũ errorẽ odimus vt intereat qui vos perdit. Atq; utinã sic vos quæramus vt etiã inueniam⁹, & de vno quoq; uestrum gaudẽter dicamus, Mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

Mat. 21. Ioan. 3. Luc. 15.

Cap. 38. Petilianus dixit, Si vos tenere catholicã dicitis, catholicon illud est quod Græce dicitur vnicum siue totum. Ecce in toto non estis, quia in partẽ cessistis. AVG. rñdit, Et ego quidem Græcæ linguæ perparum assecutus sum, & propè nihil: non tñ impudenter me dico nosse ὅλον non esse unum, sed totum, & καθόλον ẽm totum, vñ catholica nomen accepit dicente ipso domino, Non est vestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutem spiritussancti superuenientem in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem & totam Iudæam & Samariam, & usq; in totam terram. Ecce vñ catholica uocatur. Sed ita clausis oculis offenditis in montẽ, qui ex paruo lapide, ẽm prophetiam Danielis, creuit & impleuit uniuersam terram, ut nobis dicatis, ꝙ in partẽ cesserimus & in toto non simus, quorũ communio uniuerso orbi diffunditur. Sed quemadmodum si mihi diceres ꝙ ego sim Petilianus, non inuenirem quemadmodum te refellerem, nisi ut aut iocantem riderem, aut insanientem dolerem: hoc mihi nunc faciendum esse uideo: sed quia iocari te non credo, uides quid restat.

Acto. 1. Dani. 2.

Cap. 39. Petilianus dixit, Sed nõ est pars tenebrarũ cõtra lucẽ, nec pars amaritudinis cũ mel le: nõ est pars uitę cũ morte, nõ est pars innocẽtiæ cũ reatu: nõ est pars aquæ cũ sanguine nec amurcæ cum oleo pars, licet sit feculenta cognatio, sed cũcta reproba defluẽt. Ipsa est sentina uitiorum dicẽte Ioãne. Ex nobis exierunt, sed nõ sunt de nobis. Nã si essent de nobis, permansissent utiq; nobiscũ. Non est aurum cum sordib. suis, omnia preciosa purgantur. Scriptum est nanq;, Sicut aurum probat fornax, ita & iustos uexatio tribulationis. Nõ est pars crudelitas mãsuetudinis, nec religio sacrilegii, nec pars Macarii penitus põt esse nostra, qa ritus nrĩ similitudinẽ maculat. Acies nãq; inimica nõ pars est, quę implet nomẽ hostile, q̃ si vere pars dr̃, sentẽtiã cõgruã Salomonis incurret. Pereat pars eorũ de terra. AVG. rñdit, Hæc verba iactare & nihil probare, qd est nisi delirare? Attẽdis zizania per mũdũ, & triticũ nõ attendis, cũ per totũ utraq; iussa sint crescere. Attẽdis semen maligni quod tp̃e messis separabit, & nõ attendis semen Abrahæ in quo bñdicũtur oẽs gentes. Quasi uero uos iam sitis massa purgata, & mel syncerũ & eliquarũ oleũ, & aurum purũ, nec ipsa ipẽs dealbati parietis. Vt.n. de uitiis cæteris taceam, nunquid ebriosi partem faciunt sobriorum? aut deputantur auari in parte sapientum? Si mansueti homines lucis uocabulum tenent, furor Circumcellionum vbi nisi in tenebris deputabitur? Cur ergo ꝑ tales baptismus datus apud vos valet, & per quoslibet in orbe terrarum idem Christi baptismus non ualet? Cernis nempe ad illud vos esse ab orbis terrarũ cõmunione separatos, ut non quidem sitis oẽs ebriosi, nec omnes auari, nec omnes uinolẽti, sed omnes hęretici, ac per hoc omnes impij, & omnes sacrilegi. Quod autem uniuersum orbem terrarum Christiana societate gaudẽtem Macarii partem uocatis, quis hoc sano cerebro diceret? Sed quia vos de parte Donati esse dicimus, quæritis hominem, de cuius parte nos esse dicatis: & in magnis angustiis nominatis nescio quem si forte in Aphrica cognitum, in aliis autem orbis partibus

1. Ioã. 2. Ecclesiastici. 27. Mat. 13. Gen. 22. Act. 13.

tibus ignotum. Quapropter ecce rñdet uo-
bis vniuersum semẽ Abrahę de uniuersa ter
ra. Macariũ istũ de cuius parte nos dicitis, oĩ
no nõ nouimus. Rñdete vicissim nõ vosnos
se Donatum: sed & si partem Optati uos es
se dicamus, quis uestrum põt dicere, nescire
se Optatũ, nisi forte facie, sicut nec Donatũ?
Sed gaudetis videlicet de nomine Donati,
nũquid & de noĩe Optati? Quid ergo vobis
prodest Donatus, cum vos oẽs coinquinaue
C rit Optatus? Quid uobis prodest sobrietas
Donati, cum Circumcellionum ebrietate
polluamini? Quid uobis prodest ẽm vestrã
opinionem innocentia Donati, cum Optati
rapacitate maculemini? Hic .n. est error ve-
ster, vt amplius putetis ualere iniquitatẽ ho
minis ad alium cõtaminandũ, q̃ iustitiã ho
minis ad alium purificandũ. Itaq; si duo pa-
riter diuina sacramenta cõmunicent, vnus
iustus, alius iniquus, sed ita vt nec iste illius
iniquitatẽ, nec ille huius imitetur iustitiam:
non dicitis ex hoc fieri ambos iustos, sed am
bos iniquos, ita ut & illud sanctũ quod pari
ter sumunt, immundum fiat; & amittat pro
priã sanctitatẽ. Vbi sibi inuenit tales aduoca
tos iniqtas, quib. delirãtib. ita victrix putet,
Vt quid ergo uobis plauditis de noĩe Dona
ti in tanto peruersitatis errore, ubi nõ Peti-
lianus quidẽ esse meretur qd' Donatus, sed
ipse Donatus esse cogitur, qd' Optatus? Di-
cat autem domus Israel, Pars mea dñs: dicat
Psal. 15 semen Abrahę in omnib. gentibus, Domi-
nus pars hæreditatis meæ. Nouit .n. qũo di-
cat in Euangelio, gloriæ beati dei, Nã & vos
per sacramentum quod in vobis est sicut
Caiphas dñi persecutor, nescientes prophe-
D tatis. Quod .n. Græce μακάριος Latine beatus
est, Ita plane de parte Macarii sumus. Quid
.n. est Christo beatius, cuius sumus, ad quẽ
commemorantur & conuertuntur uniuersi
Psal. 21. fines terræ, & in cuius cõspectu adorãt uni
uersæ patriæ gentiũ? Itaq; maledictionẽ tuã
ultimã in peruersum de Salomone usurpa-
πατριαι tã, non timet pars huius Macarij, id est, hu-
ius beati, ne pereat de terra. Quod .n. dictum
est de impiis, hoc uos ad Christi hęreditatẽ
cõuertere conamini, & hoc esse factum ne-
phanda impietate contenditis. Cum .n. de
Psal. 2. & 21. impiis ille loqueretur, ait, Pereat pars eorum
de terra. Cũ ãt uos dicitis illud qd' scriptum
est, Dabo tibi gentes hęreditatẽ tuã, & com
memorabunt & cõuertent ad dñm vniuersi
fines terræ: iã istã promissionẽ periisse de ter
ra, in Xp̃i hęreditatẽ retorquere uultis, quod
de sorte prędictũ est impiorũ: sed manente
atq; crescẽte Xp̃i hrẽditate, cũ ista dicitis non
peritis, Nõ .n. vbiq; p sacramẽtũ dei pphe ta
tis, qñquidẽ his per uestram insaniam male
optatis. Sed plus ualet pdictio Prophetarũ,
quàm maledictio Pseudoprophetarum.

Cap. 40. Petilianus dixit, Paulus quoq; Apostolus
E clamat, Nolite iugum ducere cum infideli-
2. Cor. 6. bus. Quæ .n. participatio iustitiæ cũ iniquita
te? aut q̃ societas luminis cũ tenebris? Quæ
aũt conuentio Xp̃i ad Belial? aut quę pars fi
deli cum infideli? AVG. rñdit, Verba Apo-
stoli agnosco, sed quid te adiuuent omnino
non video. Quis .n. nostrum dicit esse partici
pationẽ iustitiæ cũ iniquitate, etiã si iustus
& iniquus, sicut Iudas & Petrus, pariter sa-
cramẽta cõmunicẽt? Ex una qppe re sancta
Iudas sibi sumebat iudiciũ, Petrus salutẽ: si-
cut tu si dissimilis eras cũ Optato sacramẽtũ
sumebas, & raptor sicut ille nõ eras. An rapi
na iniqtas nõ est? Quis ita ĩsaniat vt hoc di-
cat? Quę ergo participatio iustitiæ tuæ cũ il
lius iniqtate, qñ ad vnũ accedebatis altare?

Cap. 41. Petilianus dixit, Et iterum docuit ne schis
mata nascerentur, Dico aũt uobis, qd' vnus
1. Cor. 1 quisq; vestrum dicit, Ego quidem sum Pau
li, ego aũt Apollo, ego uero Cephæ, ego aũt
Xp̃i. Nunquid diuisus est Christus? Nũquid
Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomi
ne Pauli baptizati estis? AVG. rñdit, Memẽ
tote qui hoc legitis, Petilianus ex Apostolo
ista commemorat, quando .n. crederetis sic
eum pro nobis contra se dicere?

F
Cap. 42. Petilianus dixit, Si rudibus, si iustis Pau-
lus hæc dixit, ego uobis iniustis hæc dico.
Nunqd diuisus est Christus ut vos ab eccle
sia scinderetis? AVG. rñdit, Vereor ne quis-
quã in hoc ope nr̃o scriptorẽ arbitret erras
se & illic fecisse, Petilianus dixit: vbi debuit
facere, Aug. respõdit: sed video quid egeris,
quasi præoccupare uoluisti ne nos ista dice
remus, Sed quid fecisti nisi ut bis dicantur?
Si ergo sic te delectat audire quæ sunt aduer
sus vos vt ea dicũtur, audi illa peto a me Pe-
tiliane: Nunquid diuisus est Christus ut vos
ab ecclesia scinderetis?

Petilia-

Cap. 43. Petilianus dixit, Nũquid pro vobis Iudas traditor laqueo ſuo mortuus eſt, aut eius vos morib. tingitis, cuius facta ſectãtes raptis theſauris Eccleſiæ nos Xpi hæredes ꝓtãtibus ſeculi venundatis. AVG. rñdit, Nõ pro nobis Iudas, ſed Xps mortuus eſt. Cui dicit Eccleſia toto orbe diffuſa, Rñdeam exprobrãtibus mihi verbũ, qm̃ in verba tua ſuperſperaui. (Pſ. 118.) Cum ergo audiam verba dñi dicentis, Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & in totã Iudæã & Samariã, & vſq; in totã terrã: (Act. 1.) Et per Prophetam, In oẽm terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ: (Pſal. 18.) malorum cõmixtio corporalis me nulla ꝑturbat, ſed noui dicere. Suſcipe ſeruum tuũ in bonum, non calũnientur me ſuperbi. (Pſ. 118.) Non ergo curo vanũ calumniatorẽ, quia idoneũ teneo promiſſorem. Si autẽ de rebus uel locis eccleſiaſticis quos tenebatis & nõ tenetis querimini, poſſunt & Iudæi ſe iuſtos dicere, & iniquitatẽ nobis obijcere, qa locũ in quo impie regnauerunt, modo xpiani poſsident. Quid ergo indignũ ſi ea quæ tenebant hæretici, ſm̃ parẽ dñi uoluntatẽ catholici tenent? Ad oẽs.n. ſimiles, id eſt, ad oẽs impios & iniquos illa vox dñi valet, Auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti iuſtitiã. (Mat. 21.) An fruſtra ſcriptũ eſt, Laboꝭ impiorũ iuſti edẽt? (Pſ. 113.) Qua ꝑ ꝑmagis mirari debetis, ꝙ adhuc tenetis aliquid, q̃ ꝙ aliquid amiſiſtis. Sed neq; hoc miremini, paulatim.n. cadit paries dealbatus. (Act. 23.) Reſpicite tñ Maximinianiſtas, quę loca tenebãt, & qbus inde agẽtibus & expugnãtibus pulſi ſint. Et ſi hoc pati iuſtitia eſt, & facere iniquitas, aude loqui ſi potes. Primo qa uos feciſtis, illi paſsi ſunt: deinde quia ſm̃ regulã iuſtitiæ huius tu inferior inueneris. Illi.n. ꝑ iudices à catholicis imperatorib. expulſi ſunt ex locis antiqs, tu aũt nec ꝑ ipſorũ Imperatorũ iuſſa de baſilicis expelleris vnitatis. Vnde? niſi qa minoris meriti es, non ſolũ cæteris collegis tuis, ſed ẽt iſtis ipſis, quos certè vt ſacrilegos plenarij cõcilij vr̃i ore dãnaſtis.

Cap. 44. Petilianus dixit, Nos.n. vt ſcriptũ eſt, baptiſmo nr̃o Chriſtum induimus traditũ, uos vr̃o contagio Iudã induitis traditorẽ. (Gala. 3.) AVG. rñdit, Poſſem & ego dicere, vos veſtro cõtagio Optatũ induitis proditorẽ, raptorem, oppreſſorẽ, ſeparatorem: ſed abſit vt cupiditas reddendi maledicti me prouocet ad aliquã falſitatẽ: nec vos.n. illũ induitis, nec nos iſtũ. Itaq; ſi quis ad nos veniens in noĩe Optati ſe baptizatũ eſſe rñdeat, & baptizetur in nomine Chriſti, & uos quotquot à nobis uenientes baptizaſtis, ſi in noĩe traditoris ſe baptizatos dixerant, nõ reprehendimus qđ feciſtis: ſi aũt in Chriſti noĩe baptizati erant, nõ uidetis quanto errore arbitremini uarietate humanorũ uitiorum diuina ſacramenta variari, aut in te cuiuſquã ſordibus pollui.

Cap. 45. Petilianus dixit, Sed ſi iſtæ ſunt partes, nihil nobis præiudicãt noĩa cum paucis. Duæ nanq; viæ ſunt, una anguſta, qua pergimus: alia eſt impijs, qua peribunt, & tñ longe diſcernitur vocabuli æqualitas, ne via iuſtitiæ conſortio noĩs maculetur. AVG. reſpondit, Timuiſti cõparatã multitudinis ueſtræ multitudinem orbis terrarũ, & ad paucitatis laudem per anguſtam uiam gradientẽ te conferre voluiſti. Vtinam non ad eius laudẽ, ſed ad ipſam viam te contuliſſes, profecto cõſpiceres eandẽ paucitatem in Eccleſiã eſſe omnium gentium, ſed paucos dici iuſtos in cõparatione multorũ iniquorum: ſicut in comparatione paleæ poſſunt pauca grana dici vberrimæ ſegetis, quæ tñ per ſeipſa in maſſam redacta implent horreum. Nam ſicut in tribulationibus amiſſorum locorum, ſic etiã in paucitate, ſi in his putas eſſe iuſtitiam, te ipſi Maximinianiſtæ ſuperabunt.

Cap. 46. Petilianus dixit, Primo Pſalmo Dauid beatos & impios ſeparat, non partes ſcilicet faciens, ſed ab oĩbus impijs ſeparans ſanctitatem, Beatus vir qui nõ abijt in concilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit. (Pſal. 1.) Ad viã iuſtitiæ redeat, qui errauerat ut periret. Et ſuper cathedrã peſtilentiæ nõ ſedit, cum ita cõmoneat o miſeri qui ſedetis. Sed in lege dñi uoluntas eius, & in lege dñi meditabitur die ac nocte. Et erit uelut lignũ qđ plantarũ eſt circa decurſus aquarũ: quod fructũ ſuum dabit in tp̃e ſuo. Et folium eius non decidet, & oĩa quæcunque fecerit proſpera procedent. Non ſic impij non ſic, ſed tanq̃ puluis quẽ proijcit uentus à facie terræ, implet oculos vt excęcet. Propterea non exurgẽt impij in iudicio, neq; peccatores in concilio iuſtorum. Quoniam ſcit dñs uias iuſtorum, & iter impiorum periet. AVG. rñdit, Quis nõ in ſcripturis diſcernat hæc duo genera

nera

nera hoīum,ſed uos maledicti paleæ crimi-
na ēt frumentis obijcitis, & cum ſola palea
ſitis,ſolum frumentū vos eſſe iactatis. Pro-
phetæ aūt ueridici utrunq; hoc genus ante
ventilationem quæ in die iudicij futura eſt,
permixtū eſſe dicunt per totum mūdum: id
eſt,per totum agrum domini. Veruntamen
admoneo ut iſtū primum Pſalmum Græce
legas, ita non audebis pro crimine obijcere
orbi terrarum partē Macarij,quia forte intel
ligeres cuius Macarij, ſi pars in oībus ſan-
ctis,quæ per oēs gentes benedicuntur in ſe-
mine Abrahæ.Quod.n.ſcriptum eſt Latine,
Beatus uir. Græce habet μακάριος ἀνήρ. Ille
aūt Macarius qui uobis diſplicet, ſi malus
fuit, nec in hac forte eſt, nec huic ſorti ob-
eſt Si autem bonus,opus ſuum probet,ut in
Gal.6. ſeipſo habeat gloriam & non in altero.

Cap.47. Petilianus dixit, Noſtri autē baptiſmatis
laudes idē Pſalmographus decantauit, Dn̄s
paſcit me,& nihil mihi deerit,ī loco paſcuæ
ibi me collocauit. Super aquam refectionis
Pſal.22. educauit me aīam meam cōuertit. Deduxit
me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen
ſuum:Nam & ſi ambulauero in medio um-
bræ mortis,ſi me in quit, perſecutor occidat,
non timebo mala,qm̄ tu mecū es, Virga tua
& baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.Inde
1.R.16. uicit Goliā oleo chriſmatis loricata. Paraſti
in conſpectu meo mēſam, aduerſus eos qui
tribulāt me.Impinguaſti in oleo caput meū,
& calix tuus inebrians perquā optimus, Et
miſericordia tua ſubſequet̄ me oēs dies ui-
tæ meæ. Vt inhabitē in domo dn̄i,in longi-
tudine dierum. AVG.rn̄dit, Iſte Pſalmus de
M his loquitur, qui bene ſuſcipiunt baptiſmū,
Acto.8. & ſancto ſancte utuntur. Non.n.hæc uerba
iſta ēt ad Simonem magū pertinent, qui tn̄
eundem ſanctum baptiſmū accepit: & quia
eo ſancte uti noluit, non ideo illū inquina-
uit, aut repetendū talibus docuit, Sed quia
Goliæ commemorationē feciſti, attende il-
lum de ipſo Golia Pſalmū, & uide quia in
Pſal.32. cātico nouo depictus eſt: ibi.n.dr̄, Deus can
ticum nouum cantabo tibi, in pſalterio de-
cem chordarū pſallam tibi. Et uide utrū ad
hoc canticū pertineat,qui orbi terrarū com
Pſal.95. municat. Alibi enim dicitur,Cantate domi-
no canticum nouum,cantate dn̄o oīs terra.
Omnis ergo terra,in cuius unitate nō eſtis,
cantat cāticum nouum,& omnis terræ ſunt
quoq; uerba iſta, Dominus paſcit me,& ni- *Pſal.22.*
hil mihi deerit &c. Non ſunt hæc uerba ziza
niorum, quāuis uſq; ad meſſem in una ſege
te tolerentur. Nō ſunt uerba paleæ ſed triti- *Mat.13.*
ci, quamuis eadem pluuia ſimulque nu-
triantur, eadem area ſimulque triturentur,
donec ultimo uenlilabro abinuicē ſegregen
tur. Quæ duo utiq; cōiter unum habent ba- *Mat.3.*
ptiſmum,quamuis non ſint unum. Sed & ſi
pars ueſtra eſſet Eccleſia dei, certe fatereris A
iſtum Pſalmū non ibi pertinere ad furioſas
cateruas Circuncellionum. Aut ſi & ipſi per
ſemitas iuſtitiæ deducuntur, quare negatis
eos comites ueſtros eſſe, cū uobis obijciun
tur, quamuis plerūq; paucitatē conciſionis
ueſtræ, non uirga & baculus dei, ſed fuſtes
eorū conſolentur, quibus uos & aduerſus le
ges Romanas tutos eſſe arbitramini: in quas
incurrere quid eſt aliud quam ambulare in
medio umbræ mortis? Sed non timet mala
cum quo dn̄s eſt. Certe tn̄ non audebis dice
re ēt iſtorum furioſorum eſſe uerba, quæ in
hoc Pſalmo cantantur, & tn̄ habere eos ba-
ptiſmum,non ſolū confitemini, ſed ēt profi
temini. Nō dicunt ergo iſta niſi qui aqua ſan
cta reficiuntur,ſicut oēs iuſti dei,non qui ea
male utendo ſubuertuntur,ſicut magus ille
à Philippo baptizatus, & tn̄ ipſa in utriſque *Acto.8.*
una ſancta eſt. Nō dicunt iſta niſi qui ad dex
teram pertinebunt,ſed tn̄ eadem paſcua ſub
vno paſtore & oues & hirci paſcunt̄,donec *Mat.25.*
vt debita recipiātur,ſegregentur. Non dicūt
iſta niſi qui de menſa domini uitam ſumunt
ſicut Petrus,non iudiciū ſicut Iudas: & ta-
men ipſa utriq; fuit una, ſed non utriq; ua-
luit ad unum,quia ipſi non erant unū. Non
dicunt iſta, niſi qui oleo ſancto etiam in ſpi B
ritu beatificantur,ſicut Dauid,non qui in ſo
lo corpore conſecrantur,ſicut Saul: & tamē
cum ambo unum ſumpſiſſent, non eis im-
par ſacramentum, ſed impar meritum fuit.
Non dicunt iſta niſi qui calicem domini in
vitam æternā mutata mente ſuſcipiunt,non
qui iudicium ſibi manducant & bibunt, ſi-
cut Apoſtolus ait,& tamen utriq; non vnus *1.Co.11.*
calix ille vnus eſt, inebriās ad capeſſenda cę
leſtia martyres, non ad funeſtanda præcipi-
tia Circumcelliones. Memento ergo ſacra- *1.q.1.c.*
mētis dei nihil obeſſe mores malorū homi- *Dominus*

num

nům quò,illa uel omnino nõ sint, uel min᷒
sancta sint, sed ipsis malis hominib. & hæc
habeant ad testimonium dãnationis,non ad
adiutoriũ sanitatis. Saltẽ quippe ipsa verba
vltima Psalmi huius cõsiderare debuisti, &
ꝑꝑ eos qui baptismo accepto apostatant in-
telligere nõ ab omnib. qui sanctũ baptisma
Psal. 22.
accipiũt posse dici, Vt inhabitem in domo
dñi in lõgitudine dierũ:& tñ siue permanẽ-
C
tibus siue lapsis,cum ipsi non sint unum,ba
ptismus unus est: & cum ipsi non utriq; san
cti sint, baptimus in utrisq; sanctus est:quia
& apostatæ si redeant,non quasi eum amise
rint baptizantur, sed quod in se permanenti
iniuriam fecerint humiliantur.

Cap. 48.
Petilianus dixit. At ne uos sanctos esse di
catis, primũ id assero qa qui nõ fuerit inno
cẽs,nõ habet sanctitatem. AVG. rñdit,Ostẽ
de nobis tribunal vbi sedisti, vt ante te staret
orbis terrarũ,& quib. oculis,nõ dico cõsciẽ
tias omniũ,sed vel actus inspexisti & discus
2. Co. 12
sisti,ut eum perdidisse innocẽtiã iudicares.
Ille qui raptus est vsq; in tertiũ cęlum,dicit,
1. Cor. 4.
Sed neq; ego meipsum dijudico,& tu de v-
niuersa terra qua hæreditas Christi dilatatur
audes ferre sentẽtiã? Deinde si satis absolutũ
tibi ur̃,quod dixisti, Qui nõ fuerit innocens
1. Re. 10
nõ habet sanctitatẽ. Quæro si non habebat
1. q. 1. c. Dominus
Saul sacramẽti sanctitatẽ, quid in eo Dauid
uenerabatur? Si autem habebat innocẽtiam,
quare innocẽtẽ persequebat̃? Nam eum ꝑꝑ
sacrosanctam unctionẽ & honorauit viuum
& vindicauit occisum. Et quia uel pannicu-
1. Re. 24
lũ ex eius ueste ꝑscidit, ꝑcusso corde trepi-
dauit. Ecce Saul nõ habebat innocentiam,
& tñ habebat sanctitatẽ,nõ uitæ suę, sed un
ctiõis:nã hoc sine innocẽtia nemo p̃t,sacra-
D
mẽti dei qd̃ & in malis hoĩbus sanctũ est.

Cap. 49.
Petilianus dixit, Nã si legẽ perfidi nostis,
sine iniuria ipsius legis hęc dixerim, hanc &
diabolus nouit. Nãq; dño deo in cã Iob iu-
sti,quasi iustus ita de lege rñdit, sicut scriptũ
Iob. 2.
est, Dixit dñs diabolo, Respexisti in puerum
meũ Iob, quia nõ est similis illi in terra, hõ
sine malitia, verus dei cultor, abstinens se ab
oĩ malo, ꝑseuerãs in simplicitate, tu ãt peti-
sti ut omnem rem illius perderes sine cã. Et
respondit diabolus & dixit dño, Corium ꝓ
corio,& omne quodcunq; habuerit hõ pro
aĩa sua dabit. Ecce legaliter loquitur qui ni-
titur cõtra legẽ. Et iterũ dñm Xp̃m sermoni-
Matt. 4.
bus suis sic ausus est attentare, sicut scriptũ
est, Assumpsit diabolus Iesũ in sanctã ciuita
tẽ,& statuit eũ sup pinnã templi, & dixit ei,
Mitte te deorsum. Scriptũ est.n. Quia ange-
Psal. 90.
lis suis mandauit de te, ut manib. tollãt te, ne
forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait Iesus,
Iterũ scriptũ est. Nõ tentabis dñm deũ tuũ.
Deu. 6.
Nostis, inquã, sicut diabolus legẽ, qui in suis
conatib. uincit̃,& in actib. erubescit. AVG.
E
rñdit, Possem quidem quærere abs te, in qua
lege scripta sunt uerba quæ diabolus dixit,
cũ sanctũ virũ Iob apud deũ criminaret̃, si
hoc mihi esset propositũ demõstrare legem,
quã dicis diabolũ nosse, teipsum non nosse:
sed qa nõ inde inter nos q̃stio est, hoc p̃ter-
mitto. Si aũt conatus es oñdere diabolũ legi
speritũ, quasi nos dicamus oẽs qui uerba le-
gis nouerũt iustos esse. Quid ergo te adiuuet
quod de diabolo cõmemorare uoluisti, non
video, nisi forte ut nobis veniret in mentẽ,
qũo ipsum diabolũ vos imitamini. Sicut.n.
ille contra latorẽ legis proferebat verba le-
gis, sic & vos ex verbis legis accusatis homi
nes, quos ignoratis, vt dei ꝓmissis q̃ in ipsa
lege scripta sunt resistatis. Deinde vellẽ mi-
hi diceres, Confessores illi uestri qñ seipsos
præcipitant, cui dicãt martyriũ, utrũ Xp̃o, q
talia suggerentem diabolũ repulit, an potius
ipsi diabolo, qui talia Christo facienda sug-
gessit? Duæ sunt maxime uiles atq; usitatæ
mortes eorum, qui seipsos interimunt, la-
23. q. 5. c. Tu dixisti.
queus & præcipitium. Tu certe dixisti in pri
mis partib. huius Epistolæ, Laqueo traditor
periit, laqueũ talib. dereliquit: hoc ad nos oĩ
F
no non pertinet. Neq;.n. ueneramur nomi-
ne martyrum eos qui sibi collũ ligauerunt.
Quãto ãt nos probabilius in uos dicimus,
magister traditoris diabolus ꝑcipitium Xp̃o
suadere uoluit,& repulsus est. Quid ergo di
cẽdi sunt, quibus hoc suasit & auditus est?
Quid.n. nisi inimici Xp̃i, amici aũt diaboli,
discipuli seductoris, cõdiscipuli traditoris?
Spõtaneas.n. mortes ab vno magistro utriq;
didicerunt, ille laqueum, isti præcipitium.

Cap. 50.
Petilianus dixit, Sed vt vestra singula
destruamus, si sacerdotes vos dicitis, sic
a Domino Deo dictum est per Prophetam,
Vltio Domini super falsos sacerdotes.
AVG. respondit, Quære potius quid ve-

rum

rum dicas, non unde male dicas, & quid doceas, non quid obiicias.

Cap. 51. Petilianus dixit, Si cathedrã uobis miseri vẽdicatis, ut superius diximus, habetis illam profecto quam Dauid propheta psalmographus pestilentię cathedrã pronunciauit, uobis.n. iuste relicta est, quia in ea sancti sedere non põt. AVG. rñdit, Et hęc non uides non aliqua esse documẽta, sed vana conuitia. Hoc.n. est illud quod pauloante dixi, Verba legis dicitis, sed in quos dicatis non attenditis: sicut diabolus uerba legis dicebat, sed cui diceret nõ agnoscebat. Ille caput nostrũ sursum ascẽsurũ, deorsum uolebat deijcere: uos aũt corpus eiusdẽ capitis, quod p totam terram diffusum est, ad exiguam partẽ vultis redigere. Certe ipse pauloante dixisti, nos legẽ nosse & legaliter loqui, sed in actibus erubescere. Dicis quidem ista nihil probans, sed & si de aliquib. probares, de his cęteris non pręscriberes. Veruntñ si oẽs per totum orbem tales essent, quales uanissime criminaris, cathedra tibi q̃d fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in quã hodie Anastasius sedet: vel Ecclesię Hierosolomitanæ, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioãnes sedet, quib. nos in catholica vnitate cõnectimur, & a quib. vos nephario furore se parastis? Quare appellas cathedrã pestilentię cathedrã Apostolicã? Si p p hoĩes, quos putas legẽ loqui & nõ facere, nũquid dñs Iesus Christus propter Pharisęos, de quib. ait, Dicunt.n. & non faciunt, cathedrę in qua sedebant ullã fecit iniuriã? Nõne illã cathedram Moysi cõmendauit, & illos seruato cathedrę honore redarguit? Ait .n. Cathedram Moysi sedẽt, quæ dñt facite, quę aũt faciunt facere nolite: dicũt.n. & non faciunt. Hæc si cogitaretis, non p p hoĩes quos infamatis blasphemaretis cathedrã Apostolicam cui non communicatis. Sed quid est aliud q̃ nescire dicere, & tamen non posse nisi maledicere?

Petrus pontifex Roman.

Mat. 23

Cap. 52. Petilianus dixit, Si sacrificia vos facere iudicatis, de uobis quippe nequissimis Deus ipse sic dicit, Facinorosus, inquit, sacrificat mihi uitulum, quasi canem occidat, & qui ponit similaginem, quasi sanguinem porcinum fundat. Scitote uestrum sacrificium, qui sanguinem humanum iam fudistis. Et iterum, Sacrificia eorum quasi panis luctus omnis qui mãducabit ex illo inquinabitur. AVG. rñdit, nos dicimus tale cuiq; sacrificium fieri, qualis accedit ut offerat, & qualis accedit ut sumat, & eos de sacrificiis talium manducare, qui ad illa tales accedũt, quales & illi sunt. Itaq; si offerat deo malus, & accipiat inde bonus, tale cuiq; esse qualis quisq; fuerit, quia & illud scriptum est, Omnia mũda mundis. Per hanc sententiam veridicã & catholicam etiam uos Optati sacrificio non estis polluti, si facta eius displicebant uobis. Nam utiq; panis illius panis luctus erat, sub cuius iniquitatib. Aphrica tota lugebat: sed panem luctus omnib. vobis communẽ esse omnium uestrum malum schismatis facit. Nam s̃m concilij vestri sententiã Felicianus Musticanus humanũ sanguinẽ fudit, Dixistis.n. cum eos dãnaretis, Veloces pedes eorum ad effundendũ sanguinẽ. Vide ergo quale sacrificiũ offerat, quẽ sacerdotẽ habetis cũ eum sacrilegũ damnaueritis, & si hoc vobis nihil obẽe arbitramini, rogo uos, vanitas calũniarũ vestrarum quid oberit orbi terrarũ?

Esa. 66.

Osee. 9.

1. q. 1. c. Dõinus.

Titũ. 1.

Psal. 13.

Cap. 52. Petilianus dixit, Si precem domino facitis aut funditis orationem, nihil uobis penitus prodest, Vestras.n. debiles preces cruẽta vestra cõsciẽtia vacuat, quia dominus deus puram magis conscientiam q̃ preces exaudit, domino Christo dicente. Non omnis q̃ dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorum, sed is qui facit uolũtatem patris mei qui in cœlis est. Voluntas dei utiq; bona est, nam ideo in sacra oratione sic petimus, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: vt q̃a bona eius uoluntas est, nobis quæ bona sunt largiat. Vos ergo uoluntatem dei non facitis, quia mala quotidie perpetratis. AVG. respondit, Ista omnia si & nos in uos dicamus, nonne qui nos audierit, insanos potius litigatores q̃ Christianos disputatores, si ipse sanus est, iudicabit? Non ergo reddimus maledictum pro maledicto, Seruum enim domini non oportet litigare, sed esse mitem ad omnes, docibilem, in modestia corripientẽ diuersa sentientes. Si ergo uobis obiicimus eos qui mala apud uos quotidie perpetrãt, inepte litigamus, alios ex aliis accusantes. Si autem uos admonemus, ut sicut illa vobis non multis obiici, sic nobis nõ obiiciatis aliena, in modestia uos corripimus, si qui aliquando

Matt. 7.

Matt. 6.

1. Pet. 2.
2. Ti. 2

aliqñ resipiscatis. Petilianus dixit, Si vero forte, qd' nescio dæmonia pellitis, nec fidei vobis proderit, qa nec fidei vestræ, nec meritis cedūt ipsa dæmonia, sed in noīe dñi Iesu Christi pelluntur. AVG. rñdit, Gratias deo, quia tandē cōfessus es posse valere inuocatū nomen Xpi ad aliorū salutē, etiā si a peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige cū Xpi nomē inuocatur, nō obesse aliorū saluti aliena peccata. Nos autem qūo inuocemus nomē Christi, non tuo iudicio nobis opus est, sed ipsius qui inuocat a nobis. Solus.n.pōt nosse quo corde inuocet. Ex eius tñ uerbis certi sumus ab oībus gētib. eū salubriter inuocari quæ benedicūtur in semine Abrahę. [L]

[*Cap.55.*] Petilianus dixit, Et si prorsus virtutes & mirabilia faciatis, pp vestrā nequitiam, nec sic uos dñs nouit, dño ipso dicente, Multi dicent mihi in die illo, Dñe dñe, in noīe tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus. Tunc dicam illis, qm̄ non noui vos, Discedite a me operarii iniquitatis. [*Matt.7.*] AVG. respondit, Agnoscimus verba domini. Hinc & Apostolus ait, Si fidem habeam ita vt mōtes transferam, charitatem autem nō habeā, nihil sum. [*Co.15*] Hic ergo quærendum est quis habeat charitatem: inuenies non esse nisi eos qui diligunt unitatem. Nam de exclusione dęmonum, & de potentia miraculorum, quoniā pleriq; talia non faciunt, & tñ ad regnum dei pertinent: pleriq; autem faciunt, & non pertinent: nec nostri, nec vestri debent gloriari, si qui forte ista possunt: quādo quidem nec Apostolos qui vere ista salubriter atq; vtiliter poterāt, voluit dominus gaudere de talibus qñ eis ait, Nolite in hoc gaudere quod dæmonia vobis subiecta sint: gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlo. [*c.10.*] [M] Quapropter ista quæ ex Euāgelio posuisti, & ego tibi possem dicere, si te viderem signorum virtutes operantem: & tu mihi, si me talia facientem uideres. Non ergo vobis dicamus quæ possunt & ex alia parte dici & remotis ambagibus: quoniam Vbi sit ecclesia Christi, quærimus ipsum qui eam suo sanguine redemit, audiamus dicentem, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samariam, & vsq; in totam terram. [*Io.1.*] Huic ecclesiæ quæ per totam terrā diffunditur, quisquis nō communicat cui non cōmunicet vides, si cuius verba ista sint audis. Quid est aūt demētius q̄ sacramētis dñi communicare, & verbis dñi non communicare? [*Luc.13.*] Hi vtiq; dicturi sunt. In nomine tuo mādūcauimus & bibimus: & audituri, Non noui vos: qui corpus eius & sanguinē in sacramēto manducāt & bibūt, & mēbra eius toto orbe diffusa in Euāgelio nō agnoscūt, & ideo cum eis in iudicio non cōputantur.

Petilianus dixit, Qm̄ & si vt ipsi putatis, dñi legem pure sequimini, de ipsa lege sanctissima legaliter disputemus. Dicit Apostolus Paulus, Bona est lex si quis ea legitime utatur, [*1.Ti.1.*] Lex ergo qd dicit? Nō occides. [A] [*Exod.20*] Qd' semel fecit Cain parricida, vos fratres sępi⁹ occidistis. [*Gen.4.*] AVG. rñdit, Similes vobis esse nolumus, nam non desunt quę dicantur, sicut & tu ista dicis: & quæ sciātur, nā ista tu nescis: & quæ oñdantur, nā tu ista non oñdis.

[*Cap.57.*] Petilianus dixit. Dictum est, Nō mœchaberis: [*Exod.20*] vnusquisq; vestrū si carnaliter castus sit, spiritaliter mœchus est, quia adulterat sanctitatem. AVG. respōdit. Possunt hęc in quosdā veraciter dici, & nostros: q si vtrisq; nostrū displicēt, nec nři nec vestri sunt. Sed tu qd' in quosdam dicis, & nec in ipsis probas, pro eo uis accipi ac si probaueris, non in aliquibus qui degenerant a semine Abrahæ, sed in omnibus gentibus quæ benedicūtur in semine Abrahæ.

[*Cap.58.*] Petilianus dixit, Dictū est, Falsum testimoniū nō reddes: [*Exo.20.*] Cū regib. seculi vos vřa tenere mētimini, nōne falsa * cōflatis? [*Al. vestra.*] Aug. rñdit, Si nō sunt vestra quæ tenetis, nec illa erāt vestra q̄ à Maximinianistis recepistis. Quod si propterea illa vestra erant, quia illi sacrilegum schisma fecerūt, nō communicādo parti Donati: attēde quæ loca teneatis, & cuius hřditate cōmunicetis, & cogitate non regib. seculi, sed regi Xpo quid rñdere possitis. [B] De illo dictū est, Dominabit à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarū. [*Psal.71*] Quo vtiq; flumine, nisi vbi baptizatus est, & vbi super eum colūba descēdit, magnum charitatis & vnitatis indiciū? [*Matt.3.*] Vos autem huic vnitati non communicatis & adhuc loca vnitatis tenetis, & inuidiam nobis regibus seculi facitis, cum per iussa proconsulum de locis partis Donati schis-

maticos vestros expuleritis. Non sunt hæc verba p inane volantia, hoïes viuunt, ciuitates testãtur, gesta procõsularia & municipalia recitãtur. Sileat aliqñ vox calũniosa obijciẽs reges seculi vniuersæ terræ, per quorũ procõsules nõ potuit parcere cõcisa cõcisæ. Cũ ergo dicimus ꝙ nostra teneatis, nõ oñdimur falsum testimoniũ dicere, nisi nos oñdatis in ecclesia Xp̃i nõ esse, quod quidẽ dicere nõ cessatis, sed oñdere nunquã valebitis: Immo uero cum hoc dicitis, nõ iam nobis, sed ipsi Christo falsi testimonij crimẽ obijcitis. Nos quippe in ecclesia sumus quæ ipsius testimonio prenũciata est, & vbi suis testib. attestatus est, dicens, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudęã & Samariã, & usque in totã terrã. Vos aũt falsos testes nõ solũ hinc oñdimus, quia huic veritati resistitis sed etiam in ipso iudicio quo cũ Maximinianis schismate conflixistis. Si ẽm legem Christi agebatis, quanto congruentius ẽm eam constituunt aliqui Christiani Imperatores, si possunt ẽm eam iudicare Pagani proconsules. Si autem in adiutorium etiam terreni imperii leges assumendas putastis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus cum aduersus iniuriosos ciuem Romanum se esse testatus est. Sed quæro quibus terrenis legibus sit statutum, ut Maximinianistæ locis pellantur: nullas omnino reperies, sed videlicet legibus quę aduersus hæreticos, atq; inter eos etiam aduersus vosipsos latæ sunt, illos expellere uoluistis, aduersus infirmos tãquam potentiores præualuistis. Vnde illi quia nihil potuerunt, innocentes se dicunt tãquam sub leone lupus, tñ legibus aduersus vos latis profecto aduersus alios, nisi per falsum testimoniũ non vtemini. Si.n. veraces sunt illæ leges, cedite etiam uos locis quos tenetis: si aũt fallaces sunt, cur per eas alios exclusistis? quid quod & veraces sunt, & vos per illas alios nisi fallaciter non possetis expellere? Vt.n. eis seruirẽt iudices, hæreticos expellere voluerunt, vñ vos priores expellere debuerũt: sed vos catholicos esse dixistis, vt vobis parcerẽt leges, p quas alios p̃mebatis, videtis qđ vobis apud nosmetipsos videamini, illis tñ legib. nõ estis catholici. Cur ergo aut eas veraces falso testimonio fefellistis, aut eas fallaces ad opprimẽdos alios usurpatis?

Actio. 1.
Dist. 10 c. in adiutorium.
Act. 22.

Petilianus dixit, Dictũ est, Non concupisces rem proximi tui: vos nr̃a diripitis, vt p vestris habeatis. AVG. rñdit, Et quęcunq; vnitas possidebat, nõ nisi nostra sunt, q̃ non ẽm calumnias hominũ, sed ẽm verba Xp̃i, in quo bñdicuntur oẽs gentes vniuersæ terræ, ĩ vnitate cõsistimus, nec p p malos quos a frumẽtis dñicis ante iudicii vẽtilationẽ se parare nõ possumus, vos à societate tritici separamus. Et si qua iã cõcisi possidere cępistis, quia vobis oblata nobis dñs dedit, non ideo cõcupiscimus aliena, quia illius imperio cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: uos.n. his vtebamini ad p̃cisionẽ, nos ad vnitatẽ. Alioquin & primo populo dei possent illi obiicere alienę rei concupiscentiã, qui diuina potestate ab eorũ facie, quia ea terra male vtebãtur expulsi sunt & ipsi Iudęi à quib. ablatũ est regnum, ẽm verba dñi, & datũ est genti faciẽti iustitiam, possunt obiicere alienæ rei concupiscentiã, quia Ecclesia Christi possidet ubi persecutores Christi regr[illegible]bant. Et post omnia, cum vobisipsis dictum fuerit, res alienas concupiscitis, quia Maximinianistas de basilicis eiecistis, quid respondeatis non inuenitis.

Petilianus dixit, Qua igr̃ lege vos Xp̃ianos ostenditis, cum legi contraria faciatis? AVG. rñdit, Litigare uis, non disputare.

Petilianus dixit, Dicit aũt dñs Xp̃s, Qui fecerit & sic docuerit maximus vocabitur in regno cęlorũ: sic ãt vos miseros damnat, Qui resoluerit vnũ ex his mãdatis, minimꝰ vocabit in regno cęlorũ. AVG. rñdit, Vbi forte aliter dicis testimonia scripturarũ q̃ se se habẽt, & ad rẽ quæ inter nos agitur nõ p tinet, non nimis curo, vbi aũt impediũt qđ tractamus, nisi veraciter proferantur, non te arbitror succensere debere, si queadmodum scriptũ sit cõmemoro. Ecce hoc quod modo posuisti, nõ ita scriptum est, sed ita potius, Qui soluerit vnũ de mãdatis istis minimis, & docuerit sic, minimus vocabit in regno cœlorũ: Qui aũt fecerit & sic docuerit, magnus uocabit in regno cœlorũ. Et cõtinuo secutus ait. Dico.n. vobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum & Pharisæorũ, non intrabitis in regnũ cœlorum. A[illegible]bi.n. Pharisæos ostendit & arguit, quoniam dicũt & non faciunt. Hos ergo & hic

Cap. 59
Exod. 20
Gen. 22
23. q. 7 c. Si de rebus.
Mat. 2
Cap. 6
Cap. 6
Matt.
Mat. 1

hic significauit, cum diceret, Qui soluerit & sic docuerit. i. docuerit verbis, qđ soluerit factis. Super quos abūdare pręcipit iustitiā, nostrā, vt faciamus, & sic doceamus, & tñ nec propter illos Pharisæos, quibus nos non per prudentiā, sed per maleuolētiā comparatis, præcepit Dñs deseri cathedrā Moysi, in qua vtiq; figurabat suā, dicens, quippe illos sup cathedram Moysi sedentes, dicere & non facere: monet tamen populos facere, quæ dicunt, & non facere, quæ faciunt, ne cathedræ sanctitas deseratur, & propter pastores malos gregis vnitas diuidatur.

Mat.23.

Petilianus dixit, Et iterum, Omne pctm̄ qđ peccauerit, extra corpus est. Qui aūt peccauerit in Spiritu sancto, non ei remittetur nec in hoc seculo, nec in futuro. AVG. rñdit, Et hoc non ita scriptū est, & uide quantū te fefellerit. Apostolus ad Corinthios scribens, ait, Omne peccatū quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui aūt fornicatur, in corpus suum peccat: hoc aūt aliud est, & aliud illud qđ Dñs in Euangelio dixit, Omne peccatū & blasphemia dimittetur hominibus, qui aūt peccauerit in Spiritū sanctū, non remittetur ei nec in hoc seculo neq; in futuro. Tu aūt cępisti ex Apostolo sñiam, & eam tanquam una sit ex Euangelio terminasti, qđ te non credo fraude sed errore fecisse. Neutra.n. ad rem pertinet, & cur hæc dixeris, & quoquo modo dixeris oīno non video: nisi forte quia cū superius dixisses, damnatos esse a Dño q resoluerint vnū ex mandatis, cōsiderasti q̄ multos habeatis, nū vnū, sed multa mandata soluētes: & ne tibi obijceretur, voluisti p transitū subinducere differentiam peccatorum, aliud esse soluere aliquod mandatū, unde uenia facilis posit accipi: aliud aūt peccare in Spiritum sanctum, qđ non remittetur neq; in hoc seculo neq; in futuro. Timens itaq; contagia peccatorū hoc tacere uoluisti, & rursus timens profunditatem qōnis excedentē uires tuas, hoc rursum perstringere uoluisti, tāta trepidatione, vt quemadmodū solent aliqua perturbatione festinātes peruerse se uestire aut calceare, nolueris attendere uel quid ad quod ptineat, uel ubi & quemadmodū scriptum sit. Quale sit aūt illud peccatum, quod nō dimittetur neq; in hoc seculo neq; in futuro: vsqueadeo nescitis: vt cū in ipso nos esse credatis, remisionē tamen eius per uestrum nobis baptismum promittatis. Quod unde fieri potest si tale peccatum est ut non dimittatur, neq; in hoc seculo neque in futuro?

Cap.62. 1.Co.6. D Mat.12. 1.Co.6. Mat.12. H

Petilianus dixit, Diuina ergo mandata quibus rebus impletis dicit Dñs Iesus, Beati pauperes: qm̄ ipsorum est regnum cœlorū, ut uos persequendi malitia furoris diuitias exaltatis. AVG. respondit, Dicite ista potius Circumcellionibus uestris.

Cap.63. Mat.5.

Petilianus dixit, Beati mansueti, qm̄ ipsi possidebunt terram: Vos igitur immansueti cęlū & terrā pariter perdidistis. AVG. rñdit, Iterum atq; iterū audite Dñm dicentē, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samariā & vsq; in totā terrā. Cur ergo illi non perdiderunt terram & cęlum, qui ut non cōicent uniuersæ terræ, contemnunt uerba sedentis in cęlo? Nam de vestra māsuetudine non tuæ uoces, sed Circuncellionum fustes interrogentur. Dicturus es, Quid ad nos pertinet? quasi nos ista dicamus, nisi ut hoc respondeatis. Ideo enim ad ad vos pertinet schisma uestrum, quia pertinere ad uos peccatum non uultis alienum: nec tamen ob aliud uos a nobis separastis, nisi dum nobis objicitis crimen alienum.

Cap.64. Mat.5. I

Petilianus dixit, Beati qui lugent, qm̄ ipsi consolabuntur: uos nostri carnifices lugētes facitis, non lugetis. AVG. rñdit, Considerate paulullum q̄ multum & quantum luctū dederint Deo laudes amatorū uestrorum. Dicite iterum, quid ad nos? & ego iterū dicam, & tu qđ dicis? quid ad nos? quid ad orbē terrarū? quid ad eos qui laudant nomen Dñi a solis ortu vsq; ad occasum? quid ad oēm terram quæ cantat canticū nouum? quid ad semen Abrahæ, in quo benedicuntur oēs gentes? Ergo ideo ad uos ptinet sacrilegiū schismatis, quia ad nos non pertinent facta mala uestrorū: & hinc intelligitis nec ad orbē terrarum pertinere, etiam si probaretis facta eorum, propter quos inde uos separastis.

Cap.65. Mat.5. Ps.112. Psal.95. Gen.22.

Petilianus dixit, Beati q esuriūt & sitiunt iustitiā, qm̄ ipsi saturabunt: vobis hæc iustitia est vt nostrū sanguinē sitiatis. AVG. rñdit, Quid tibi dicā tu homo, nisi qa calūniosus es? Esurit quidē uos & sitit unitas Chri: quæ utinā uos absorbeat, hæretici nō eritis.

K Cap.66. Mat.5.

Cap.67. *Mat.5.*

Petilianus dixit, Beati misericordes, qm̃ ipsi misericordiã cõsequent. Vos qñ misericordes appellemini,cũ pęnas iustis ingeritis: ad cõionẽ nequissimã,dum aĩas inquinatis? AVG. rñdit,Nec vos iustos ,pbatis,nec nos pęnas ingerere vel iniustis:Et tñ sicut est plerunq; crudelis fallax adulatio,sic semp misericors iusta correptio. Nã vñ est illud qđ nõ intelligitis,Emendabit me iustus in misericordia & arguet me?Hoc.n.cum de asperitate misericordis correptionis dixisset,continuo subiunxit de lenitate perniciosæ adulationis,& ait, Oleum aũt peccatoris non impinguet caput meũ.Tu ergo attende,quò voceris & vnde reuoceris : Nã vnde nosti,quo in te aĩo sit quem sæuum putas?sed quõlibet sit vnusquisq; sarcinam suã portat , & apud nos & apud vos : sed sarcinã schismatis quã oẽs portatis, abijcite, vt sarcinas vestras bonas in unitate porteris,& eos qui malas portant,si possitis misericorditer emẽdetis:si nõ possitis, pacifice toleretis. Petilianus dixit. Beati qui puro sunt corde,qm̃ ipsi deum videbunt. Qñ deũ videbitis,qui immunda malitia cordis geritis cæcitatem? AVG. rñdit , Quare hoc dicis?An forte nos ignorata quę hoĩes dicunt obijcimus omnibus gentibus, & manifesta intelligere nolumus,quæ deus prædixit de omnibus gentibus?Hæc est magna cæcitas cordis , & si nec ipsam in uobis agnoscitis,hæc est maior cæcitas cordis.

Ps.140. L

Cap.68. *Mat.5.*

Petilianus dixit,Beati pacifici,qm̃ filij dei vocabuntur. Vos pacẽ scelere fingitis,& bello quæritis vnitatem. AVG.rñdit,Non pacẽ scelere fingimus :sed pacẽ ex Euangelio prædicamus, cũ quo si pacem habueritis,& nobiscũ habebitis. Dominus resurgẽs,& se nõ solum oculis intuendũ,sed ẽt contrectandũ manibus discipulorum præbens,inde cępit, pax vobiscum inquit. Et qũo esset tenenda pax ista,sequẽtibus verbis aperuit. Ibi enim Aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis , Qm̃ sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum,& resurgere tertia die,& prædicari in noĩe eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorum per oẽs gentes, incipientibus ab Hierusalem.Cum his verbis pacem habete,& à nobis nõ dissentietis. Nam si bello quærimus unitatem, non potuit laudari præclarius bellum nostrum,qñquidem scriptũ est,Diliges proximum tuum sicut te ipsum.Et iterũ scriptum est,Nemo vnquam carnem suam odio habuit:& tñ caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ.Quod si nemo carnem suam odio habet,& tñ aduersus carnem suã concupiscit : ecce bello unitas quęritur,ut corpus castigatum seruituti subijciatur.Quod aũt spiritus facit aduersus carnẽ, nõ odio sed dilectione belligerans , hoc spiritales faciunt aduersus carnales,vt qđ agunt erga se,agãt & erga illos,quia diligunt proximos tanq̃ proximos, sed bellũ spiritaliũ est illa in charitate correptio,gladius eorũ sermo dei est.Ad tale bellum tuba Apostolica concitantur cũ magno impetu personante,prædica verbũ,insta opportune importune, argue,hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina.Ecce nõ agimus ferro,sed uerbo,uos aũt nec rñdetis vera,& accusatis falsa,non corrigitis uestra, obijcitis aliena.Dicit Christus verũ testimonium de orbe terrarum,dicitis uos aduersus Christũ falsum testimonium contra orbem terrarum. Nos autem si uobis potius quàm Christo crederemus,pacifici essemus : quia Christo potius quàm uobis credimus, pacẽ scelere fingimus. Et hæc cum dicatis atque faciatis,audetis insuper commemorare.Beati pacifici,quoniam filij dei uocabuntur.

Luc.24. M

Mat.22. *Ephe.5.* *Gala.5.* *1.Co.9.* *2.Ti.4.* A *Mat.5.*

Cap.69. *Ephe.4.*

Petilianus dixit, Cũ dicat Apostolus Paulus,Obsecro vos fratresego vinctus in dño, vt digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cũ omni humilitate & mansuetudine, cũ patientia sustinentes inuicẽ in charitate, solicite agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis.AVG.rñdit,Hæc si non tm̃ diceretis, sed & audiretis, etiam cognita mala p p pacem sustineretis,nõ propter dissensionẽ incognita fingeretis : vel qa postea didicistis propter vnitatẽ Donati sustinere mala nouissima & famosissima Optati.Quę ista dementia est?Tolerantur cogniti ne concisio iterum concidatur,& infamantur incogniti,ne in ipsa integritate maneatur.

B

Cap. 70 *Hier.8.*

Petilianus dixit,Vobis dicit propheta pax pax, & vbi est pax? AVG. respondit, Tu nobis hoc dicis,non propheta:Tibi ergo respondemus, Si quæris vbi sit pax,aperi oculos & uide de quo dictum sit, Auferens bella vsque ad finem terræ . Si quæris vbi sit pax,

Psal.45

Matt. 5 *Dani.* 2 pax,aperi oculos ad illam ciuitatẽ, quæ non poteſt abſcondi ſuper montem conſtituta: Aperi oculos & ad ipſum montẽ, & eũ tibi Daniel demonſtrat ex paruo lapide creſcen tem & implentẽ vniuerſam terrã. Tibi autẽ *Hier.* 8 cum dixit Propheta,Pax pax,& non eſt pax: quid demonſtrabis, an partem Donati igno tam innumerabilibus gentibus quibus no- L tus eſt Xps?Nõ eſt ipſa, q̃ nõ põt abſcõdi.& vñ niſi quia nõ eſt ſuper illũ montẽ cõſtitu- *Ephe.* 2. ta?Ipſe eſt.n.pax noſtra qui fecit utraq; vnũ, non Donatus,qui fecit de vno duo.

Cap. 71. *Matt.* 5 Petilianus dixit,Beati qui perſecutionem patiuntur ꝑ iuſtitiam,qm̃ ipſorũ eſt regnũ cęlorũ:Vos beati non eſtis,ſed beatos marty res facitis,quorũ.ſ.animab. cœli repleti ſũt, corporumq; memoria terrę floruerũt. Vos ergo non colitis, ſed facitis quos colamus. AVG. rñdit,Planè ſi non dictum eſſet,Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſti- tiã,ſed dictũ eſſet, Beati qui ſeipſos præcipi tant, implerent cœlũ martyres veſtri, ſanè de corporibus eorum multos terrarum flo- res uidemus,ſed ſicut ſolet dici,flos cinis.

Cap. 72. *Mat.* 23 Petilianus dixit, Cum ergo falſando mã data beati nõ ſitis, uos diuinis ſẽtẽtiis Xps dominus condemnat, Væ autem uobis Scri bæ & Phariſæi hypocritę, quia clauditis re- gnum cœlorum ante homines,vos.n.nõ in tratis,neq; introeuntes ſinitis. Væ uobis Scri bæ & Phariſæi hypocritæ,quia circuitis ma re & aridam,ut faciatis unum proſelytum, M & cum factus fuerit, facitis eum filium ge- hennæ duplicius quã vos. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis men- tham & anethũ & cyminum, & relinquitis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſeri cordiam & fidem. Hęc autẽ oportebat face- re,& illa nõ omittere: Duces cęci liquantes culicem,camelum autem glutientes. Væ vo bis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimi les eſtis monumẽtis dealbatis, q̃ a foris ap- parẽt hominib. ſpecioſa,intus ãt plena ſunt oſſib. mortuorũ & oĩ ſpurcitia: Sic & vos a foris quidẽ apparetis hominib. iuſti,intus ãt pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. AVG. rñ- dit, Dic mihi vtrũ aliq̃d dixeris qđ in uos viciſſim ore maledico & cõtumelioſo ſimi liter dici nõ poſſit? Sed ex ſuperioribus,q̃ a me dicta ſunt inueniet q̃ uoluerit hęc ĩ vos nõ per vana cõuitia, ſed ꝑ vera teſtimonia poſſe dici. Verũtñ quia ex occaſione pręter mittendum nõ eſt: Certe antiquus populus *Gen.* 17. dei,circuncisionem pro baptiſmo habebat. Quæro ergo ſi quẽ feciſſent iſti,in quos tãta dñr,Phariſæi proſelytum, qui ſi eos imitare tur,ſicut dictũ eſt, filius gehennæ fuiſſet du plo q̃ illi: vtrũ ſi corrigeret,& uellet imitari Symeonẽ, Zachariam, Nathanaelem,iterũ A ab eis circuncidendus iudicaretur? Quod ſi ridiculũ eſt dicere, quãuis more atq; ore va niloquo talibus nos comparetis, quare poſt nos baptizatis?Quòd ſi vos tales eſtis quãto nos verius & melius poſt vos non baptiza- mus:ſicut nec illi quos nominaui,poſt pes ſi mos Phariſæos circuncidi debebãt? Deinde cũ tales ſederint ſuper cathedrã Moyſi, cui Dñs honorem ſeruauit, quare uos propter eos quos iſti ſiue iuſte ſiue iniuſte compara tis, cathedram apoſtolicam blaſphematis?

Petilianus dixit, Sed nos chriſtianos iſta *Cap.* 73. nõ terrẽt, quod.n.eſtis malefacturi, a Chri- ſto domino habemus ante mandatũ,Mitto, inquit,uos ſicut oues in medio luporũ. Lu- *Mat.* 10 pinam rabiẽ vos impletis, q̃ nõ aliter eccle- ſijs inſidias facitis aut paratis,q̃ lupi ouilib. inhiãtes,pernicie ſemꝑ atq; impetu, ſuffe- ctis ſanguine faucib. iram anhelantem ſu- ſpirant. AVG. rñdit, Vellem in vos dicere B iſtam ſententiam,ſed nollem iſtis verbis:ni- mis inepta vel potius inſana ſunt.Illud autẽ opus erat,vt certis aliquib. documẽtis, non vaniſſimis maledictis nos lupos eſſe oñdere tis,vos aũt oues.Nã cũ & ego dixero,nos ſu mus oues, vos ãt lupi, iõ ne putes intereſſe aliq̃d,q̃a tu illa verbis turgidis dicis? ſed at- tẽde vt ego probẽ qđ dico: Nẽpe Dñs, qđ *Ioan.* 10 velis nolis noſti, ait in Euangel. Quę ſunt oues meæ,vocẽ meã audiũt,& ſequunt me. Multæ ſunt de diuerſis reb. uoces dñi: verũ exẽpli grã,ſi quiſquiã dubitaret,utrũ in cor pore idẽ dñs reſurrexerit,& recitarent eius *Luc.* 24. uerba dicẽtis. Palpate & uidete,q̃a ſpũs car- nẽ & oſſa non habet ſicut me uidetis habe- re:ſi & his auditis ad credendum reſuſcitatũ corpus eius nollet acquieſcere, non utique inter oues dñi deputaretur,quia uocemeius auditam non ſequebatur: Sic & nunc quo- niam quæſtio eſt inter nos, ubi ſit eccleſia, cum ex ipſo euangelii loco, ubi poſt reſur-

rectionẽ ſuũ corpus ẽt palpandũ dubitãtib. præbuit, diſputantib. conſequentia verba recitamus, ubi futurã eccleſiæ latitudinem demonſtrauit, dicens, Qm̃ ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Xp̃m pati, & reſurgere tertia die, & prædicari in noĩe eius pœnitentiã & remiſsionem pc̃torum in omnes gentes, incipientib. ab Hieruſalem. Et uos omnib. gẽtibus ubi hæc completa ſunt communicare non vultis. Qũo eſtis oues huius paſtoris cuius auditis uocibus non ſolum non obſequimini, uerumetiam repugnatis? Et oues quidem uos non eſſe hinc dicemus: eſſe aũt lupos audite vñ doceamus. Iã.n. vbi ſit Eccleſia verbis ipſius apparet, manifeſtũ eſt vbi ſit ouile Chriſti. Ab hoc igr̃ ouili certisſimis verbis dñi demõſtrato & expreſſo, quicũq;, nõ dico per falſa, ſed quod manifeſtũ eſt, per incerta hominũ crimina oues ſegregant, & ab unitatis atq; charitatis uita ereptas & alienatas necant, nonne ipſi ſunt lupi rapaces? At.n. & ipſi dñm Xp̃m laudãt & p̃dicant. Hi ſunt ergo de quibus ipſe ait, Induti pellibus ouium, intus autem ſunt lupi rapaces: Ex fructib. eorum cognoſcetis eos. Ouina pellis eſt in Chriſti laudibus, lupinus fructus in maledicis dentibus.

Ibidem. *Matt. 7.*

G

Petilianus dixit, O miſeri traditores, impleri quidẽ ſcripturã ſic decuit, ſed in vobis hoc doleo ꝙ partes malitiæ vos implere meruiſtis. AVG. rñdit, Poſſem ego magis dicere, O miſeri traditores, ſi mihi placeret, immò ſi iuſtitia ſuaderet, omnib. vobis obijcere quorundã facta veſtrorum. Quod ergo ad oẽs uos pertinet, ò miſeri hęretici, cætera iã verba tua ego dixerim, ſcriptum eſt.n. Oportet & hęreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter uos. Impleri ergo ſcripturam ſic oportuit: ſed in uobis hoc doleo, ꝙ partes malitiæ implere uos meruiſtis.

Cap. 74. *2.Co. 11.*

Petilianus dixit, Nobis aũt dñs Xp̃s contra ueſtra feralia patientiã ſimplicẽ innocentiamq; mãdauit. Quid.n. dicit, Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ ſicut dilexi uos? In hoc.n. ſcient oẽs quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem inuicem habueritis. AVG. rñdit, Niſi hæc uerba longè à veſtris morib. aliena in ſermonis veſtri ſuperficiẽ transferretis, qũo vos ouina pelle tegeretis?

Cap. 75. *Ioan. 13.*

H

Petilianus dixit, Paulus quoq; Apoſtolus cũ perſecutiones immẽſas ab omnib. gentibus pateretur, a falſis fratrib. pertulit grauiores, ſicut de ſe ipſe teſtat̃ frequẽter afflictus: Periculis ex gẽtibus, periculis ex gñe, periculis a falſis fratribus. Quiq; iterũ dicit, Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Cum igitur nos falſos fratres appellatis. Pauli magiſtri patiẽtiam ſub noſtris periculis imitamur. AVG. rñdit, Certe iſti sũt falſi fratres, de quibus alio loco idẽ Apoſtolus ita cõquęritur Timotheo pr̃dicãs germanã ſynceritatẽ, Neminem, inquit, habeo vnanimẽ qui germane de vobis ſolicit⁹ ſit, oẽs.n. ſua quæ rũt, nõ q̃ Ieſu Xp̃i. Vtiq; de his loquebat̃ qui tũc qñ illã ſcribebat epiſtolã cũ illo erãt: Nõ .n. oẽs q̃ erãt vbicũq; Xp̃iani ſua q̃rebãt, nõ quæ Ieſu Xp̃i. De his ergo, vt dixi, hęc ingemuit quos eo t̃pe cũ iſta ſcriberet ſecum habebat. Quos.n. uel alios tangit, cum alibi dicit, Foris pugnę, intus timores: niſi eos quos tanto uehementius, quanto interius metuebat? Si ergo uelles imitari Paulum, intus eſſe falſorum fratrum tolerator, non foris innocentium calumniator.

2.Co. 11 *1.Cor. 4* *Philip. 2* *2.Cor. 7*

I

Petilianus dixit, Nã qualis fides in uobis eſt q̃ nõ habet charitatẽ, Paulo ipſo dicente, Si linguis hoĩum loquar, & angelorũ ſciam habeã, charitatẽ ãt nõ habeã, ita ſum tanquã ęramẽtũ tinniẽs, aut cymbalũ cõcrepãs. Aut ſi habuero p̃phetiã & nouerim oĩa ſacramẽta & oẽm ſciam, & ſi habuero oẽm fidẽ, ita vt mõtes trãsferã, charitatẽ aũt nõ habeã, nihil ſum. Et ſi diſtribuero oẽm ſubſtãtiã meã pauperibus, & ſi tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatẽ aũt nõ habeã, nihil mihi prodeſt? AVG. rñdit, Hoc eſt quod pauloante dixi, pelle te ouina cõtegi uelle, vt ſi fieri p̃t prius te ouis mordentem ſentiat q̃ præſentiat uenientem. Nõne iſta eſt charitatis laus, q̃ veſtrã calumniã ſolet lucidiſsima veritate cõuincere? An ideo arma iſta noſtra nõ erũt, quia uos ea præoccupare conamini? Prorſus hæc iacula uiua ſunt, ubicunq; iactent agno ſcant quos perimãt. Si à vobis miſſa fuerũt, in nobis hærebũt: ſi à nobis mittunt in uos retorquent. His.n. nos Apoſtolicis uerbis cõmẽdantib. eminentiã charitatis uobis ſolemus oñdere, qũo nõ proſit hominibus, quãuis ĩ eis ſint uel ſacramẽta uel fides ubi charitas nõ eſt, ut cum ad catholicã unitatẽ uenitis,

Cap. 77 *1.Co. 13*

K

nitis,intelligatis quid vobis cōferat,& quantū sit qđ minus habebatis.Charitas.n.Christiana nisi in unitate ecclesiæ nō pōt custodiri: atq; ita videatis sine illa nihil uos esse,& si baptismū & fidē teneatis & ꝑ illā ēt montes transferre possitis. Quod si hæc & vera sñia est, non in nobis detestemur & exufflemur vel dei sacramēta,q̄ nouimus uel ipsam fidē,sed teneamus charitatē sine qua & cum sacris & cū fide nihil sumus. Tenemus autē charitatem si amplectimur unitatem: Amplectimur autem unitatem si eam non per uerba nostra in parte cōfigimus, sed per uerba Christi in unitate cognoscimus.

Cap. 78. 2.Co.13

Petilianus dixit,Et iterū, Charitas.n.magnanima est & benigna, charitas nō æmulatur,non agit perperā,non inflat,non est ambitiosa,nō quærit quæ sua sunt:uos aūt quæritis aliena:Non irritatur,nō cogitat malum, nō gaudet super iniquitate, congaudet autē L veritati. Oīa tolerat,oīa sustinet: Charitas nunquā excidit. Hoc est breuiter dicere,nō persequitur charitas, nō aduersum cæteras aīas Imperatores inflāmat,nō aliena diripit, non ēt hoīes quos spoliabat occidit. AVG. rñdit, Quoties tibi dicturus sum,hæc si non probatis, ad neminē pertinent:si aūt probatis,ad nos non pertinent,sicut nec ad uos, q̄ vestri quotidie cōmittunt per scelera furiosorū,per luxurias uinolentorū, per cæcitatē præcipitatorū, per tyrannidē raptorū, quis nō videat uerum esse qđ clamo?Sed nunc si esset in te charitas, congauderet ueritati. [.Co.13] [Mat.7.] Quàm.n.elegāter sub pelle ouina dr,charitas oīa tolerat,oīa sustinet,ubi aūt uentū fuerit ad examen, lupini dentes operiri nō pñt. [Eph.4.] Cum.n.charitas te ꝑ ꝑ id qđ dictū est, Sustinentes inuicē in dilectione,studētes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis: ēt si qua mala intus nosses,cogeret nō eis quidē consentire,sed tñ ea si prohibere non poteras sustinere,ne ꝑ ꝑ malos uentilabro ultimo sepa- M randos, nunc à bonorū societate pacis uinculū abrumperes:foras uento leuitatis excusus,paleę crimē obijcis tritico,& q̄ fingis de malis per contagionē ualere, & in bonis affirmas. [Mat.13.] Et cū dñs dixerit,Ager est hic mundus,messis aūt est finis seculi,cū de frumentis & zizanijs dixisset Sinite vtraq; crescere vsque ad messem, tu laboras uerbis tuis, ut frumēta iam per totū agrum defecisse, & ad exiguā particulā uestram remansisse credantur,dū uis ut habeatur Christus mendax, tu aūt uerax.& loqueris quidē contra conscientiam tuā, neq;.n.uere quisquā quoquo modo intuens Euangeliū,audet in aīo suo dicere,per tot gētes in quibus penè rñdetur una uoce amen, & cantatur halleluia, non esse Christianos: & tū ne pars Donati,quæ orbi terrarum non cōicat,errare uideatur,si quis tibi angelus de cœlo qui posset intueri vniuersum orbē terrarum, diceret extra cōionem uestram, nusquam esse innocentes & bonos,proculdubio gauderes super iniquitate generis humani & uera te dixisse antequā cognosceres gloriareris. Qūo est ergo in te charitas, quæ non gaudet super iniquitate? Sed noli falli. Sunt per agrum.i.per mundū vsq; ad finem seculi crescentia frumenta dominica.Christus hoc dixit,Christus est ueritas:Sit in te charitas,& congaudeat ueritati. Contra Euangelium & si angelus de cœlo euangelizauerit,anathema sit. A Gala.1.

Cap. 79

Petilianus dixit, Postremo quæ est ratio persequendi uos miseri interrogo, si putatis forsitā uos aliqua legis authoritate peccare. AVG.rñdit,Qui peccat,non peccat legis authoritate,sed contra legis authoritatē. Quia uero interrogas quæ sit rō persequendi,uicissim te interrogo, cuius sit uox in Psalmo dicētis, Detrahentē secreto proximo suo, hūc persequebar. [Ps. 100.] Quęre itaq; persecutionis uel causam uel modū,& noli tanta imperitia generaliter malorū persecutores reprehēdere.

Cap. 80.

Petilianus dixit, Ego uero contra rñdeo, Iesum Christū neminē persecutum,& cum aliquę sectę Apostolis eidē suggerētib. displicerēt:Ita.n.fidē uenerat facere ut non cogeret hoīes: sed potius inuitaret,dicūt illi Apostoli,Multi in noīe tuo manus imponūt, & nobiscū nō sunt.Dixit Iesus,Dimittite illos, si cōtra uos non sunt, pro uobis sunt.AVG. rñdit,Verū dicis,multo uberius te prolat ūrū de tuo,quæ in scripturis non inueniunt. Si n.de scripturis sanctis uelis testimonia ꝓferre,nunquid ea quæ non inueneris profers? B vestra aūt mendacia q̄ multa sint,in uestra potestate est. Vbi.n.scriptū est quod posuisti, uel quādo aut à dño illud suggestum est, aut à dño illud responsum est, Multi in

nomine tuo manus imponũt & nobiscũ nõ sunt? Nunquã filio dei quisquã discipulorũ dixit, vñ nec illud ab eo rñderi potuit, Dimittite illos, si cõtra vos nõ sunt, pro vobis sunt: sed est quoddã simile qđ reuera in Euangelio legimus de quodã suggestũ esse dño, qui dæmonia in eius noie eijciebat, & cũ discipulis eũ non sequebatur, vbi dñs ait, Nolite prohibere. Qui cõtra uos non est, pro uobis est. Hoc aũt ad sectas demonstrandas quibus pepercisse dñs videatur oĩno non pertinet, sed si te nonnulla fefellit similitudo sñiæ, nõ est mendaciũ, error humanus est. Si aũt imperitis scripturarũ sanctarum nebulas falsitatis inijcere voluisti, cõpungaris & cõfundaris & corrigaris. Est tñ quod de hoc ipso, de quo dño suggestũ est nos agamus. Quõ enim tunc præter cõionem discipulorũ valebat tñ plurimum sanctitas noïs Christi: sic præter ecclesiæ cõionem valet sanctitas sacramenti. Neq;.n. baptismus cõsecratur nisi in noïe patris & filij & spiritusſancti. Quis aũt insanissimus dixerit, ẽt præter ecclesiæ cõionem nomen filij valere? Quid.n. põt valere in hoïe sanado, non aũt ualere in baptismo consecrando? Sed planè præter ecclesiæ cõionem & unitatis sanctissimum uinculũ, & charitatis supereminẽtissimũ donum, nec ille à quo dæmoniũ eijcitur, nec ille qui baptizatur ęternã vitam consequitur, sicut nec illi qui per cõionem sacramentorũ intus videntur, & per iniquitatem morum foris intelliguntur. Quod aũt Christus etiam corporaliter fuerit persecutus eos, quos de tẽplo expullit flagellando, iam supra diximus.

Marc. 9. — C — *Ioan. 2.*

Cap. 81. Petilianus dixit, Sanctus uero Apostolus Paulus hęc dicit, Quoquo aũt modo, inquit, Christus annuncietur. AVG. rñdit, Contra te loqueris, sed tñ quia ꝓ veritate loqueris, si eam dilexeris, pro te sit qđ loqueris. Quæro.n. abs te de quibus hoc dixerit Apostolus Paulus: Recolamus hoc paululũ si placet. Quidã inquit, per inuidiã & contentionem, quidã vero per bonã uoluntatem Christum annunciant, quidã ex charitate: sciẽtes quia in defensione Euangelij positus sum, quidã vero & per contumaciã Christũ annunciãt non caste, existimantes tribulationẽ suscitari vinculis meis. Quid enim? Dũ omni modo siue occasione siue veritate Christus annunciet, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Videmus istos rẽ quidẽ sanctã & castã & verã, non tñ caste annunciasse, sed per inuidiã & contentionẽ, sine charitate, sine castitate. Certe pauloante laudes charitatis aduersus nos dicere uidebaris ex Apostoli testimonio, quia, Vbi charitas non est, quicquid fuerit nihil prodest. Ecce in istis charitas nõ est, & tñ erat Christi prędicatio, de qua se gaudere sic dicit Apostolus. Neq;.n. malo istorum gaudet, sed bono noïs Christi. In ipso quippe charitas erat, q̃ non gaudet super iniquitate, congaudet aũt ueritati. Inuidia porrò, q̃ in illis erat, diabolicũ malum est. Hæc.n. & cecidit & deiecit. Hi ergo tã mali quos sic arguit Apostolus, in quibus erat tñ bonũ, de quo gaudet Apostolus, ubi erant, intus an foris? Elige qđ uolueris. Si intus, ecce nouerat eos Paulus, & eum tñ non polluerat. sic vos nõ pollueren in unitate orbis terrarum, de q̃bus nescio q̃ seu vera dicitis, seu falsa confingitis. Quare ergo vos separastis? quare sacrilegio scelerati schismatis peremistis? Si autẽ foris erant, ecce & in eis q̃ foris sunt vtiq; ad vitã æternam, quia charitatẽ non habẽt, & vnitatẽ non tenent, pertinere nõ possunt: inest tñ sanctitas noïs Christi, quorũ prædicationẽ Apostolus ꝑ ꝑ ipsam noïs sanctitatem, quãuis illos detestetur, gaudendo cõfirmat. Recte ergo ipsi nomini non facimus iniuriã, cum ad nos ueniunt qui foris erant, sed ipsos corrigimus, illud honoramus. Vos itaq; uidete q̃ nefarie in eis quorũ facta sicut vr̃ arguitis, etiam sacramentum nominis Christi, quod in eis sanctum est, exufflatis. Et tu quidem istos, quos commemorauit Apostolus, sicut uerba tua indicant, foris ab Ecclesia fuisse arbitraris: Ita cum times a catholicis pati persecutionẽ, de qua nobis loquẽdo facis inuidiã, confirmasti in hæreticis Chr̃i nomen, cui baptizãdo facis iniuriam.

Phil. 1. — *Phil. 1.* — D — *1. Co. 13* — E

Cap. 82 Petilianus dixit, Si igiť tanta potẽtia fidei nõ est aliquibus aduersata, qua tu rõne persequeris, ut cogas hoïes inquinari? AVG. rñdit, Nec persequimur uos nisi quemadmodũ persequitur veritas falsitatẽ, nec ad nos pertinet si q̃s uos aliter persecutus est, sicut nec ad vos quicquid nr̃i similiter faciũt, nec vos cogimus inquinari si suademus sanari.

F — *23. q. 4 c. quippe cat.*

Cap. 83 Petilianus dixit, Quòd si cogi per legem aliquem

aliquem vel ad bona licuiſſet, vosipſi miſeri
à nobis ad fidē puriſsimam cogi debuiſtis.
Sed abſit abſit à noſtra conſcientia, vt ad no
ſtrā fidem aliquē cōpellamus. AVG.rñdit,
23.q.5. c. ad fidē
Ad fidē quidē nullus eſt cogendus inuitus,
ſed per ſeueritatē, immo & p̄ miſericordiā
dei tribulationū flagellis ſolet perfidia caſti-
gari. Nunquid quia mores optimi libertate
uoluntatis eligunt̄, ideo mores peſsimi non
legis integritate puniunt̄? Sed tñ male uiuen
di vltrix diſciplina præpoſtera eſt, niſi cum
præcedens bene uiuendi doctrina contēnit̄.
Si quæ igitur aduerſus uos Leges conſtitutæ
ſunt, nō eis bñfacere cogimini, ſed male face
re prohibemini. Nā bene facere nemo pōt
niſi elegerit, niſi amauerit, ꝙ eſt in libera uo
luntate. Timor aūt pęnarū, & ſi nondū habet
delectationē bonæ cōſciētiæ, ſaltē intra clau
ſtra cogitationis coercet malā cupiditatem.
G
Qui tñ aduerſas leges cōſtituerunt, quibus
Ro. 13.
vr̄a cōprimat̄ audacia, nōne hi ſunt de q̄b.
dicit Apoſtolus, Quia nō ſine cauſa gladiū
portāt, miniſtri.n.dei ſunt, uindices in iram
ei qui male agit. Tota igitur qō eſt, utrū uos
non male agatis, quibus tanti ſchiſmatis ſa-
crilegiū obijcit orbis terrarū, cuius q̄ōnis di
ſcuſsione neglecta, ſuperflua loquimini, &
cū uiuatis ut latrones, mori uos iactatis ut
martyres. Et quia uel ipſas leges uel inuidiā
formidatis, uel ad reſiſtendū impares eſtis,
nō dico aduerſus tot hoīes, ſed aduerſus tot
gentes catholicas, ēt de manſuetudine glo-
riamini, ꝙ ad ueſtrā partem neminē cogitis.
Iſto modo & miluus cū pullos rapere terri-
tus non potuerit, columbū ſe noīat. Vbi.n.
potuiſtis & nō feciſtis? Vnde oſtēditis ꝙ plu
ra faceretis ſi poſſetis. Qñ Iulianus uobis,
Chriſti inuidens paci, baſilicas reddidit uni
tatis, q̄ ſtrages a uobis factæ ſunt, qñ uobiſcū
apertis templis ſuis ēt dæmones exultabant?
Quis cōmemorare ſufficiat bello Firmiano,
quæ a uobis Rogatus Maurus pertulerit? Ip-
ſa Mauritania Cæſarienſis interrogetur, &
tp̄a Gildoniani, quia unus collega ueſter fa
H
miliariſsimus amicus eius fuit. Viderint Ma
ximinianiſte quæ ſenſerint, nā Felicianum
ipſum qui modo uobiſcū eſt, ſi ad iuſiuran-
dum liceret prouocare, utrū ad cōionem ue
ſtrā non inuitū Optatus redire compulerit,
mouere labia nō auderet, præſertim ſi eius
faciē populus Muſticanus intueretur, quo
teſte illa tūc facta ſunt. Sed iſti, ut dixi, uide-
rint q̄ paſsi fuerint ab eis, cū quibus Roga-
to talia fecerant: Ipſa catholica Eccleſia ſoli-
data principibus catholicis imperātibus ter
ra mariq; armatis turbis, ab Optato atroci-
ter & hoſtiliter oppugnata eſt. Quæ res coe-
git tūc primo aduerſus uos allegari apud ui
cariū Seranum legē illā de decē libris auri,
quam ueſtrū adhuc nullus pēdit, & nos cru
delitatis arguitis. Quid aūt manſuetius ſit q̄
vt coercione dānorū tāta ueſtra ſcelera mul
ctarentur? Quis aūt poſsit enarrare oīa illa
q̄ nulla amicitia iudicū aut aliquarū pote-
ſtatū, quiſq; ubi potuerit, in locis ueſtris p̄-
pria dn̄atione cōmittatis? Quis ueſtrū in ple
bibus ueſtris nō aliquid tale uel a prioribus
cōperit, uel ipſe expertus eſt? Nonne apud
Hipponē ubi ego ſum, nō deſunt qui memi
nerint Fauſtinum ueſtrū regni ſui tp̄e præ-
I
cepiſſe, qm̄ catholicorum ibi paucitas erat,
vt nullus eis panē coqueret, ita ut cuiuſdā
diaconi noſtri furnarius inquilinus dn̄i ſui
panem incoctū abiecerit, eiq; nulla exilij le
ge damnato, cōicationem non ſolū in ciui-
tate Romana, ſed ēt in patria ſua: nec ſolū in
patria ſua, ſed etiam in domo ſua negauerit?
Quid nuper, quod ipſe adhuc lugeo, nonne
Criſpinus veſter Calamēſis cū emiſſet poſ-
ſeſsionē, & hoc emphyteuticā, non dubita-
uit in fundo catholicorū imperatorum, quo
rū legibus nec in ciuitatibus eſſe iuſsi eſtis,
vno terroris impetu octoginta fermè aīas
miſerabili gemitu muſsitantes rebaptizādo
ſubmergere? Quibus aūt niſi talibus factis
ēt ipſas de quibus conquerimini leges, lōgè
quidem infra meritum ſceleris ueſtri, ſed tñ
qualeſcunq; ferri coegiſtis? An vero uiolen
tis incurſibus Circūcellionum ueſtrorū, qui
ſub ueſtro principatu furioſis agminibus mi
litant, non ex agris undiq; pellerentur, niſi
uos obſides in ciuitatibus teneremus, qui
quoquo modo ipſam faciē publicam & ho-
neſtorū reprehenſionem, & ſi nō timore uel
pudore ferre nolitis? Noli ergo dicere, abſit
abſit a nr̄a conſcientia, ut ad noſtrā fidē ali-
quem cōpellamus. Facitis.n. ubi poteſtis, ubi
autem non facitis, non poteſtis, ſiue inuidiæ
K
timore, ſiue reſiſtentium multitudine.
Cap. 84. Ioan. 16.
Petilianus dixit, Dicit n. dn̄s Chriſtus,

Nemo venit ad me nisi quē pater attraxerit. Cur aūt vos non liberū arbitriū vnicuiq; se qui permittitis, cū ipse dn̄s deus liberū arbitriū dederit hoībus, uiam tn̄ iustitię oñdens, ne quis forsitan nesciens deperiret? Dixit.n. Posui ante te bonū & malum, posui ante te ignem & aquam, qd̄ uolueris elige. Ex quo vos arbitrio miseri, uobis non aquā, sed ignē potius elegistis: sed tn̄, inquit, bonū elige ut viuas: qui non uis bonum eligere, uiuere te nolle damnasti. AVG. rn̄dit, Si tibi proponā qōnem qūo deus pater attrahat ad filium homines, quos in libero dimisit arbitrio, fortassis eā difficile soluturus es. Qūo.n. attrahit, si dimittit ut quis qd̄ uoluerit eligat: & tamen vtrunq; uerū est, sed intellectu hoc penetrare pauci ualent. Sicut ergo fieri pōt, ut quos in libero dimisit arbitrio, attrahit tn̄ ad filiū pater: sic fieri pōt uel ea, quę legū coertionibus admonentur, nō auferant liberum arbitriū. Quicquid.n. homo durū & molestū patitur, admonetur ut cogitet quare patiatur, vt si pro iustitia se pati perspexerit, idipsum bonū eligat pro iustitia talia sustinere. Si.aūt viderit iniquitatē esse pro qua patit, se infructuosissime laborare atq; cruciari cōsiderās, mutet in melius uolūtatē, simulq; careat & molestia sterili & ipsa iniquitate. Multo itaq; grauius & perniciosius nocitura. & uos cū aliquid aduersus uos reges cōstituunt admoneri uos credite, ut cogitetis quare ista patiamini. Si p̄ p̄ iustitiā, reuera illi persecutores uestri sunt, uos aūt beati qui persecutionē passi p̄ p̄ iustitiā, possidebitis regnum cęlorum. Si aūt p̄ p̄ iniquitatē schismatis uestri, q̄d illi nisi correctores uestri sunt, uos aūt sicut cęci diuersorū scelerū rei, q̄ pęnas legibus pēdūt, profecto infęlices & in hoc seculo & in futuro? Nemo ergo uobis aufert liberū arbitriū: sed uos diligenter attēdite q̄d potius eligatis, utrū correcti uiuere in pace, an in malitia perseuerātes, falsi martyrij nomine uera supplicia sustinere. Sic uos aūt alloquor, quasi uero aliquid dignū vestra iniquitate patiamini, cū tanta indigna faciatis, & in tāta impunitate regnetis: ita furiosi, ut p̄ dei laudes amplius q̄ buccina bellica terreatis, ita calūniosi, vt ēt spōtanea vestrorū p̄cipitia n̄ris p̄secutionibus imputetis. Dicit ēt quasi p̄ceptor benignissimus, q̄ nō uis bonū eligere, uiuere te nolle dānasti. Ita uero si criminationib. v̄ris crederemus, benigne uiueremus: q̄a dei p̄missionibus credimus: uiuere nos nolle dānamus: Bene, vt arbitror, meministi q̄d Apostoli dixerint Iudæis, qn̄ Xp̄m p̄dicare p̄hibebant: hoc ergo & nos dicimus ut rn̄deatis nobis, utrū deo magis obediendū sit an hoībus. Traditores, thurificatores, p̄secutores, uerba sunt hoīum cōtra homines. In sola dilectione Donati remansit Chr̄s: verba sunt hoīum extollentiū gloriā hoīs sub noīe Chr̄i, ut gloria minuat ipsius Christi. Scriptū est enim. In lata gēte gloria regis, in diminutione aūt populi contritio principis. hæc ergo verba sunt hoīum. At illa in Euangelio, Quia oportebat Christū pati, & resurgere tertia die, & p̄dicare in noīe eius pœnitentiā & remissionem peccatorū in oēs gentes, incipientibus, ab Hierusalē: verba sunt Christi cōmendantis gloriam, q̄ accepit à patre in latitudine regni sui. Vtiq; auditis, hanc Ecclesiæ cōionem potius eligimus, & hoīum uerbis Christi uerba prępo-nimus. Rogo q̄s est qui nos dicat mala elegisse, nisi qui Christum dicit mala docuisse?

Petilianus dixit, Nūquid igitur cædē uel schismaticis deus iussit inferri? Qui si oīno præciperet, uos deberetis occidi ab aliquib. Scythis ac Barbaris, non tn̄ à Christianis. AVG. rn̄dit, Vestri Circūcelliones quiescāt, & nolo nos de Barbaris terreas: Vtrum autē schismatici nos simus an uos, nec ego nec tu, sed Christus interrogetur ut iudicet Ecclesiam suā. Lege ergo Euangeliū, & respondet tibi, In Hierusalem & in totam Iudæam & Samariam vsq; in totam terrā. Quisquis igitur in Ecclesia non inuenitur, iam nō interrogetur, sed aut correctus conuertatur, aut correptus non conqueratur.

Petilianus dixit, Neq;.n. dn̄s deus humano sanguine aliqn̄ lętatus est, cū occisorē fratris Cain in uita carnificē uoluerit p̄manere. AVG. rn̄dit, Si occisori fratris deus noluit inferri mortē, sed relinqui carnifici uitā: uide ne forte hoc sit, q̄ cū regis cor in manu dei sit, vn̄ multas ad uos cōmonēdos & corripiendos leges ipse constituit: nulla tn̄ lex regia uos iussit occidi, fortasse propterea, ut q̄cūq; v̄rum in p̄tinaci sacrilegi furoris aura persistūt, Cain parricidæ supplicio & uita car-

Marginalia (left column): Eccl. 15. — L — 23. q. 5. c. ad fidē. — Mat. 5. — M

Marginalia (right column): Acto. 5. — Pro. 14. — Luc. 14. — H — Cap. 85. — Luc. 24. — Acto. 1. — Cap. 86. — Gen. 4. — Pro. 21. — B

ta carnifice cruciētur. Legimus. n. multos à famulo Dei Moyse misericorditer interfectos. Nam in eo ꝙ pro eorum nefario sacrilegio sic est dominum deprecatus, ut diceret, Dñe si dimittis illis pctm̃, dimitte: sin autē, dele me de libro tuo: ineffabilis eius charitas & misericordia satis apparet. Nunquid ergo subito crudelis effectus est, cum de mōte descendens tot milia iuberet occidi? Cōsiderate itaq; ne forte maiore iracundia dei ꝑ tot leges aduersus uos latas à nullo Imperatore iussi fueritis occidi. An illi fratricidæ nō uos cōparandos putatis? Audite dñm per Prophetam dicentē, Ab ortu solis usq; ad occasum glorificatū est nomen meū in nationibus, & in omni loco incensum admouebitur nomini meo & hostia pura: Magnū nomen meū in nationib. dicit dñs omnipotēs. Huic fraterno sacrificio, super quod respicit dñs inuidere vos per calūnias vestras ōnditis: & si qn̄ audieritis, A solis ortu vsq; ad occasum laudari nomē dñi quod est viuū sacrificiū, de quo dictū est, Immola deo sacrificiū laudis: ita cōcidit vultus vester vt illius homicidæ. Sed quia vniuersum orbē interimere non potestis, odio ipso rei tenemini, dicēte Ioanne, Qui odit fratrem suū homicida est. Et utinam innocens frater in vestrorum potius Circūcellionū tela trucidandus, q̄ in vestram aquam rebaptizandus incurrat.

Exod. 32. Mala. 1. Ps. 112. C Psal. 49. 1. Ioan. 3.

Cap. 87. Petilianus dixit, Monemus vos ergo si libēter audiatis, & si nō libēter accipitis admonemus, quia dñs Xp̄s non occidēdi formā, sed moriēdi Christianis instituit. Nā si ita repugnātes diligeret, nollet pro nobis occidi. AVG. respondit, Vtinam formam eius sequerētur martyres vestri, nō se præcipitarēt, qđ ille diabolo suggerēte nō fecit: vos autē cū maiores vestros etiā defunctos falso testimonio ꝑsequimini, ubi accepistis hanc formā, ꝙ nos ignotorum criminibus maculare conamini, cum uestrorū malefacta notissima uobis obesse nolitis: vbi accepistis hanc formā? Sed nimium superbimus si de vobis succensemus, cū aduersus ipsū dñm vos falsum testimoniū dicere videamus: Qn̄quidē ipse Ecclesiā suā oēs gētes & promisit & exhibuit, & vos cōtradicitis. Hanc vero formā nec ab ipsis Iudæis persecutorib. accepistis. Illi .n. persecuti sunt carnem ambulantis in terra, vos Euangelium sedentis in cęlo. Qđ Euangelium mitius pertulit sæuientium regum flammas q̄ vestras patitur linguas: nā illis incendentib. vnitas mansit, vobis loquētibus manere non potuit: Quia verba domini exusta cupiebant aboleri, non credebant posse lecta contemni. Nō ergo illi in Euāgelio exercerent flammas suas, si eis cōtra Euāgeliū permitteretis linguas vestras. In illa ꝑsecutione Euangeliū Christi ab aliis sequētibus quærebatur, ab aliis metuentib. prodebatur, ab aliis sæuientibus incendebatur, ab aliis diligentib. abscondebatur, nullis cōtra dicentibus oppugnabatur, sceleratiores vobis ꝑsecutionis partes trāsacta gētiū ꝑsecutione seruatis. Qui Xp̄i nomē persequebantur, Xp̄o crediderunt, qui propter Christi nomen honorantur, Christo contradicunt.

Matt. 4. D E

Cap. 88. Mat. 26. Petilianus dixit, Ecce vobis plenissimum documentum, ꝙ Christiano non liceat in pernicie aliena uersari, disciplinæ ăt huius initium Petro est cōstitutum, sicut scriptum est, Percussit Petrus auriculam serui principis Iudæorum, & abscidit eam. Dixitq; illi Iesus, Petre reconde gladium tuū in thecā: Qui.n. gladio vtitur, gladio morieť. AVG. rñdit, Cur ergo non tali uoce compescitis arma Circūcellionum? An præter Euāgeliū vos loqui arbitremini, si dixeritis, Qui fuste vsus fuerit, fuste morietur? Date ergo veniā quia nec illos à quib. Marculum præcipitatum esse querimini, potuerint prohibere maiores nostri: neq;.n. scriptū est in Euāgelio, Qui aliquē præcipitauerit, præcipitio morietur. Atq; vtinā sicut illa vel falsa vel trāsacta sunt, sic istorū lingua cessaret. Quāquā fortasse irascimini, ꝙ legionibus vestris, & non legibus, saltem verbis subtrahimus armaturam, quia eas solis sæuire fustibus dicimus. Vetus quippe ista eorum malitia fuit, nunc autem nimium profecerunt: Nam inter vinolenta conuiuia, & cum fœminis maritos non habentibus, liberam comitandi, vagandi, iocandi, bibendi, pernoctandi licentiam, non solum fustes tornare, sed etiam ferrum vibrare & fundas circumagere didicerunt. Sed cur eis non dicam quo animo dico, & quo illi accipiant nouerit Deus: Insani, gladius Petri quamuis adhuc carnali motu animi, tñ pro Xp̄i corpore in corpus persecutoris

Colo. 1. ris exertus est: vestra vero arma aduersus Xpm diuisa sunt. Corpus uero cui ille caput est.i. Ecclesia eius per omnes gentes est. Ipse hoc dixit, & ascendit in cœlum, quo eum furor Iudæorũ sequi non potuit, & mẽbra eius in corpore quod ascendens commẽdauit, furor vr̃ oppugnat. Pro istis mẽbris aduersus vos sæuiunt & vobis resistũt quicunque in catholica paruæ adhuc fidei, eo aio sunt, quo tũc Petrus fuit, cũ ferrũ pro Christi noĩe strinxit: Sed multũ interest inter vestram persecutionẽ & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum, quia seruiẽtes principib. vestris aduersus Ecclesiam catholicã .i. aduersus Xpi corpus armamini: Isti ãt tales sunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore.i. pro Ecclesia, ẽt corporaliter pugnauit. Sed si ipsis dr̃ ꝙ quiescant, sicut Petro tũc dictũ est, quãto magis vobis dicẽdũ est, vt hæretico errore * deposito ad ea mẽbra ꝑtineatis, pro quibus illi sic dimicãt? Sed læsi à talib. ẽt nos odistis, & tanq̃ aures dexteras ꝑdideritis, Christũ sedẽtẽ ad patris dexterã nõ auditis. Sed quib. loquar, aut qñ eis loquar, quib. nec horã inuenio, ui nũ ẽt mane ructãtibus, siue iam ebriis, siue adhuc.* Quinimo & minãtur, nõ solũ illi, sed de illis ẽt Epi ipsorũ parati negare ad se pertinere quod fecerint. Donet nobis dñs canticum graduum, quo dicere possimus, Cũ his qui oderũt pacẽ eram pacificus, cum loquebar illis debellabant me gratis. Dicit .n. hoc corpus Christi quod per totã terrã, ab alijs hic, ab alijs alibi, & ab omnibus alijs atque alijs vbicunq; sunt hæreticis oppugnatur.

23. q. 3. ca. pro mem.

Al. furore.

G

** Forte deest, potãtibus.*

Ps. 119.

Petilianus dixit, Ergo, inq̃, mortẽ pro fide subeundam constituit, quę cuiq; pro cõmunione faciẽda. Christianitas .n. mortibus proficit. Nam nemo fidelissimus uiueret, si mors a fidelib. timeretur. Dicit .n. dñs Christus, Si granum tritici cadens in terram non moriatur, solum manet: si aũt moriatur, multum fructũ facit. AVG. rñdit, Vellem scire quis primo de parte vestra se pręcipitauerit. Valde quippe illud granũ fertile fuit, vñ tanta seges præcipitatorum cadauerũ pullulauit. Sanè cũ verborum dñi memineritis, qa se dixit granum moriturum, & multũ fructũ facturum: quare ipsi fructui, quod ꝑ totũ mundũ ueracissime ꝑuenerit inuidetis,

Cap. 89.

Ioan. 12

H

& ei zizaniorũ vel paleæ crimina, vel quæ auditis vel quæ finxistis obiicitis?

Petilianus dixit, Sed vos spinas atq; zizania, nõ semina spargitis, cũ quib. vos in summo iudicio deceat cõcremari. Non maledicimus, sed omnis spinosa cõscientia, dei sentẽtia sic tenetur. AVG. rñdit, Saltẽ cõmemoratione zizaniorũ simul tibi & triticũ veniret in mentẽ, quia vtrũq; per agrũ iussa sunt crescere vsq; ad messem: vos aũt oculum maleuolentiæ in zizaniis acriter figitis, & contra sententiã Christi ea sola per orbem terrarũ, excepta Aphrica, creuisse contenditis?

Cap. 90.

Matt. 13

Petilianus dixit, Vbi est quod dicit dominus Christus, Si acceperis alapam, præpara & aliam maxillam? Vbi est illud ꝙ sputa à facie passus est, q̃ sputo suo sanctissimo cęci oculos patefecit? Vbi est qđ dicit Apostolus Paulus, Si q̃s vos in faciẽ cædit? Vbi est qđ iterũ dicit, In plagis supra modũ, in mortib. frequenter, in carcerib. abundãtius? Quę ꝑtulit memorat, nõ quæ fecit: suffecerat fidei Xpianę a Iudeis hæc fieri. Cur hæc miseri ꝑpetratis? AVG. rñdit, Itane vero vos accepta alapa præberis alterã maxillam? Nõ istã vobis famam furiosa vestra agmina per totam Aphricam cũ terribili turpitudine passim vagãtia cõpararũt. Vtinã vobiscũ paciscerentur hoĩes, vt saltem ẽm veterem legẽ, oculum pro oculo, dentem pro dente peteretis, nõ pro auditis verbis fustes erigeretis.

Cap. 61

Mat. 5.

Mat. 26.

Ioan. 9.

2. Co. 11

I

Exo. 21.

Petilianus dixit, Quid aũt vobis est cum regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? Quod ut breuiter doceã Machabęos fratres rex persecutus est. Rex quoq; tres pueros, cum ipse sacrilegus esset, flammis nescius religiosis addixit, Rex quæsiuit animam pueri Saluatoris. Rex iustissimum Danielem ferinis morsibus, ut putabat, obiecit. Ipsumq; dñm Xpm iudex nequissimus regis occidit. Inde est qđ Apostolus clamat, Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam non huius seculi, neque principũ huius mũdi quæ euacuatur, sed loquimur dei sapientiã in sacramẽto, q̃ fuit abscõdita, q̃ cõstituit deus ante secula in gloriã nostrã, quã nemo principũ huius seculi cognouit: Si.n. cognouissent, nõ vtiq; dñm maiestatis crucifixissent. Sed de pristinis regib. paganis hoc dictũ sit. Vos ãt huius seculi imperatores,

Cap. 92.

2. Ma. 7

Dani. 3.

Matt. 2.

Dani. 6.

Mac. 27.

1. Cor. 2.

K

peccatores,quia christiani esse desiderāt,nō permittitis esse christianos, cū fuco & nebu la vestri mendacij eosdē bona mente creden tes,ad iniquitatē vrām prorsus adducitis, vt armis suis contra hostes reipublicæ pparatis in christianos incurrāt, putentq; se suasioni bus vestris Deo offm̄ facere,si nos quos odi stis occidāt, dicēte Dño Christo,Veniet,inquit, tps, vt qui vos occiderit,putet se Deo offm̄ facere. Nihil igit intereſt vobis male docentibus, vtrū reges orbis terrarū, pagani qđ absit,an christiani esse desiderēt, cū eosdem contra Christi familiā non cessatis armare. Nescitis aūt,aut potius nō legistis, ꝙ crimine hoīem occidentis, maius crimē est suasoris. Iezabel in mortē hoīs iusti uel pau peris,maritū suum excitauerat.regē, pari tñ supplicio vir & vxor ambo perierunt. Neq; .n. vos aliter reges impellitis,q̄ vt sæpe subti lis suadela fœminea reges impulit in reatū. Etenim p filiā vxor Herodis impetrauit ac meruit in disco ad mēsam caput Ioannis afferri. Pontiū Pilatū Iudæi sic coegerunt,vt Christum Dñm cruci suffigeret, cuius sanguinē vindicē super se semp ac suos manere uoluerunt. Ita vos igit sanguine nr̄o pec cātes obruitis: Non.n.& si iudex percutiat, nō vr̄æ nos potius calūniæ ferierūt.Dicit.n. Propheta Dauid ex Dñi Christi psona,Quare fremuerūt gentes,& populi meditati sunt inania Astiterūt reges terrę,& principes con uenerūt in vnū, aduersus Dñm,& aduersus Christū eius Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus a nobis iugū ipsorū. Qui habitat in cęlis,irridebit eos, & Dñs subsanna bit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua,& in furore suo cōturbabit eos. Ego aūt constitu tus sum rex ab eo super Sion mōtem sanctū eius,prædicās præceptum eius. Dñs dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuā,& possessionem tuā terminos terræ.Reges eos in uirga ferrea,& tanq̄ vas figuli eos cōminues.Ipsos,id est reges,ne quasi ignari uel nescij psequi cuperent christianos, his pceptis admonuit ne perirent,q̄ illos præcecepta,qa nesciūt,utinā nos doceremus: aut certe uos illis sine dubio oñderetis si velletis vt uiuerēt: uel certe qđ tertiū est, ipsos sibimet legere vestra malitia pmisisset, primus

Ioan. 16. Mat. 1. Reg. 21. Mat. 14. Mat. 27. L Psal. 2. M

Dauidicus Psalmus illis oīno suaderet, vt Christiani uiuerēt & regnarent, quos quidē male decepistis,dū uobis sese cōmittūt.Vos nanq; illis q̄ mala sunt fingitis, & quæ bona sunt occultatis. Hoc tandē legant uel serius qđ olim legere debuerunt. Quid.n.dicit,Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā: Seruite Dño in timore,& exultate ei cū tremore: Apprehendite disciplinā neqñ irascatur Dñs,& pereatis de via iusta,Cū exarserit q̄ cito ira ipsius sup vos: beati oēs qui cōfidunt in eo?Imperatores,inquā,suasionibus pręmitis vt Pilatum, quem,ut dixi mus,Iudæi præsserunt, licet ipse clamauerit lauās publice manus,Liber sum a sanguine huius iusti: tñ qūo potuit a crimine mūdus esse qui fecit? Sed ut ueterā taceā, in uestris exemplis aduertite Imperatores q̄ plures ac iudices vestros persecutionē nobis faciēdo perijsse,ut relinquā Neronē,qui primus est psecutus christianos,Domitianum,similiter Neronis maximā partē,Traianū,Variū,Deciū,Valerianū,Diocletianū: perijt ēt Maximinianus,qui dū thura pdicarent,incēsis co dicibus dñicis primus Marcellinus Eps Romanorū qui fuit,sed & Carthaginis Mensu rius,& Cæcilianus ex ipsis sacrilegis flāmis, fauillæ uel cineres remanserūt,thuris.n.con scientia oēs implicuit qui Mensurio confessi stis.Perijt Macarius,perijt Vrsacius,cūctiq; comites uestri Dei pariter uindicta perierūt. Vrsaciū nāq; Barbarica pugna prostratum, sęuis vnguibus alites,canumq; auidi dentes morsibus discerpserunt.Nōne idē uestro im pulsu percussor est,qui ut rex Achab,quē diximus a muliere persuasum, iustū pauperē occidit? Ita uos quoq; iustos & pauperes, circa opē dixerim mūdanā, nam gratia Dei in uobis nō est,pauperē non definitis iugulare.Non.n.si cū manu non facitis,non lingua carnifice hoīem iugulatis.Scriptū est.n. Mors & vita in manibus linguæ, Oēs ergo qui occisi sunt,tu qui suasor es occidisti.Ne que.n.manus carnificis nisi lingua tua ferue scit,& ille dirus pectoris calor in alienū san guinē uerbis tuis accenditur, sanguinem iu stū sui uindicē diffusoris. AVG. rñdit,Huic loco tā copiose a te exaggerato atq; digesto vbi de regibus seculi aduersus nos inuidiose loquimini,si debite digneq; rñdeam,vereor

Mat. 27. A Pro. 18. B

ne me

ne me quoq; crimineris regum iracundiam
in vos cõcitare uoluisse: Quanquã cum mo
re vestro uniuersaliter in oẽs catholicos hu
ius inuectionis impetu feraris, nec me vtiq;
ꝓtermittis: Curabo tñ ostendere si potuero
te potius hoc fecisse talia dicendo, q̃ me tali
bus rñdendo. Ac primum uide quemadmo
dum tibi tuipse aduerseris: Ecce istum locũ
sic exorsus es, Quid aũt uobis est cum regi-
bus seculi, quos nunquam Christianitas nisi
inuidos sensit? His uerbis ꝓhibes utiq; nos
ad reges seculi accedere. Et paulopost di-
cis, Ipsosq;.i.reges, ne quasi ignari vel nescij
persequi cuperẽt Christianos, his præceptis
admonuit ne perirẽt, quæ illos præcepta q̃a
nesciũt, utinã nos doceremus: aut certe vos
illis sine dubio ostenderetis si uelletis ut ui-
uerent. Qũo igitur nos regũ uis esse docto-
res? Et nostris quidem si qua eis amicitia est
C cum regibus Christianis, si ea bene utuntur
nihil peccant: si qui uero inde extolluntur,
multo leuius q̃ uos peccant. Vobis.n.qui sic
nos arguitis, quid fuit cum rege pagano, &
quod est grauius, apostata & Christiani no-
minis hoste Iuliano, à quo uobis basilicis
quasi uestras reddi deprecantes, hoc in eius
laude posuistis, ꝙ apud eũ sola iustitia locũ
haberet? Quibus uerbis, credo.n. vos Latine
intelligere, & idololatria Iuliani, & aposta-
sia iustitia est appellata. Tenetur petitio, quã
vestri maiores dederunt Constantio, quam
impetrauerunt gesta, vbi allegauerunt, Eui-
gilate & attendite inimico Christi, apostatę,
aduersario Christianorum, seruo dæmonio
rum: talibus uerbis ille ille vester ille Põtius
supplicauit. Ite nũc & nobis dicite, quid vo
bis est cum regibus seculi, vt surdi surdis po
pulis legatis, quod cum ipsis audire nõ vul-
Mat.7. tis? Stipulam in oculo fratris tui uides, trabẽ
in oculo tuo non vides? Quid inquies uobis
est cum regibus seculi quos nũquam Chri-
stianitas nisi inuidos sensit? Hoc cum dixis-
ses, enumerare conatus es, quos reges iusti
senserint inimicos, nec cõsiderasti ꝙ plures
enumerari possint quos habuerint amicos.
Gen.20. Pater Abrahã à rege diuinitus admonito ne
attaminaret eius uxorem, & amicissime ha-
D bitus est & munus accepit. Isaac filius eius
Gen.26. regem similiter amicissimũ expertus est. Ia-
Gen.4. cob in Aegyptũ à rege honorabiliter exce-
ptus cum ẽt benedicit. Quid loquar de filio *Gen.41.*
eius Ioseph, qui post carceris tribulationẽ,
quo uelut igne sicut aurũ castitas eius proba
ta est, magnis ab eo sublimatus honoribus:
iurabat ẽt per Pharaonis salutẽ, non tanquã
typo elatus, sed beneuolentiæ non ingratus?
Exo. 2. Regis filia Moysen adoptauit. Dauid ad alie
1.Re.27. nigenã regis Israel cõpulsus iniquitate con-
3.Re.18. fugit. Helias ante currũ pessimi regis, nõ il-
4.Reg.4. lius imperio, sed suo cucurrit obsequio. Hę-
lisęus hospitæ mulieri si quid sibi forte à re
ge ꝓ eius intercessionem præstari vellet, ẽt
vltro offerendũ putauit. Sed ad ipsa iam tp̃a
veniam, qñ captiuus dei populus habebat:
vbi vt mitius loquar, mira tibi irrepsit obli-
uio. Volẽs.n.probare ꝙ reges nunquã Chri
stianitas nisi inuidos senserit, cõmemorasti
tres pueros & Danielẽ, quæ passi sunt à per-
sequẽtibus regibus: ne rebus, modo uicinis,
sed planè ipsis admoneri potuisti, quales ip-
Dan.3. se rex post innocentiũ flammarũ miraculũ,
siue in deo laudando atq; prædicando, siue
in ipsis pueris honorandis extiterit, qualem
E rex habuerit Danielẽ, & non recusantẽ qui-
bus muneribus exornauerit, cũ ille honorẽ
debitũ reddens regiæ potestati, quod satis in
uerbis eius apparet, donũ dei quo præditus
erat indicando, interpretãdo eius somnium
non subtraxit. Vnde cũ ab inuidis sancto vi
ro sacrilega væsania calũniantibus, inuitus
Dan.6. eum rex in lacũ leonum mittere cogeretur,
quanquã tristis id fecerit: præsumpsit eum
tñ per auxilium dñi sui saluum futurũ. Itaq;
cũ ille refrenata diuinitus leonũ rabie vixis-
set illęsus, solicita & amica uoce regis ipsius
sibi præmissa, & ipse cũ benedictione de la-
cu rñdit, Rex in seculũ viue. Cur istas regũ
cũ sanctis amicitias, cum sermo tuus ibidẽ
versaretur, cũ istorum famulorũ dei in qui-
bus hęc acta sunt, tu ipse cõmemorares exẽ-
pla, vel nõ uidisti uel uidere noluisti, uel q̃d
nescio quemadmodũ excuses, uisa notaq; ta
cuisti? Quod si te sicut causæ pessimæ defen
sorem studium falsitatis astruere non impe-
diret, & te nolentem uel nescientem a luce
veritatis auerteret, profectò reges quosdam
bonos, quosdam autem malos, & alios san-
F ctorũ amicos, alios inimicos, sine vlla diffi-
cultate recoleres. Et miramur ꝙ se Circun-
celliones vẽi sic ꝓcipitant. Quis post te cur-

rebat obsecro?te qs Macarius,qs miles insequebatur? Nēpe in abruptū falsitatis huius nullus nr̄m te impulit. Cur ergo clausis oculis sic istic es pceps, vt cū dixisses,qd āt vobis est cū regib. seculi nō adiūgeres, qd' sępe Christianitas inuidos sensit:sed nō dubitares dicere,quos nunquā Christianitas nisi inuidos sensit?Itane vero nec ipse cogitasti, G nec eos q scripta tua legerēt,cogitaturos putasti tot regū exēpla tibi reclamantia, ne scit qd loquat?An qa illi quos cōmemoraui, veterū tporū fuerūt,iō tibi eos nihil aduersari arbitraris,qa nō dixisti, quos nūquā iustitia nisi inuidos sensit: sed dixisti,quos nūquam Xp̄ianitas nisi inuidos sensit:ex illo fortassis tpe volēs eos intelligi iustis iuidere,ex quo Xp̄iani appellari cęperūt? Quid ergo tibi volūt exēpla veterū tporū,quib. qd' imprudēter dixisti,imprudētius docere voluisti? Nū qd .n. Machabęi vel tres pueri vel Daniel, nō antequā Xp̄s in terra nasceret,vel egerūt illa vel ptulerūt? Deinde cur, vt pauloante cōmemoraui,Iuliano Xp̄ianitatis iuido supplicastis?cur ab eo basilicas petistis?cur apud eū solā iustitiā locū habere dixistis?Si Xp̄ianitatis inuidus hęc audit, qd sunt à quibus hæc audit? At vero Cōstātinus nequaquam Xp̄iani nois inuidus,sed plane Xp̄iano noīe gloriosus,memor spei quā gerebat in Xp̄o, pro ejus vnitate iustissime iudicās,accepta-H ri à vobis nec ad se appellātib. meruit, ambo iā Xp̄ianis tporibus, sed nō fuerūt ambo Xp̄iani. Qd' si ambo Xp̄ianitatis inuidi,cur ad vnū eorū sic appellastis, alteri eorum sic supplicastis?Si aūt qd' verū est petentib.tum maiorib. vestris episcopale iudicium dederat Constantinus,& apud Romam & apud Arelatum,quorum primū apud eum accusastis,ab altero ad eum appellastis? Si ergo qd' verum est vnus eorum in Christū crediderat, alter à Christo apostatauerat,cur Christianus consulens vnitati contemnitur, & apostata fauens diuisioni laudatur?Constātinus vobis basilicas iussit auferri, Iulianus restitui. Quid horū Xp̄ianæ paci conueniat vultis nosse? Illud fecit qui crediderat in Christū, hoc fecit qui dimiserat Christū. O q̄ velles dicere, male factum est vt Iuliano ita supplicaretur, sed hoc quid ad nos pertinet? Qd' si diceres, & in his quidem uerbis tuis catholica vinceret fides,ad cuius sāctos tot orbe diffusos multo minus ptinet qcqd dicitis de quib. vultis sicut vultis. Sed nō pt dicere male factū vt supplicaret,oppilat fauces,premit linguā domestica authoritas,Pōtius fecit,Pōtius supplicauit,Pōtius apostatā iustissimū dixit,Pōtius apud apostatā solā iustitiam locū habere pdicauit. His verbis sibi pontiū supplicasse in eodē rescripto suo nominatim sine ambage ipse Iulianus expresit.Extant allegationes vestræ,nō hęc incerta fama, sed publica monimēta testātur. An forte quia cōtra vnitatē Xp̄i,petitioni vestrę aliquid concessit apostata, verū putas esse quod dictū est, apud eū solum locū habere iustitia?Quia vero imperatores Christiani quod ualere arbitrantur ad Christi unitatē,cōtra vestram statuunt uolūtatē, Christianitatis inuidi appellantur?Sic desipiāt hęretici. Et vbi,inquies, impletū est qd' dn̄s ait, I Veniet tp̄s vt qui vos occiderit,putet se deo officiū facere? *Ioan. 16* Neq;.n. hoc de Paganis dici potuit,qui non pp deū,sed pp idola Christianos persequebantur.Nō uidetis si hoc de his imperatorib. dictum esset qui gaudēt de noīe Christiano, hoc eos vtiq; pcipue esse iussuros ut occideremini, quod nunquā oīno iusserunt?Sed vestri hostili more legibus repugnando pœnas debitas luūt,& uoluntarias mortes suas dū nobis inuidiosas putāt, sibi perniciosas nō putant. Quod si de regibus nomē Christi honorātibus illud à dn̄o dictū esse arbitrātur, quærant qd catholica in Oriēte perpessa sit,qn̄ Valens imperabat Arrianus. Ecce haberem quod intelligerem impletū esse,quod dn̄s ait, Veniet tp̄s vt qui vos occiderit,putet se officiū deo facere:nec sibi ad famæ gloriā assumerent hęretici, si quis aduersus eorum errorē imperatores catholici pręcepissent. Veruntn̄ tp̄s illud post ascensionem dn̄i cōpletū esse reminiscimur sancta scriptura huius rei testis omnib. nota est, Iudæi putabāt se officiū deo facere,cū Apostolos occidebant. Inter hos qui officiū deo arbitrabātur se exhibere, ēt Saulus nr̄, nondum noster, fuit: ita ut hoc inter laudes suas præteritas & obliuiscendas enumeret. *Phil. 3.* Hebręus,inquit,ex Hebræis, secundum legem K Pharisæus, secundum æmulationē persequens Ecclesiam. Ecce qui putabat offi-

cium

cium se deo facere,cũ faciebat qđ mox ipse perpessus est. Nã quadraginta Iudæi coniurauerant ut interficerent eum, qñ fecit hoc tribuno innotescere,ut eorũ insidias armato milite septus euaderet,sed nondũ erat qui ei diceret,Quid tibi est,non cũ regibus,sed cũ tribunis armisq; regalibus? Non erat qui ei diceret,Audes per milites quærere tuitionẽ, cum dñs tuus per eos ductus sit ad passionẽ? Nondũ erant ista deliramenta,sed cõtra hęc futura iam tunc illa parabantur exempla.

Ioan. 16
Act. 23.

Quinetiam terribiliter proponere ausus es & dicere,Sed ut cætera taceã, in uestris exẽplis aduertite Imperatores q̃ plures ac iudices uestros persecutionẽ nobis faciendo perijsse. Hoc in epistola tua cũ legissem intentissime expectabam quid dicturus & quos enumeraturus esses, cũ ecce mihi quasi relinquendo cœpisti cõmemorare Neronem, Domitianum,Traianum,Varium,Decium, Valerianũ,Diocletianũ,Maximianũ.Fateor plures esse,sed tu prorsus cõtra quos loquaris oblitus es.Nõne isti oẽs Pagani erãt, uniuersaliter Christianũ nomẽ pro suis idolis ꝑsecuti sunt?Euigila ergo,nã isti cõnis nostrę non fuerunt,vnitatẽ ipsam vel vñ vos sicut vos putatis, vel vñ nos sicut Christus docet ex istis totam persequebantur.Tu autẽ proposueras oñdere nostros imperatores ac iudices persecutionẽ uobis faciẽdo periisse,ac nos tu exigis ut istos cõputemus, quia relinquens eos commemorasti dicens, Vt relinquã Neronẽ:& sub ista relictione ꝑ cæteros cocurristi. Quid opus fuit ergo ut cõmemorarentur ad rem non pertinentes ? Sed quid ad me?Iam istos tecũ relinquo:nũc saltẽ procedant illi quos promisisti q̃ plures.Nisi forte propterea nõ inueniuntur,quia eos perijsse dixisti.Sequeris.n.iam, & Episcopos nominas, quos de traditione codicum soletis arguere.De quib.& nos solemus rñdere,aut non probatis,& ad neminẽ pertinet:aut probatis,& ad nos nõ pertinet. Suam.n. sarcinã portauerunt,uel bonam uel malam. Et bonam quidem credimus,sed qualemlibet, tñ suam sicut uestri mali,nec ipsi uestram,nec uos ipsorum,sed uestrum omnium communis pessima sarcina schisma est. Hoc sępe iã diximus. Exhibe igitur non Episcoporũ nomina,sed imperatorũ ac iudicum nostrorũ, qui vos persequendo perierunt. Hoc.n.proposueras, hoc promiseras, ad hoc nos intentissimos feceras. Audi,inquit,Perijt Macarius,perijt Vrsacius cũctiq; comites uestri, dei pariter uindicta perierunt.Duos solos cõmemorasti,quorum neuter imperator fuit. Cui hoc placeat quæso te, tibi ipsi non ne displicet?Promittis q̃ plures imperatores ac iudices nostros te cõmemoraturũ,qui uos persequendo perierunt, & tacitis imperatorib. nominas duos uel iudices uel comites.Illud .n.quod adiungis, Cunctiq; comites uestri, Dei pariter uindicta perierunt, ad rem non pertinet.Hoc quippe modo iãdudum locum istum finire potuisti, ut oĩno neminẽ nominares.Cur ergo imperatores nostros: id est, nostrę cõmunionis non cõmemorasti ? An timuisti ne reus maiestatis accusareris? Vbi est Circũcellionica fortitudo ? Deinde quid ais de illis quos tot superius nominasti, qui rectius tibi possunt dicere, q̃d nos q̃rebas ? Cãm.n.tuã nihil adiuuerunt,& tñ nominati sunt. Deinde qualis es q̃ eos quos perijsse cõmemoras nominare formidas?Saltẽ ipsos iudices uel comites quos uideris nõ timuisse,plures nominares.Remãsisti ãt ad Macariũ & Vrsacium.Itane q̃ plures illi, duo isti sunt?An qđ pueri didicimus sapis?Si.n.quæras ex me,duo quis numerus sit, singularis an pluralis:quid esse rñdeam nisi pluralem? sed adhuc etiã non desit quod dicã, è duob. video Macarium, Neq;.n. dixisti qũo perierit.An forte quisquis vos persequitur,nisi in hac terra fuerit immortalis,qñ mortuus fuerit, ꝑ ꝑ uos mortuus existimabitur ? Quid si non tam longo imperio Constantinus,& tã longa fœlicitate uixisset, qui primus aduersus vestrũ errorem multa constituit,& quid si non Iulianus tam cito abreptus esset è vita,qui vobis basilicas dedit,qñ ista garriendi finẽ faceretis,cum & mõ tacere nolitis?Nec tñ dicimus nos ideo citò mortuum Iulianũ quia vobis basilicas dedit. Possumus .n. esse in his pariter copiosi,sed nolumus esse pariter vani.Proinde ut dicere cœperam, ex illis duob. cerno Macarium.Cum.n.duos ꝓposuisses,ipsum & Vrsacium, repetisti nomen Vrsacii ut nobis ostenderes quam mortem meruerit, & dixisti, Vrsacium nanque barbarica pugna prostratum,sæuis vnguib.

Gala. 6.

alites

alites canũq; auidi dẽtes morsib. discerpserunt. Vnde satis apparet cũ de Macario maiorem inuidiã facere soleatis, ita ut nos Macarianos, non Vrsacianos appelletis, multo maxime te de illo fuisse dicturum, si de morte eius aliquid tale dicere potuisses. Ex his B itaq; duobus vbi pluralem numerum posuisti, seiuncto Macario, remanet Vrsacius nomen proprium numeri singularis. Vbi est igitur q̃ plurium illorum tam minax & tremenda promissio? Iã illud q̃ ridiculum sit qui quoquo modo loqui nouerunt, quãtum opinor intelligũt, quod cum dixisses, Perijt Macarius, perijt Vrsacius, cunctiq; comites vestri, Dei pariter vindicta perierunt: tanq̃ exigẽtibus vt probares, quia reuera nihil aliud uel auditor vel lector exigeret, statim cõnexuisti magnũ documentum, quo probares cunctos comites nostros dei uindicta pariter corruisse. Vrsaciũ nãq; Barbarica, inquis, pugna prostratum, seuis unguib. alites, canũq; auidi dẽtes morsib. discerpserũt. Hoc mõ põt alius similiter nesciẽs quid loquatur dicere, oẽs Epõs vestros dei vindicta in carcere defecisse. Et cũ ab eo fuerit flagitatum, vñ hoc probet, adiũget statim, Optatus nanque de satellitio Gildonis accusatus, tali gñe mortis extinctus est. Has nugas audire & discutere & refellere cogimur: tñ timemus in C firmis ne tardiore intellectu in vestros laqueos celeriter currant. Istum autẽ Vrsaciũ si forte bene uixit, & uere ita mortuus est, cõsolabitur promissio dei dicẽtis, Sãguinẽ animarũ vestrarũ exquirã, de manib. oĩum bestiarũ. Quod ãt nobis calũniamini, dicentes, a nobis in uos ad iracundiã reges seculi cõcitari, dũ eos nõ docemus diuinã scripturam, sed potius malitiã nostrã suggerimus, non puto vos vsq; adeo surdos esse aduersus ipsa sanctorũ codicũ eloquia ut nõ potius timeatis ne nouerint ea, sed velitis nolitis, intrant Ecclesiã, & si nos tacemus, lectorib. admouent aurẽ: atq; vt de cæteris taceam, istũ ipsum plerunq; Psalmũ quem tu cõmemorasti, intentissime accipiũt. Dixisti.n. ꝙ eos nõ doceamus, nec eos volentes sinamus ut nouerint qđ scriptũ est, Et nũc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite dño in timore, & exultate ei cũ tremore: Apprehendite disciplinam ne qñ irascatur dñs

Gene. 9.

Psal. 2

&c. Credite & ista cantari, & illos audire: sed vtiq; audiunt & illud superius in eodẽ Psalmo, qđ tu nisi fallor, propterea præterire voluisti, ne timuisse intelligereris. Audiũt D ergo & illud, dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & possessionem tuam terminos terræ. Quo audito utiq; mirantur esse aliquos, qui huic hæreditati Xpi contradicunt, & eam ad exiguã partẽ terræ redigere conantur, mirantesq; fortasse quærunt pp id quod in sequentib. audiunt. Seruite domino in timore: in quo illi seruire possint inquantũ reges sunt, Oẽs .n. homines seruire deo debẽt, aliter cõmuni cõditione qua hoĩes sunt: aliter diuersis donis, qđ ille aliud agit in rebus humanis, ille aliud. Nõ.n. auferẽda idola de terra, qđ tanto ante futurũ prędictũ est, posset quisq̃ iubere priuatus. Habẽt ergo reges excepta generis humani societate eoipso quo reges sunt, vñ sic Dño seruiãt, qũo nõ possunt qui reges non sunt. Ista ergo cũ cogitãt, audiũt & illud qđ de trib. pueris ipse cõmemorasti, & audiunt solẽnitate mirabili. Tunc.n. eadem scriptura maxime in Ecclesia cantatur, qñ ipsa festiuitas feruentiores facit, ẽt eos qui cętero anno pigriores sunt. Quid ergo putatis animi E habere Xpianos imperatores, cũ audiũt tres pueros missos in caminum ignis ardentis, quia regi ad iniquitatẽ adorãdi simulachra cõsentire noluerũt: nisi ut cogitent piam libertatem sanctorũ nec regia ptãte, nec pœnæ immanitate posse superari, gaudeantque se non esse ex numero taliũ regũ, qui contẽptores idolorũ quasi sacrilegos puniebant? Porrò autẽ cũ in sequentib. audiũt eũdẽ regẽ, nõ solũ puerorũ, sed & flãmarũ deo seruientiũ tanto miraculo territũ, etiã ipsum cępisse deo seruire in timore, & exultare cũ tremore, & apprehendisse disciplinã: nonne intelligunt ideo ista esse conscripta, & tanta celebritate recitari, ut & seruis dei ne ad sacrilegium regib. cedant, & ipsis regib. ut ad religionem deo credant proponuntur exẽpla? Volẽtes ergo & isti ex ipsius admonitione Psalmi, quẽ tu quoq; inseruisti scripturis tuis, intelligere & erudiri, & seruire dño in timore, & exultare cũ tremore, & apphẽdere disciplinã q̃ intẽte audiũt, qđ ille rex po- F

Psal. 2.

Danie. 3 stea dixerit dixit.n.propositurũ se decretum omnib. populis quibus imperabat, ut quicũque dixissent blasphemiam in Deũ Sidrac, Misaac, & Abdenago, interirẽt, & domus eorum dispergerentur. Et si hoc eũ decreuisse cognoscunt, ne blasphemaretur deus temperator ignium, & liberator triũ puerorũ, profecto cogitant quid decernere debeant in regno suo, ne in suis fidelibus idem ipse deus exsuffletur remissor peccatorum, & liberator iã totius orbis terrarũ. Vide itaq; cũ aduersus uos aliquid pro unitate catholica reges Christiani cõstituũt, ne forte in labiis vestris tanquã scripturarũ diuinarũ imperitos eos arguatis, in corde ãt uestro satis doctos esse doleatis. Quis.n.ferat istam uestrã sacrilegã odiosamq; fallaciam in ipso uno Daniele regẽ accusare, quia in lacũ leonũ missus est, & regẽ nõ laudare, qa sublimiter honoratus est, cũ etiã qñ missus est, magis eũ saluum futurum, q̃ moriturũ ipse rex crederet, & de illo solicitus non cœnaret? Deinde audetis dicere Christianis, quid uobis est cum regibus seculi, quia Daniel a rege persecutionẽ passus est: & nõ respicere ipsum Danielem somnia regibus fideliter interpretantem, dñm regem appellãtem, munera & honores accipientem? Itemq; in eisdem tribus pueris, ꝙ recusantes adorare statuam in flammis missi sunt, inuidiæ flammas de regibus excitare: ꝙ autem à rege sic prædicati & sic honorati sunt tacere & abscõdere? Ecce rex fuerat persecutus, cũ obiecit leonibus Danielem: quid cum eo saluo recepto gaudens & gratulans inimicos eius dilaniãdos & cõsumendos eisdem leonib. misit, fuit persecutor an nõ fuit? Volo rñdeas. Si.n. fuit, cui ei Daniel ipse non restitit, cum præsertim tãta familiaritate facillime potuisset: & nobis dicitis ut reges ab hominũ persecutione reuocemus? Si ãt propterea persecutor non fuit, quia scelus in sanctũ virũ cõmissum iustissime uindicauit, qũo vindicandum est a regibus, ꝙ Christi sacramenta exsufflãtur, si Prophetæ mẽbra, quia in periculũ missa sunt, sic vindicari meruerunt? Item cõcedo & manifestum est persecutorem fuisse regẽ, cũ tres pueros ꝙ simulachrum adorare noluerunt, misit in flammam: sed quæro utrum fuerit persecutor, cum illud decretum proposuit vt interirent & domus eorũ vastarent, q̃ blasphemarẽt vnum deũ verũ. Si.n. persecutor fuit, cur ad verba persecutoris rñdetis, amẽ? Si aũt non fuit, cur eos persecutores dicitis qui uos à blasphemiæ furore deterrẽt? Si.n. cogunt vos supplicare idolo, illi sunt similes impio regi, vos tribus pueris, Si aũt prohibent repugnare Christo, vos estis impij, si hoc facitis. Quid sint autem illi si terribiliter hoc uetant, ego nõ dico: tu inueni aliud qđ dicas, si pios imperatores non vis dicere. Si hæc exempla de Daniele & trib. pueris ego cõmemorassem, fortasse resisteres, & in hæc nostra tp̃a ex illis temporibus sumi non debuisse clamares. Deo gratias, quia ea ipse posuisti ad id quidẽ quod volebas, sed vides ea potius ualuisse ad id quod nolebas: An non est ista vestra fallacia, sed error human⁹ est? Vtinã ita sit: emẽda ergo, ne timeas, nõ inde eris minor, immò vero maioris ingenij est animositatis flammas confitendo extinguere, q̃ falsitatis nebulas intelligendo uitare.

Danie. 6

Danie. 2.

G

Danie. 3.

Danie. 6

H

Cap. 93

Petilianus dixit, Vbi lex Dei, vbi Xp̃ianitas v̄ra est, si cædes & mortes facitis ac iubetis? AVG. rñdit, Ad hoc vide q̃d dicãt cohr̃des Xp̃i per totũ orbẽ terrarũ, Cędes & mortes nec facimus nec iubem⁹, & ista faciẽtib. multò sceleratius seuitis, q̃ hęc in hominũ mẽtibus contra vitam æternam cõmittitis.

Cap. 93

I

Petilianus dixit, Si amicos nos vultis, quare inuitos attrahitis? Si autem inimicos fingitis, cur occiditis inimicos? AVG. rñdit, Nec inuitos attrahimus, nec occidimus inimicos, sed quæcunq; uobiscum agimus, quanquam vobis agamus inuitis, ex charitate tñ agimus, ut uolentes vos corrigatis, correctique viuatis, nã nemo viuit inuitus, & tamẽ puer & hoc volens discat, inuitus uapulat, & hoc plerunq; ab homine charissimo. Et hęc quidẽ vobis reges dicerent si ferirent, Aliter *.n.eorum potestas diuinitus ordinata est; sed cũ & isti nõ feriunt, uos clamatis.

* al. At hoc.

Cap. 95

Petilianus dixit, Quæ aũt ratio est, quæve inconstantia vanitatis, quòd cum nos falso vocabulo dicatis hæreticos, communionem nostram magnopere cupiatis? AVG. respondit, Si hæreticorum communionem magnopere cuperemus, corrigi uos ab hæretico errore nollemus: cum autem hoc uobiscum agamus ne sitis hæretici, quomodo

do hæreticorum cõionem magnopere cupimus? Dissensio quippe uos & diuisio facit hæreticos: pax uero & unitas, facit catholicos. Cũ ergo inde huc venitis, desinitis esse qđ odimus, & incipitis esse quod amamus.

Petilianus dixit, Eligite tandẽ de duobus alterũ, quid dicatis. Si innocentia uobis est, cur nos ferro sectamini? aut si reos nos dicitis, qđ nos q̃ritis innocentes? AVG. rñdit. O acutissimã complexionẽ, an potius ineptissimã loquacitatẽ. Nonne ibi proponi solet ut eligatur alterũ de duobus qđ rñdeatur, ubi vtrunq; non põt eligi? Nã si mihi proponeres ut eligerẽ alterũ de duobus, quid dicerẽ, vtrum innocentes an nocentes simus, uel rursus ex alijs duobus, siue ex istis, non possem nisi vnũ eligere quod dicerẽ. Nũc proponis hæc duo, utrũ nos innocentes simus, an uos rei sitis, & vis vt vnũ ex his duob eligam, ut rñdeam. At ego nolo unũ dicere, q̃a vtrunq; dico, & nos innocẽtes, & uos reos. Nos esse innocẽtes dicimus à falsis & calũniosis criminationibus vestris, quicunq; in catholica possumus salua cõscientia dicere, nec sanctos codices nos tradidisse, nec idolorũ supplicationibus cõsensisse, nec quẽquã occidisse, uel si qđ aliud mali soletis objicere, nec eos qui forte, qđ quidẽ nec de ipsis probastis, ista fecerũt, cõtra nos regnũ cęlorũ, sed cõtra seipsos clausisse quia vnusquisque nrũm sarcinam suã portat. Ecce habes vnũ. Et uos oẽs nocentes & sceleratos esse, nõ alios aliorũ criminib. q̃ apud vos a q̃busdã cõmittunť, & a quibusdã reprehenduntť, sed crimine schismatis, a quo immanissimo sacrilegio nemo vrũm se põt dicere immunẽ, quãdiu non cõicat unitati oĩum gentiũ, nisi cogať dicere de Ecclesia, quæ ꝑ oẽs gentes diffundiť, incipiẽs ab Hierusalẽ, Christũ fuisse mentitũ. Ecce habes alterũ. Ecce reddidi tibi duo, quorũ tu uolebas ut unũ diceremus tibi. Vtiq; attendere debuisti utrunq; a nobis posse dici, saltẽ si hoc nolebas rogare nos, ut unũ diceremus, cũ videres q̃a utrunque possemus. Sed si innocẽtia uobis est, inq̃s, cur nos ferro sectamini? Aut si reos nos, inquis, dicitis, quid nos quæritis innocentes? Respicite paululũ cateruas uestras, quæ non antiquo more parentũ suorum solis fustibus armantur, sed & secures & lanceas & gladios addiderunt: & agnoscite quorũ potius uox esse debeat, quid nos ferro sectamini, aut si reos nos, inquis, dicitis, qđ nos q̃ritis innocentes? Hic breuiter rñdeo, Ideo q̃rimini rei ab innocẽtibus, ut desinatis esse rei, & incipiatis esse innocẽtes. Ecce vtrunq; elegi nrm, & ad uestrũ utrunq; rñdi: modo tu elige unũ de duobus, Innocẽtes estis an nocentes? Neq; potes utrunque dicere, sed dic utrunq; si hoc placet. Certe.n. non potestis in eadẽ cã esse innocẽtes in qua estis nocentes. Si ergo innocentes estis, nolite mirari ꝙ ad pacẽ quærimini a fratribus: si aũt nocentes, nolite mirari ꝙ ad pęnã quærimini a regibus. Sed quia horũ duorum alterũ uobis vsurpatis, alterũ a nobis auditis: vsurpatis.n. vobis innocentiã, a nobis autem auditis ꝙ impie viuatis, accipite iterũ de vtroq; quid dicam. Si innocentes estis, quare Christi testimonio contradictis? Si autem nocentes, quare ad eius misericordiã non confugitis? Nam & testimoniũ eius est de orbis unitate, & eius misericordia in fraterna charitate.

Petilianus dixit, Postremo vt sæpe iã diximus, qualis est uestra præsumptio vt de regibus præsumatis dicente Dauid, Bonũ est sperare in dño, quàm sperare in hoĩe: Bonũ est sperare in dño, quam sperare in principibus? AVG. rñdit, Nos nõ speramus in hoĩe, sed quantum possumus hoĩes admonemus, vt in dño sperent: nec speramus in principibus, sed quãtũ possumus principes admonemus vt in domino sperẽt: & si aliquid a principibus pro utilitate Ecclesiæ petimus, nõ in eis tñ speramus. Neq; enim & Apostolus in illo tribuno sperauit tanquam in principe, a quo sibi egit vt deductores darentur armati: aut in ipsis armatis tanq̃ in hoĩbus, quorum multitudine septus euasit insidias perditorũ. Sed nec vosipsos, ꝙ ab Imperatore basilicæ vobis vt redderenť petistis, arguimus, tanquã in Iuliano principe speraueritis: sed arguimus, ꝙ de Christi testimonio desperaueritis, a cuius unitate ipsa, basilicas separastis: eas.n. iubẽte inimico Christi accepistis, in quibus iussa Christi contemneretis, dum validum & verũ uobis videtur quod Iulianus constituit, dicens hoc quoq; supplicantibus Rogatiano, Pontio, Cassiano, & cæteris Episcopis, sed & clericis: accedit ad cumu-

Marginalia: K; L; Gala.6.; M; Cap.97.; Psal.117.; A; Act.24.

lum,vt abolitis quæ aduersus eos sine rescripto derpetã gesta sunt, in antiquum statum B cuncta reuocentur,inualidum aũt & falsum quod Christus constituit,dicens,Eritis mihi *Luc.24.* testes in Hierusalẽ & in totam Iudæã & Samariam,& vsq; in totã terram Obsecramus vos,corrigimini,redite ad hanc euidentissimam totius orbis vnitatẽ,vt non verbis apostatæ Iuliani,sed verbis saluatoris Christi,in antiquum statũ.cuncta reuocentur.Miseremini aiæ vestræ, nõ iam Constantinũ & Iulianũ cõparamus, vt q̃ sint impares demonstremus:non dicimus,si vos nõ separastis in hoĩe & in principe,cum homini imperatori Pagano & apostatæ dixistis, ꝙ apud eum sola iustitia locũ haberet, quibus precib.& rescripto,sicut ibi scriptũ est,sicut allegationis gesta testantur,pars Donati vniuersaliter vsa est:multo minus nos criminari à vobis debemus, tanquã speremus in hoĩe & in principe, si quid à Constantino vel à cæteris Christianis imperatoribus nulla sacrilega adulatione petiuimus. Aut si quid ipsi non petentibus nobis, memores rõnis quam deo reddituri sunt, sub cuius verbis tremunt cũ audiunt quæ ipse commemorasti,Et nunc reges intelligite,&c. alia multa vltro pro Ecclesiæ catholicæ vnitate cõstituũt. Sed taceo de C Constantino,Christũ & Iulianum vobis opponimus:parum dico Deum,& hoiem, filiũ Dei & filiũ gehennæ, Saluatorẽ aiarum nostrarum,& interfectorem aiæ suæ.Cur in basilicis possidendis Iuliani rescriptũ tenetis, & in Ecclesiæ pace amplectenda Chr̃i Euangeliũ non tenetis ? Clamamus & nos q̃ perperã gesta sunt,in antiquum statũ cuncta reuocẽtur. Antiquius est Euangeliũ Christi q̃ rescriptũ Iuliani. Antiquior est vnitas Christi,q̃ pars Donati. Antiquiores sunt Ecclesię preces ad dñm pro vnitate Christi,q̃ Rogatiani & Pontij & Cassiani ad Iulianum pro parte Donati. An perperã geritur cum reges prohibent diuisionem,& non perperam geritur cum epi diuidunt vnitatem perperam gerit cũ ad defendendã Ecclesiam Christi testimonio reges seruiunt,& non perperam geritur cũ ad negandam Ecclesiam Christi testimonio Episcopi contradicunt? Obsecramus ergo vt non contra Euangelium, sed secundum Euangelium etiam uerba ipsius Iuliani cui sic supplicastis audiantur,& ea quę perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta reuocentur. D

Cap.98. Petilianus dixit, Vos vos miseros appello, qui persecutionũ metu perterriti,dũ vestras diuitias non aias quæritis,non tam fidẽ perfidam traditorũ diligitis, quam contra ipsorum malitiã,quorum vobis patrocinia comparastis : nõ aliter q̃ vt naufragi in fluctibus fluctus subeunt ruituros, sicq; in magno uitæ periculo appetunt qđ timetur : uelut tyrannicus furor vt neminẽ metuat, vult cum suo periculo uel timeri: sic sic ad artem malitiæ confugitis,innocentiũ damna uel pęnas sine vestra formidine spectaturi. Si hoc est vitare periculum fugere sub ruinã: necnon et dãnabilis fides est,fidem latroni seruare. Postremo dementis lucri cõmercium est, vr̃as aïas perdere ne diuitias amittatis. Dicit.n. *Mat.16.* Dñs Christus, Si omnem mundum lucrifacias,& aïam tuam perdas, quam dabis commutationem pro anima tua? AVG. respõdit, Vtilis esset ista exhortatio, fateor, si ea quisquam in bona causa vteretur : Omnino bene deterruisti homines diuitias præponere animæ suæ. Sed vos qui hæc audistis,& nos paululum audite:hoc enim & nos dicimus. Sed attendite quemadmodũ si uobis minantur reges auferre diuitias quia Iudæi secundum carnem nõ estis, aut quia idola vel dæmonia nõ colitis,aut quia in nullas hæreses transferrimini: sed in unitate catholica permanetis, E eligite potius perire diuitias vr̃as, ne ipsi pereatis,sed nec aliud quicquam,nec ipsam temporalem uitam saluti æternæ,quę in Christo est præferatis. Si autem reges uobis propterea damna uel damnationem minantur,quia estis hæretici,terrent uos illi nõ crudeliter sed misericorditer: vos autem nõ fortiter,sed pertinaciter non timetis. Audite ergo Petrum dicentem , Quæ autem gloria *1.Pet.2.* est si peccantes pœnas patimini, vt neq; hic habeatis terrena solatia, nec in futuro seculo vitam æternam,sed & hic angustias infœlicium,& ibi gehennas hæreticorum? Vides ergo tu frater, cum quo mihi nunc res est, prius te debere ostendere utrum teneas veritatem, & tunc exhortari homines, vt pro ea tenenda parati sint carere oibus,quæ tẽpora iter tenent : cũ hoc non ostendas,quia non

potes,

potes,nõ quia ingenium deeſt,ſed quia ma-
la cã eſt,cur feſtinas exhortationib. tuis face
re homines & mẽdaces & imperitos & egẽ
tes & errantes & pannoſos & contentioſos
& famelicos & hæreticos, & in hoc ſeculo
F bona tꝑalia perdentes, & in Chriſti iudicio
mala æterna inuenientes? Cautus autem fi-
lius,ꝗ timẽdo flagellũ patris recedit à cubili
ſerpẽtis, nec vapulat nec perit, Qui ãt dolo-
res diſciplinę ꝓ ſua ꝑnicioſa volũtate cõtẽ
nit,& vapulat & perit. Iã nõ intelligis uir di
ſerte,qm̃ ꝗ pro pace Xpi omnib.terrenis car
uerit deũ habet: qui ãt pro parte Donati vel
paucos nummos perdiderit,cur non habet?

Cap. 99. Petilianus dixit,Nos ãt pauperes ſpũ, nõ
Matt. 5. diuitias amamus, ſed diuitias formidamus.
1.Co. 6. Nos nihil habẽtes & omnia poſſidentes,cen
ſum animam credimus, noſtriſq; pœnis &
ſanguine æternas diuitias cœli mercamur,
ſicut idem dñs dicit, Qui perdiderit ſubſtan
tiam ſuã,centuplum recipiet eam. AVG. rñ
Mat. 19 dit, Et hoc ad rẽ pertinet cõmonere quẽad-
modũ ſcriptum eſt, Nam ubi nihil impedit
intentionẽ meam, ſi quid in ſcripturis fallis
aut falleris nihil curo. Non ergo ita ſcriptũ
G eſt,Qui perdiderit ſubſtantiam ſuam: ſed,
qui perdiderit animã ſuam propter me. De
ſubſtantia vero non ſcriptum eſt,Qui perdi
derit:ſed,qui dimiſerit: nec ſolum ſubſtãtiã
pecuniæ: ſed,& multa alia. Tu autẽ interim
non perdidiſti ſubſtantiã tuã:vtrum vero di
miſeris ꝙ ſic de paupertate gloriaris,neſcio:
ſi forte ſcit hoc collega meus Fortunatus,
quia in eadem ciuitate eſtis,nunquã mihi in
dicauit,quia nunq̄ quæſieram. Veruntamen
etiam ſi hoc feciſti, tuipſe contra te in hac
ipſa tua epiſtola commemoraſti apoſtolicũ
1.Co. 13 teſtimonium,Si diſtribuero omnia mea pau
peribus,& tradidero corpus meũ vt ardeã,
charitatem autẽ non habeam,nihil mihi ꝓ-
deſt. Si.n.haberetis charitatẽ, non obijcere-
tis ignaro & incognito uobis orbi terrarũ,
nec ipſa ſaltẽ probata crimina fratrũ. Si ha-
beretis charitatem,non in veſtris calumnijs
fingeretis, ſed in uerbis dñi manifeſtiſsime
expreſſam uſq; in totam terram cognoſcere
tis imunitatem. Si aũt hoc non feciſti, quid
1.Cor. 6. gloriaris quaſi feceris? Itane vero diuitias
formidatis,ut nihil habẽtes oĩa poſſideatis?
Dic iſta collegæ tuo Criſpino,qui mõ iuxta
Hipponem noſtram cõparauit fundum vbi
mergeret homines in profundum. Vñ hoc
& ego nimirũ noui,tu forte neſcis, & ideo
ſecurus clamas,diuitias formidamus. Vnde
miror ꝙ iſta vox tua ad nos perueniret,ipſũ
tranſilijt. Inter Conſtantinam quippe vbi tu
es, & Hipponẽ vbi ego ſum Chalama vbi il
le eſt vicinior quidem nobis, ſed tñ interpo
ſita eſt. Miror ergo q̃uo ille nõ prior excepit
hanc vocẽ, & repercuſsit ne tranſiret ad nos
& aduerſus te diuitiarum laudes multo co-
pioſius recitauit. Non ſolũ.n. nõ formidat il
le diuitias, ſed & amat, & certe de cætero
priuſq̄ ædas,recita illi talia, ſi nõ emẽdaue-
rit,rñdemus, tu aũt ſi uerũ eſt ꝙ pauper ſis,
ibi habes fratrẽ meũ Fortunatũ, faciliꝰ inde
placere poteris illi collegæ meo q̄ huic tuo.

Ca. 100. Petilianus dixit,Nos timore dei quo viui
mus,pęnas & mortes quas gladio facitis nõ
timemus,ſed id ſolũ deniq; fugimus, ꝙ cõ-
munione nequiſsima animas iugulatis,dño
ipſo dicẽte, Nolite timere eos qui occidunt
Mat. 10. corpus,animã.n.occidere non poſſunt, ſed
timete potius eũ qui habet poteſtatẽ corpus
& animã mittere in gehennã ignis. AVG.
Pſal. 56. rñdit,Quod dicitis vos facitis, nõ gladio vi
ſibili,ſed illo de quo dictum eſt,Filij homi-
num dentes eorum arma & ſagittæ,& ligua
eorum gladius acutus. Hoc.n. gladio crimi-
natore & calũniatore orbis incogniti, impe
ritorũ animas trucidatis. Si ãt cõmunionem
nequiſsimam accuſas, ecce ore nõ meo ſed
tuo aſcẽdas,deſcẽdas,intres,verſeris, tergi-
uerſeris,talis eſt qualis Optatꝰ. Si ãt redis ad
cor,& ĩuenies te nõ eẽ talẽ,nõ qa tecũ ſacra
mẽta nõ cõmunicauit,ſed qa tibi diſplicuit:
abſolues orbẽ terrarũ criminibus alienis,&
ĩuenies uos implicatos crimine ſchiſmatis.

Ca. 101. Petilianus dixit, Vos ergo qui falſiſsimo
baptiſmo uultis lauari q̄ naſci, non ſolũ ve
ſtra delicta nõ ponitis, uerũ animas veſtras
I reorũ criminibus oneratis. Vt.n.aqua nocẽ
tiũ a ſctõ ſpũ vacuata eſt, ita planè referta
eſt criminibus traditorum. Quicunque igi-
tur miſer ab huiuſmodi baptizaris, ſi men-
dacio carere volueris, perfunderis falſitate.
Si delicta carnis volebas excludere,reorum
accedente conſcientia percipies & reatum.
Si auaritiæ flammam volebas extinguere
perfunderis fraude,ꝑfunderis ſcelere,ꝑfun

deris & furore. Postremo si credis, qa accipiētis & dātis est fides ab eo q interficit hominē, sanguine perfunderis fratris. Ita agit, ut q ad baptismū innocens veneras, à baptismo redeas parricida. AVG. rñdit, Vellē cū eis sermocinari, q uerbis istis lectis uel audiṫis acclamauerūt, Tales.n. non habent aures in corde, sed cor in auribus. Legant tñ iterū & iterū, & cogitēt, & sentient, nō quid sonēt, sed quid sapiāt. Primo ut hoc ultimū excutiā, Ita ergo fit, inqs, ut qui ad baptismū innocēs veneras, à baptismo redeas parricida. Rñde prius, qs ad baptismū innocēs veniat, excepto illo qui nō ideo uenit baptizari ut eius ablueret iniqtas, sed ut nobis humilitatis pberet authoritas? Quid.n. dimittetur innocēti? At vero ita es eloquēs vt ońdas nobis quandā innocentiā peccatricē? Nōne audis dicētē scripturā. Nemo mūdus a pctō in cōspectu tuo, nec infans cuius est diei vnius uita sup terrā? Nā vñ ad remissionem pctōrū & cū infantib. curritur? Nōne audis aliā, Ego in iniqtate cōceptus sum? Deinde si p pea redit parricida q sine parricidio venerat, quia eū parricida baptizat, quotquot ab Optato baptizati redierunt, Optati facti sunt. Ite nūc & nobis obiicite, ꝙ in uos regū iracundiā concitemus. Nō metuitis ne a vobis tot Gildonis satellites ĩquirātur, quot homines ab Optato baptizari potuerūt? Vides ne tādē queadmodū ista tua, nō sententia, sed vesica, non solū inani sono, sed ēt in capite vr̃o crepuerit? Iā cętera superiora q̃ nūc refellēda proposuimus, talia sunt ut oĩno talis qsq; baptizatus redire dicat qualis fuerit a quo baptizatur: Sed absit ut delirans ista dicis, tā deliri a te redeāt quos baptizas. Et q̃ bñ tibi sonuit qd dixisti, Perfunderis fraude, perfunderis scelere, perfunderis & furore. Tu uero nisi furore nō perfusus, sed repletus esses, ista non effunderes. Ita ne, ut alia taceā, quicūq; nō auari ad auaros, collegas tuos uel psbyteros vr̃os baptizandi veniūt, auari redeūt: & qcūq; sobrij ad illas vini voragines currūt ut baptizent, ebriosi reuertūtur? Ista sentiētes & ista suadētes, audetis ēt tāquā aduersus nos cōmemorare, qd pauloante posuisti superius, Bonū est sperare in dño q̃ sperare in hoĩe, Bonū est sperare in dño, quā sperare in principibus. Quid aliud docetis q̃so q̃ nō in dño sed in homine sperare, qñ talem fieri dicitis baptizatū, qualis fuerit baptizator? Et qa istū vobis baptizādi assumitis principatum, credāt vobis hoĩes: & q erant in dño speraturi, sperēt in principibus. Immo uero nō audiāt uos, sed illa potius testimonia q̃ posuisti ꝯ nos, & aliqd ēt terribilius, qa nō solū bonū est sperare in dño q̃ sperare in hoĩe, sed etiā maledictus omnis qui spem suā ponit in homine.

Petilianus dixit, Imitamini saltē Prophetas, qui suas animas sacras falso baptismate decipi timuerūt. Dixit nāq; Hieremias, apud impios hoĩes aquā esse mēdacem. Aqua, inquit, mendax nō habes fidem. AVG. rñdit, Qui scripturarum ignarus hæc audit, nec te credit aut sic errantē vt nesciat qd loquaris, aut sic fallētē ut quē fefelleris nescias qd loquaris, putat Hieremiā prophetā cū baptizari uellet pcauisse ne ab hominib. impiis baptizaretur, & sic ista dixisse. Quo.n. pertinet ꝙ antequā hoc testimoniū poneres dixisti, Imitamini saltē Prophetas, qui suas animas sacras falso baptismate decipi timuerunt, quasi Hieremiæ temporib. quisquā sacramēto baptismi ablueretur nisi ꝙ seipsos illis lauacris, quæ dñs redarguit Pharisæi penè p omnia momēta tingebant, & lectos & calices & paropsides, sicut in Euāgelio legitur. Qūo ergo potuit Hieremias tanquā baptismū desiderans & ab impiis baptizari deuitans ita dixisse? Hoc ergo dixit cum de populo infideli quæreretur, cuius pessimis moribus tribulabatur, non se commiscēs factis eorum, qui tñ corporaliter non se ab illo populo segregauit, nec alia sacramēta q̃siuit, q̃ ille populus secū dū legis ordinē illi tēpori cōgrua sumebat. Hūc ergo populū male viuētē dixit plagā, qua cor iusti grauiter cędebat, siue hoc de seipso diceret, siue in seipso figuraret q̃ futura cernebat. Sic.n. ait, Dñe memor esto mei & uisita me, & ĩnocētē me fac ab insectātib. me nō in longanimitate, scito qūo acceperim de te im pperiū ab his q spernūt sermones tuos. Cōsumma illos, & erit verbū tuū mihi in iocūditatē & gaudiū cordis mei, qm̃ uocatū est nomē tuū in me dñe omnipotēs. Nō sedi in cōcilio eorū laudantium,* sed timebā a facie manus tuæ, singulariter sedebam, qm̃ amaritudine repletus

Marginalia (left): K; Iob. 25.; Psal. 50.; L; Ps. 117.
Marginalia (right): M; Hier. 7; Ca. 10; Hier. 5; Mat. 23; A; Hier. 15; * Al. ludentium

eus ſum. Vt q̃d me cōtriſtāt, Præualēt in me? Plaga mea valida eſt, vnde ſanabor? Facta eſt mihi vt aqua mēdax, q̄ non habet fidē. In his oībus vr̄ quid Propheta intelligi uoluerit, B ſed vr̄ ab eis qui non ad cauſam ſuā peruerſam volunt peruertere q̄d legunt. Plagā. n ſuā dixit Hieremias factam ſibi aquā mendacē quæ non habet fidē: eos aūt uoluit intelligi plagā ſuam, qui eū contriſtabāt male viuendo. Vnde dicit & Apoſtolus, Foris pugnæ, intus timores. Et iterum. Quis infirmaē & ego non infirmor? & quis ſcandalizaē & ego nō vror? Et q̄a deſperabat eos poſſe corrigi, propterea dixit, Vnde ſanabor? tanq̄ ſemper habiturus dolorē quādiu illi tales eſſent inter quos viuere cogereē. Populū aūt noīe aquæ ſolere ſignificari in Apocalypſi manifeſtaē, vbi aquas multas populos multos, nō cōiectura vr̄a, ſed illic enodata interpretatione cognoſcimus. Noli ergo p̄ prauum intellectū uel potius errorē blaſphemare ſacr̄m baptiſmi, ēt ſi in hoīe p̄ditiſsimo fuerit, q̄a nec in Simone mēdace aqua mēdax erat baptiſma q̄d acceperat. Nec tot mēdaces veſtri aquā mendacem dant cū baptizant in noīe Trinitatis. Neq; .n. tunc incipiunt eſſe mendaces, quando proditi atq; conuicti facinora ſua confitentur, ſed tunc potius erant mendaces, quando cum eſſent adulteri & ſcele- C rati, caſtos & innocentes ſe eſſe fingebant.

1.Co.7. *2.Co.11.* *Apocal. 17.* *Io.8.*

Petilianus dixit, Dixit quoq; Dauid, Oleū pc̄tōris non vnget caput meū. Quē igiē aſſerit pc̄tōrem? Me qui tua ſcelera patior, an te qui perſequeris innocentem? AVG. r̄ndit, ex p̄ſona corporis Chriſti, q̄ eſt Eccleſia Dei viui, colūna & firmamentū veritatis, toto orbe terrarū diffuſa p̄ p̄ Euangelium q̄d prædicatur, ſicut dicit Apoſtolus: In omni creatura quæ ſub cęlo eſt, Ex perſona orbis terræ, de quo idē Dauid, cuius uerba non intelligitis, dicit, Confirmauit orbē terræ, qui non commouebiē, quē tu peccatis alienis non cōmotum eſſe, ſed oīno perijſſe cōtendis. Ex illius ergo perſona r̄ndeo ego, nō perſequor innocentē. Dauid aūt oleū pc̄tōris dixit, nō dixit traditoris, non thurificatoris, nō perſecutoris, ſed pc̄tōris. Quid ergo facturus es ſ̄m intellectū tuum? Vide primū, utrum nō ſis ipſe pc̄tōr. Nolo mihi dicas, non ſum traditor, non ſum thurificator, non ſum perſecutor. Nec ego quidē, ſi Dn̄o placet, aliquid horū ſum, nec orbis terræ, qui non cōmouebitur. Sed dic ſi audes, nō ſum peccator. Ille quippe ait, oleū pc̄tōris. Quicq̄d. n. in te uel leuis peccati fuerit inuentū, vnde non oñdis pertinere ad id q̄d dictū eſt, oleū pc̄tōris? Quæ- D ro. n. vtrū ores or̄one dn̄ica? Si. n. nō oras ea or̄one quā Dn̄s orare diſcipulos docuit, vn̄ aliā didiciſti p̄ maioribus meritis tuis excedentē merita Apoſtolorū? Si aūt ſic oras, ut ille magiſter docere dignatus eſt, qūo dicis, Dimitte nobis debita nr̄a, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Neq; .n. de his peccatis hoc petimus, q̄ nobis in baptiſmo iam dimiſſa ſunt. Ergo iſta uerba or̄onis aut te nō permittūt eſſe Dei deprecatorem, aut aperiūt pc̄tōrem. Eant nunc & oſulenē tibi caput qui abs te baptizati ſunt quorū capita oleo tuo perferunt: ſed tu uide q̄s ſis, vel q̄d de te ſentias. Itane uero Optatus quē Pagani, Iudæi, Chriſtiani, nr̄i, ueſtri per Aphricā totā, furem, raptorē, proditorē, oppeſſorem, ſeparatorē: & illius quem quidam ueſtrum eius dixit comitē Deū, non amicū, nō clientem, nō ſatellitē clamant, nō fuit uel qualiſcunq; pc̄tōr? Quid ergo facient quibus vnxit capita reus criminis capitalis? Nonne & ipſis uobis capita oſculanē, dē quorū capitibus per hunc intellectū male iudicatis? Saltē prodite illos & admonete ut ſanenē. An E uobis potius caput ſanandū eſt ita delirantibus? Quid ergo inquies, dixit Dauid? Quid me interrogas? Ipſum interroga: Superiori verſu tibi r̄ndet, Emēdabit, inquit, me iuſtus in miſericordia, & arguet me, oleum aūt peccatoris non impinguabit caput meū. Quid planius? Quid apertius? Malim, inquit, me miſericordi obiurgatione ſanari, quā blanda adulatione tanq̄ mihi caput ungaē, decipi atq; peruerti. Sub alijs uerbis ipſa ſententia eſt alibi ſcripturarum. Meliora ſunt uulnera amici, q̄ uoluntaria oſcula inimici.

C.p.103 & 104. *1 Tim.3.* *Coloſ.1.* *Pſ.92.* *Mat.6.* *Pſ.140.*

Petilianus dixit, Vnguentū uero concordiæ ſic in fratribus laudat, Ecce q̄ bonū & q̄ iocundū habitare fratres in unū. Tanquam unguentū in capite, q̄d deſcendit in barbam barbam Aaron. Q̄d deſcendit in oram ueſtimenti eius ſicut ros Hermon, q̄ deſcēdit in montē Sion, Q̄m ibi mandauit Dn̄s benedictionē, & uitam vſq; in ſeculum. Sic, inquit

C.p.104 *Prou.27* *Pſ.132.*

vngitur vnitas, ſicut vncti ſunt ſacerdotes. AVG. rńdit, Verũ dicis. Nã illud ſacerdotiũ in figura corporis Chr̃i habebat vnctionẽ, qđ vnitatis compage fit ſaluum, Nã & ipſe Chriſtus a chriſmate appellat̃, id eſt, ab vnctione. Hũc Hebræi dicũt Meſsiã, qđ verbũ Punicæ linguæ cõſonũ eſt, ſicut alia Hebræa permulta & penè oĩa. Quid eſt ergo in illo ſacerdotio caput, quid barba, quid ora veſtimẽti? Quantũ donat dñs vt intelligã, Caput eſt ipſe ſaluator corporis, de quo Apoſtolus ait, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. Per barbã non incongrue fortitudo intelligit̃. Er go ad eos qui ſunt fortes in Eccleſia eius, & adhærẽt orę eius, vt ſine timore p̃dicent veritatẽ, ab ipſo Chriſto tanq̃ a capite ſanctũ deſcendit vnguentũ, id eſt, ſanctificatio ſpiritalis. Ora veſtimenti hæc dat̃ intelligi q̃ in capite veſtimenti eſt, qua veſtiẽtis caput ingredit̃: per hanc ſignificant̃ perfecti fideles in Eccleſia. In ora nanq; ꝑfectio eſt, & vtiq; meminiſſe eſſe dictũ cuidã diuiti. Si vis eſſe perfectus, vade vẽde oĩa quæ poſsides, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cęlis, & veni ſequere me. Triſtis quidẽ ille diſceſsit, neglector ꝑfectionis, & elector defectionis. Sed nunquid ideo defuerunt in quos vnitatis vnguentũ tali rerũ terrenarũ dimiſsione perfectos, tanq̃ in oram veſtimenti a capite deſcenderent? Nã exceptis Apoſtolis, & qui cum eis erant ꝓpoſitis atq; doctoribus, quos eminentiores & fortiores in barba intelligimus, lege in Actibus Apoſtolorũ, & vide q̃ rerũ ſuarum venditarũ precia ad pedes Apoſtolorum ponebãt, & nemo dicebat aliquid propriũ, ſed erãt eis oĩa cõia, & diſtribuebat̃ vnicuiq; ſicut cuiq; opus erat, & erat illis aĩa vna & cor unũ in deũ. Nempe ita ſcriptum eſſe cognoſcitis. Agnoſce ergo bonũ & iocundũ, fratres habitãtes in vnũ, Agnoſce barbã Aaron, Agnoſce orã ueſtimẽti ſpiritalis, Interroga ipſam ſcripturã ubi cęperunt iſta fieri, inuenies in Hieruſalẽ. De hac ora veſtis ꝑ oẽs gentes unitas tota contegit̃. Hac intrauit caput in veſtẽ, ut induceret̃ Chr̃s varietatẽ orbis terrarũ, q̃a in hac ora veſtimẽti apparuit varietas ipſa linguarũ. Cur ergo ipſi capiti vnde illud unitatis deſcendit unguentũ: id eſt amoris fragrantia ſpiritalis, cur inquã, ipſi capiti reſiſtitis teſtãti & dicẽti, Prædicabitur in noĩe eius pęnitẽtia & remiſsio peccatorũ per oẽs gẽtes, incipientib. ab Hieruſalẽ? Et in hoc vnguento ſacr̃m chriſmatis vult interpretari, qđ quidẽ in genere viſibiliũ ſignaculorũ ſacroſanctũ eſt ſicut ipſe baptiſmus, ſed põt eſſe & in hoĩbus peſsimis, in operibus carnis vitã conſumẽtibus, & regnũ cęlorũ non poſſeſſuris, & ideo nec ad barbã Aaron, nec ad orã ueſtimenti eius, nec ad vllã contextionẽ veſtis ſacerdotalis pertinẽtibus. Vbi.n. poſiturus es q̃ Apoſtolus enumerat manifeſta opera carnis, q̃ ſunt, inquit, fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorũ ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, aĩoſitates, diſſenſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, q̃ p̃dico vobis ſicut p̃dixi, qm̃ qui talia agunt, regnũ dei non poſsidebunt. Sequeſtro fornicationes q̃ latẽter admittuntur: immunditias interpretare ut uolueris, ſequeſtro & ipſas: illic ponamus & ueneficia, q̃a nemo eſt palã cõfector datorq; uenenorum: ſequeſtro & hæreſes, q̃a & hoc vultis, idolorũ ſeruitutẽ neſcio utrum debeã ſequeſtrare, q̃nquidẽ Apoſtolus ibi ponit auaritiã, quæ publice inſanit. His ergo ſequeſtratis, nulli auari, nulli ꝑtinaciter inimicitias exercentes, nulli cõtentioſi, ęmuli, aĩoſi, diſſenſionibus ſtudentes, inuidi, ebrioſi, comeſſationibus vacantes. Nulli ne apud uos tales vnguntur & in his intus noti manifeſtiq; moriunt̃? Si nullos dicis, qm̃ ſtudio cõtentionis aperte mentiris, vide ne de talibus ipſe ſis: ſi aũt ab hmõi remotus es, non corporis ſeparatione, ſed vitæ diſsimilitudine, & tales turbas circũ altaria veſtra gemẽs conſpicis, q̃d dicemus q̃a oleo ſancto vncti ſunt, & ſicut Apoſtolus liquida veritate cõfirmat, regnũ dei nõ poſsidebunt? nũquid barbæ Aaron & ore ueſtimẽti eius ſacrilega iniuria facienda eſt, ut ibi eos ponẽdos arbitremur? Abſit, diſcerne ergo viſibile ſanctũ ſacr̃m, qđ eſſe & in bonis & in malis põt, Illis ad pręmiũ, illis ad iudiciũ, ab inuiſibili vnctione charitatis, quę propria, bonorũ eſt. Diſcerne iſta, diſcerne: diſcernat te deus a parte Donati, & in catholicã reuocet, vnde te illi catechumenum abreptũ mortiferi honoris uinculo ligauerũt. Iã vos hermon ſuꝑ mõtes Sion quõlibet abs te accipiat̃, non eſtis in montibus Sion,

quia

Marginalia: F — *Punica ligna affinis. Hebreæ.* — *Coloſ. 1.* — *Mat. 19.* — G — *Acto. 4.* — *Luc. 2.* — H — *Galat.* — I

qa nō eſtis in ciuitate ſup mōtē cōſtituta, q̄
certū ſignū hoc hēt,qđ abſcōdi nō pōt.No-
ta eſt ergo oībus gētibus.pars autem Donati
ignota eſt pluribus gētibus, nō eſt ergo ipſa.

Cap.105 / 1.Re.2.

Petilianus dixit, Væ igiť vobis qui violan
do qđ ſc̄tm̄ eſt reſcinditis vnitatē, Propheta
dicēte,Si peccauerit populus,orabit ꝓ eo ſa
cerdos.ſi aūt peccauerit ſacerdos , qs orabit
ꝓ eo? AVG. rñdit,Et videbar pauloante cū
de oleo pc̄tōris diſputaremus vngere tibi
frontem , vt diceres , ſi auderes , utrum ip-
ſe peccator nō eſſes. Ecce dixiſti illud ō ſce-
lus,ō mōſtrū.Quia.n.ſacerdotē aſſeris,quid
aliud q̄ hoc ꝓpheticū teſtimoniū, niſi te oī-
no ſine peccato eſſe dixiſti? Nā ſi habes pec-
catū,qs ꝓ te orabit ſm̄ intellec̄tū tuū?Ita.n.
vos miſeris plebibus venditatis cōmemoran
tes ex ꝓpheta, Si peccauerit populus,orabit
ꝓ eo ſacerdos, ſi aūt ſacerdos peccauerit,qs
orabit ꝓ eo vt vos ſine pc̄tō eſſe credant, &
peccata ſua vr̄is orōnib.purgāda cōmittāt?
Magni hoīes vos excelſi, cęleſtes,diuini,nō
iam hoīes,ſed angeli, qui ꝓ plebibus oratis,
& ꝓ uobis plebes orare nō vultis . Tune iu-

Colo.4.

ſtior Paulo,tu ꝑfec̄tior tāto Apoſtolo,q eo-
rū quos docebat orōnib.ſe cōmēdabat?Orō
ni,inquit,iſtate, vigilātes in illa, in gratiarū
ac̄tione orātes ſimul & ꝓ nobis,vt deus ape
riat nobis oſtiū verbi ad loquendū myſteriū

L

Chriſti, ꝑꝑ qđ & vinc̄tus ſum vt manifeſtē
illud,ita vt oportet me loqui. Ecce orať pro
Paulo apoſtolo,qđ fieri nō vis ꝓ Ep̄o. Vides
ne q̄ ſit iſta diabolica ſuperbia? Orať ꝓ Apo
ſtolo ut manifeſtet myſteriū Xp̄i ſic ut opor
tet loq̄. Proinde ſi pias plebes haberetis,hor

1.Ioan.1

tari debuiſtis vt ꝑ te orarēt ne loquereris ſi-
cut nō oportet.Tu iuſtior Io.Euāgeliſta,qui
ait,Si dixerimus qa pc̄tm̄ non hēmus, noſip
ſos ſeducimus,& ueritas in nobis nō eſt?Tu
poſtremo iuſtior Daniele, quē tuipſe in hac
tua Epiſtola ita cōmemoraſti vt diceres,Rex
iuſtiſſimū Danielē ferinis morſibus vt puta
bat obiecit: qđ ille nō putauerat,qñquidem
amiciſſimo aīo,ſicut lec̄tionis circunſtantia
ꝓbat,dixit ipſi Danieli, Deus tuus cui deſer

Dan.6.

uis aſſidue,ipſe eripiet te. Sed hinc iā multa
diximus:nūc qđ agiť,Nēpe iuſtiſſimus erat
Daniel:nō teſtimonio tuo, quanq̄ hoc mihi
ad cām quam tecū ago ſufficiat,ſed teſtimo
nio ſpūs dei loquētis ēt ꝑ Ezechielē,ubi tres
eminētiſſimæ iuſtitiæ noīauit, Noe,Danie-

Ezec.24.

lē,& Iob,quos dixit ſolos a quadā vehemē-
tiſſima ira dei,q̄ cæteris impēderet,poſſe li-
berari , Vir ergo iuſtiſſimus, vnus ex tribus
memorabilib.orat & dicit,Cū orarē & cōfi-

Da.9.

terer peccata mea & peccata populi mei in
conſpec̄tu dñi dei mei . Et tu te dicis eſſe ſi-

M

ne pc̄tō,quia videlicet ſacerdos es, & ſi pec-
cauerit populus, oras ꝓ eo:ſi aūt tu peccas,
qs ꝓ te orabit?Vere qa impietate tantæ arro
gantiæ indignū te ꝓbes, ꝓ quo ſacerdos ille
interpellet,quē Propheta his uerbis q̄ nō in
telligis uoluit intelligi . Iā.n.ne qs inquirat
cur hoc dic̄tū ſit , quātū dñs donat expediā.
Præparabat deus aīas hoīum ꝑ Prophetā,ut
talē deſiderarēt ſacerdotē ꝓ quo nullus poſ-
ſet orare, Ipſe figurabať tꝑibus primi popu
li & primi templi,ubi oīa figurę nr̄æ fuerūt.
Ideo ſolus ſummus ſacerdos intrabat in ſan

Leui.16. / Hebr.9.

c̄ta ſanc̄torū ut oraret ꝓ populo,q cū ſacer-
dote in ipſa interiora ſanc̄ta nō introibat ſi-
cut ille ſacerdos intrauit in ſecreta cęlorum
in illa ueriora ſanc̄ta ſanc̄torū, adhuc nobis

Rom. 8. / 1.Re.1.

hic poſitis ꝓ q̄bus interpellat: Ideo dixit ꝓ-
pheta,Si peccauerit, populus,orabit ꝓ eo ſa
cerdos:ſi aūt ſacerdos peccauerit, qs orabit
ꝓ eo?Quaſi diceret talē deſiderare ſacerdotē
q peccare nō poſſit,ne indigeat orari pro ſe.
Et pro Apoſtolis oratur a populis : pro illo
aūt ſacerdote Apoſtolorum magiſtro & dño
non oratur. Audi hoc Ioannē fatentē & di-
centē,Fratres,inquit,hęc ſcribo uobis ut nō

1.Ioan.2 / A / 1.Ioan.2

peccetis:& ſi quis peccauerit,aduocatum ha
bemus apud patrē Ieſum Chriſtum iuſtum,
ipſe exoratio eſt pro peccatis noſtris. Habe-
mus dixit,peccatis noſtris dixit, Diſce humi
litatem ne cadas,immo vt aliquādo ſurgas,
Neque enim iſta dixiſſes niſi cecidiſſes.

Cap.106 / 1.Ti.5.

Petilianus dixit, At ne ſe vindicet a deli-
c̄to q laicus eſt hoc interdic̄to teneť.Ne cōi-
ces pc̄tis . AVG. rñdit.Erras vt dr̄,toto cęlo

Prouerbium.

ꝑ ſuperbiā, dū nō uis cōicare orbi terræ per
humilitatē.Nā neq; hoc laico dic̄tū eſt,& ne
ſcis quemadmodū dic̄tū ſit.Ad Timotheum
Apoſtolus cū ſcriberet,hoc monebat eundē

1.Ti.4.

ipſum Timotheum,cui alio loco dicit,Noli
contēnere gr̄am q̄ in te eſt,q̄ tibi data eſt per
impoſitionē manuum presbyteri. Et multis
alijs documētis oñditur ꝙ non erat laicus .
Qđ aūt ait,Ne cōices peccatis alienis ·

fenſu & placito intelligi voluit. Vnde ſtatim ſubijciẽs quõ id agat, Teipſum, inquit, caſtũ cuſtodi. Neq; enim, & ipſe Paulus cõicabat peccatis alienis, quia falſos fratres de quibus gemit, in vnitate corporali tolerabat: aut cõmunicauerunt furto & ſceleri Iudæ prædeceſſores eius Apoſtoli, quia cum eo iam Domini uenditore, & a Domino demonſtrato, ſacroſanctam cęnam communicauerunt.

1. Tim. 5 *2. Co. 11.* *Ioan 12* B

Cap. 107 *Roma. 1.*

Petilianus dixit, Hac iterũ ſnĩa ipſe Apoſtolus cõparat conſcientiæ malæ conſortes. Et qui faciunt ea, inquit, & qui conſentiunt talia faciẽtibus, digni ſunt morte. AVG. rñdit, Qũolibet ea dixeris non curo, uera ſunt hæc: & hoc eſt qđ catholica docet, multum intereſſe inter cõſentientes quibus hæc placent, & tolerantes quibus hæc diſplicent. Illi enim palea fiunt dum paleæ ſequuntur ſterilitatem, illi triticum dum expectant ut ſegregentur per Chriſtum uentilatorem.

Cap. 108

Petilianus dixit, Venite ergo ad Eccleſiã populi, & aufugite traditores, ſi cũ hiſdẽ perire nõ vultis. Nã vt facile cognoſcatis, ꝙcũ ipſi ſint rei de fide nr̃a, optime iudicẽt: ego illorũ infectos baptizo, illi meos, qđ abſit, recipiunt baptizatos, quæ oĩno non facerẽt ſi in baptiſmo nr̃o culpas aliquas agnouiſſent. Videte ergo qđ damus, quã ſit ſanctũ, quod deſtruere metuit ſacrilegus inimicus. AVG. rñdit, Cõtra iſtũ quidem errorẽ multa iã diximus, & in hoc opere & alibi, Sed quia ita magnũ firmamentũ vanitatis veſtrę in hac ſnĩa eſſe arbitramini, ut ad hoc tibi terminandã putares epiſtolã, quo quaſi recentius in aĩs legentiũ remaneret, breuiter rñdeo, Sic approbamus in hæreticis baptiſmũ, non hæreticorũ ſed Chriſti, ſicut in fornicatoribus, immũdis, luxurioſis, idolatris, veneficis, inimicitiarũ retentoribus, contentioſis, æmulis, aĩoſis, diſſenſionum ſtudioſis, inuidis, ebrioſis, comeſſatoribus, & his ſimilibus approbamus baptiſmũ, non eorũ, ſed Chriſti. Oẽs, n. iſti inter quos & hæretici poſiti ſunt dicit Apoſtolus, regnũ Dei nõ poſſi debunt, & ideo ad ſiniſtrã partem cũ Diabolo pertinebũt. Nec ideo putandi ſunt eſſe in Chriſti corpore qđ eſt Eccleſia, quia ſacr̃m eius corporaliter participes fiũt. Illa. n. & in talibus ſancta ſunt, & eis indigne tractãtib. & ſumentibus ad maius iudiciũ valebunt.

C *Gala. 5.* *Mat. 25.*

Ipſi aũt non ſunt in illa Eccleſiæ Chriſti cõpage, quæ in mẽbris Chriſti per connexũ & & contactũ creſcit in incrementũ Dei. Illa quippe Eccleſia in petra eſt, ſicut Dñs dicit, Super hãc petrã ædificabo Eccleſiam meã. Illi aũt in arena ædificãt, ſicut idẽ Dñs dicit, Qui audit verba mea & nõ facit ea, ſimilabo eũ viro ſtulto, qui ædificat domũ ſuam ſuꝑ arenã. Sed ne putes Eccleſiã, quę in petra eſt, in una parte eſſe terrarũ, & nõ diffundi vſq; ad fines terræ, audi eius uocẽ de Pſalmo gemẽtis inter mala peregrinationis ſuæ. Ait. n. A finibus terræ ad te clamaui, dũ anſiaretur cor meũ in petra exaltaſti me, Deduxiſti me qa factus es ſpes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Videte queãdmodũ a finibus terræ clamat. Nõ eſt ergo in ſola Aphrica, uel ſolis Aphris Epm Romã paucis Mõtẽſibus, & in Hiſpaniam domui unius mulieris ex Aphrica mittẽtibus. Videte queãdmodũ in petra exaltet, Nõ ergo in ea deputandi ſunt oẽs qui ædificant in arena i. qui audiunt uerba Chriſti & nõ faciunt, qui tñ & apud nos & apud uos habẽt & tradũt baptiſmi ſacr̃m. Videte quemadmodũ ſpes eius Deus ſit Pater & Filius & Sirituſſanctus, nõ Petrus, nõ Paulus, quanto minus Donatus aut Petilianus. Non ergo vr̃m eſt qđ deſtruere metuimus, ſed Chriſti: qđ & in ſacrilegis ꝑ ſe ſanctũ eſt. Nam venientes a uobis recipere non poſſumus, niſi qđ veſtrũ eſt deſtruamus: deſtruimus. n. ꝑfidiã deſertoris, nõ deſtruimus charactere imperatoris. Proinde tuipſe cõſidera & deſtrue qđ dixiſti, Ego inquis, infectos illorum baptizo, illi meos, qđ abſit, recipiũt baptizatos. Tu. n. nõ infectos baptizas, ſed ut tui erroris fraude inficias rebaptizas. Nos aũt non tuos recipimus baptizatos, ſed deſtruimus errorẽ tuũ vnde ſunt tui, & ſuſcipimus Xp̃i baptiſmum vñ ſunt baptizati. Itaq; opportune in medio abs te poſitũ eſt, qđ abſit, Dixiſti. n. illi meos, qđ abſit, recipiũt baptizatos. Nam cum tu velles intelligi quod abſit recipiũt, timens ne tuos recipiamus, ego neſcientẽ, dixiſſe accipio meos, qđ abſit. Reuera. n. abſit ut tui ſint qui iam ad Catholicam tranſeunt, nec ſi tranſeunt ut baptizati noſtri ſint, ſed ut ſocij noſtri ſint: baptizati autem Chriſti nobiſcum ſint.

Coloſ. 2. D *Pſal. 60.* E

Libri ſecundi finis.

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI CONTRA CVNCTA IPSIVS Petiliani ſcripta peruerſa, Liber tertius.

Egi Petiliane literas tuas qñ legere potui, quibus te ſatis indicaſti aduerſus catholicã Eccleſiam pro parte Donati, nec aliquid valuiſſe dicere idoneum, nec tacere permiſſum. Quos æſtus paſſus es, quãta cordis tẽpeſtate fluctuaſti, cũ legiſſes ea quib. parti epiſtolæ tuæ quæ in manus meas tũc uenerat, quãta potui breuitate ac ꝑſpicuitate rñdi. Vidiſti.n. tãta firmitate roboratã, tanta luce illuſtratã, quã tenemus & defendimus ueritatẽ, ut quid cõtra eã dicendũ eſſet quo cõuicta refelleretur, inuenire nõ poſſes. Attendiſti ẽt multorũ qui ea legerãt expectationẽ in te eſſe cõuerſam, ſcire cupiẽtiũ quid diceres, quid ageres, quà euaderes, quo ex tantis anguſtiis, quib. te dei verbũ circũuallarat, erũperes. Hic tu qui debueras contẽpta opinione vanorum pergere in veram ſanamq; ſentẽtiã, feciſti qđ de talib. ſcriptura prædixit, Dilexiſti malitiã ſuꝑ benignitatẽ, iniquitatẽ magis quã loq̃ ęquitatem. Proinde ſi & ego tibi vellẽ pro maledictis maledicta repẽdere, qđ aliud q̃ duo maledici eſſemus, ut ij qui nos legerẽt, alij deteſtatos abijcerent ſana grauitate, alij ſuauiter haurirẽt maleuola uolũtate? Ego qñ cuiq; vel dicẽdo vel ſcribẽdo rñdeo, ẽt cõtumelioſis criminationib. laceſsitus, quantum mihi dñs donat, frenatis atq; coercitis vanæ indignationis aculeis auditori lectorive cõſulens, non ago vt efficiar homini cõuiciãdo ſuperior, ſed errorẽ cõuincendo ſalubrior. Si.n. qualecunq; cor habent qui ea quæ ſcripſiſti cõſiderãt, quid tibi profuit ad cãm quæ inter nos de cõmunione catholica uel de parte Donati agitur, ꝙ relicto negocio quodammodo publico, priuata quadam ſimultate hominis vnius ui tam, maledicis opprobriis inſectatus es, quaſi hõ ille ſit cauſa quæ inquiritur? Tam male exiſtimaſti, non dicã de Chriſtianis, ſed de ipſo humano gñe, ut nõ crederes poſſe tua ſcripta in manus aliquorũ uenire ꝓdẽtiũ, qui ſe à perſonis noſtris tollerent, & quęſtionẽ potius q̃ inter nos vertitur inquirerent, nec qui uel quales eſſemus, ſed quid pro veritate uel ꝯ errorem diceremus attẽderent? Et horum iudicium tibi reuerendum fuit, quorum reprehenſio precauenda, ne te arbitrarentur nihil inueniſſe quod diceres, niſi tu proponeres cui quoquo mõ malediceres. Sed videlicet quorundã leuitate atq; vanitate qui libenter audiunt lites nugantium diſertorum, ut cum attẽdunt quã eloquenter cõuicieris, ſimul non intueantur quã veraciter conuincaris. Simul & illud opinor egiſti, vt occupatus in ea defenſione ſuſceptam cãm etiã ipſe deſererem, atq; ita hominibus non ad diſputantium, ſed ad litigantiũ verba cõuerſis obſcuraretur veritas quã diluceſcere atq; innoteſcere formidatis. Ego itaq; ꝯ tale cõſilium quid agã? niſi mea potius defenſione neglecta rẽ teneã, de qua intẽtionẽ meam nullus meus criminator excutiat, domũ dei mei, cuius decorẽ dilexi, p̃conio ſeruiẽtis vocis extollã, me uero humiliabo & abiiciã. Elegi.n. abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis hęreticorum. A te ergo Petiliane ſermonẽ parumper auertam, & ad eos cõuertã quos à me maledictis tuis es conatus auertere, quaſi hoc ego moliar ut homines ad me cõuertantur, & non potius mecum ad Deum.

Audite ergo q̃cunq; maledicta legiſtis, q̃ in me iratior q̃ cõſideratior Petilianus euomuit: Pri⁹ uos Apoſtolicis uerbis alloquor, q̃ certe qualiſcũq; ipſe ſim vera ſũt: Sic nos exiſtimet hõ quaſi miniſtros Xp̃i, & diſpẽſatores miſteriorũ dei. Hic iã q̃rit̃ inter diſpẽſatores ut fidelis q̃s inueniat̃. Mihi ãt minimũ eſt vt à vobis dijudicer aut ab humano die, ſed neq; ego meipſũ iudico. Iã qđ ſeq̃tur, & ſi mihi nõ audeo coaptare, ut dicã Nihil.n. mihi cõſcius ſum: fideliter tñ in cõſpectu dei dico, nihil eorũ quib. Petilianus tp̃s vitæ meæ poſteaq̃ in Xp̃o baptizatus ſũ criminatus ẽ, mihi ꝯſcius ſũ, nec tñ ĩ hoc iuſtificatus ſũ. Qui ãt dijudicat me, dñs eſt. Itaq; nolite ante tp̃s quẽquam iudicare, donec veniat dñs, & illuminet abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtabit cogitatiões cordis, & tũc laus erit vnicuiq; à deo. Hęc ãt frẽs trãſfiguraui ĩ me, ne ſupra q̃ ſcriptũ ẽ, vn⁹ ꝓ altero inflet̃ aduerſus alterũ. Itaq; nemo gloriet̃ in hoĩe.

Omnia

Marginalia: F; Pſal. 51; 1. Pet. 3.; G; H; Pſal. 25.; Pſal. 83.; Cap. 2.; 1. Cor. 4.; I

1.Cor.3. Omnia.n.vr̃a sunt, vos aũt Xp̃i, Christus vero dei. Iterũ repeto, Nemo glorieť in hoie: si quid in nobis laudabile aduertitis, ad illius laudẽ referte, a quo est oẽ datũ optimum, & oẽ donũ perfectum, desursum est.n.descendens a p̃re luminum, apud quẽ non est immutatio nec momẽti obũbratio. Quid.n. habemus qđ nõ accepimus? Si aũt accepimus, nõ gloriemur quasi non acceperimus. Et in his omnib. quæcunq; in nobis bona nostis, imitatores nr̃i estote, sicut nos Xp̃i: si ãt aliqua mala in nobis suspicamini uel creditis vel uidetis, retinete illud dñicũ, quo securi eius Ecclesiam non ꝑ ꝑ mala hominũ deseratis. Quæ dicimus facite, quæ aũt mala nos facere putatis aut nostis, nolite facere. Non .n.tp̃s est purgandi me vobis, cum mea causa neglecta rem uobis salubrẽ cõmẽdare suscẽperim, ut nemo glorietur in hoie. Maledictus.n. omnis qui spẽ suã ponit in homine. Hoc pręcepto dñico & apostolico retẽto atque seruato, ẽt me in mea cã sicut inimicus existimari cupit, deficiente & oppresso, uictrix erit cã cui seruio. Si.n. firmissime tenueritis qđ exhortor, & satago maledictum esse oẽm qui spẽ suã ponit in hoie, vt nemo gloriet in homine, aream dñicam ꝑ ꝑ palea q̃ nunc vel vento superbiæ percussa uolat, vel vltima ventilatione separabitur, nullo modo deferetis, nec domũ magnam ꝑ ꝑ vasa facta in cõtumeliã refugietis, nec ꝑ ꝑ malos pisces in littore separandos per dirupta retia exibitis, nec propter hędos pastore diuisuro ad sinistrã ponẽdos bona unitatis pascua relinquetis, nec ꝑ ꝑ cõmixta zizania uos à tritici societate, cui caput est granũ illud mortificatũ & multiplicatũ & quæ per mũdũ simul usq; ad messem crescit, nefaria decisione separabitis. Ager est.n. mũdus, nõ Aphrica: Messis finis seculi, non tempus Donati.

Has certe similitudines euangelicas recognoscitis ad quid aliud datas nisi ut nemo glorietur in hoie, & ne quis pro altero inflatus aduersus alterũ diuidat, dicẽs, Ego sum Pauli: cum utiq; nõ Paulus crucifixus sit ꝑ vobis, nec in noie Pauli, quanto minus in noie Cæciliani vel cuiusquam nostrũ baptizati sitis, ut discatis quandiu palea cũ frumẽto trituratur, quandiu pisces mali cũ bonis intra retia dñica natant, ante tempus uẽtilationis tolerare potiũs ꝑ ꝑ bonos cõmixtionẽ malorũ, q̃ violare ꝑ ꝑ malos charitate bonorũ. Hæc quippe cõmixtio non ęterna sed tp̃alis, nec spiritalis sed corporalis est. In qua nõ errabũt angeli qñ colligẽt malos de medio iustorũ, & mittẽt eos in caminũ ignis ardẽtis. Nouit.n. dñs q̃ sunt eius. Et si ab iniq̃s ad tp̃s corporaliter nõ p̃t, recedat tñ ab ipsa iniq̃tate omnis qui nominat nomẽ dñi. Licet.n.a malis interim, uita, moribus, corde ac uoluntate separari atq; discedere, q̃ separatio sp̃ oportet custodiatur. Corporalis aũt separatio ad seculi finẽ, fidẽter, patiẽter, fortiter expecteť, ꝑ ꝑ quã expectationẽ dictũ est, Sustine dñm, uiriliter age, cõforteť cor tuũ, & sustine dñm. Maxima q̃ppe palma tolerãtię est inter subintroductos falsos fratres, sua q̃rẽtes nõ q̃ Iesu Xp̃i, dilectionẽ nõ sua quærentiũ, sed quæ Iesu Xp̃i, nulla turbulẽta & temeraria dissensione turbare, nec vnitatẽ sanctæ dñicæ ex omni gñe pisciũ cõgregãtis, dũ ad littus.i.ad finem seculi ducit, superbè nefaria contentione dirũpere, cum se putat quisq; aliquid esse cũ nihil sit, atq; ita seipsũ seducit, & sufficere vult ad populorũ Xp̃ianorũ separationẽ, suũ vel eorũ iudicium, q̃ malos quosdã cõmunione sacramentorum Xp̃ianæ religionis indignos esse apertissime nosse dicunt, de quibus tñ quicquid nosse se dicunt uniuersæ Ecclesiæ quæ per oẽs gentes sicut est prędicta diffunditur, persuadere nõ possunt. Et cũ istorũ quasi quos nouerũt, refugiunt cõmunionẽ, illius deserunt unitatẽ, cum potius deberẽt si esset in eis charitas omnia sufferẽs, ne se a bonis diuiderẽt quos in omnib. gentibus aliena mala docere non poterãt, ipsi in vna gẽte tolerare quod nouerãt. Vnde etiam nõ discussa cã in qua documentis grauissimis conuincuntur calũniari innocentib. probabilius creduntur traditionis crimina falsa finxisse, qui non dubitauerũt lõge sceleratius crimẽ nefariæ diuisionis admittere. Quia & si verũ eẽt q̃cq̃d de traditione iactauerũt, tñ cõsortiũ Xp̃ianorũ quos usq; ad extrema terræ diuina scriptura commẽdat, ꝑ ꝑ hoc qđ ipsi scierũt, illi ãt nescierunt, relinquere nullo modo debuerunt.

Neq; hoc ideo dixerim ut negligatur ecclesiastica disciplina, & ꝑmittat q̃sq; facere quod uelit sine ulla correptione, & quadam medici-

Marginalia: 1.Cor.3. Iaco.1. K 1.Cor.4. Mat.23. 1.Cor.3. Hier.17 Matt.3. & 13. 2.Tim.2 Mat.13 Mat.95 Mat.13 L Ioan.12. Mat.13. Cap.3. 1.Cor.1. 2.Tim. M Psal.26 Gala.2 Phili. Mat.1 Gala.6 A Cap.4.

medicinali vindicta, & terribili lenitate, &
charitatis seueritate. Ná vbi erit illud Aposto
1.Th.5. li, Corripite inquietos, cõsolamini pusillani
mes, suscipite infirmos, patiẽtes estote ad om
nes? Videte ne qs malũ pro malo reddat ali-
cui? Satis oñdit nõ esse mali pro malo reddi-
tionẽ corripere inquietos, quãuis pro culpa
inquietudinis reddat̃ pęna correptionis. Nõ
B ergo malũ est correptionis pęna, cũ sit malũ
culpa. Neq; .n. ferrũ est inimici vulnerantis,
2.Co.11 sed medici secãtis. Fiunt ista in ecclesia, & il
le spũs interioris lenitatis ardet zelo dei, ne
virgo casta vni viro desponsata Chr̃o, in ali
qbus mẽbris, sicut Eua seducta serpẽtis astu
tia, corrũpat̃ à castitate quæ est in Christo,
Verũtñ absit à seruis patris familias, vt im-
memores sint p̃cepti dñi sui: & sic aduersus
zizaniorũ multitudinẽ flagrantia sanctæ in-
dignationis ignescant, vt cũ ea uolunt ante
tp̃s colligere, simul eradicet̃ & triticũ. Cuius
peccati isti rei tenentur, ẽtsi uera crimina
Mat.13. tra litoribus quos insimulabant se obiecisse
mõstrarẽt, qñ simul nõ solũ ab iniquis, quo
rum societatẽ uelut euitabant, sed ẽt à bonis
fidelibus in oĩbus gẽtibus cõstitutis, quibus
ea quæ se nosse dicebãt, probare nõ poterãt,
impia p̃sumptione separati sunt, secũq; mul
tos apud quos aliqua authoritate p̃ualebãt,
& q minus intelligere poterãt, unitatẽ eccle
siæ toto orbe diffusæ, ꝓ alienis peccatis nul
lo mõ esse deserendã, traxerũt in eandẽ per-
niciẽ: vt ẽt si ipsi scirent uera crimina qbus-
1.Co.8. dã se obijcere, eo modo periret infirmus in
eorũ scientia, ꝑ ꝑ quẽ Christus mortuus est,
dũ offensus malis alienis, interimebat in se
bonũ pacis qđ habebat cũ fratribus bonis,
qui partim talia nõ audierant, partim nõ di-
scussa & nõ ꝓbata temere credere formida-
uerant, partim iudicib. ecclesiasticis ad quos
trans mare tota causa perducta est, quãtacun
que illa essent pacifica humilitate reliquerãt.
C.5. Vos ergo sancta germina vnicę matris ca
tholicæ, hmõi sceleris & erroris exemplum,
subditi dño, quanta potestis uigilantia præ-
cauete, quantalibet doctrinæ ac famæ luce
p̃fulgeat, lapideq; se esse iactet preciosum,
qſqs vos trahere uoluerit post seipsum, me-
mentote q̃ illa mulier fortis & vna vni ama
P.vlt. bilis uiro suo, quã in ultimo Prouerbiorum
sancta scriptura describit, preciosior est lapi
dibus preciosis. Nemo dicat, illũ sequar, qm̃
ipse me Xp̃ianum fecit, aut illũ sequar, qm̃
me baptizauit. Neq; q plantat est aliqd, neq; 1.Co.3.
qui rigat, sed q incremẽtũ dat deus. Et deus 1.Ioan.4
charitas est, & qui manet in charitate in deo
manet, & deus in illo manet. Nullus ẽt p̃di-
cãs nomẽ Xp̃i, & gestãs ac ministrans sacr̃m
Xp̃i, sequendus est cõtra unitatẽ Xp̃i. Opus
suum probet unusquisq;: & tũc in seipso tñ
gloriã habebit & nõ in altero. Vnusquisq;.n. Gala 6.
ꝓpriũ onus portabit, onus uidelicet redden D
dæ rõnis, quia unusquisq; nostrũ pro se rõ- Ro.14.
nem reddet. Non utiq; amplius inuicẽ iudi-
cemus. Nam quantũ attinet ad onera mutuę
charitatis, inuicẽ onera uestra portate, & sic
adimplebitis legem Xp̃i. Qui.n. putat se esse Gala.6.
aliquid cũ nihil sit, seipsum seducit. Suffera- Ephe.4.
mus ergo inuicẽ in dilectione, satagẽtes ser
uare unitatẽ spũs in uinculo pacis: extra quã
quisquis colligit, non cum Christo colligit, Mat.12.
quisquis aũt nõ cũ Christo colligit, spargit.
Proinde siue de Christo, siue de eius eccle Cap.6.
sia, siue de quacunq; alia re q̃ pertinet ad fi-
dẽ uitamq; nr̃am, non dicã nos, nequaquam
cõparandi ei qui dixit, Licet si nos, sed oĩno
quod secutus adiecit, Si angelus de cęlo uo-
bis annũciauerit, præterquã quod in scriptu Gala 1.
ris legalibus & euãgelicis accepistis, anathe
ma sit. Hęc uobiscũ & cum oĩbus quos Xp̃o
lucrari cupimus actitantes, atq; inter cætera
sanctã ecclesiã quã in dei literis promissam
legimus, & sicut promissa est in oĩbus genti
bus reddi cernimus, p̃dicãtes ab ijs quos ad
eius pacificũ gremium attrahi cupimus, pro
actione gratiarũ flammas meruimus odio-
rũ, quasi nos eos in ea parte ligauerimus, ꝓ E
qua nõ inueniũt quid loquant̃, aut nos man
dauerimus tãto ante prophetis & Apostolis,
vt in libris suis nulla testimonia ponerent,
quibus pars Donati ecclesia Christi esse do-
ceat̃. Et nos quidẽ Charissimi, cũ falsa crimi
na audimus ab eis quos offendimus, p̃dican
do eloquia ueritatis, & erroris uaniloqa con
uincendo, habemus sicut nostis abundãtissi
mã consolationẽ. Nam si in eis quibus me
criminantur testimoniũ conscietiæ meæ nõ
stat contra me in conspectu dei, quo nullus
oculus mortalis intendit, non solũ contrista
ri nõ debeo, uerumetiã gaudere & exultare,
quia merces mea multa est in cęlis. Neq;.n.

intuendum

[Mat. 5.] intuendū est q̃ amarum, sed q̃ falsum quod audio, & quā verax pro cuius noīe hæc audio, & cui dr̄, [Cant. 1.] Vnguētum effusum est nomē tuū. Et merito fragrat in oībus gentibus, cuius odorem isti qui nobis maledicūt, in vna Aphricæ particula conant̄ includere. Cur itaq; feramus indigne ꝙ nos infamāt, q̃ gloriæ Xp̄i sic detrahunt, quorum parti cōtentioniq; inimicū est, quod de illius ad cœlos ascensione, & de noīs eius tanquā unguenti effusione, tanto ante p̄dictū est, [Ps. 117] Exaltare sup ꝑ cęlos deus, & super oēm terrā gloria tua?

[Cap. 7.] Hæc & talia testimonia diuina nos aduersus humana ueniloquia ꝓferentes ab inimicis glorię Xp̄i acerba opprobria sustinemus. Dicant qđ uolunt, dū ille nos exhortetur dicens, Beati qui persecutionē patiuntur ꝑꝑ iustitiam, quia ipsorū est regnum cęlorum. [Mat. 5.] Beati eritis cū vos persecuti fuerint hoīes, & maledixerint vobis, & dixerint omne malū aduersum uos mentientes ꝑꝑ me. Quod ait superius propter iustitiā: hoc repetiuit, quod ait postea, ꝑꝑ me: quia factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redēptio, ut quemadmodū scriptum est, [1. Co. 1. Hier. 9.] Qui gloriatur in dño glorietur. Qui cum dicat, [Mat. 5.] Gaudete & exultate, merces.n. vestra multa est in cęlis, si qđ dictū est, ꝑꝑ iustitiā & ꝑꝑ me, in bona conscientia teneo, quisquis uolens detrahit famæ meæ, nolens addit mercedi meæ. Neq;.n. me ille suo uerbo tm̄modo docuit, non ēt suo firmauit exēplo. Sequere sanctarū scripturarū fidē, inuenies Christū [Mar. 16 Mat. 28.] resurrexisse a mortuis, ascendisse in cęlū sedere ad dexterā patris. Sequere criminationes inimicorū, iam putabis eū de sepulchro furatū esse a discipulis. [G] Quid ergo nos quantū ipse donat, defendentes donū eius, ab inimicis eius aliud sperare debemus? Si patrēfamilias Beelzebub uocauerūt: quanto magis [Mat. 10.] domesticos eius? Si ergo toleramus, & cōregnabimus. [2. Ti. 2.] Si aūt non aurē solā percutit iracundia criminantis, verumetiā conscientiā mordet veritas criminis, quid mihi prodest si me cōt.nuis laudib. totus mūdus attollat? Ita nec malā conscientiā sanat præconium laudantis, nec bonā vulnerat cōuiciantis opprobriū. Nec sic tñ decipitur spes uestra quę in dño est, ēt si forte in occulto tales simus, quales nos putari cupit inimicus, q̃a non eā posuistis ī nobis, nec vnq̃ hoc audistis a nobis Securi ergo estis qualescūq; nos simus, q̃ dicere didicistis, [Psal. 3] In dño sperās non infirmabor: &, [Ps. 11] In dño sperabo, nō timebo q̃d faciat mihi homo. Et eis qui vos ad hoīum superborū terrenas altitudines seducere moliunt̄, rñdere nostis, [Psal. 10] In dño confido q̃uo dicitis animæ meæ transmigra in mōtem sicut passer.

[Cap. 8.] Nec tm̄ vos quibus in nobis ipsa Xp̄i veritas placet, quantūcūq; per nos & ubicunq; prædicat̄, & quia eā quantulocunq; nr̄æ linguæ ministerio libenter auditis, ēt de nobis bene benigneq; sentitis, [H] securi estis qualescunq; nos simus, q̃a in illo spes vr̄a est, quē vobis ex illius sup vos misericordia p̄dicamus, verumēt quicunq; nr̄a dispēsatione ēt sacrm̄ sancti baptismi percepistis, eadē securitate gaudete: qm̄ nō in nobis, sed in Chr̄o [Gala. 3] baptizati estis. Nō itaq; nos, sed Xp̄m induistis, nec uos interrogaui, utrū ad me cōuerteremini, sed ad deū viuū, nec vtrū in me crederitis, sed ī patrē & filiū & sp̄m sc̄tm̄. Qđ si ueraci aio rñdistis, saluos uos fecit, nō carnis depositio sordiū, sed cōsciētię bonę interrogatio: [1. Pe. 3] nō cōseruus, sed dñs, nō p̄co, sed iudex. Neq;.n. uero sicut Petilianꝰ incōsiderate dixit. Cōscientia dātis, uel qđ addidit, conscientia sanctè dātis attendit̄, q̃ abluat accipientis. Cū.n. hoc dat̄ qđ dei est sc̄tm̄, dat ēt non sancta cōscientia. Quæ certe siue sit sancta siue nō sancta, ab accipiente inspici non pōt, sed planè illud qđ datur pōt, quod cognitū ei qui semꝑ est sanctus, per quēlibet ministrū accipiat̄, securissime accipitur. Nisi.n. sancta uerba essent ex cathedra Moysi, [Mat. 23] non diceret veritas, Quæ dicūt facite. [I] Si aūt ipsi qui vera sancta dabāt, sancti essent, nō diceret, [Mat. 7.] Quæ faciūt, facere nolite: dicunt.n. & non faciūt. Nullo quippe modo legitur vua de spinis, quia nunq̃ de spinarum radicibus oritur, sed cū se spinosis sepibus palmes uitis implicuit, nō ideo fructus qui illic pēdet horretur, sed spina cauetur, vua decerpitur.

[Cap. 9.] Itaq; vt sæpe dixi & uehemēter inculco, qualescunq; nos simus, securi estis qui deū patrem & eius ecclesiam matrem habetis. [Mat. 25.] Quāuis.n. simul hædi cum ouibus pascant̄, nō stabūt ad dexterā. Quamuis simul palea cū tritico trituret̄, non intrabit in horreum, Quamuis simul pisces mali cum bonis intra

retia

retia dñica natant, non mittuntur in vascula. Nemo glorietur nec in homine bono, ne mo bona dei fugiat nec in homine malo.

Cap. 10.

Hæc uobis Xpiani Catholici frés mei charissimi pro negocio pñti suffecerint. Quę si catholica dilectione retinetis, cũ sitis vnus grex de vno pastore securus, nõ nimis curo ꝙ mihi vel congregali vestro vel certe cani vr̃o cõuitiatur quilibet inimicus, dũmõ me K magis pro vestra q̃ pro mea defensione latrare cõpellat, qua tñ si opus esset ad cãm, breuissima facillimaq; vterer, totũ. s. uitæ meæ tp̃s antequã perciperẽ baptismũ Xpi quantũ ad meas cupiditates erroresq; attinet, cũ oĩbus improbãs & detestãs, ne in eius tp̃oris defensione meã gloriã quærere viderer, nõ illius q̃ me per gratiã suã & à meipso liberauit. Vñ illã uitã meã cum uituperari audio, quolibet aio id faciat qui hoc facit, non usqueadeo sum ingratus ut doleã quantũcũq; ille accusat uitiũ meum, tm̃ ego laudo medicum meũ. Quid ergo iam de illis præteritis atq; abolitis malis meis defendẽdis laborẽ, de quib. Petilianus multa quidẽ falsa dixit, sed plura vera nõ dixit? De tp̃e aũt uitæ meæ qđ est post baptismũ, vobis quicunq; me nostis, superfluo loquor ex ijs q̃ nota esse hominib. possunt: Hi uero qui me nõ no L uerunt, nõ ita iniqui esse dẽnt in me, vt magis de me credant Petiliano q̃ vobis. Nam si laudanti amico credẽdũ nõ est, nec inimico detrahẽti, restãt ea q̃ occulta sunt hoĩs, vbi sola cõscientia talis est, quę testis esse apud hoĩes non põt. In his me Petilianus Manichęũ esse dicit, loquẽs de aliena cõscientia: hoc ego me non esse dico, loquens de mea cõscientia, Eligite cui credatis. Veruntñ qm̃ nec ista breui ac facili mea defensione opus est, vbi qõ non de qualiscunq; vnius hominis merito, sed de sanctæ ecclesiæ vnitate versatur, ad vos ẽt mihi plura dicẽda sunt, q̃cunq; in parte Donati, Petiliani quæ in me scripsit maledicta legistis, quæ ab illo nõ audirem, si vestram perditionem contẽnerẽ, si charitatis christianæ uiscera non haberem.

Cap. 11.

Quid ergo mirum, si cum grana de area dominica excussa, simul cum terra & palea introrsum traho, iniuriam resilentis pulueris suffero? Vel cum domini mei oues perditas diligenter inquiro, spinosarum linguarũ veprib. laceror? Obsecro vos deponite paululũ studia partiũ, atq; inter me & Petilianũ cũ aliqua ęq̃tate iudicate. Ego ecclesiæ cãm volo, vt noueritis, ille vt meã. Ad q̃d aliud, nisi q̃a testib. meis quos in cã ecclesiæ constãter adhibeo, nõ audet dicere ne credatis, Prophetæ sunt. n. & Apostoli, & ipse p̄phetarũ ac Apostolorũ dñs Xp̃s, de me ãt q̃cq̃d dicere libuerit hoĩ aduersus hoĩem, & vr̃o aduersus alienũ, facile creditis? Et si quos vitæ meę testes adhibuero, q̃d magnũ est vt dicat, nõ eis esse credẽdũ? Et hoc vobis cito p̄suadeat, p̄sertim qñ quisquis pro me ullum verbũ fecerit, inimicus parti Donati, ac per M hoc uester, cõtinuo deputabit. Regnat itaq; Petilianus, qñ in me q̃libet cõuitia iaculat, ei oẽs acclamatis & plauditis. Hãc igit sibi inuenit uincibilẽ cãm, sed iudicibus uobis nec testẽ nec argumẽtũ req̃ret, cui hoc solũ p̄bare est qđ dicit, quia ei quẽ maxime odistis, copiosissime maledicit. Nã qñ diuinæ scripturæ testimonia, cũ pro ecclesia catholica tã densa & tã clara recitant vobis dolẽtibus, remanet mutus, elegit materiã vbi vobis fauẽtib. loquat, & victus verũ simulans statũ, talia vel ẽt sceleratiora dicat in me, Mihi sat est ad rẽ quã nũc ago, ꝙ qualiscũq; in ea sim, tñ ecclesia p̄ qua loquor inuicta est.

Cap. 12.

Hõ sum. n. de area Xp̃i, palea si malus, granũ si bonus. Nõ est huius areæ uẽtilabrũ lingua Petiliani, ac per hoc quicquid ĩ eius paleã mali ẽt uere dixerit, nullo mõ frumẽtis eius pręiudicat. Qđcquid aũt in ipsa frumẽta maledictorũ, calũniarumq; iactauerit, fides eorũ exercetur in terris, merces augetur in cœlis. Sãctis. n. dei seruis sanctæq; deo militãtibus, nõ aduersus Petilianũ, atq; hmõi A carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus & p̃tates rectores taliũ tenebrarũ, quales sũt oẽs aduersarij veritatis, quib. vtinã dicam⁹, Fuistis aliq̃n tenebrę, nũc ãt lux in dño. Hãc ergo militiã militantib. seruis dei q̃cũq; ab inimicis cõuitia criminosa dñr, quæ apud maleuolos & temere credulos famã malã faciant, arma sinistra sunt. Etiam diabolus his expugnatur. Cũ. n. per bonam famam probamur utrum nos in superbiã nõ extollamus, & per malam suã probamur utrũ inimicos eosipsos à quibus nobis confingitur, diligam⁹, p̄ arma iustitiæ a dextera & a sinistra dia

Eph. 6. Eph. 5.

bolum uincimus. Quæ cum Apostolus com memoraſſet dicens, Per arma iuſtitiæ a dextera & a ſiniſtra: continuo tanquam exponens quid dixerit, Per gloriam, inquit, & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, & cætera talia: gloriam .ſ. & bonam famam numerans in armis dextris: in ſiniſtris autem ignobilitatem & infamiam.

2. Cor. 6

Cap. 13.

Si ergo ſum dei ſeruus & miles nō reprobus, quamlibet diſertus conuitiator in me Petilianus exiſtat, nunquid moleſte ferre debeo, quod mihi armorum ſiniſtrorū faber ſolertiſsimus paratus eſt? Opus eſt vt his ī adiutorio dñi mei peritiſsime dimicem, & eis illum feriā contra quem inuiſibiliter pugno, qui peruerſiſsima & antiquiſsima aſtutia callide intendit & agit, ut propter hæc Petilianum oderim, ac ſic præceptū Chriſti quod ait, Diligite inimicos veſtros: implere non poſſim, quod a me auertat eius miſericordia qui me dilexit, & tradidit ſemetipſum pro me, vt pēdens in cruce, diceret, Pr̄ ignoſce illis, q̄a neſciūt quid faciunt: meq; de Petiliano & talib. inimicis meis dicere doceret, Domine ignoſce illis, q̄a neſciūt q̄d loquūtur.

B

Luc. 6.

Gala. 2.

Luc. 13.

Cap. 14.

Proinde ſi impetrauero a uobis ſicut intēdi, vt remoto ab animis veſtris oī ſtudio partium, inter me & Petilianū ęqui iudices ſitis, oñdam vobis non eum rñdiſſe ſcriptis meis, ut intelligatis quia veritatis inopia coactus ſit cauſam relinquere, & in hominem qui eam ſic egit ut rñdere ille non poſſet, q̄ potuit maledicta iactare. Quanquam tanta manifeſtatione claret quæ dicturus ſum, ut etiā ſi ſtudio partiū & odio mei, veſtrę mentes a me alienentur, tantummodo ſi utraque legatis certe apud voſmetipſos in cordibus veſtris verum me dixiſſe fateamini. Ego .n. rñdens primæ parti ſcriptorū eius, quæ tunc in manus meas uenerat, prætermiſſo conuitioſo & ſacrilego multiloquio, ubi ait, Bis baptiſma nobis objiciūt ij qui ſub noīe baptiſmi aīas ſuas reo lauacro polluerūt, quib. equidem obſcęnis ſordes cūctæ mundiores ſunt: quos peruerſa mūditia aqua ſua cōtigit inquinari: illud ꝙ ſeqtur tenui diſcutiendū & refellēdū ꝙ ait, Cōſcia nāq; dātis attēdit, q̄ abluat accipiētis. Et q̄ſiui, vñ abluēdus ſit q̄ accipit baptiſmū, cū dantis polluta cōſcientia eſt, & hoc ille qui eſt accepturus ignorat.

C

Cap. 15

Legite nūc eius copioſiſsima maledicta, quæ in me inflatus & iratus effudit, & uidete vtrū quęrēti mihi rñderit, uñ ſit abluēdus qui accipit baptiſmum, cum dantis polluta cōſcientia eſt, & hoc ignorat accipiens. Obſecro uos quærite attente, omnes excutite paginas, oēs ſyllabas enucleate, & dicite mihi ſi inueneritis, ubi rñderit, cū dantis conſcientia polluta eſt, vñ ſit eius abluenda, qui hoc accepturus ignorat? Quid .n. ad rē pertinet, quia verbū addidit quod è me diceret fuiſſe ſubtractū, atq; ita ſe ſcripſiſſe cōtēdit, Cōſcientia nanq; ſancte dantis attēdit, quæ abluat accipientis. Nā ut noueritis a me nō fuiſſe ſubtractum, nihil inquiſitionem meā impedit additum, nihil eius ſubleuat defectionem. Ad ipſa .n. uerba rurſus interrogo, & utrum rñderit quæro, Si conſcientia ſancte dantis attenditur, quę abluat accipientis: Vnde abluitur accipientis conſcientia, quādo dantis maculoſa conſcientia eſt, & hoc accepturus ignorat? Ad hoc rñdere flagitate neminem relicta cauſa conuitioſe alienari permittite, ſi conſcientia ſancte dantis attenditur, uidete quia non dixi, conſcientia dantis: ſed addidi, ſancte dantis, Si conſcientia, inquā, ſancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis, vñ igitur abluēdus eſt qui accipit baptiſmū cum dantis polluta cōſcientia eſt, & hoc ille qui eſt accepturus ignorat?

D

Cap. 16

Eat nunc & anhelis pulmonibus, ac turgidis faucibus me tanquā dialecticū crimine tur, immo nō me, ſed ipſam dialecticā uelut mentiendi artificem in populare iudiciū reā deuocet, & in eā qualibet fragoſiſsimo ſtrepitu aduocati forēſis ora diſtēdat, dicat quicquid vult apud imperitos, vñ ſtomachentur docti, illudātur indocti, me ꝑ ꝑ rhetoricam Tertulli oratoris, a quo accuſatus eſt Paulus uocabulo donet ſibi ꝑ ꝑ aduocationē in qua potentiam quondā ſuam iactat, paracleti nomē imponat, atq; ob hoc ſe cognominalem ſpirituſſancti non eſſe ſed fuiſſe deliret? Manichæorum immūditias libētiſsime exaggeret, eaſq; in me latrando detorquere conet. Ignotorū mihi & notorū geſta recitet dānatorum, & ꝙ ibi amicus quondam meus magis ad defenſionē ſuā me nominauit, abſentem in calūniā præiudicati criminis, neſcio quo nouo & ſuo iure cōuertit titulos epiſtolarum

E

Act. 24

rũ mearũ a ſe vel a ſuis ſicut eis placuit ĩſcri
ptos legat, & tanq̃ me in eis cõprehendiſſe
ſe geſtiat cõfitẽtẽ eulogias panis ſimpliciter
& hilariter datas, ridiculo noĩe & uenenoſę
turpitudinis ac furoris infamet, & de nr̃o
corde tã male ſentiat, ut amatoria maleficia
Nisi forte ista quæ a me de scripturis sanctis documẽta prolata sunt, sic accipiẽda arbitraris, vt qd vestros factitare laudasti, in ecclesia tñ quæ in lege mandata sunt populi doceant. Ibi.n. forsitan putas corripiẽdos & cõuincendos esse diuersa sentiẽtes, ut unusquisq; doctor suorum tñ modo disputando & prædicando emendet errorẽ. Si quid autẽ tale cũ eis qui foris sunt agere instituerit, tunc animosus, tunc contentiosus uel litigiosus habẽdus sit, quia & ipse Ezechiel, inquis, & alij prophetæ, cum uerbis dei ad suum populum mittebantur, Israelitę. s. ad Israelitas.

Ad hæc quoq; tibi rñdeo, Iã quidẽ supra cõmemoraui, dñm ipsum Iesum qui se imitandũ discipulis præbuit nõ solũ Iudæis, uerumetiã Pharisæis & Sadducæis, & Samaritanis, & ipsi diabolo principi oĩum fallaciarũ & errorũ asserere veritatẽ & de lege rñdere non dedignatũ. Sed ne hoc dño licuisse, seruis autẽ eius existimes non licere, accipe qd in Actibus Apostolorũ legatur. Iudæus aũt quidam Apollo noĩe, Alexandrinus genere, deuenit Ephesum potẽs in scripturis, hic cathechizatus erat viam dñi, & feruens spiritu loquebat & docebat verissime q iuxta Iesum, sciens solũ baptismũ Ioannis, Hic ẽt cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quẽ cũ audissent Aquila & Priscilla, assumpserũt eum, & certius illi exposuerunt uiam dñi. Volente aũt illo ire in Achaiã, exhortati fratres scripserunt discipulis ut eũ reciperent. Qui cũ uenisset, multum cõtulit his qui ibi crediderunt, vehementer. n. Iudæos reuincebat, publice ostendens per scripturas esse Iesum Christum. Quid de isto dicis, quid sentis? Nonne fortasse eũ contentiosum & aiosum cõcitatoreq; rixarũ criminaremini, nisi tanta libri sancti authoritate premeremini?

An quia Iudæus in Christum crediderat, ppea Iudæos Christianæ fidei resistentes, & Iesum negãtes esse Chrm, publice reuincere debebat: nos aũt qa partis Donati nunq fuimus, ppea partẽ Donati resistentẽ Christianæ vnitati reuincere nõ debemus? Nunquid Paulus Apostolus aliqñ fuit cultor idolorũ, aut aliqñ fuit in hæresi Epicureorũ uel Stoicorũ, cũ quibus tñ eum nec puduit, nec piguit de qõne dei viui & ueri habere sermonẽ? Accipe quid de hac re in eodẽ libro scriptũ sit. Paulus aũt cũ illos Athenis expectaret, irritabat spiritu sancto intra se uidens circa idola esse ciuitatẽ. Disputabat igitur cum Iudęis in synagoga, & gẽtibus, & colẽtibus, & in foro per oẽm diem ad eos qui aderant. Quidã uero Epicureorũ, & Stoicorũ philosophorũ conferebant cũ illo, & quidã dixerunt, Quid nã uelit seminator uerborũ hic dicere? Alij vero, peregrinorũ dæmoniorum vr annunciator esse, Ecce Apostolus Paulus Stoicos & Epicureos diuersos, nõ solũ ab illo, uerumetiã inter se, aduersasq; hæreses secũ conferre non respuit, non tñ extra ecclesiam, sed ẽt extra synagogam disputans cũ eis, nec, eorũ conuicijs exterritus uelut lites contentionesq; declinans a prædicãda Christiana ueritate cessauit. Nam uide quid consequẽter sancta scriptura testatur, Apprehensumq; eũ, inquit, in Ariopagũ duxerunt dicentes, Possumus scire q sint hæc quæ a te dicuntur? Insueta.n. quædã affers in aures nostras, uolumus ergo scire quid nã uelint hęc esse. Athenienses aũt & aduenæ hospites ad nihil aliud uacabant, q dicere noui aliquid & audire. Stãs uero Paulus in medio Ariopago dixit, Viri Athenienses, per omnia superstitiosos uos uideo, perambulãs enim & considerans simulachra uestra, inueni etiam aram in qua erat scriptum, Ignoto deo.

Margin: Ti.4. — I — Titum.1 — Obiectio. Cap. 10. — K — Solutio. Cap. 11. — Act. 18. — L — Etiã aliẽnis ingerenda ueritas. Cap. 12. — Act. 17. — M

Quę ergo ignorãtes colitis, hunc annuncio vobis:& cætera q̃ commemorare oĩa longũ est,qđ tñ ad qõnem quam nunc discutimus sufficit,attẽde obsecro te, Hebræum ex Hebræis Apostolũ Christi stantem ac sermocinantẽ,non in synagoga Iudæorũ,neq; in ecclesia Christianorũ, sed in Ariopago Atheniensiũ,hoc est, contentiosorũ maxime impiorumq; Græcorũ,Ibi loquacissimæ philosophorũ hæreses extiterũt,quarũ nonnullæ, sicut ipsi qui hic commemorati sunt Stoici, magis de verborũ q̃ de rerũ aduersitate confligunt,qđ Apostolus prohibuit Timotheũ, dicens ad nihil esse utile nisi ad subuersionẽ audientiũ. Nam de his,ut nosti Tullius ait, Verbi.n.controuersia iam diu torquet hoĩes Græculos,contentionis cupidiores q̃ veritatis. Hoc tñ Paulus noster alloquendos corrigendosq; suscepit,nec ipsius loci noĩe exterritus qđ ex Marte inditum resonat,quẽ deũ dicũt esse bellorũ, ibi pacifica credituris intrepidus loquebatur,ibi spiritalib.accinctus armis perniciosos expugnabat errores, nec contentiosos tanquam mitissimus,nec dialecticos tanquã simplicissimus formidabat.

A *Phil.3.* — *2. Ti. 2.*

Dialectica & eloquentia. Cap.13.

Nosti.n.q̃ maxime apud Stoicos viguisse dialecticam,quãuis & ipsi Epicurei ei quos imperitia liberaliũ disciplinarũ non solum nõ pudebat, verũetiã delectabat,quasdã disputãdi regulas quibus quisq; vsus minime falleret, se potius & tenere & docere iactabãt.Quid.n.aliud dialectica q̃ peritia disputandi?qđ ideo aperiendũ putaui:quia ẽt ipsam mihi obijcere uoluisti,quasi Christianę nõ cõgruat ueritati,& ideo me doctores vestri velut hoĩem dialecticũ,merito fugiendũ potius & cauendũ q̃ refellendum, reuincendumq; censuerũt. Quod cũ tibi non persuaserint, nã te aduersus nos ẽt scribẽdo disputare nõ piguit, tu tñ in me dialecticã criminatus es, quo falleres imperitos,illosq; laudares q̃ disputãdo mecũ congredi noluerãt. sed tu videlicet nõ dialectica vteris cũ contra nos scribis,vt qđ te ergo in tm̃ disputandi periculũ proiecisti,cũ disputare non noueris?Aut si nosti, cur dialecticus dialecticã criminaris, ita vel temerarius uel ingratus, ut ait imperitiã qua uinceris nõ refrenes,aut doctrinã qua iuuaris accuses? Inspicio sermonẽ tuum,istũ ipsum quẽ ad me scripsisti, video te quædã copiose ornateq; explicare, hoc est eloquẽter, quædã uero subtiliter arguteq; differere, hoc est dialectice,& tñ eloquentiã dialecticãq; reprehendere.Si noxia sunt,quare hoc facis?si nõ sunt,cur arguis? Sed ne ẽt nos uerbi cõtrouersia torqueat,cũ res ipsa intelligatur,minus laborandũ est quid hoĩbus eam uocare placuerit.Proinde si eloquens ille appellãdus est,qui nõ solũ copiose & ornate,sed ẽt ueraciter dicit. Itemq; si dialecticus ille appellãdus est, q̃ non solum subtiliter sed ueraciter ẽt differit, nec eloquens es nec dialecticus, nõ quia ieiunia & inordinata est dictio tua, nec quia obtusa & crassa est disputatio tua,sed quia ipsa facundia atq; solertia ad defensionẽ abuteris falsitatis. Si aũt non in sola ueritate,sed ẽt cũ mala causa differitur, vel verbose agitur, recte põt eloquentia uel dialectica nominari, & eloquẽs es & dialecticus, q̃a & facũde dicis vana,& acute disputas falsa,sed de te uidero.

B — C

Paulus dialecticus. Cap. 14.

Stoici certe maxime dialectici fuerũt,Cur Apostolus Paulus ne cõferent cũ illo,nõ eos cautissime deuitauit,& vestros Epos laudas q̃ nobiscũ uelut cũ dialecticis nolint habere sermonẽ?Aut si Paulus dialecticus erat,& ideo cõferre cũ Stoicis non timebat,q̃a non solũ acute disputabat sicut & illi,sed ẽt ueraciter,qđ non illi,iã caue ne cuiquã dialecticã pro crimine obieceris, qua vsus Apostolos cõfiteris. Neq;.n.cũ hoc mihi obijcis imperitia te falli puto,sed fallere astutia.Nomẽ quippe Græcũ est dialectica,q̃ si usus admitteret fortasse Latine disputatoria uocaretur, sicut grammaticã Græce, literaturã Latine, viri doctissimi appellauerunt.Sicut.n.a literis denominata est grammatica, qm̃ Græce grãmata literæ dicunt,sic a disputatione dialectica nomen accepit, qm̃ disputatio Græce dialoge uel dialexis appellat.Sicut autem grãmaticus a ueteribus Latine dictus est literatus: ita Græce dialecticus multo usitatius & tolerabilius Latine dr̃ disputator.Puto iam qđ Apostolũ disputatorẽ nõ neges,ẽt si dialecticũ neges. Improbare ergo in uocabulo Græco qđ approbari cogeris in Latino, qd est aliud q̃ indoctis prætentare fallaciã, doctis facere iniuriã? Aut si & disputatorem Apostolum negas, qui tam assidue, tã egregie disputabat, nec Græce nosti nec Latine,

D

Latine, vel quod eſt credibilius & in verbo
Græco fallit eos qui Græce neſciũt,& in La
E tino qui nec Latine ſciunt. Quid.n.eſt,non
dico imperitius, neq;.n.tu iſta nõ noſti, ſed
oĩno fallacius,qm̃ audias & legas tã multos
multiplicesq; ſermones Apoſtoli aſſerentes
veritatẽ conuincentes falſitatẽ,negare qđ ſo
leat diſputare,cũ hoc fieri niſi diſputãdo nõ
poſsit? Qđ ſi hoc ab alio factitatũ fateris,qa
fateri eius literis cogeris non tñ has diſputa
tiones,ſed ſermones vel epiſtolas appellãdas
eſſe cõtẽdis. Quid ergo tecũ ſic diutius agã,
vt qui hæc ignorant, quẽ uolunt ueſtrũ ap-
probent uel improbent, de ipſis diuinis lite
ris quibus neceſſe eſt cedas, hoc doceo,ipſa
prorſus uerba, ipſa rerũ uocabula,profero.
Habes in hoc eodẽ teſtimonio qđ de Acti-
Acto.17 bus Apoſtolorũ cõmemoraui de ipſo Paulo
ita poſitũ. Diſputabat igitur cũ Iudæis in ſy-
F nagoga & gentibus & colẽtibus in foro. Ha
Acto.10 bes in alio loco,quãuis cũ populo Chriſtia-
no ageret cõgregatis in eccleſia fratribus ita
ſcriptũ, Sedens vero adoleſcens noĩe Euty-
chus in feneſtra deductus ſomno graui di-
ſputante Paulo. Habes ẽt in libro Pſalmorũ,
Suauis ſic ei diſputatio mea. Habes & apud
Eſaiã Prophetam, Venite diſputemus, dicit
dñs. Et multis alijs diuinarũ ſcripturarũ lo-
cis lege ubi inueneris hoc uerbũ,& inſpice
codices Græcos in eiſdẽ teſtimonijs ſancta-
rũ ſcripturarũ, & uidebis vnde ſit appellata
dialectica,ne qđ oẽs iuſti ẽt cum deo faciũt,
Diſputa- quibus dictũ eſt, venite diſputemus dicit do
re quid. minus,nõ imiteris ſapiẽti pietate,ſed inſula
Cap. 15. temeritate crimineris. Qui.n.diſputat,verũ
diſcernit a falſo. Qđ qui non poſſunt,& tñ
dialectici uideri nolunt,ꝑ inſidioſas interro
gationes captãt incautorũ aſſenſiones,ut ex
eorum rñſionibus concludãt vnde illos uel
in aperta falſitate deceptos rideãt, uel occul
tam falſitatẽ deceptis perſuadeant, quã ple-
runq; ẽt ipſi exiſtimant ueritatẽ. Qui aũt ue
rus diſputator eſt, id eſt, ueritatis a falſitate
diſcretor eſt, primo id apud ſeipſum agit,ne
nõ recte diſcernẽs ipſe fallatur,qđ niſi diui
nitus adiutus peragere non põt,deinde cum
id qđ apud ſe egit ad alios docẽdos profert,
intueť primitus quid iã certi nouerint,ut ex
his eos adducat ad ea q̃ non nouerant uel
credere nolebãt,oſtendẽs ea cõſequentia his
q̃ vel ſcientia uel fide retinebãt,ut ꝑ ea uera
de qbus perſpiciũt cõſentire cogant alia ue
ra q̃ negauerant approbare,& ſic verũ quod
falſum antea putabať diſcernať a falſo,cum
G inueniť conſentaneũ illi uero qđ iam antea
tenebať falſum. Hoc ille verus diſputator ſi
late diffuſeq; faciat,eloquẽter facit,alioque
Rhetor tũc cenſeť augeturq; uocabulo,ut dictor po
& diale- tius q̃ diſputator uocetur,ſicut illum locum
cticus Apoſtolus copioſe dilatat atq; diffundit, In
quid dif- oĩbus inquit, cõmendantes noſmetipſos ut
ferunt. dei miniſtros,in multa patiẽtia,in tribulatio
Cap. 16. nibus,in anguſtijs, in plagis, in carceribus,
2.Co.6. in ſeditionibus,in laboribus,in vigilijs,in ie
iunijs,in caſtitate, in ſciẽtia,in longanimita
te,in bonitate,in benignitate, in ſpũſancto,
in charitate nõ ficta,in uerbo veritatis,in uir
tute dei ꝑ arma iuſtitiæ dextera & ſiniſtra,ꝑ
gloriã & ignobilitatẽ, per infamiã & bonã
famã,ut ſeductores & ueraces, ut qui igno-
ramur & cognoſcimur,quaſi moriẽtes & ec
ce uiuimus, coerciti & nõ mortificati,ut tri
ſtes ſemꝑ gaudentes,ſicut egeni multos aũt
ditantes, tanq̃ nihil habẽtes & oĩa poſsiden
tes. Quid.n.hoc ſtylo Apoſtolico uberius &
ornatius,id eſt,eloquẽtius inueneris? Si aũt
præciſe atq; conſtricte, magis eũ diſputato-
H rem q̃ dictorẽ appellare conſuerũt,qualiter
Rom. 2. ait idẽ Apoſtolus de circũciſione & præpu-
tio patris Abrahã, uel diſtinctione legis &
gr̃a. Qđ quidam non intelligẽtes,immo ue
ro calũniantes criminati ſunt eũ dicere, Fa-
ciamus mala ut eueniãt bona. Siue aũt ſit di
ctor ſiue diſputator, nec dictio ſine diſputa-
tione eſt,cũ & in ipſa eloquentiæ latitudine
ueritas a falſitate diſcernitur,nec diſputatio
põt eſſe ſine dictione,qñ vtiq; uerbis & lin-
gua ipſa conſtrictio ſermonis exprimiť,ſiue
illo utatur perpetuo, ſiue interrogãdo eum
cũ quo agit, cogat rñdere quod verũ eſt, &
ex hoc ad aliud uerũ quod quærebať addu-
cat, vbi maxime regnare dialectica dicitur.
Chriſtus Cum.n.quiſq; ſuis rñſionibus uincitur, &
dialecti- male rñdit,non habet qd imputet diſputato
cus. ri,ſed ſibi:& ſi bene rñdit,erubeſcit ulterius
Cap. 17. reſiſtere, nõ iam diſputatori ſed ſibi. In quo
genere dñs cũ aduerſus Iudæos crebro age-
ret,eoſq; illorũ rñſione captos concluſoſq;
conuinceret,nõ uos audierant, nec a uobis
conuitiari didicerant. Nã libentius & inui-

diosius

Ioan. 8. I

dioſius & fortaſſe dialecticum q̃ Samarita-
num appellarent. Qũo.n.putes eos cõtortos
atq; confuſos,cũ volentes eũ capere in ver-
bo,priores interrogauerũt,vtrũ liceret tribu
tum reddere Cæſari,bicipiti videlicet cõple
xione inſidiantes, vt quodlibet eligens cape

Mat. 22.

retur?Si licet rñderet, tanquã reus eſſet ad-
uerſus populum dei:ſi aũt diceret nõ licere,
tanq̃ Cæſaris aduerſarius perimeretur. Vbi
ille nummũ ſibi propoſcit oſtendi, & inter-
rogauit cuius haberet imaginẽ & inſcriptio
nem:At illi cum rñdiſſent Cęſaris,aperta.n.
veritas hoc eos rñdere cogebat,cõtinuo dñs
eorum rñſione colligatos ac captos trahens:
Reddite,inquit,Cæſari quæ Cæſari ſunt, &
deo quæ dei ſunt.Obſecro te,illine fuerunt
dialectici qui prætenſis interrogationis inſi-
dijs decipiendo ſuperare moliti ſunt?An ille
potius qui ex hoc ipſo qđ interrogauerunt
verã eorum rñſionem prudentia interroga-
tionis eliciẽs illud verũ quod ab eo putabãt

Doloſa dialectica.
Cap. 18.

periculoſe dici, ipſos cõpulit confiteri?Si il-
los dixerit fuiſſe dialecticos, quia calumnio
ſe,quia malitioſe interrogando in verbo ca-
pere cupiebant:tales.n.nos vultis videri:cur
eis tñ dominus rñdit, cur eos vſq; ad verita
tis cõfeſsionem reddita rõne perduxit? Cur
ſibi nummũ demõſtrari flagitauit, vt ſnĩam
ſuã veracem exprimeret ẽt de ore fallaciũ,
ac non potius ait, Abſcedite,neq;.n.loquen
dum eſt vobiſcũ qui captioſas interrogatio-
nes proponitis,qui dialectice mecum agere
vultis? Nihil tale dixit,nec aduerſus captio-
ſos interrogatores, & verborum veſtrorum
callidos captatores exemplũ tale nobis pro-
poſuit, ſed vt eos potius ẽt veritatis inimi-
cos vigilanti interrogatione & inuicta ra-
tione teſtimonium veritati perhibere coga-
mus, Hoc nobis faciãt veſtri,ſi nos malitioſi
& dialectici ſumus. An ſi timere indicãt,ne
hoc eis potius faciamus? Si autem Chriſtũ
dixeris dialecticũ,laudabis dialecticam quã
mihi ꝑ crimine obieceras. Quod ne facias,

Dialecticus

video ꝙ fortaſſe dicturus ſis,nec illos nec il
lum in ea ſermocinatione aliquid egiſſe dia
lectice. Si ergo nec illi qui captioſe atq; inſi
dioſe ſermocinantur vt in verbo decipiant
eos cũ quibus agunt,nec illi qui tales eorum
rñſione conuincunt dialectice agunt,dic no
bis tãdem quid ſit dialectica, & quantũ mali
habeat,quantum noceat, q̃ fugienda ſit do-
ce. Cuius nomẽ inuidioſe ſubijcis ignoran-

B

tibus,crimen oſtende quærentibus. Nos vis
fateri ꝙ dialectice agat, qui homines auer-
ſos a vero perite,recteq; interrogans,rñſio-
nibus eorum adducit ad verum,ne dialecti-
ce cũ Iudęis etiam Chriſtum egiſſe fatearis.
Item non uis illos agere dialectice qui ca-
ptioſis interrogationibus inſidiantes rñden
tem decipere moliuntur, ne & ibi oſtenda-
tur ita cum Chriſto egiſſe Iudæos, quos tñ
ille non declinauit tacendo, ſed potius lo-
quendo ſuperauit,ac ſic cogaris fateri nõ re
cte Epiſcopos veſtros, quos doctos atq; ſa-
pientes putas,ẽt cum dialecticis nolle habe-
re ſermonẽ quo inuictam doceant ueritatẽ.
Video, magnos æſtus pateris qũo definias
dialecticum, vt nec peritus diſputator ſit ne
qđ vituperaſti laudare cogaris, nec inſidio-
ſus uerborum captator, ne tibi dicatur, ſicut
egit cũ talibus Chriſtus, ſic agat cum Chri-
ſtianis.Proinde ſi placet iſta cura liberari,eũ
fidei eſſe dialecticum, cum quo legiſperiti
de parte Donati nolũt habere colloquium.
Quid enim tibi aliud ſuggerendum eſt,ho-

M

mini obijcienti nobis dialecticam, & ideo
prædicanti Epiſcopos ſuos ꝙ nobiſcum no
lint habere ſermonem?Sed de Iudęis fortaſ-
ſe inuenis quid dicas quamuis callide atque
verſute dolos interrogationũ prætenderunt
non eos fuiſſe dialecticos. Stoicis certe dici
poteſt nihil,qui non ſolũ dialectici fuerunt,
ſed ẽt cæteras philoſophorum ſectas in hac
vel arte vel facultate uicerunt.Stoicus quip-
pe, vt mecum recolis,fuit ille Chryſippus,
de quo Academicus Carneades hanc habe-
bat ſnĩam,vt quando cũ illo ſibi eſſet diſpu-
tandum, elleboro purgandum cor eſſe cen-
ſeret:cæteros autem uel pranſus facile ſupe-
raret. Si ergo nos libri Stoicorum dialectice
diſputare docuerunt,doctrinam Pauli con-
tra nos proferant Epiſcopi ueſtri, ſecum ta-
men nos conferre patiantur, ſicut ipſos tũc
Stoicos ſcilicet Paulus ille non repulit. Hãc

Vſus dialecticæ.
Cap. 20.

enim artem quam dialecticam uocant, quæ
nihil aliud docet quàm cõſequentia demon
ſtrare,ſeu uera ueris uel falſa falſis, nunquã
doctrina Chriſtiana formidat, ſicut eam in
Stoicis non formidabat Apoſtolus,quos ſe-
cum uolentes conferre nõ reſpuit.Et ipſa.n.

fatetur

fatetur & verũ eſt, neminẽ a diſputãdo concluſionem falſam conſequenter impelli, niſi prius conſenſerit falſis, quib. eadem concluſio uelit nolit, efficitur, ac per hoc qui cauet ne ſe loquente cõſequantur falſa q̃ nõ vult, volens falſa caueat, quæ præcedunt. Si autẽ præcedentib. uerbis inhæſerit, quæcunq; cõſequentia perſpexerit quę falſa exiſtimabat, uel de quib. dubitabat, admonitus amplectatur, ſi ueritati es pacatiſſimæ amicior, q̃ contẽtioſiſsimæ uanitati. Parum egerim niſi hoc quod dico in hac eadem quæ inter nos vertitur noſtra ſermocinatione mõſtrauero. Ecce in ea ipſa qõne de baptiſmo tu propoſuiſti a me requirens, vbi te baptizari cõueniat utrum apud nos an in parte Donati. Et quia intẽtio tua eſt in parte Donati hoĩem poti⁹ baptizari oportere, hãc intẽtionem hinc ꝓbare conatus es, ꝙ etiã nos eſſe illic baptiſmũ nõ negamus. Vides certe id te agere uoluiſſe, ut ex eo qđ cõcedimus, ad id qđ non cõcedebamus attrahamur, id eſt, ut q̃a cõcedimus eſſe illic baptiſmũ, ẽt illic eſſe hoĩem baptizandum concedere compellamur.

Exẽplum Cap. 21.

Collectio vitioſa. Cap. 22.

Conſidera diligẽter ſi eſt hoc ꝯñs, & tibi ipſe rñde. Puto.n.iam hoc ante oculos cõſtituto, cernis pro ingenij tui uiuacitate, quam non conſequentia pro conſequentib. colligas. Nam reuera dicimus baptiſmũ & illic eſſe, ſed non dicimus & prodeſſe, immo vero dicimus & obeſſe. Cum aũt quæritur vbi quiſq; debeat baptizari, credo ꝑ ꝑ illud quæri quod dñs ait, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnũ cœlorum. Quia ergo ꝑ ꝑ hanc vtilitatẽ accipiendus eſt baptiſmus, cũ quæritur ubi accipiendus ſit, nõ quærit̃ vbi ſit, ſed vbi ad regnũ cęlorum adipiſcendũ vtilis ſit. Sequeretur aũt ẽt illic accipiendũ eſſe ubicunq; eum conſtat eſſe, ſi oẽs qui habent aliquid boni etiã bono ſuo habere docerẽtur. Cum uere tam multi tam multa bona habeãt malo ſuo, q̃s non uideat cũ quæritur ubi aliquid accipiẽdũ ſit, non quæri vbi ſit, ſed vbi proſit? Qũo .n. ſi mihi concederes bonũ eſſe aurũ, concederes ẽt latrones quoq; habere aurũ, nõ opinor velles vt ex his duob. conceſsis concluderent, eum qui habere aurum uelit in latronum ſocietate eſſe oportere, ita cum & ego concedo bonum eſſe baptiſmum, concedo etiam Donatiſtas quoq; habere baptiſmũ, non debet ex his duob. cõceſsis quaſi ſequatur cõcludere, eũ qui habere baptiſmũ velit in ſocietate Donatiſtarum eſſe debere. Iam ex hoc ẽt tibi ipſi occurrere multa non dubito, quę quãuis bona ſint & ad utile aliquid inſtituta, non omnibus tamen habẽtib. ſint utilia, ſed tantummodo bene utentibus.

Ioan. 3.

Vſus lectionis Cap. 20.

Nõ eadẽ omnibus proſunt.

Nã cũ eadẽ luce & ſani oculi ꝑfundũtur & ſaucij, iſtis adiumẽtũ eſt, illis tormentũ. Idẽ cib. alias ualitudines alit, alias lędit. Idẽ medicamẽtũ hos curat, illos debilitat. Eadẽ arma alios muniũt, alios ĩpediũt. Eadẽ veſtis aliis tegumẽto ẽ, aliis implicamẽto. Sic & baptiſm⁹ aliis ualet ad regnũ, aliis ad iudiciũ.

Cap. 23.

Hic uideo quid te poſsit mouere. Fortaſſe.n. dicis, quod in his omnib. nihil ſacramẽti commemorauerim: baptiſmus autem ſanctum ſacramentum eſt, & ideo nõ eſſe cõſequens, ut ſi de auro, de luce, de alimentis, armamẽtis, indumẽtis probari potuit, q̃ aliis habentib. apta ſint, aliis in cõuenientia, quãuis ſint bona & ad utile aliq̃d inſtituta, cõtinuo ẽt baptiſmus aliis proſit, aliis obſit habẽtibus. Reſtat ergo adhuc requirere utrum ẽt illa bona quę ad legẽ dei pertinẽt, omnia omnibus habentibus proſint. Hac qõne propoſita, intentio noſtra eſt, ꝙ nec ipſa omnia omnibus habentibus proſint. Hanc intẽtionem noſtrã vide quemadmodũ probemus ex conceſsionibus ueſtris. Conceditis .n. in omnibus credendum eſſe Apoſtolo Paulo. Teneo unum. Conceditis etiam eundẽ Apoſtolũ dixiſſe, Bona eſt lex. His duob. cõficit̃, bonã eſſe legẽ, ſed legitime utentibus. Si ergo non legitime uſus quis fuerit, non ipſa erit mala, ſed certe oberit malis.

Nec ſacramẽta proſunt ſẽper habẽtibus. Cap. 24.

1. Tim. 1

Fortaſſe dices, neminem poſſe & in lege eſſe, & lege male uti. Hoc ipſo .n. ꝙ contra legem uiuit, nõ eſſe in lege mõſtratur. Contra ego dico fieri poſſe, ut quis & in lege ſit, & non legitime utatur. Quod item veſtris cõceſsionibus probo. Concedis.n. memoratum Apoſtolũ teſtimoniũ poſuiſſe de Pſalmis aduerſus eos qui gloriabãtur in lege, & uiuebant ꝯ legem, Sicut ſcriptũ eſt, inq̃t, q̃a nõ eſt iuſtus quiſquã, nõ eſt intelligẽs, non eſt inquirens deũ: omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum: ſepulchrũ pa-

Cap. 25.

Rom. 3.

Pſal. 13

tens

tens eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebant, venenũ aſpidum ſub labiis eorũ, quorũ os maledictione & amaritudine plenum eſt, ueloces pedes eorũ ad effundendum ſanguinem, contritio & infœlicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerũt, nõ eſt
E timor dei ante oculos eorum. Et ne putaret hæc in eos dicta qui non erãt in lege, continuo ſubiecit, Scimus aũt qm̃ quæcunq; lex dicit, his qui in lege ſunt loquitur, ut oẽ os obſtruatur, & reus fiat oĩs mundus deo. Itẽ alio loco dicit, Quid ergo dicemus? Lex pec-
Rom. 7. catum eſt? Abſit, ſed pctm̃ non cognoui niſi per legẽ, Nã concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Occaſio-
Exod. 20 ne aũt accepta pctm̃ per mandatum operatum eſt in me oẽm concupiſcentiã. Itẽ paulo poſt, Peccatum, inquit, accepta occaſione per mandatũ fefellit me, & ꝑ illud occidit. Itaq; lex quidẽ ſancta, & mandatũ ſanctum & iuſtum & bonũ. Quod ergo bonũ eſt mihi factum eſt mors? Abſit, Sed pctm̃ ut appareat pctm̃ per bonum mihi operatũ eſt mortem. Attendis queadmodũ lege laudata, eos qui in lege ſunt arguit, ꝙ ea male vtẽdo per bonũ habeat malũ. Item ipſe Apoſtolus ſciẽtiam quandam ex lege quam & ſe habere di-
1. Cor. 8. cebat & alios, ſine charitate tñ inutilem dicit & noxiam. De ſacrificijs, inquit, idolorũ ſcimus quia oẽs ſciam habemus, Sciẽtia inflat, charitas uero ędificat. Proinde & iſta ſcientia quãuis ad legẽ dei pertineat, ſi ali-
F quo ſine charitate fuerit, inflat & nocet. Quid de ipſo corpore & ſanguine dñi unico ſacrificio pro ſalute noſtra, quanuis ipſe
Ioan. 6. dñs dicat, Niſi quis mãducauerit carnẽ meã & biberit ſanguinem meũ, non habebit in
Euchariſtia non benè ſumpta lædit. ſe uitam? Nonne idẽ Apoſtolus docet etiam hoc perniciosum male vtentibus fieri, ait enim, Quicunq; manducauerit panem & biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis
1. Co. 11 & ſanguinis dñi? Ecce quemadmodũ obsũt diuina & ſancta male utentibus, cur nõ hoc
Baptiſmũ nõ omnibus prodeſſe. mõ & baptiſmus? Cur non ita in bono baptiſmo nõ ſunt boni hæretici, qũo in bona lege non ſunt boni Iudæi? Iã certe probaui
Cap. 16. concedentibus uobis, qñquidem Paulo uos credere, & teſtimonia quæ de ſcripturis poſui Paulũ dixiſſe cõceditis. Iã ergo probaui cõceſsionibus veſtris qđ ã ẽt bona legitima obeſſe, tñ non legitime habẽtibus & utentibus. Cur, nõ ita & baptiſmus quãuis bonus & legitimus, non tñ omnibus habentib. prodeſt? Tu tanquã certiſsimũ & cõſequentiſsimum concludebas in parte Donati eſſe hominẽ baptizandũ, quia nos ẽt ibi eſſe concedimus baptiſmũ, nec attẽdebas poſſe nos dicere eſſe ibi quidẽ baptiſmũ Xpi iuſtũ, ſan-
G ctum bonum, ſed pœnalẽ contrariũ, perni-
Falſis falſitate trahit. cioſum inimicis corporis Chriſti quod eſt eccleſia, quæ ſm promiſſa diuina in oibus
Cap. 1. gentib. dilatatur. Nunquid hic quid dicas inuenies, niſi non in eis bonis ad legẽ dei pertinentibus deputandum eſſe baptiſmũ, quæ poſſunt hoies & habere & mali eſſe & boni non eſſe, ſed ipſam quidẽ legem & ſcientiã & ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti talia bona eſſe, quæ poſſunt homines & habere & mali eſſe: baptiſmũ uero tale bonũ eſſe, quod quiſquis habuerit neceſſario bonus ſit? Quod ſi dicere uolueritis, falſum dicetis, & iõ quid aliud falſum cõſequat attende. Qđ nõ ideo cõmemorabo ut ex illo tuo falſo ad alia falſa te adducã, ſed ut hoc te liberes, illud quod præcedit emẽdes, Quid ergo præcedit? ex uobis oẽs qui habẽt bonum baptiſmum bonos eſſe, quod eſt falſum eui-
1. Cor dens. Quid cõſequitur? bonos fuiſſe .ſ. illos qui ſchiſmata faciebant dicentes, Ego quidẽ ſum Pauli, ego aũt Cephę, ego autẽ Chriſti.
H Quos arguens Apoſtolus ait, Diuiſus eſt Chriſtus Nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in noĩe Pauli baptizati eſtis? Sed falſum eſt quod iſti boni erant exceptis eis qui dicebãt ego aũt Chriſti, & tñ baptizati erant baptiſmo Xpi. Hoc itaq; falsũ quare ſecutũ eſt? Quia falſum præceſſit, oẽs habẽtes bonum baptiſmũ bonos eſſe. Vtrũq; ergo reſpuatur, vtraq; ſentẽtia corrigatur, ut qm̃ manifeſtũ eſt iſtos qui ſchiſmata faciebant bonos non fuiſſe, & tñ bono baptiſmo baptizatos fuiſſe, illud ẽt manifeſtũ fit, non omnes qui bonum habent baptiſmum bonos eſſe, ac per hoc nõ ideo tenemus, ut in parte Donati baptizandũ eſſe aliquẽ cõceda-
Inconueniens quem... mus, quia & partẽ Donati quam malã dicimus, bonũ baptiſmum habere cõcedamus.
Cap. 1 Rurſus ut ex ea conſenſione me ad
Ephe. 4 id quod conſentio detineres, poſuiſti ſcriptum eſſe: Vnus Deus, vna fides,

vnum

vnũ baptiſma vna incorrupta & vera catholica eccleſia. Quę oĩa concedo, & ſi aliquãto aliter ſcripta ſunt. Sed quid ad rẽ, cũ oĩa ſicut dixiſti iſta cõcedã? Verũ quod ex his conaris efficere non efficiẽ, videlicet vt qui nõ ſunt in vna eccleſia, nõ poſsint habere vnũ baptiſmũ, quod oĩno falſiſsimum eſt, & melius, q̃a & ipſe poſuiſti vnde te poſſum commemorare qđ uolo. Certe.n. iſta propoſuiſti in cõceſsionibus meis ex quibus me adducas ad intentionẽ tuã deũ eſſe, vnã fidem, vnũ baptiſmũ, unam incorruptã & catholicã eccleſiã: Quæ cum inter nos conueniant, putas ex his illud qđ nõ cõuenit poſſe monſtrari, apud eos qui non ſunt in hac vna eccleſia, hoc vnũ baptiſma eſſe non poſſe. Ego aũt dico poſſe ſi non mutatẽ, ſi hoc idẽ obſeruatur: nec ideo fieri ut nõ ſit vnũ baptiſma, quia eſt apud illos qui in una non ſunt eccleſia. Hoc aũt probo ex his quæ in eadem ſñia poſuiſti de uno deo & una fides: inuenimus .n. eundẽ deum extra eccleſiã ab ignorantibus coli, & nec ideo fieri ut nõ ipſe ſit deus, & fidẽ qua creditur Xp̃m eſſe filiũ dei viui, inuenimus ẽt eos qui nõ pertinẽt ad mẽbra eccleſię confiteri, nec ideo fieri ut nõ ſit una fides: ſic ẽt cum inuenimus eundem baptiſmum ab eis qui ſunt contra eccleſiam in baptizãdis hominibus obſeruari, non ideo nõ eſſe ipſum baptiſmũ exiſtimare debemus.

...C. 29. Fortaſſe ad hoc dicas, fieri nõ poſſe ut extra eccleſiã idẽ ipſe unus deus colatẽ, aut eadẽ fides qua confitemur Xp̃m filiũ dei, vnde Petrus beatus eſt appellatus, ẽt in eis qui nõ ſunt in eccleſia, reperiatẽ. Hoc ergo reſtat ut probẽ. Habes in hoc ipſo beati Pauli ſermone quẽ ſupra ex actibus Apoſtolorũ commemoraui, cũ de deo loqueretur, q̃ inſcriptum in ara inuenerat, Ignoto deo, quẽ uos, inq̃t, ignorantes colitis, hũc ego annuncio uobis. Quid eis p̃dicare cupiebat, niſi eundẽ deum quẽ præter eccleſiã ignoranter atq; inutiliter colebãt, in eccleſia ſapiẽter & ſalubriter colerẽt? Ita uobis & nos dicimus, quẽ baptiſmũ uos ignorãtes obſeruatis, eius p̃tãtẽ uobis nos annũciamus, nõ ut cũ ad nos ueneritis alterũ accipiatis, ſed ut eũ qui iã apud uos erat utiliter habeatis. De fide ẽt Iacobus Apoſtolus cũ loquereẽ aduerſus eos qui ſibi qđ crediderãt ſufficere arbitrabanẽ, & bene operari nolebant, Tu credis, inquit q̃m vnus deus eſt, bene facis, & dæmones credunt & cõtremiſcunt. Nempe in unitate eccleſiæ dæmones non ſunt, nec ideo tñ poſſumus dicere aliud eſſe qđ credunt, cum & dño Ieſu Chriſto dixerint, q̃d nobis & tibi eſt fili dei? Vnde Paulus Apoſtolus, Si habeam, inquit, oẽm fidem ita ut montes transferam, charitatem non habeam, nihil ſum. Non aũt exiſtimo quenquã ita deſipere ut credat ad eccleſiæ pertinere unitatẽ eum, qui non habet charitatẽ. Sicut ergo deus unus colitur ignoranter ẽt extra eccleſiam, nec ideo nõ eſt ipſe, & fides una habetur ſine charitate etiam extra eccleſiã, nec ideo non eſt ipſa. Vnus.n. deus, vna fides, vnũ baptiſma, una incorrupta catholica eccleſia, non in qua ſola unus deus coliẽ, ſed in qua ſola unus deus pie colitur: nec in qua ſola una fides retineẽ, ſed in qua ſola una fides cũ charitate retineẽ. Nec in qua ſola unus baptiſmus habetur, ſed in qua ſola unus baptiſmus ſalubriter habetur.

Marc. 1. 1. Co. 13. Ephe. 4. Argumẽtũ in aduerſariũ.

Cap. 30. Proinde vnũ deũ, vnã fidẽ, vnũ baptiſma, vnã incorruptã & catholicã eccleſiã nobis cõſentientibus tu propoſuiſti, ſed non ſolũ ex his id qđ uolebas nõ effeciſti, uerumetiã vt ex his qđ uolebamus te admoneremus, nos multũ adiuuaſti. Vide ergo nos quã probabilẽ rõnem ſequamur qui ea q̃ ſchiſmatici uel hæretici corruperũt, cũ ad nos inde ueniunt corrigimus: q̃ uero ſicut acceperunt tenuerunt, agnoſcimus & probamus, ne cõmoti humanis vitijs ultra iuſtitiã faciamus vllã diuinis rebus iniuriã, cum Apoſtolũ videamus ẽt in ara gentiliũ a quibus idola colebãtur, dei nomen inuentũ confirmaſſe potius q̃ negaſſe. Neq;.n. propterea immutandus uel improbãdus eſt regius character in hoĩe, ſi erroris ſui ueniã & militandi ordinẽ a rege impetrauerit, quia eundẽ characterẽ quo ſibi ſatellites congregaret, deſertor infixit, aut propterea ſigna mutãda ſunt ouibus, cum dominico gregi ſociantur, quia eis dominicum ſignũ fugitiuus ſeruus impreſsit.

Character. Ex aliorũ exemplis.

Cap. 31. Qđ ſi hæc tanq̃ decipientia formidatis, q̃a nõ ſunt eccleſiaſtica exẽpla, quanq̃ & de ouibus & de militibus datas eſſe in ſcripturis ſimilitudines noueritis p̃pheticarũ ſcripturarum, quæ dicuntur ueteris teſtamenti libris, nec a nobis nec a uobis rei huius

inuenia-

inuenitur exemplū, circuncisionē certe præputij, in figura futuri baptismi Christi ab antiquis obseruatā esse negare, ut arbitror, nō audetis. Nunquid apud Samaritanos circuncisus, si fieri tūc vellet Iudæus posset iterum circuncidi? Nōne illius hoīs error corrigeretur, signaculum aūt fidei agnitū probaretur? Et nūc sunt quidā hæretici q̄ se Nazarenos vocāt, a nonnullis aūt Symmachiani appellantur, & circuncisionē habent Iudæorū, & baptismū Christianorū: ac per hoc quemadmodū si quis eorū ad Iudęos uenerit, nō pōt iterū circūcidi, sic cū ad nos uenerit, nō debet iterū baptizari. Adhuc dicturi estis, aliud est circūcisio Iudęorū, aliud baptismus Christianorū: sed cū illa vmbra fuerint huius ueritatis, cur illa circūcisio & apud hæreticos Iudęorū esse potuit, iste aūt baptismus apud hæreticos Christianorū non pōt esse? Profer certe aliquē de scripturis canonicis, quarū nobis est cōis authoritas, ab hæreticis uenientē denuo baptizatum: Nam ꝙ iusserunt Apostoli quosdā post Ioannis baptismū in Christo baptizari, longe alia cā est. Neq;.n. Ioānes hæreticus fuit, amicus ille spōsi, quo nemo surrexit maior in natis mulierū. Lōge ergo alia cā est, alioquin si Paulus post Ioannē baptizauit, cū ambo in unitate Chr̄i fuerint, quāto magis debent Ep̄i uestri qui se in unitate Chr̄i esse dicūt baptizare post collegas suos, in q̄bus collegis mores aliquos recte reprehēdunt, cū hoc fecerit Paulus q̄ nihil potuit in Ioanne reprehendere? Ergo illa alia cā est, alia rō, de qua nunc differere longū est, & in alijs opusculis nostris hinc multa iam diximus. Ab hæreticis ergo uenientē ꝓbate in scripturis canonicis denuo baptizatū. Nā & nos proferimus Petro dictū. Qui lotus est semel, non opus habet iterum lauari. Sed etiā uos dicitis, Petrus non fuerat apud hęreticos baptizatus. Proinde q̄a nec uos potestis proferre de scripturis, quarum nobis est cōmunis authoritas, ab hæreticis uenientem denuo baptizatū: nec nos ita susceptū, quantū ad hanc rē attinet, par nobis cā est. Verum nos multa ostendimus ēt ad legem dei pertinentia esse apud eos qui nō sunt in Ecclesia, quæ nemo uestrū audet negare: sed cur tale aliquid nolitis esse & baptismum, oīno non uideo, nec posse demonstrari confido. Sequimur sanè nos in hac re ēt canonicarum authoritatem certissimā scripturarū. Neq; enim parui momenti quod inter Ep̄os anterioris ætatis quā esse inciperet pars Donati, ista quæstio fluctuaret, & uarias haberet inter se collegarū salua unitate sententias, hoc per uniuersam catholicam quæ toto orbi diffunditur obseruari placuit ꝙ tenemus, Nam & uos profertis concilium Cypriani, quod aut non est factū, aut a cæteris unitatis membris, a quibus ille non diuisus est, merito superatū. Neq; enim propterea sumus Episcopo Cypriano meliores, si tum censuit hæreticos denuo baptizari, quia nos hoc recte non facimus, sicut nec Petro Apostolo meliores sumus, quia nō cogimus gentes Iudaizare, quod ille fecisse Paulo Apostolo attestante & corrigente monstratur, cum similiter inter Apostolos de circuncisione quæstio, sicut postea de baptismo inter Ep̄os nō parua difficultate nutaret. Proinde quāuis huius rei certe de scripturis canonicis non proferatur exemplū, earundem tñ scripturarum ēt in hac re a nobis tenetur ueritas, cū hoc facimus quod uniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quā ipsarum scripturarū commendat authoritas, ut qm̄ sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, huius obscuritate q̄onis eandem Ecclesiam de illa consulat, quā sine vlla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Si autē dubitas ꝙ Ecclesiam quæ per oēs gentes numerositate copiosissima dilatatur, hæc sancta scriptura commendat, neq;.n. si non dubitares, adhuc esses in parte Donati, multis & manifestissimis testimonijs ex eadē authoritate prolatis onerabo, ut ex tuis concessionibus si nimiū peruicax esse nolueris, ad hoc etiam perducaris cum prius ostendero ēt epistolæ meæ, cui respondere a contrario uoluisti, nihil te quod ad ueritatem pertineat respondere potuisse. Hoc interim satis sit q̄d propter nimiam obstinationē hominum multa dicenda arbitratus sum, aduersus eos qui cum habeant principalē causam malam, ab ea præscriptione uolūt auertere iudices cū dicunt nullo modo sibi loquendū esse nobiscū. Probaui.n. & de scripturis sanctis, & qua potui rōne perspicua nec eloquentiā quantālibet, nec dialecticā qualēlibet metuendā esse assertio-

Margin notes: A — *Mat.11.* — *Acto.19* — B — *Ioan.13.* — *Cap. 32.* — C — *Gala.* — *Ecclesiæ authoritas. Cap. 33* — D — *Epilogus Cap. 34*

ſertoribus ueritatis quo minus aſſertores fal ſitatis diſputando cum eis, & eos refellendo conuincat. Vbi etiam demonſtraui, & illud quo te prȩter epiſtolam meam dixi permo- E tum, q̃ non ſit conſequens, ut ſi cõcedimus eſſe baptiſmum in parte Donati, ſimul etiã concedamus in eadem ſocietate quenquam baptizari oportere, quia ſicut bonam legem potuit habere reprobus populus iudeorum ſic bonum ſacramentum poteſt habere reproba ſocietas hæreticorum. Quid autem proprie detur in Eccleſia quod prȩter illam omnino non datur, ſuo loco ſine difficultate monſtrabitur. Neq;.n. recte ageremus cũ hæreticis quos habere baptiſmum confitemur, ut omni modo ad Eccleſiam catholicã ueniant, niſi ueniendo acciperent aliquid ꝙ nec alibi poſsint accipere: & quod niſi acceperint, fruſtra & pernicioſe habeant quȩcũque alia quamuis bona & ad legem dei pertinentia ubilibet accipere potuerunt. Hoc .n. quicquid eſt quod ſecundum ſcripturas certiſsimamq́; rationem inueniri potuerit, non niſi in ſancta eccleſia vel dari uel accipi poſſe, hoc pertinebit ad fontem ſignatũ puteum aquæ uiuæ, paradiſum cum fructu pomorum, cuius ut potuiſti mentionem feciſti. Sed quid illud ſit non te intellexiſſe oſtẽdiſti, quandoquidem hoc de uiſibili baptiſmo dictum eſſe arbitraris: quod licet ſanctũ ſit, neq; ullo modo prætermittendum, qm̃ ſacratiſsima ſignificatione prȩpollet, quã multi eum tamen accipiant, nõ ſolum boni qui F ſecundum propoſitum uocati ſunt conformes imaginis filii Dei: ſed etiam hi qui regnum dei non poſsidebunt, in quibus ſicut dicit Apoſtolus, & ebrioſi & auari numerantur: puto ꝙ ſi pertinacia depoſita cogitaueris verum me dicere, tibi ipſe facile reſpondebis, ut non quæras fontem ſignatum & puteum aquæ uiuæ, niſi quo hi qui diſplicent deo diuinitus non permittuntur accedere. Contuli, lege.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Creſconium Grammaticum, Liber ſecundus.

SVperioris uoluminis tã prolixo ſermone puto ꝙ tandẽ aliquando perſuaſimus, nõ eſſe in hoc laudandos ueſtros Epiſcopos neq; approbandos, quod de cauſa diſſenſionis, quæ noſtrã cõmunionẽ dirimit, nolunt nobiſcũ habere colloquium. Hac.n. quaſi præſcriptione ſe in cã peſsima putant acutisſimos, q, ni fallor, & ueris certisq́; rõ G nibus, & maxime diuinarũ ſcripturarũ exẽplis penitus amputaui, quibus dilucidiſsime docui, a ſanctis prædicatoribus atque aſſertoribus ueritatis, etiam contra præſentes eius aduerſarios, nec tm̃ qui ex eodẽ populo quo & illi fuerunt, uerum etiam contra alienigenas, formidines minatis * imperitis, * cõtra eos qui dialecticã maxime profiterentur habitum fuiſſe ſermonem, ne contentioſiſsimus habeatur diligẽtiſsimus ꝓdicator: & ne litigator putetur impiger diſputator, inſtãs ſm̃ prȩceptũ Apoſtoli opportune, importune, ut doctrina ſana cõtradicentes redarguãtur, vaniloqui refellanť, inquieti corripiantur, puſillanimes cõſolenť, infirmi ſuſcipiantur, dũ aduerſus oẽs reſiſtẽtes, verbũ ſalutis Euangelicȩ cũ patientia defenditur, ſine diffidentia prȩdicatur, Oſtendi ẽt q̃ non deberetis ideo putare apud uos eſſe hominẽ baptizandũ, quia & nos conſentimus, ꝙ & haberi à vobis baptiſmus poſsit & dari, cum & illud dicamús pernicioſe haberi & pernicioſe dari, qm̃ illa ſancta quib. vtiq; mali uti poſſunt, quanto ſanctiora ſũt, tanto ab eis inutilius pœnaliusq́; tractanť. H Vnde cum ad eccleſiam ſanctam ueniunt, ipſi corripiendi ſunt: non a nobis illa uiolanda, quæ nec a malis mutata ſunt. Audi ergo Creſconi, dum breuiter & hoc demonſtro, nihil te dixiſſe per totam Epiſtolam tuam quo refelleres meam, niſi forte quòd me nomina deriuare uel declinare docuiſti, ut a Donato Donatianos potius quàm Donatiſtas dicere, quam tñ Græcam ſaltẽ declinationem eſſe concedis, uidelicet ꝙ ita Do-

natiſtæ

Rom. 4.

Rom. 8.

1. Cor. 6.

Al inijcẽtis.

Fortè legendum, formãdi enthimematis imperitis.

2. Ti. 4.

1. The. 5

natistæ a Donato, ut Euangelistæ ab euāgelio nominētur, quo te delectari dicis, ut uestris euangeliū prædicantibus, a simili muta ta sit uocabuli declinatio. Vide ergo ne forte ipsi priores hoc uoluerint appellari, quia Donatū habentes pro euangelio nā sic isti a Donato, qūo sancti oēs nolunt ab euangelij societate discedere, & ideo delectantur uocari Donatistæ, sicut euāgelistæ: tuq; potius eis facias iniuriam cū scribis in Latino sermone, non nisi Latinā regulā probans, Donatianos a Donato, sicut ab Arrio & Nouato, Arrianos & Nouatianos velles vocari. Nāq; ego cum scriberē, iam a nescio quibus propagatum sonabat hoc nomen, neque id mutare, cū & hoc ad distinctionē q̄ volebā satis sufficere existimarem. Si. n. Demosthenes clarissimus oratorū, cui verborum tanta fuit cura, quāta rerū authorib. nostris, cū tñ ei nonnullam locutionis insolentiā obiecisset Aeschines, negauit ille in eo positas esse fortunas Græciæ, illone an illo uerbo usus fuerit, & an huc an illuc manum porrexerit, quanto minus nos laborare debemus de regulis deriuandorū nominū, qñ siue illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate quod dicimus, quorū non in expositione sermonis, sed in demonstratione veritatis est maior intentio. Si aūt quisquā nostrorū primus flexit hoc nomen, nullo mō mihi uī illud simile intuitus, q̄ euangelistæ ab euangelio nuncupantur: sed quia per Donatum nō tm̄ Charthaginis, qui hāc hæresim maxime roborasse perhibetur: sed ēt maiorē Donatū a casis nigris, qui altare cōtra altare in eadem ciuitate primus erexit magnum scādalū factum est: ita fortassis a Donato Donatistas, ut ab scandalo scādalistas uoluit appellare. Sed ego ea in re in qua nihil causæ nostrę minuitur, me facillimū præbeo, & qñ tecū ago, iam Donatianos uoco: qñ autem cum aliis, consuetudinē potius sequor quæ his sonis iure dominatur: Tu tm̄ memento me, cui tātam tribuisti eloquentiā, nondū nosse nomina declinare, & nūcia vestris securitatē, ne iam timeāt tāquā dialecticū, cui uides adhuc necessariā esse grammaticā. Quod si disciplinā disputandi siue dialecticam velis appellare, siue quid aliud: satis tñ sobrie docet cum de re cōstat, non esse de nomine laborandum. Sicut non curo utrum eaipsa dialectica uocetur, curo tm̄ quantum ualeo nosse ac posse disputare, hoc est, veritatem a falsitate in loquendo discernere: quia hoc nisi curauero, perniciose errabo: ita nō curo utrū Donatistæ an Donatiani peritius & literatius declinemini: utrū postremo à Donato, uel qui primus extra ecclesiā sacrificauit, uel qui hanc dissensionē maxime roborauit: an a Maiorino q̄ primus cōtra Cæcilianū vestræ partis Eps ordinatus est, dicat is vobis, qñ loquimur distinctionis cā indi uocabulum, quod aūt hæretici sitis, q̄ ideo ne decipiatis, cautissime deuitandi, ni diligenter demonstrare curauero, nō par uam negligentiæ culpā pro mei officii sarcina incurrā. Quanquam id quod inter nos accidit, schisma potius q̄ heresim cēses appellari oportere, & quod raro audere dialectici solent, etiā definitionibus ista discernis, ubi quantum nos adiuues, satis demōstrare non potero, nisi ex epistola tua inserā uerba tua, Quid sibi uult, inquis, quod ais hæreticorū sacrilegū errorem? Nā hæreses nō nisi inter diuersa sequētes fieri solēt: nec hereticus nisi cōtrariæ vel aliter interpretatæ religionis est cultor, vt sunt Manichæi, Arriani, Marcionitæ, Nouatiani, cæteriq; quorū inter se contra fidem Christianam diuersa sententia stat. Inter nos quibus idem Christus natus, mortuus & resurgens, vna religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, schisma factū, non hæresis dr̄. Siquidem hæresis est diuersa sequentiū secta: schisma uero eadē sequentiū separatio. Quare & in hoc studio criminādi quē tu incurris nō vides errorē, cū quod schisma est heresim uocas. Hęc nempe verba tua sunt, quę posuisti in epistola tua. Iā nunc attēde si pertinax non sis, q̄ facili cōpendio id qđ inter nos agebatur, ipse finieris. Si .n. & nobis & vobis idem Xps natus, mortuus, ac resurgēs, vna religio, eadē sacramēta, nihil in Xpiana obseruatione diuersū est, nōne rebaptizare puersum est? Tria nāq; posuisti, quorum si vnū posuisses, satis sup q; sufficeret. Sed qua si p̄ Donatianos fideliter ageres, ne quisquā uel nimis acutus id qđ semel breuiterq; dixisses interpretari aliter conaretur, etiā obtusis auribus & cordis tuam curasti immergere atque inculcare sententiam. Vna, inquis, religio,

Demosthenes.

I

Irridet Cresconium. Cap. 2.

K

Hæresis & schisma. Cap. 3

L

Donatistas nos probat hæreticos schismaticos. Cap. 4

M

religio,eadẽ ſacramenta,nihil in Chriſtiana obſeruatione diuerſum, & adhuc aduerſus inuicẽ laboremus. Iam tandẽ aliqñ cohibete diſſenſionẽ,finite lites,amate pacẽ. Quid reprobatis? Quid exuflatis? Quare rebaptizatis?Vna religio eſt,eadẽ ſacramẽta, nihil

A in Chriſtiana obſeruatione diuerſum.Nã ſi vobis & nobis nõ eſt vnus baptiſmus, q̃uo eſt vna religio?Ergo & vnꝰ baptiſmus, q̃uo ſunt eadẽ ſacramẽta.Sed tu dixiſti eadem ſacramẽta,idẽ ergo & baptiſmus. Itẽ ſi vobis & nobis diuerſus eſt baptiſmus, q̃uo nihil eſt in Chriſtiana obſeruatione diuersũ?Sed tu dixiſti nihil in Xp̃iana obſeruatione diuerſum, non ergo diuerſus eſt baptiſmus. Quod cũ ita fuerit, nos recte qđ vnum atq; idẽ neq; diuerſum eſt, nec improbamꝰ,nec exufflamus,ſuſcipimus & acceptamus. Vos vero impie quod unum atq; idẽ neq; diuerſum eſt,diſſimulatis agnoſcere,ſuſcipere recuſatis,acceptare non vultis, ſed eligitis improbare,audetis exufflare,nõ metuitis iterare. Et cũ in hocipſo ꝙ ea quæ inter nos mutata non ſunt, nos ſuſcipimus,uos refellitis nos:ſi à vobis data ſunt,data iudicamus.vos ſi à nobis data ſunt,tãquã nõ data repetitis. Cũ diuerſa ſequamini, appellari vos hæreticos dedignamini. Attẽde diligenter quid dicas,& q̃d dicã. Tu certe definiſti & dixiſti, Hæreſis eſt diuerſa ſequẽtiũ ſecta: ſchiſma vero eadẽ ſequẽtiũ ſeparatio, Itẽ tu dixiſti nobis & vobis vnã eſſe religionẽ,eadem ſacramẽta,nihil in Xp̃iana obſeruatione diuerſum.Quare ergo rebaptizas Xp̃ianũ,ego aũt nõ rebaptizo?Diuerſa vtiq; ſeq̃mur. Quare te dici nõ uis hæreticũ?puto ꝙ nõ paruo ſigno agnoſcamus hęreticos,q̃ cũ ſibi & nobis vnã religionẽ, eadẽ ſacramenta,nihil in Xp̃iana obſeruatione diuersũ eſſe fateãtur,

B nolũt nos agnoſcere baptizatos. An tãta obſtinatione contẽditis,tãta diſſenſione veritati reſiſtitis, ut à religione, à ſacramentis, à Chriſtiana obſeruatione baptiſmũ ſeparetis?Qđ ſi facitis,in eo eſtis hęretici qđ ad religionẽ,ad ſacramẽta, ad obſeruationẽ Xp̃ianã baptiſmũ pertinere nõ vultis.Si ãt nõ facitis, in eo eſtis hæretici, ꝙ eos qui nobiſcũ habẽt vnã religionẽ,eadẽ ſacramenta, nihil in Xp̃iana obſeruatione diuerſum, cum & baptiſmum ad religionem,ad ſacramẽta, ad Chriſtianam obſeruationẽ pertinere fateamini,tamen rebaptizatis.Attende.n.diligenter definitionem tuam in qua dixiſti, Hæreſis eſt diuerſa ſequentium ſecta:& vide vtrũ non diuerſum ſequamini,aut ſeparando baptiſmum a religioſa obſeruatione Chriſtianorum ſacramentorum,quibus eum nos inter magna coniungimus,aut eos cum quib. in una religioſa obſeruatione Chriſtianorũ ſacramentorũ etiam baptiſmus unus eſt,tamen rebaptizando, quod nos deteſtamur.

Qm̃ uellem ſi poſſem, eum aliquẽ deceptũ ex noſtris fidelibus,ueſtris nefandis interimentum inſidijs excipiunt,cum apud nos iam baptizatum, nec cœpiſſe dicunt eſſe Chriſtianum,cum tanquã paganũ exufflãt, cum cathecumenum faciunt vt præparẽt, deinde retingendum vel potius extinguendum,repete aliunde exiſtere, cum hac epiſtola tua,& hunc ipſum eius locũ in medijs eorũ auſis recitando porrigere & exclamare.Quid facitis?Ecce audite,videte, legite,

Vrget verba Creſconij. Cap. 5.

C vna eſt nobis vobiſq; religio:eadẽ ſacramẽta, nihil in Chriſtiana obſeruatione diueruerſum,in cuius noĩe iſte baptizatus ſit priꝰ interrogate: & nũc ſi aliũ meliorẽ in ueſtro baptiſmo nominatis,date. Tũc illi fortaſſe ſi nõ ipſa rerũ euidẽtia cõtremiſcerẽt,cõtinuo cõſiliũ ſuũ magnũ videlicet atq; acutũ proferrent,& dicerent, Quis iſte è nobis eſt,cuius epiſtolã geris? Laicus noſter eſt, nobis vinceret,uincitur ſibi.Tñ ego ſi adeſſem,cõuerſus ad te dicerem,Tu ſaltem obſecro dic nobis quid iſti faciunt? Ecce apud nos baptizatum rebaptizare diſponũt. Certe ergo nobis & vobis vna religio, eadẽ ſacramẽta,nihil in Chriſtiana obſeruatiõe diuerſum.An rñderes, ſed Chriſti baptiſmus non eſt religio,non eſt ſacramentum, non eſt obſeruatione Chriſtiana? Auerterit deus hãc à tua mente dementiã. Quid igitur mihi rñderes vrgenti ac dicenti, Vna nobis vobiſq; religio eſt: quibus autem baptiſmus unus non eſt,nõ eſt vna religio: Ergo nobis vobiſque

D vnus ẽ baptiſmus,eadẽ nobis & vobis ſacramẽta ſunt.Quibus aũt baptiſmus idẽ nõ eſt, non ſunt eadẽ ſacramenta. Ergo idẽ nobis & vobis eſt baptiſmus,nihil eſt vobis & nobis in Chriſtiana diuerſum obſeruatione. Quibus aũt diuerſus eſt baptiſmus, non uti

que nihil est in Christiana obseruatione diuersum. Non ergo nobis & uobis diuersus est baptismus. Cur quod unū est improbatur? cur quod idem est exufflatur? cur quod diuersum non est iteratur?

Cap. 6. Me sic agēte in p̄sentia, sic istāte, ad quas tergiuersationes cōfugeretis? Videlicet cōtēnerēt in epistola tua illi Grāmaticos, tu accusares in nr̄a dialecticos, sed veritas ex utraq; su pareret hereticos, hoc solū in eis ońdens à nobis eē diuersū, qđ cōstat esse puersū, qa nos sacr̄a nr̄a cognoscimus, errorē alienum emēdam⁹: vos āt eadē sacr̄a fatemini, q̄ tanquā nulla sint iteratis, magna diuersitate, reprobātes qđ diuersum non esse conceditis.

Quid pro prie schisma. Cap. 7. Proinde q̄uis inter schisma & hæresim magis eā distinctionē approbē, qua dr̄ schisma esse recēs cōgregationis ex aliqua sentētiarū diuersitate dissensio. Neq;.n. scissio uel schisma fieri pōt, nisi diuersū aliqd sequatur qui faciūt: heresis aūt schisma inueteratum, tñ quid hinc opus est ad laborē, cū me tñ adiuuent definitiones tuæ, ut si mihi & per alios uestros cōcederet, schismaticos uos libētius q̄ hereticos dicerem. Si.n. schisma faciunt quibus cū eis a quib. se diuidunt una religio est, eadem sacr̄a, nihil in Xp̄iana obseruatione diuersum, hinc est vr̄a rebaptizatio dānabilior, quia in una religione eisdē sacris nihilo in Christiana obseruatione diuerso alius est, diuersus esse nō pōt baptismus. Sed qm̄ nec nullū est nec aliqd paruū, quod diuersū sequimini cū ab vnitatis vinculo separati, ēt de repetitione baptismi dissentitis à nobis, fit ut ſm istā ipsam definitionē tuā qua dixisti, Hæresis est āt diuersa sequētiū secta: & heretici sitis & uicti appareatis. Hæretici quidē q non tm̄ diuisi, verū & in rebaptizādo diuersum sequimini. Victi aūt, quia datū per nos baptismū tanquam non ipsum, sed tanq̄ nullum sit iteratis, quod unum atq; idem, nec diuersum esse fatemini. Tua qppe uerba sunt, q nobis vobisq; sit una religio, eadē sacramēta, nihil in Christiana obseruatione diuersum.

Donatistæ mutati transeunt. Cap. 8. Quapropter si literis tuis pars Donati subscriberet, ac inde ista, quæ à me atque à te dicta sunt, sine insana pertinacia, uel impudentia cogitaret, nihil ulterius aduersus nos sentiret, & diceret. Sed quoniam tu es cui rn̄deo, iam puto q & ipse uideas, iā nō studio criminandi, sed perniciosam redarguēdi fallaciā dixerim Donatistarū hæreticorū sacrilegū errorē. In quib. quatuor verbis, siue nominibus, qa hoc vel tibi, vel arti Grāmaticæ placet, primū qđ positū est Donatistarū corrigo & muto & Donatianorū dico, cætera uero tria qm̄ uerissima dicta esse, iā vt puto sentis, uos corrigite, uos mutate. Mutate inquā & corrigite Donatianorū, vel quodlibet aliud vocādi sitis, tñ hereticorū sacrilegū errorē, nā & hæretici estis, vel qđ in schismate inueterato remansistis, vel ex tua definitione, q de Ecclesia, q̄ corpus est Christi, vel de iteratione Christiani baptismi diuersum seqmini. Et sacrilegus error est non solū a Christiana vnitate separatio, uerumetiam sacramentorū, quę ſm tuā cōfessionē, uel cōcessionē una atq; eadem sunt uiolatio atq; rescissio. Qđ si corrigitis & mutatis, qūo tales uos suscipimus quales eratis? Vn̄ inaniter tā multa locutus es, & cū sis ingenio tā acuto, cōsuetudine audiendæ vanitatis obtūderis, vt uideat̄ tibi, q cū ad nos a uobis trāseūt, tales eos quales erāt suscipimus, qa in eis traditionē Christianorū, q̄ nec alienati alienauerāt, nec peruersi peruerterāt approbamus, q̄ sacramenta ēt tu, quanuis non talis qualis nos sumus, non potuisti tamen nisi talia, nec sic talia quasi alia similia, sed omnino eadem confiteri.

Obsecro te dic mihi, qūo talis est qualis fuit q ueneratur Ecclesiā quā blasphemabat, qui tenet unitatē quā non tenebat, qui habet charitatē q̄ non habebat, qui accepit pacem q̄ respuebat, qui approbat sacr̄m, q exufflabat? An vero ita sunt oīa falsis vera p̄posterata, vt non dicātur mutati, in quibus ea, q̄ diuersa fuerant veritate corriguntur, & mutati dicantur, in quib. ea, quæ similia vna eademq; fuerant uanitate iterātur? Noli ergo ulterius in hac re, nō tm̄ carnaliter, verumetiam pueriliter sapere, ut tales quales erāt uestros a nobis suscipi existimes, q̄ cōuersione uoluntatis ab errore ad ueritatem, a diuisione ad unitatē, a dissensione ad pacem, ab inimicitiis ad charitatē, ab humana præsumptione ad diuinarum scripturarum authoritatem, non ante incipiunt esse nostri q̄ esse desiterint uestri. Hæc conuersio

ſio voluntatis repente mutauit, non ſolũ in telonæo peccatorem, verumetiam in cruce latronem, Niſi putas ꝙ Chriſtus in paradiſo ſecum eſſe voluiſſet cruẽtum ſceleratumq́; hominem, ſi non cordis illa conuerſio continuo faceret innocentem, vt eo die, ex eo loco, ex eo ligno tranſiret ad immortale fidei præmium, in quo exceperat mortis pro iniquitate ſupplicium. Siue enim ad malum ſiue ad bonũ paruo momento animus commutatur, ſed non ideo paruum eſt quod meretur. In ipſis corporalibus & temporalibus pęnis & beneficijs diu nutritam quamlibet ætatem vnus ictus interimit, & decem & octo annorum ægritudinem mox vt dominus dignatus eſt iubere, ſanauit. Crede certe rebus, non verbis inanibus. Mutati ad nos veſtri tranſeunt, abſit vt ipſi ſint qui fuerũt. Quod vtinam & tu facias, & quàm verum ſit in te, tibi credas.

[margin: ...c.13. / I / ...cramẽ ...cõia or ...doxis ...hære...s. / ...c.10.]

Magnum aliquid tibi dicere viſus es nominando Candidum Villaregiẽſem, & Donatum Macomadienſem, qui ex veſtris Epiſcopis etiam apud nos, Epiſcopi fuerunt, & probata vita ad honorabilis ſenilis ætatis meritũ peruenerunt quaſi ſacramenta & inuocatio nominis dei quæ fit apud vos ipſa inimica ſit nobis, cũ & in eis qui extra eccleſiã ſunt, nõ ſit omnino niſi eccleſiæ. In qua qõne ſi meis verbis laborarem, tuis adiuuarer. Nam ſi extra eccleſiam nihil eccleſiaſticum poſſe eſſe ſentires non ipſe dixiſſes, nobis & vobis vnam eſſe religionẽ, eadem ſacramenta, nihil in Chriſtiana obſeruatione diuerſum. Quibus verbis tuis non in totum conſentio, Chriſtiana quippe eccleſia caretis, Chriſtianam charitatẽ non habetis, chriſtiana ſanè in vobis ſacramẽta cognoſco, & in his illud quoque diuerſum improbo ac reſpuo, quod cũ eadem etiam in ſchiſmate habeatis, eadẽ in catholicis exufflatis. Prorſus agnoſcit in vobis eccleſia cuncta quæ ſua ſunt, nec ideo nõ ſunt eius quia & apud vos inueniuntur. Apud vos quippe aliena ſunt ſed cũ vos correctos recipit, cuius ſunt, fiũt etiam ſalubriter veſtra quæ pernicioſe habebatis aliena. Diſcordia vos poſſidet ſub titulo pacis. Ergo diſcordia pellatur, pax introducatur. Quid cauſæ eſt vt titulus deponat? Epiſcopus eſt, inquis, Epiſcopum recipis, presbyter presbyterũ. Poſſes mihi hoc dicere, homo eſt, hominem recipis, Tam quippe in illo ſacramẽta chriſtiana quam membra humana cognoſco, nec curo per quem fuerint ſeminata ſed a quo creata. Quibus ſi male vti voluerit, eoipſo malus ſit quod creatorem de bonis eius offendit, Si autem bene vti voluerit, ſe corriget, non illa mutabit.

[margin: K]

Recipiuntur Epiſcopi. Cap. 11.

Et de Epiſcopis quidẽ vel clericis reipiẽdis alia quęſtio eſt. Quãuis .n. cum apud vos ordinantur, non ſuper eos inuocetur nomẽ Donati ſed dei: tamen ita ſuſcipiuntur vt videtur paci & vtilitati eccleſiæ cõuenire. Neque .n. Epiſcopi propter nos ſumus, ſed propter eos quibus verbum & ſacramentũ dominicum miniſtramus, ac per hoc vt eorũ ſine ſcandalo gubernandorũ ſeſe neceſsitas tulerit, ita vel eſſe vel non eſſe debemus, qđ nõ propter nos ſed propter alios ſumus. Deniq; nonnulli ſancta humilitate prædití viri, propter quædam in ſe offendicula, quibus pie religioſeq; mouebãtur, Epiſcopatus officium, non ſolum ſine culpa, verumetiam cũ laude poſuerunt. Nunquid ſic etiã Chriſtianum nomen & fidem laudabiliter, ac nõ potius dãnabiliter ponerent? Sicut in accipiendis his rebus poſſunt eſſe iuſtæ cauſæ cur excuſet quiſq; fieri Epiſcopus: nec tamen ſimiliter põt vlla cauſa eſſe iuſta cur quis excuſet fieri Chriſtianus: Quid iſta niſi quia ſine Epatu vel clericatu ſalui eſſe poſſumus, ſine chriſtiana vero religione non poſſumus?

[margin: L]

Quõ purgãtur hæretici reſipiſcẽtes. Cap. 12.

Proinde veſtri Epiſcopi ſeu quilibet clerici, quantũ ad ipſa eccleſiaſtica officia pertinet, ſic in catholicam ſuſcepti ſunt vnitatem, quemadmodum expedire videbatur ijs quorum ſaluti per eorum conſulebatur officium vel exercendum vel omittendum. Vetuntamẽ etiam de ipſis qui & apud nos eoſdem adminiſtrauerunt honores: nunquid ſicut dicere potuiſti: Epiſcopus eſt, Epiſcopũ recipis: ita poteſtis dicere, hæreticus eſt, hæreticum recipis: aut ſchiſmaticus eſt, ſchiſmaticum recipis: aut Donatianus eſt, Donatianum recipis? His enim nominibus nõ gradus honoris a plebeia dignitate, ſed crimen erroris a catholica veritate diſtinguitur. Proinde illa tanquã eccleſiaſtica munera etiã in alienis inuenta, qui vos relinquendo & ad nos tranſeundo noſtri fiunt, pro

vtilitate populorũ quibus hac diſpẽſatione M ſeruimus, ſuſcipiunt̃: illa vero vitioſa & ꝓprie veſtra, ſanant̃, corriguntur, mutãtur, dũ tñ ea ſacramenta ſine q̃bus homo nõ põt fieri Chriſtianus, ẽt in hæreticis ſic tractent̃, vt cũ ad eccleſiã veniũt, qđ defuerit addat̃, qđ agnitũ fuerit approbetur: ne dũ nimis offendimur eis malis q̃ cõtra eccleſiã pepererũt, perſequamur ẽt bona, q̃ de eccleſia diſcedẽdo traxerunt. Nã ẽt ſic ramus fractus, ſi rurſus, ſicut ait Apoſtolus, inſerendus ſit, radix ei reddit̃, non forma mutatur. At.n. noſtros, inquis, hæreticos & ſacrilegos uocas, qđ nephariũ & inexpiabile crimen eſt: nũquid talibus ſine aliqua expiatione ignoſci debet aut põt? Cur ergo, inquis, non emaculas uenientẽ? cur nõ primo abluis & emundas, & ſic tibi cõicet? Quid ꝙ ex his uerbis tuis multo cõuenientius alius dixerit, talibus tñ ignoſci nec debere nec poſſe, teq; tibi jpſi cõtraria locutũ eſſe monſtrauerit, ut ideo diceres cũ aliqua expiatione talibus ignoſcẽdũ, q̃a in quod obijcitur inexpiabile? Qũo ergo expiat̃ quod inexpiabile eſt? Qũo ſperẽ te auditurũ eſſe qđ dico, qui tã in proximo non audis ipſe qđ dicis, cũ tibi continuo cõtradicis cenſendo expiandũ qđ inexpiabile dixeris? Nos aũt ita vr̃m dicimus hæreticũ & ſacrilegũ errorẽ, vt tñ inexpiabilẽ non dicamus, Alioquin fruſtra vobiſcũ vt eo relicto correcti ad eccleſiã catholicã tranſeatis, quib. modis poſſumus, agendũ eſſe cẽſuimus: nec noſtro ſicut ſcribis uerbo te uti arbitreris, quaſi hoc malũ ſine uenia, & ſine medico eſſe dicamus, qđ oĩno non dicimus, quia & veniã merent̃ quos huius mali penituerit, & oĩpotens eſt medicus qui ꝑ Prophetam dicit, Si conuerſus fueris & ingemueris, tunc ſaluus eris. Quapropter ſi in aliquẽ forte incidiſti vel minus in his rebus inſtructũ, uel minus q̃d loqueretur intuentẽ, quãuis eſſe cõionis catholicæ uideretur q̃ hoc tibi diceret, ipſe potius huius inconſiderati uerbi ueniã mereatur, ſicut tu qui cũ ſis tã liberaliter eruditus, & in arte uerborũ non mediocriter doctus, minus tñ quid loquaris attẽdẽs expiandum cẽſes qđ inexpiabile dixeris, & qđ eſt monſtroſius ideo expiandũ q̃a inexpiabile. Non eſt catholicũ eos hortari, ut errore correcto ſalui fiant, quos inexpiabiliter atq; inſanabiliter aſſerimus errare. Sed ideo vobis B nõ videntur mũdari, cũ ad nos a vobis tranſeunt, quia non denuo baptizantur, quaſi ſolo baptiſmo quẽ repeti non oportet, cũ idẽ atq; vnus eſt, hoĩes ab errore mũdent̃. Mundantur & uerbo ueritatis ab illo qui ait, Iam vos mũdi eſtis, propter uerbũ quod locutus ſum uobis. Mundantur & ſacrificio contriti cordis ab illo de quo dictũ eſt: Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ deus non ſpernit. Mundantur & eleemoſynis ab illo qui ait: Date eleemoſynam, & ecce oĩa munda ſunt uobis. Mũdantur ipſa quæ ſupereminet omnibus charitate ab illo qui per Apoſtolum Petrum dixit, Charitas cooperit multitudinẽ peccatorũ: quæ vna ſi aſsit, omnia illa recta fiunt: ſi aũt deſit illa, omnia fruſtra fiunt. Hæc vero unde ſit audi docentem Apoſtolum: Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis. Vnde merito credũtur qui extra eccleſiam baptiſmũ eccleſiæ perceperunt, nõ habere ſpiritũ ſanctum, niſi cum ipſi eccleſię in uinculo pacis per connexionem charitatis adhæreſcunt.

Iam enim locus eſt vt oſtendã qđ in primo libro diſtuleramus, quid in eccleſia, quę ſanctũ corpus eſt Chriſti proprie poſsit accipi, quod præter illam non põt accipi. De his.n. qui ſchiſmata faciebant, idem Apoſtolus dicit: Animalis aũt homo non percipit C quæ ſunt ſpiritus dei: primã ad Corinthios epiſtolã lege, & inuenies, Baptiſmus igitur ſacramentũ eſt nouæ uitæ ac ſalutis æternę, quã multi habent non ad uitam æternã, ſed ad pęnã æternã, non bene vtentes tanto bono. Charitatem uero ſanctã quæ eſt uinculũ perfectionis, nemo poteſt habere nõ bonus, nemo qui habet poteſt eſſe uel ſchiſmaticus vel hęreticus. Cũ ergo quiſq; ad eccleſię veniens vnitatẽ cum eius membris ueraciter copulatur, accipiat ſpiritũ ſanctum, per quẽ diffunditur charitas in cordibus noſtris, eademq; charitas cooperiat multitudinẽ peccatorum, ut baptiſmũ quem primum habebat ad iudiciũ, habere iam mereatur ad præmiũ. Quomodo.n. mundari negas, niſi quia omnino, quæ ſit mũdatio ſpiritalis ignoras? Non igitur ſicut cõuitiaris, tanquã in aſylũ Romuli veſtros nocẽtes recipimus, quos ciuitas

Marginalia: Rom. 11 · Eze. 18. · Ioan. 1 · Pſal. 5 · Luc. 1 · 1. Pet · Rom. · Quid tra eccleſiam haberi poßit. Cap. · 1. Cor · Rom. · 1. Pe

uitas dei recipiẽdo efficit innocentes,cũ ad eandẽ veraci corde transierũt, de qua eius cõditor dicit, Non põt ciuitas abſcõdi ſu ꝑ montem conſtituta,non.n.eam cõdidit,qui fratrem ſuperbe occidit iratus, ſed qui fratres humiliter redemit occiſus.Hanc ſpiritu ſancto mũdante lætificat de quo clamabat,dicens, Si qs ſitit,ueniat & bibat: non aquam uiſibilẽ commendãs,quæ baptiſmatis ſacramento, quã & boni & mali habere poſſunt, quãuis ſine illa boni ſalui fieri nõ poſſunt.Quæ q̃uis Eccleſiæ ſit,tñ etiã foras profluit,cũ & apud illos inuenitur,q ex nobis exierũt,ſed nõ erãt ex nobis, ſicut aqua in aliquo ex illis memorabi ib. quatuor fluminib. negari nõ põt, ꝙ ſit aqua paradiſi, quamuis non ſit in ſolo paradiſo, quæ etiã extra inde manauit.

D — Matt. 5. — Gene. 4. — Ioan. 7 — 1. Ioã. 4.

Nõ ergo hãc aquã, ſed aquæ noĩe inuiſibile dei donũ ſanctũ ſpũm cõmendabat, dicens:Si quis ſitit,veniat,& bibat: ſicut euidẽter Euãgeliſta teſtaẽ adiũgẽs: hoc ãt dicebat de ſpũ quẽ accepturi erãt credentes in eũ. Spũs.n.nondũ erat datus,qa Ieſus nõdũ fuerat clarificatus. Et utiq; quãtũ ad ſacr̃m attinet lauacri uiſibilis,anteq̃ eſſet reſurgẽdo clarificatus,iã baptizauerat plures q̃ Ioãnes,ſicut ipſum loqtur Euãgeliũ. Vñ dicit diſcipulis ſuis: Ioannes quidem baptizauit aqua,uos aũt baptizabimini.Spũ ſãcto,quẽ & accepturi eſtis non poſt multos dies hos vſq; ad Pentecoſten. Hic Spũs ſanctus veniens in eos, tale ſignũ primitus dedit, ut q eum acceperant linguis oĩum gentium loquerentur, quia portẽdebat Eccleſiã ꝑ oẽs gentes futuram, nec quenq̃ accepturũ. Spiritum ſanctum,niſi qui eius unitati copularetur. Huius fontis largo atq; inuiſibili flumine lætificat Deus ciuitatẽ ſuam, de qua Propheta ꝑdixit, Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Ad hũc.n. fontẽ nullus extraneus,quia nullus niſi uita æterna dignus accedit. Hic eſt proprius Eccleſiæ Xp̃i, cui tãto antẽ prophetatũ eſt, Fõs aq̃ tuæ ſit tibi proprius, & nemo alienus cõmunicet tibi. De hac.n.Eccleſia,& de iſto fonte dicitur, & in Cantico Canticorum, Ortus concluſus,fons ſignatus, puteus aquæ uiuæ.

Spũs ſanctus fons. — Ep. 14. — Ioan. 7. — E — Ioan. 4. — Acto. 1 — Psal. 45. — Prou. 5. — Cant. 4. — Eodẽ. Cap. 15.

Hoc veſtri de viſibilis baptiſmatis ſacramento accipientes, tantum errãt ut res abſurdiſſimas fateri cogãtur inuiti, qđ ad illum,i.fontem uiuum,qui proprius eſt unicæ columbæ,de quo dictũ eſt, Nemo alienus cõmunicet tibi: ad hortũ cõcluſum puteumq; ſignatũ potuerit accedere Simõ magus,quẽ legimus a Philippo baptizatũ: potuerint accedere tot ficti,de quib. gemẽs loquitur Cyprianus,Seculo uerbis ſolis & nõ factis renũciãtes:tot ẽt Epi auari de quibus idẽ ipſe teſtatur,Fũdos inſidioſis fraudib. rapientes, uſuris multiplicãtib. fœnus augentes. Iſta quippe in baptizatis & baptizãtib. viſibili baptiſmo reperiũtur. Ad illũ tñ fontem proprium, cui nemo cõmunicat alienus:ad illũ fontẽ ſignatũ,hoc eſt,ad ſpiritus ſancti donũ,quo charitas dei diffunditur in cordib. noſtris,nullus iſtorũ niſi mutatus accedit,ita oĩno mũdandus, nõ vt nõ ſit, ſed ſit cęleſtis particeps pacis,ſãctæ ſocius unitatis, plenus indiuiduæ charitatis,ciuis angelicæ ciuitatis. Ad hãc itaq; ciuitatẽ quiſquis hęreſis, uel ſchiſmatis depoſito errore,correctis moribus, pia mẽte cõuertiẽ, ſi iã ſacramẽta geſtabat, q̃ foras ẽt ad ĩdignos ꝓfluere potuerũt,hęc honoranẽ in eo,qa & in alienis nõ vñr aliena, ſed iã illo proprio cui nemo cõmunicat alienus, illo ſignato ſpũſſancti fonte mũdaẽ, a quo apud uos ẽt quiſqs cæteris moribus laudabilis fuerit,ſolo ſchiſmatis,vel hereſis crimine ſeparatur.

Prou. 5. — F — Acto. 5. — Cyprianus i Epiſtola de lapſis. — G

Cum ergo ueniunt ad nos ueſtri, deſiſtẽtes eſſe veſtri, incipientes eſſe nr̃i, accipiũt qđ non habebant, & ſalubriter habere incipiunt,quod tãto pernicioſius,quanto indignius habebant. Accipiunt.n. primitus ipſam Eccleſiam, & in ea pacem,charitatẽ & unitatem per fontem eius proprium atque inuiſibilem ſpiritum ſanctum, ſine quibus utique nullo dubitante interiſſent,quicqd aliud apud uos quod de Eccleſia foras trahi potuit habuiſſẽt:faciliore ãt venia quod nõ dum habuerunt accipiunt, q̃ ſi habuiſſent & tñ deſeruiſſent. Et hoc diſcernitur apud nos,ut aliter recipiantur,qui catholicam reliquerunt, aliter qui ad illam primitus ueniunt.Illos.n. amplius grauat crimen deſertionis:hos autem non a ſe diruptũ, ſed cognitũ & retẽtũ uinculum releuat unitatis. Vnde fieri poteſt ut quos ſeductos rebaptizauerũt,ipſi pro eis pœnitentibus dominũ

Aliter hæretici aliter pagani recipiuntur. Cap. 16.

deprecētur, si prius isti cōciliati quā illi recōciliati ecclesiæ fuerint sicut fieri pōt,ut ēt cultores idolorū si quos forte Christianos ad idola seductos apostatas fecerint:si priores seductores facti fuerint Christiani, & magnū aliqđ meritū in Ecclesia cōsecuti,ꝑ ipsos illi quos deceperāt redeāt,ꝑ ipsos cō mendētur & reconcilientur dño per quos dimiserant dñm. Quod.n.valet ad mundan da sacrilegia gentiliū rectè perceptū sacramētū baptismatis,hoc valet ad mundāda sacrilegia schismaticorū & hęreticorū veraciter apprehēsa charitas vnitatis. Quamobrē sicut seductores fideliū Xpianorū uenientes ad Christum seductis redeuntib. præponūtur,uñ isti & Epi fieri possunt: ita mirari nō dēnt decepti ab hæreticis qñ ad catholicam ueniunt. Isti nanq; excusabilius petunt,quę sibi defuerūt, illi humilius repetūt qđ fuerunt. Istos honorabilius vbi nondum steterant aduocamus, illos suspectius unde lapsi fuerāt reuocamus. Proinde iā ut opinor nō frustra me dixisse Donatistarū,vel ut tu ma uis Donatianorum hęreticorū sacrilegū errorē,si & ab ecclesia catholica dissentitis,& q̄ una atq; eadem fatemini sacramenta rescinditis: nec tñ sine venia vel insanabiles estis misericordiæ Dei,quia discordioso errore deposito, ad catholicā ueritatē paceq; cōuersi,per donū eius propriū,hoc est sanctū eius spiritū, ꝑ quē diffundit charitas in cordib. nostris,mundari sanariq; poteritis, nō vt destruant in vobis ecclesiæ sacramenta,q̄ aliena perniciose foris habebatis,sed vt eaipsa intus iam vestra salubriter habeatis.

Nunc uideamus quemadmodum ostendas rectè dixisse Petilianum, uel quemlibet alium. Conscientia sanctè dātis attenditur, quę abluat accipientis. ubi ego dixi, Quid si lateat dātis consciētia,& fortasse maculosa sit, qūo poterit accipientis abluere cōsciētiam? Tu contra, non quid a te hoīe acuto, sed quid a vestris dicatur diu locutus es,qđ totum breuiter ita dici potest. Conscientia dantis attenditur, non secundum eius synceritatem,quæ in illa uideri non pōt,sed secundum famam, quæ de illa, seu uera, seu falsa est,quia uidelicet eius est hominis,qui & si sceleratus occultus sit,sufficit accipiēti,ꝙ bonæ sit existimationis,nondū cognitus,nondū iudicatus, nondū ab Ecclesia separatus. Vide, obsecro te, in quod præcipitium cōpulerit hoīes angustia nō inueniendi qua exirent. Ita ne dantis maculosa conscientia,conscientiā pōt accipiētis abluere, si habeat famam bonam,& tñ ad abluendū poterit,quantū bona, si bonā famam fallendo contraxerit? Attēdis quid dicatur, & uis iam prætereamus hunc locū, an hoc idē adhuc uersabo, vt diligentius cogaris attendere? Petilianus dixit, Consciētia sanctè dātis attēditur, quæ abluat accipientis. Ego dixi, Quid si lateat dātis conscientia, & fortasse maculosa sit, qūo poterit accipientis abluere consciam? Tu, vel potius uestri dixerunt. Nam tu uir talis qñ ista dixisses, quāuis habeat consciam maculosam: mihi tñ qui ab eo baptizor, quia latet & nescio, sufficit quod ab eo accipio, cuius innocentem, quia in Ecclesia est conscientiam puto. Nā ideo, inquis, conscientiam dantis attendo, non ut quod fieri non potest de latentib. iudicem, sed ut si quid de illo ī publica fama, vel cōscientia est, non ignorē. Propter hoc .n. ab omnipotente Deo dictū est, quæ nota sunt uobis, quæ occulta mihi: Sēper igiē attēdo cōsciam dātis,& q̄a ipsam nō uideo, q̄d de ea in publico notū est q̄ro: nec ad rē ꝑtinet si aliud sit in secreta cōscia, aliud in publica fama. Sufficit.n. scisse, quia necdum eius a quo accipio dānata conscientia est.

Ecce ipsa uerba tua posui quibus te dicere ostenderem, quod meis uerbis breuiter aperteq; complexus sum, ꝙ ad hoc attendatur abluētis conscia, vt quæ de illo fama sit cognoscatur. Non ergo ipsa attenditur hōbone, non ipsa attenditur, quæ uideri non pōt, sed fama attenditur, quæ etiam falsa eē potest, quod ipse confiteris atq; concedis. Nam & tu vidisti maculosam consciētiam non ualere ad abluendum. Non ergo conscientia sanctè dantis attēditur, quæ abluat accipientis, sed fama qua putatur sanctè dare, ēt qui sanctè non dat, & putatur abluere qui non abluit. Abluit ergo accipientē mali hominis fama bona, non ipsius dantis pol luta conscientia. Cur ergo dictum est, Conscientia sanctè dantis attēditur, quæ abluat accipientis: nisi quia non abluit accipiētis, si non est conscientia sanctè dantis? Si maculosa

Margin notes: H; I; *Roma.5.*; *Conscientia dātis. Cap. 17. Cōtra literas Petiliani li. 1. cap. 1.*; K; *De eo Cap.*; L

culosa & immũda est, q̃d ergo tunc attẽdit? Ipsa, inquis, attendit, cũ fama eius attendit. Et si bona est fama, nihil interest ad abluendũ accipientem, ẽt cũ est mala conscientia, sed abluit bona eius fama. Dic rogo te, cum mala cõscientia est, vera est bona fama eius M an falsa? Proculdubio vtiq; falsa. Proinde cũ bona non est & occulta dantis conscientia, quõlibet eam tibi videaris attendere ꝭm hãc sñiam, non abluit accipientẽ, nisi dantis aut fama falsa aut polluta cõscientia est. Vtrũq; insanũ est, si te talia delectant tu elige quid sit insanius. Porrò q̃a veritas non admittit vt accipiẽtis conscientiã uel falsa fama dantis abluat uel polluta cõscientia: restat ut abs te ẽt vnde abluat accipiens, qñ latet dantis maculosa cõsciẽtia requiramus, q̃d & ibi quæsiuimus, qm̃ sicut dicit Petilianus uel quilibet alius, cõsentiẽtibus vobis cum sanctè dantis cõsciẽtia est i. cũ bona & munda cõscientia est, abluit accipiẽtis conscientiã. Puto. n. iam non te repetiturũ atq; dicturũ ꝙ impleat in abluendo vicẽ consciẽtię bonę eius falsa bona fama: sufficit q̃d hoc vestros nõ te dicere asseruisti, Illorũ te pudeat, non ẽt tui: Restat ergo ut tũc uel deus uel quisquã sanctus angelus abluat. Q̃d si dixeritis, illa horrenda consequẽter absurditas, quã in illa epistola mea cõmemoratã, non dico uidere noluisti, q̃a prorsus non attigisti, sed tanto attentius acutiusq; uidisti, quanto magis attingere timuisti. Si. n. hoc dicitis, ꝙ cũ sanctus homo baptizat, sancta eius conscientia diluit accipientis conscientiã, cũ uero conscientia dantis latenter immũda est, tũc deus angelus ve abluit, cauete ne q̃ uobis hæc dicentibus credunt, occultos malos optent inuenire a quibus baptizent, ut multo sanctius ab ipso deo uel angelo eius abluant. Hanc absurditatem uel deridendã uel detestandã cum in uerbis præcedẽtib. Petiliani perspiceres, cõsequenter & a me in Epistola mea cõmemoratam, caute tu quidẽ quasi nihil horũ dixerim, rẽ tantã silendã putasti, sed cõfugisti, ad nescio q̃d absurdius, ut cũ maculosa cõscientia dãtis occulta est, & ideo non põt accipiẽtis abluere, tũc falsa fama eius accipientis abluat, & in eo ueritatẽ falsitas operetur. Nũc & accusa calũniose dialecticos q̃d fugienda versutia sermonis efficiãt, ut si falsum est verũ sit, si verũ est falsum sit. Ecce tale aliquid ipse in sacramẽta Christianæ regenerationis immitis, immo peius magisq; fugiendũ. Illi. n. non in sua fraude nec in rerũ ueritate, sed in perplexitate locutionis humanæ quædã uerba dicũt, tunc uideri uera cũ falsa sunt, tunc falsa cũ uera sunt, quæ cũ in disputationem B inciderint aĩo discerni, etiã si dissolui sermone nõ possunt. Tu uero nõ uerbo quolibet, nec rẽ quamlibet, sed ipsam qua in æternã vitã renascamur mundationẽ consciẽtiæ verã fieri posse dicis in hoĩe per famam falsam alienæ conscientię. Et ne tibi hoc tribuatur quia dialecticã didicisti, vestrorũ dicis hanc esse sñiam, quibus nõ ut dialecticus, sed plane ut hęreticus consensisti. Per te igit̃ ut per uestros hæc est magnifica inuẽta uel demonstrata doctrina, si sanctè dantis bona cõscientia est, tunc ab ea fit bonus qui baptizat̃, tũc arbor bona bonũ fructum parit: cũ uero cõscientia dantis mala & occulta est, tunc eius quę falsa est bona fama consulitur, ut tunc a fallente accipiat homo baptismũ uerum, cũ de illo crediderit falsum, atq; ita non desit q̃ fructum pariat hæretici erroris, fit mater falsitas veritatis. Hoc ideo totũ tam execrabile, tam mirabiliter peruersum & insanum * ne q̃d dei est dei esse dicatur, ut quod a deo sunitur hoĩbus tribuat̃, ne qui dixit, Cõscientia sanctè dantis attenditur, quæ abluat accipientis, errasse uideatur. Nostri hoc inquies de scripturis probant, qm̃ Iudas traditor antequã damnaret̃ omnia sicut Apostolus gessit. Quid hoc ad Petiliani sñiam fixam atq; definitã, Conscientia sanctè dãtis attendit̃, q̃ abluat accipiẽtis, nisi q̃d & Iudas iste nimiũ cõtra uos est, cui uerbis alienis incõsiderate prolatis patrociniũ præbere conamini? Cũ enim Iudas sicut Apostolus baptizaret, qñquidẽ malus erat, quia fur erat, & ea q̃ mittebantur in cõmissos sibi loculos auferebat, non vtiq; conscientia eius attendebatur, sed deus & Christus in quẽ credebatur. Neq;. n. & ipsius mali hominis falso bona fama credentes & accipiẽtes abluebat, nec generabat in homine grãm diuinæ ueritatis falsitas humanæ opinionis. Et illud testimoniũ q̃d de scripturis posuisti, quæ manifesta sunt uobis, q̃ occulta sunt dño deo nostro, ista uerba redarguit atque conuincit. Si. n. quæ oc-

** Defenditur, aut tale aliquid deesse videtur.* *Cap. 19.* C

culta sunt dño, deo relinquenda sunt, quo cõscientia dãtis non solũ mala, verũetiã bona cũ occulta est nõ attẽdit, qd tũc accipiens iubetis attẽdat vnde cõscientia eius abluat? Expergiscimini aliqñ, tũc saltẽ dicite attendat deũ, qui timetis ne humiliemini, si nõ in hoie sed in dño gloriemini. Est, inquis, quod timeã, si.n.cũ latet dantis cõscientia dixero, vt accipiens attendat deũ, & ab illo tũc eius ablui cõscientiã cõfessus fuero, illa me horrenda cõsequitur absurditas, sanctius ablui hoĩes cum baptizatores habẽt occultos malos q̃ cum manifestos bonos, si homo abluit qñ dantis cõscientia bona est & manifesta, deus aũt qñ mala & occulta, dic ergo quod dicimus, quia hoc est verũ, hoc est sanũ, hoc est catholicũ, ꝙ Christus mundat accipientium conscientias, siue per bonos ministros baptismi siue per malos, qm̃ de illo scriptũ est, Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, mundãs eam lauacro aquæ in verbo. Tu, inquis, responde quõ baptizent quos damnauit Ecclesia. Iam ergo receditur a verbis Petiliani, qm̃ illo dicente, Conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis, cum quærerẽ, quis abluat accipientis conscientiã, quando polluta dantis occulta est, non mihi poterat rñdere, tam.n.cõtra veritatem dicitur quod falsa eius fama posit abluere, quam si hoc ipsa mala conscientia posse diceretur.

Deus abluit non homo. *Cap. 20.* D *Ephe. 5.* *Cõtra Petilianum lib. 1. c. 1* *Sacramẽta dãtur & a malis.*

Si aũt quæras, quõ baptizant quos damnauit Ecclesia. Rñdeo sic eos baptizare quõ baptizant quõs damnauit deus antequã de illis quicquã iudicaret Ecclesia. Qui.n.mente peruersa videretur intus esse cũ foris sit, ab ipso Christo iam iudicatus est. Ipse quippe ait, Qui non credit iam iudicatus est. Paulus aũt Apostolus dicit, Ecclesia subdita est Christo: Nõ igitur debet Ecclesia se Christo præponere, vt putet baptizare posse ab illo iudicatos, a se aũt iudicatos baptizare non posse cũ ille semper veraciter iudicet, Ecclesiastici aũt iudices sicut hoĩes plerunq; fallãtur. Baptizant ergo quantũ attinet ad visibile ministeriũ & boni & mali, inuisibiliter aũt ꝑ eos baptizat, cuius est & visibile baptisma & inuisibilis gratia. Tingere ergo possunt & boni & mali, abluere aũt conscientiã non nisi ille qui semper est bonus. Ac per hoc ẽt nesciente Ecclesia ꝑꝑ malam pollutamq; conscientiã damnati a Christo, iam in corpore Christi non sunt qď in Ecclesia, qm̃ non potest Christus habere mẽbra damnata, proinde & ipsi extra Ecclesiã baptizant. Oĩa quippe ista monstra absit oĩno vt in membris illius columbę vnicè cõputentur: Absit vt intrare possint limites horti cõclusi, cuius ille custos est qui non põt falli. Qui tñ si confitentur & corrigunt, tunc intrant, tunc mundantur, tũc in arboribus horti cõclusi, tũc in membris vnicæ colũbæ numerantur, nec tñ denuo baptizantur. Ita & cũ ab hæreticis veniunt, cũ ipso baptismate, quod & foris habuerunt, sed non & cum ipsa mundatione quã intus accipiunt vt quod defuit præstet, quod autem non mutatum est approbetur.

Cap. 21. E *Ephe. 5.* F

Vestra, inquis, per vestros maiores traditionis & thurificationis & per vos persecutionis crimine dãnata consciẽtia est. De traditoribus quidẽ & thurificatoribus qui fuerint qui hoc nefas admiserũt, non scripturis sanctis sed famæ hoĩum credidistis. Quæ si põt esse falsa bona de malis, cur nõ possit ẽt mala de bonis? De persecutione aũt hoc tibi breuiter iterumq; rñderim, quod cum respondissem Petiliano, refellere minime valuistis. In scriptura quippe sancta q̃ neminẽ fallit, area dicta est Ecclesia dei, dñmque ipsum cũ ventilabro esse venturũ & mundaturũ aream suã, vt frumenta recondat in horreo, paleã vero cõburat igni inextinguibili. Aut ergo recte pasci estis persecutionẽ, aut si modus Christianus excessus est, palea vestra fecit, ꝑꝑ quam nõ fuerit area dñica deserenda, ne quisquis ante tẽpus vẽtilationis ab area, paleã refugeret, a frumẽto separatus palea fieret. Tu aũt cum hoc non meum, sed sanctæ scripturæ testimoniũ refellere conareris, nullã persecutionem iustam esse posse dixisti, vbi ignoscendum tibi est nescienti scripturas, vnde tibi venire posset in mentẽ quam iusta voce sit dictũ. Detrahentẽ proximo suo occulte, hunc persequebar. Et ab ipso dño Iesu Christo in excellentissima prophetia, Persequar inimicos meos & cõprehendã illos, & nõ conuertar donec deficiãt: Et alia multa diuina testimonia quæ persequi longum est, si tñ mihi ꝑꝑ hoc verbum calumniaris, ut qm̃ dixi, persequi longum est,

Per quam iusta. Cap. *Mat.* G *Ps.* *Psal.*

est,persecutione me diuinorum testimonio rum esse crimineris.

Aqua mendax. Cap. 23. Ps. 104. Opponis mihi verba scripturarũ totiens demonstrata quamuis nihil adiuuent,Oleũ peccatoris non impinguet caput meũ,cũ & apud uos esse saltẽ occultos peccatores, negare nõ possis,qui tñ ne baptizẽt in his verbis excepti sunt. Non.n.ait,Oleũ manifesti peccatoris sed absolute oleũ peccatoris. Et facti sunt mihi velut aqua mẽdax simulatoris occulti,cuius & falsa fama nõ habet finẽ. Vbi miror prudentiã tuam qũo tibi non videat aqua mẽdax simulatoris occulti, cuius & falsam famã mundãdæ alienæ cõscientiæ prodesse aliquid credidisti,nisi qa illud non dialecticũ,sed planè sophisticũ qđ in me frustra quasi in dialectico reprehẽdisti,subueni H re tibi arbitratus es,si mẽtiris, verum dicis. Quid.n.aliud conaris asserere,cũ homini tribuens baptismũ,quẽ dei esse nõ vis agnoscere,ideo dicis adulteriũ dare posse verum baptismũ, quia seipsum occultando castũ esse mentit? Itaq; tũc verũ dicit in baptismo cũ mentit in flagitio, & non est aqua eius mendax quã esse vultis in ecclesia ſm promissionẽ toto terrarum orbe diffusam, cum aquã *Hie. 15.* mendacem non baptismum dixerit Hieremias,sed mẽdaces homines ſm intellectum qui manifestatus est in Apocalypsi, vbi in*Apo 12.*terrogante Ioanne quid essent aquæ illæ in visione monstratæ, populus esse rñsum est.

Oleũ peccatoris. Cap. 24. Eccl. 34. De illo vero testimonio qđ scriptum est, Qui baptizat a mortuo, qd proficit lauatio eius: quã non intellexeris qđ ego in illa epistola posui,quãtumq; me verbis tuis adiuueris,paululũ attẽde. Cũ.n.putasses a me mortuũ hoc loco intelligi cultorẽ idolorũ,quasi eos solos exceperim,q baptizare nõ possint, I elegisti quantũ potuisti,repetito illo de oleo testimonio ꝙ nullũ peccatorẽ baptizare vo*Ps. 140.*luerit,qui dixit,Oleũ peccatoris non impinguabit caput meũ: nõ excipiẽdo aliquẽ peccatorẽ, unde magis uos urgemini,sicut paulo ante monstraui. Si.n.nullus peccator exceptus est,proinde baptizatos ab occultis malis cũ conuicti fuerint denuo baptizare. hic iã conaberis occultũ excipere peccatorem, quẽ sancta scriptura non excepit. Totus igit iste vester intellectus falsus a ueritate cõuincitur, cũ & vestræ intentioni similiter repugnare mõstret. Neq;.n.hoc reuera de baptismo in Psalmo positũ est,ac non de assentatoris adulatione, qđ superiora uerba satis indicant. Nã tota sententia ita cõuectitur. Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me,oleum aũt peccatoris non impinguabit caput meũ. Maluit ergo contundi caput suũ ab arguente ueraciter, quam ungi a blãdiente fallaciter, translatis uerbis,oleo & vnctione lenitudinem significans adulantis. *Ps. 140.*

Et pagani dijs suis tribuunt purificationem. Cap. 25. Quid aũt ergo in illa epistola de hoc testimonio seperim,ubi dictũ est,Qui baptizat a mortuo,ipsis ex repetitis uerbis satis quantũ opinor oñdam. Cũ.n.differerẽ qd rñdere debeat ad ista catholicus Christianus, cũ audierit,inquã,Qui baptizat a mortuo,non ei prodest lauatio eius: Rñdebit, Viuit Chrs,& K iam nõ morit, & mors ei vltra nõ dñabitur: *Eccl. 34.* de quo dictũ est,Ipse est qui baptizat in spũ *Rom. 6.* sancto. Baptizant aũt a mortuis q baptizant *Ioan. 1.* in idolorũ tẽplis. Non.n.& ipsi a sacerdotib. suis se accipere arbitrantur sanctificationẽ quã putant,sed a dijs suis. Qui qm̃ hoies fuerunt, & ita mortui sunt ut neq; super terras neq; in requie sanctorũ uiuant, uere ipsi a mortuis baptizant. Hucusq; ex epistola mea uerba ipsa trãscripsi, in quibus iã perspicis, vt opinor, si nunc saltẽ diligẽter attẽdis, nõ me ipsos ocultores mortuos appellasse,q̃uis alio modo ẽt ipsi mortui sint,sed deos falsos quos colunt,qa hoies fuerũt, & sicut hoies de corpore exierũt,nec resurrexerũt,nec vitæ ullũ meritũ quę post hanc vitã promittit habuerunt. Ab ipsis ergo dijs qui baptizant sicut dixi,uere a mortuis baptizant,id est,q, in eorũ noie baptizantur, quia & ipsi nõ in noie sacerdotũ suorũ, sed deorũ de quibus vana opinant,se sanctificari putãt: Christus aũt resurrexit & uiuit. Proinde qui ab illo baptizatur, non solũ per bonum, uerumetiam per malum ministrũ perditis moribus mortuum,non a mortuo baptizatur. Ab illo.n. baptizatur qui uiuit in æternũ, & de quo dictũ est in Euangelio,quod ẽt ibi commemoraui, Ipse est qui baptizat in spiritu sancto. L

Baptizatus a mortuo. Cap. 26. Hoc tu in Epistola mea, quantũ indicant verba tua,nõ intellexisti:nolo.n.dicere, parũ intelligens fraudare uoluisti. Miror autẽ qđ uerba illic mea cõsequentia nõ aduerteris,aut ab eis dissimulãdũ putaueris. Paulopost

post quippe subiecit & dixit. Nā si hoc loco mortuū intellexero peccatorē baptizatorē, eadē illa cōsequet absurditas, vt quisquis ēt a latēte impio fuerit baptizatus, tanquam a mortuo baptizatus inaniter lotus sit: Nō.n. ait, Qui baptizat a mortuo manifesto: sed absolute dicit, a mortuo. Hæc manifestatio verborū illic meorum quē de somno uel potius de ipsa morte nō excitaret. & tñ te nō excitauit? insuper qđ ego contra Petilianū dixerā, quasi cōtra me dicēs vehemētius ēt cōfirmasti, sicut solent hoīes iniectā sagittā nesciendo excludere, altius ēt penitusq; defigere. Asseruisti.n. mortuū non intelligendū nisi peccatorē baptistā, & nullū peccatorē excipiendū, & ideo qđ ego dicebā, cōtra te concludit, nec occultū excipi posse, ubi nullus excipit. Rebaptizate igit eos quos ab occultis peccatorib. baptizatos esse cōstiterit, quibus pōt uiuētibus & sciētibus subueniri, ut eis solis nō obsint, q uel ignorāter uel ante defuncti sunt, ut manifestatis postea malis baptizatoribus suis iā baptizari nō possint. Baptizate inquā, ꝑdito adultero atq; dānato, quos ab eo cū lateret, baptizatos esse constiterit: a mortuo quippe baptizati sunt, oēm pctōrē sine ulla exceptione intelligēdū esse dixisti, q baptizare nō posit, adiūgēdo testimoniū de oleo pctōris. Tu dixisti, tu scripsisti, teipsum audi, lege teipsum. Si oīs pctōr tanq̄ mortuus non pōt baptizare, nec occultus pōt. Nō.n. qa occultus ideo uiuus est, cū multo profundius ēt mēdacio simulationis absorptus sit. Minus.n. mortuus diceret si saltē cōfiteret. Sed fit ī illo qđ alio loco scriptū est, A mortuo velut q nō sit perit confessio.

Eccl. 17. Ab isto mortuo in tāta mortis profunditate demerso quos baptizatos esse claruerit, non rebaptizatis, & ab eis baptizatos q ī ultimis terris nec Cęciliani, nec Maiorini, nec Donati nomen audierūt rebaptizare si possitis minime dubitatis, obijcientes eis, Qui baptizat a mortuo, qd ꝓdest lauatio eius? *Eccl. 35.* A mortuos dicētes ad quos Aphrorū cadauerū quolūlibet illa fuerūt, nec aura potuit ꝑuenire, & mortuū nō putātes q ꝓpriū pōt occultare flagitiū, cū scriptura clamet, *Eccl. 17.* A mortuo uelut qui nō sit, perit cōfessio. Itane qa fictus est, mortuus nō est? cū magis p p ipiam fictiōnē carendo spiritu uitæ penitus expirauerit, iterū dicēte scriptura, *Sap. 1.* Sāctus.n. spūs disciplinæ fugiet fictū. Adhuc defendite istos mortuos & viuere dicite, vt & uos peius ipsa falsa defensione moriamini. Mortui sunt, inqs, Sed qd faceret, q baptizādus ad eos ignarus accessit? Nūc ergo faciat qñ illo prodito se agnouit a mortuo baptizatū. Si.n. cōscientia ꝑ pea lędi nō potuit, qa nesciuit, nūc incipit lædi quia sciuit, uelut si tunica de latrocinio nesciens vestiretur, ex illo fit iniquitatis vestis illa ex quo cognouerit, & ipse iniquus, nisi abiecerit: & q nesciēs uxorē duxerit alienā, ex illo fit adulter ex quo didicerit, nisi discesserit. Abijciat ergo & ipse baptismū quē se a mortuo percepisse cognouit. Habet.n. qđ faciat adhuc, baptizari iterū pōt. B Postremo scierit nescierit a mortuo baptizatus, qd ei prodest lauatio eius stricta snia est, sicut & tu ipse clamas neminē excipit, a mortuo, inquā, baptizatus est, *Eccl. 3[4]* nihil ei prodest lauatio eius. Mundate hoiem baptizādo qui uiuitis, ad uosipsos potius ab hoc errore mūdate, ne talia sentiendo pereatis. Cōtendis.n. velut aduersus, vt nullū exceptum dicas in eo qđ scriptum est, Oleum peccatoris: & qui baptizantur a mortuo: nec te sentis nondū quo ligatus es renitēdo cōstringere, hoc.n. ago, hoc insto, hinc uos ad mutandā uanam peruersamq; sniam urgenter impingo, ut in oleo peccatoris & mortui baptismo, nullus mortuus, nullus peccator exceptus sit, sicut tu pro me uelut cōtra me loqueris. Ita.n. nec occultus excipitur quo euertitur omne qđ loqueris, ac sic rebaptizare coguntur qui te talia docuerunt, omnes quosquos ab occultis malis baptizatos in hac uita reperire potuerint.

Nullu[s] hō nō [est] peccat[or] Cap. 2

Quid agis? quo te cōuertis? verba tua tibi recitant. Non solū.n. ea cum dicerem nō refellisti, sed nesciens quid meū elegeris alijs verbis tanquā tuum, hoc idē ipse dixisti, & vt diligētius audiri, & cōsiderari posset, scripsisti ut tibi quoties libuerit, recitet. C Audi ergo uerba tua, nēpe ista sunt. Qđ si idoli cultorē, inquis, tm̄ tibi placet excipere, quid illud de quo dr, Nolo oleum peccatoris, vngat caput meū: verumne, & hic peccator ille solus est, qui id oleum colit, an quisquis qđ non licet committit? Quòd si & peccatorem tantum cultorem idoli putas, Christianus ergo si quid contra legem gesserit, peccasse non

se non dr. Quod si nihil dici stultius nec ab surdius pōt, aperte prædictū est, ut nō solus idoli cultor, sed quisquis pctōr inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis nō vsurpet. Hæc certe quæ inserui uerba tua sunt: Ego cultorē idoli nō excepi, sed ipsos deos eorū mortuos esse dixi, quorū a nullo baptizari aliquid prodest: ab ipsis.n. dijs sibi baptizari uīr, in quorum noīe se mūdari arbitrantur, tu autem nullum peccatorem excepisti. Qđ si hoc loco pctōr & mortalis hō q baptizat intelligendus est, nullū pctōrē excipiēs proculdubio nec occultum excepisti. Aperte, inquis, prædictū est, ut non solus idoli cultor, sed quisquis pctōr inter omnes hoīes fuerit, ius sibi baptismatis nō vsurpet. Audi ergo teipsum, quisquis pctōr dixisti, nec manifestū nec occultū excepisti: proin de qua frōte cogunt baptizari post manifestū, qui nolūt post occultū, vbi asserunt neminem exceptū? Fuge ergo frater ab insano intellectu ad sanū, vt in hoc testimonio de oleo pctōris, sicut superiora eiusdē psalmi verba pscribunt, blandā lenitudinē fallaciā adulatoris intelligas: Ita.n.& nullus erit exceptus, & nō impinguet in angustias insuperabiles malus baptizator occultus. Sic & in alio testimonio, vbi dictū est. Qui baptizatur à mortuo, qd ei prodest lauatio eius: aut inspice diligenter codices antiquos, & maxime Græcos, ne forte ipsa verba aliter cōscripta, ex præcedēti & consequēti contextione sermonis alium sensum intiment. Aut certe mortuos intelligamus, sicut dixi, in quorū noīe baptizātur idolorū cultores, ut ab illo queq; intelligas baptizatū, in cuius noīe se credit esse mūdatū. Ita.n.& illic nullus excipit, nullus qppe mortuus Deus paganorū mūdare pōt credētes in se. Si aūt hoc loco oēm hoīem pctōrem intellexeris mortuū, tāta q nō vis te sequentur, ut ipse queādmodū viuas inuenire nō possis, dicente Ioāne, Si dixerimus qa pctm̄ nō habem⁹, nosipsos decipimus & veritas in nobis non est: ut oīno nō inuenias hoīem a quo baptizeris, si oēm peccatorem deuitare uolueris.

Quanq̄ si prorsus mortuū non intelligeres nisi hereticū uel schismaticū, ut quisq̄s apud eos baptizat a mortuo, qd ei pdest lauatio eius: qđ uides, q̄ pcipiti psumptiōe sic accipiat, ac si dictū sit, q baptizat ab heretico uel schismatico, nec sic ꝯ nos esset q fatemur nihil prodesse hoī baptismū Xp̄i si apud hereticos uel schismaticos baptizet, eis ipsis tribuēs baptismū quo baptizat, sed tūc ei pdesse inciperet cū transit ad corpus Xp̄i, qđ est Ecclesia dei viui. Tūc.n. sub eodē baptismo qđ & foris Xp̄i erat, sed foris posito nihil pderat mūdator, pderit ab eo cuius mēbris insert⁹ est. Nec illā tuā nimiū seueram sentētiam formidabo, qua dixisti, Quisq̄s pctōr inter oēs hoīes fuerit, ius sibi baptismatis nō usurpet, nisi qa non inuenis q̄s ueraciter dicat in orone dn̄ica, Dimitte nobis debita nr̄a sicut & nos dimittimus debitorib. nr̄is: nisi pctōrē se esse fateat. Vellē singulos interrogare qui baptizāt apud vos, utrū pctōres oīno nō sint: Pōt.n. qlibet eorum mihi rn̄dere, non sum traditor, nō sum thurificator, nō sum adulter, nō homicida, nō idolorū cultor, nō postremo hereticus, nō schismaticus: nō aūt pctōr, nescio utrum quisq̄ uel hæretica supbia reperiri possit q audeat dicere, audeat cogitare: nescio utrū quisquā tāto arrogātię tumore cæcet, ut nō dicā voce profiteat, sed uel apud seipsum tacitus arbitret, nō sibi esse necessariā deprecationē, in qua dicimus deo, Dimitte nobis debita nr̄a. Neq;.n. de eis debitis dimittēdis rogamus q̄ semel in baptismo dimissa esse cōfidimus, sed pro eis utiq; sine quibus humana fragilitas nō est, quātūcūq; in obseruādis præceptis dominicis uigilemus. Postremo suscipiat qui uoluerit huius impudētiæ frōtē & dicat, Nō sum pctōr, ex quo mihi in baptismo cūcta dimissa sunt, nullū in me pctm̄ poterit inueniri. Magis ego Ioāni credo, & multo fidentius rn̄deo: Teipsū decipis, & ueritas in te nō est. Neq; hoc agit præceps & fallax ista professio, ut in te peccata nō inueniant, sed ut q̄ inueniunt non dimittant. Si ergo iā baptizatus es, uellē scire quē repereris q cōtra Ioānē Apostolū diceret, pctm̄ non habeo. Si.n. talē quemquā reperire potuisti, qūo baptizatus es ab eo q seipsum decipiebat, & in quo ueritas non erat? Si aūt qualiscunq; non immemor peccatorē se esse dicebat, qūo sibi s̄m tuam sententiam ius baptismatis usurpabat? Tu eñ dixisti, tu etiā minime scribere timuisti, ut quisquis

Marginalia: D; Eccl. 34.; Ioan. 1; E; Pctōr hæreticus. Cap. 28.; Matt. 6.; F; 1. Ioan. 1; G

quiſquis peccator inter omnes hoı̃es fuerit, ius ſibi baptiſmatis nõ vſurpet. Si aũt nõdũ baptizatus es, aut hanc uaniſsimam ſenten tiam corrige,aut a quib. baptizeris angelos quære.Sed ſubarbitremur te conuictũ correxiſſe,qſqs eo crimine qđ noſtri obijciũt, pctõr inter oẽs hoı̃es fuerit, ius ſibi baptiſmatis nõ uſurpet. Neq; hoc cõtra nos eſt, qa ſi ẽt talis uſurpauerit & dederit, nõ eũ ſibi uſurpare debuiſſe dico,nõ aũt dediſſe nõ dico. Ille uero q accipit,ſi hõ bonus ab homine malo, ſi fidelis a pfido,ſi pius ab ı̃pio pniciosum erit dãti, nõ accipiẽti. Illud qppe ſanctũ male vtẽtẽ iudicat, bñ accipientẽ ſanctificat. Si aũt & ille qui accipit inique acceperit,nec ſic reſciſſum ſed agnitũ,qđ p ſe oberat,correcto proderit ſacramentum.

Sacramẽtum dãti nocet, accipienti prodeſt. Cap. 29.

Sic.n.te putabo dixiſſe, non iã quiſquis peccator,quia,niſi fallor,iam cernis q̃ temere dictum ſit, ſed peccator qualẽ noſtri deſcribunt,quiſquis inter omnes homines fuerit,ius ſibi baptiſmatis non uſurpet,quẽadmodũ ſcriptum eſt, Peccatori aũt dicit de⁹, ut quid tu enarras iuſtificationes meas,& aſſumis teſtamentum meum per os tuum?Et ut oſtenderet quali peccatori hoc diceret ne omnes homines a prædicãdo verbo eius ſeſe abſtinerent qui nec ſentire audent,nec dicere ſe peccatores non eſſe, ſequitur, eũq; deſcribit,Tu uero odiſti diſciplinã,& abiecisti ſermones meos poſt te:Os tuum abundauit malitia,& lingua tua amplexa eſt doloſitatem:Si uidebas furem concurrebas ei, & cũ adulteris portionem tuã ponebas: Sedens aduerſus fratrem tuũ detrahebas,& aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcãdalũ. Tali ergo pctõri dicit, Vt qd tu enarras iuſtificationes meas,& aſſumis teſtamentum meum per os tuũ? Tanquã diceret, Fruſtra hoc facis quãtũ ad te attinet,nõ tibi pdeſt, hoc tibi ad iudiciũ dãnationis, nõ ad meritũ ſalutis valebit. Veruntñ ſi etiã tali pctõre narrãte iuſtificationes dei,aſſumẽte teſtamẽtum eius per os ſuum, illi qui ex eius ore audiunt credant,faciant,proficiant, nonne illo reprobato laudabũtur,illo culpato iuſtificabũtur,illo dãnato coronabũtur,qm̃ curauerũt obedire dño dicẽti,Quæ dñt facite, q̃ aũt faciũt,facere nolite:dñt.n. & non faciunt?Sicut ergo iſte pctõr,ſi ius ſibi pdicãdi teſtamenti diuini uſurpauerit, ſibi nihil prodeſt,audientibus autem & facientibus, non ipſe ſed quod prædicat prodeſt:ita & illi qui ius baptiſmatis ſibi uſurpare non debuit,ſibi nocet qui bonum male uſurpauit, non ei qui bonum bene percepit.

H

Pſal. 48.

I

Mat. 23.

Vides nõ ſolũ te nõ potuiſſe refellere qđ ego cõtra Petilianũ dixi, ſed quãta luce veritatis modis oı̃bus refellatur qđ cõtra me ipſe dixiſti,& adhuc pergis & dicis, ꝙ cãm noſtrã non probã faciamus,& quodammõ pctõres nos eſſe fateamur,quemadmodum nobis obiicitur ius baptiſmatis, quo nobis licẽtia vẽdicemus,nõ de merito actuũ,non de innocentia vitæ tractamus, ſed cuicũq; licere dicimus. Attẽde certe ex his q̃ dicta ſunt, non cuicunq; licere nos dicere,ſed ei pœnã eſſe qui ſanctũ tractat illicite,& eum eſſe corrigendũ,nõ ſanctum qđ illicite tractat illicite reſcindẽdũ,ſicut hoı̃es nõ legitime lege vtẽtes corrigi volumus, nõ ipſam legẽ irritã ducimus,ſicut dei teſtamẽtũ illicite per os ſuũ aſſumẽtẽ reprehẽdimus, nõ ipſum teſtm̃ negamus aut ſcindimus, nec iõ nos peccauiſſe cõfitemur,qa & in pctõre qđ eſt ipſius improbamus, qđ autẽ dei eſt honoramus,qa in deũ credẽtẽ nõ ex occultis hoı̃um pẽdere uolumus,ſed in dño gloriari de quo certus eſt,admonemus. Neque .n.& Apoſtolus malæ ſuæ cõſciẽtiæ diffidebat,ad ſpẽ credẽtis poni nolebat in hoı̃e,& in deo ſtabiliter collocabat,cũ diceret,Neque q plãtat eſt aliqd neq; qui rigat, ſed q incremẽtũ dat deus. Non itaq; nos dicẽtes, qđ ſcriptũ eſt,Nõ nobis, dñe nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriã: accuſamus nr̃am cõſcientiã, ſed uos in hominum moribus eorũ ſpem qui baptizantur poni uolẽtes, non agnoſcitis veſtram ſuperbiã. Quid ꝙ etiam beati Cypriani mentionẽ facere audetis,uelut ille author ſit vr̃ę diuiſionis,tãtus defenſor catholicæ unitatis & pacis?Primo eſt in Eccleſia,quã cõſtat tenuiſſe ac pdicaſſe Cyprianũ, & tũc aude velut authorẽ ſentẽtiæ tuæ nominare Cyprianum. Primo imitare pietatem humilitatemque Cypriani, & tunc profert conſilium Cypriani. Nos enim nullam Cypriano facimus iniuriam, cum eius quaſlibet literas, à canonica diuinarum ſcripturarum authoritate diſtinguimus

Sacramẽtũ nõ reſcindi[tur]. Cap. 3[0].

K

1. Cor.

Pſ. 11[3].

Cyprianum a[lle]gant D[o]natiſtæ. Cap. 3[1].

guimus

guimus. Neq;.n. sine cā tam saluber vigilantiæ canō ecclesiasticus cōstitutus est, ad quē certi prophetarum Apostolorum libri pertineāt, quos oīno iudicare non audeamus, & ẜm quos de cæteris literis uel fideliū uel infideliū libere iudicemus. Proinde cum dicat Apostolus, cuius Epistolæ in authoritate canonica vigent, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si qd aliter sapitis, id quoq; vobis deus reuelauit, quādiu aliter sapuit Cyprianus, si scripta eius esse cōstat quæ ꝓ vobis proferenda arbitramini, quādiu ergo de hac re aliter sapuit q̃ veritas diligentius considerata patefecit, donec ei deus id quoq; reuelaret, ineffabili laude charitatis vnitatem pacemque catholicam etiam cum collegis suis a quibus aliter sapuit non reliquit.

Phil. 3.

Verba eius ex Epistola ad Iubaianū inseruisti literis tuis, qbus ei placuisse mōstrares baptizandos esse in Ecclesia catholica q fuerint in hæresi uel schismate baptizati. Ego huius Epistolæ authoritate nō teneor, qa literas Cypriani non ut canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, & qđ in eis diuinarū scripturarū authoritati cōgruit, cū laude eius accipio: qđ aūt non congruit: cū pace eius respuo. Ac ꝑ hoc si ea q̄ cōmemorasti ab illo ad Iubaianū scripta de aliquo Apostolorū uel Prophetarū canonico recitares, qđ oīno contradicerē non haberē: Nunc vero qm̄ canonicū non est qđ recitas, ea libertate ad quā nos uocauit Dn̄s, eius viri, cuius laudē consequi nō ualeo, cuius multis literis mea scripta non cōparo, cuius ingeniū diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyriū ueneror hoc qđ aliter sapuit nō accipio. Non accipio, inquam, qđ de baptizandis hæreticis & schismaticis B. Cyprianus sensit, qa hoc Ecclesia nō accipit, ꝓ qua B. Cyprianus sanguinē fudit. Sed qa dicitis eū pro hac sn̄ia legalia documēta firmasse, quanq̃ nō ille documēta legalia firmare potuit, sed eius potius quæcunq; recte sensit ille firmauit. Relinq; ergo scripta Cypriani, & ea ipsa legalia documēta, qbus eū dicis vsum esse cōmemora. Si ea nō demonstrauero nostrā causam nihil adiuuare, vicisti. Quapp ita hoc Cypriani non accipio, quāuis inferior incōparabiliter Cypriano, sicut illud Apostoli Petri ꝙ gētes Iudaizare cogebat, nec accipio nec facio quāuis inferior incōparabiliter Petro. Vos aūt qui scripta Cypriani nobis tanq̃ firmamēta canonicæ authoritatis opponitis, quicquid de Cypriano contra uos proferre potuerimus, necesse est cedatis, & iustū est ut uicti taceatis, ac uos aliqn̄ ab errore perniciosissimæ dissensionis ad unitatē catholicam cōuertatis.

[...]ū tam [...]cti Ci[...]iani di[...] quā [...]iorum [...]ctorū [...]cipien[...]sint. [Ca]p. 32.

Gal. 2.

Vnde ne lōgū faciā ex hac ipsa Epistola ad Iubaianū, attēde qđ ingerā quod vestrū euertat & absumat errorē. Cū n. persuadere conaretur uel S. Cyprianus, uel quicunq; illā scripsit Epistolā, hæreticos ad Ecclesiā uenientes baptizari oportere, ꝙ uidelicet baptismus nullus deputandus esset quē foris apud hęreticos accepissent, opposuit sibi qōnem, & ait, Sed dicet aliquis, qd ergo fiet de his, qui præteritū de hæresi ad Ecclesiā uenientes sine baptismo admissi sunt? Potest Dn̄s misericordia sua indulgētiā dare, & eos qui ad Ecclesiam simpliciter admissi in Ecclesia dormierūt, ab Ecclesiæ suæ muneribus non separare. Ista nobis simplicitas sufficit, cui testimoniū perhibet ipse Cyprianus, tm̄ bonū intelligens esse vnitatē corporis Christi, ut in eam simpliciter admissos ēt illos quos esse sine baptismo arbitrabatur de diuina misericordia mereri indulgentiam, & ab Ecclesiæ muneribus non separari pia cogitatione præsumeret. Hęc cōsuetudo Ecclesiæ fuit ante consiliū Cypriani, hæc superari & auferri nō potuit nec cōsilio Cypriani, ut ex hæresi venientes non quidē sine baptismo, sicut dicit, quia idē baptismus ēt foris eis inerat, sed non proderat, ueruntn̄ simpliciter, sicut idē dicit admissi de Dei misericordia indulgentia mererētur, & a muneribus non separent Ecclesiæ. Hæc simplicitas magis q̃ duplicitas Ecclesiæ placuit vniuersæ toto terrarum orbe diffusæ. Cui Cyprianus ipse quale testimoniū perhibeat, audi ex Epistola quam de vnitate conscripsit, Auelle, inquit, radiū solis a corpore diuisionē lucis unitas nō capit: Ab arbore frange ramū, fractus germinare nō poterit: A fonte ꝑcide riuū, pręcisus arescet. In his Cypriani uerbis nō intelligimus lucē nō capere diuisionē, nisi ī sanctis regno Dei ꝑdestinatis, qui diuidi ab Ecclesia nullo modo pn̄t, & non germinare ramū fractum salutis æternæ germine accipimus, ariditatē

Cyprianum excusat. Cap. 33.

vero

vero riui a fonte præciſi, in eo ꝙ ſancto ſpũ C vacuanť q ab vnitate ſeparanť agnoſcimus, nõ in ſacramẽto baptiſmi qđ & boni & mali habere poſſunt, ita foris aperte quẽadmodũ intus occulte ab Eccleſiæ ſanctitate ſeparati: Sed inde nemo dubitat. Quid vero de ipſius Eccleſiæ fęcũditate toto terrarũ orbe diffuſæ ſenſerit Cyprianus, attende in his q̃ ſubiungit, Sic, inquit, & Eccleſia dñi luce ꝑfuſa, per orbẽ totũ radios ſuos porrigit, vnũ tñ lumen eſt qđ vbiq; diffundiť, nec unitas corporis ſeparať: Ramos ſuos in uniuerſam terrã copia vbertatis extendit, profluẽtes largiter riuos latius expandit, vnũ tñ caput eſt & origo vna, & vna mř fęcũditatis ſucceſſibus copioſa. Hanc Eccleſiã Cyprianus in ſcripturis ſanctis ꝓmiſſam, in vniuerſo mũdo redditã, dilexit, tenuit, cõmendauit, quã perditi ſchiſmatici uel hæretici uelut a malis ſe diſcernere ac ſeparare cupientes, ſeditionibus impijs reliquerũt. Qui ne ſuos exitus impios uanis excuſationibus abluere conarenť, ſancta ſcriptura prædixit, Filius malus ipſe ſe iuſtũ dicit, exitum aũt ſuum non abluit, quia nec ꝑꝑ malos qui uidentur eſſe intus deſerendi ſunt boni q uere ſunt intus.

Ob paleas non recedendũ ab Eccleſia Cap. 34.

Hinc B. Cyprianus qđ ſenſerit accipe ex Epiſtola quã ſcripſit ad presbyterũ Maximũ, D & cæteros q̃bus de ſchiſmatico & hæretico errore ad Eccleſiã redeuntibus gratulať. Nã etſi videnť, inquit, in Eccleſia eſſe zizania, non tñ impediri debet aut fides aut charitas noſtra, vt q̃m zizania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus. Nobis tm̃ mõ laborãdũ eſt, vt frumẽtũ eſſe poſſimus, vt cũ cęperit frumentũ dñicis horreis cõdi, fructũ ꝓ opere noſtro & labore capiamus. Apoſtolus in Epiſtola ſua dicit, In domo autẽ magna non ſolũ vaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædã quidẽ honorata, qędã inhonorata. Nos operã demus, & quantũ poſſumus laboremus, vt vas aureũ & argenteũ ſimus. Cæterũ fictilia vaſa cõfringere dño ſoli conceſſum eſt, cui virga ferrea data eſt. Eſſe nõ põt maior dño ſuo ſeruus, neç quiſquã ſibi qđ ſoli filio př tribuit vendicare, vt ſe putet aut ad areã ventilandã & purgãdã paleã ventilabrũ iã ferre poſſe, aut a frumẽto vniuerſam zizaniã humano iudicio ſeparare. Superba eſt iſta obſtinatio & ſacrilega ꝑſumptio, quã ſibi furor prauus aſſumit. Et dũ ſibi ſemꝑ q̃dã plus q̃ mitis iuſtitia depoſcit aſſumunt, de Eccleſia E pereũt dũ ſe inſolenter extollũt, ipſo ſuo tumore cæcati veritatis lumẽ amittunt. Vides frater ſ̃m ſcripturas diuinas hoc præcepiſſe Cyprianum ẽt ꝑꝑ malos qui cũ ſint a bonis vita moribusq; ſpiritaliter ſeparati, corporaliter tñ eis in Eccleſia vñr eſſe permixti vſq; diẽ iudicij, quo ẽt corporaliter debitas ſeparabunť ad pęnas. Non eſt Eccleſia deſerenda tanq̃ frumenta ꝑꝑ paleam vel zizania, ſicut nec domus magna ꝑꝑ vaſa inhonorata. Vides, audis, ſentis, capis, intelligis, quãto ſcelere ꝑꝑ eos qui vobis ſiue recte ſiue cum fallimini diſplicent, ſeparemini ab Eccleſia q̃ toto orbe diffundiť, cui ſ̃m ſcripturas diuinas, tam magnũ, tam firmum, tam clarũ atq; luculentũ teſtimonium perhibet Cyprianus.

2. Ti. 2.

Ioan. 13.

Ex palea frumẽ... Cap. 3...

Quamobrẽ attende diligenter de tota qõne breuem ratiocinationẽ meam. Si recte in Eccleſiã recipiuntur ex hæreticis venientes, vt in eis error prius corrigatur, diuinũ autẽ ſacramentũ non reſcindať, bene illis viuentibus tanquã frumentis dñicis gratulamur. Si autem ſicut putatis, & Cyprianum uobis in hac ſententia fauere iactatis, non habent baptiſmũ, certe admiſsi ſimpliciter ad Eccleſiam, ſecundũ eundem Cyprianum, propter meritum tñ ipſius unitatis indulgentiã dei merẽtur, ne ab Eccleſiæ muneribus ſeparen F tur. Et quicunq; ſecundũ morem anteriorẽ, de quo nõ tacuit Cyprianus ſimpliciter admittunt, & recte ac pacifice viuunt inter eadem frumenta horreo deſtinata deputãtur. Qui aũt vel ſcientes contra veritatem in eis recipiendis cõtentioſe dimicant, uel prauis atq; peruerſis moribus viuũt, in zizanijs & palea flammis debita tolerantur, propter eos tñ Eccleſiam quæ per totum orbem terrarũ copioſis ſucceſsibus dilatatur, hoc eſt, frumenta dominica, quæ vſq; ad meſſem pariter creſcunt, uel vſq; ad uentilationem pariter triturantur, nõ eſſe deſerendam, imperat deus, teſtis eſt Cyprianus. Ac per hoc ſi in communione ſacramentorum mali maculant bonos, quando temporibus Cypriani vel ante Cyprianũ ſine baptiſmo, ſicut putatis hæretici ſuſcipiebantur, Eccleſiam perijſſe dicite, & vos vnde nati fueritis oſtendite.

Mat. 1 & 3.

dite. Si autem quod ueritas etiam per Cyprianum docet, cum pro Ecclesiæ pace etiã cognita zizania tolerantur, frumenta non maculãt, filius malus & ipse seipsum iustũ dicit, exitum autẽ suũ non ablũit, quia de Ecclesia propter malos exire non debuit.

G De eodẽ cap. 36.

Iterũ dico, Ecce ab hac inuictissima rõne dissimulare non fino. Si non cõmunicãtes peccatis malorum, pp ipsam tãtã communionem sacramẽtorũ mali pdũt bonos, qñ in præteritum ex heresi ad Ecclesiã ueniẽtes, sine baptismo admissi sunt, cõtagione sua bonos utiq; perdiderunt: Iã tũc ergo nõ erat Ecclesia quã Cyprianus teneret, pdi caret, nec vñ postea Donatus exiret. Si aũt bonos cõtagio illa nõ perdidit, nec eorum quos accusatis contagio, Christianũ orbem pdere potuit, nolite calũniari separati, & ad Ecclesiã redite correcti. Cæcilianũ & socios eius cõtra quos tunc Secundus Tigisitanus cõtraxit cõdiditq; cõciliũ, necesse tibi est accusare, mihi nõ est necesse defendere. Accusa eos quantis uirib. potes. Si innocẽtes fuerint, nihil eis tãquã frumẽtis oberit uentositas tua. Si nocentes fuerunt, nõ debuerunt pp illam zizaniã frumẽta deseri, quib. nihil obfuerunt. Accusa quãtũ potes, uinco si nõ probas, vinco si probas: vinco, inquã, si nõ probas iudice teipso, uinco si probas teste Cypriano.

H

Quid eos uis fuisse? Si innocẽtes, cur frumẽtis dñicis cũ sitis zizania calũniamini? Si nocentes, cur a frumẽtis dñicis pp zizania separamini? Existat Ecclesia cũ ctis clara atq; cõspicua. Quippe ciuitas quę abscõdi non põt super montẽ cõstituta, per quã dominatur Xps à mari vsq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terræ, tanquam semẽ Abrahæ multiplicatũ, sicut stellę cæli & sicut arena maris, in quo bñdicuntur oẽs gentes. Hanc ẽt beatus Cyprianus ita commendat, ut eã dicat dñi luce perfusam, radios suos per orbẽ terrarũ porrigere, ramos suos per uniuersam terrã copia ubertatis extendere. Hæc vt in frumẽtis suis non accusaretur, aut propter zizania non desereretur, unum horum uobis etiam uosipsi rñdete, alterum Cypriani monitis dicite, Ipsius.n.verba sunt attestantis & dicẽtis. Nã etsi vñr in Ecclesia esse zizania, non tñ impediri dẽt aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus.

Probat. malos nõ obesse bonis. Cap. 37. I

Vos cõtagione malorũ Aphrorũ perijsse dicitis de orbe terrarũ, & in parte Donati eius reliqas remãsisse tãquã in frumentis a zizaniis & palea separatis, cõtra Cyprianũ apertissime sentiẽtes, q dicit, nec malorum permixtione bonos perire in Ecclesia, nec eosdẽ malos posse ante tps iudicii diuini a bonorũ permixtione separari. Vos itaq; fm vestrũ errorẽ, uel potius furorẽ accusare cogimini, non solũ Cæcilianũ & ordinatores eius, verumetiã illas ecclesias quas in scripturis Apostolicis & Canonicis pariter legimus, nõ solũ Romanorũ, quò ex Aphrica ordinare paucis vestris soletis Epm, verum etiam Corinthiorum, Galatarũ, Ephesiorũ, Thessalonicensium, Colossensium, Philippensiũ, ad quas apertissime scribit Apostolus Paulus, Hierosolymitanã quam primus Apostolus Iacobus Episcopatu suo rexit; Antiochẽsem, vbi primo appellati sũt discipuli Xpiani, Smyrnẽsẽ, Thiatirẽsem, Pergamẽsem, Philadelphẽsẽ, Laodicẽsẽ, ad quas ẽ Apocalypsis Apostoli Ioãnis: Tot alias ecclesias Põti, Cappadociæ, Asiæ, Bithynię, ad quas scribit Apostol[9] Petr[9], & qcqd aliàs se Paulus ab Hierusalẽ usq; ad Illyricũ Euangelio repleuisse testatur, ut taceam de aliis tam latis atq; uniuersis terrarũ partibus, in quas ex his Apostolicis laborib[9] plãtationibus porrecta creuit & crescit Ecclesia. Istas certe Eclesias quas ex literis diuinis atq; canonicis nominaui, tã longe ab Aphrica cõstitutas, tanquã perierint ex peccatis Aphrorum, accusare cogimini, nec corrigitis errorẽ qui vos ad tantum scelus nefaria dissensione compellit. Nos autem errorũ vestrũ facilius cõuincamus, nec ipsos Aphros quorum falso crimẽ in cęteras etiam gẽtes perfũdere audetis, nec ipsos, inquã, defendere cogimur. Habẽt etiã cum illis transmarinis Ecclesijs societatẽ regni si innocentes fuerint, si autem nocentes, tãquam zizania a frumento, nec in Aphrica obesse potuerunt eis qui se pp illos etiam cognitos ab vnitate Eclesiæ separare noluerunt. Vt.n. omittam quam multi eos crediderunt innocentes, quibus facinus eorum etiam si aliqđ fuit tamen demonstrari non potuit, &

K

utique

vtique istos nec vos potestis dicere peccatis alienis in cognitis potuisse maculari. Sed ut hos,inquã,omittã, ipsi qui eos nocẽtes vel nouerant uel putabant, quãuis in Aphricanis Ecclesijs cõstituti, cũ viderent eos apud Ecclesias trãsmarinas nõ potuisse conuinci, nec crimina eorũ longe lateq; diffusis membris Ecclesiæ demonstrari, si se uellent ꝑꝑ illos quos malos nouerant a communione tot gentiũ quib. eos oñdere non ualebãt,uel ut pestiferæ cõtagiõis timore separare,tenerẽt eos,nõ tu,non Donatus,nõ Cæcilianus, sed ipse quẽ nominare ausus es Cyprianus, & diceret ea uerba quæ scripsit ad Maximũ.

L

Si vñr,inquit,in Ecclesia esse zizania,non tñ impediri debet aut fides aut charitas nñ, ut qm̃ zizania esse in Ecclesia cernimus,ipsi de Ecclesia recedamus: Nobis tñmodo laborandũ est, ut frumentũ esse possimus, ut cũ cœperit frumentum dñicis horreis condi,fructum pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in Epistola sua dicit, In domo aũt magna, non solũ uasa sunt aurea & argentea,sed & lignea & fictilia, & quædã quidẽ honorata,quędã inhonorata. Nos operã demus, & quantũ possumus laboremus, vt vas aureũ & argenteũ simus. Cæterum fictilia uasa confringere dño soli concessum est,cui uirga ferrea data est. Esse nõ põt maior dño suo seruus: Nec quisquã sibi qđ soli filio pr̃ tribuit, vendicare, vt se putet aut ad aream uentilandã & purgandam paleam uentilabrũ iam ferre posse, aut à frumento vniuersam zizaniam humano iudicio separare. Su ꝑba est ista obstinatio & sacrilega ꝓsumptio, quã sibi furor prauus assumit: Et dũ sibi sem ꝑ quidã plus q̃ mitis iustitia deposcit,assumunt,de Ecclesia pereũt,& dum se insolẽter extollunt,ipso suo tumore cæcati,ueritatis lumẽ amittunt. His Cypriani verbis deũ timentes in Ecclesia tenerẽtur, qui uellent ab ea separari ꝑꝑ cognitos malos,q bus verbis vos damnamini qui separati accusatis & bonos. His verbis Cyprianus & nos tenet in domo dei,cuius decorẽ dilexit, & iã si quod nũquã facere potuistis,à vobis accusatos & demõstratos traditores,& quoslibet alios malos nosse possemus,ne illã ꝑꝑ vasa facta in cõtumeliã deseramus. His uerbis ẽt uos in catholicã pacẽ correctos pacificus ĩtroducat,ne qbuslibet peccatis alienis, seu veris seu falsis offẽsi, contra Ecclesiam Christi in toto mũdo scripturis fructificãtẽ atq; crescentẽ mala tanta iactetis,ne ꝑꝑ zizania triticũ accusetis, ne ꝑꝑ paleã frumenta deseratis, ne ꝑꝑ vasa inhonorata extra domũ magnam remaneatis. Ecce quãtũ nos abs te commemoratus beatus Cyprianus adiuuit, cui de baptismo repetendo si quid aliter sapuit, pro tãtis meritis flagrãtissimæ charitatis corrigendũ proculdubio dñs reuelauit, qui in ea vite permansit tanquã sarmentũ tanto fructu pacis & dilectionis opulentũ, vt etiam si quid in eo purgandũ reperiretur, si nulla re alia, certe falce martyrii purgaretur. Quanquã itaq; ad errorẽ vestrũ conuincendũ, & si uolueritis corrigẽdum, satis superq; potuerint ista sufficere, tamen ne quisquã arbitretur aliquid te in Epistola posuisse quod refellere non valerem, aut in quo te nostris contra Petilianum literis nihil idoneum rñdisse,demonstrare non possem,sequenti volumine cætera videamus.

Cypriani sentẽtia. Cap. 38. — *2. Tim. 2* — *Ioan. 13* — M — *Psal. 25.* — A

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI contra Cresconium Grammaticum, Liber Tertius.

Cap. 1

SI tardorũ mihi ingenia curãda nõ essent qui intelligere nequeũt,me duob. uoluminibus superiorib. ad causam totam,q̃ tua frater Cresconi Epistola continetur, multis modis ita rñdisse, ut ẽt illa quæ ibi restant,iã soluta atq; frustrata sint,iã debuit à me huic operi finis apponi. Sed quia multi sunt quib. seruire nos cõuenit,q oĩa depulsa esse nõ putãt, nisi locis suis ẽt singula pertractẽt, residua sermonis tui bř ex ordine refellenda percurram. Quicquid de Cypriani uenerabilis martyris,& de quorũdã Oriẽtaliũ literis inserẽdũ putasti, qđ eis placuerit apud hęreticos & schismaticos datũ imꝓbare baptismi sacramẽtũ, nihil impedit causam nostram, si eã Ecclesiã retineamus quã non deseruit Cyprianus, etiã cũ multi eius collegæ in hanc sententiam consentire noluissent:

B

fuissent: Nã & in ipso cõcilio dixit, Neminẽ iudicãtes, nec a iure cõionis aliquẽ si diuersum senserit amouentes. Et eandẽ Epistolam ad Iubaianum ita conclusit.

C

Cyprianus in cõcilio Aphricano apud Carthaginẽ.

Hæc tibi charissime pro nr̃a mediocritate rñdimus, nemini præscribentes aut præiudicantes, quo minus unusquisq; Epõrum quod putat faciat, habens arbitrii sui liberã potestatẽ, &c. In his ergo nos interim deputato, quib. illud non potuit persuadere Cyprianus, a quib. tñ etiã in hac re diuersa sentientibus, cõmunionẽ suã minime separauit. Maiores aũt vestri quib. tale testimoniũ perhibuistis, ꝙ ab Orientaliũ propterea cõmunione discreti sunt, qui illi suũ iudiciũ resciderũt, quo eis placuerat de ista baptismi qõne Cypriano, atq; illi Aphricano cõcilio consentire oportere, cõtra Cyprianũ fecerunt: Debuerunt.n. cũ collegis suis etiã in hac qõne diuersa sentientib. tenere communionis unitatem, quod in suis literis fecisse legimus Cyprianũ: Rñdetis ideo eum sic loq uoluisse, ne fortasse excommunicationis timore deterriti, non auderent libere dicere quod sentirent, non quia cum eis esset in cõione mansurus, si diuersa sensissent ubi aperte dicitis Cyprianum esse mẽtitũ. Si.n. dicebat, Neminem iudicantes, nec à iure communionis aliquem si diuersa senserit amouentes, quod eũ dixisse cõscripta iudicant gesta concilii, & tñ si quisquam eorũ quibus ea dicebat diuersum sentire se ostenderet qũo cum eo fuerat sacramenta Christi communicaturus? Proculdubio mentiebatur, qui talia dolose, nõ ueraciter promittebat. Quod est in eodẽ mendacio deterius, simplicitatem fratrum duplici corde fallebat, cum præsertim & scriberentur quæ dicebãtur: Nam quicũq; ab illo cõcilio diuersum sensisset, qũo posset ab eius ore dãnari vel excommunicari, cũ eiusdem concilii se Principium recitaret? Quis ergo de Cypriano tolerabilius sentit, utrum nos qui cũ dicimus in obscura de baptismo qõne hominem falli potuisse, an uos cum dicitis in ꝑmittenda Christiana communione Episcopum fallere uoluisse, non vnum aliquẽ fratrum, sed uniuersam episcopalem societatẽ? Quod si & vobis de illo credere nefas est, vestri maiores contra eius sẽtẽtiã fecerunt, qui se ab Orientalium communione, quod de hac re diuersa senserint, diuiserũt.

Cypriani de baptismo snia. ep. 2.

D

Proinde si oĩno iam credendũ sit quinquaginta Episcopis Orientalium id esse visum quod septuaginta Aphris, uel aliquanto ẽt plurib. cõtra tot milia Epõrũ quibus hic error in toto orbe displicuit, cur nõ potius ẽt ipsos paucos Orientales suum iudicium correxisse dicamus, nõ ut loqueris rescidisse? Sicut.n. laudabile est a uera sententia non moueri, ita culpabile ꝑsistere in falsa, quã nũquã tenere prima laus est, secũda mutare: ut aut ex initio vera ꝑmaneat, aut mutata falsa, uera succedat. Neq; nũc ad nostrã pertinet qõnẽ, quale sit quod pars Xp̃iani orbis maxime cũ Orientalibus sensit. Si .n. hoc verũ, si hoc tenendũ atq; seruandũ est quod de baptismo tenemus atq; seruamus, duo mala vestra vobis obiicimus. Vnũ ꝙ erratis in baptismi qõne. Alterũ ꝙ vos ab eis q de hac re uerũ sentiũt separatis. Si aũt vt s̃m uos loquar, hoc est, in ea qõne verum quod ipsi sentitis, illo certe crimine maculamini, ꝙ ab Ecclesia recessistis, ꝑꝑ cuius pacem sicut Cyprianus, & fecit & monuit, etiam diuersa sentientes ferre debuistis.

Snia Orientalium. Cap. 3.

E

Nũc exclama qd̃ ego dixerim, nihil inter fideles perfidosq; discernas, idẽ ubi pius atq; impius uideat, qd̃ ego nõ dixi. Sed planẽ illud dixi, vñ tu quasi hoc dicerẽ, exclamare uoluisti, & dicere qd̃ nõ dixi. Siue, in quã, a fideli siue a perfido dispẽsatore sacramentũ quisq; ꝑcipiat. In qua snia nõ nihil inter fidelẽ perfidumq; discreui, nec iussi ut idẽ cuiquã pius atq; impius uideat, sed idem sacramẽtum pium & impium posse habere, quod nec tu negas, qui saltem post impios occultos baptizandum non esse cõcedis. Proinde sine causa coniũgis & dicis, Nihil prodest bonis moribus uiuere, quia quicquid iusto licet, potest & iniustus implere. Quia & falsum est, a me dictum non est, Boni quippe mores uitã bonorum malorumq; discernũt, & ad diuersa perducũt. Nec quicquid iusto licet, potest & iniustus implere, quia iustus implet legem Christi per dilectionem Christi, unde iniustus alienus est, põt tñ aliquid qd̃ & iustus implere, ut & ipse baptizet si nihil aliud certe eũ latet, sicut etiã illi pñt Dei mandata ꝑdicare,

Sacramẽtum commune. cap. 4

F

cut iusti, sed non secundum ea uiuere, sicut iusti, de qualibus dictum est, Quę dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite.

Mat. 23. Christus mundator. Cap. 5.

Sed fac iniustũ non latentem & nonnullis cognitũ bonis per aliquã seditiosam factionem de Ecclesia nõ posse separari. Audi Cyprianũ, Tolera zizania, esto frumẽtum. Quã tibi bñ sonare uisa sunt, q̃ in una re varie repetisti. Quid hoc pcepto, inqs, dici iniquius pôt, ut purificet aliũ maculosus, abluat sordidus, emũdet immũdus, det infidelis fidẽ, criminosus faciat innocẽtẽ? Rñdeo, Nec maculosus nec sordidus, nec immundus, nec infidelis, nec criminosus est Xp̃s, qui dilexit Ecclesiã, & seipsũ tradidit pro ea, mundans eã lauacro aquæ in uerbo, faciẽs nos certos de bonis suis, ne malis uitiaremur alienis. Nã ecce cum minister iniquus occultus est, à quo tñ datũ baptismũ nõ rescindis, nõne oĩa tibi verba tua replicari possunt, qa & purificat maculosus, & abluit sordidus, & emũdat immũdus, & dat infidelis fidẽ, & criminosus efficit innocentẽ? Nõ, inquis, ipse, sed fama eius bona, quã uis inanis & falsa. Hinc nõ vis vt ego exclamẽ, O scelus, o portẽtũ, nõ vt ait quidam, in vltimas terras deportãdũ, sed potius extra oẽ cœlũ & oẽs terras si fieri possit abigendũ. Non teipsum dico quẽ correctum volo, sed hunc errorẽ à quo te corrigi cupio. Itane ad mundandũ hominem qñ boni ministri falsa sufficit fama, quæ hoc efficiat qđ efficeret bona vita, vt ad hoiem sanctificãdum quando ministri latet iniquitas, Deo militet falsitas? Hoc totum ideo ne dicatis qđ dicimus, Siue a fideli siue à pfido dispẽsatore sacramentũ quisq; percipiat, nõ sanctificat nisi Deus. Deinde cõmemoras verba mea, q̃ dixerim, sem p Xp̃s det fidẽ, Xp̃s sit origo Christiani, in Christo radicẽ Christianus infigat, Christus Christiani sit caput. Dixi planè & dico, nec tu omnino respondere potuisti, videris enim quasi succubuisse tanto pondere ueritatis, cũ subiecisti, hoc & nos suademus, hoc volumus.

G *Ephe. 5.* *H*

Contra Petilianũ lib. 1. c. 5.

Cap. 6.

Deindẽ rursus supponis hominẽ in quo spem constituat accepturus: Sed quærimus, inquis, per quem hoc melius fiat. Et quia sine ministro nos dicimus posse hominẽ baptizari, quæris a me, utrum ne melius iniustus sit minister an iustus? Vbi rñdeo ad hoc esse melius, ut sit iustus minister, quod infirmitas hoĩs cui sine exẽplo laboriosum est & difficile qđ imperat deus, imitatione boni ministri ad vitã bonã facilius erigat. Vñ dicit Apostolus Paulus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ad hoiem vero baptizandũ & sanctificandũ, si tãto est melius qđ accipit, quãto est melior p quẽ tradit, tãta est in accipientib. baptismorũ varietas, quanta in ministris diuersitas meritorũ. Si .n. qđ sine cõtrouersia credit, melior erat Paulus q̃ Apollo, meliorẽ baptismũ profecto dedit, s̃m istam vestram vanam peruersamq; sñiam. Et si meliorẽ baptismũ dedit, pfecto eis quos a se nõ baptizatos gratulaẗ inuidit. Porrò si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorem datur, nullo modo est malus, qui etiam per malum datur, quando idem baptismus datur. Et ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est.

1. Cor. *I*

Non ergo sicut inaniter inueheris, nihil inter fidelẽ perfidumq; discernimus, sed discernimus humana merita, nõ sacramenta diuina, q̃ tu quoq; vi veritatis adductus & hæreticæ intẽtionis oblitus, nobis & uobis nõ alia, sed una eadẽ esse dixisti. Qũo dicis, hoc & nos suademus & volumus, ut sem p Xp̃s det fidem, Christus sit origo Christiani, in Christo radicẽ christianus infigat, Xp̃s Christiani sit caput, cũ defendas literas Petiliani, vbi apertissime cũ baptizãtis meritũ commendaret, quantumq; ad dandum baptismũ ualeret humana iustitia pro suscepta cã conaretur oñdere. Conscientia, inqt, sanctẽ dãtis attendit, quę abluat accipiẽtis. Nã qui fidem sciens a perfido sumpserit, nõ fidẽ percipit, sed reatũ. Et tanq̃ ei diceretur, uñ hoc probas, secutus adiunxit. Omnis .n. res origine & radice consistit: & si caput nõ habeat aliquid, nihil est. Quid obsecro, quia incidisti in defensionẽ temerariæ falsitatis, nebulas manifestis rebus moliris offundere? Aperte dicit hõ, originem, radicẽ, caputque hominis regenerãdi per baptismũ non esse posse, nisi cuius ministerio baptizatur, & tu dicis, hoc & nos uolumus, q̃ Xp̃s sit origo & radix caputq; christiani. Sed quærimus

Contr. Petilianum Caput *Contr. Petilianũ lib. c. 1. & Contr. Petiliã lib. ca. 4.* *K*

rimus per quē hoc melius fiat, hoc aliud est qđ dicis, aliud qđ dixit Petilianus: hoc qđ dicis ēt si verū sit, non hoc est qđ ille dixit.

Proinde & hoc & tu vis, vt Chrs sit origo & radix & caput Xpiani, Petiliano resiste, nō mihi, qm̄ neq; q plantat est aliquid, neq; q rigat, sed qui incremētū dat deus. Qđ ego ex Apostolo cū in eis literis posuissem, ita tu rn̄dere voluisti vt diceres, Dei quidē dare est incrementū, sed sicut qui plantat & rigat, nō nisi colonus fidelis & diligens q̄rit: sic ēt in scro baptismatis non nisi fidelis & iustissimus operarius adhibeť. Quasi vero qđ infidelis colonus plātauerit, p p eius infidelitatē nō germinet vis seminis & fęcūditas terræ cęliq; tēperies hāc efficaciā diuinitus nō acceperint, vt ad ꝓpagādos fructus plantatorē vel rigatorē operariū tm̄modo expectent, qua mente opereť, qua laboret intētione nō curēt, vtrū dn̄m agri fideliter diligat, an sua non illius lucra conquirat. Adiungis ēt testimoniū propheticū dicēs, Dabo vobis pastores ꝟm cor meū, & pascent vos pascentes cū disciplina. Scio completū est, Tales Apostoli fuerunt, tales ēt nunc, etsi pro Ecclesiæ latitudine p pauci, non tn̄ desunt. Sed quid etiā per Ezechielē prophetam dicatur aduersus pastores malos, debuisti quærere, legere, cogitare. Ibi.n.dicit, Ego pascam, nō pastores.

Proindes & p pastores bonos & pastores malos cū verbū suum scr̄mq; dispensat, ipse pascit, qa de ipso ait vt sit vnus grex & vnus pastor. Bonū est.n.cōfidere in dn̄m q̄ confidere in hoīem. Et maledictus qui spē suā ponit in hoīe. Qđ a me in illa Epistola cōmemoratū, sic te intelligere ondis, ut ideo magis te dicas iustū & fidelē, p quē hoc scr̄m celebreť inquirere, qa spē & fiduciā dei non hoīs habes: dei esse aūt fidem atq; iustitiam, quā semper in ministris eius attēdis, hoc verū dicis, quia bonorū oīum nihil habemus qđ non accepimus, & ideo fides & iustitia nobis a deo est. Sed cū dicis hanc tibi deū dare non posse, nisi habeas eā per quē baptizaris: spē profecto in hoīe ponis, qui utrum sit iustitiæ particeps nescis. Et si non est, tunc famam eius attēdis, & cū famam bonā de malo latente repereris, ad sanctificationem tibi sufficere credis. Obsecro te si fiduciā dei nō hoīs habes, & ideo magis ut iustus & bonus & fidelis sit, per quem hoc scr̄m celebratur, inquiris quia dei est fides atq; iustitia, nunquid dei est ēt falsitas famæ, quam si habeat bonam minister malus, hāc tibi dicis in tua sanctificatione sufficere? Iā mallē in hoīem cōfideres, vnde te vehementissime prohibebam, q̄ in famę ipsius falsitatē. Homo.n.qualiscunq; sit, quātumcūq; ad id quod homo est attinet, dei creatura est. Porrò si maledictus qui spem suā ponit in homine, quanto magis qui spem suam ponit in falsitatē opinionis humanæ, & in illud aliud incidat qđ scriptū est, Qui fidit in falsis, hic pascit ventos: id est, fit esca spiritibus malis.

Si datum inquis, a quocunq; & quomodocunq; baptisma rescindi non debet, cur post Ioannē Apostoli baptizauerunt? quanto vehementius ita proponitur, si post Ioannem Apostoli baptizauerunt, cur non etiam post quemlibet sanctū baptizat uel melior vel æqualis, ut uel hinc intelligere cogaris, ad istam qōnem non pertinere baptismum Ioannis. Et Iudæis, inquis, a Moyse baptizatis Petrus dixit, Penitemini & baptizetur vnusquisq; vestrū in nomine Iesu Christi. Si propterea iam baptizati erant Iudæi, quia Moyses per mare rubrū ante tam longū tempus parentes eorū baptizauerat, qui de Christianis baptizatis nascūtur, sine causa hodie baptizātur, & tamen dicis ista & scribis ista, audiris & legeris & putaris respondere literis nostris, quasi hoc sit respondere potuisse quod est tacere noluisse.

Nec illud quod prætereundū putasti, refellisti principio huius epistolæ, sicut tibi videris qđ a me dictum est. Si errabant illi qui volebant esse Pauli, quæ tandē spes eorū est qui volunt esse Donati? Quis.n.non videat hinc esse istā diuisionem factā, hinc hodieq; in hac peste persistere, dum in hominis iustitia spes ponit, ut tūc sit acceptabilior baptismus Christi, si ab homine iusto quis tingatur. Contra quem errorem aduersus eos qui iam schismata propter diuersa merita hominum facere cœperant, clamat ipse Paulus, Gratias ago deo meo quod neminē vestrum baptizaui, ne quis dicat ꝙ in nomine meo baptizaui: Quid aliud insinuans nisi baptisma Christi non esse eius cuius nomine datur, & ideo non fieri melius cum

per meliorē datur,nec deterius per deterio-
rē?Fruſtra itaq; deinceps exultas & dicis,Se
quitur vt oīa illa q̄ a S.Petiliano ſeu cuiuſli-
bet ſermone ſcripta ſunt, recte dicta conclu
dā . Ipſe.n.verba quæ velut recte dicta con-
cludis,nō ſe rect dicta conuincunt,quia nec
cōſcientia ſancte dantis attendit,quę abluat
accipientis, cū maculoſa dantis occulta eſt,
Ibi victus cū veritati acquieſcere debuiſſes,
ad falſam eius famā tanquā ad deceptū men
dacio infœlicē iudicē prouocaſti,quia neq;
attēditur conſcientia qñ fama eius attendit,
& tā non pōt falſa cuiuſquā fama,q̄ nec ma
la vita quiſq; mūdari,& nemo fidē Chriſtia
nam ſunt ab hoīe,nec perfido nec fideli,ſed
ab illo de quo ſcriptū eſt,Fide mundans cor
Acto.15 da eorū.Qui ſi per fidelē audit quid creden-
dū ſit,eum quidem imitatur,non tñ ab eo iu
ſtificatur. Nam ſi miniſter iuſtificat impiū,
conſequens eſt vt ēt in miniſtrū recte creda
tur Apoſtolica quippe clara & certa ſentētia
Rom.4. eſt, Credēti in eū qui iuſtificat impium,de-
C putatur fides eius ad iuſtitiā: Proinde ſi mi-
niſter non audet dicere, Crede in me:nō au
deat dicere,iuſtificaris a me.Iam uero quod
ſequitur, Omnis res origine & radice conſi
Contra Petilianum li. 1 Cap. 4. ſtit: & ſi caput non habeat aliquid,nihil eſt:
ſi origo & radix & caput baptizati, baptizās
miniſter eſt,Chriſtus non eſt:ſi Chriſtus eſt,
ille non eſt. Deniq; cū miniſter occultus eſt
malus,quæ origo,quæ radix,qđ caput eſt ba
ptizati?Iam falſa eius fama. Hoc quidē Cre-
ſconius dicit,ſed ueritas contradicit.Ergo ſi
tunc origo & radix & caput Chriſtus eſt,Ip
ſe eſt.n.qñ miniſter eſt bonus , ne quod ab-
ſurdiſsimū eſt, melior ſit conditio baptizati
per occultū malum qñ Chriſtus eſt caput,q̄
baptizati per manifeſtū bonum,ſi huic mi-
niſter eſt caput,hoc & de bono ſemine dixe
Contra Petilianum.li.1 Cap.7. rim.Sequitur enim,Nec quicquā bene rege
nerat niſi bono ſemine regeneretur.Quę ve
ro ſequuntur ex epiſtola Petiliani abs te po-
ſita vbi ait , Quæ cū ita ſint fratres,quæ pōt
eſſe peruerſitas vt qui ſuis criminibus reus
eſt,aliū faciat innocentem, cum ſcriptū ſit,
Ibidem. Cap. 8. Arbor bona bonos fructus facit,&arbor ma
la malos fructus facit: Nunquid colligūt de
Mat.7. ſpinis vuas? Et iterum,Oīs homo bonus de
D theſauro cordis ſui producit bona,& malus
Mat.12. homo de theſauro cordis ſui profert mala:
ſatis apertēq; cōuincūt Petilianum hæc oīa
non retuliſſe niſi ad hoīem per quē baptiſ-
mus miniſtrat,ut ipſe intelligatur ſi innocēs
eſt facere innocentē quem baptizat , ipſe ſit
bona arbor,cuius fructus ſit qui baptizatur,
ipſe bonus homo , de cuius cordis theſauro
ꝓcedit ſanctificatio baptizati.Ac per hoc cū
iſte occultus eſt malus,dic mihi a quo ſit ille
innocēs,dic mihi cuius erit arboris fructus,
dic mihi de cuius cordis theſauro ſanctifica
bitur baptizatus,aut ſi tūc effectorem inno-
cētiæ ſuæ,tunc arborē de qua fructus bonus
naſcitur,non hoīem miniſtrū baptiſmi me-
retur habere,ſed Chriſtū,Felicius incidit in
miniſtrū latētem malū quam ſi incidiſſet in
manifeſtū bonū. Quod ſi abſurdiſsime atq;
inſaniſsime dr̄ , Chriſti fructus eſt qui eius
baptiſmo ſanctificat,cuiuſlibet miniſtri ope
re baptizet. Niſi forte ad conſiliū tuum re-
curſurus eſt, qñ incurrit in miniſtri cōſcien
tiam maculoſam & occultā, ut ei de qua na
ſcatur arborē oſtendas falſo bonā mali hoīs
famam,cuius radicem ſi quæſieris,inuenies
fallētis aſtutiam, de qua ſi pōt naſci fructus
bonus quod abſit,mētitus eſt Xp̄s qui dixit, E
Non pōt arbor mala fructus bonos facere.
Sed quia verum dixit Xp̄s, habeat homo bo
nus tanquā bona arbor bonū fructum,opus
bonū : ſicut homo tanquā mala arbor malū
fructum,opus malum . Qui aūt baptizatus *Mat.*
non de cuiuſquam hoīs, ſed de ſpiritu Xp̄i
naſcatur ſi vult eſſe fructus qui uento non
corrumpatur,& arbor quæ non eradicetur.

Quæ cū ita ſint,cū tu dixeris,Ergo ſequi- *De Optato. Cap.1*
tur ut oīa quæ a ſancto Petiliano ſeu cuiuſ-
libet ſermone ſcripta ſunt,recte dicta cōclu
dam.Puto quia ego potius illa oīa non recte
dicta concludo . Iam nunc uideamus quod
deinde in epiſtola tua cōtexuiſti, qūo te Op
tati cauſam & Maximianiſtarū , quinimmo
vt abs te doctior fiā, Maximinianenſium ve
ſtri docuerūt.Et de Optato quidē de quo ni
hil inſcriptū ualeo recitare,quidlibet ſentias
facile cedo, Vnū illud ſcio,ſi uera ſunt,quæ
de illo, ut non dicam oſtendebantur , certe
tamen dicebantur, nec ipſe erat bonus, nec
famam habebat bonam: vnde quicunq; per
eum baptizati ſunt, nec conſcientia eius ſe-
cundum Petilianum , nec fama eius ſecun-
dum te ablui potuerunt. Si autem falſa,ma-

la eius,

la eius, ſicut ſępe aſſolet, nuda fama iactauit, uide q̃ recte nõ facile credamns, qđ nũ q̃ nobis de traditorib. quos accuſatis probare potuiſtis: q̃a ſolet ẽt de bonis mala fama mẽtiri. Si ergo nõ illorũ innocẽtia, nõ idem q́ue quod uerum atq; firmũ eſt Dei gratia & non noſtra conſcientia ratum nobis baptiſmum facit, faciat ſaltem ſententia tua.

Cap. 13. Tu.n.cum de Optato loquereris dixiſti, Ego quidem Optatum, nec abſoluo, nec dãno. Si hoc ego, immo non tm̃ ego, ſed oĩs Aphricana catholica Eccleſia, quãto magis ẽt tranſmarina tam longe lateq; diffuſa, Cęciliano & eius ordinatorib. dicat, Ego illos nec abſoluo, nec dãno. Parumne putas eſſe illis quos ij baptizauerunt, quorũ nemo vn q̃ Cæcilianũ vidit, quod de Optato ſufficere credis eſſe, quos ille ẽt ſuis manibus baptizauit? An quia de Cęciliano parentũ ueſtrorum conciliũ recitatis, de Optato autẽ nullũ recitatur a nobis: ideo putas nulli noſtrum licere dicere, Ego Cęcilianũ nec abſoluo nec dãno: quod tibi licuit de Optato? Sed factũ eſt pro Cæciliano poſterius iudiciũ tranſmarinus veſtris apud Conſtantinũ imperatorẽ ut fieret inſtãtibus, Aut ſi eccleſiaſtica iudicia, q́ prius ſacra fuerint iã conuelli non poſſunt, quid de Primiano facturi eſtis ueſtro Epõ Carthaginenſi, cõtra quẽ primo centũ plures utique q̃ de Cęciliano iudicauerunt, eiq́; abrogato epiſcopatu Maximinianum pro illo conſtituerunt? Nõne G Primianus poſteriore iudicio nititur, quod pro illo factũ eſt in oppido Bagaienſi, ſm ꝙ iudicium non uult de ſe dubitari, ſed ab oĩbus uobis ſe extorquet abſolui? Vnde & nos ſm de Cæciliano iudiciũ prorſus eũ incunctanter abſoluimus. Sufficit tñ ad cãm ſi hoc de illo dicamus, quod tu de Optato dixiſti, nos Cęcilianum nec abſoluimus, nec damnamus. Viderint illi ſeu ueſtri, ſeu noſtri, quemadmodũ de illo iudicauerint. Ipſi ſuarũ ſentẽtiarũ rõnem reddãt, ipſi portent ſeu mali ſeu boni ſui operis ſarcinam, nobis de alienis ſaltẽ factis dubitare permittite, ne cogamur in nobis ea ſacramẽta dãnare, de quib. nõ licet dubitare. Sed iã dixi, ſenti de Optato quod uis, Neq;.n. eſt uñ cõuincamus eum, qui non apud acta commiſit. Quæ tamen ita commiſit, ut inter Gildonis ſatellites p̃cipuus haberet, teneret, moreretur. Nunquid etiã de Feliciano & Prætexato ſociis Maximiniani, quos trecẽti & decem Ep̃i veſtri cum cæteris ſimiliter nominatim expresſis, vna eadẽq; ſñia Bagaitani cõcilii dãnauerũt, eoſdẽq; nõ poſt paruũ H tempus cum omnibus quos dãnati baptizauerunt, ſicut fuerunt Epiſcopos ſuſceperũt quod libet uobis garrire permittitur?

Donatiſtarum mẽdacia. Cap. 14. Quocirca quæcunq; in nos ſiue in nr̃os quaſi parcendo & prętereundo dixiſtis, ſine nominibus, ſine teſtibus, ſine ullis omnino documentis, partim culpando quę culpãda non ſunt, non probãdo, ſuperuacaneum eſt uelle purgare iſtos. Iterum attende, Felicianũ Muſticanum & Prætexatum Aſſuritanũ aliquanto diligentius intuere, quorũ totam cãm ſuo loco ita ſi dñs permiſerit, explicabo, ut etiam ſi nimius hoſtis ueritatis eſſe uolueris, veſtrorũ mendaciũ defendere, vel negare non poſsis, ſi nunc interim ſm hoc mihi placet agere qđ tibi dixerũt, nondum diſcutio q̃ verum dixerint, nondũ oñdo q̃ mira impudentiæ cæcitate mentiti ſint. Certe cum de iis quos Maximinianiſtas appellatis & dãnatis veſtrorũ concilio, & receptis in Epiſtola mea perlegeres, ſicut ſcribis ualde permotus es, quippe cum adhuc, verbis.n.tuis utor, quid haberet ueritas ignorares. Deniq; ſtatim ſicut narras ex ueſtris Epiſcopis diligentius inquiſiſti, atq; ipſis docentibus & decretum concilij & ſententiã I in eos, qui damnati ſunt dictã, & rei totius ordinẽ cognouiſti. Et quia & me q̃d geſtũ ſit ignorare credebas, quid ueritas haberet hortatus ut dicerẽ, ita deinceps cũcta narraſti, uide q̃a in hac cã uerba ipſa tua pono ex Epiſtola tua, ſunt.n.mihi per neceſſaria.

Ex Epiſtola Creſconij. Cap. 15. Cum quamplurimos, inquis, Epiſcopos error ſibi Maximiniani ſociare contenderet, contracto a noſtris concilio in eos omnes, qui in eius ſchiſmate perſtitiſſent, prolata ſententia eſt, quam tu quoque te legiſſe teſtaris. Quæ ſentẽtia cum conſenſu omnium firmaretur, placuit tamen, inquis, decreto concilii dilationem temporis dari, intra quod ſi quis corrigi uoluiſſet, innocens haberetur. Sic factũ eſt, inquis, ut non ſolũ duo illi quos memoraui, ſed etiam multi alij purgari atque innocentes ſe Eccleſiæ

reddidissent. Quorum ideo baptisma rescin di non debuit, quia intra diem præstitutum restitui peréptoria sñia non tenerentur, nec cum baptizarent fuerunt ab ecclesia separa ti, quippe nec dũ trãsacti temporis definita meta disiuncti. Hi aũt qui ẽt post prędictũ diem cum Maximiniano pertinaciter perstiterunt, sñia damnationis retenti, simul & baptisma & ecclesiam perdiderunt. Hęc uer ba tua certe mi Cresconi cognoscis ex Epi stolæ tuę contextione expressa.

K

Refutat. Cap. 16. Proinde quęro abs te, Si nõdũ fuerãt ab ecclesia separati, qũo in eos oẽs, qui in Ma ximiniani schismate perstitissent, prolata sñia est, quæ cum consensu omnium firma retur, placuit tamẽ decreto concilii dilatio nem temporis dari, intra quod si corrigi vo luisset, innocens haberetur? Quibus uerbis oñdis eorum, qui in Maximiniani schisma te perstitissent, si quis intra dilationẽ tempo ris corrigi uoluisset, innocens haberetur, corrigeretur. Ergo si quis corrigi uoluisset ab illo schismate in quo cũ Maximiniano ꝑ stiterat, proinde anteq̃ corrigeret, in schis mate erat in quo perstiterat, quamuis in eo, quia intra placitum tps correctus est, non pertinaciter perstitisset. Nam & posteriori bus uerbis paulopost ita distinguis: Hi autẽ qui etiam post prędictum diem cum Maxi miniano pertinaciter perstiterunt, sñia dã nationis retenti, simul & baptisma & Eccle siam perdiderunt, dicẽs, vtiq; pertinaciter ꝑ stiterunt, oñdis ẽt illos, qui correcti sunt ꝑ stitisse, sed non pertinaciter: In quos simul ab omnibus prolata est sñia illa, quæ cõsen su oium confirmata est, placuisse tñ dicis decreto concilij dilationem illam tẽporis dari. Qũo igitur in ecclesia erant, qui ante quam corrigerentur in schismate cum Ma ximiniano perstabant? Quòd si in ecclesia non erant, quia in schismate erant, qũo ba ptizabant? Deinde qũo factum est, sicut di cis, ut non solum illi quos memoraui, sed etiam multi alii purgati atq; innocentes se ecclesiæ eddidissent, si ab ecclesia non erãt separati? Cui se reddiderunt, unde non re cesserunt? Aut si recesserunt, dic quęso ante q̃ se ecclesiæ reddidissent, quo iure baptiza uerunt? Quorum ideo, inquis, baptisma re scindi non debuit, quia intra diẽ ꝓstitutũ re stituti, peréptoria sñia nõ tenerẽtur. Restitu ti, quo? Euigila obsecro dic nobis quo resti tuti? Profecto dictur° es ĩ Ecclesiã, cui se il los reddidisse dixisti. Quisq̃ ne restituitur in ecclesijs, qui nõ fuerit ab Ecclesia sepa ratus? Quisq̃ ne ab Ecclesia non separatur, q̃libet paucos dies persistit in schismate? Quisquã ne ab Ecclesia non separat, si post tempus quamlibet paruũ redditur ecclesię?

L

M

Cap. Arbitror te charissime, nõ solũ uerba tua nõ cõsiderasse cõscribẽda, sed nec legisse cõ scripta. Verũtñ quid faceres, cui necessitas ĩ hoc ope ingerebat in Maximinianũ, ac so cios eius, nõ propriã dicere, sed ab aliis di ctã quoquo mõ posses defensare sñiam. Nã & si tu nõ vtereris his verbis, idẽ ipsũ decre tũ cõcilij Bagaiẽsis recitarẽ vbi scriptũ est: Eos ãt quos sacrilegi surculi ñ polluere plã taria, hoc est q̃ à Maximiniani capite ꝓpriis manus verecũdo fidei pudore retraxerunt, ad Matrem Ecclesiam redire permisimus.

Cap. Proinde & si verba tua alia nõ reperirẽ, hic certe dicerẽ, hic ꝓ veritate clamarem. Qũo ad matrẽ ecclesiã redire ꝑmittunt, q̃ ab ecclesia mr̃e nõ recesserũt? Aut si recesse rũt, quo iure anteq̃ redirẽt baptizare potue rũt, nisi q̃a in cã resarciẽdi huius schismatis obliti estis ꝓpriæ vanitatis, qua post Epos ab ipsis Apostolorũ sedibus incõcussã seriẽ vsq; in hæc tpa ꝓducẽtes, nõ vnũ hoiem, nõ vnã domũ, nõ vnã ciuitatẽ, nõ vnã gen tẽ, sed orbẽ terrarũ baptizãdũ esse censetis: aut certe q̃a huius facti horror sp ẽt facien tiũ corda cõcussit, tot populis ad vr̃am cõio nẽ a Maximiniani cõione redeũtib. tã mul tos q̃dẽ libuit separare, sed puduit tã multos rebaptizare? qđ tñ quibuslibet detestantib. & exhorrentibus ꝑ ꝑ salutem hoium fatere tis, quæ quãto plurium fuerat, tanto minus utiq; contẽnenda erat, si hoc vnq̃ contuitu veritatis, & nõ pręiudicio faceretis erroris. Vides certe in hoc Maximinianensiũ ad ve stram cõionem reditu patefactum, uera esse q̃ de baptismo dñr à nobis. Nã si ullus est in hoibus intellectus, uel dicendi aliq̃d uel au diendi, qui anteq̃ redeat ad ecclesiam bapti zat: & tamen rescindendus baptismus non est, sicut nec ĩ illis rescissus a vobis est. Quo nõ mutato, nec in suo, nec in cuiusquã al terius, sed in Pris & Filij & Spũssancti no mine

A

** Pro cto ex ecclesi baptiz uideri esse*

mine quisq; baptizat. Deinde ꝑter baptismi ſcr̃m quod vel ad pęnam peruerſi vel ad ſalutẽ recti ſiue correcti integrum perſeuerat, de ipſa correctorũ expiatione vel mundatione volo aliquid dicere. Meminiſti.n. quæ aduerſus nos dixeris, ꝙ venientes ad nos a vobis ex hæreticorũ ſacrilego errore, ſine vlla expiatione ſuſceptos habeamus, Tu nobis dic mõ de ſchiſmate Maximiniani redeuntes ad vos, cum in ſuis etiã ſuſciperentur honoribus, qua tandẽ quæſo expiatione mundati ſunt? In illo tanto ſcelere participato, non erant tam nepharia ſocietate maculati.

Attẽde quid inſonet, quid increpet, q̃d in illo præclaro concilio fateatur veriloquũ os illud Eporum tuorũ, Maximinianũ, inquit, fidei æmulũ, veritatis adulterũ, Eccleſiæ matris inimicũ, Dathã, Chore, & Abiron miniſtrũ, de pacis gremio ſñiæ fulmen excuſsit: & q̃d adhuc eũ dehiſcens terra nõ ſorbuit, ad maius ſupplicium ſuperis reſeruauit. Raptus.n. pęnã ſuam cõpendio lucrauerat, funeris vſuras nũc grauiores colligit fęnoris, cũ mortuus intereſt viuis. Itane tandẽ in huius ſchiſmate, ſicut ipſe dixiſti perſiſtẽtes, anteq̃ intra tp̃s dilationis, ſicut tu idẽ dixiſti, ſi ſe vr̃æ Eccleſiæ reddidiſſent, nullã uel paruã de huius ſocietate traxerãt maculam? Sed audi deinde quid ſequat̃, Audi, inquã, dictator uel dictor illius ſñiæ quid cõnectãt, Nec hunc ſolũ, inquit, ſceleris ſui mors iuſta condẽnat, trahit ẽt ad conſortiũ criminis plurimos catena ſacrilegij, de quibus ſcriptũ eſt, Venenũ aſpidum ſub labijs eorũ, quorũ os maledictione & amaritudine plenũ eſt, veloces pedes eorũ ad effundẽdum ſanguinem, Cõtritio & infelicitas in vijs eorũ, & viam pacis nõ cognouerũt. Nollemus quidẽ tanq̃ ẽ proprij corporis iunctura ꝑſcindi, ſed qm̃ tabeſcẽtis vulneris putredo peſtifera plus habet in abſciſione ſolaminis, quã in remiſsione medicaminis, inuenta eſt cã ſalubrior, ne per cuncta mẽbra peſtilens irrepat virus, ut cõpendioſo dolore natũ decidat vulnus. Famoſi ergo criminis reos Victorianũ Carchabinenſem, Marrianũ, Sullectinum, Beianũ Baianenſem Saluiũ Auſaphenſem, Theodorũ Vſulenſem, Donatũ Sabratenſem, Miggĩnũ Belephantarienſem, Prætexatũ Aſſuritanũ, Saluiũ Membreſitanũ, Valeriũ Melzitanũ, Felicianũ Muſticanũ, & Marcialẽ Pertuſenſem, q funeſto opere perditionis vas ſordidũ collecta fęculẽtia glutinarũt, ſed & clericos aliq̃n Eccleſiæ Carthaginis, qui dũ facinori interſunt, illicito inceſtui lenocinium ꝓbuerunt, dei ꝓ̃ſidentis arbitrio vniuerſalis cõcilij ore veridico dãnatos eſſe cognoſcite. Quæ grauiora in illos dicere potuiſtis? Quæ grauiora in voſipſos dicere ſoletis? Sed ab hoc, inquis, tã magno malo intra dilationis tp̃s correcti ſunt, uidero vtrum correcti ſint, qa reuera correcti eſsẽt, ſi ad verã Eccleſiã remeaſſent. Sed ſi vr̃a uera eſt qũo expiati ſint a tã immani ſcelere dicite. Si.n. nõ ſunt expiati, oẽs vos eſtis ſm̃ veſtrã ſñiam eorũ ſcelere maculati. Si aũt expiati ſunt, ſolo ipſo reditu charitatẽ quæ cooperit multitudinẽ peccatorũ expiare potuiſſe conceditis, & vos de veſtris cũ correcti ad nos ueniũt, ma nibus calũnijs accuſatis, niſi forte tam quidã ſicut cõcilij uerba indicant, ſchiſmatis ſacrilegiũ perpetrauerant, ſed ante diẽ conceſſæ dilationis eodẽ ſacrilegio nondum fuerant inquinati, & ideo non putati ſunt expiãdi.

Hoc ſi ita eſt, qs vos nõ audiat qui tã mirabilẽ ptãtẽ in hoĩes accepiſtis? peccant q̃n volunt, & inquinant̃ q̃n vultis, nõ obſcurũ aliq̃d recitamus, minuſve notũ atq; vulgatũ. Illa ſñia eſt q̃ tantæ facundiæ merito in manus oĩum in oĩum ore verſat̃, qui legẽdorũ taliũ ſtudiorũ ſunt, de qua nũc ſaltẽ cetnis q̃ vere dixerint, q̃d non eã deberent gaudere diſertam, ne poſtea plangerent diffamatam. Attende quid habeat, audi quid perſtrepat.

Maximinianũ, inquit, fidei æmulũ, veritatis adulterũ, Eccleſię matris inimicũ Dathã, Chore, & Abirõ miniſtrũ, de pacis gremio ſñiæ fulmen excuſsit. Cũ hoc igitur ſi quis ſcr̃m altaris vno die ſciens cõicaſſet, ſecundũ iactantiſsimã il am ſeueritatẽ veſtrã, non de tãto malo ſic pollueret̃, vt par eius fieret. Quid ergo fuerũt, uel quid ex illo facti ſunt qui non ſolũ ad altaria cum eo acceſſerunt, verumetiam ipſi eum ordinatum Ep̃m contra Primianum veſtrũ erectis altaribus admouerunt? Sed quid ego de iſtis interrogẽ? Ipſa ſententia loquatur, cuius uerba ſic fulgent, vt ſi eã uolueritis abſcondere, quarũlibet latebrarũ tenebras ſuo nimio ſplendore perrumpat. Videamus in ſocios Maximiani,

B p. 19. u. 16. C P. 13. D 1. Pet. 4. Cap. 20. E Cap. 21. Nu. 16.

quanto sonitu damnationis insurgat.

Cap. 22. Nec solũ hũc, inquit, sceleris suis mors iusta condẽnat, trahit ẽt ad consortiũ criminis plurimos catena sacrilegij, de q̃bus scriptũ est, Venenũ aspidũ sub labijs eorũ, quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est, veloces pedes eorũ ad effundẽdũ sanguinẽ. Contritio & infęlicitas in vijs eorũ, & viã pacis nõ cognouerũt. Deinde paulopost cũ oẽs ordinatores Maximiniani noĩatim enumerasset, inter quos ẽt isti de q̃bus ago, Felicianus & Prætexatus legunť quid fecerũt vt tãta in eos digne dicẽda essent, ita subiũgit. Qui funesto, inquit, opere perditionis vas sordidũ collecta fęculẽtia glutinarũt sic intelligi volẽs qđ ipsi affuerint, ipsi Maximianũ impositis manibus ordinauerint. Addens ẽt de Carthaginis clericis, Sed & clericos, inquit, Carthaginis Ecclesiæ, qui dũ facinori intersunt, illicito incestui lenocinium præbuerunt.

(Psal. 13. — F)

De Feliciano. Cap. 23. Rogo te Cresconi, nũquid vllis meis verbis hoc crimen exaggero? Qđ si voluissem, fortasse mihi & si non talia, tñ qualitercũq; sufficiẽtia non defuissent. Quæro igit abs te anteq̃ isti duo de q̃bus interim ago ad vr̃æ cõionis concordiã remeassent, in illa catena sacrilegij cõstituti sunt, sub quorũ labijs erat venenũ aspidũ, cũ ore pleno maledictionis & amaritudine, cũ pedibus velocibus ad effundendũ sanguinẽ, qũo baptizant? Nũquid in his erat conscietia sanctæ dantiũ, quæ ablueret accipientiũ? Nunquid eos saltẽ fama bona vel falsissima cõmendabat, quæ tibi in illis angustijs nõ quo euaderes, sed quã te p̃cipitares exitũ præbuit, cũ eos tam insigne conciliũ clamet famosi criminis reos? Redeuntes deinde sicut falsa narrantibus vr̃is Ep̃is credidisti, ante dilationes diẽ qũo susci piunť in honoribus suis cum eis, quos extra Ecclesiã cum Maximiniano constituti in catena sacrilegi schismatis baptizauerũt, vnde a sacrilegio tanto expiant, a catena illa vnde soluũtur, labia eorum, os eorum uenenum aspidũ, a maledictione & amaritudine unde mundant, vnde pedes ab effusione spiritalis sanguinis abluuntur, quo ueloci ter cucurrerant, vnde manus funesto opere perditionis emaculant, vnde ab illicito incestu nõ membri corporis, sed animæ purgatur affectus.

(G)

Cap. 24. Nempe istã causam vt defendatis, velitis nolitis ad patrociniũ veritatis venire cogemini, quæ dicit baptismũ Christi, nõ solum p occultos, sed ẽt per manifestos malos: nec solũ a cõuersis, verumetiã a peruersis datũ, habere incõcussam sui roboris firmitatẽ, & eis posse quidẽ inesse, sed nisi correctis non posse prodesse. Correctos autẽ etiã fraternis orationibus expiari per charitatẽ cooperientem multitudinẽ peccatorũ. Ecce antequam ostendam q̃ impudenter tibi vestri Ep̃i de Maximianensiũ susceptione mẽtiti sint, ƒm ipsum mendaciũ & narrationẽ tuam, q̃ tota cã vestra subuersa sit, puto qđ non iã quærere debeas, sed agnoscere, nec parare contradictionẽ, sed correctionem potius cogitare. Vides.n. nũc saltem q̃ veraciter a me illa dicta sint, quibus frustra mẽdaciter r̃ndere conatus es, q̃ recte dixerim si pro unitate partis Donati in nephario schismate baptizatos nemo rebaptizat, cur pro vnitate Christi vera & plenaria lex illius hereditatis agnoscit, cũ ipse fatearis eos q in Maximiniani schismate perstitissent, meruisse sñiam, qua non tenerentur si intra diẽ dilationis se Ecclesiæ reddidissent? Vnde constat antequã se reddidissent, eos in schismate in quo perstiterant baptizasse, cum quibus in vestram cõionem recepti sunt. Vides quemadmodum mortui baptizauerunt, quia de illis qui in Maximiniani schismate perstitissent, antequã ad vos redirent, dictum erat sententia concilij Bagaiensis. Aegyptiorum admodum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora.

(1. Pet. — H)

Eos quoq; quos alienæ prę{umptionis error traxerat,portu primo proposito pęnitendi,si reuerti cęperęt inter tępus ad religionis tramitē destitutum, pari vigoris admonitione cōpescuit: Sed suis institutis iniquitas delectat,& semetipsam nō deserit,cū semel pcipitata corruerit. Itē nāq; Maximinianus cœptā nutrit audaciā, & alios sibimet cōsociat ad furorē. Inter quos ēt Felicianus quidam, qui primo recta sectatus, deprauationis huius attaminatione fuscatus,in Musticana positus ciuitate,deo oīpotenti parietes cōsecratos,& Ecclesiā venerandā quasi quadā obsidione credidit retinendā. Hūc ēt Prætexatus in Assuritanis partibus imitat. Sed cū ęquitatis tuæ innotesceret potestati,cōsortiū sacerdotū iussisti, vt gesta testant, exploso omni traditionis affectu, sacratissimis sacerdotib. a prophanis mentibus Ecclesias uendicatas oportere restitui. Vides nēpe vsq; ad huius postulationis diē ab illo pstitutæ dilationis, qđ triū ferè mensiū tp̄s effluxerit: Producit aūt iste conflictus quantū ex gestis proconsularibus,& municipalibus indagare potuimus,vsq; ad Theodorū proconsulē,hoc est, vsq; ad anni alterius diē, vndecimo calēdas Ianuarij. Quo die clerici seniores agētes surrogato Ep̄o,qui in locum damnati Prętexati Assuritani fuerat surrogatus,allegauerunt memorati proconsulis iussionem,cū à foris erant a cōione uestra,& eiusdem cōmunionis uestræ inimici in iudicijs publicis arguebantur, & expellendi de locis deo summo consecratis tanquam sacrilegi petebantur.

Cap. 57. Ex quolibet ergo numero fuerunt,quanquā satis appareat ex quo fuerint, qui intra cōstitutum dilationis diem cōioni se vestræ non reddiderunt qūo cū ijs quos extra communionem uestram baptizauerunt,non expiati alio baptismate,redierunt? In quo facto nō uos reprehendimus, quod baptismū Christi nequaquam sacrilegum ēt in schismate sacrilego cognouistis quod hominum peruersitate correcta illud quod etiā in peruersis rectum fuerat approbastis,ꝙ dona Ecclesiæ, quæ præter Ecclesiam quoq; haberi & dari ad habentium & accipientium supplicium potuerunt, nec in damnatis damnanda,nec in receptis mutanda censuistis.

Cap. 58. Nec illud reprehendimus ꝙ eosdē ipsos famosi criminis reos & post sn̄iam damnationis ipsorū & post dilationis diē alijs constitutū,tñ p p populos infirmos qui eis adhęserunt,recordantes credo patrisfamilias solicitudinē, ne simul cū zizanijs eradicaretur & triticum, sine aliqua datractione colligendos,& ipsa abundantia charitatis expiandos esse credidistis. Nec illud reprehendimus,ꝙ eos cū adhuc famosi schismatis sacrilegio tenerētur, ēt per terrenas potestates persecuti estis. Fiebat.n.hoc quantū res ipsa cōsecuta indicauit, corrigendi studio nō nocēdi,ut illis molestijs agitati,suum scelus cogitare cogerent,& repressis aīositatis furijs emendare. Sed quia ista non reprehēdimus,ideo vestri schismatis crimen vitæ culpam'us,merito detestamur, omni rōne cōuincimus,quo uos a nobis, immo ab orbis terrarū catholica cōione separatis, talia nobis obijciendo qualia uos in cā Maximinianensium fecisse negare,ut arbitror,non potestis. Si.n.baptismū Christi est,& ideo nullo modo destruēdus,qui datus est per Felicianū, & Prætexatū cū separati a uobis Maximiniano coniungerentur,cū illo a uobis pro nefarij schismatis crimine condēnati,qūo nō est baptismus Christi,uel qūo destruendus est qui datur in Ecclesia quæ ramos suos,ut uerbis Cypriani utar, per uniuersam terrā copia ubertatis extendit, qui postremo dat in illis Ecclesijs, quas nunquā in literis Apostolicis recitare cessastis,nunquā damnastis. Si damnatos in integrū restituere placuit pro resarciēda parte Donati, quid vos offendit toto orbe diffusa unitas Christi, quæ uel dānare nō potuit inauditos,uel oīno nec damnauit nec absoluit incognitos, uel innocētes credidit quos didicit absolutos? Si discissos a uobis Maximinianenses per iusta iudicū persequēdo sedibus expulistis, quid uos p imperatores q eosdē iudices mittunt indigna pati quærimini,qui uos ab Ecclesia, de quo scriptū est, ꝙ adorabunt eum oēs reges terræ, oēs gentes seruient illi,& ꝙ dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsq; ad terminos orbis terræ, nefario schismate discidistis?

Ecce iam non dico, si persecutionem facere non licet, fecit Optatus, ne adhuc dicas non pertinere ad nostros, quicquid Optatus eis ignorantibus fecit,cum ipsi dicere

cere non permittant: terras ab Aphrica remotisſimas, q traditores in Aphrica fuerint quid mali Aphri Epi fecerint ignoramus: Sed planè dico, ſi pſecutionē facere non licet, veſtri Maximinianenſibus, ita ut nō poſſitis negare, fecerunt. Si perſecutionē patiū tur qui innocētes ſunt, paſsi ſunt Maximinianēſes: Nūquid & nūc dicturus es baſilicā uel ſpeluncā Maximiniani populus nullo nrorū authore deſtruxit? Quanquā ſi cuius cōmunionis turba illa fuerit inquiratur, non a veſtris credātur immiſsi, ipſi reperiētur forſitan ueſtri, aut certe ueſtris adiuuando permixti. Sed quid ad nos? Rndes .n. Nō

I fecimus, non immiſimus, quinā illi fuerūt ignoramus, perſecutionem tn̄ a quibuſcunque paſſum eum quē feceris iniuſtum, qm̄ clara res eſt, ea q̄ patimini vos iuſtos demōſtrare non poſſunt, ſed à quib. etiam Maximinianenſes perſecutionē paſsi ſunt, procōſularia geſta teſtantur. Inſtructi ſunt aduocati ad iſta iudicia, & tāquā in hęreticos excitata, illi ſibi tuitionem poſsidentib. poſtulabant. Allegabant veſtri Bagaienſe cōciliū & dānatos flagitabant, in Bagaiēſi ſacris ędibus pelli inſtabatur, dicta cā eſt. Cum eo p̄ſente Saluium Mēbreſitanū hęreticū oñdiſtis, uiciſtis, expuliſtis: perſecutionē igit̄ illos paſſos eſſe, vos feciſſe video: Iuſtos quæro, uos eſſe perhibetis, ego cōcludo: Nō ergo qui eam patitur conſequēter iuſtus, nec qui eam facit conſequenter iniuſtus eſt.

Cap. 60. Tu rurſus artes dialecticas accuſabis, me tn̄ uerum dicere ſaltē tacitus approbabis, & eliges tuam ſententiam potius corrigere, qua nullam iuſtam perſecutionem eſſe dixiſti, quam Maximinianenſium perſecutores dicere iniuſtos, quos ueſtros eſſe tādem geſtis proconſularib. agnouiſti. Non ſanè ſine

K fructu ſchiſmaticorum ueſtrorum perſecuti eſtis errorem. Nam Felicianum & Prætexatum eodem conflictu & moleſtijs correxiſtis, & Optatum quidem Gildonianū grauiora exitia comminantē, Muſticani & Aſſuritani, ſicut ab eis quoq; præſens audiui, timuiſſe dn̄r, & ſuos Epos coegiſſe, ut ad Primiani cōionem reuerterentur. Sed cum hoc Optatus nullis geſtis publicis exegerit, ut quid agā talib. aduerſus uos paratos negare q̄cq̄d negare potueritis? Acta extant proconſularia & municipalia, quibus recitatis oñdimus, quāta ui memorati a veſtris ut locis cederent gerebatur. Nō culpamus, nō inuidemus, non fruſtra laboraſtis, nō in caſſum terruiſtis, nō inaniter agitaſtis, diſplicuit eis afflictis aīoſitas ſua: Fracti ſūt, emēdati ſunt, correcti ac recepti ſunt, poſt ſuā damnationē, poſt aliorū dilationem, poſt veſtram pſecutionē. Recepti ſunt āt ſicut fuerāt honorati, nulla pœnitētia grauiore, ſed humiliatione, vel expiati, uel degradati, nec ipſi, nec illi, cū quib. recepti ſūt quos ſecū ſeparauerunt: cōtra vos baptizauerāt extra uos, quos rebaptizauerāt fortaſſe poſt uos.

Cap. 61. Nihil habetis iā, uñ caliginoſa mēdacia hominib. ignaris de reb. lōge pręteritis ingeratis. Quod veſtri apud Conſtātinū tunc

L Imperatorem accuſauerūt Cęcilianum, publica monimēta proclamant, dictā eſſe cauſam, & ad debitū finem eſſe perductā vſq; ad purgationem Felicis Aptuginēſis ordinatoris Cęciliani, quem in cōcilio Carthaginēſi malorum omniū fontem dixerunt, & apud eundem Conſtātinum, ſicut ſcriptis ſuis ipſe indicat, aſsiduis interpellationib. accuſarunt, proconſularia teſtātur archiua. Reſiſtitis, reclamatis, repugnatis apertiſsime ueritati. Dicitis etiam tranſmarinos indices a Cæciliano eſſe corruptos, ipſum Impatorē neſcio qua gr̄a deprauatū: Eo q̄ppe eſt impudētior victus accuſator, quo fit ēt iudicis calūniator. Veruntn̄ inter omnia illa vr̄a mendacia, quib. tranſmarinis iudicibus calūniamini, ſaltē hoc obtinemus, q̄ primi maiores noſtri ad Imperatorem cām iſtā detulerūt, primi apud Imperatorē Cęcilianū & eius ſocios pſecuti ſūt: Vn̄ nobis ſicut uobis vr̄: grauisſimā cōcitatis inuidiā, quia uicti patimini qd̄ uictores utiq; faceretis, uelut ſi Danielē criminari uellēt, qa illo innocēte liberato, ipſos ab eis leonib. eū calumniātes cōſumi uoluerūt. Obtinemus ēt quodlibet de iudicibus, p̄ſens iudicio trāſmarino abſolutus eſt Cæcilian⁹ quodlibet

Dani. 6.

M de ipſo apud quē maiores veſtri Cęcilianū accuſauerunt, cuius poſtremo iudiciū Epiſcopali prælatum iudicio delegerunt, Conſtantino Imperatore tāquam corrupto gratia, ſiue ſentiatis, ſiue fingatis, oēs tamē qui tūc erāt, uel in propinqs, uel in remotis ter

ris tã longe lateq; diffusi catholici Christia
ni, ad quos fama de Cęciliano & collegis
eius potuit peruenire, nõ debuisse accusa
toribus victis, sed ecclesiasticis iudicib. cre
dere, ubi.n. iudices oẽs eẽ possum⁹, melius
his q esse potuerũt iudicib. credimus, q̃ cre
dẽdo litigatorib. uictis, quorũ esse iudices
non potuimus, de ipsis iudicib. audeamus.

Cap. 62. Proinde qm̃ illi quibus accusantib. præ
sens absolutus est, nõ solũ nos, uerumetiã
oẽs Christianos in quibuslibet gentib. con
stitutos, qui uel illam dissensionem Aphro-
rum penitus nescierũt, uel in ea iudicib. si-
cut eis uisum est, suo periculo pronunciãti
bus, q̃ victis accusatorib. credere maluerũt,
Cęciliani criminib. uel fictis vel certe non
probatis, perfundere audacissima improbi
tate conati sunt, & oẽs negare esse Christia
nos. Missa est uobis tandem aliqñ Maximi
nianensiũ cã in qua ipsi damnarent, ipsi dã-
natos persequerẽtur, ipsi persecutos in eo-
A dẽ honore reciperent, ipsi baptism um dãna
torũ acceptarunt, & qui innocẽtes ausi sunt
accusare, innocẽtes cogerentur absoluere,
nõ quos innocẽtes esse crediderãt, sed quos
ut dicũt, dei p̃sidẽtis arbitrio ueridico plena
rij concilij sui ore dãnauerãt. Quis cuiquã
dixit aliqñ qm̃ iudici absoluẽti potius q̃ mi
hi accusanti credidisti, reus es eũ ipsis quos
accusaui? Et hoc tñ orbi christiano dr̃, qđ si
uni homini diceretur, non dico iniquissi-
mũ, sed insanissimũ uideret. O rẽ mirabili
ter indignã. Accusarũt Aphri Aphros crimi
ne traditiõis, accusatos Trãsmarini iudices
absoluerũt, & traditores facti sũt populi gẽ
tium, quia iudicibus absoluentibus potius
q̃ accusatoribus criminãtib. crediderunt.

Cap. 63. Merito tibi est pars Donati, Maximinia-
nensiũ causa propinata: Bibe calicẽ de ma-
nu dñi corripientis & admonentis. Si intel
ligis & acquiescis, misericordia est ista emẽ
dantis, ne incidas in iudicium punientis. Ti
bi dicitur, Superba & dura ceruice, reconci
liare Christianis vsquequaq; populis a te ini
B que accusatis, saltem iam tuis recõciliare dã
natis. Quid rescindis baptisma Xp̃i in illis
uel ex illis ecclesiis quas fundauerũt? Iã ba
ptisma recepisti, qđ tui dãnati antequã tibi
recõciliarentur dederũt. Quid de p̃secutio
ne quam pateris gloriaris? Si iustitiæ signũ
est, iustior est pars Maximiniani: Nã & à te
passa est & patitur, & cũ eo audite Psalmũ *Psal.*
diuinũ, Nolite esse sicut equus & mulus nõ
habentes intellectũ. Persecutores.n. uestros
nos dicitis, cũ vos saluos fieri cupiẽtes, ve-
straq; sanari volentes uulnera, medicinali-
ter p̃sequamur: uñ a clericis & circũcellio-
nibus tãquã dentib. & calcib. uestris graui
ter dũ uos curamus, affligimur. Nolite esse
ingrati tali medicinæ quam estis imitati. Et
uos Felicianũ & Prætexatũ persecutionib.
correxistis, atq; utinã totũ corrigeretis, & si
cut illi ad uos, ita illi & uos ad matrẽ catho
licã rediretis. Cõtra quã frater Cresconi tan
ta es elatus audacia, ut a me cõmemorata ẽt
illa diuina testimonia refellere conareris, &
obstrepere dei vocibus. Hoc.n. posui in illa
epistola cõtra quã loqueris, quod in sancto
libro est de semine Abrahę, ad illum patrẽ
nostrũ, in deo dicente, In semine tuo bene C
dicentur omnes gentes. Quod testamentũ
appellat Apostolus dicens, Fratres, ẽm ho- *Gen.*
minem dico, tñ hominis confirmatum testa *Gala.*
mentũ nemo irritũ facit aut superordinat.
Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini
eius. Nõ dicit, & seminib. tãquã in multis,
sed tãquã iu uno, & semini tuo qđ est Xp̃s.
Huius seminis fœcũditas tã copiosa p̃mis
sa est, ut diceretur ei, Sic erit semẽ tuũ sicut
stellæ cœli, & sicut arena maris quæ nõ po
test dinumerari. Huic tu multiplicationi at-
que libertati ecclesię, q̃ toto orbe dilatatur,
q̃ propheta sic creditur, sic omniũ etiã infi-
deliũ oculis exhibetur, ut claudat ẽt ora Pa
ganorũ, qui aduersus eam paucissimi remã
serunt, partẽ Donati audes pręponere, dicẽ
tes, q̃ & pręter Aphricã nescio quos habea
tis, quibus tñ non apparentibus, ex Aphrica
uos soli remittere episcopos nõ negatis, v-
num aut duos, aut ut multum tres, & argu-
mentaris inaniter cõtra euidẽtissimã verita
tẽ: quod ideo nobis nõ totus orbis cõmuni
cet, quia uel adhuc multi sunt gẽtium Bar-
bararũ qui in Christũ nondum crediderũt,
uel sub nomine Christi hæreses multæ, à
communione nostræ societatis alienę.

Cap. Nec attendis, nec saltem ab scientib. quę
ris, quàm multi ipsarum Barbararum gen-
tium quas cõmemorasti, Christi iam nomi
ni mancipati sint, & quemadmodum in cæ
teras

teras euangeliũ crescendo fructificare non cesset, donec in oĩbus cũ fuerit prædicatum veniat finis. Sic.n.dñs ait. Et prædicabit̃ hoc euangeliũ in uniuerso orbe, in testimonium oĩbus gentibus, & tunc ueniet finis. Nisi forte ẽt intantũ uos præcipitat insana superbia, ut hoc qđ prædictũ est de parte Donati putetis incipiendum non ex illis ecclesijs quas Apostoli plantauerunt, quibus non cõicat pars Donati. An & ipsas ut mundũ impleat rebaptizare conabitur, cũ catholica per cuncta crescẽte, illa & in ipsa Aphrica quotidie minuatur? O vesana peruersitas hoĩum, laudari te credis de Christo credendo qđ non uides, & dãnari te non credis de ecclesia negando qđ vides, cum illud caput in cęlo sit, hoc corpus in terra? Agnoscis Christũ in eo qđ scriptũ est, Exaltare super cęlos deus, & non agnoscis ecclesiã in eo quod sequit̃, Et super oẽm terrã gloria tua. Agnoscis Christũ in eo quod scriptũ est, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt oĩa ossa mea: Ipsi vero cõsiderauerunt & cõspexerunt me, diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestẽ meã miserunt sortẽ: & nõ agnoscis ecclesiã in eo quod paulopost sequitur, Cõmemorabuntur & conuertent̃ ad dñm, vniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentiũ. Agnoscis Chr̃m in eo quod scriptũ est. Deus iudiciũ tuũ regi da, & iustitiam tuã filio regis: & nõ agnoscis ecclesiã in eo qđ Psalmus ipse testatur, Dñabitur a mari vsq; ad mare, & a flumine vsq; ad terminos orbis terrę, Corã illo decident Aethiopes, & inimici eius terram lingẽt, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabũ & Saba dona adducẽt. Et adorabunt eũ oẽs reges terræ, oẽs gentes seruient ei. Agnoscis Chr̃m, vbi dr̃ ad Iudæos, Non est mihi uoluntas in uobis dicit dñs oĩpotens, nec accipiã sacrificia de manibus vr̃is: quia vtiq; Christi aduentus abstulit illa oĩa sacrificia Iudæorũ, & nõ agnoscis ecclesiã in eo qđ sequitur, Qm̃ ab ortu solis vsq; ad occasum, glorificatũ est nomen meũ in gentibus, dicit dñs oĩpotens? Agnoscis Christum in eo qđ dicit Propheta, Sicut ouis ad imolandũ ductus est, & cætera quæ ibi de illo tanquã in euangelio legunt̃, & nõ agnoscis ecclesiã in eo quod paulopost dicit, Lætare sterilis quæ nõ paris, erumpe & clama: quæ non parturis, qm̃ multi filij desertæ magis q̃ eius quæ habet virũ? Dixit enim, dñs, Dilata locũ tabernaculi tui & aulas tuas cõfige, non est qđ parcas, porrige longius funiculos, palos validos confirma, ẽt atq; etiã in in dexterã atq; sinistrã extendens: Semen.n. tuum hæreditabit gentes, & ciuitates q̃ desertæ erant inhabitabis. Non est qđ metuas, præualebis.n. nec erubescas quod detestabilis fueris. Confusionem.n. in perpetuum obliuisceris, ignominiæ & uiduitatis tuæ non eris memor, quoniã ego sum dominus qui facio te, dominus nomen ei, & qui erui te, ipse deus Israel uniuersæ terræ uocabitur.

[Margin: Mat. 24. — Psal. 107. — E — Psal. 21. — Psal. 71. — Malac. 1 — F — Esa. 53. — Esa. 54.]

In his certe literis sanctis ecclesiã didicit Cyprianus ut diceret sic, ecclesia domini luce perfusa, per orbem totũ radios porrexit, ramos suos per uniuersam terrã copia ubertatis extendit. Huic Cresconi tantæ manifestationi diuinorum eloquiorũ calumniaris, intuendo residua gentium quę nondũ occupauit ecclesia: quanta occupauerit, vnde ad residua tenenda quotidie diffunditur, nõ attendis. Quoniam.n. prophetiarum istarum futuram perfectionem non negas, qui tantum profectum cui debetur ipsa perfectio, negare non dubitas: non dico aduersus voces diuinas, sed iam & aduersus tuas? Nam & de te ui magna ipsius ueritatis expressum est ut diceres nesciẽs, uel non attendens q̃d dixeris, ꝙ in christianũ nomen totus quotidie uertitur mundus. Cur ergo huic ecclesiæ quo toto mundo crescendo dilatatur, nõ cõicat pars Donati? Videlicet ne a peccatoribus polluatur. Et ubi est ꝙ non istam uestram quæ in Aphrica remanens orbi terrarum calumniatur, aut ex Aphrica in paucis latentibus peregrinatur, sed illã quæ ramos suos per uniuersam terram copia ubertatis extẽdit, noluit deseri Cyprianus, etiam si in eius communione non tantum sint, uerum appareant peccatores, dicens, Nam & si uidentur in ecclesia esse zizania, nõ tamen impediri debet uel fides uel charitas nostra, ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus.

[Margin: Cap. 65. — G]

Hic & tu rñde si tibi placet ueri aliq̃d rñdere, & q̃uo implebitur qđ scriptũ est, Filius malus ipse se iustũ dicit, exitũ aũt suum nõ

[Margin: Cap. 66. — H]

 abluit.

abluit. Da ergo filiũ malũ, Maximinianẽſes dãnet & perſequatur, dãnatis & ꝑſecutis reconcilieť, vel ſi cõicetur vel ſi confundatur vel ſi corrigať. Qũo, inquis, totus orbis cõione veſtra plenus eſt, vbi tam multæ ſunt hæreſes quarũ uobis nulla cõicat? Immo non tm̃ hæreticis, verumetiã cæteris hoĩbus malis plenus eſt orbis, qa & ſanctis ac fidelibus dei ſeruis plenus eſt orbis, quia & mare plenũ eſt amaris fluctibus, plenũ eſt & dulcib. piſcibus. In paucis, inquis, frequenter eſt veritas: errare multorũ eſt. Et ne verbis tuis tantæ illius ſterilis fęcũditati cõtradicere videreris cui dictũ eſt. Multi filij deſertę magis q̃ eius quę habet virũ: adhibuiſti ex euangelio teſtimoniũ, Qm̃ pauci ſunt qui ſaluantur. Solue ergo qõnẽ qũo ipſe dñs dicat, Quam arcta & anguſta eſt via quæ ducit ad vitã, & pauci ſunt qui inueniunt eã. Et idẽ ipſe alibi dicat, Multi ab oriẽte & occidẽte venient & recumbẽt cũ Abraham & Iſaac & Iacob in regno cęlorũ, Qũo ẽt in Apocalypſi demonſtretur eorũ multitudo quã numerare nemo poterat ex omni gente & lingua, habentiũ ſtolas albas palmaſq; ferentiũ, qui preſſuras ꝑꝑ fidem Chriſti ſuſtinuerant, qũo ijdẽ ſint pauci qui multi? Neq;.n. alterum horum eſt verũ, alterum falſum, cũ ſit vtrunq; diuina veritate prolatũ, niſi quia idem ipſi boni veriq; chriſtiani qui per ſeipſos multi ſunt, in comparatione malorũ falſorumq; itidẽ pauci ſunt. Sic multa grana quibus horrea magna cõplentur, pauca dicimus in cõparatione palearũ. Sic ẽt vt de ipſo dei teſtõ dicam qđ factũ eſt ad Abraham de ſemine eius, qđ eſt Chriſtus, multæ ſunt ſtellæ quas numerare nõ poſſumus, quibus tã grande cœlum vndiq; circũfulget, paucas dicimus in cõparatione arenæ maris. Forte ſtellæ ſignauerunt ſpirituales chriſtianos, maris autem arena carnales, per quos & ex quibus etiam hæreſes & ſchiſmata fiunt, vtroq; tamen genere plenus eſt mũdus, quia idem dominus dicit, Ager hic mundus: & tu ipſe tibi veritate extorquente dixiſti, In nomen chriſtianũ totus quotidie vertitur mundus: Per totum igitur agrum hoc eſt per totum mundũ frumenta, per totum zizania, quia de vtroque dixit, qui falli non poteſt, Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem.

Infra. l. cap. 55. Eſai. 54. Gala. 4. Mat. 22. Mat. 7. Mat. 8. I Apoc. 7. Mat. 13. K Mat. 13

Cohibeant itaq; ſe frumentorũ per totũ mundũ tanta vbertate creſcentiũ impij deſertores, & nõ audeant de quorundam zizaniorũ ſeparatorũ paucitate gloriari. Quòd ſi gloriantur, ẽt in hoc ipſo procedunt aduerſus eos ijdẽ illi Maximinianenſes, in iudicio diuino ad eos in oĩbus confundendos, & ſi ſapiãt, corrigẽdos appoſiti, quos multo pauciores præſidẽtia multitudinis ſuæ perſecuti ſunt, & perſequẽdo ad ſuam cõionem aliquos eorũ denuo conuerterũt, ac ſi cæteros iuſtiſsimos quos pauciſsimos reliquerunt. Nõ, inquis, cõicat oriens Aphricæ, nec Ahrica orienti: nõ ſanè, ſed in paleis hæreticis ab area dñica ſeparatis, in frumentis aũt catholicis & interioribus paleis omnino cõicat oriens Aphricæ, & Aphrica orienti. Alij vero alibi hæretici, diffuſa vbiq; catholica vnitate confligunt. Vbiq; eſt.n. illa de qua exierunt, qui eſſe vbiq; minime potuerũt, dicentes ſm̃ id quod de illis prædictum eſt, Ecce hic eſt Chriſtus, Ecce illic, alij hoc loco, alij alias uariarũ præſumptionũ, uel potius amputationũ proprias particulas oſtendentes, atq; impia ſuperbia radicẽ unde fracti ſunt abnegantes. Huic ergo eccleſiæ q̃ copioſis ſucceſsibus, cũ dilatatur toto orbe terrarum ex omni gente tribu & lingua, parit multitudinem candidatorũ & palmatorum, ſicut in Apocalypſi ſcriptũ eſt, quam nemo numerare põt: Huic, inquam, eccleſiæ cui partẽ Donati non cõicare manifeſtũ eſt, maiores veſtri probare debuerunt, quæcunq; vera documenta de traditoribus habuerũt. Quod ſi feciſſent ipſi in illa eſſent, extra illã uero illi quos accuſaſſent. Nũc aũt cum accuſatos in illa permãſiſſe videamus, quid boni de accuſatoribus ſentire debemus quos extra illã videmus? Ac per hoc in illa quadripertita diſtributione, ubi dixi cũ de traditoribus proferunť ex vtraq; parte documẽta, aut vtraq; vera eſſe, aut vtraq; falſa, aut nr̃a uera & veſtra falſa, aut nr̃a falſa & veſtra vera, cum videres in ſuperiorib. tribus vos facillime ſuperari, fruſtra tibi hoc extremum quaſi quà euaderes elegiſti. Quamuis.n. quã impudenter dicatur aduertas, tñ ea ipſa uera vr̃a ſi qua eſſent humana documenta, illi eccleſiæ probari debuerũt, quã ꝓbãt documẽta diuina.

Dic ergo obſecro te, ſed noli offundere

Cap. 6. Mat. L Apoc. Cont. Petil. num. 1. ca. & lib. contr. Petil. nũ. c. & cõ. Creſc. nium. 4. c. M

nebulas imperitis, vt quoniam traditores accuſatos non vales conuincere, identidem velis artes dialecticas accuſare.

Cap. 68.

Dic ergo rogo, cauſa iſta veſtra cũ veris documẽtis veſtris perducta eſt ad iudicium trãſmarinarũ eccleſiarum labore apoſtolico fundatarũ, an non eſt perducta? Si perducta eſt, viciſtis in eo iudicio, an victi eſtis? Si viciſſe vos dicitis, cur eis Eccleſijs in quarũ iudicio viciſtis non cõicatis? Si aũt, quod ſatis ipſa indicat ab eis alienata ueſtra cõio, uicti eſtis, quod nobiſcũ uel mala uel bona cauſa perdita litigatis, id habentes maximũ crimẽ, qđ crimine traditorum, qđ in iudicio trãſmarinarũ eccleſiarũ ẽt vera documẽta proferentes conuincere minime potuiſtis, orbẽ Chriſtianũ perfunditis, quia in ea cã in qua intereſſe nõ potuit, elegit iudicibus credere, nõ accuſatorib. victis? Nõ itaq; ideo rei eſtis, qa bonã cauſam, vt ſ̃m vos loquar, in tranſmarino iudicio perdidiſtis, ſed quia crimen reorũ, atq; vt nimiũ uobis credatur, & iudiciũ, tot innocentibus populis Chriſtianis p tot gentes longe lateq; diffuſis, obijcere minime dubitatis. Quorum cõioni tanquã frumentis dñicis cohærendo, & illos viros, ſicut dicitis, traditores & illos malos ſicut arbitramini iudices, ſ̃m Euangelicas literas, ẽt monente Cypriano ad tp̃s ventilationis, tanquam paleã tolerare debuiſtis, ne areã deſerendo periretis. Si aũt cauſa illa veſtra cum veris, qđ tibi elegiſti, documentis ſuis ad iudiciũ tranſmarinarũ Eccleſiarũ non eſt perducta, quõ ab eis potuerunt tot Epiſcopi in ſuis plebibus cõſtituti cã incognita & ad ſe omnino non delata iure damnari? Aut quomodo debuerũt Aphri Chriſtiani, non dico illi qui eos putauerãt innocentes, verum ẽt illi qui eos nouerant traditores, propter zizaniam quam in Eccleſia eſſe cernebant, a frumentorũ tam longe lateq; creſcentium & hoc ignorantium, tam manifeſta innocẽtia ſeparari, ut propter crimẽ alienum quo pro vnitate tolerato non macularentur, uiolato ipſius unitatis crimine damnarentur?

Cap. 69. B

Quid tibi ergo ad cauſam prodeſt, hoc ex illis quatuor propoſitis elegiſſe, ut vr̃a documẽta ſint vera, contra ueſtros aũt, quæ proferimus, falſa eſſe deputentur. Ecce & hinc vinceris, qm̃ veris quæ putas documentis tuis, non potuerunt vbi debuerũt conuinci traditores, ſiue a ueſtris eadẽ documenta occulta ſint, ſiue ipſi traditores qualibet aſtutia ſe iudicibus occultarint, ſiue ab ipſis prauis iudicibus occultati ſint, ſemen Abrahæ reſpice quod in teſtõ dei per oẽs gentes creſcit ſicut ſtellæ cęli, & ſicut arena maris, & vtrũ p p occulta quibuſlibet cauſis neſcio, quæ Aphricana zizania tam copioſa meſsis per agrũ mũdum perire potuerit, aude credere, aut ſi ut ullus in te dei timor eſt, cogitare.

Gen. 22.

Exaggeras perſecutiones quas uos pati dicitis, quibus in tam ſacrilega & manifeſta obſtinatione aduerſus pacẽ ſanctæ Eccleſiæ rebellantibus mirabili mãſuetudine parcitur: & dicis in primis partibus Epiſtolæ tuæ, & imperatore Conſtantino Cæciliani crimen cum fieret manifeſtum ipſe quoque eum vt Brixiæ in exilio degeret, ſua ſn̄ia condemnauit. In quo te quis dubitet uel falli uel fallere, quando & Felicem Aptugnenſem commemoraſti in iudicio proconſulis à Vincentio neſcio quo, de traditione conuictum.

C

Acta. Cap. 70.

Ecce ego inſero ſn̄iam Aeliani procõſulis qua purgatus atq; abſolutus eſt Felix. Si tota geſta uis legere, ex archiuo procõſulis accipe: Aelianus proconſul dixit, Ex profeſſione Cæciliani qui acta falſa eſſe dicit, atq; epiſtolæ plurimæ additæ, manifeſtũ eſt qua volũtate hæc geſſerit Ingentius, & ideo recipietur in carcerẽ. Eſt. n. arctiori interrogationi neceſſarius. Felicem aũt religioſum ep̃m liberũ eſſe ab exuſtione inſtr̃orum deificorũ manifeſtum eſt, cũ nemo in eum aliquid probare potuerit, ꝙ religioſas ſcripturas tradiderit uel excuſſerit. Oĩum. n. interrogatio ſupraſcripta manifeſta eſt, nullas ſcripturas deificas uel inuẽtas uel corruptas uel incenſas fuiſſe: hoc actis continetur ꝙ Felix Ep̃s religioſus illis t p̱ibus nec præſens fuerit, neque conſcientiam cõmodauerit. Inſero etiã reſcriptũ imperatoris Conſtantini ad Probeianũ idipſum atteſtant̃, & q̃ moleſti apud eum maiores ueſtri accuſatores innocentiũ fuerint oſtendentes. Imperatores cæſares, Flauius Cõſtantinus, & Maximianus & Valerius, Lucianus Licunius ad Probeianum Proconſulẽ Aphricæ. Aelianus prædeceſſor tuus merito cũ de perfectiſsimis uiris uicarius perfectorũ tunc per Aphricam noſtrã

D

incommoda

icommoda valetudine teneretur, eisdē partibus functus inter cætera ēt ad negocium vel inuidiam quæ de Cæciliano Epo & Ecclesia catholica vr̄ esse commota ad examē suum atq; iussionem credidit esse reuocandā. Etenim cum iam Superiū centurionem & Cæcilianū magistratum Abtugnitanorū, & Saturninum excuratorē, & Calibium iuniorē eiusdem ciuitatis curatorem, atq; Solum seruum publicū suprascriptæ ciuitatis præsentes esse fecisset, audientiam præbuit competentē, adeo ut cum Cæciliano fuisset obiectū quod clare liquet, & idem Eps videretur esse delatus, cū diuinarum scripturarum perditio atq; exustio uideretur obiecta, innocentē de eo Felicem fuisse constiterit. Deniq; cū Maximus Ingentium decurionē Ziquentiū ciuitatis Epistolam Cæciliani ex diuini iuris falsasse contenderet, eundem ipsum Ingentiū suspensum, actis q̄ suberāt prouidimus, & ideo minime tortū, ꝙ se decurionem Ziquentiū ciuitatis esse asseuerauerit: vnde uoluimus eundem ipsum Ingentiū sub idonea persecutione ad comitatum meū Constantini Augusti mittas, ut illis qui impræsentiarum agunt, atq; diurnis diebus interpellare non desinunt, audiētibus & coram assistentibus apparere & intimari possit, frustra eos Cæciliano Episcopo inuidiā comparare atq; aduersus eum uiolenter insurgere uoluisse. Ita.n. fiet, ut omissis, sicuti oportet eiusmodi contentionibus populus sine dissensione aliqua, religioni propriæ cū debita ueneratione deseruiat.

Sentētia Cōstātini Augusti pro Cæciliano. Cap. 71.

Insero adhuc & verba Cōstantini ex literis eius ad aliū uicarium, vbi se inter partes cognouisse, & innocentē Cæcilianum comperisse testaẗ. Cum.n. narrasset in his quæ supra locutus est, quemadmodū ad iudicium eius post Epalia iudicia partes perductæ fuerint, in quo peruidi, inquit, Cæcilianū virū omni innocentia præditū, ac debita religionis suæ officia seruantē, eiq; ita ut oportuit seruientē, nec vllū in eo crimen reperire potuisse, eidē apparuit, sicut absenti fuerat aduersariorū suorum simulatione cōpositum. Tu quare non inseruisti sn̄iam Constantini F qua cū dicis esse damnatū, & Brixæ in exilio constitutū, uir disertissime: quanto congruentius hanc inseruisses, q̄ nescio qđ de Sardicēsi cōcilio, qđ nec ad uos nec ad cām q̄ inter nos est, & uos, oīno pertinere monstratur? Cur.n. fuerit Brixæ Cæcilianus, qđ vos calūniosissime appellatis exiliū, cū suā præsentiā maluit Ecclesiæ deesse q̄ pacem, qd a me opus est dici, cū interim dānantis imperatoris sn̄iam nullā recitas, & damnatū ab imperatore Cæcilianū tam temere, nō dico audiendū uel dicendum, sed ēt scribendū putas? Verūtamen sm̄ verba tua, ecce in exilio video Cæcilianū Imperatore dānante, saltem rn̄de quo accusante: & modo me interroga qđ in epistola tua post multa similiter inaniter posuisti. quis prolato testō minus consentit, qui persecutionē patitur, an qui facit? Hęc certe verba tua sunt. Aspice ergo Cæcilianū persecutionē passum, & sicut ipse dixisti in exilio constitutū. Aspice ēt vestros, sicut suis uerbis imperator ipse testaẗ, aduersus Cæcilianū diurnis diebus interpellare non desistentes, & eisdē ipsis uerbis tuis interroganti mihi responde. Quis minus testamento prolato consentit, qui persecutionem patitur, an qui facit? G Diligenter autem perlectis omnibus, inuenies Cæcilianum a uestris ēt apud imperatorem persecutionem passum: sed nō inuenies ab imperatore damnatum, immo etiam inuenies absolutum.

Cap

Porrò si quod tibi pro magno elegisti, vt de criminibus traditorū quæ uos profertis, documenta uera sint, quæ autē nos proferimus falsa sint: etiam in eos uos ueritas dei superat, quæ sicut prædixit, ita reddit Ecclesiā in uniuerso mundo fructificantem atq; crescentem, quia nihil ei præiudicāt alienorum crimina, licet uera documenta, quæ propinquioribus Episcopis transmarinis, per quos in longinquiores partes, siue transit talium rerum fama siue non transit: aut nō sunt demonstrata sicut debuerunt, aut non sunt credita quibus demonstrari potuerunt, aut credita & occulta nequaquam ad alios peruenerūt, nec quisquam uel unus homo, quanto minus tātus Christianorum numerus in tot gentibus constitutus reus potest esse participati sceleris alieni: siue uel nulla eius vera documenta cognouerit, uel eum simulata innocētia falsis documentis qs refellerit. H Si ergo ut dicere cęperā in hoc quod tibi ꝓ magno elegisti, vt, quæ vos de traditoribus testimo-

testimonia profertis vera sint, q̃ aũt proferuntur cõtra vos falsa sint, nihil valetis aduersus Ecclesiã catholicã toto terrarũ orbe diffusam,& aduersus prouidẽtiã dei,qua in Christianũ nomen,ut tuis uerbis utar,totus quotidie uertit̃ mũdus,quãto magis deficiẽtes in accusationib. ũris, cũ hãc ipsã traditionẽ cuius nomẽ velut horrẽtes q hic schismata fecerũt a Xp̃i corpore separatos,seipsos diabolo tradiderũt:multo probabilius sicut in illis literis dixi,& nunc dico,nos vobis obijcimus, quibus nomina & crimina traditorum dicere tantummodo audimus, nos autem & gesta ecclesiastica quibus de seipsi confessi sunt, & gesta municipalia quibus hoc fecisse leguntur ostendimus?

[Com]para[t]i[uu]m. [Cap.] 73.

Tu uero callidus examinator appensorque uerborũ, doces nos q̃d valeat cõparãs gradus,tãquã victor exultas, q̃ nõ possũ dicere, traditionẽ probabilius nos uobis obijcimus,nisi vos nobis eã probabiliter obijcere cõfiterer. Si.n.uos,inq̃s,probabilius, nos ergo probabiliter. Et hoc doces,q̃a sic est ꝓbabilius,ut si dicas vere & verius: & q̃a gradus iste q̃d ante positũ est auget,nõ q̃d ante dictũ est improbat. Adiũgis alia uerba q̃bus hoc euidẽtius intelligamus:ac dicis,Sic est bene & melius, male & peius,horribiliter & horribilius,sic esse oñdens probabiliter & probabilius. Vñ colligi putas,quia si ego probabilius quod falsum est obijcio,superest vt uos probabiliter quod verum est obiecisse cõfirmes. Hic ego nunquid dico quod in q̃one uel disputatione ecclesiastica nos artificiali grãmatica docere conaris,q̃d valeat cõparatiuus gradus,q̃a id q̃d ante positũ est auget,nõ q̃d ante dictũ est imꝓbat? Video.n. q̃ hoc inepte tibi obiiciã q̃d tu uidere noluisti, q̃n mihi anticategoriã uelut ex arte rhetorica obiiciendã putasti:q̃d genus q̃onis ubi dr̃,non ego feci sed tu fecisti, etiã in authoritate prophetica demõstraui.

[Con]tra[r]i[u]m nõ [mi]rau[d]et. [Heb]. [c]ap. 4. [&] 6.

Considera tñ diligentius, ne forte inuenias in latinæ locutionis authoribus quib. grãmaticorũ artificialia seruiũt, non semꝑ istũ gradũ q̃d ante positũ est augere, sed aliq̃n contrario superferri. Cuius locutionis exemplũ interim mihi ex Apostoli epistola occurrit quam scripsit ad Hebr. Cum .n. loqueretur de benedictione terrę; q̃ accepta pluuia fructum reddit,deinde subiecit, Proferens aũt spinas & tribulos, reproba & maledictioni proxima est, cuius finis in exustionẽ. Quod ne illis quib. loquebat̃ optasse uideretur, Confidimus aũt,inquit,de uobis fratres charissimi,meliora & hęrẽtia saluti. Attẽdis certe q̃uo hic dixerit,meliora: nõ q̃a bona erãt ut illis deuitatis meliora eligerẽt & optarẽt,hoc est,bona tãtis malis cõtraria. Sed forte Apostolum sic audiẽdũ esse arbitraris, quẽadmodũ de se ipse dicit, tanquã hoĩem:& si imperitũ sermone,sed non sciẽtia,& ideo nõ verborũ in eo,sed rerum atq; sententiarũ authoritatẽ putas esse sectãdã, bona poni debuisse cõtẽdes, ubi posuit ipse melior. Quod si,& ego in his literis assuefactus, & illas quas puer didici oblitus, sic dixi,obiicitis traditionem hanc,ipsi multo probabilius nos uobis obiicimus, tanq̃ dicerẽ ꝓbabiliter cõparatiuũ pro positiuo ponẽs, nõ quia uos probabiliter, sed magis quia improbabiliter,sicut ille meliora, non quia illa erant bona, sed magis q̃a mala, tu quare tã temere cõcludis,ex hoc cõfirmasse me,uos ꝓbabiliter,q̃a dixi nos ꝓbabilius?

2.Co.11.

Cap. 75.

Quanq̃ nec ẜm grãmaticos in verbo me errasse reprehenderes, si saltẽ verborũ suorum authores uel attendere,uel memoriter recolere uoluisses. Pueriles.n.habent literę, sed non à puero imperito dictum,

Dij meliora pijs erroreq; hostibus illũ.
Discissos nudis laniant dentibus artus.

Virg. 3. Georg.

Q̃uo ergo meliora pijs, quasi bona essent istis,ac non potius magna mala, qui discissos nudis laniabant dentibus artus? Iam uides certe quia sicut iste pijs potuit optare meliora,quanuis illa in quorũ cõparatione optabat non essent bona, sic & ego potui dicere,traditionẽ probabilius uobis obijcimus,quãuis eam uos nobis nõ probabiliter obijceretis. Omittam quia & probabile q̃n dicitur, non consequenter est uerũ,cum ea dicuntur quæ fieri possunt ac solent,& ideo probantur:hoc est,approbantur & creduntur,ẽt si facta non sint: quod autem uerum est, cum ostẽditur necessario probabile est, & illo utiq; probabilius. Recole libros vbi verba didicisti, quam te non fallã,profecto reperies: vnde si vestros probabiliter nostris traditionem obiecisse contenderẽ,non

Cap. 76.

ideo

ideo verum obiecisse concederem, & recte nos diceremprobabilius hanc obiicere, qñ quidem a uobis nominari tantum traditores solemus audire, nullus aūt gestis uel Ecclesiasticis uel publicis recitari demõstrarique confessos, a nobis antem proferri & gesta publica vbi vestri tradiderunt, & ecclesiastica, vbi cõfessi deo iudici derelicti sunt.

Retorquet in aduersarium. Cap. 77.

Sed non omitto tam manifestum adiutorium tuum, quo nobis etiam nesciens plurimũ faues, ducendo regulas cõparatiui gradus, quia id quod ante positũ est auget, non quod ante dictum est improbat. Secundum .n. hanc regulam tuam, ſm quædam uerba tua in epistola tua, sine ulla difficultate obtinuimus causam nostram. Tu.n. dixisti in primis partibus literarum tuarũ, uelut nostrã pertinaciã criminando, tot documenta legalia, ꝙ melius & uerius nobis est persuadere non posse. Vbi ego concludo ſm artificialia tua, iam nos uerum & bonum tenere, si qđ uerius & melius est, nobis persuaderi non potest. Cum ergo nos non rescindamus, ut secũdum te loquar, uerius & melius baptisma vestrum, quare vos rescinditis verũ & bonum nostrum? Item cum dixisses, hoc & nos volumus ut Christus sit origo & radix caputq; Christiani: continuo subiecisti, Sed quærimus per quem hoc melius fiat.

Qđ dicẽdo utiq; cõcessisti & per malũ ministrum bene fieri, sed melius per bonũ. Cum itaq; nos nõ rescindimus baptismũ, quem per nostrum tanq̃ per bonũ ministrũ dari dicitis, quare uos rescinditis baptismũ, quem per nostrũ tanq̃ per malum ministrũ datum esse contenditis? Tu.n. dixisti, quærimus per quem melius fiat. Et tua regula est, quia gradus iste quod ante positũ est auget. Vñ si per vestrũ, sicut putas melius fit, ergo & per nostrum bene fit. Ac per hoc quando per nos baptizatum rebaptizatis, id quod ex ista tua regula bene factum esse conceditis, sacrilega præsumptione rescinditis.

Ad calũnias ineptas. Cap. 78.

Vereor ne nimis vrgeã verecũdiã tuã, si ondã q̃ leuiter & scurriliter quedã ẽt verba mea q̃ trãslate posui, frõtẽ pro pudore, os ꝓ sermone, tridens telũ pro tripartita oratione, tricipitem bestiam pro errore, tribus calũnijs aduersus tot populorũ innocentiam sæuiente, quasi urbanus & dicax exagitanda putaueris. Serua potius puerilia pueris. Neq; .n. me mouet quod Neptuniũ telum propter tridentem dicis epm non decere, cum sit & piscatorum, ac per hoc apostolicũ, quos suos apostolos dñs piscatores hominũ fecit. Nã & deum nostrũ scriptura dicit & alas habere & sagittas, nec tñ Cupidinem colimus. Quinetiã me promissam in exordio lenitatẽ nõ seruasse reprehẽdis, eo ꝙ Manichæorũ factã mẽtione ꝓmotus dixerim, sicut nõ põt qđ dñs ait, Satanas Satanã excludere, ita non ꝑt error Manichæorũ Donatistarũ errorẽ vertere: quasi Petilianũ satanę cõparauerim: ac nõ errorẽ, cuius eũ cupio laqueis expediri. Bñ, ꝙ Apostolus nos aduersus tales calũnias cõmuniuit eo ipso loco vbi nos mites patiẽtes & modestos esse admonet, qñ aliquẽ dissentiẽtẽ corripimus. Cũ.n. dixisset: Seruũ aũt dñi litigare nõ oportet, sed esse mitẽ ad oẽs, docibilẽ, patiẽtẽ, in modestia corripientẽ diuersa sentiẽtes: cõtinuo subiũxit, Ne forte det illis deus pœnitẽtiã ad agnoscẽdã veritatẽ, & resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso ſm ipsius uoluntatẽ. Ecce apostolica mãsuetudo, cũ quib. placide, patienter modesteq; agi ꝑcepit, eos ipsos dicit a diabolo captiuatos, nec tamen quam commendabat amisit, quia eã quam docebat, tacere noluit ueritatem.

Sed ipse uideris cuius partes agas, q̃ mea verba velut conuitiosa & sæua criminãdo, eos quos ad disputandũ conuenire nõ uis, ad litigandũ niteris excitare. Nolo .n. dicere, quia & te litigare delectat. Parcius quippe ac verecundius, sed quasi ex obliquo mihi obiicis quæ ad me omnino nõ pertinet. Quid .n. iudicẽ de Manichęorũ pestilẽtissima & christianis omnib. anathemãda vnitate, nisi tũ dicere solerem, ac non etiã conscriptis libris multis multiplicibusq; testarer, ne sic quidem esset aduersus me ullus calũniæ vestræ locus. Neq; .n. me catholica falso a uobis argui miraretur, a quib. totus christianus orbis cũ tot ecclesijs ẽt illis primis apostolico labore propagatis, falsis criminib. accusat. Cũ uero cõtra Manichęos qui me adolescentulum aliqñ deceperant, mea tanta scripta qui voluerit legere possit, non usqueadeo desipit ut de me credat potius v̄ris verbis, quã oculis & sensib. meis.

Sed

p. 80. D Sed epiſtolã,inquis,principis vr̃i quã neſcio q̃d de te ſcipſit cũ te ordinari nollent,te nẽt nõ pauci nr̃orũ.Illã uero minime curarẽ,nec ſi eius a quo ſcripta dr̃, nõ perſpicua pro nobis ſnĩa legeret,illã calumniã falſitatemq; condẽnans: quãto minus eã curat catholica eccleſia, cuius cauſam cõtra uos agimus, cui tot diuinis teſtimonijs præſidenti, nulla humana de quoquã hoĩe teſtimonia ſeu vera ſeu falſa,qua gaudet auferunt veritatẽ. Deſine talibus,unus homo ſum,eccleſiæ inter nos agit̃ cauſa,nõ mea,eccleſiæ,inquam,quæ in nullo hoĩe ſpem ponere a ſuo didicit redẽptore. Quamquã nec de meipſo uobis, ẽt ſi meam conuerſationẽ noſſetis,recte crederetur inimicis meis.Ad exiſtimationem hoĩum magna teſtiũ qui me nouerunt ſuppetit copia,ad dei uero conſpectum ſola cõſcientia, quã cõtra ueſtras criminationes cũ intrepidam geram,non me tñ ſub oculis omnipotentis iuſtificare audeo, magisq; ab illo effluentem miſericordiæ largitatem, q̃ iudicij ſummum examen expecto,cogitans quod ſcriptum eſt, Cũ rex iuſtus ſederit in throno,q̃s gloriatur caſtũ ſe habere cor:aut quis gloriatur mundum ſe eſſe a peccato?

p. 20. E C. 81. Sed quid ad rẽ cuius inter nos uertitur qõ qualis ipſe ſim, cũ in area dñica ſim ſtipula, ſi malus:granũ,ſi bonus: vos tñ ſi grana eſſetis,paleã cõmixtam,ſicut admonet et ipſe Cyprianus,ante tp̃s uentilationis non refugeretis. Proinde nos ſi quẽ reperimus in uobis notũ hoĩem malum, recte uobis obijcimus: Ibi.n.tota defenſio ueſtra cõſiſtit,quia propterea uos ſeparaſtis, ne aliorũ peccatorũ contagione periretis: vnde nouũ genus areæ uos feciſſe gloriamini, aut quæ ſolũ triticum habeat, aut in qua ſolum triticum appareat,cui non ſit neceſſarius uentilator, ſed perſcrutator. Nam & Parmenianus veſter præclarã veſtrã munditiã uelut immunditiæ nr̃æ a contrario cõparans,auſus eſt interponere ſnĩam Prophetæ Hieremiæ vbi ait,Quid palea cũ tritico?Q̃d ille dixit,ut ipſa indicat lectio aduerſus eos q̃ diuinis oraculis ſua ſomnia coæquabãt. Arrogantia tñ veſtra & horrẽda ſuperbia Parmeniani literis declarat̃,ubi uos contra ſcripturas diuinas,& contra monita Cypriani ante vltimã uentilationẽ quã mundus expectat,tanquã purgatũ a palea triticũ p̃dicauit. Quid ergo dignius aduerſus hãc fallaciſsimã elationẽ, quã cã Maximianenſiũ uobis potius p̃curari?Q̃d cũq; in nos dicere tanquã in traditores ſoletis, in Maximinianenſes quos recepiſtis dãnatos, qñ dãnati ſũt grauiora dixiſtis.

Epilog. Cap. 82. De imperatoribus nobis tanquã perſecutoribus facitis inuidiam, uos apud iudices quos ipſi Imperatores miſerunt, Maximinianenſibus perſecutionẽ feciſtis,baptiſmũ eccleſiæ dari extra eccleſiam non poſſe cõtenditis uos,baptiſmum in crimine ſchiſmatis Maximinianenſes dederunt, in receptis eis quibus dederunt non reſcinditis.Si hæc pro pace unitatis fieri debuerunt,unde nos accuſetis niſi uos ipſos dãnaueritis? Nolo te per multa diſtendas, nã & ego poſſem breuiter ea quæ contra te dicta ſunt in memoriam reuocare: ſed hic ſolũ cogito Maximinianenſium cãm tibi ante oculos ponere, ſi de hac nobis reſpondere potueris,aggredere cætera: ſi autem non potueris,melius quieſcas, quam calces aduerſus ſtimulum iacias.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi contra Creſconium Grammaticum, Liber Quartus.

G

Cap. 1. QVanuis iã tribus nec paruis voluminibus epiſtolæ tuę Creſconi diligẽter ſatisq; rñderim qua Petiliani literas contra mea ſcripta q̃bus refellebant̃ defendendas putaſti,tñ ẽt hoc breuiori opere inſtitui de ſola cauſa Maximinianenſiũ tecũ agere, & ex hac vna oſtendere oĩa quæ in illa epiſtola poſuiſti, quã fruſtra quam inaniter dixeris. Neq;.n. contemnendũ eſt beneficium dei quod ad noſtræ diſpenſationis compendiũ,& ad veſtræ correctionis ſi ſapiatis adiutoriũ præſtare dignatus eſt, qui neſcientibus uobis neq; id agentibus nobis, ita ueſtrorum ep̃orum mentibus dñatus eſt, ut qui oĩbem chriſtianum per cõionem ſacramentorũ maculatũ peccatis criminabantur alienis,quamuis ẽt ipſis falſis & nõ probatis in Maximiniani cã cogerentur fateri eorũ quos damnauerunt peccatis non fuiſſe maculatos,in una ſacramentorum

H

Cita epi. Parmeniani. li. c. 2. in fine et ca. 3. Hier. 23.

mentorum cōione constitutos, eos quibus tanquā innocentibus ad reuertendū dilatio nem dederūt, & si non ordinatoribus Maximiniani, tū in eius parte constitutis damnatoribus Primiani & qui baptismum Christi nolebant agnoscere, ne in eis ecclesijs datū quas apostolorū labor propagauit atq; fundauit, cōtendentes extra vnam ecclesiā baptismū dari non posse, nosq; culpantes quod per eos datum baptismum non rescinderemus, quos esse in vera ecclesia negaremus, susciperent in Maximiniani sacrilego schismate baptizatos, & in eis baptismū rescindere nō auderēt, & qui de legibus christianorū imperatorum, quibus eorum peruersitas corrigenda præcipitur, nos tanquā crimine persecutionis accusant, adirēt iudices ab ipsis imperatoribus missos, & Maximinianum ac socios eius apud eos grauiter accusarēt, & consiliū quo eos damnauerunt gestis pro consularibus allegant, ac iussiones quibus illis sedibus pellerētur, efficacissimas impetrarēt. His omnibus a se gestis, adhuc nebulas imperitis conātur offundere: nō solum scripturis sanctis & priorum rerum gestarū quando se ab vnitate separauerūt multis certisq; documentis, verumetiam recentissimis suis factis & exemplis euidentissime superati.

Cap. 2. Hinc ergo tū agam, hinc ad oēs epistolæ tuæ partes, quantū dn̄s me adiuuat, sine vlla difficultate, immo cum magna facilitate rn̄deam. Ac primo illud qđ tibi ipse cōtrarius eloquenter eloquentiā uituperare uoluisti, tanq̄ esset ueritatis inimica & patrona potius falsitatis, ut eo modo me quasi eloquentem cauendū atq; fugiendū ostenderes imperitis, si reuera tanta esset eloquentia mea quantam mihi, quāuis accusatorie tribuis, nōne recitato decreto cōcilij Bagaiēsis, quo sicut ibi scriptū est, Maximinianū fidei æmulū, ueritatis adulterū, ecclesiæ matris inimicū, Dathan, Chore & Abiron ministrum, de pacis gremio sn̄iæ fulmen excussit, laudare eloquentiam cogereris? Porro si mihi materies illa proponeretur qn̄ possem dicere, licet viperei seminis noxios partus uenenati uteri alueus diu texerit, & concepti sceleris vda coagula in aspidū membra tardo se calore vaporauerint, tn̄ conceptum uirus euanescentū vmbraculo occultari nō potuit, tamets sero publicum facinus & parricidium suum, fęta scelerū vota pepererunt. Quoniā in hæc verba exquirenda coarctarer, quādo in exprimenda prouoluerer, qn̄ tanto impetu, tāto sonitu modo noxorium lectoris vel auditoris animū concitarē? Num ideo hæc in quos dicta sunt minus veraciter dicta sūt? Num hac eloquentia tanti concilij fides minuitur uel labefactat authoritas? Nempe illud quo visum est eloquētius eo potissimū electū est, quod oēs esse suum vellent, quo vno trecentorū & decem ora tacētia personarēt. Ecce eloquētia quā uituperasti, quā uelut seditiosam, & Græco ēt nomine malitiose articulosam detestandā uitādamq; monuisti, tm̄ permulsit tot episcopos tuos, ut in plenario concilio suo nollet suam quisq; proferre sn̄iam, sed vnam quæ ab uno dici disertius ornatiusq; potuit, eam cuncti facerent suā. Licet igitur nobis sine inuidia nō vsquequaque impolite cōtra errores hoīum disputare, si licuit tot ac tantis episcopis vestris ipsos homines tam discerte ornateq; dānare.

Illud etiam quod studiū pro veritate certandi, quia sæpe uoluimus cum uestris conferre, vt errore sublato, fraterna charitas pacis vinculo necteretur, contentionis & animositatis vitioso nomine reprehendis nōne melius obsecro te, causa ueritatis & unitatis pacificis uerbis & capacioribus locis inter episcopos ageretur, q̄ in foro ab episcopis per aduocatos litigaretur? Quid a partibus Primiani Carthaginēsis epi vestri aduersus Maximinianum & aduersus eos qui cū illo Bagaiensi concilio damnati sunt apud legatum Carthaginis, vel apud quatuor uel amplius proconsules factū est? certe in collatione disputationis, hoc cauendum est ne prorumpatur in litē, & caueri a modestis ac mitibus, & potest & sole. Cum vero aduocatis vtrinq; luctantibus in foro controuersia vertitur, iam proculdubio litigatur. Neque hoc in vestris reprehendo, si ad hoc non amore litigandi, sed consulendi necessitate cōpulsi sunt: veruntamē admoneo te bono ingenio præditum uirum, ut aduertas, ut sentias, ut intelligas eos qui forensem strepitum & iudiciaria iurgia, quibus accusatos cōuincerēt & expellerent, quos in concilio iam damnauerant nō declinauerunt, sed susceperunt & exer-

Supra li. 4. ca. 19. & 53.

Collo. plus ficit Cap. L

K I

exercuerũt, multo nobiſcũ facilius pacifice cõferre potuiſsẽt, niſi mallent cãm malam cooperire excuſatione, q̃ diſputatiõe finire. M

Cap. 28. Videamus ergo, tua ista permotio quanã reddita rõne sedata est. Statim te dicis a vr̃is Ep̃is diligentius inquisisse, atq; ipsis docentibus, & decretũ concilij & s̃niam in eos qui damnati sunt dictã, & rei totius ordinem cognouisse, deinde ẽt me credens adhuc ignorare quid gestũ sit, atq; admonẽs, vt quid habeat veritas dicerẽ, narrasti planè non quod veritas habeat, sed q̃d incautis, & negligentibus vestri pro ueritate supponant. Dicis.n. Cum quamplurimos Ep̃os error sibi Maximiniani societate cõtenderet, cõtracto a vestris concilio in eos oẽs qui in eius schisma te perstitissent, prolatã esse s̃niam, quam me quoq; legisse cõmemoras. Quæ cũ s̃nia consensu oĩum firmaretur, placuisse tñ decreto concilij dilationem t̃pis dari, intra quod si quis corrigi voluisset, innocens haberetur. Sic esse factũ, ut nõ solũ illi quos memoro, sed ẽt multi alij purgati atq; innocentes ecclesiæ redderent. Quorũ ideo putas baptisma nõ debuisse rescindi, quia intra diẽ præstitutũ restituti peremptoria s̃nia non tenerentur, nec cũ baptizarent fuissent ab ecclesia separati, nec dũ.s. transacti t̃pis meta definita diiũcti. Hæc ergo in eaipsa falsitate narrationis tuæ qñquidẽ non solum s̃nias, verũ & ipsa verba tua posui, miror ingeniũ tuũ, miror aĩum ingenio reluctantẽ. Nũquã vspiam si apparuit quantũ ualeat præiudicium p̃sum tionis humanæ; uel ad non intuendã manifestissimam ueritatẽ, uel ad affirmandã impudentissimam falsitatẽ. Itane te tã aperte repugnantia posuisse nõ sentis, ut uix credibile sit quod vnus homo dicere vtraq; potuerit? Tu nempe dicis in eos oẽs qui in Maximiniani schismate perstitissent, prolatam esse sententiã, & placuisse dilationẽ temporis dari, intra quod si quis corrigi uoluisset, innocens haberetur. Qũo ergo tu idem dicis, non eos extra ecclesiã baptizasse, anteq̃ se ab illo schismate correxissent, si quando cum Maximiniano erant nõ extra ecclesiã? Aduertisne quid dicas? Inuenis qua exeas, quò confugias, ubi te abscondas?

Cap. Vides certe dũ manifestos errores defendere conaris alienos, nihil te agere, nisi subiungere manifestiores tuos. Ecce lege uerba tua, sic a me prorsus commemorantᷓ ut a te scripta sunt. Cum q̃ plurimos, inquis, Ep̃os error sibi Maximiniani societate cõtenderet contracto a ur̃is concilio in eos oẽs qui in eius schismate perstitissent, prolata sentẽtia est, quã tu quoq; te legisse testaris. Quæ cum sententia consensu omnium firmaretur, placuit tñ decreto concilij dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi uoluisset, innocens haberetur. Hæc dicens siccine cõtra teipsum sensum claudis, ut non aduertas q̃ hi oẽs qui propterea contra se ferri s̃niam concilij meruerunt, quia Maximiniano sociabantur, antequam se intra dilationis tempus corrigerent in eodem schismate consistebant. Ibi ergo baptizabant? Obsecro te quid inanem caliginem perspicuis rebus aspergis, quam rursus tuorum uerborum non minore perspicuitate dispergis? Dico enim Prætexatum & Felicianum Maximiniani ordinatores in eo quod commiserunt, in sacrilego schismate baptizare, & ab eis baptizatos cum eis esse susceptos, non rescisso baptismate quod in schismate dederant, quod sacrilege ministrauerant, quod ore maledictione pleno, quod labijs cum ueneno aspidum consecrauerant. Talia quippe in eos dicuntur, eam quippe sententiam in eos omnes prolatam esse non negas.

Cap. Hic tu r̃ndes, q̃đ non solũ duo isti quos memoro, sed ẽt multi alij purgati atq; innocẽtes intra diẽ dilationis se Ecclesiæ reddiderũt. Quo uerbo me adiuuas, quo uerbo mecũ asseris veritatẽ, caliginemq; illam quam

conabaris offendere discutis. Cũ.n.dicis eos
ſe Eccleſię reddidiſſe, proculdubio fateris
eos extra eccleſiam fuiſſe Vbi ergo antequã
ſe Eccleſiæ redderẽt fuerũt? Vbi baptizaue-
rũt, ergo extra Eccleſiã baptiſma fuit quod
dederũt. Ab hoc ineſpicabili implicamento
dũ te conaris euoluere, rurſus inuolueris.
Dicis.n.ideo eorũ baptiſma nõ debuiſſe re-
ſcindi, quia intra diẽ præſtitutũ reſtituti, pe
rẽptoria ſnĩa non tenerentur. Qũo ergo di-
cis ante diem reſtitutionis non fuiſſe ab Ec
cleſia ſeparatos, quos ante diem dilationis
M confiteris Eccleſię reſtitutos? Si homines ſu
mus, ſi qualemcunq; rõnem, ſi ſenſum ha-
bemus humanum, ſi nõ pecora pecoribus,
ſi non ligna & lapides lignis & lapidibus lo
quimur, non meis tñ, ſed ẽt ipſis tuis uer-
bis eminet, apparet, elucet in Maximiniani
ſchiſmate baptiſmũ datũ veſtros auſos non
fuiſſe reſcindere, qui homines baptizatos
in Eccleſijs quas in gr̃a dñi proprio labo-
re Apoſtoli propagauerint, nõ dubitãt Chri
ſtianos negare, exufflare, rebaptizare. Tu di
cis, tu ſcribis, ecce teipsũ audi, lege teipsũ.
Tu, inquã, dicis, tu ſcribis in eos oẽs qui in
Maximiniani ſchiſmate pſtitiſsẽt, cõtracto
à ueſtris cõcilio prolatã eſſe ſentẽtiã. Tu di
cis, tu ſcribis, hac ſnĩa cõſenſu oĩum cõfir-
mata, placuiſſe tñ dilationẽ tẽporis dari, in-
tra qđ ſi quis corrigi uoluiſſet, innocẽs ha-
beret. Tu dicis, tu ſcribis, nõ ſolũ duos inde
quos memoro, ſed multos alios purgatos at
que innocẽtes ſe ueſtræ Eccleſię reddidiſſe.
Tu dicis, tu ſcribis, ideo eorũ baptiſma non
debuiſſe reſcindi, quia intra diem prę̃ſtitu-
tum, peremptoria ſententia non tenerẽtur.

Quid tñ præualet ingenio tam bono cã
tam mala hõ cordate, homo literate? Iſti in
quos propterea eſt illa prolata ſnĩa, quia ſi-
A cut ipſe dicis, in Maximiniani ſchiſmate p
ſiſtebãt, antequã ſicut dicis reſtituerent, ubi
erãt, ibi ſacr̃a celebrabãt, ibi baptizabãt. Et
ut uerbis illius plenarij cõcilii magis utar,
Ibi uiperei ſeminis noxios partus tardo ca-
lore uaporabãt, ibi publici facinoris & par-
ricidij ſui fęta ſcelerũ vota gignebãt, Ibi par
turiebãt iniuſtitiã, cõcipiebãt laborẽ, & pa-
riebãt iniqtatẽ, Ibi iã nõ cõfuſa criminũ ſil-
ua noĩa eorũ deſignabat ad pęnã, Ibi eis in-
dulgẽtiæ funis dũ clemẽtiæ dimitteretur li
nea, iã cã quos puniret ĩuenerat, Illuc eo rũ
tanq̃ in aſperos ſcopulos veridica vnda nau
fraga mẽbra proiecerat, Eorũ pereũtiũ ibi
erãt littora Aegyptiorũ exẽplo funerib. ple
na, nec ipsã iuenĩẽtia ſepulturã, Ibi nõ ſolũ
Maximinianũ, fidei ęmulũ, ueritatis adulte-
rũ, Eccleſię matris inimicũ, Dathan, Chore
& Abirõ miniſtrũ de pacis gremio ſnĩę ful
mẽ excuſſerat, nec ſolũ mors iuſta ſui ſcele
ris cõdẽnabat, ſed ẽt trahebat ad cõſortium
criminis plurimos catena ſacrilegij, Ibi erat
venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ, Ibi eorũ os
maledictiõe & amaritudine plenũ, Ibi uelo
ces eorũ pedes ad effundẽdũ ſanguinẽ, Ibi
cõtritio & ĩfęlicitas ĩ uijs eorũ, & uiã pacis
nõ cognoſcebãt, nec erat timor dei ãte ocu
los eorũ, Ibi iacebãt mẽbra abſciſa q̃ peſtife
ra putredo ita corruperat, ut plus haberet in
abſciſione ſolaminis, q̃ in remisſiõe medica
minis, Ibi erãt famoſi criminis rei Victoria
nus Carcabianẽſis, & cęteri cũ iſto duode-
cim, inter quos Prætexatus Aſſuritanus, &
Felicianus Muſtican⁹, de quib. receptis agi
mus, qui eũdẽ Maximinianũ p̃ſentes ordina
uerãt, hoc eſt funeſto ope pditionis uas ſor
didũ collecta fęculẽtia glutinauerãt. Ibi tan
to facinori tanq̃ illicito ĩceſtui clerici Car-
thaginis lenociniũ p̃buerũt. Tales miniſtri
ſcr̃orũ, nõdũ correcti, nõdũ vobis redditi ac
reſtituti ĩ ſchiſmate Maximiniãi baptizaue
rãt, & poſt tales miniſtros ſacr̃orũ correctos
redditos, reſtitutos, ur̃i nõ rebaptizauerũt. C

Quid ſola ĩ vobis p̃ualet aĩoſitas? Aliqñ
attẽdat, aliqñ audiat & ueritas. Quid inni-
tunt inſaniſsimę nebulæ dilatiõis datæ? Nõ
ipſis data eſt dilatio, de qbus dictũ eſt, dãna-
tos eſſe cognoſcite, de qbus ẽt p̃dictum eſt
quales fuerint, qd fecerint, cur eos oportue
rit iã ſine dilatiõe dãnari, qꝑ.ſ. Maximinianũ
impoſitis manib. p̃ſentes ordinauerũt. Hoc
eſt.n.qđ ſignificarũt, dicẽdo qꝑ funeſto ope
pditionis vas ſordidũ collecta fęculẽtia glu
tinauerint. Illis ãt data eſt dilatio q ordina-
tioni Maximiniani nõ interfuerũt, q̃uis in
eius ſocietate atq; ſchiſmate conſtituti, tñ
q manus ei qꝑ abſentes fuerãt nõ impoſue
rũt, à dãnatis eadẽ concilii ſnĩa diſtinguit.
Nã cũ dixiſsẽt illos quorũ & noĩa conſcri-
pſerunt, dãnatos eſſe cognoſcite, eos ãt, in-
qunt, quos ſacrilegi ſurculi nõ polluere plã

Exod. 14

Pſal. 13.

Quod decreto Bagaienſis concilij qui proprijs manib. Maximinianũ nõ ordinauerãt, innocẽtes decernuntur.

Cap. 32.

taria,hoc eſt q̄ à Maximiniani capite ꝓprias manus uerecūdo fidei pudore retraxerūt,ad matrē Eccleſiā redire ꝓmiſimus. Quid planius?quid diſtinctius?quid aptius? Illos dn̄t famoſi criminis reos qui funeſto ope perditionis uas ſordidū collecta fœculētia glutinarunt,dānatos eſſe cognoſcite. Hos aūt dicūt quos ſacrilegi ſurculi nō polluere plātaria,hoc eſt q̄a à Maximiniani capite ꝓprias man⁹ verecūdo fidei pudore retraxerūt, ad matrē Eccleſiā ꝓmiſim⁹ redire,& q̄a ex illis damnatis duo poſtea ſaluo honore ſuſcepti ſūt, nō inuenit hoc queadmodū defendat, niſi ut omnib. dicat,dilatio fuiſſe cōceſſa.

Ca.33. Sed cōceſſa ſit oībus, nēpe quotquot ad uos ab illo ſchiſmate redierūt, antequā redirēt,illic fuerūt,illic baptizauerunt, Inde ad vos ſine deſtructiōe ſui honoris & baptiſmi redeūtes,ſi frōs aſſit ora vr̄a clauſerunt.Cū .n. q̄rim⁹ antequā ſe ſicut ipſe dixiſti,Eccleſiæ reddidiſſent,& ante diē p̄ſtitutū reſtituti fuiſſent,ubi erāt?q̄d aliud uos res ipſa r̄ndere cōpellit, niſi in ſchiſmate Maximiniani, ꝑ q̄ quod illa in oēs eſt prolata ſn̄ia? Ibi ergo baptizauerūt eos in quib. ad uos ſimul inde uenićtibus baptiſmū Xp̄i nō auſi eſtis reſcindere,q̄a coacti eſtis agnoſcere. Vn̄ ip ſo facto veſtro,opere veſtro,iudicio ueſtro aduerſus uos merito recteq; cōcludiť agnoſcēdū eſſe baptiſmū Xp̄i, ēt ſi extra Eccleſiā datus fuerit,& iō vos hoc pie cognoſcere ī veſtris,vos impie reſcindere in noſtris. Sed forte pœnitet talia te uerba poſuiſſe,q̄ hanc ueritatē nimis urgēt,qm̄ dixiſti factū eſt,ut ſi ſe Eccleſiæ reddidiſſent & ante diē p̄ſtitutū reſtituti,perēptoria ſn̄ia nō tenerētur, ut r̄nderet tibi. Qūo ſe Eccleſię reddiderunt? qūo eidē reſtituti ſunt, ſi ab ea nō erāt ſeparati?aut ſi ſeparati erant,qūo baptizabant?

Ca.34. Sed quid aliud diceres, niſi quod ab eis audieras quos conſuluiſti,cum ex hac cauſa literis meis ꝓmouereris, & tn̄ fortaſsis te arguant, te reprehendant ꝙ talia uerba incaute poſueris. Eſt quod te aduerſus eos maxime muniat,ac tuā triſtitiā cōſoletur. Nā & ipſi in eiuſdē cōcilij decreto talia poſuerūt, unde ſi nobis lecto iſto opuſculo noſtro ita reſpondere uoluerint ꝙ eis non præiudicēt verba laici ſui,uerba ipſorum continuo recitabimus. Eos autem,inquiunt,quos ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria, hoc eſt qui a Maximiniani capite ꝓprias manus verecūdo fidei pudore retraxerūt,ad matrē eccleſiā redire ꝓmiſim⁹.Cū.n.eis dr̄,iſti quos ad matrē Eccleſiā redire ꝓmiſiſtis, anteq̄ redirent ubi erant? ſimiliter urgētur ut tu paulo ante uerbis a te poſitis urgebaris. Vbi .n. eos fuiſſe r̄ndebūt, niſi in ſchiſmate Maximiniani?Sed ubi uelint eos fuiſſe cōtēdant, certe qui ad Eccleſiā redire permiſſi ſunt in Eccleſia non fuerūt.Ergo extra Eccleſiā baptizauerūt, & ſimul baptizatores,& baptizati ad Eccleſiam redeūtes, nec illi honores quos extra geſſerāt, nec illi baptiſma q̄d ex tra acceperāt amiſerūt.Et tu quidē quātum potuiſti in cā mala caute locutus es ut diceres,Placuit tn̄ decreto concilii dilationē tēporis dari,intra quod ſi quis corrigi uoluiſſet,innocēs haberet.Illi āt nec corrigendos eos fuiſſe dixerūt,quib. data eſt illa dilatio, ſed tanquā oīno impolluti atq; innocētes in Maximiniani ſocietate fuerūt,ſic de illis loquuntur cum ipſam prorogant dilationem.

Quid eſt.n.aliud q̄d dicūt, Eos aūt quos ſacrilegi ſurculi nō polluere plātaria,ad matrē Eccleſiā redire ꝓmiſim⁹?Ac ne parū ſit, uide q̄d adiūgat,Quātū.n.de reorū,inq̄unt, morte purgamur,tāto de innocentiū reditu gratulamur.Cur itaq; tu dicis,placuiſſe dilationē tp̄is dari, intra q̄d ſi q̄s corrigi uellet innocēs haberet,cū eā videas īpollutis atq; īnocētib.datā?Sed videlicet tu timuiſti ne tibi diceretur, quare dabatur dilatio eis quos non pollueraт Maximinianus,ideo dilatione illa corrigendos eſſe cenſuiſti, illi timuerunt ne ſibi diceretur,quare in ſuis honoribus pollutos ſuſcipere uoluiſtis,ideo ſe impollutis dilationem dediſſe dixerunt.

Proinde ſingula timuiſtis, ſed alterutrū oppugnaт ex altero.Nā tibi dr̄, Qūo exiſtimas corrigēdos quos tui ꝓdicāt īpollutos? Illis āt dr̄,Qūo aſſeritis īpollutos etſi nō manū īponēdo capiti Maximiniani,tn̄ ſchiſmatis ei⁹ cōione maculatos?Cuius āt aius,cui⁹ uires,cuius lingua ſufficiat proloq̄ tā intolerādū dolorē,ut pars Donati diſciſſa reſarciatur,ne ſocios Aphros ī Aphrica polluat Maximinian⁹, nec ad ipſā radicē vnitatis rami fracti regredi ꝑmittanť? Tot remotiſsimas gētes polluit ex Aphrica Cęcilian⁹ ex die ꝯcilii

cilij Bagaiensis, hoc est ab octauo calendis Maij vsq; ad diem dilationis datæ illius, hoc est octauo calendarũ Ianuarij. Octo menses numerant in hoc tam longi tp̃is interuallo.

C. 37. Illi q̃bus dilatio data est, maculabant̃ societate dãnati Maximiniani, an non maculabant̃? Si maculabantur, q̃uo dr̃, Eos aũt quos sacrilegi surculi nõ polluere plãtaria, ad matrẽ Ecclesiã redire permisimus? Si non maculabantur, q̃uo nos atq; oẽs quæ ubique sunt Christianas gẽtes potuit ignotorũ, non dicã falsorũ maculare certe alienorũ cõtagio peccatorũ? Sed ideo, inquis, dilatio data est, quæ si transisset, illis non redeuntibus tũc macularent̃, & in pęnã dãnationis incurrerẽt. Nõ H ergo eos peccatũ illius societatis, sed diei cõstitutio maculabat. Si ergo nullus dies cõstitueret̃, immaculati vtiq; permanerẽt. Quid de uobis male meruit orbis terrarũ? Cur. n. maculatũ ꝓhibetis peccatis alienis, cui nullũ tp̃s dilationis constituistis, cũ tanta sit vr̃a potẽtia, ut hoĩes q̃n uolueritis peccatoribus socient̃, & q̃n uolueritis inquinent̃ innocentes? Et iã polluti erant quibus in parte Maximiniani dabat̃ dilatio, inter cuius diem si remearent ad vos, haberẽt integri honoris ac fidei fundamenta. Si aũt ille dies eis non redeuntibus p̃teriret, tũc polluti, tũc scelerati, tũc perditi suppliciũ dãnationis incurrerẽt, tunc humiliarent̃ per pn̄iam degradatione mira p̃dicentium hoĩum, Non iam ut uetus prouerbiũ fertur, qđ uolumus sanctum est, sed ẽtiã q̃n uolumus & quandiu uolumus. Cõtingat alicui vr̃m orare in naui nobiscũ, iam pollutus iã traditor appellatur. Cõicant altaria damnatores Primiani cũ Maximiniano, veritatis adultero, Ecclesiæ matris inimico, Dathan, Chore & Abiron ministro, & ꝑ I octo menses innocentes impollutiq; persistunt. Proinde si qui ex his quinto calendis Ianuarij, se vestræ cõioni reddiderũt, de innocentiũ estis reditu gratulati, eorum scilicet, quos sacrilegi surculi non polluere plantaria. Quid uos promeruerunt tot dies octo mensiũ, a die octauo calẽdarum Maiarum, vsq; ad diem octauum calendarũ Ianuarij, quos ita sanctificastis, ut per eos quicunque cõioni sacrilegæ atq; damnati Maximiniani cohærerent, non polluerent̃ nec efficerẽtur nocẽtes. Et quid uos offendit tã sanctis dies natalis ipsius dñi nostri, ut solus aduentu & transitu suo pollueret innocentes, atq; in eis qui in illo schismate baptizarũt, per omnes illos dies sanctus maneret baptismus Christi & immundus fieret per natalem Christi?

Quid uõ audeat humana temeritas, cũ in sn̄iam nefandi præcipitatur erroris, quã relinquere ꝓꝓ veritatem pudet, & defendere cõtra ueritatẽ non pudet? Sed quid hinc plura, ubi quilibet obstinatissimũ qui cõtra oẽs voces rõnis obduruit, necesse est fateatur de quibus dr̃, Si se Ecclesię reddidissent, & ante diẽ pręstitutũ restituti essent, quæ verba ipse posuisti, eos deniq; de quibus dr̃, ad matrem Ecclesiã redire permisimus, de innocentiũ reditu gratulamur, ac ne angustũ redeuntibus tp̃s, spẽ salutis arctatæ diei pressura subducat, vsq; in illum diẽ agnitionis pãdimus ianuã, ut integri honoris ac fidei regressi habeãt fundamenta, quã quisquã si ingredi nequiuerit pigra segnitia, sciat sibi ad oẽs ueniales aditus viã esse subductã, & post p̃stitutum diẽ redeũtibus fixa pn̄ia, quæ uerba trecenti & decẽ in sn̄ia sua totiens inculcarũt. Necesse est, inquam, quilibet aduersarius fateatur eos de quibus ista dicunt̃, antequam se uobis redderẽt, antequã uobis restituerentur, antequã ad uos redirẽt, antequã regressi ianuã dilationis ingrederentur, nõ fuisse vobiscum, extra uestram cõionem in eo schismate quo se a uobis separauerãt baptizasse, inde uobis redditi ac restituti ubi a uobis alienati erãt, inde ad uos redeunies & regredientes quo a uobis foris erant & tenuerãt, non diminutos honores suos, & secũ introduxerũt non rebaptizãdos baptizatos suos.

Arguit contra Donatistas ex eorũ dictis. Cap. 38.

K

Quid adhuc pessimæ causæ patrocinium pertinacissimũ præbes? Acquiesce tandẽ nõ mihi, sed ipsi qua cõuincimini ueritati. Vide quàmq; verum dixerim, qđ frustra labefactare conatus es, quanta fuit pro pace toleranda. Atq; ut eisdẽ identidem uerbis utar, quibus in illis literis usus sum, pro pace Xp̃i redite ad Ecclesiã, q̃ non dãnauit incognita, si pro pace Donati placuit reuocare dãnata. Si. n. ex his duodecim quos cũ Maximiniano sine dilatione damnauerãt, Felicianũ & Prætexatũ, postea receperũt, q̃uo falsum est eos reuocasse dãnata? Si aũt & ipsis dilatio data est, quos dixerũt, dãnatos esse cognosci

Cap. 39.

L.

te,ẽt ſi nullus eorũ poſtea remearet, placuit
tñ reuocare dãnata,qñ poſt ſniam qua dictũ
eſt dãnatos eſſe cognoſcite, data eſt dilatio
qua eis liceret euacuata dãnatione remeare.
Hæc dicta ſufficerẽt, ẽt ſi verũ eſſet qđ te di
cis cũ hac cã Maximinianenſiũ ualde ꝑmo
tus eſſes,a tuis Epis cognouiſſe. Quid autẽ
agis quia & falſum eſt? Quære, aut ſi habes
inſpice diẽ geſtorũ proconſulariũ, quo po-
ſtulatio dicta eſt a Ticiano aduerſus Felicia-
num & Prætexatũ,ut pellerẽtur locis,& in-
de quantũ poſt diẽ dilationis illius hoc factũ
eſt. Nam dies eſt concilij Bagaienſis conſula
tu Auguſtorum Archadij ter,& Honorij ite
rum octauo calendis Maij, dies aũt dilatio-
nis hinc vſq; ad octauum calẽdis Ianuarij.
Poſtulatio uero iſta Ticiani dicta eſt poſt
iſtum conſulatum die ſexto nonas Martij.

Cap. 40. Proinde apparet tertiũ ferme agi mẽſem,
cũ a procõſule petit̃ ut Felicianus & Præte-
xatus ſedibus propulſent̃,tanq̃ collegæ Ma
ximiniani quos ſibi cõſociauerat ad furorẽ,
Nã cũ memotatus aduocatus de Maximinia
no qđ ſufficere videbat̃, in eadẽ poſtulatio
ne dixiſſet, Eos quoq;, inquit,quos alienæ
p̃ſumptionis error attraxerat, portu primo
ꝓpoſito pęnitẽdi,ſi reuerti cuperẽt,intra tp̃s
ad religionis tramitẽ deſtitutũ pari uigoris
admonitione cõpeſcuit, ſed ſuis inſtitutis,
inquit,iniquitas delectat̃,& ſemetipſam nõ
deſerit,cũ ſemel p̃cipitata corruerit. Idem
nanq; Maximinianus cęptã nutrit audaciã,
& alios ſibimet cõſociat ad furorem, Inter
quos ẽt Felicianus quidã,qui primo recta ſe
ctatus deprauationis huius attaminatione
fuſcatur, in Muſticana poſitus ciuitate, deo
oĩpotenti parietes cõſecratos,Eccleſiã vene
randã quaſi quadam obſeſsione credidit reti
nendã. Hũc ẽt Prętexatus in Aſſuritanis par
tibus imitat̃. Audiſne aduocati uerba clariſ-
ſima & manifeſtiſsima, quibus dicit iſtos de
q̃bus agimus, q̃a portu propoſito pęnitẽdi,
A dũ ſuis inſtitutis iniquitas delectat̃,cũ ſemel
p̃cipitata corruerit,cõtẽpſerũt locis eccleſia
ſticis expellẽdos,ubi ſi dies poſſet latere ge-
ſtorũ, cuius obtuſiſsimo ſatis eluceret, qđ
cõtra eos nõ ita procõſularis ptãs adiret̃,ſi-
cut illic magis apparet ſine ulla impertita di
latione dãnati,aut intra diẽ dilationis q̃ oĩb.
datus eſt uobis,reſtitui noluiſſent. Cũ uero
ẽt dies geſtorũ cuiuſlibet obſtinatione ocu-
los aureſq; ſic feriat vſq; adeo illos ẽt poſt
trãſactũ dilationis diẽ in vr̃a cõione nõ fuiſ
ſe, & Maximiniano cohęſiſſe, ut ab hoc ad-
uerſus eos tã terribilis iudiciariæ iuſsionis
impetraret̃ authoritas, Quid ad hæc dicit̃?
Quid adhuc cõtra tã ꝑſpicuã ueritatẽ mirã
imprudẽtiæ cæcitate cõtendit̃? Quid adhuc
ab eis qui cũ unitate partis Donati ẽt cõcor
diã ſacrilegorũ dãnatorũ tenere uoluerint,
cõtra unitatẽ Chr̃i tanta inſania rebellatur?
Quid adhuc baptiſmus Chr̃i ẽt in ſacrilego
ſchiſmatę ueneratione debita cognitus, in
tot catholicis gentibus impia pręſumptione
reſpuitur,ſacrilega repetitione violatur?

B Nolo q̃rere quãto poſt huius poſtulatio-
Cap. nis diẽ qua Felicianus & Prętexatus Ticiani
aduocati uerbis tã grauiter accuſant̃, in ve-
ſtrã cõionẽ recepti ſunt. Sufficit qđ eadẽ po
ſtulatio tãto poſt finẽ p̃ſtitutæ illius dilatio-
nis eos a vr̃a cõione ſeparatos, in Maximi-
niani ſchiſmate fuiſſe cõuincit, quos poſtea
recepiſtis, quorũ honores nulla ex parte mi
nuiſtis a q̃bus datũ, q̃uis in ſacrilego ſchiſ-
mate baptiſmũ,ſicut reuera timẽdũ fuit,re-
ſcindere timuiſtis. Nũquid iam in hac cã ſe
contra nos lingua cuiuſlibet pertinaciſsimi
cõmoueret, ſi ſe moueri in hoĩs ore,ſub ho
minis frõte ſentiret? Erraui planè fateor,eo
qđ in illis literis poſui de illa Bagaiẽſis cõci
lij ſnĩa,qm̃ dixi cũ apud eos decernenda re-
citata eſt,ore lætiſsimo acclamauerũt. Nunc
aũt cũ a nobis recitata fuerint obmuteſcũt.
Verũ qđ dixiſti, Ecce nõ obmuteſcũt:vere-
cũdia quippe in rebus tã manifeſtis uel ẽt ip
ſa impudẽtia obmuteſcere põt, inſania non
põt. Neq; hoc dictũ de te accipias q̃ tuis ep̃is
mẽtientib. credidiſti,nec de illis oĩbus,neq;
n. oẽs de hac re permotus cõſulere potuiſti,
ſed de ijs q̃ cũ ſe ſcirẽt quãta & qñ cõtra Prę
texatũ & Felicianum apud iudices ſunt, qđ
tuis inſeruiſti literis,tibi auſi ſunt dicere qđ
C ante diẽ p̃ſtitutę dilationis Felicianus & Prę
texatus vr̃æ cõionis reſtituti perẽptoria ſnĩa
nõ tenerent̃ obſtricti. Aut ſi & ipſi forte iſta
neſcierũt,nunc ſaltẽ cũ hæc legitis taceat ve
recundia,taceat & ipſa qualiſcunq; hoĩs im
pudentia,ſola certe quæ cõtra tam euidentẽ
veritatem clamat inſania relinquatur,& illa
erit fortaſsis ſanabilis ſi cõpeſcatur a ſanis.

Nunc

C 42. Nunc uide quẽadmodũ de me dixeris. F. 19. Testis mẽdax nõ erit impunitus,cũ putares me ĩ hac Maximinianẽsiũ cã fuisse mẽtitũ. Ego tibi non repono, ꝗppe forte locutus es qđ incauta amicitia credidisti,nõ qđ fallaci corde fuisti. * Hoĩes sumus.Qua tãdẽ uigilãtia efficere possumus,ne uel putãdo vel loquẽdo in aliquo labamur? Sed ꝓ medicinã correctionis obsurdescere nõ debemus.

A finxi

Cap. 43. Nunc attende quãtũ mihi ẽt cæteris partibus epistolæ tuæ cã ista Maximinianẽsiũ prębeat rñdendi facilitatẽ. Quicquid de traditorib. uelut nostris dicẽdũ putasti, quanquã uestri potius hoc fecisse doceantur,qđ & in illo triũ uoluminũ opere satis superq; mõstraui,uide tñ & rñde si potes,utrũ hoc

D

crimẽ quorũlibet fuerit polluere potuerit ĩ unitate tot gentiũ Christianos, uel longe remotissimos uel lõge posteros,si crimẽ sacrilegi surculi Maximiniani maculare non potuit uel socios Aphros quibus dantes dilationem trecenti & decẽ episcopi dixerunt, quos sacrilegi surculi non polluere plantaria,vel uosipsos qui non solũ istos quos innocentes dixistis, uerũetiã in illo sacrilegio iã dãnatos,tanta cõcordia suscepistis; dicis orientalib. nota fuisse crimina traditorũ,qñ tibi Aphro Maximinianẽsiũ schisma in Aphricæ capite cõmissum antequã meas literas legeres ualde permotus cõsuleres ẽpos uestros,incognitum fuit, & cum consuluisses uerum ab eis audire minime potuisti. Quos certe si defendis, ne dicas mẽtitos,cõcedis ignaros,& tñ nec nos nec oriẽtis nec occidentis tot tantosq; populos saltẽ nescire permittis cãm Cæciliani, cũ isti nesciãt Prętexati & Feliciani, quos trecẽti & decẽ, hoc est aut oẽs aut propẽ oẽs episcopi partis Donati Aphri Aphros ĩ Aphrica dãnauerũt,Aphri Aphros in Aphrica susceperunt.

Cap. 44. Inseris principiũ Sardicẽsis cõcilij,unde

E

probare conaris qđ orientales ẽpi cognito crimine traditorũ, parti Donati cõmunicauerint,hoc uno magno.s. documẽto qđ inter ẽpos quib. scribũt Donati nomẽ inuentum est.Nec tñ ibi aliqd legit eis de Aphris traditoribus cognouisse. Quod quidem concilium ne te lateat Arrianorũ est, quos iã tu inter alios hæreticos nominasti, nec additis Ciuitatum nominibus legi solet, qa nec ipse mos est ecclesiasticus, qñ ẽpi ẽpis scribunt epistolam. Vnde nescio quis iste Donatus, miror si nõ in uestris literis Carthaginensis factus est,quãquã potuerint illi tam longinquis terris ab Aphrica separati, eoipso tpe quo scribere uolebant, requirere quisnam ẽps esset Carthaginis, Omitto .n.dicere qđ fortasse oriẽtales hęreticis aliquo mõ se sociare tẽtauerint. Sed tu hõ prudens cũ uelles soluere qõnẽ cũ tibi dici posset,si hęc ita sunt,Oriẽtales scriberẽt ad Donatũ uestrũ, quẽadmodũ a cõione uestrorũ Oriẽtales postea degradati sunt, rñdisti & dixisti,Quia in recipiendis iterũ uestris dãnate causę non poterunt seruare constãtiã. Et scriptum est, Qui iungitur fornicariæ, unum corpus est: vbi uestros nũc atrociter accusasti si in cã Maximinianensiũ non potuerunt seruare constantiam execrabiliter damnando sacrilegos, honorabiliter suscipiendo damnatos. Illud.n.de Orientalibus omnino non probas, hoc de uestris audisse legis,& cernis & iudicas.

1.Cor.2.

F

Cap.45 Iubes me relinquere ecclesiã traditorũ, quos nec uos apud nos, nec maiores uñi apud maiores nños cõuincere ac demõstrare potuerũt.Quos nũc si demõstrasses,eorũ facinus crimẽq; dãnarẽ, nõ ꝑ ꝑ eos tot gẽtiũ quib. ignoti sunt catholicã societatẽ desererẽ.Sed uide qua cõsideratione nolis in communione nostra eorũ mortuorũ memoriã fieri, quorũ facta non nouimus, quorũ etsi bonã inter suos famã posteritatis successione didicimus, cum in uestra cõione sine ulla degradatione uiuant; quorum mala sensistis,quorũ sacrilegia cõdẽnastis. Audesne dicere hõ prudens, ille qui tradidit & creauit te, nesciens illũ esse creatorem nostrum in eo ꝙ christiani sumus, qui est creator noster in eo ꝙ homines sumus, quãuis nec illum quem putas creatorẽ meũ de traditione cõuiceris? Ego aũt non rependo tibi hãc

G

iniuriam, nec tuum nec filiorum uel nepotum aut pronepotũ tuorũ si in parte Donati fuerint Felicianũ dico creatorẽ. Tñ quia ꝑmittis,admoneo ne creator tuus post nomen hoĩs impia unitate currẽtis te inueniat desertorẽ. Deinde plausibiliter tibi uideris adiũgere, A fonte deducitur riuus,& caput mẽbra sequuntur: sano capite omne sanum

est corpus, & si quid in hoc morbi uel uitij est, omnia membra debilitantur: originem suam respicit, quicquid in stirpe processit: non potest innocens esse qui sectã non seq- 3.Re.19 tur innocentis, cũ præsertim scriptũ sit, In legalibus patrum uestrorũ ne ambulaueritis. In his omnibus uerbis tuis omitto, quia non est simile quod de humano corpore cõparasti. Fieri.n.põt ut & pes doleat capite sano, & pede sano caput. Omitto ẽt ꝙ tibi excideri, quod pauloante dixeris. Hoc & nos uolumus, hoc suademus, ut Xp̃s Christiani sit caput, qui nunc nescio quẽ traditorẽ caput uis esse ignotarum gentium christianarum, ubi datũ & acceptum Xp̃i baptismum non uultis agnoscere tanquã baptizati, non H nisi ab illo traditore creati sint. Omitto ẽt illud, quantum me adiuuet, quod de scriptura testimoniũ ipse posuisti, dictũ eẽ Iudeis, In legalib. patrũ vestrorũ ne ambulaueritis cũ hoc utiq; p̃ceptũ quicũq; tunc obseruare uoluerũt, sicut Prophetę sancti & septẽ milia uirorũ, nõ ꝗ curuauerũt genua ante Baal, à populo tñ suo & a cõmunib. sacramentis nõ se diuiserũt. Hoc dico uel nolis repetẽdo, quãlibet tibi uidear molest⁹, incul co. Noli Cęcilianũ totiẽs absolutũ caput facere posteris nostris, cũ ego & Primianũ à Feliciano, & Felicianũ a Primiano damnatum, non tñ faciam caput posteris uestris.

Cap.46. Iam uero de persecutionis inuidia, quam à terrenis potestatibus uos pro parte Donati perpeti gloriamini, quanuis in illo triũ librorũ opere satis tibi abundeq; r̃nderim, neq; nunc tibi tacebo, qđ ex hac cã Maximinianensiũ bř r̃nderi põt. Neq; si propterea uos imperitis atq; imprudentib. populis uos cõmendatis. Sic.n. Maximinianus ipse, sic eius socij, qui nec persecutionibus vestrorum, ut ad eorum communionem redirent, cedere potuerunt, uanis imperitisq; cõmendat, sed qui sobrie cogitant eorum qui aliquam molestiam patiuntur, non pœnas considerari oportere, sed cãs, intelligũt eos pro crimine sacrilegi schismatis, in quo à vobis merito iusteq; damnati sunt, commotiones etiam iudiciorũ secularium merito iu I steq; perpessos. Neq;.n. commemoro quod in tua Epistola posuisti, quod Maximiniani non basilicam sed speluncam, non Optatus sed populus euertit. Quãquã etiã illic etsi ĩcertum est uestros fecisse, certũ est tñ illum passum fuisse persecutionem, nec tñ iustum esse sed impium. Vñ iam cogeris confiteri, non debere quid quisq; patiatur, sed quare patiatur attendi. Sed mihi parũ est hoc Maximiniani exẽplo interim demõstrare, nõn cõtinuo iustũ esse, qui obtento atq; adũbrato noĩe Christi patitur persecutionem, qñ & Maximinianus sacrilegus passus est, nisi te cogã fateri, quod & religiosi sacrilegos, & iusti impios ꝑsequũtur, nõ sanè nocendi studio, sed necessitate potius cõsulẽdi. Nec de ueteri testõ profero exẽpla, quãuis te ẽt propheticis exẽplis docere illa dixisti. Illa, inquã, nimis antiqua nõ profero, fuerũt.n. K alterius dispẽsationis & tẽporis. Iã post reuelatã & oportuno tꝑe cõmendatã mãsuetudinem, Episcopi vestri, ꝙ quidẽ nos non dicimus iustũ, sed quãdiu ibi es, & talẽ cãm defendis, ut dicere cogeris, Epi, inquam, vestri uestros schismaticos persecuti sunt.

Cap. Iam itaq; non dico, persecutionem passus est Maximinianus, fecit Optatus, quoniã uos hoc ignorare r̃ndes, & ita fecit ut hinc nulla possim gesta recitare, quãquã in tam recenti memoria ciuitates ipsæ si interrogentur, negare non p̃nt. Hoc ergo non dico, sed dico persecutionẽ passus est Maximinianus, fecit Primianus. Et recito gesta quibus oñdam domum quam Maximinianus propriam defendebat, Primianum procuratione mandata exorcisterij ecclesiastici nomine fauente sibi sacerdote legato, quod ipsa gesta indicant, abstulisse. Sed iustitię non gratię fuerit iudex, non abnuo, non refello. Cur ergo Primianus apud acta magistratus Carthaginẽsis inter alia ꝗ de nobis cõtumeliose prosequẽda mãdauit, illi, inqt, auferũt aliena, nos itermittim⁹ ablata, cũ ipse abstulisset aliena si Maximiniani erat domus. Si ãt Maximinianus eã poti⁹ usurpauerat, nõ ĩtermisisset ablata. Sed si neq; hoc ad ꝑsecutionẽ uis ꝑtinere, dico ẽpos vr̃os & clericos vr̃os Maximinianẽsib. in eis sedib. manẽti- L bus, in quib. antiqtus fuerãt ordinati, fecisse ꝑsecutiões, apud ꝓcõsules accusasse, impetrasse iussiones, eisdẽq; iussionib. exequẽdis officiorũ instantiã, & ciuitatum auxilia meruisse, ut illi qui iã fuerant Bagaiẽsis sen

tentiæ ſeueritati damnati, & a ueſtræ cōmunionis corpore, ne per cūcta mēbra peſtilēs uirus irreperet, cōpendioſo dolore p̄ciſi, & nullū iā uobis faciētes ſuę cōionis morbidā cōtagiōe periculū, cū p̄ciſis pariter plebib. ſuis ꝓpria ꝯuēticula frequētabāt, & loca & baſilicas quas nō īuaſerāt cū populis ſibi cohærētib. ꝑpetua poſſeſſiōe retinebāt, terrerētur, perturbarentur, expellerētur, retinentes exhiberentur.

M

c. 48.

Lege, q̄ de illis uel in illos aduocatis pro ſequentib. dicta ſunt, q̄ obiecta crimina ſacrilegij, quo impetu accuſationis cōcitatæ ſunt p̄tātes, q̄re q̄ ſtatuta ſine Saluio Mēbreſitano, quia ei non potuit illius ꝑſecutionis exagitationib. extorqueri, ut rediret ad conſortiū criminis, maluitq; cōmittere examini & ꝑſecutorib. ſuis in procōſulari iudicio r̄ndere, ea credo fiducia qd̄ ſciret, aduerſarios ſuos legib. ꝯ hæreticos ꝓmulgatis uti nō poſſe apud iudicē, niſi ēt ſe ipſos pariter ei irretirēt: ſed fefellit eū iſta cogitatio. Apud Seranū .n. tunc proconſulē vel gr̄a plus valuit, uel magis forte Bagaienſe cōcilium, quod illic ēt ꝯ eūdē Saluiū recitatū eſt, quadā ſana interlocutione qd̄ per ſe ageret oſ̄dit, id eſt, ut Saluiū Choro Ep̄orū cōis Primiani redderet, aut fugaret à ſedibus, ut Reſtitutus quē contra eū Primianus ordinauerat, loca oīa quæ a Saluio tenebant, ſine aduerſario poſſideret, & tn̄ in eadē interlocutione qd̄ perſecutionē Saluius pateretur expreſſit. Sic .n. in eiſdē geſtis legitur: Seranus proconſul dixit, Lis epiſcoporū ſ̄m legē ab epiſcopis audiēda eſt epiſcopi iudicauerūt. Quare nō aut ſub ſatisfactionē ad chorū reuerteris uetuſtatis, aut, ut habes ſcriptū, terga perſecutoribus prodis? Quid hic tibi uī? Placetne iſtum Saluium appellare iuſtū, cui proconſul apud quem à Reſtituto epiſcopo veſtro cōtraſtante accuſabatur, ēt de ſancta ſcriptura dat cōſilium ut terga perſecutoribus prodat, qm̄ ſcriptū eſt in Euangelio: Si uos perſecuti fuerint fugite. Vides certe q̄ ſpeciem Saluius apud ſuos vel martyris uel confeſſoris oſtendit, qui perſequente Reſtituto hæc meruit à proconſule audire, & tn̄ non ſolum ſ̄m nos, uerumetiam ſ̄m vos impius & ſacrilegus iudicatur. Iā vero poſtea quam ſentētia proconſulis Abitinēſibus allegata eſt, per q̄ ciuitatem vicinam iudicatā implere veſtri meruerant, eo qd̄ penè oēs Membreſitani Saluiū diligebant, quę fecerint ijdem Abitinenſes homini ętate grauiſſimo, piget dicere, quia eū nō apud acta fecerunt, ſed tā recēti memoria, cū oībus documētis ſit clarior ipſa teſtificatio ciuitatū q̄ attingā, quid illic cū iter agerem cōperi. Nam quia eis pro defendendis ex quātacūque parte ſedib. ſuis ēt poſt procōſulis iudicatum turbę ſibi fauentis fiducia Saluius repugnare tentauerat, uictus aliq̄n cōprehenſus eſt, non iā ducendus ad iudicium ubi in partes fuerat prolata ſn̄ia, ſed pōpa miſerabili triumphandus. Capto .n. ſeni, mortuos canes alligauerūt in collo, & ſic cū illo quātū libuit ſaltauerūt. Hoc ſi uellē exaggerarē dicēdo: Nōne fortaſſe hāc pœnā vix tormētis regū Etruſcorū quib. mortua uiuis corpora iungebāt, comparandā eſſe mōſtrarē? Nonne hō ſenex & qui haberi uolebat epiſcopus, omniū iudicio de ſocietate uiuorū atq; mortuorum exterminādus eſſet, ſi duobus ſibi ſuppliciis vñ vnum ſubeundum eſſet propoſitis, nō potius hæreret cadauerib. humanis, q̄ ſaltare eligeret cum caninis?

Mat. 10.

A

De Saluio Seni qui

mortuorum canū alligatione punitur.

Cap. 49.

B

Virg. 7. Eneid.

Nunc aſpice illa mea uerba, quę te refelliſſe arbitratus es, immo iam nō ipſa, ſed ꝓ ipſis iſta quæ dicam: Ecce .n. non dico: Si perſecutionem qui patitur habendus eſt innocens, Maximinianus eſt paſſus, ſed dico: Si perſecutionē facere non licet, fecit Reſtitutus. Nec dico: Si perſecutionē qui patiē habendus eſt innocens, paſſus eſt Saluius. Geſta recito, uerba quæ non uis repeto: Fecit reſtitutus, paſſus eſt Saluius. Quem mihi ex his duobus Chriſtianum niſi Reſtitutum: quem ſacrilegum, niſi Saluium reſpondebis? Iaceat ergo oportet improbatumq; reſpuatur, & quod dixiſti nullā eſſe iuſtā perſecutionē: & quod dixiſti, quis nō uult teſtō conſentire prolato, qui perſecutionē patiē, an qui facit, quia & iuſta perſecutio eſt q̄ pertulit Saluius, & Reſtitutus fecit: paſſus, eſt Saluius, & tibi Reſtitutus eſt laudabilis dānabilis Saluius. Neq; .n. occulte factum eſſe dicturus es. Aut poſſet hoc latere Primianum quod in ea ciuitate factum eſt, vbi ipſe epiſcopus præſidebat, & in tanta ciuitate apud tantū iudicem, vt ex hoc aliis etiā

Cap. 50.

C

ciuitatibus occultũ eſſe nõ poſſet. Aut ſi & hoc inter occulta deputandũ eſt: cur nõ vis ignorare orbẽ terræ ſi quid mali fecit: quod quidẽ abſit, vt fecerit perſecutionũ tpe Cęcilianus, ſi perſecutionem quam paſſus eſt Saluius ab illo quẽ ipſe cõtra eũ ordinauit, & in ea ciuitate vbi ſuper collegas principatum gerit, potuit neſcire Primianus? Fatebe-

D

ris ergo uelis nolis, ne Reſtitutum, ne Primianum, ne partem Donati damnare cogaris, non ſolũ iniuſtos pati, uerũ & iuſtos facere poſſe perſecutionẽ. Aut ſi eã quæ iuſte fit, nõ eſſe appellandã perſecutionẽ putas: nec vos a nobis, nec veſtros a noſtris pſecutionẽ poteris probare perpeſſos, magiſque nos demonſtrabimus eam nos perpeti a clericis & circuncellionibus ueſtris, qui corde duro & inſulſo, nec intelligentes nec ferentes qđ eis conſulimus ad ſalutem, tanto in nos furore ſęuiunt, ut ea quę nobis faciunt, nec numerare, nec commemorare, nec digne uerbis explicare ſufficiam.

Cap. 51.

Proinde cũ phreneticus medicũ uexet, & medicus phreneticũ liget, aut ambo inuicem perſequuntur, aut ſi perſecutio q̃ malo fit, non eſt, non utiq; perſequitur medicus phreneticũ, ſed phreneticus medicũ. Sæuitia igitur ueſtra & uiolentiſſima audacia p Circuncelliones veſtros clericorum ueſtrorum ſatellites omnibus nota, comprimẽda fuit legibus, quæ cõtra uos latæ ſunt, & quo-

E

dammodo colliganda, ſimul & in quo eſſetis errore & in quo ſacrilegio contra unitatem pacemq; Chriſti uideremini ſaltẽ ipſo terrore cõmoniti cogitare atq; emẽdare velletis, ſicut errorib. veſtris p poteſtatũ ſecularium iuſsiones exagitati, Felicianus & Prætexatus corde nimiũ duro & peruerſiſsimo, ſchiſma qđ a vobis fecerãt, correxerũt, & ad ueſtrã cõmunionẽ ſocietatẽq; redierũt. Totum aũt corrigeret̃ ſi ad radicẽ catholicã à vobis omnibus rediret̃. Quicquid uero factũ eſt aduerſus uos, quod tẽperamentum Chriſtianæ dilectionis excederet, tam non eſt imputandum catholicæ Eccleſiæ, quàm nec illud quod Saluio fecerunt Abitinenſes, Primiano uel Reſtituto imputauerim.

Cap. 42.

Quod uero poſt exaggeratas perſecutiones quas partem Donati perpeſſam fuiſſe dixiſti, & totum tacens quod præceſsit a ueſtris, & multa dicẽs quæ nõ probãtur in noſtris, de Pſalmis teſtimoniũ dixiſti & ſubiciſti. Nõne de ijs qui talia faciũt dictum eſt, Veloces pedes eorũ ad effundẽdum ſanguinẽ: & uiam pacis nõ cognouerũt? Hęc ipſa & alia multo longeq; grauiora, illo Bagaienſi concilio Epi ueſtri in Felicianũ Prætexatũque dixerunt. Et certe illi nullius carnis ſanguinẽ fuderant, nullũ in vos violẽtiæ corporalis impetũ fecerant. Sed q̃ hęc in eos dicebant, multo ſceleratius eos ſacrilegio ſchiſmatis ſanguinẽ ſpiritalẽ fundere iudicabãt. Vñ ſi cũ illis poſt tã grauia q̃ in eos dicta ſunt, pacẽ ſine honoris eorũ decoloratione, ſine baptiſmi reſciſſione feciſtis: non deſperandũ eſt quin & nobiſcũ concordare poſſitis. Multo .n. uos magis delectare debet ad pacẽ faciẽdã totus orbis Chriſtianus, quam Prætexatus & Felicianus. Qui ſi nõ vos inquinauerũt quos tãta criminationis atrocitate dãnaſtis, multo minus vos inqnat vnitas tot gẽtiũ Xpianorũ, cui neſcio quorũ Aphrorũ crimina demõſtraſtis, & multũ vos inqnat ſcelus quo ueſtrã ſocietatẽ ab eius Eccleſię pro qua tot ac tãta diuina teſtimonia recitantur ſocietate ſeparaſtis, quibus diuinis teſtimoniis humanã temeritate auſus es cõtradicere, cũ & tuipſe neſcio qũo eadem in ueritate fateri coactus ſis, qđ in Chriſtianum nomen totus quotidie uertitur mundus.

Pſal.

F

Auſus es, inquã, teſtõ dei reluctari, cũ dicat Apoſtolus. Hoĩs teſtm̃ confirmatum, nemo irritum facit, aut ſuperordinat: Abrahæ dictæ ſunt pmiſsiones & ſemini eius. Hoc teſtm̃ irritum facere, huic teſtõ partem Donati ſuperordinare minime timuiſti, ut cũ quis in eodem teſtõ dicat ad Abraham: Sic erit ſemen tuũ ſicut ſtellę cœli, & ſicut arena maris. hoc tu irritũ faciens, & partẽ Donati pro qua nullũ teſtimonium recitas ſuperordinas, in paucis, inquis, frequenter eſt ueritas, errare multorũ eſt: non intelligens qũo a domino dictum ſit, Paucos intrare p anguſtam portam: cum & multos dixerit ab Oriente & Occidente recubituros cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Sed & in Apocalypſi demonſtrentur ex omni gẽte & tribu, & lingua milia candidatorum, quæ nemo numerare poſſit. Qui profecto & multi ſunt per ſeipſos, & iidem ipſi pauci ſunt

Cap. 5
Gala.
Gen. 2
Matt. 7
Matt. 8
Apoc. 7

in com-

in cōparatione lōge plurium, q cū Diabolo puniedi sūt. Quæ tn̄ frumēta diuinis in æternū horreis destinata, p totū mūdū dilectionis vnitate sociata: vel ab scandalis & violentijs hæreticorum siue ab interiore tāquā palea sua multis nō recte viuentibus, æstus & triturā huius seculi tolerāt, ultima uentilatione purgāda. Sed tibi ad oia nihil facilius quā Maximinianensiū cā rñdet. Si.n.in paucis frequēter est veritas, & errare multorū est, permitte ut Maximinianēses quanto vobis sunt impares paucitate, tāto vos superent veritate. Nō facis. Noli ergo in cōparatione multitudinis gentiū catholicarum de vr̄a paucitate gloriari, sicut nō vis vt Maximinianēses in cōparatione multitudinis uestræ de sua paucitate glorientur.

Quod aūt de Aphris traditoribus narras, ita nescis qualiscūque hominis corde, nō sētis in conflictu quo veritas quęrit cū ,pbatio non sequit, quā fit vana & inepta narratio, in qua refellēda operā nō sumerē, nec si nō haberē in causa Maximinianēsiū tā facile sine vlla ambage cōpendiū. Sacræ sunt literæ: Deus Deorū Dn̄s locutus est, & uocauit terrā: A solis ortu usque ad occasum, ex Sion species decoris. Huic Prophetico testimonio cōcinit Euangeliū, ubi de seipso idē Dn̄s dicit: Oportebat Xp̄m pati & resurgere a mortuis tertia die, & prędicari in nomine eius pœnitētiā, & remisionē peccatorū p oēs gētes, incipientib. ab Hierusalem. Quod .n.illic dictū est, Vocauit terrā, a solis ortu vsque ad occasū: hoc dictū est hic, p omnes gētes. Et qđ ibi dictū est, Ex Sion species decoris eius: hoc dictū est hic, incipientib. ab Hierusalē. Non.n. tantummodo ibi passus est Xp̄s, sed ēt ibi resurrexit, inde ascendit in cœlū, ibi centū uiginti homines cōgregatos die Pentecostes misso de cœlo Spiritu sācto impleuit: vbi vno de tria, alio quinque milia credentiū in suū corpus cōuersa suscipit, inde in totā Iudæā & Samariā, & in orbis terrarum cęteras gentes se fructificando diffudit & diffundit Ecclesia, Quod discipulis prædicens iam ascensurus in cœlum: Eritis, inquit, mihi testes in Hierusalem & totam Iudæam & Samariā, & vsque in fines terræ. Hæc igitur Ecclesia incipiens ab Hierusalē, seq; per oēs gentes tam euidēti fœcunditate diffundēs, ut teipsū cōfiteri cogat, q in Christianū nomē ,puidētia Dei quotidie totus vertitur mūdus: Hæc, inquā, Ecclesia q Domino Deo Deorū loquente, a solis ortu vsque ād occasū uocatur, nulla tenus ab Aphris traditoribus pollui potuit, quos omnino nesciunt, si Maximiniani sacrilegi surculi nō polluere plātaria, tot collegas eius tantū, qa ordinādo manus ei non imposuerūt, quamuis eum a Primiano dānatum laudauerint, Primianumque dānauerint in eius schismate constituti: dilationem qua reuerterentur acceperint, qui nec etiam, quia dixit traditionem multo probabilius nos uobis objcimus.

Respōdens me hoc fuisse cōfessum, qđ ea uos nobis ,pbabiliter objcitis, docens ē regulā locutionis qua cōparatiuus gradus qđ ante positum est auget, non quod ante factum est improbat: & adiungēs, Sicut bene & melius, male & peius, horribiliter & horribilius, ita esse ,pbabiliter & probabilius, unde tibi colligere videris & dicis. Hinc ego in illo ,plixiore triū librorū opere suo loco tibi satis aut plusquā satis fortasse respondi & ostēdi. Ex illis literis didicimus vera quomodo cōparatiuus gradus nō sēper augeat quod cōpararat, aliquādo improbet cui comparatur. Inde est:

Dij meliora pijs erroreq; hostibus illū,
Discissos nudis laniabāt dentibus artus.

Inde est: melioribus opto auspicijs. Lege diligenter, plura ipse reperies. Sed nonne miraris obsecro te in hac causa Maximinianensium, ex qua tibi ad omnia nunc statui rn̄dere, nec huius mihi defuisse locutionis exemplum? In illa quippe luculētissima & facundissima sententia Bagaiensis concilij: Inuenta est, inquiunt, causa salubrior, ne per cuncta membra pestilens irrepat uirus, vt compendioso dolore natum decidat vulnus. Certe secundum regulam tuam salubris, non salubrior dicere debuerunt. Neq; enim illud salubre, sed perniciosum erat, vt per cuncta membra pestilens virus irreperet. Salubrior ergo erat causa, ut compendioso dolore natum decideret vulnus, quanuis non esset salubris, sed cōtra exitiabilis, ut per cuncta membra pestilens irreperet virus. Sic traditionē probabilius nos

Cap. 55.

Sup. li. 3. cap. 73.

Virg. 3. Georg.

L vobis obijcimus, quamuis eam vos nobis non probabiliter obijciatis.

Cap. 57. *Supra. li. 3. ca. 59.*

Iam illud qđ in Siluanũ Cirthẽſem Epm vr̃m dixi fuiſſe, traditorẽ, municipalia geſta teſtanť ibidẽ apud Cirtham a curatore reipublicæ Numacio Felice cõfecta. Nã ſicut ibi ſcriptũ legimus, poſtea q̃ peruentũ eſt ad bibliothecã, inuẽta ſunt ibi armaria inania, ibi protulit Siluanus capſulã argenteã & lucernã argẽteã, quo diceret ſe poſt arcã inueniſſe eas. Cui Victor Aufidij dixit, Mortuus fueras ſi nõ eas inueniſſes. Felix aũt curator cũ ei dixiſſet: Inquire diligentius ne qđ hic remãſerit, Siluanus dixit: Nihil hic remãſit, totũ hoc eiecimus. Quæ geſta cũ apud acta Zenopili cõſularis recitarenť, eiſq; infererenť, inter alia teſtiũ multa documẽta, q̃ſiuit conſularis qui adminiſtrabat. Tunc Siluanus in clericatu victor rñdit. Sub Paulo Epo orta perſecutio eſt. Siluanus ſubdiaconus fuit. Hinc tu publicorũ geſtorũ euidẽtiſsimo documento, quo minus credať, magnũ aliquid tibi videris opponere, quia cũ cõmemoras ſniam q̃ dixit in Cæcilianum velut puniẽs traditores, ac argumẽtaris fieri nõ potuiſſe, vt traditor fuerit, qui traditionis tã ſeuerus vltor extiterat, quaſi aliquid ſeuerius videbatur illis nequiſsimis ſenioribus, qñ in occidendũ Suſannã tanta inſtantia ſæuiebant, cũ eorũ conſciẽtia ipſo flagitio ſodereť, q̄ ſe in illã punire velle fingebãt. Sed omittamus talia. Felicianus nũquid non cũ Primiano nũc dãnat: qđ cũ Maximiniano ipſe cõmiſit? ſed planè meliore ſnĩa correctior non impudentior. Qđ Felicianus ſi facere uoluiſſet, nõ in Cæciliano falſam, ſed in ſeipſo uerã traditionẽ ſalubri emendatione dãnaſſet, & ad Cæciliani innocentiã, ẽt ſi non eps, tñ correcta prauitate tranſiſſet, ſicut Felicianus ad Primianũ, quẽ ſimiliter ut ille Cæcilianũ damnauerat innocẽtẽ, potuit tñ ſine macula Primiani uel ſua, cum epali ẽt honore tranſire. Nec illud qđ dixi, neſcio quos traditores, quos vr̃i maiores arguebant ſi veraciter arguebãt debuiſſe cõuincere: ſic acceperis tanquã hoc apud ſeipſos facere debuerint. Sic n. rñdes quod fecerint, & ideo noſtros perdidiſſe baptiſmũ indicauerint. Lege prius diligẽter contra qđ ſcribis, & aut intellige quæ dicuntur, aut noli quod intelligis vertere in

Dan. 13.

aliud. Ego dixi nõ apud veſtros, ſed apud eccleſias tranſmarinas quibus innocentes illi videbanť qui arguebanť, a veſtris eos debuiſſe conuinci. Nã & Maximinianenſes conuictum ſibi vr̃r damnaſſe Primianum, ſed nõ apud eos qui longius poſiti, & a gr̃a uel inuidia remotiores, tale de illo poſſent ferre iudiciũ, qđ vniuerſæ parti Donati facile probareť. Nunc vero dãnauerunt eũ centũ & amplius q̃ trecentis abſoluendũ relinquerunt, apud quos ipſi periculũ dãnationis incurrerent. Eis quippe & pluribus ſuã debuerunt pſuadere ſnĩam, ubi ipſi cũ eis intus eſſent, Primianus aũt foris, ſi damnatus pnĩam reſpuiſſet. Si aũt in hoc, tñ maiori numero collegarũ, & tot ſuæ cõionis eccleſijs per totam Aphricã diffuſis perſuadere non poſſent, aut ſnĩam ſuam conſilio ſaniore reſcinderẽt, in qua falli ſicut hoĩes de homine potuerunt, aut ſi vera eius crimina ſine vlla dubitatione didicerant, quæ tñ perſuadere tanto pluribus cæteris nõ ualebunt, nocentẽ ſcientes tolerarent prudẽtius & patientius, q̃ ſe a tot innocẽtibus qui iſta neſcirent, impio ſchiſmate ſepararent. Tenerent. n. illam beati Cypriani pleniſsimam charitatis pietatiſq; ſententiam, qua dicit: Nam etſi videntur eſſe in eccleſia zizania, non tñ impediri debet fides aut charitas noſtra, ut qm̃ zizania eſſe in eccleſia cernimus, ipſi de eccleſia recedamus. Quod quidẽ illis tunc prodeſſet, ſi in eccleſiæ catholicæ purgamentis purgamenta tolerarent, quæ ante tp̃s ſeparare nõ poſſent. ſed q̄ eos dicimus in hac erroris veſtri ſocietate, quã ueram eccleſiã eſſe arbitramini facere debuiſſe, hoc maiores veſtri, in illa perſpicue uera in cuius unitate fuerũt, ne ab illa ſeparenť, facere debuerunt. Sicut. n. quilibet partis veſtræ homo cãm Primiani prorſus ignorans: tñ quãuis a centũ Maximinianenſibus damnatum ſimpliciter innocentẽ credit eum qui tãto pluribus ſe probauit, ita ẽt in cõione catholica, quem cauſa Cæciliani latet, nõ immerito ſibi innocentẽ fuiſſe perſuadet eũ qui non ſolum per Aphricam verumetiã per tot gẽtium Chriſtianarũ terras, tanto pluribus ep̃is cæteris uel innoteſcere innocens potuit, uel occultari nocens, apud quos aut ab agnoſcente meruit abſolui, aut non meruit ab ignorante damnari, aut cor-

ruptio

rupto iudice contra quem meruerat absolutus, nõ potuit alijs, qui non iusficauerãt demonstrari. Vos igitur sacrilega separatione ab unitate populorũ innocentium tot tantorumq; separamini, qui cum hac causa iudices esse nõ possent, aut nullos hinc fuisse iudices, aut vtrũ hinc aliquid vel quid iudicatum sit nescierunt, aut electis iudicibus potius q̃ victis litigatoribus crediderunt.

His docetur in eo ẽt qđ ex illa mera quadripartita distributione ultimũ tibi, neq;.n. aliud poteras, elegisti, q̃ facile superemini. Dixi.n.ꝙ si documenta criminũ traditionis fuerint ex vtraq; parte ꝓlata, aut utraq; sunt uera, aut utraq; falsa: aut nr̃a uera, & vestra falsa: aut nostra falsa & vestra uera. Et cũ in tribus superiorib. facillimã nostrã uictoriã demonstrassem, in quarto quoq; uos vinci, aut minus intellexisti, aut qđ magis credo, ne ab aliis intelligeretur, nescio quibus vmbraculis id conatus obtegere de argumentationis genere disputandũ putasti. Vnde & cũ alijs, si opus fuerit, fortasse tractabimus, ne tempus non necessarijs insumamus.

Proinde attẽde, vtrũ ualeã in illo perspicuo speculo vr̃o, hoc est in cã Maximinianensium ẽt hoc demonstrare. Nãq; mortuis oĩbus, & apud quos hæc gesta sunt, fieri aliqñ poterit, vt inter vestros, & illorũ posteros q̃ñ cõionis agitetur: dicturi sunt illi a maioribus suis fermè cẽtũ uel amplius Epis dãnatũ esse Primianũ, & illã primo quæ apud Carthaginẽ, deinde aliã q̃ apud Cabarsusi cõtra eũ scripta est sñiam prolaturi, contra vr̃i conciliũ Bagaiẽse recitabũt. Flagitabũt illi, vt diluta esse doceant crimina Primiani, q̃ suorũ maiorũ sñia cõtinentur. Nonne multo iustius dicent vr̃i: Hæc crimina quæ obiicitis ẽt mortuis si uera sint, hoc ꝓbate, qđ ad maiores nostros ea detuleritis, ꝙ eis hæc vera oñderitis esse? Qđ si facere conati estis, nec implere potuistis, maiores ipsos nostros inquinare nõ poterãt aliena crimina, q̃uis uera, q̃ illis non fuerãt demonstrata hominibus, si ea nec conati estis oñdere. Vnde igiť ad nos cã illius reatus trãsire potuit, qui nec ipsos q̃ cũ Primiano tunc uiuebãt ignoratus & nõ ꝓbatus inuoluit? Vos itaq; schismatis reos ꝑspicua ueritate conuincimus, quos a nobis fratrib. vr̃is ꝑ ꝑ aliena crimina, q̃ tunc maiorib. nr̃is demõstrata nõ sunt, q̃ñ fuerãt demonstrada, separatos uidemus, si hoc iustissime dicturæ sunt plebes, & clerici eorũ locorũ ex quibus erãt trecẽti & decẽ, qui cõtra Maximinianẽses Bagaiẽse conciliũ condiderũt. Si hoc, inquã, recte dicturi sunt Aphri Aphris, Numidæ Numidis, Mauris Mauri, quã plurimi paucis Bizaceonis & prouincialib. quãto iustius & criminibus ẽt si uera essent nescio quorũ in Aphrica traditorũ? Hæc dicit Aphris orbis terrarũ, cũ præsertim & in Aphrica ipsa Ecclesia catholica tãto sit cæteris gẽtibus vnitatis uinculo sociata. Quæ nihilominus eã & documenta ẽt criminũ alienorum, quę mihi nunc conaris ostẽdere, non faciũt reos populos gentium: quibus qñ debuerunt nõ demonstrata sunt, uel quia nõ curastis a quibus populis in hac cã innocẽtibus, si me dissociauero, ꝓ criminibus alienis innocẽs esse nõ potero a sacrilego crimine schismatis. Proinde & plurimũ ualeat s, & nunc mihi hæc uera esse doceatis. Dãnamus mortuos traditores, uiuos nõ deserimus innocentes. Cũ ergo dixeris: sed si qua uera essent uestra documenta Ecclesiæ, hoc est catholicæ, uos ea ꝓbare debuisse & uos intus essetis: illi aũt quos conuinceretis, pellerentur foras: propulsi uestri aũt in Ecclesia plenaria & catholica remanserunt hoc si totidem uerbis uobis Maximinianẽses dicãt, quid r̃ndebis, nisi nec refelli dignos sed tm̃ rideri, qui ecclesiam plenariã cum epis iam minus q̃ centum contra tantam numerositatẽ ac multitudinem, cui amplius q̃ trecenti præsident audeant, cum per oẽs Aphricæ regiones ubi Maximinianẽses sunt, nõ desit etiam cõio Primiani, per alias aũt multo plures latiores q; Aphricæ partes unũ Maximinianensem nemo reperiat, nisi vix forte peregrinantẽ? Quo igitur ore contra ecclesiam a solis ortu vsq; ad occasum ꝓmissam uoce ueritatis & redditã audes ecclesiam plenariã dicere partem Donati, cũ ipsa non sit nisi Aphricæ: illa uero cum tot gentibus, sit & Aphricæ, sed uidelicet ista illam misit foras. Ne quæso tu istam uocem mittas foras, in facie est frons hominis non sub humero. Ergone ista illam misit foras? Non uides si illa mittitur foras, de qua dicit dominus ad Abraham, in semine tuo bene-

Gen. 22. dicentur oẽs gentes. De qua prædictũ legit̃, *Isaiæ. 2.* ꝙ erit in nouissimis dieb. manifestus mõs G Dñi,& uenient ad eũ uniuersæ gentes. De *Psal. 21.* qua prædictum canitur, Commemorabuntur & conuertentur ad Dñm uniuersi fines terræ,& adorabunt in conspectu eius, uniuersæ patriæ gentium. De qua prædicatur, *Luc. 24.* ꝙ in toto mũdo fructificet & crescat, quam ipse dñs dicit dilatari per oẽs gentes incipiẽtibus ab Hierusalẽ. Non inquã, uides si hęc mittitur foras, eam cum lege dei, cum Prophetis, cum Psalmis, cum Apostolis, cum ipso Euangelio, cum toto deniq; testamento,& cum ipso hærede mitti foras?

Cap. 59. Quod nefas si attendis, si perhorrescis, si cõtremiscis, uide ubi sitis,& redite intro, qm̃ nõ missi estis, sed uos potius existis foras, uide quid faciat animosa cęcitas. Dr̃ ꝙ Maximinianus Primianũ miserit foras,& ridetur. Dr̃ ꝙ pars Donati labores apostolorum per uniuersum mũdũ fructificãtes & crescẽtes misit foras,& nõ exhorret. Ne q̃d sanè fallaris aut fallas, qm̃ id quod tam crebro cõmemoraui, nõ aduertẽs uel te aduertisse dissimulãs, dixisse me affirmas non esse frumẽta dñica, quã ego ecclesiã catholicã sic asserui, quõ eã asserit scriptura diuina frumenta sola in horrea recõdentur: nũc ecclesia tanq̃ area cũ palea trituratur: hoc est quod uos urget ac premit,& nisi corrigamini extinguit, quia huius areæ paleam quod uos esse demonstrastis, purgatum frumentũ impudenter uos esse finxistis: ac sic ex ipsa H area uanis calumniis turbulentis, tanquam leuissimus trituræ puluis per inane sublatus, ante nouissimum uentilationis tp̃s existis. Vox deniq; arrogãtissima atq; falsissima uestra est illa, nõ nostra. Quid paleæ cũ frumẽto? quod de somnijs uanorum & re- *Hie. 24.* uelationibus prophetarum Hieremias ait: *Contra* & tãquam de nobis dictũ sit, Parmenianus *Parmenianum,* hoc scribit. Quære quoq; a Maximiniano, *lib. 3. ca.* nihil aliud de se dicit, Nõ est.n. alius impius *2. in fi. et* superbiæ tumor apud oẽs qui se a Christi *3.* unitate discindunt, q̃ se solos Christianos esse iactare & damnare cæteros, non solum quibus eorum lis nota est, uerumetiã quibus eorum nec nomen auditum est.

Cap. 60. Nam illud q̃ eleganter tibi uisus es dicere, ꝙ cum ego de testamento dei dixissem, nunc undecunq; prolatum est recitetur. Respondendum putasti ꝙ iam hoc confessionem criminis habeat,& ideo dixerim a quocũq; prolatũ est recitetur, quia apud me cõstat, & a nostris exustum & a uobis seruatũ atq; prolatum. Ita uero si ueritate cõfisus, a I Maximiniano uelis proferre codicẽ legis, *Num.* vñ recites Dathan, Chore,& Abiron, q̃ uiui terra dehiscente submersi sunt, quib. istum Bagaiensis sentẽtia cõparauit: nõ eo firmius cõtra illũ recitabitur: quia in eius codice reperitur. Quod ergo dixi, testm̃ vndecunq; prolatũ est recitetur: nõ est cõfessio criminis sed fiducia ueritatis. Quid.n. cõmodius, quid præclarius, q̃ si fieri põt, aduersus te legatur, a te proferatur? Nõ quia ego non habeo pro me, sed facilior est certiorq; conuictio, ut tu habeas cõtra te quod pro te si corrigaris fiat. Contra uniuersitatẽ uero ecclesiæ quia te inania repetere libuit, etiam hic rñdeo. Sicut in Aphrica pars Donati uos estis, a quib. apparet partem Maximiniani schisma fecisse, qm̃ nõ est ꝑ Aphricã in qua uos estis: uos aũt & in regionib. in quib. illa est nõ deestis, nam & alia schismata facta sunt ex uobis, sicut Rogatẽses in Mauritania Cæsariẽsi: Vrbanẽses in quadã Numidiæ particula,& alia nõnulla: sed ubi præcisa sunt ibi remãserũt,& hinc.n.& eos a uobis exijsse, nõ vos ab ipsis, quia uos ẽt in his terris estis vbi ipsi sunt: illi aũt quaqua uersus uos estis, nõ nisi forte peregrinantes inueniunt. Sic ecclesia catholica, quę sicut ait Cyprianus, ramos suos per uniuersam terrã copia ubertatis extẽdit, ubiq; sustinet scã K dala eorũ qui ab illa uitio maxime sup̃biæ pręcidũtur, aliorũ hic, aliorũ alibi atq; alibi q̃ partes suas ostantes dicunt. Ecce hic est Xps, ecce illic quib. ne credatur ipse præmo- *Mat.* nuit. Non.n. ostũdunt uiam de qua propheta tum est in Psalmis, ut cognoscamus in terra uiam tuã, in omnibus gẽtib. salutare tuũ, *Psal. 21.* sed suæ cõionis quisq; regiones, ecce hic, ecce illic. Vbi.n. cadũt ibi remanẽt,& ubi separantur ibi arescũt, uñ ipsa de qua præcidun tur, ẽt in eas terras extẽditur ubi iacent illa, quæq; in sua regione fragmẽta, in illa uero singula quacũq; ipsa dilẽdit non sunt, quã uis aliqñ uix rarissima folia eorũ ariditate uentus elationis in peregrina dispergat.

Hæc

[C. 61.] Hæc igitur ecclesia quę ut eiusdē idētidē verbis utar, ramos suos per uniuersam terrā copia ubertatis extēdit, ad multas ēt Barbaras gentes extra orbem Romanū crescendo peruentura est. Qđ te inquisisse & cōperisse arbitror ut, diceres. Omito gētiū Barbararū proprias regiones, ipsarū ritus, sydera Chaldęorum, Aegyptiorum superstitiones, [L] deos Magorū, ut omnia ista sint, quia prouidentia dei in christianū nomen totus quotidie uertitur mundus. Hæc tu uera dixisti, & [Gen. 22.] sic impletur promissio q̃ dicta est Abrahā, In semine tuo benedicētur oēs gentes. Omnes, inquit gentes: non dixit, oīum gētium oēs homines. Vnde necesse est nō solū fęcūditate crescētis ecclesiæ, uerūetiā permixta multitudine inimicorū eius, p quos pietas eius exerceri & probari possit, usq; in finē iudiciariæ separationis totus orbis impleatur. Sic cōmemoratū est hoc testm̃ & ad fi- [Gen. 26.] liū eius Isaac, dño dicēte, Et statuā iuramentū meū quod iuraui Abraham patri tuo, & amplificabo semen tuum tanquā stellas cęli, & dabo tibi & semini tuo oēm terrā, & [Gen. 28.] benedicētur in semine tuo oēs gētes terræ. Sic & ad nepotem eius Iacob, Et erit semen tuum sicut arena terræ, & dilatabitur supra mare & in Aphricū & in Aquilonem, & ad Orientē, & benedicentur in te oēs trib. terræ. Supra mare aūt plerūq; scriptura cum dicit, Occidentalem partem solere significari, nouit qui legit. Huic tu testō si prolato consentire uoluisses non in sola Aphrica remansisses. Non ergo nobis communicant sicut dicis, Nouatiani, Arriani, Patripassiani, [M] Valētiniani, Patriciani, Appellitę, Marcionitę, Ophitæ, cæteraq;, vt uerbis tuis utar, nephariarū pestiū, sacrilega nomina sectarū. Veruntn̄ ubicunq; sunt isti, illic catholica, sicut in Aphrica ubi & uos, nō aūt ubicūq; catholica est, aut uos estis aut hęresis q̄libet illarū. Vn̄ apparet q̄ sit arbor ramos p uniuersā terrā copia ubertatis extēdēs, & q sint rami fracti nō habētes uitā radicis, atque in suis quiq; latētes & crescētes locis, sed si nō pmanserint in infidelitate, sicut de Israeli- [Rom. 11] tis dicit Apostolus, inserentur. Potēs est.n. deus iterum inserere illos, nō ut iterū accipiant sacramentū baptismatis, quod iam tractū ex arbore nō mutarūt, sed ut reuiuiscāt ex radice charitatis & unitatis, a qua separati sterilitate aīositatis arescūt: sicut rursus inserendos putastis Prętexatū & Felicianum, quos tecū pciderat Maximinian⁹, nec pcisorū baptismū reprobastis. Quib. uero aliqd [A] pręstaretis, si non eos frumēto uestro, sed & uos & illos radici catholicæ redderetis.

Iā uero ad illud qd rñdeā, qđ tibi uisus [Cap. 62.] sum dixisse, pro uobis, qm̄ dixi nō prodesse baptismū eis q ab unitate discedūt, inesse illis tn̄ hinc probari, q redeuntib. nō restituitur. Firmastis.n. & uos hoc dicere, q maioribus nostris ad Ecclesiā redeuntibus, baptismus quem ibi acceperant non profuerit. Hoc si diceretis, nihil inter nos aliud quæretur, nisi quę sit ecclesia ubi baptismus prosit. Sed uos non dicitis in nobis baptismum esse, ac non prodesse, sed dicitis omnino nō esse, quod ab eis acceperimus, qui eū discedendo perdiderant, un̄ nec potuisti rñdere, nec poteris ad illud q a me positū est, in- [f] esse baptismū discedentib. hinc probari, quia redeuntibus nō restituitur. Si.n. baptismum Felicianus a uobis recedēdo pdiderat, cur non denuo rediens baptizatus est, ut ei qđ perdiderat redderet? Ipse deniq; Maximinianus si ad uos redeat nō baptizatus, qđ deberet utiq; si pdiderat baptismū. Tua quippe uerba sunt, qđ in eius schismate snīa dānationis retēti, simul & baptisma & Ecclesiā pdiderūt. Sicut ergo eis redeūtib. reddit̄ Ecclesia reddat̄ baptismus. Baptizent̄, inq̄, re- [B] deūtes, si baptismum amiserūt abscedētes. Hoc qa nō facitis, ēt uos fatemini ab Ecc. redeuntib. inesse baptismū, nec prodesse: dāt ergo sicut habēt, id est, ut & ipsis q ab eis extra ecclesiā sumunt, insit baptismus, nec tn̄ prosit. Vn̄ sicut illis redeūtib. nō reddit̄ qđ amiserunt: ita & illis nō dandū est quod acceperāt, sed agendum cū eis, ut per ecclesiā psit utrisq; quod extra ecclesiā inesset non prodesset. Ac per hoc nec pro uestro errore aliquid dixi, & ei quod dixi non respōdisti.

Adiungis etiam de horto cōcluso & fon- [Cap. 63 Can. 4.] te signato: quod omnino unde dictum sit non intelligis, Si conclusus est, inquis, hortus & fons signatus, qūo qui foris est positus, & ab horto, id est, ecclesia & fonte eius, id est, baptismate separatus, potest dare quod non habet? Interroga Felicianū utrū

in horto cõcluſo fuerat, qñ illi reditus quaſi
ad eũdẽ hortũ cõcluſum dilationis ianua pã
debat. An forte exinde furatus eſt fontẽ vbi
C laicos ſuos in Maximiniani ſchiſmati ba-
ptizaret? Qđ ſi ita eſt, vbi tũc veſtri uos ab-
luebant? An eos pariter illa dilatione diſtule
rũt, donec fures illi ad hortũ cũ fonte remea
rẽt? Tũc nõ erãt iſti pſeudoprophetæ, qñ Pri
miani criminib. mẽtiendo deceptos, ad ſuũ
ſacrilegiũ traducebã lupi rapaces, qñ ſedu-
ctos de grege Primiani, ad ſuæ conciſionis
particulas pertrahebãt? Negas eas quas dixi
tyrãnicas vrorũ in fũdis alienis dñationes
& bacchationes ebrietatũ? Nega quantũ po
tes, non vereor, ne ꝑ pea nobiſcũ vos pigeat
cõcordare: Nõ in vos tale aliquid dixi, qua-
lia Maximinianẽſes damnati à vobis audire
meruerũt. Negas furorẽ Circũcellionum, &
ꝑcipitatorũ vltra cadauerũ cultus ſacrilegos
& ꝓphanos, non tñ negas cũ Aegyptiorũ
ad modũ exẽplo pereuntiũ funeribus plena
eſſent littora: quib. in ipſa morte maior eſt
pęna, quod nec ipſam inuenerunt ſepultu
ram. His uobis ſepultis cadaueribus inhæſi-
ſtis, ibi enim iacebant Prætexatus & Felicia
nus. Aut ſi apud vos reuixerunt, quid de ba-
ptiſmò agitis quẽ tunc mortui tradiderunt.

Cap. 64. Dicis me non ſeruaſſe pacẽ ac lenitatẽ, q̃
principio literarũ mearum promiſerã, ꝙ ſa
tanã Petilianũ appellauerim. Ego nõ Petilia
D num nec quẽquam hoĩem in parte Donati,
ſed ipſum errorẽ partis Donati ſatanæ cõpa
raui: ex cuius laqueis hoĩes quos diligo cu-
pio liberari. Nã lege cõſideratius, inuenies:
quanquã & ſi aliquid durius dixi, lege quæ
ipſi nõ in errorẽ Maximinianenſiũ, ſed in ip
ſos dixeritis. Felicianũ ergo Petilianus imite
tur, & mihi pacẽ deſiderãti non iraſcatur. Ti
bi certe ipſe ſucceníeo ꝙ mihi ex obliquo
Manichæos obiiciẽdos putaueris ꝑ ꝑ errorẽ
adoleſcentiæ meæ. Vnde non tã doleo cõfi-
dens de perpetua gloria liberatoris mei, quã
ſi placet admoneo, vt quęras & legas quę &
quanta & qũo aduerſus Manichæorũ peſti-
lentiſsimã hæreſim ſcripſerim. Ibi videbis
qua fide cõtra eos Chriſtianam defenderim
veritatẽ, eorumq; fallacias quãta perſpicui-
tate deſtruxerim, & noli eſſe aduerſus me
incredulus, cũ Felicianum credas Primiano
fideliter inhæſiſſe, qui ꝓ Maximiniano tãta
crimina in eũ ſnĩa damnatoria dixerit. Con
tra eundẽ vero Maximinianũ & ab eo diſſo
ciatus aliquid forſitan ſcripſerit, in quẽ non
ſicut ego in illo adoleſcens, laicus, cathecu-
menus inciderat, ſed ſenex ſenẽ ei cui nunc E
adiunctus eſt, aduerſarium eṗs epm faceret.
Vnde cũ ego epiſtolam primatis noſtri, qa
feciſſet ſub eadẽ vrbana obliquitate mẽtio-
nem, quã de me iſte ſcripſit iratus, cũ in epi
ſcoporũ concilio probare quod intenderat
vrgeretur, eius ipſius ſnĩa ſe corrigentis, &
de hac re ueniam poſtulantis, legã eſſe dam
natam, tu quære vtrũ poſsis legere, ubi cor-
rectus damnauerit Felicianus, quæ nõ accu
ſans ſed dãnans dixit in Primianũ, vel ſaltẽ
ipſe Primianus euacuauerit, quæ dãnans di
xit in Felicianum. Quod ſi inueneris, ne ſic
par erit cã, quia ille accuſationẽ inſtituerat,
quã falſam eſſe peruidens, cum uenię poſtu
latione dãnauit, non aſpernans emendatio-
nis humilitatem dignitate primatus, ſed po-
tius reolens prudens qđ ſcriptum eſt, Quan
to magnus es, tanto humilia te in oĩbus, & Ecc
corã deo inuenies gratiam. Iſti aũt non inui
cẽ apud alios accuſauerãt, ſed aduerſus inui
cẽ iudices ſederant, proinde inuicẽ dãnaue
rant, dãnati cõcordauerũt. Non inuidemus
in parte Donati pacẽ damnatorũ, ſi & Chri
ſti pacem non reſpuant in orbem terrarũ. F

Cap Cernis iã vt arbitror, q̃ inaniter dixeris,
qđ videaris tibi ad omnia rñdiſſe quæ in ea
epiſtola continentur. Si. n. propterea rñdiſti,
quia tacere noluiſti, nõ quidẽ ad omnia, ſed
tñ reſpondiſti. Si autem ad hoc rñdiſti vt ea,
quæ à me dicta ſunt euacuares, uideo te qui
dem ad multa rñdiſſe, ſed nihil uideo refel-
liſſe. Conſideratis aũt omnibus quæ a me di
cta ſunt, puto ꝙ facillime intelligas nõ deui
tandæ contentionis cã, quæ nulla eſt cũ ue-
ritas uel quæritur, uel nõ pro vana gloria li
tigatur, ſed cauſæ malæ diffidentia vos no-
biſcũ nolle conferre. Vt. n. hanc ſolã Maxi-
minianenſiũ cauſam in mediũ proferamus,
nihil contradicere te iſti poſſe, nunc ſaltem
fortaſſe iam agnoſcis, vnde nõ mihi arrogãs
ſicut credis, aut calumniaris, velut inuictã
eloquentiã ſic eã uolui cõmendare, ſed ma-
gis ut intuerentur qui legerent talẽ eſſe cau
ſam, pro qua aſſerenda uel potius demon-
ſtranda nullius ſit facundiæ patrociniũ re-
quirendum.

quirendum. Ecce iam non dico tricipitē bestiam, errorē vestrum, quasi suauissimas verborū emendationes, sed dico calumniā tripartitā. Nec dico nos ei tanquam tridenti telo ex hac Maximinianensium causa debere resistere, sed dico tripertita defensione. Nec dico in eorū frontem impudentiam cohibete, sermonemq; reprimite. Nūquid qm̄ verba mutata sunt, & ex trāslatis facta sunt ꝓpria, ideo Maximinianensium causa mutata est, cuius compēdio sic superamini ut nihil uobis restet si aliqn̄ sapiatis, nisi finita peruicaci animositate pacari? Si de communione agitur, non peccatorum alienorum, sed diuinorum sacramentorum: cōicatum est damnatis, & dictum est de alijs sacrilegis qui cū damnato Maximiniano communicabant, ꝙ eos sacrilegi surculi non polluere plantaria. Si de persecutione agitur: damnatos persecuti estis, animosos persecutionibus correxistis. Si de baptismo agit: in sacrilego schismate datum baptismū suscepistis. Quid adhuc inaniter ne ueritas cognoscatur, errorq; fugiatur, diuina non intellecta testimonia proferuntur? Scriptum est, Si quis putat se contentiosum esse, nos talē consuetudinem non habemus. Sed nec Restitutus qui cum Saluiano Membresitano propter cellulas & agellos, ut eum locis expelleret forensi strepitu controuersiaq; conflixit contentiosus habitus est à vobis: quanto minus debet cōtentiosus putari, qui nō pro usurpanda uel auferenda, sed pro cōicanda hæreditate cœlestium cum eis qui aliter sapiunt fideliter disputat? Scriptum est inquis, In aures imprudentis noli quicquam dicere, ne irrideat sensatos sermones tuos. Nolite nobis in aures quasi secreta dicere, si non prudentes putatis, sicut nec Christus in aures pharisæorū dicebat, quod tamen ad eos refellendos ipsis audientibus proferebat. Palā nobis ostendite, ut si non corrigimur, conuincamur. Qūo vos si ad unitatem ueneritis, maculat orbis Christianus, quos damnatus non maculat Felicianus? Est scriptum, Noli rn̄dere imprudenti secūdum imprudentiā eius, ne similis fias illi. Nonne ibi sequit, Sed responde illi contra impudentiā eius, ne sibi sapiēs videatur? Hoc & vos facite. Nolite rn̄sione vestra nostræ q̄ putatis imprudentiæ, consentire, sed vnde possit rn̄dete. Respondete, inquam, qūo baptismum quod Maximinianenses in sacrilego schismate ministrarunt, sine aliqua destructione susceperitis, & in Ecclesijs, quas Christus per Apostolos propagauit, datum baptismū destruatis. Proinde quod in fine Epistolæ tuæ omnia quæ supra latius abs te dicta sunt, breuiter percurrenda arbitratus es quo lectoris memoriam recreares, eodem ordine accipe q̄ nec alios fallere debeas. Nam & arrogantiæ non est, uel quærere uel asserere ueritatem. Et quod nunquā putas potuisse definiri, non solum à prudentibus & deum timentibus definitum est, sed ēt uos totum sine fine putabatis, Maximinianēses suscipiendo finistis, & vos nō ad contentionem, sed ad collationem vocamus, qui Maximinianenses etiam forēsibus litibus pertulistis: sed in eis qui in Maximiniani schismate baptizati sunt, quamuis nequaquam illic baptizari debuerint, tamen Christi baptismum cognouistis, & Ecclesiæ fontem aliter debere intelligi, ad quem nisi bonus nullus accedit accepto baptismo, quē sacrilegi extra dederunt, declarastis: & maiores nostros uel sanctam Ecclesiam quam tenemus, alienis criminibus thurificationis, & traditionis, quamuis à uobis nunquam probata sint, tamen pollui non potuisse cōgemini confiteri, qui dixistis ꝙ socios Maximiniani, quibus ad redeundum dilationem dabatis, eiusdem Maximiniani sacrilegi surculi non polluere plantaria. Vnde nos tanto post nati, multo minus possumus ad eorundem traditorum & thurificatorum originē pertinere, si tunc pariter viuentium societatem maiorum uestrorum maculare non potuit, & persecutiones, quamuis contra ueritatem sæuissimas nobis facere soleatis, tamen ex aliqua parte Maximinianenses persecutionibus correxistis, & eos quamuis nō ipsis iam damnatis data fuerit, tamen post illius dilationis terminum suscepistis, & baptismum quem foris a uestra communione dederant, quibus dilatione redeundi ianuā pandebatis, etiam post eandem dilationem cognitum & approbatum non rescidistis. Quare cū uideas nihil a te dici potuisse qđ nō una Maximinianensiū causa refellat atq; conuincat, da ueniam si quos fortasse uerbo

durius

Margin: G; 1.Co.11.; H; Pr.24.; Pr.26.; I; Cap. I.; K

darius emisso te offendi: & si Apher in Aphrica tam magnam Maximinianensium causam in capite Aphricæ exortã, meis admonitus literis, tam sero requisisti, nec requisitam falsa narrantibus uestris, sicut iam cernis, inuenire potuisti. Timete deum, Tot christianas gentes tam late per mundum christiana vnitate porrectas, ignotorum Aphrorum ignotisq; criminibus nolite perfundere, & pro pace Christi redite ad Ecclesiam, quæ non damnauit incognitos, si pro pace Donati placuit reuocare damnatos.

Libri quarti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Primã Gaudẽtii Donatistarũ Episcopi epistolam. Liber Primus.

Cap. I. GAudentius Donatistarũ Tamugadensis Eps, cum se ipsum in Ecclesia quibusdam sibi adiunctis perditis, incendere minaretur: uiro spectabili tribuno & notario Dulcitio, cui piissimus imperator leges suas exequendas cura perficiendæ unitatis iniunxit, agẽti ut oportebat, cum furentibus mansuete, & prius ad eundẽ Gaudentium literas pacificas danti, duas rescripsit epistolas, unã breuiorẽ, & ꝑ latoribus sicut indicat festinantibus festinatam: alteram prolixiorẽ, in qua ſm scripturas se respondisse diligentius arbitratur. Ita ego scripta eius opitulante dño institui refutare, ut etiam qui sunt ingenio tardiores, ad omnia me rñdisse non dubitẽt. Nã prius verba eius ponam, & deinde nostra subiungam: non sic quemadmodũ feci cum Petiliani literis responderem. Ibi.n. per loca singula quando uerba ipsius inferuntur, positum est, Petilianus dixit. Quãdo mea redduntur, Augustinus rñdit. Vnde mihi tanquã mentitus fuerim, calumniatus est, dicens, quod nũquam mecum cominus disputauerit: quasi propterea non dixerit quod scripsit, qa hoc non in uerbis eius audiui, sed in literis legi, aut ergo ideo non responderim, quia nõ eo præsente locutus sum, sed scriptis eius uicissim scribendo respondi. Quid faciamus hominibus qui tale cor habent, aut eos quibus sua scripta innotescere cupiunt, tales cor habere opinantur? Sed etiam talibus hic satisfaciamus: & quando ponimus uerba Gaudentii, non dicamus. Gaudentius dixit: sed Verba epistolæ, & qñ respondemus, non dicamus, Augustinus respondit: sed, Ad hæc responsio. Sic ergo incipiamus refellere Gaudentii epistolam priorẽ ac breuiorem.

Cap. Verba Epistolæ, Honorabili ac nimium nobis, si sic uolueris, desiderando Dulcitio tribuno & notario, Gaudentius Episcopus. Ad hęc responsio, Non debemus etiã ista discutere, ne propemodum in superfluis immoremur, cum sint loca necessaria, quæ nos aliquanto diutius cogant. Verba Epistolæ, Religionis tuę scripta percepi per eos quos & moribus & instituto suo cunctis charos esse manifestum est. Ad hæc respon. Neque hoc discutiam quomodo dixeris, religionis tuæ homini, quem potius irreligiosum putas. Reddidisti quippe honorificentiam, sicut reddendam existimasti, quia ille te honorificentius tractauit in literis quas ad te dedit, q̃ catholicus hæreticũ debuerit, putas tamen tali fieri sermocinatione sanabilem.

Cap. Verba Epistolæ, In quibus tam multa, inquit, a tua dignatione dicta sunt, quæ nũc interim conticesco, sed quoniam ingenii tui acumen minus aduertit, quòd nos in eodem scripto, nec innocẽtes plenè, nec reos asserere potuisti. Ad hæc respon. Quomodo non asseruit reos, quos dixit male congregatos? Quomodo non asseruit reum quum dixerit, quòd te duce miserorum animę nefando exitu periturę sint, adiiciens te intelligere debere, quanta te & in hoc mundo inuidia, & in illo ultimo iudicio desperatio poterit manere? Quomodo non asseruit reum, quem sicut potuit exhortatus est, ut imitandum aliorum secutus exemplum, dimisso errore prioris hæreseos, te ad unam & ueram Dei conferas fidem? Veruntamen non tribuni uerba defendere, sed hæretici refutare suscepimus. Si quid ergo iste noster tanquam laicus militaris dixit incautius, quis ei non ignoscat? Quis Ecclesiæ Catholicæ de verbis eius

p̄iudicādū esse cōtendat? Tu p̄pensius cōsidera q̄d loquaris, quē pars Donati in nostra collatione q̄ apud Carthaginē facta est, sex alijs adiunctū, etiam defensorem suæ diuisionis ædidit.

Cap. 4. Verba Epistolæ, Q̄d si criminosos, inq̄t, existimas, fugienda nobis dānāda societas. Ad hæc Respon. Planè fugienda est societas criminosorū, sed nō est respuenda correctorū. Illud ergo salubriter ita deuitamus, ut hoc misericorditer uelimus, optemus, instemus. *Cap. 5.* Verba Epistolæ, Si uero innocētes nos putas, inquit q̄d ēt ipse dixisti, persecutores in fide Xp̄i constituti sustinere gaudemus. ¶ Ad hęc Respon. Consideraui literas tribuni ad te datas, & nusquā in eis legi q̄d te dixerit innocētē, sed ab alijs audisse, uel cognouisse prudentē. Sic aūt in scripturis sanctis non solū boni, uerūetiā mali uocari solent, *Gen. 3.* Nā hoc ibi nomē ēt serpens hominis deceptor accepit. Quod.n. q̄dā interpretati sunt, sapientissimū omnium bestiarū, prudētissimum potius Græci codices habēt: unde in Latinā linguā scriptura illa translata est. Sed si eos putādū est innocētes à tribuno esse dictos, quos abs te ad exitiū retineri dixit inuitos, quod mirū si & illic fieri credidit, q̄d in aliis locis factū esse cognouit? Non est ergo vnde gaudeas te pati p̄secutionē, cū inuenire nō possis quomodo te asseras innocentē. Absit aūt ut ista persecutio dicēda sit hominum, cum sit potius pro hominibus liberandis persecutio uitiorum, qualem facit ægris ēt diligētia medicorū. Quamuis etsi essetis innocētes, hinc efficeremini nocētes, quia occidere cupitis innocentes. Qui.n. se innocentes conantur asserere, & tamen vitæ suæ nolunt parcere, quid aliud quàm innocentes conuincuntur occidere?

Cap. 6. Verba Epistolæ, In hac autem Ecclesia, inq̄t, in qua nomē dei & Christi eius, ut ēt ipse dixisti, in ueritate est frequentatū, nos aut ueri quādiu deo placuerit permanemus aut ut dignum est, dei familia intra dominica castra uitæ exitium tertrinabimus, sub ea.s. conditione, quia si uis fuerit operata, tūc id poterit euenire, Nemo.n. tam demēs est, ut nullo impellente festinet ad mortem. Ad hæc Respon. Neq; hoc in tribuni literis legitur à te inuocatum in ueritate nomen dei, quanuis dixerit inuocatum, q̄q̄ etiam si dixisset, posset hoc intelligi, non ad uestrā gloriam, sed ad pœnam. Nam & de gentibus impiis Apostolus dixit, *Rom. 1.* Qui ueritatem in iniquitate detinent, ut uos facitis, qui ueritatem baptismi diuini in iniquitate detinetis erroris humani. Vnde nos cum uestrā corrigimus iniquitatem, non utique debemus illius sacramenti rescindere ueritatē. Profiteris sanè innocens homo alijs quidē verbis, cum Ecclesia te ac tuos interituros: Cum enim dicis in Ecclesia, quid aliud uis intelligi, nisi cum Ecclesia, quandoquidem id agere ignibus paras? Hæc est innocentia partis Donati, ut hoc faciatis adiunctis mortibus uestris, quod etiam apud Carthaginem in inuidiam nostram de Basilicis quæ uestræ fuerunt, sicut potuistis, & cum quibus potuistis fecisse asseueramini sine mortibus vestris. Quis enim uos non credat uelando fecisse, quod facere etiam moriendo disponitis? Si autem illud uos nō fecistis, hoc certe furiosius est quod facere paratis. Sed dixisti, si uis fuerit operata: Et adiunxisti. Nemo est tam demens, qui nullo impellente festinet ad mortem. Quanto est ergo dementior, qui cum impellatur ad uitam, festinet ad mortem?

Cap. 7. Verba Epistolæ, Eos autem qui nobiscū sunt, inquit, testem deum facio, eiusq; omnia sacramenta, quòd exhortatus sum & impensissime persuasi, ut qui haberet uolūtatem egredi, securus publice fateretur: nec nos enim inuitos retinere possumus, qui didicimus ad dei fidem nullum esse cogendum. Ad hæc Respon. Cur autem non te etiam, si non inuitorum retentorē, tamen ad bonum opus exhortatorem apertissime fateris, si quod facturus es, bonum est? An forte quam malum sit & ipse intelligis, atq; id facturum te magis ut terras quam ut impleas comminaris. aut mentiendo infidelis, *Cap. 8.* aut uerum dicendo crudelis? Verba Epistolæ. Et alia manu opto te incolumem in reipublicæ actibus florentem, & a christianorum inquietitudine recedētē. Ad hæc Respon. Possumus eum & nos optare incolumē & in reipublicæ actibus florentē, sed nō ab hæreticorum correctione quiescentem.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi contra secundam Gaudentij Donatistarum Episcopi epistolam, Liber Secundus.

Verba epistolæ Cap. I.

HOnorabili & omni affectu desiderando Dulcitio Gaudentius Episcopus. Ad hęc respon. Si omni affectu desideras hominem, quare cũ illo tenere Christi respuis vnitatem? An reddendo malum quasi pro malo quem tuum persecutorem putas, rebaptizare desideras?

Cap. 2. G

Verba epistolæ, Solent igitur, inquit, sola fama noti cupere aut in certo inuicẽ aspectu uerba miscere, aut incogniti saltẽ non horrere pręsentiã, tua uero cẽsura quod absentem me inueneris gratulatũ, quod autẽ redierim, contristatum literis insinuasti. Ad hęc rñ. Nõ oẽs qui sibi sola fama noti sunt, videre inuicẽ uolũt, sed quos bene ipsa fama cõmendat. Mirũ est aũt reuera quod tibi accidit, ut tu eum desiderandũ dicas, a quo te persecutionem perpeti quęreris. Ille autẽ qui te persequitur, absentẽ te malit esse, nolit eum quẽ persequitur inuenire. Sed hoc vnde? nisi quia te potius eorum persecutorem uoluit intelligi, quorum in Christo salutem, tua præsentia credidit impediri.

Cap. 3.

Verba epistolæ, Sed qm̃ præterita die, inquit, ne epistolari rñso siluissem pp morã portantiũ, certa queq; strictim atq; breuiter insinuaui, nũc mihi dignationis tuæ scriptis sacrosanctæ legis diuinæ uerbis est rñdẽdũ. *Exo. 25.* Dñs dixit. Innocentẽ & iustũ non occides, purgatione non purgabis reũ. Certum est igitur in dei iudicio pari crimine, pariq; reatu esse deuictũ, qui reum absoluerit, & qui occiderit innocentẽ. Si ante cõionẽ rei erat à te nominatus Gabinus, uel cæteri fidefragi in malo illi lapsu consortes scd̃m dei uoces absolui minime debuerunt. Si aũt tanq̃ H innocentes vel sancti recepti sunt, quare in ea fide permanentes unde uelut sanctos accipitis, occiditis innocentes? Ad hæc resp. Inuidiose mendaciter loqueris. Ille quippe ad quẽ loqueris, non tale præceptũ accepit vt occidamini, sed ut corrigamini. Quod si nolueritis, ne correctionẽ impediatis aliorum, in exilium mittemini. Quod si a iustis fieri non debet, cur etiam falso uoluistis de Cæciliani exilio in uestra collatione gloriari, quo eũ missum uestris maioribus instantibus a Constãtino Imperatore dixistis? Iste autem Tribunus ad quem scribis cui legum promulgandarum cura mandata est, vsque adeo vult vt viuas, ut timeat ne ipse te occidas. Ecce constitui tibi ante oculos ipsum, & teipsum. Ipse te in Christi pace vult uiuere, tu in parte Donati te quæris occidere. Quis uestrum sit tuus persecutor agnosce.

Cap.

Gabinus aũt iam noster, qui fuit aliqñ vester, & alij q̃ plurimi, qui ex uobis ad nos cõsiderata catholica veritate transierunt, nõ ideo tibi uideãtur a uestra contagione non fuisse purgati, q̃a non sunt a nobis rebaptizati. Hi.n. qui nondũ baptizati sunt a peccatis oĩbus in catholica Ecclesia lauacro regenerationis abluuntur: In eis aũt qui hoc sacramentũ non ad auxiliũ sed ad iudicium foris accipiũt, q̃a nec in desertore violamus I charactere regium, fit illud qđ scriptum est, *I. P.* Charitas cooperit multitudinẽ peccatorũ. Ecce quemadmodũ possunt quos non oportet baptizari, ipsa catholicæ vnitatis charitate mundari, ut non incipiat eis intus inesse qđ & foris inerat, sed incipiat eis prodesse intus quod foris oberat. Nõ itaq; a uobis accipimus uelut sanctos, ad nos.n. transeundo sanctificãtur, qui manendo apud uos sancti esse oĩno non possunt: Nec vos innocentes occidimus, quos etiã reos uiuere uolumus.

Cap.

Sed tu qui testimoniũ diuinæ uocis bene recolis, & nobis obijcis deum dixisse, Innocentẽ & iustum non occides: si innocẽs es, & iustus, quare te occidis? Non te innocentẽ & iustum dicimus, & tñ nolumus ut occidaris, tu te innocentẽ & iustũ arbitraris, *Exo.* & innocẽti & iusto non parcis. Certum est igitur, ut ipse dixisti, in dei iudicio pari crimine, pariq; reatu esse deuinctũ, qui reũ absoluerit, & qui iustũ occiderit: Quare ergo absoluisti Felicianũ Maximinianistã reum? Quare innocentẽ occidis & teipsum? Nos aũt nec reũ absoluimus, sed ut mereat̃ absolui, prius corrigi cupimus, nec te innocẽtẽ, K siue tibi parcas, siue te occidas, si ĩ parte Donati remãseris, iudicamus. Nã de quãtalibet innocẽtia glorieris, teipsum innocentẽ occidendo,

cidendo,innocens esse nõ poteris, nisi forte mihi rñdeas & dicas, Cum me occido,non innocentẽ vtiq; occido, quia ipsa voluntate qua me occidere statuo reus efficior animo, prius q̃ corpus occidero. Hoc si dicis,verũ dicis,& miris modis te accusando defendis. Cum.n.te & ostendis in te occidendo prius ipso proposito fieri nocentẽ,proculdubio facinore perpetrato,nemo te conuincet quod occideris innocentẽ. Hac itaq; rõne colligitur, quod cum multi innocẽtes ab alijs occidant,a seipso innocens nullus occidatur. Ea quippe cogitatione qua occidere seipsum molit,innocentia prius spoliatur,ut cum se occidit non innocẽs moriatur. Hoc tibi contingeret, si anteq̃ te occidere præparares innocens esses. Nunc vero quia & antea iam hæreticus innocẽs nõ eras, nõ erit si te occideris tuę iniquitatis initium,sed augmentũ.

Verba epistolæ,Nã de S.Emerito inquit, Cæsariensi falsa ad nos pro certo fama peruenit:Quod esset apud Apostolũ dicentem, L Si exciderunt a fide quidam illorũ,nunquid infidelitas illorũ fidẽ dei euacuauit? Absit Ad hæc resp. Dicendũ est de Emerito Cæsariensi,qđ tu dicere timuisti. Falsa quidẽ de illo fama iactata est,quòd catholicus factus sit,sed queadmodũ hoc audistis, ita totũ qđ factũ est, nosse potuistis. Cur ergo laudes coepi tui cuius tibi pro exẽplo nomẽ obiectũ est, tacere uoluisti? Profecto si fecit aliquid laude dignũ,in tãto articulo nõ abs te fuit vtiq; reticendũ. Sed quia eius laudibus non uis ut te inuidere potuisse credimus, quare ergo tacuisti,nisi quia de illo erubescere timuisti? Venit ergo Emeritus Cęsareã,illic positis & pñtibus nobis:Venit aũt nõ apprehẽsum cuiusq̃ sagacitate, nõ adductus alterius ptãte, sed excitatus ꝓpria uolũtate,uidere nos voluit. Vidimus eũ,ad Ecclesiã catholicã pariter uenimus,affuit maxima multitudo,nihil ꝓ sua,seu pro vr̃a defensione dicere potuit, cõicare noluit, dilatus perseuerauit, conuictus obmutuit,illęsus abscessit. Quid fieri ꝓ nr̃a mãsuetudine lenius,q̃d pro ueritate ca- M tholica inuictius,quid pro vr̃a,si sapitis correctione potuit salubrius? Cũ.n.spõte ad nos nisi pro uobis cõtra nos dicturus aliquid nõ uenisset,profecto dixisset,si qđ diceret,inuenisset. Quæcunq;.n. vt ueniret præparauerat dicere,adiuuãte misericordia dñi, ante sunt nr̃a pręuẽtione refutata,quã illius circũuentione ꝓlata. Et certe si putas eũ potuisse,sed noluisse rñdere,lege qđ cum illo actũ est,& rñde,Si in pacẽ catholicã trãsisset Emeritus, diceretis eũ nõ diuina miseratione cõsensisse lumini ueritatis,sed põderi persecutionis humana infirmitate cessisse. Si deniq; captus adduceret inuitus, non inopia rñdendi, sed euadẽdi cõsilio tacuisse pro vr̃o arbitrio iactaretis. Nũc vero qñquidẽ ultro uenit,profecto quod tacuit,nõ lingua, sed cã defecit. Quòd aũt transire in vnitatem catholicã noluit aĩam superbã confusio pertinacissima fecit:Sed hoc quantũ ad ipsum exitium atq; suppliciũ,tñ ad aliorũ confirmationem salutemq; profecit. Si.n.viderent Emeritũ nobis cõicantẽ, suspicarent hoĩem formidantem: Cum autẽ uiderent & in parte Donati permanentẽ, & tñ aduersus catholicam reticentẽ, magis illi apparuit contra suos silẽdo clamare. An uero cum uoce atq; ore sano & libero staret, non erat pro uestra causa con- A tra nos testis idoneus Emeritus ille,ille Emeritus,inquam, & inimicus,& mutus?

Sed bene tibi visus est vr̃os authoritate vi- Cap. 7. delicet Apostolica cõsolari:Non ꝑꝑ Emeritum qui nõ potuit plus facere ꝓ vobis, quã quod non inueniẽs quid loqueretur pro vobis,nõ tñ abscessit a uobis, sed ꝑꝑ alios qui uestro errore derelicto in societatẽ catholicã mutati,in melius aggregantur,cõmemorasti propterea dixisse Apostolũ. Si quidam Rom 3. illorũ exciderunt a fide, nunquid infidelitas illorũ fidẽ dei euacuauit? Absit. Reuera hoc restat,ut excidisse dicãtur a fide,qui deo crediderunt,& fidẽ tenere, qui hoĩbus credũt. In semine tuo benedicent gẽtes,dixit deus. Gen. 22. Ecce cui credunt qui ex uobis ad nos transeunt. Cęciliani peccato perijsse trãsmarinas gentes hoĩes dixerunt. Ecce quibus credunt qui in vestra societate persistũt, & dicis eos excidisse a fide qui fidem dei secuti sunt, & eos fidem habere dei, qui in verbis hoĩum remanserunt. Vbi est ergo quod huic sententiæ abs te commemoratæ continuo subiungit Apostolus, Est aũt deus uerax,omnis au- Rom. 3. tem homo mendax, si a fide exciderunt qui credunt quod dixit uerax,& in fide persistũt B qui credunt quod dixit homo mendax?

Cap. 8. VERBA EPISTOLAE. Fugã mihi inqt, quasi ex lege ꝑsuades, sed factor legis tantũ debet audiri, q̃a Paulus Apostolus dicit, Nõ auditores legis iusti sũt apud deũ, sed factores legis iustificabũtur. Nã audiet dñm dicẽtẽ. Quia bonus pastor animã suã ponit ꝓ ouibus suis; Mercenarius aũt cuius non sũt oues ꝓpriç, uidet lupũ uenientẽ, & fugit: Et lupus rapit eas & dispergit. ADHAEC RESPON. Ecce quo intelligit Euangelium pars Donati. Itane Apostolus nõ pastor sed mercenarius erat, qñ ꝑ murũ in sporta sum missus, fugit manus eius q̃ eũ cõprehẽdere cupiebat, & tu es pastor, q̃ eos quos domini cas oues, ut errore in animo pereãt, furore corpus interimãt, ẽt tecũ uis ꝑdere, tecũ q̃ris occidere, nec audis pastorẽ pastorũ dicẽtẽ, Fur nõ uenit nisi ut occidat & ꝑdat? Ad hoc uenisti q̃ abscesseras, ad hoc redisti qui fugeras? Hoc opus furis est & latronis non pastoris atq; custodis. Verumtñ ẽt nobis nõ te cogentibus, uide q̃a oẽs collegas tuos q̃ fugerũt, nõ pastores sed mercenarios intelligi uoluisti. Sed si essent apud te dominicæ oues, aut tecũ uenirent, ut ẽt te correctũ possent habere pastorẽ, aut te dimisso fugerent ad pastorẽ. Mercenarius aũt quem significat dñs uiso lupo, nõ corpore sed animo fugit, qñ deserit timore iustitiã. Sicut fugit Secundus uester Tigisitanus, qñ Purpureũ Limatensẽ de homicidio confessum magisq; terribilẽ ne primatũ ꝑderet uel episcopatũ, timuit. Corpore aũt ẽt boni illi pastores Apostoli in persecutione fugerũt, nec ideo tamẽ oues Christi cura & animo reliquerũt. Si ergo & tu pastor esses, priori lupi parte nõ esses, deinde imperiũ dñi tui, q̃ seruos suos fugere in ꝑsecutionibus iussit, ꝑ os cuiuslibet ẽt peccatoris obedienter, audisses, nec cõtra dñm tuũ argumẽtareris & diceres. Factor legis tantũ debet audiri, q̃a Paulus Apostolus dicit, Nõ auditores legis iusti sũt apud deũ, sed factores legis iustificabuntur.

Rom. 2. Ioan. 10. Acto. 9. *fateris, aut simile uerbũ deest.

C

Rom. 2. Cap. 9.

Quid in aliã sententiã uerba manifesta conuertitis? Auditores legis & nõ factores apud deũ iustos negauit, ab hominibus qñ uerũ dicunt audiri nõ ꝓhibuit, ne sicut tu loqueretur cõtra dominũ suũ dicentẽ de q̃busdam. Quæ dicunt facite, quæ aũt faciũt, nolite facere: Dicunt.n. & non faciũt. Vides queãdmodũ Christus & ꝑ homines auditores & ꝑdicatores legis & nõ factores, alios eã tñ audire ꝑcepit & esse factores: & tu dicis, factor legis tãtũ debet audiri, & uolẽs redarguere quasi ꝑsecutorẽ tuũ, loqueris aduersus creatorẽ tuũ. Peccatori q̃dẽ dicit deus, Vt q̃d tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtũ meũ ꝑ os tuũ? Sed ideo illi nihil ꝓdest q̃ dicit, & quod dicit nõ facit. Prodest aũt illi qui ꝑ malũ bonũ audit, & quod audit facit. Non est quidẽ speciosa laus in ore peccatoris, sed speciosa in uita moribus que factoris, ẽt si hanc audierit ex ore peccatoris. Quantũlibet ergo existima Tribunũ esse peccatorẽ, & legis nõ esse factorẽ, obedienter tñ audi, nõ istũ, sed illũ ẽt per istum q̃ dicit, Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliã. Quid statis? audite & fugite. Christus hoc imperat, non Tribunus. Nisi forte respõdes & dicis. Ait quidẽ Christus, Si uos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam: sed quare de ista ciuitate discedam, quãdo nec iste meus est persecutor, nec ego Christi sunt auditor? Ac per hoc si manseris, lupus es sæuiens, si fugeris, lupus, es timens. Et quoniam sponsus dicit, Nisi cognoueris temetipsam ô pulchra in mulieribus, exi tu in uestigiis gregum tuorum, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum. Etiam si te pastorem esse gloriaris, tamen quia de ouili dominico existi, hædos tuos pascis non oues Christi.

D

Mat. 23.

Psal. Mat. Ibid. E Cant.

VERBA EPISTOLAE, Deinde, inquit, Quç loca erunt quæ in hac persecutionis procella undiq; perturbata tranquillitate seruandos tanquam in portum recipiant sacerdotes, quando dominus dixerit. Cum uos persequi cœperint in hac ciuitate, fugite in aliam? Tutetunc fugiebant Apostoli, quia neminẽ pro eis proscribi iusserat Imperator. Nunc uero Christianorũ receptores proscriptionibus tracti, *pericula formidantes, non solum non recipiunt, verumetiam uidere timent, quos tacite uenerantur. AD HAEC RESPON. Hoc planè laudo q̃ agnoscitis uos, sed q̃ non corrigitis doleo. Quid enim hac tua professione manifestius, qua declaras satis non uos ad eorum pertinere cõsortiũ, q̃b dñs ait, Si uos ꝑsecuti fuerint in una ciuitate,

Cap. Mat *al. ritii.

tate,

tate, fugite in aliã? Nēpe, hoc est, qđ paulo-ante dixi, posse te mihi uerisime rãdere si dicas, Nec iste meus est ꝑsecutor, nec ego auditor sum Xpi. Ecce hoc aptissime dicis, Qũo.n. es auditor Christi, cũ ille suis auditoribus, hoc est, sectatorib. promittat, usq; in finẽ seculi nõ defuturas ad quasc̃uq; confugiãt ciuitates, qñcunq; persecutionẽ passi fuerint, dicẽs, Cum aũt persequẽtur uos in ciuitate ista, fugite in aliã: Amẽ dico vobis, non cõsummabitis ciuitates israel donec ueniat filius hominis? Tu aũt in hac ꝑsecutione quã uos querimini perpeti, tã deesse uobis dicis loca quo fugere, & ubi tãquam in portu possitis ab hac tẽpestate requiescere, loquẽs cõtra promissionẽ Christi, qui dicit, nõ defuturas ciuitates quo fugiãt sui qui ꝑsecutionẽ patiuntur, donec ueniat .i. usque ad cõsũmationẽ seculi. Quia ergo ille hoc promisit suis quod uos nõ inuenitis, profecto ille mẽtitur si uos eius estis: sed quia ille non mentitur, uos eius non estis. Ac ꝓ hoc nec Tribunus cui rescribis, ꝑsecutor est vr̃, sed persecutor persecutoris vr̃i, hoc est, erroris uestri, quo cõpulsi talia facitis, ut de illorũ gñe sitis de quib. scriptũ est, ꝙ persecutionẽ passi sint ab ipsis factis suis. Proinde si intelligatis qd in uobis, qui uos diligũt persequunt̃, ipsa sine dubio, à quib. persecutionẽ patimini, facta mala uestra fugietis, & cõiũgemini eis, qui ut liberẽt, ꝑsequuntur uestros persecutores, nõ .n. nisi vestros persequuntur errores.

Verba Epistolę, Per opificẽ, inquit, rerũ oĩum Dñm Christum oĩps deus fabricatum hoĩem ut deo similẽ, libero dimisit arbitrio, Scriptũ est .n. Fecit deus hominẽ & dimisit eũ in manu arbitrii sui. Quid mihi nũc humano imperio eripitur, quod largitus est deus? Aduerte uir summe quãta in deum sacrilegia perpetrẽtur, ut qđ ille tribuit, auferat humana ꝑsũptio, & ꝓ deo se inaniter iactet magna dei iniuria, si ab hoĩbus defendat̃. Quid de deo æstimat q̃ eũ violẽtia uult defendere, nisi q̃a nõ valet suas ipse iniurias uindicare? Ad hęc respon. Secundum istas uestras fallacissimas vanissimasq; rationes, habenis laxatis atq; dimissis, humanæ licentiæ impunita peccata omnia relinquentur, nullis oppositis repagulis, legum nocendi audacia, & lasciuiẽdi libido bacchetur, non rex suum regnũ, nõ dux militẽ, non prouincialẽ iudex, non dñs seruum, non maritus uxorẽ, nec pater filium a libertate & suauitate peccandi minis ullis pœnisve compescat. Auferte quod sana doctrina pro sanitate orbis terrarũ sapiẽter ꝑ Apostolũ dicit, & vt cõfirmetis in arbitrio tãto peiore, quãto liberiore filios ꝑditionis, delete qđ ait uas electionis, Oĩs aĩa potestatib. sublimiorib. subdita sit: Nõ est.n. potestas nisi a deo. Quæ aũt à deo sunt, ordinata sunt. Qua ꝑ ꝑ qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui aũt resistunt, ipsi sibi iudiciũ acquirũt. Principes.n. nõ sunt timori boni operis, sed mali. Vis aũt non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudẽ ex illa. Dei.n. minister est, uindex in iram ei qui male agit. Delete ista si potestis, aut ista sicut facitis si nõ potestis delere, contẽnite. Habete de his oĩbus pessimum arbitriũ, ne perdatis liberũ arbitriũ. Aut certe quia sicut hoĩes hominibus erubescitis, clamate si audetis, puniant̃ homicidia, puniant̃ adulteria, puniant̃ cætera quãtalibet sceleris siue libidinis facinora, seu flagitia, seu sacrilegia uolumus a regnãtiũ legib. impunita. An uero aliud dicitis, cũ dicitis, magna dei iniuria si ab hominib. defendat̃? Quid de deo æstimat qui eũ uiolẽtia uult defendere, nisi quia nõ ualet suas ipse iniurias uindicare? Hęc dicẽtes, q̃d aliud dicitis nisi nulla hominis potestas contradicat atq; obstrepat nostro libero arbitrio, qñ iniuriã facimus deo? O dolor, fraudata sunt tali magisterio tp̃a antiqua qm̃ nondũ eras natus, qñ sanctus Moyses iniurias suas leuissime pertulit, dei uero seuerissime uindicauit. Tu ãt doctor hæretica ꝑsumptione inuidiosissime clamas, Fecit deus hominẽ, & dimisit eũ ĩ manu arbitrii sui. Quid mihi nũc humano imperio eripit̃ qđ largitus est de⁹? Hoc uidelicet flagitãs, ut ad faciendas iniurias deo, q̃ cũ libero arbitrio fecit hoĩem, liberũ arbitriũ tibi relinquat̃ ab hoĩe. Sed illi ẽt q̃ decreto Nabuchodonosor regis, ꝓposita pęna interitus sui, & dispersionis domorũ suarum a blasphemãdo deo Sidrach, Misach, & Abdenago terribiliter prohibebant̃ & acriter si cõtemnerent, plecterent̃, dicere potuerunt qđ ipse dixisti, Magna dei iniuria, si

Margin notes: Eccl. 15. Dan. 3.

ria, si ab hominib. defensatur. Quid de deo æstimat qui eũ uiolẽtia uult defendere nisi q̃a non ualet suas ipse iniurias uindicare? Hæc uerba tua prorsus ẽt illi dicere potuerũt, & fortasse dixerunt, etsi non eadẽ libertate nõ dissimili uanitate. Datũ est ergo homini q̃n creatus est liberũ arbitriũ, sed ut si esset malefaciẽs, fieret patiẽs. Deniq; illi primi homines cũ peccassent, morte damnati sunt, & priusquã mors eis extrema ẽt corporis suppleret, in exiliũ de paradiso missi sũt. Mitiora in uos cõstituit Imperator, ꝑꝑ mãsuetudinẽ Xpianã: Exiliũ vobis voluit inferre, non mortẽ, sed uos hoĩes docti cõsiderãtes qđ debeat̃ merito, & q̃d minus sit ĩ supplicio, nõ de iudicio illius, sed de uestro additis mortẽ. Nolite perire in ęternũ, dũ vobis hoc t̃pe ad offendendum deũ concedi ab hominibus uult liberũ arbitrium. Audi Apostolũ, & habebis magnũ cõpendiũ quo tibi regia potestas nocere nõ possit, Bonum fac, & habebis laudem ex illa: Ex illa & ante nos iusti habuerunt laudẽ, nõ solũ, qui regibus religiosis fideliter paruerunt, uerumetiã qui reges impios pro dei ueritate aduersarios pertulerũt, illi laudẽ obauditionis, utique tñ ex illa, sed bonũ faciẽdo non potestatibus resistendo. Quod aũt uos facitis, non solum bonum non est, sed grãde malũ est, unitatẽ Christi pacemq; conscindere, cõtra promissa Euangelica rebellare, & aduersus eũ de quo dictũ est, Dñabitur a mari usque ad mare, à flumine usq; ad terminos orbis terræ: & hoc est aduersus uerum & summũ regem Christianorũ tãquã ciuili bello Xpiana signa portare. Sufficiat ergo uobis ad occasionẽ correctionis qđ pro tã magnis malis uestris longẽ mitiora & minora recepistis, si nõ uobis ultro quod nõ imperator cõstituit ingeratis, & nolite ad impunitatẽ licẽtiosam liberũ arbitriũ ab hominib. uelle cõcedi, ne in ipsius dei manus infelicius ĩcidatis. Nã & maiores uestri iudicauerũt in huiusmodi iniuriis dei, liberũ hoĩs arbitrium nõ relinquẽdũ a regibus impunitũ, q̃a licet haberent cãm malam, Cæcilianum tñ Episcopum persequendum, usq; ad Imperatoris Constantini iudicium perduxerunt.

que pace ecclesiæ iudicanda dño reliquE-
rint: cum uos hoc t̃pe talem persecutionẽ
uos perpeti dixistis, qualis nunquã fuit: id
est, ut loca uobis desint, quo confugere, at-
que ubi latere possitis: cũ cõcilia faciatis,
episcopos ordinetis, etiã in eorũ locũ, qui
suis ignibus perierũt, iterũ tales q̄ suis igni
bus perire parati sunt. In concilium autem
tãtæ ut putatis atq; iactatis persecutionis tẽ
pore, amplius etiam q̃ triginta cõuenire po
tuistis, ubi & Petilianus fuit, q̄ persecutiõis
t̃pe nec duodecim cõuenire potuisse clama
I bat. Porrò in ipso cõcilio statuistis, ut q̄ no-
bis iuiti cõmunicauerũt, uel ep̃i uel p̃sbyte
ri, t̃m si sacrificiũ nõ obtulerint, aut ĩ popu-
lo nõ tractauerint, ad veniã ꝑtineãt, in suis
honorib. recipiãtur: ac sic totas calumniarũ
uestrarum uires etiam ipsi hoc decreto ue-
stro penitus amputatis. Vbi est.n. quod ve-
stro vaniloquio etiã eos, qui non fuerũt, di
citis, per cõmunionẽ nostram fieri tradito-

res;

res: quia.s.sicut calũniamini, illi nos impugnauerunt, quia orientibus tunc impiis potestatib. libros ecclesiasticos tradiderunt? Cur ergo nunca crimine absoluitis, quos communicasse cognoueritis inuitos, si sacrificiũ non obtulerint, neq; sermonẽ in populo fecerint: quasi illi tunc primi traditores sub terrore & horrore immaniũ suppliciorũ, qualia mõ uobis oĩno nullus ingessit, codices sanctos nõ inuiti tradiderint, aut sacrificiũ illic obtulerint, aut in populo sermonẽ fecerint? Videtis ergo ꝙ sicut uos estis, quos vanissime criminamini, cõione nr̃a fieri traditores, si qd inuiti fecerint potuistis agnoscere: ita ẽt maiores ur̃i in necessitate multo arctiore tradentib. traditorib. ueris, in eadẽ regula ignoscere potuerũt. Sed vt dãnarent alios absentes & inauditos inimicorũ Cæciliani factione cõpulsi sunt faciẽtibus, ꝙ de talib. Apostolus dicit, In quo.n.alium iudicas, teipsum cõdẽnas: eadẽ.n.agis q̃ iudicas. Quapp qm̃ Donatistę semetipsos occidere sp amauerũt, & ipsi ab initio traditores fuerũt: qd mirũ si traditoris morte etiã suos posteros amare docuerũt? Sed uitandæ huius similitudinis cã, vel nũquã, uel difficillime se laqueo necauerũt. Frustra oĩno, nã ille Iudã traditorẽ id facere cõpulit, qui & illũ puerum, quem sanauit dñs, in aquã & ignem sæpe deiecit, & gregẽ porcorũ in mare præcipitauit, & ipsi dño pręcipitium de pinna templi audaci præsumptione suggessit. Quanuis itaq; diuersis modis uolũtariam uos præcipitetis in mortẽ, tñ eiusdem diaboli instinctu uosipsos necãdo imitamini traditorẽ. Qđ etsi uos non estis, eorũ tñ q fuerunt, & schisma fecerũt, in quo libenter estis, ẽt hoc in uobis facere, qđ in se traditor fecit, nephando magisterio didicistis. Ecce cũ qua iustitia stabitis aduersus eos, q vos angustiauerũt: ut si vr̃æ mortes uindicabũtur, nõ nisi in uobis iustissime uindicentur. Qui sunt ãt labores uestri, quos a uobis iactatis auferri? Anne iniustum est, ut ecclesiæ quæ fuerũt uestræ, cũ in pacẽ catholicã transeunt, cũ suis rebus transeant? His.n.ad nos transeuntibus, si res eorum uultis tenere, uos proculdubio res alienas uultis auferre. Mater ãt catholica uobis dicit, qđ quibusdã beatus Apostolus dixit, Non.n. quęro q̃

K

Rom. 2.

Mat 27.
Mat. 17.
Matt. 8.
Matt. 4.

L

2. Co. 12

uestra sunt, sed uos. Veruntñ qũo uobis nõ estis ipsi contrarij, qñ utrunq; nobis obijcitis, & ꝙ res uestras possidere cupiamus, & ꝙ uiolentos uos nobiscum esse cogamus? Hæc duo q̃ sint inter se contraria, non uidetis: si.n.ad communionem nostram uos inuitos quęrimus, & tenemus, qũo res uestras desideramus, quas utiq; uobis communicãtibus habere non possumus? Si aũt illas cupimus obtinere, qũo uos quærimus, ut eas uobis communicantib. amittamus? Sed cõfitemur uobis, cupiditas nr̃a charitas uocatur. Hæc uos quærit in nobis: hæc uos inuenire, corrigere, atq; in unitatẽ Xp̄i sociare desiderat, ne uestris caminis uos ardere timeamus. Huius igne feruemus, hæc nos accendit, ut non solum nõ cõcupiscamus res uestras, sed nobiscum optemus possideatis & nostras. Agnoscite & uenite, & perire nolite: aut si ultro uenire erubescitis, seruimus infirmitati ne quid pereat charitati. Ecce uolumus uos tenere, quid festinatis ardere? Ad uitã tenemus, ad salutem tenemus, ad Christi unitatem, ueritatem, suauitatẽ tenemus. Ad cœnam tanti patrisfamilias si sponte nõ uultis intrare compellimus.

M

De iustitia certamen est, non de pœnitẽtia. Cauete ergo ne forte dũ putatis ad uos ptinere qđ scriptum est, Tũc stabũt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerũt, & abstulerũt labores eorũ. nõ hoc uobis cõtingat de laborib. uestris, & potiꝰ illud ꝙ alibi scriptũ est, Labores impiorum iusti edẽt. Neq;.n.stabunt ꝯ uos Maximinianistæ, quorũ qñ potuistis Basilicas abstulistis: Aut stabunt ꝯ uos Pagani, quorũ certe ubi potuistis tẽpla euertistis & Basilicas cõstruxistis, qđ & nos fecimus: Aut stabũt aduersus uos symphoniaci dęmoniorũ quorũ tibias & scabella fregistis, quod & nos fecimus. Sic nec uos stabitis aduersus nos. In talibus quippe omnib. factis, nõ rapina concupiscit, sed error euertitur. Sicut ergo non stabũt Chananæi aduersus Israelitas, quamuis Israelitæ abstulerũt labores eorũ, sed stabit Naboth aduersus Achab, qa delictũ factũ est, nõ præceptũ, ut labores iusti auferret iniustus, Sic hæretici nõ stabũt aduersus catholicos, cum in reb. hæreticorum Christiani imperij iussa complentur, nec res eo

Cap
De
Ctio
Don
starı
Cap.
Sapi
Sap.

A

rum

rum a catholicis auferũtur, sed potius inquiruntur, eaq; multa quãtũ fieri pôt correctis reddenda seruãtur, sed stabũt catholici non solũ aduersus Gẽtiles, a quib. martyres veri expoliati sunt, verũetiã aduersus Circũcelliones Donatistarũ, quia & ipsi abstulerunt labores eorũ. Verũ de his pecuniarijs laboribus facilior cã est. Ecce quotidie si quis ad nos transitũ facit, cum ẽt illi quorũ erant ad pacẽ catholicã transeũt, reddimus pecuniã, uestẽ, fructus, uasa, rura, tecta uestrorũ. Vos quõ nobis reddituri estis mẽbra nostrorũ? Nempe aliqñ expergiscimini & cernite nec uos esse de quibus dicat, Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum: cũ potius uos habeamus in fletũ. Nec uos cõputamini inter filios dei, nisi recedẽtes a parte Donati, hãc tenueritis ecclesiã, quã sicut prædixit, exhibet filius dei, nec inter sanctos sors vr̃a, sed inter hereticos. Nã quid aliud de uobis dicturos putatis? Nos insensati vitã illorũ existimabamus insaniã. Miror ꝙ tã insensati estis ut ipsi uobis talia nõ dicatis. Sanctis quidẽ ueris ac fidelibus, immũdi & infideles tunc ista dicturi sunt, eis vtiq; quos nũc existimãt insanire, quia luxuriis quas uident frui nolunt, dũ quod nõ uident credunt. Sed uos si nõ vitam uestrã, certe istã quã uobis vultis facere mortẽ uestram, si nõ existimatis insaniã, desperatius insanitis. Verba uero illa, Ergo errauimus a uia ueritatis, &c. nõ erunt quidẽ tũ nostra, sed maxime uestra. Erratis.n. qđ manifestum est, a uia ueritatis, & iustitiæ lumen nõ lucet uobis, lassamini in iniquitatis uia & perditionis, & ambulatis solitudines difficiles, uiã ueram dñi ignoratis. Quæ autem sequuntur, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactãtia contulit nobis? Transierunt oĩa illa tanquã umbra: nescio utrum quisquã inter cæteros diceret aptius & conuenientius q̃ tuus decessor Optatus. Nolite ergo putare uos esse quales nõ estis, & perire tales, qm̃ non uos hæc fides, sed uester malus error hortatur, ut non libenter pro deo, sicut dicis, in ista persecutione moriamini, sed nequiter pro Donato factis uestris persecutionem patiamini.

Sapiẽ. 5. — B — C

Verba Epistolæ, Et alia manu, Opto te, inquit, incolumen ueritate perspecta aĩum lenire, & ab innocentũ exitubus temperare.

Ad hæc resp. Vos potius veritate perspecta lenite aĩum uestrum, ne sic sequat ut nec uobis parcat. Nã quid isto cui quidẽ scripsisti, facile pôt lenius inueniri, qui uos & inuitauit ad uitã, & si eam nobiscum nolletis, relaxauit ad fugam? Vos in uos estis asperi, nos mites: uos sine ulla immanitatis cõsideratione crudeles, q hoc in uobis facitis, qđ immites facere cõsueuerunt, errorum dilectores. Quid aũt optas ut ab innocẽtũ exitibus temperetur? Vos quidẽ innocentes non estis, tñ ille uobis dedit exitũ, sed ipsi vobis dare vultis exitium. Puto.n. ꝙ uerbi ignorantia te fefellit, ut uolẽs intelligi exitia, exitus diceres. Cum ergo hortaris optando, ut se ab innocentum exitijs imperialiũ legum tẽperaret executor, id agis vt deceptorib. parcat, & innocentes decipi impune permittat. Quid ergo aliud, nisi ut ille cui te bene arbitraris optare, nec deo, nec imperatori suo seruet fidẽ, quia.s. per iniustitiã, non ueram, sed uestrã, ad imperatorum curã pertinere causę hmôi nõ deberent, calumniosa diuisio sanaretur, deberent aũt, ut qñ facta firmaretur? Si doctrina ista quã non de scripturis sanctis, & nescio unde didicistis, iusta uobis vr̃ ut hæc ad imperialẽ non pertineat potestatem, tũc maioribus uestris uenisset in mentem, qñ Cæciliani cãm ad Imperatoris iudiciũ Constantini accusando miserũt. Nũc uero, quia leones Danielem ꝑ ꝑ innocentiam nõ læserunt, vultis ut illis parcat qui eũ calumniando leonibus obiecerunt. Sed nõ ut homo, iudicat deus, in cuius manu cor regis est, & quõ uoluerit inclinat illud. Cor aũt regis cũ est infidele, aut exercẽtur, aut probantur boni: Cum uero est fidele, aut corriguntur, aut plectuntur mali. Horum duorũ quid in uestra cã fit, satis iã diximus, satisq; literis tuis nullius loci prætermissione rñdimus, quod utinam & tibi, aliquibus ex uobis profuturum esse deo miserante confidimus. Ad hęc aũt si respondere aliquid præparas, lege etiã illa quæ cum Emerito acta sunt, quibus ille respondere non potuit, ne forte tu possis, sicut iam superius ut experireris admonui. De causa etiam Maximinianistarum cũ illo egimus, de qua nobis in collatione toties uobis obiecta nihil respondistis, quoniã de re manifestissima & recẽtissima nihil quod respon-

D — *Dani. 6.* — *Pro. 21.*

reſponderetis inuenire potuiſtis, qũo Maximinianus quem multo grauiore quam Cæcilianum ſententia percuſsiſtis, ita ut diceretis eũ Dathan, Chore, & Abirõ miniſtrũ, quos pro ſcelere ſchiſmatis uiuos terra deglutiuit, non polluerit conſortes ſchiſmatis ſui, quib. ut ad veſtrã cõmunionẽ redirent, dilationẽ dediſtis, nõ polluerit Afer Afros, uiuus uiuos, notus notos, particeps ſocios, & Cæciliani polluerãt trãſmarinos, polluerunt longe poſitos, polluerũt ignotos, polluerunt nondũ natos, Inueni ſi potes q̃d dicas, qũo ſuſceperitis honorẽ Feliciani Muſticani, & Prætexati Aſſuritani, quos cũ Maximiniano & aliis decẽ ſine ulla dilatione dãnaſtis, cõtra quos ut eos de baſilicis pelleretis, apud duos, *uel niſi fallor, apud ꝓcõſules litigaſtis, & cum iam in locum Prætexati alium ordinaſſetis, poſt tam longũ tp̃s eos in ſuis honorib. recepiſtis. Qua iuſtitia, qua rõne, qua fronte in honore ſuſcipit̃ Maximinianiſta damnatus, & damnator orbis terrarum catholicus inauditus? Qua iuſtitia, qua rõne, qua fronte cauendũ eſſe dicitis, ne uos inq̃naret Cæcilianus olim defunctus, uobiſq; prorſus incognitus, ũris maiorib. iudicantibus ſemel damnatus, veſtris maioribus ter abſolutus, & cauendum non putaſtis, ne uos inquinaret Felicianus, uniuerſalis concilii veſtri ore damnatus, & ab vniuerſis vobis, p̃cipue tui prædeceſſoris fauore ſuſceptus? Qua iuſtitia, qua rõne, qua fronte reſcinditis baptiſmum quem dãt eccleſię, quas laborib. ſuis Apoſtoli plantauerunt, cum ſuſceperitis baptiſmum quẽ Felicianus & Prætexatus per tam longũ tp̃s, qñ contra eos damnatos litigabatis, foris a veſtra eccleſia tradiderint? Si.n. ut ſoletis male intelligere, & nobis obijcere, ſic eſt intelligendũ quod ſcriptum eſt, Qui baptizatur a mortuo, quid proficit in lauacro ſuo, Inter illos iſti tacebant qñ baptizabant, de quib. ueſtra uacuata ſñia tanto ſtrepitu inſonuit, Aegyptiorum ad modum exemplo pereuntium funerib. plena ſunt littora, quibus in ipſa morte maior eſt pœna, qđ poſt extortã aquis ultricib. animã, nec ipſam inueniũt ſepulturã? Quid ad hęc dicturi eſtis? Ecce mortui baptizãt eos quos ſuſcipitis, nec morimini, & nobis tãquã mortuis calũniamini, ut catholicæ unitati cõmunicare nolentes, veſtris ignib. uere moriamini. Rñde ad iſta: vacat tibi cogitare quid dicas: Saltẽ in hoc aliquod tibi beneficium cõferamus, vt dum cogitas qũo reſpondeas, minime cogites quomodo ardeas. Sed nolumus ut inopia reſpondendi laſſum illud & quaſſum, quod dicere cõſueſtis, adhuc tibi exiſtimes dicendum. Si tales ſumus, quare nos quæritis? Reſpondemus enim. Magis uos catholica eccleſia debet q̃rere quia periſtis. Si uos Maximinianiſtas perditi ꝑditos inquiſiſtis, de corde.n. veſtro nobis dicitis: Quare quæritis tot tantorumq; reos criminum? Sed de libro dei vobis reſpondemus, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum.

Nu. 16.

F

* Aliàs forte duces.

Eccleſiaſtici. 34.

G

Exo. 14.

Libri ſecundi finis.

I. 4.

H

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi De baptiſmo contra Donatiſtas, Liber primus.

IN eis libris quos aduerſus epiſtolã Parmeniani, quã dedit ad Ticonium ſcripſimus: promiſimus nos diligentius quæſtionẽ baptiſmi tractaturos, Quod etiã ſi non ibi promitteremus, debitum tñ à nobis flagitantibus fratribus meminimus & agnoſcimus. Quapropter in hoc opere adiuuante dño ſuſcepimus non ſolum ea refellere quæ de hac re nobis Donatiſtæ obiectare conſuerunt, ſed etiã de beatiſsimi martyris Cypriani authoritate, unde ſuam peruerſitatem ne ueritatis impetu cadat, fulcire conant̃, quæ dominus donauerit dicere, ut intelligant oẽs qui non ſtudio partiũ cæcati iudicant, non ſolũ eos nõ adiuuari authoritate Cypriani, ſed ꝑ ipſam maxime cõuinci atq; ſubuerti. Iã q̃dẽ in ſupramemoratis libris dictũ eſt ita poſſe extra catholicã communionẽ dari baptiſmũ, quẽadmodũ & extra eam poteſt haberi. Nullus ãt illorum negat habere baptiſmũ, etiã apoſtatas, quibus utiq; redeuntibus & per pœnitentiam conuerſis, dum non redditur, amitti non potuiſſe iudicatur. Sic & illi qui per ſacrilegium

Sacta c imp ri. Cap Cõt ſtol Par nia l. 2.

I

De diſti. cap. lus

giũ ſchiſmatis ab eccleſiæ cõmunione diſce dunt, habẽt utiq; baptiſmũ, quẽ priuſquam diſcederẽt acceperũt. Nã & ipſi ſi redeãt, nõ eis iterũ datur, unde oſtẽditur illud qđ acceperãt in vnitate poſiti, nõ potuiſſe amittere ab vnitate ſeparatos. Qđ ſi haberi foris põt, ẽt dari cur nõ poteſt? Si dicis, nõ recte foris datur: reſpõdemus ſicut nõ recte foris habetur, & tñ habetur, ſic nõ recte foris datur, ſed tñ datur. Sicut aũt ꝑ vnitatis recõciliationẽ incipit vtiliter haberi qđ extra unitatẽ inutiliter habebatur, ſic per eandẽ reconciliationẽ incipit utile eſſe, qđ extra eã inutiliter datũ eſt. Non tñ dici fas eſt, nõ da-

K tum eſſe qđ datũ eſt, aut vt non hoc dediſſe ĝſquam calumnietur, cũ hoc eum dediſſe qđ acceperat confitemur. Sacramentũ.n. baptiſmi eſt qđ habet ĝ baptizatur. Et ſacramẽtũ dãdi baptiſmi eſt, qđ habet ĝ ordinatur. Sicut aũt baptizatus ſi ab unitate receſſerit, ſacramẽtum baptiſmi non amittit, ſic ẽt ordinatus, ſi ab unitate receſſerit, ſacramentũ dandi baptiſmi non amittit. Nulli.n. ſacramento iniuria facienda eſt, ſi diſcedit a malis vtrunque diſcedit, ſi permanet in malis vtrũque ꝑmanet. Sicut ergo acceptatur baptiſmus quẽ non potuit amittere ĝ ab unitate diſceſſerat, ſic acceptãdus eſt baptiſmus quẽ dedit ille ĝ ſacramentũ dandi cũ diſcederet nõ amiſerat. Nam ſicut redeuntes qui priuſquã recederent baptizati ſunt, nõ rebaptizantur, ita redeuntes ĝ priuſquã recederent ordinati ſunt, nõ utique rurſus ordinãtur, ſed aut adminiſtrant qđ adminiſtrabãt, ſi hoc eccleſiæ utilitas poſtulat, aut ſi nõ adminiſtrãt, ſacramentũ ordinationis ſuæ tñ gerũt, & ideo eis manus inter laicos nõ imponitur: Nã neque ſacramentũ baptiſmi, neque ſacramentũ dandi baptiſmi, quando ab eis cum Maximiniano diſceſſit, Fecilianus

L amiſit. Nunc.n. eum ſecum habent cũ eiſipſis, quos cum foris eſſet, in Maximiniani ſchiſmate baptizauit. Quapropter potuerũt ab eis accipere cæteri, cũ ad noſtrum cõſortium non acceſſiſſent, quod illi non amiſerant, cum a noſtro conſortio receſſiſſent. Quibus rebus oſtenditur & ipſos impie facere, qui rebaptizare conantur orbis unitatem, & nos recte facere qui dei ſacramenta imꝓbare nec ĩ ipſo ſchiſmate audemus.

In quo nobiſcũ ſentiunt, in eo ẽt nobiſcum ſunt, In eo aũt a nobis receſſerunt, in quo a nobis diſſentiunt. Non.n. acceſſus iſte atque diſceſſus corporalib. motibus, ſed ſpiritalib. eſt metiendus. Sicut enim coniunctio corporum fit per continuationem locorum, ſic animorum quidam contactus eſt cõſenſio voluntatum. Si ergo qui receſſit ab vnitate aliquid aliud agere voluerit, quàm quod in vnitate percepit, in eo recedit atque diſiungitur. Quod autẽ ita vult agere ſicut in vnitate agitur, ubi hoc accepit, & didicit, in eo manet atque coniungitur.

M

Baptiſmus extra eccleſiam acceptus. Cap. 2.

Itaque iſti in quibuſdam rebus nobiſcũ ſunt, in quibuſdam uero a nobis exierunt. Proinde illa in quibus nobiſcum ſunt, eos agere non uetamus. In quibus autem nobiſcum non ſunt, ut ueniendo accipiant, uel redeundo recipiant, adhortamur, & quibus modis poſſumus uti diligant emẽdati atque correcti, cum charitate flagitamus. *Nõ eis itaque dicimus, nolite dare: ſed, nolite in ſchiſmate dare. Nec eis quos videntur baptizaturi dicimus, nolite accipere: ſed, nolite in ſchiſmate accipere.

**al. ſatagimus*

24. qõ. 1. ca. ſi quẽ forte.

Nam ſi quem forte coegerit extrema neceſſitas ubi catholicum per quem accipiat non inuenerit, & in animo pace catholica cuſtodita, per aliquẽ extra unitatem catholicam poſitum acceperit, quod erat in ipſa catholica vnitate accepturus, ſi ſtatim ẽt de hac uita migrauerit, non eum niſi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus cum ſe catholicæ congregationi etiam corporali præſentia reddiderit, unde nunquam corde diſceſſerat, non ſolum non improbamus quod fecit, ſed etiam ſecuriſſime ueriſſimeque laudamus, quia præſentem deum credidit cordi ſuo vbi vnitatem ſeruabat, & ſine ſancti baptiſmi ſacramento, quod vbicunque inuenit, nõ hominum, ſed dei eſſe cognouit, noluit ex hac vita migrare. Si quis autem cum poſ-

G ſit in ipſa catholica accipere per aliquam mentis peruerſitatem eligit in ſchiſmate baptizari etiam ſi poſtea uenire ad catholicã cogitat, quia certus eſt ibi prodeſſe ſacramẽtum quod alibi accipi quidem poteſt, prodeſſe aũt non poteſt, proculdubio peruerſus & iniquus eſt, & tanto ꝑniciosius quan-

'o ſcientius. Ita enim non dubitat recte illic accipi, ſicut non dubitat illic prodeſſe etiã quod alibi acceperit.

Tutius in eccleſia accipere ſacramenta. Cap. 3.

Duo.n.ſunt q̃ dicimus,& eſſe in eccleſia baptiſmũ,& illic tm̃ recte accipi. utrũq; horũ Donatiſtæ negant. Itẽ alia duo dicimus eſſe apud Donatiſtas,baptiſmũ, non aũt illic recte accipi. Horũ duorũ illi unũ magno pere affirmãt,i.eſſe ibi baptiſmũ, non aũt illic recte accipi,nolunt fateri. Harũ quatuor ſentẽtiarũ tres nr̃ę tantũ ſunt,unã uero utrique dicimus. Nã eſſe ĩ catholica baptiſmũ, & recte illic accipi,& apud Donatiſtas non recte accipi nos tantũ dicimus,eſſe uero baptiſmũ & apud Donatiſtas & illi aſſerũt & nos cõcedimus. Quiſquis ergo vult baptizari,& certus eſt iã ſibi noſtrã eccleſiã ad Chriſtianã ſalutẽ eſſe diligendã,& in ea ſola illi ꝓdeſſe baptiſmũ Chriſti, ẽt ſi alibi acceptũ fuerit,ſed ideo in parte Donati uult baptizari,q̃a eſſe ibi baptiſmũ nõ illi ſoli neque nos ſoli,ſed utrique dicimus,attẽdat alia tria. Si .n.nos eligit ſequi in ijs,q̃ illi nõ dicunt, ea vero q̃ utrique dicimus,p̃ponit his quę nos ſoli dicimus,ſatis eſt nobis ꝙ ea,quæ illi nõ dicũt,& nos ſoli dicimus, p̃ponit eis quæ illi ſoli dicunt.eſſe aũt in catholica baptiſmũ nos dicimus,illi nõ dicunt. Recte accipi in catholica baptiſmũ nos dicimus,illi nõ dicũt. Nõ recte accipi in parte Donati baptiſmũ nos dicimus,illi nõ dicũt. Sicut ergo id potius credit qđ nos ſoli dicimus eſſe credẽdũ,ita hoc potius faciat qđ nos ſoli dicimus eſſe faciendũ. Qđ aũt utrique eſſe credẽdũ dicimus,hoc ſi ita putat robuſtius credat,q̃ id qđ a ſolis nobis dr̃. Robuſtius.n. crediturus eſt eſſe baptiſmũ Xp̃i in parte Donati,qđ ab utriſque noſtrũ dr̃,eſſe baptiſmũ in catholica,qđ a ſolis catholicis tantũmodo dr̃. Sed rurſus magis crediturus eſt eſſe baptiſmũ Chriſti etiam apud nos,quod nos ſoli dicimus: quã non eſſe apud nos, quod illi ſoli dicunt. Iam enim decreuit & certus eſt,in quibus diſſentimus,nos illis eſſe præponendos. Ita ergo quod nos ſoli dicimus, recte apud nos accipi magis crediturus eſt, quoniam non recte apud nos accipi, quia hoc illi ſoli dicunt. Eadem regula quod nos ſoli dicimus,non recte apud illos accipi magis crediturus eſt, quàm id quod illi ſoli dicunt.i.recte apud illos accipi, Fruſtra itaque ſibi uidetur ſecurus ibi accipere, qđ eſſe q̃dem ibi utrique dicimus,ſed ibi eſſe acipiẽdum non utrique dicimus. Eligat autem ipſe in eo ꝙ non utriq; dicimus, nob. potius inhærere. Hic ergo ſecurus accipiat, ubi & eſſe & accipere recte certus eſt, illic aũt nõ accipiat,qđ eſſe q̃dem ibi dicunt, ſed ibi accipiendum eſſe non dicunt quorũ ſententiã decreuit eligere, quanquã ẽt ſi dubium haberet non illic recte accipi qđ in catholica recte accipi certũ haberet, grauiter peccaret in rebus ad ſalutẽ animæ ꝑtinentibꝰ, vel eo ſolo ꝙ certis incerta pręponeret. Recte q̃ppe hominẽ ĩ eccleſia catholica baptizari eoipſo certus eſt, ꝙ ẽt alibi baptizatus huc tranſire decreuit. Non recte aũt apud Donatiſtas hominẽ baptizari ad ſalutẽ incertum habet,cũ hoc illi dicant quorum ſẽtentiã Donatiſtis anteponendã eſſe certum habet,& incertis certa proponendo hic baptizetur,ubi propter ea certus eſt recte fieri,quia & cum alibi aliter facere cogitabat, huc tranſeundum eſſe decreuerat.

Iam vero ſi q̃s non intelligit quomodo fieri poſsit,vt qđ ibi eſſe confitemur, non ibi recte dari dicamus,illud attẽdat, q̃a nec recte ibi eſſe dicimus quod & illi dicunt in his q̃ ab eorum communione diſcedunt. Intueatur ẽt ſimilitudinem notæ militaris, q̃a extra militiam a deſertoribus & haberi & accipi poteſt,ſed tamen extra militiã nec habenda nec accipienda eſt, & reducto uel perducto ad militiam,nec mutanda nec iteranda eſt. Veruntamen & alia cauſa eſt eorum q̃ in iſtos hæreticos imprudẽter incurrunt,ipsã eſſe Chriſti eccleſiam exiſtimantes,alia eorum q̃ nouerunt non eſſe catholicã eccleſiam, niſi eam quæ ſicut promiſſa eſt,toto terrarũ orbe diffunditur & extenditur vſque ad fines terræ, quæ creſcens inter zizania & in tædio ſcandalorum requiẽ futuram deſiderans,dicit in Pſalmis, A finib. terræ ad te clamaui dũ tæderet aĩa mea, in petra exaltaſti me. Petra aũt erat Chriſtus. In quo nos iam reſuſcitatos & in cœlo conſidentes,dicit Apoſtolus,nondum in re, ſed in ſpe. Ideoque ſequitur Pſalmus & dicit, Deduxiſti me quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Ex illis quippe pro-

Margin (cut off): H; I; k; ſci ſci cis pit me; Ca Co ep Pa ni 2.; Pſa L; 1.C; Eph

pe promisſionibus tanquam telis & iaculis in turri munitisſima cõſtitu[illegible] ſolũ caue tur,ſed etiam expugnatur inimicus. Induẽ tes lupos ſuos pellib. ouium dicunt, Ecce hic eſt Chriſtus,ecce illic, & ab uniuerſita- te ciuitatis ſuper montẽ conſtitutæ,ad parti culas inſidiarum ſuarũ multos ſeparãt,& iu gulatos abſumũt.Et cum hoc nouerint,eli- gunt extra cõmunionem unitatis corporis Chriſti accipere baptiſmũ Chriſti,ad eandẽ cõmunionẽ cũ eo qđ alibi acceperint po- ſtea migraturi.Sciẽtes.n.habituri sũt aduer ſus eccleſiã baptiſmum Chr̃i,uel eoipſo die quo accipiũt.Qđ ſi ſceleratũ eſt, qs eſt q di cat,permittat mihi uno die ſcelus admitte- re? Si.n.trãſiturus eſt ad catholicam, quæro cãm.Quid aliud rñſurus eſt, niſi qa malum eſt eſſe in parte Donati,& nõ eſſe in catho- lica unitate? Hoc igr̃ malũ quot dieb. fece ris,tot dierũ malũ facturus es, & dici pt ma ius malũ fieri pluriũ dierũ, minus ãt pauco rũ,nullũ ãt malũ fieri dici nõ pt.Quid autẽ opus ẽ hoc tã execrabile malũ,uel uno die, uel una hora cõmitteret? Hoc.n.qui ſibi cõ cedi uult,poteſt ab eccleſia uel ab ipſo deo petere,ut ſibi uel uno die apoſtatare conce- dat.Nã cur unius diei eſſe apoſtata timeat, & unius diei eſſe ſchiſmaticus hęreticusve non timeat nulla cauſa eſt.

Illic,inqt,accipere malui, ubi baptiſmũ Chriſti eſſe utriq; cõſentiunt. Sed illic non recte accipi illi ad quos migraturus es dñt. Recte uero illic accipi illi a quib. migratu- rus es dñt.Illuc itaq; qđ hi dñt,quos poſtpo nis,ↄ̃dicentib. illis quos ipſe anteponis, aut falsũ eſt,aut ut mitius dicat̃, incertũ. Vera ergo falſis,aut incertis certa p̃ponis. Illic.n. quo migraturus es cũ alibi acceperis, recte poſſe accipi qđ deſideras,nõ illi tm̃ ad quos trãſiturus es,ſed tuipſe q trãſiturus es cõfite ris.Si.n.vtrũ recte illuc poſſet accipi dubita res,ẽt illuc tranſeundum eſſe dubitares. Ac cipere itaq; in parte Donati,ſi incertũ eſt eſ ſe pctm̃, qs dubitet certũ eſſe pctm̃, nõ ibi potius accipere,ubi certũ eſt nõ eſſe pctm̃? Illi uero qui per ignorãtiã ibi baptizant̃, ar bitrãtes ipſam eſſe eccleſiam Chriſti in iſto rum quidẽ cõparatione minus peccant,Sa- crilegio tamen ſchiſmatis uulnerãtur, non ideo non grauiter quod alij grauius: Cũ.n. dictum eſt quibuſdã, Tolerabilius erit So- domis in die iudicii q̃ uobis: nõ ideo dictũ eſt, quia Sodomitæ non torquebuntur, ſed quia illi grauius torquebuntur, quanquam hoc fuerat fortaſſe occultum aliqñ & incer tum: Vnde autem ſanantur hi qui aduertũt & corrigũtur,inde grauantur hi qui cũ iam ignorare non permittuntur, in perniciẽ ſuã pertinaciter ſæuiunt. Damnatio quippe Ma ximinianiſtarum & receptio damnatorũ,cũ his quos extra eorum cõmunionẽ in ſacrile gio,ſicut cõcilium eorũ clamat, in ſchiſma te baptizarunt,totam iſtam ſoluit qõnẽ, to- tã contentionẽ abſtulit. Nihil omnino inter nos & eos Donatiſtas qui Primiano cõmu nicant dereliquit, uñ dubitetur non ſolum haberi, ſed ẽt dari poſſe baptiſmũ Chr̃i ab eis qui ab eccleſia ſeparantur. Sicut.n. ipſi eos quos Felicianus in ſchiſmate baptiza- uit, uerum baptiſmũ accepiſſe fateri cogun tur, quia eos ſecũ nunc habent in ipſo ba- ptiſmo quem in ſchiſmate perceperunt, ſic nos dicimus baptiſmũ Chriſti eſſe ẽt extra cõmunionem catholicã, quẽ dant illi q ab eadẽ cõmunione præciſi ſunt, quia eum cũ præciderentur non amiſerũt,& quod ipſi ſe putant contuliſſe illis, quos Felicianus in ſchiſmate baptizauit,cũ eos ſibi recõciliaue runt: id eſt, non vt acciperent quod habe- bant, ſed ut prodeſſet eis quod inutiliter in ſchiſmate acceperant & habebant. Hoc ve- re confert & pręſtat deus per communionẽ catholicã illis qui ueniunt ab aliqua hæreſi uel ſchiſmate, ubi baptiſmum Chriſti acce perunt: id eſt, non ut baptiſmi ſacramentũ incipiant habere quod non habebant, ſed ut proſit eis quod inutiliter habebant.

Cap. 6.

Quapropter inter nos & ipſos quodam- mõ Cardinales Donatiſtas, quorũ epiſcop[9] apud Carthaginẽ Primianus eſt, iã de hac re nulla eſt controuerſia. Voluit.n.deus per Maximinianiſtas eam finiri,ut quod chari- tate ſuadente nolebãt exẽplo ſuo cogẽte fa- terentur. Sed adhuc propterea inde diſputa- mus, ne illi ſibi uideantur aliquid dicere, q nec iſtis communicant, qui apud ſe potius, quanto pauciores, tãto ſynceriores Donati ſtas remanſiſſe cõtendunt. Qui ſi Maximi- nianiſtæ ſoli eſſent, nec ipſorum ſalutem cõ temnere deberemus: Quanto ergo magis

quia eadem pars Donati in multa minutissima frusta cōscissa est, quæ omnes minutæ particulæ hanc vnā multo grandiorem, in qua Primianus est, de recepto Maximiniani statū baptismo reprehendunt, & singulę conantur asserere apud se tātummodo uerū baptismum remansisse, nec oīno esse alibi, neque in toto orbe terrarū quà Ecclesia catholica expanditur, nec in ipsa grādiore parte Donati, nec in cęteris præter se unam ex minutissimis partib⁹. Quæ oēs particulæ si aduertere uoluerint uocē non hominis, sed ipsius manifestissimæ ueritatis, & aīosum spiritū suæ peruersitatis domare, & nō utiq; ad partē Donati maiorē, de qua pcisa pcisæ sunt, sed ad ipsam uiriditatē radicis catholicæ de ariditate propria reuertētur. Oēs quippe isti ubi contra nos nō sunt, pro nobis sunt, ubi autem nobiscum non colligunt spargunt.

Lucæ. 9
Mat. 12

K

Scripturæ cōcordia. Cap. 7.

Iam.n. ne uidear humanis argumētis id agere, qm̄ qōnis huius obscuritas prioribus ecclesiæ temporib. ante schisma Donati magnos uiros & magna charitate præditos, patres episcopos ita inter se compulit salua pace disceptare atq; fluctuare, ut diu cōciliorū in suis quibusq; regionibus diuersa statuta nutauerint, donec plenario totius orbis concilio quod saluberrime sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaret̄, ex Euangelio profero certa documenta, quib. dño adiuuante demonstro, q̄ recte placuerit & uere secundum deum, ut hoc in quoquam schismatico uel hæretico ecclesiastica medicina curaret, in quo vulnere separabatur: illud aūt quod sanum maneret, agnitum potius approbaretur, q̄ improbatum uulneraretur. Certe dñs in Euangelio dicit: Qui non est mecū aduersum me est: & qui mecū non colligit, spargit. Tamen cum ad eū discipuli retulissent, uidisse se quendā in eius nomine pellentem dæmonia, & prohibuisse, quia cū illis eum nō sequebat̄. Nolite, inquit, prohibere, Qui contra uos non est, pro uobis est: Non pōt .n. quisquam in meo noīe facere aliquid, & male loqui de me. Si nihil in illo corrigendū erat, securus ergo fit quisq; extra cōmunionē Ecclesiæ cōstitutus colligit in Christi noīe, dissociatus a Christiana societate, atq; ita falsum erit illud, Qui non est mecū, aduersum me est, & qui non colligit mecū, spargit. Si aūt quod discipuli dñi per ignorantiā facere voluerunt, id in eo corrigendū est quod dixit dñs, Nolite prohibere cur hoc ipse prohiberi prohibuit? Et qūo erit uerū quod ibi ait, Qui contra uos nō est pro uobis est? In hoc .n. facto non contra eos, sed pro eis erat, ubi per nomē Chr̄i sanitates operabat̄. Vt ergo utraq; snia vera sit, sicuti uera est, & illa vbi ait, Qui non est mecū, aduersum me est: & qui mecum non colligit, spargit, & illa vbi ait, Nolite prohibere, qui.n. contra uos non est, pro uobis est: q̄d restat intelligendū, nisi q̄a ille in tāti noīs veneratione cōfirmādus fuit, ubi nō erat cōtra ecclesiā, sed pro ecclesia, & in illa tñ separatione culpandus, ubi si colligeret spargeret: & si forte ueniret ad ecclesiam, non illud quod habebat ibi acciperet, sed in quo aberrauerat emendaret?

Mat. 12

Lucæ. 9
Marc. 9.

L

M

Neq;.n. & Cornelii gentilis hominis orationes non sunt exauditæ, aut eleemosynæ non sunt acceptæ, immò & angelum ad se mitti, & missum meruit intueri, per quem posset utique sine hominis alicuius accessu cuncta necessaria discere: Sed qm̄ quicquid boni in orationibus & eleemosynis habebat, prodesse illi non poterat nisi p vinculū Christianæ societatis & pacis incorporaret̄ ecclesiæ, iubetur mittere ad Petrum, & per illum discit Christum, per illum etiā baptizatus, Christiano populo cōsortio quoque cōmunionis adiungitur, cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. Perniciose quippe cōtemneret bonū q̄d nōdum habebat, superbiens ex illo quod habebat. Sed etiā qui seipsos a societate cæterorū separantes, charitate uiolata, vnitatis vinculū rumpunt, si nihil faciunt eorū quæ in illa societate acceperunt, in oībus separati sunt, & iō quem sibi sociauerint, si venire ad ecclesiā uoluerit, dēt oīa quæ non accepit accipere. Si uero nonnulla eadē faciunt, non se in eis separauerunt, & ex ea parte in texturæ compage detinentur, in cætera scissi sunt. Proinde si quē sociauerint sibi, ex ea parte nectit̄ ecclesiæ, in qua uel illi separati sunt. Et ideo si ad ecclesiā venire voluerit, in eo sanatur vbi laniatus errabat. Vbi vero sanus connectebatur, nō curatur sed agnoscit̄, ne cū sana curare uolumus, potius vulnerem⁹. Itaq;

S... ra... fu... ag... da... Ca... A

A

illi quos baptizāt, sanāt uulnere idololatriæ
vel infidelitatis, sed grauius feriūt vulnere
schismatis. Idolatras. n. in populo Dei gladi
1 Re. 13 us interemit, schismaticos aūt terræ hiatus
absorbuit. Et Apostolus. Si habeā omnē, in-
qt, fidē ita ut mōtes transferā, charitatē ue-
ro nō habeā, nihil sū. Si qs adducat ad medi
cū in aliqua necessaria parte corporis graui
vulnere sauciatus, si dixerit medicus, morit
inde, nisi curet, nō opinor illi q adduxerūt
eū, ita desipiunt ut cōsideratis atq; numera
tis cæteris mēbris eius sanis, respōdeant me
dico & dicāt. Ergo ne ista sana tot mēbra nō
valent ad eius uitā, & illud unū vulneratū
valet ad eius mortē? Nō utique hoc dicunt,
sed curandū offerunt, nec ideo tñ qa curan
B dū offerunt, medicū rogāt, ut ēt illa, q̄ sana
sunt curet, sed illi uniloco medicinā instan
ter adhibeat, vñ mors ēt saluis cæteris immi
net, & nisi sanetur adueniet. Quid ergo ꝓ-
dest homini uel sana fides, uel sanū fortasse
solū fidei sacramētū, ubi letali vulnere schis
matis perēpta est sanitas charitatis, ꝑ cuius
solius peremptionē ēt illa integra trahūtur
ad mortē? Qđ ne fiat, nō cessat misericordia
Dei ꝑ vnitatē sanctæ Ecclesiæ suæ, ut ueni
ant & curentur ꝑ medicamētū recōciliatio
nis ꝑ uinculū pacis. Nec ideo se putent sa-
nos esse, qa dicimus eos habere aliqd sanū,
nec rursus putent, ideo curādū esse qđ sanū
est, qa ostendimus aliqd vulneratū. Itaque
in sacramēti sanitate, qa cōtra nos nō sunt
ꝓ nobis sūt: in schismatis aūt vulnere quic
qd cū Christo nō colligūt spargūt. Non ex
tollātur ex his q̄ habēt. Quid tātū ꝑ ea quæ
sana sunt superbos oculos ducūt? Et uulnus
suū dignētur humiliter intueri, nec solum
quid assit, sed etiam quid desit attendant.

Videant q̃ multa & q magna nihil ꝓsint,
si unū quidē defuerit, & uideāt qd sit ipsū
vnum. Nec me in hoc audiāt, sed Apostolū
Si linguis, inquit, hominū loquar & angelo
1 Co. 13 rum, charitatē aūt non habeā, factus sum ue
C lut æramentum sonans aut cymbalum tin-
niens. si habuero prophetiā, & secreta om-
nia sciuero & omnē scientiam: & si habue-
ro omnem fidem ut montes transferā, cha-
ritatem autem non habeā, nihil sum. Quid
ergo eis prodest si linguam in sacris myste-
rijs habeant angelicam, & prophetiam quē
admodum Caiphas & Saul, ut aliquando
prophetent, quos fuisse damnabiles Sancta
scriptura testatur? Si sacramenta non tantū
sciant, sed & habeant, sicut habuit Simon
magus: Si fidem, sicut Dæmonia confessa
sunt Christum: neque enim non credebant *Marc. 1.*
cum dicerēt, Quid nobis est & tibi fili Dei,
scimus qui sis: Si dispertiant ipsi etiam sub-
stantiam suam pauperibus, sicut, multi,
non solum in Catholica, sed in diuersis hæ
resibus faciunt. Si aliqua ingruente perse
cutione tradant ad flammas nobiscum cor
pus suum pro fide quam pariter confiten-
tur: tamen quia separati hæc agunt, non suf
ferentes inuicem in dilectione, neque stu-
dentes seruare unitatem spiritus in uincu-
lo pacis, charitatem utique non habendo,
etiam cum illis omnibus, quæ nihil eis ꝓ-
sunt, ad æternam salutem peruenire non
possunt. *Ephe. 4.*

Sed uidentur sibi argutissime quærere, *Nō satis nasci ab Ecclesia Cap. 10.*
vtrum generet filios batismus Christi in
parte Donati an non generet: ut si consen
serimus quod generet, suam esse asseuerent
D ecclesiam matrē quæ filios potuit de Chri-
sti baptismate generare, & quia unam o-
portet esse ecclesiam, ex hoc iam nostram
non esse ecclesiam criminentur. Si autem
dixerimus, non generat, cur ergo, aiunt,
apud uos non renascūtur per baptismum,
qui transeunt a nobis ad uos, cum apud nos
fuerint baptizati, si nondum nati sunt? Qua
si uero ex hoc generet unde separata est, &
non ex hoc unde coniuncta est. Separata
est enim a uinculo charitatis & pacis, sed
adiuncta est in uno baptismate. Itaque u-
na est ecclesia, quæ sola catholica nomina
tur, & quicquid suum habet in commu-
nionibus diuersorum a sua unitate separa-
tis, per hoc quòd suum in eis habet, uti-
que generat, non ille. Neque enim separa-
tio eorum generat, sed quod secum de ista
tenuerunt, quòd si & hoc dimittant, omni-
no non generant. Hæc itaque in omnibus
generat, cuius sacramenta retinentur, unde
possit tale aliquid ubicunq; generari, quan-
uis nō omnes quos generat ad eius ꝑtineāt
vnitatem, quæ usq; in finem perseuerantes
saluat. Neq; enim hi soli ad eam non perti-
nent, qui separationis aperto sacrilegio ma

nifesti sunt, se ēt illi q in eius unitate corporaliter mixti p uitā pessimā separātur. Etenim Simonē magū per baptisma ipsa pepererat: cui tñ dictū est, q nō haberet partē in hæreditate Xpi. Nūqd ei baptismus, nūquid Euāgeliū nūqd scrā defuerūt? Sed qa charitas defuit, frustra natus est, & ei expediebat fortasse nō nasci. Nūqd nō erāt nati qb. Apostolus ait, Tāquā paruulis ī Xpo lac uob. potū dedi, nō escā: eos tñ a sacrilegio schismatis reuocat, in qđ iō irruebāt, qa carnales erāt. Quasi paruulis, inqt, in Xpo lac uobis potū dedi, nō escā. Nōdū.n. poteratis, sed nec adhuc qdē potestis, carnales.n. estis adhuc. Cū.n. sint inter nos æmulatio & cōtētio, nōne carnales estis, & ſm hominē ambulatis? Cū.n. qs dicat, Ego qdē sum Pauli, alius aūt, ego Apollo, ego uero Cephæ &c. nōne hoīes estis? De his.n. supra dicit, Obsecro aūt uos fratres p nomē dñi Iesu Christi, ut idipsū dicatis omnes: & nō sint in uobis schismata. Sitis aūt pfecti in eodem sensu & in eadē sententia. Nunciatū est.n. mihi de uob. fratres mei ab his q sunt Chloes, qa contentiones sunt in vob. Hoc aūt dico, qa vnusqsq; uestrū dicit, Ego qdē sum Pauli, ego aūt Apollo, ego uero Cæphæ, ego aūt Chri, diuisus est Xps? Nunqd Paulus crucifixus est p uob. aut in nomine Pauli baptizati estis? Isti ergo si in hac obstinatione & puersitate remanerēt, certe qdē nati erant, nec tñ ad ipsā ecclesiā de qua nati erāt, p pacis atque unitatis uinculū ptinerēt, ergo ipsa generat, & p uterum suū, & p uteros ancillarū ex eisdē sacramētis, tanquam ex uiri sui semine. Non.n. frustra dicit Apostolus, Omnia illa in figura esse gesta. Sed q superbiunt & legitimæ matri nō adiūgūtur, similes sunt Hismaeli, de quo dictū est. Eijce ancillā & filiū eius, Non.n. hæres erit filius ancillæ cū filio eius Isaac. Qui aūt pacifice diligūt legitimā patris sui coniugē, cuius legitimo iure generati sunt, similes sunt filijs Iacob, quanuis de ancillis natis, sed tñ eandem hęreditatem sumentibus.

Qui aūt de utero ipsius matris intus in unitate nati, negligūt gratiā quā acceperūt, similes sunt Esau filio Isaac, qui reprobatus est, deo attestante & dicente, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum ambo ex uno concubitu cōcepti, ex uno utero nati sint.

Quærunt ēt, utrum peccata dimittantur per baptismum in parte Donati: ut si dixerimus dimitti, rñdeant, ergo est illic spiritussanctus, quia cum insufflante domino datus esset discipulis, tunc secutus est & ait, Baptizate gētes in nomine patris & filij & spiritussancti: si cui dimiseritis peccata, dimittūtur ei, si cui tēueritis, tenebuntur. Et si ita est inquiūt, cōio nostra est Ecclesia Xpi, Non.n. præter Ecclesiam, dimissionem peccatorum spiritussanctus operatur. Et si nostra communio est Ecclesia Christi, non est Ecclesia Christi uestra communio, Vna est .n. quæcunq; illa sit, de qua dictum est, Vna est colūba mea, una est matri suæ, Nec possunt Ecclesiæ tot esse quot schismata. Si aūt dixerimus, non ibi dimitti peccata, ergo, inquiunt, non est illic uerus baptismus: & ppterea quos a nobis suscipitis, uos baptizare debetis, quod quia non facitis, in ecclesia Christi uos non esse fatemini. His ita resistimus, ſcđm scripturas, eos interrogantes, vt qđ a nobis quærūt, sibi ipsi respondeant. Quæro.n. ut dicant, utrum dimittantur peccata ubi charitas non est: peccata.n. tenebrę animarum sunt. Audimus quippe Ioannem dicentem. Qui odit fratrē suum, in tenebris est vsq; adhuc. Nulli autem schismata facerēt, si fraterno odio non excæcarentur. Si ergo dicimus, nō ibi dimitti peccata, qūo renascitur qui apud eos baptizatur? Quid est .n. renasci per baptismum nisi a uetustate renouari? Quomodo autem renouantur a uetustate, cui peccata præterita non dimittuntur? Quòd si renatus nō est, nec Christum induit, ex quo conficitur ut denuo baptizādus uideatur. Quia dicit Apostolus. Quotquot.n. in Christo baptizati estis, Christum induistis: quē ille si nō induit nec in Chrō baptizatus habēdus est. Porrò qa in Xpo dicimus baptizatū, fatemur eū Chrm induisse. Et si hoc fatemur, regeneratum fatemur. Quod si ita est, & peccata dimissa sunt Quomodo ergo dicit Ioannes, Qui odit fratrē suum, in tenebris manet usque adhuc: si iā facta est remissio peccatorum? An non est in schismate odium fraternum? Quis hoc dixerit, cum & origo & pertinacia schismatis nulla sit alia nisi odium fraternū? Hanc illi quæstionem

Act. 8. | 1. Co. 3. | Ibidem. | 1. Co. 1. | F | 1. Co. 1. | Ge. 21. | Gala. 4. | Ge. 30. | G | H | I. | K

qõnem ſoluere ſibi vñr cũ dicunt, Non eſt
ergo in ſchiſmate remisſio pctõrũ, & ideo
nec regeneratio noui hoĩs, & ꝓ ꝑea nec ba-
ptiſmus Chri. Nos ãt q̃a fatemur ibi eſſe ba
ptiſmũ Chri, hãc eis qõnem ſoluendã pro-
ponimus. Magus ille Simõ vtrũ vero Chri
baptiſmate tinctus ſit? Rñdebũt ita, q̃a ſan-
ctæ ſcripturę auctoritate cogunt. Quęro er
go, utrũ fateanť ei dimiſſa pctã. Profecto fa
tebũtur. Itẽ quęro, cur ei dixerit Petrus, nõ
eũ hre partẽ in ſorte ſctõrũ. Quia, inquiũt,
poſtea peccauit, pecunia uolẽs emere donũ
dei, cuius vẽditores eẽ Apoſtolos credidit.

Quid ſi ad ipſum baptiſmũ fictus acceſ-
ſit? Dimiſſa ſunt ei pctã, an non ſunt dimiſ-
ſa? Eligãt qđ volunt, vtrũlibet elegerint, ſuf
ficit nobis. Si dimiſſa dixerint, quõ ergo ſpi
ritusſanctus diſciplinæ effugiet fictum, ſi in
iſto ficto remiſſionẽ operatus eſt pctõrũ? Si
dixerint non eſſe dimiſſa, quæro, ſi poſtea fi
ctionem ſuã corde concuſſo & uero dolo-
re fateretur, denuo baptizandus iudicareť?
Qđ ſi dementisſimũ eſt dicere, fateanť ve-
ro baptiſmo Chriſti baptizari poſſe homi-
nem, & tñ cor eius in malitia uel ſacrilegio
perſeuerans, pctõrum abolitionem nõ ſine

K

re fieri: atq; ita intelligant in cõionib. ab Ec
cleſia ſeparatis poſſe homines baptizari, vbi
Chriſti baptiſmus eadẽ ſacramenti celebra
tione dať & ſumitur, qui tñ tunc proſit ad
remisſionem pctõrum, cum quis recõcilia-
tus unitati, ſacrilegio diſſenſionis exuitur,
quo eius pctã tenebantur, & dimitti nõ ſine
bantur. Sicut. n. in illo qui fictus acceſſerat,
fit ut nõ denuo baptizetur, ſed ipſa pia cor
rectione, & uera confesſione purgetur, qđ
nõ poſſet ſine baptiſmo, ſed ut quod ante
datũ eſt, tunc ualere incipiat ad ſalutẽ, cũ il
la fictio ueraci confesſione receſſerit. Sic ẽt
iſte, q̃ baptiſma Chriſti, quod nõ amiſerũt
qui ſe ſeparauerunt, inimicus charitatis &
pacis Chriſti, in aliqua hæreſi aut ſchiſmate
accepit, quo ſacrilego ſcelere pctã eius non
dimittebãtur, cũ ſe correxerit, & ad Eccle-
ſiæ ſocietatẽ unitatẽq; uenerit, nõ iterũ ba-
ptizãdus eſt, quia ipſa recõciliatione ac pa-
ce ꝑſtatur, ut ad remisſionẽ pctõrum eius,
in unitate iam prodeſſe incipiãt ſacrm, qđ
acceptũ in ſchiſmate prodeſſe non poterat.
Si ãt dixerint in illo, qui fictus accesſit per
ſanctam u m tanti ſacramẽti, dimiſſa quidẽ
illi eſſe pctã in ipſo tp̃is pũcto, ſed ꝑ fictio-
nem ipſius rediiſſe cõtinuo, ut ſpũſſanctus
& affuerit baptizato, ut pctã recederent, &
ꝑſeuerantiã fictionis fugerit ut redirent, ut
& illud uerũ ſit. Quotquot in Chro baptiza
ti eſtis, Chrm induiſtis. Et il ud, Spũs. n. ſan
ctus diſciplinæ effugiet fictũ: id eſt, ut ĩduat
eũ Chro ſanctitas baptiſmi, & exuat eum
Chro ꝑnicies fictionis, ſicut fit cũ quiſq; à
tenebris ꝑ lucẽ tranſit ad tenebras, oculi q̃
dem eius in tenebras ꝑpetuo dirigunť, ſed
nõ põt lux niſi perfundere trãieuntem. Qui
ergo hoc dixerint, hoc ẽt in eis intelligunt
fieri, q̃ extra eccleſiæ cõionẽ, ſed tñ baptiſ-
mate eccleſiæ baptizãtur, qđ ubicũq; fuerit
ſanctum eſt ꝑ ſeipſum: & ĩõ non eſt eorũ
qui ſe ſeparãt, ſed eius unde ſe ſeparant: valet
tñ apud eos hactenus, ut per eius lucẽ tran
ſeant ad diſſenſionis ſuæ tenebras cõtinuo
redeuntibus peccatis, q̃ baptiſmatis ſancti-
tas in illo tẽporis puncto dimiſerat, tanquã
redeunte obſcuritate quã lux in trãſitu ex-
cuſſerat. Nam redire dimiſſa pctã, vbi frater

M

na charitas nõ eſt aptisſime docet in Euan
gelio de illo ſeruo, quẽ cum inueniſſet debi
torẽ decem miliũ talẽtorum, deprecãti oĩa
dimiſit, Ille ãt conſeruum ſuum qui ei de-
bebat centum denarios, cũ miſeratus non
fuiſſet, iuſsit eum dñs reddere quę ei dimiſe
rat. Tp̃s ergo quo accipitur indulgentia per
baptiſmum, tanquam tp̃s eſt reddendæ rõ-
nis, ut omnia debita quæ inuenta fuerint,
dimittantur. Non tñ ille ſeruus poſtea dedit
conſeruo ſuo mutuam pecuniam, quam cũ
ille non poſſet reddere, non eius miſertus
eſt, ſed iam ei debebat conſeruus eius, cum
ipſe rõnem dño ſuo reddens, tanti numeri
debito ſolueretur, nec dimiſerat conſeruo
ſuo quod ei debebat, & ſic acceſſerat ut ei
dimitteret dominus. Hoc indicant verba cõ
ſerui dicentis, Patiẽtiam habe in me & oĩa
reddam tibi. Alioquin diceret, iam mihi
hoc dimiſeras, cur iterũ repetis? Hoc & ip-
ſius domini verba manifeſtius aperiũt, Ait
. n. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit unũ
de conſeruis ſuis qui debebat ei centum de
narios: Non dixit, cui iam debitum cẽtum
denariorum dimiſerat: Si enim dimiſerat,
non ei debebat. Quia ergo dixit, debebat

Eua. ſo Donatiſtarũ. De cõſ. di. 4. ca. Quõ deus in fi ne. 4. ſe. diſ. 4. ca. Qui vero.

Galat. 5

Sapiẽ. 1.

Confutatio.

Nota peccata ſemel dimiſſa redire.

Mat. 18.

De cõſe. diſ. 4. ca. Quomodo Deus. 4 ſen. di. 4. ca. qui uero.

Matt. 8.

eĩ manifestũ est, ꝙ nõ diuiserat. Et melius
quidẽ fuerat, atq; hoc potius cõgruebat tan
A to debitori reddituro rõnem, & expectanti
misericordiã dñi sui, ut prior ipse conseruo
dimitteret quod ei debebatur, & sic ad rõnẽ
reddendam, vbi misericordia dñi imploran
da erat accederet. Nec tñ illud quod nondũ
conseruo dimiserat, impediuit dñm eius,
quo minus in illo tẽpore accipiendæ rõnis
dimitteret ei omnia quæ debebat. Sed quid
profuit qñ quidẽ in caput eius ꝓꝑ odiorũ
perseuerantiã rursus oĩa cõtinuo replicata
sunt? Sic non impeditur baptismi grã, quo
minus oĩa pctã dimittat, ẽt si odium frater-
num in eius cui dimittunt aĩo perseuerat.
Soluitur. n. hesternus dies, & qcqd superest
soluitur, ẽt ipsa hora momẽtoq; ante bapti
smũ & in baptismo. Deinceps ãt reus eẽ cõ
tinuo incipit, & non solũ consequentiũ sed
ẽt præteritorũ dierum, horarum, momento
rum redeuntib. omnibus quæ dimissa sunt
peccatis, & hæc sæpe contingũt in ecclesia.

De cõse. dis. 4. ca. Quomodo deus. 4. sen. di. 4. ca. qui vero.

Nam plerunq; fit ut hõ habeat inimicũ
quem iniquissime oderit, quanquã etiã ini-
quos inimicos diligere iubeamur & orare
pro eis. Subito ãt periculo mortis incipit ꝑ
turbari, & poscit baptismũ, quem tanta fe-
stinatione accipit, ut necessariam interroga
tionem paucorũ uerborum uix periculi tẽ-
pus admittat, quanto minus sermonem lon
gissimum, ut illud odiũ pellatur corde, etiã
si baptizanti sit cognitum. Certe ista non so
lum apud nos, sed ẽt apud illos euenire nõ
B cessant. Quid ergo dicimus? Dimittunt pec
cata huic homini, an nõ dimittunt? Prorsus
quod uolunt eligant. Si. n. dimittunt, conti-
nuo redeunt. Euangelium loquitur, ueritas
clamat. Siue ergo dimittãtur siue nõ dimit-
tantur, necessaria est medicina postea: neq;
tñ si uixerit atq; id corrigendũ esse didicerit
atq; correxerit, denuo baptizatur, siue apud
illos, siue apud nos. Sic & illa q̃ schismatici
uel heretici si non aliter habent, nec aliter
agunt q̃ uera Ecclesia, cũ ad nos ueniunt,
nõ emendamus sed potius approbamus. In
quibus. n. nõ dissentiũt a nobis, in eis nõ di
siungũtur a nobis. Sed tñ quia eis nihil pro-
sunt quandiu hæretici uel schismatici sunt
ꝓꝑ alia in quib. a ueritate dissentiunt, ꝓꝑ
ipsum separationis immanissimum scelus,

Non iterãdus baptismus. Cap. 13 Matt. 5

siue ꝑmanserint in eis pctã, siue cõtinuo di
C missa redierint, ut ad salutẽ pacis atq; chari
tatis ueniãt adhortamur, non solũ ut aliqd
habeant quod non habebant, sed ut eis etiã
illud prodesse incipiat quod habebant.

Frustra ergo nobis dicunt, si baptismum
nr̃m acceptatis, quid minus habemus ut no
bis de vestra communione consulendũ pu-
tetis? Rñdemus enim, Non baptismum ue-
strum acceptamus, quia non est baptismus
ille hereticorum uel schismaticorũ, sed dei
& Ecclesiæ ubicunq; fuerit inuẽtus & quo
cunq; translatus. Vestrũ aũt non est nisi qđ
praue sentitis & sacrilege agitis & impie se
paramini. Nã si cætera omnia uera uel sen-
tiatis uel habeatis, & in eadẽ separatione tñ
duretis aduersus uinculũ fraternæ pacis, ad
uersus vnitatem omniũ fratrũ, qui toto or-
be terrarũ sicut promissi sunt, ita exhibiti,
quorũ omniũ causas & corda nullo mõ un
quã nosse aut discutere potuistis, ut merito
dãnaretis, qui non possunt propterea rei es
se, quia iudicib. ecclesiasticis potius q̃ liti-
gatoribus crediderũt: hoc solũ minus habe
tis, qđ min⁹ habet q charitatẽ nõ hẽt. Iã qd
opus ẽ ut nos retexamus? Vosipsi in Aposto
lo inspicite quãtũ sit qđ min⁹ habetis. Quid
ãt ĩterest q charitatẽ nõ hẽt, utrũ foras auo
D let aliquo uẽto tẽtationis ablat⁹, an intus de
messe dñica nõ recedat ĩ ultima uẽtilatione
separãdus? Et tñ tales ẽt si iã semel ꝑ baptis
mum nati sunt, iterũ eos nasci nõ oportet.

Ch[...] dee[...] sm[...] Ca[...]

Ecclesia qppe oẽs per baptismũ parit, si-
ue apud se. i. ex utero suo, siue extra se de se
mine uiri sui, siue de se, siue de ancilla. Sed
& Esau de uxore natus, ꝓꝑ fraternã discor
diã separatus est a populo Dei. Et Aser per
vxoris quidem ptãtem, sed ex ancilla natus,
ꝓꝑ fraternã cõcordiam terrã repromissio
nis accepit. Vnde & Hismaeli ut separarent
a populo Dei non obfuit mater ancilla, sed
obfuit fraterna discordia, non profuit pote
stas uxoris cuius magis filius erat, quia per
ipsius iura cõiugalia, & in ancilla seminat⁹
erat, & ex ancilla susceptus, Sicut apud istos
ecclesię iure quod est in baptismo nascun-
tur quicunque nascuntur: sed si concordãt
cum fratribus, per unitatem pacis ad ter-
ram ueniunt repromissionis, non de mater
no utero rursus eijciendi, sed in paterno se-

Nasc[...] hil [...] dest [...] sit ch[...] tas. Cap. Gen. Gen. Di. 5[...] Hism[...]

mine

mine agnoscẽdi. Si aũt in discordia ꝑseue-rẽt, ad Hismaelis funiculũ ꝑtinebũt. Prior autẽ fuit Hismael, & postea Isaac, & prior Esau, posterior aũt Iacob: Nõ qa prior peperit hæresis q̃ Ecclesia, aut Ecclesia ipsa prius carnalis, uel animales, & postea spiritales, sed qa in ipsa sorte mortalitatis nr̃æ ex quo de Adã nascimur, nõ est prius qđ spiritale, sed qđ animale postea spiritale. Ex ipso aũt animali sẽsu, qa hõ animalis nõ ꝑcipit, eꝗ sũt spũs Dei, oẽs dissensiones & schismata generant. In quo sẽsu ꝑseuerãtes, Apostolus dicit ad uetus Testamentũ ꝑtinere. i. ad terrenorũ ꝓmissorũ cupiditatẽ, in qbus q-de spiritalia figurãtur, Sed animalis hõ non ꝑcipit, q̃ sunt spũs Dei. Quocũq; ergo tꝑe tales hoĩes esse cœperint in hac uita, iã diuinis ꝓ seculorũ distributione sacris imbuti, si adhuc tñ carnaliter sapiant & carnalia de Deo, siue in hac uita, siue post hãc uitã sperẽt atq; desiderẽt, animales sũt. Ecclesia uero qđ est populus Dei, ẽt in istius uitæ ꝑegrinatione antiqua res est, in alijs hoĩb. habẽs animalẽ portionẽ, in alijs aũt spiritalẽ. Ad animales ꝑtinet uetus testm̃, ad spiritales nouũ. Sed primis tẽporibus utrunq; occultũ fuit ab Adã usq; ad Moysen. A Moyse aũt manifestatum est uetus, & in eo ipso occultabatur nouũ, qa occulte significabatur. Postea uero q̃ in carne Dñs uenit, reuelatũ est nouũ: ueteris aũt sacramenta cessarũt, sed cõcupiscẽtiæ tales nõ cessauerũt. In illis .n. sunt quos Apostolus iã ꝑ sacr̃m noui testamẽti natos, adhuc tñ dicit, animales nõ posse ꝑcipere, quæ sunt spũs Dei. Sicut .n. in sacris ueteris testamẽti uiuebãt qdã spiritales, ad nouũ .f. testamẽtũ qđ tunc occultabatur occulte ꝑtinẽtes: sic & nũc in sacro noui testamẽti, qđ iã reuelatũ est, pleriq; uiuunt animales. Qui ꝓficere si nolunt ad ꝑcipiẽda, q̃ sũt spũs Dei, quo eos hortatur sermo Apostolicus, ad uetus testm̃ ꝑtinebũt. Sicut ꝓficiunt & anteq̃ capiãt, ipso ꝓfectu & accessu ad nouũ ꝑtinent. Et si prius q̃ spiritales fiãt, ex hac uita rapiãtur, custodiri ꝑ sacri sanctitatẽ in terra uiuẽtiũ cõputãtur, vbi est spes nr̃a & portio Dñs. Nec inuenio qđ uerius intelligat in eo qđ scriptũ est, Imꝑfectũ meũ uiderũt oculi tui: q̃nquidem sequitur, & in libro tuo omnes scribentur.

Marginalia: E — Gen. 16. 25. — 1. Co. 15 — 1. Co. 2. — Gal. 4 — 1. Co. 2. — F — De spi. & lit. c. — Psal. 8.

Quę, aũt peperit Abel & Enoch, & Noe & Abrahã, ipsa peperit Moysen & Prophetas tẽpore posteriores ante aduentũ Dñi: & quæ istos, ipsa & Apostolos & martyres nostros & omnes bonos Christianos. Omnes .n. diuisis quidem temporibus nati apparuerunt, sed societate unius populi continentẽ, & eiusdem ciuitatis ciues labores huius peregrinationis experti sunt, & quidam eorũ nunc experiuntur, & usque in finem cæteri experientur. Item quę peperit Cain & Chã & Hismaelem & Esau, eadem ipsa peperit & Dathan & alios in eodem populo similes: & quę istos, eadem ipsa & Iudam pseudo Apostolum, & Simonem magum, & cæteros usque ad hæc tempora pseudo christianos in affectione animali ꝑtinaciter obduratos, siue in unitate permixti sint, siue aperta præcisione dissentiant. Sed cum tales a spiritalibus euangelizantur, & sacramentis imbuuntur, tãquam per seipsam Rebecca eos parit, sicut Esau. Cum autem per illos qui non caste annunciant Euangelium, tales in Dei populo generantur, Sara quidẽ, sed per Agar. Item boni spiritales, quando euangelizantibus, uel baptizantibus carnalibus generantur, Lia quidem vel Rachel iure coniugali eos, sed per ancillarem uterum parit. Cum uero per spiritales in Euangelio generantur boni fideles, qui uel euadunt in spiritalis ætatis affectũ, uel eo tendere non desistunt, uel ideo non faciunt, quia non possunt, sicut ex utero Saræ Isaac, uel Rebeccæ Iacob, in nouam uitam & nouũ Testamentum nascuntur.

Itaq; siue intus uersari uideanẽ, siue aperte foris sint, qđ caro est, caro est: siue ĩ area sua sterilitate perseueret, siue occasione tentationis tanq̃ uento extra tollatur, qđ palea est, palea est, & semꝑ ab illius Ecclesiæ, quę sine macula & ruga est, unitate diuisus est, ẽt q congregatione sanctorũ in carnali obduratione miscetur. De nullo tñ desperandum est, siue qui intus talis apparet, siue qui foris manifestius aduersatur. Spiritales aũt siue ad hoc ipsum pio studio proficientes, non eunt foras: quia & cũ aliqua uel ꝑuersitate uel necessitate horum uidẽtur expelli, ibi magis ꝓbantur, q̃ si intus permaneant, cum aduersus Ecclesiam nullatenus erigũ-

Marginalia: Qui legitimi Ecclesiæ filij. — Cap. 16 — Gene. 4. & 5. & 11. — Exod. 2. — Gene. 4. & 5. & 16. et 25 — Nu. 16. — Luc. 6. — Acto. 8. — Gene. 25 — Gene. 16 — Philip. 1 — Gen. 30. — H — Boni ubiq; boni. — Cap. 27. — 2. Retr. cap. 18 — Ephe. 5.

tur, sed in solida unitatis petra fortissimo charitatis robore radicantur. Ad hoc .n. ꝑtinet quod in illo Abrahæ sacrificio dicitur, Aues autem non diuisit.

Gen. 16.

I Cyprianus excusatur. Cap. 18.

De baptismi ergo q̃one iã quantũ arbitror, satis disserui, & qa hoc manifestissimũ schisma est qđ Donatistarũ nomine nũcupatur, restat ut hoc de baptismo pie credamus, qđ uniuersa ecclesia a sacrilegio schismatis remota custodit. In qua tñ si aliud alij, & aliud alij adhuc de ista q̃stione salua pace sẽtirẽt, donec uniuersali cõcilio unũ aliqđ eliquatũ syncerũq; placuisset, humanę infirmitatis errorẽ cooperiret charitas unitatis, sicut scriptum est, qa charitas cooperit multitudinẽ peccatorũ. Qua .n. absente cætera inaniter habent̃, eadẽ p̃sente qdã uenialiter nõ habentur. Extant beati martyris Cypriani ĩ eius literis magna documẽta, ut ad illũ iã ueniã, de cuius sibi authoritate isti carnaliter blãdiunt̃, cũ eius charitate spiritaliter ꝑimãtur. Nã illis tẽporibus antequã plenarii cõcilii sententia qđ in hac re sentiendũ esset, totius Ecclesiæ cõsẽsio confirmasset, uisũ ẽ ei cũ ferme octoginta coepiscopis suis Aphricanarũ ecclesiarũ, oẽm hominẽ q extra Ecclesiæ catholicæ cõmunionẽ baptizatus fuisset, oportere ad Ecclesiam uenientẽ denuo baptizari qđ nõ recte fieri tãto uiro nimirũ ꝓpterea dñs non aperuit, vt eius pia & humilitas & charitas in custodiẽda salubriter Ecclesiæ pace patesceret, & nõ solũ istius tẽporis Christianis, sed ẽt posterioris ad medicinalẽ, ut ita dicã, notitiã signaretur. Cũ .n. tanti meriti, tãtæ Ecclesiæ, tãti pectoris, tãti oris, tantæ uirtutis Episcopus, aliud de baptismo arbitraret̃, q̃ erat inquisita diligẽtius ueritas firmatura, multiq; eius collegæ, quanuis liqdo nondũ manifestatũ, id tñ tenerent qđ & ꝓterita Ecclesiæ cõsuetudo, & postea totus catholicus orbis amplexus est: nõ se ille tñ a cæteris diuersa sẽtientibus separata cõmunione disiũxit, & hoc ẽt cęteris ꝑsuadere nõ destitit, ut sufferrẽt inuicẽ in dilectione, studẽtes seruare vnitatẽ spiritus in uinculo pacis. Ita .n. corporis manẽte cõpage, si qđ in qbusdã mẽbris infirmabatur, ex eorum sanitate cõualescere potius q̃ præcisione morificatum diligentiã nullius curationis admitteret. Et si se

1. Pet. 4.

Ephe. 4.

ille separasset, q̃ multi sequerẽtur, quãtũ sibi nomẽ ĩter hoĩes faceret, quãto latius Cyprianistæ q̃ Donatistæ uocarent̃? Sed nõ erat filius ꝑditionis, de qualibus dictũ ẽ, Deiecisti eos dũ extollerent̃: sed erat fili⁹ pacis Ecclesiæ, q tãta cordis illuminatione p̃ditus ꝓpterea nõ uidit aliqđ, ut ꝑ eũ aliud supereminentius uideret. Et adhuc, inqt Apostolus, Supereminẽtiorẽ uiã uobis demonstro, Si linguis hominũ loquar, & angelorũ charitatẽ ãt nõ habeã, factus sum uelut æramẽtũ sonãs aut cymbalũ tinniẽs. Minus ergo ille penetrauit, ut cerneret secretũ abditũ sacramẽti: sed si sciret oĩa sacramẽta charitatẽ aũt nõ haberet, nihil esset. Cũ aũt minus illud ꝑspiciẽs, hãc tñ humiliter, fideliter, fortiter, custodiuit, ad martyrii coronã meruit ꝑuenire: ut si qua in eius lucidã mentẽ ex humana conditione nebula irrepserat, gloriosa serenitate fulgẽtis sanguinis fugaretur. Nõ .n. frustra ipse dñs Iesus Xp̃s, cum seipsũ diceret uitẽ, suos aũt tanquã in uite sarmenta, p̃cidi eos dixit, & de uite auferri tanquam inutilia sarmenta, quæ fructũ nõ darent. Quis est autem fructus nisi nouus ille fœtus, de quo item dicit, Mandatũ nouũ do uobis ut diligatis inuicem? Ipsa est illa charitas, sine qua cætera nihil prosunt. Dicit autem & Apostolus, Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Quę omnia incipiunt a charitate, & per cæteram iuncturam quasi botrũ mirabilem faciunt. Nec tamen frustra idem dominus addidit, Quæ autem sarmenta in me dant fructum, purgat illa pater meus, ut maiorem fructũ afferant, nisi quia & ipsi q fructu prævalent charitatis, possunt tamen aliquid habere purgãdum, quod incultum agricola nõ reliquit. Quod ergo ille uir sanctus de baptismo aliter sentiens q̃ se res habebat, quę postea pertractata, & diligentissima consideratione firmata est, in catholica unitate ꝑmãsit, & charitatis ubertate cõpensatum est, & passionis falce purgatũ est.

L Ps. 17

1. Co. & ...

Ioan.

Ioan.

M 1. Co. Gal.

Ioan.

Sed ne uidear deuitandæ probationis causa ista in laudem beatissimi martyris dicere, quę quidem non eius sed illius est, cuius gratia talis extitit, iam de literis eius documẽta proferamus, quib. maxime

Osten- quõo a- ter C- prianu aliter natist- dixeru baptis-

Dona.

Donatiſtarum ora clauduntur. Huius.n.authoritatem imperitis obiiciunt, ut ſe quaſi
A recte facere oñdant, q̄ ad ſe uenientes fideles denuo baptizent, nimirũ miſeri, & niſi ſe corrigant à ſemetipſis omnino dãnati, q̄ hoc in tanto uiro eligunt imitari. Quod illi propterea non obfuit, quia in ea pace unde iſti aberrauerũt, qui uiã pacis nõ cognouerunt, perſeuerantisſimis vſq; in finẽ greſsibus ambulauit. Eſt quidẽ Chriſti baptiſma quod ubiq; ſanctũ eſt, & quãuis apud hereticos uel ſchiſmaticos, ipſius tñ hereſis uel ſchiſmatis nõ eſt, & ið nec ad ipſam catholicã inde venientes, oportet denuo baptizari. Sed tñ hoc aliud eſt, aliud a catholica pace deuiãtes, & in nefariã præciſionis foueã p̃cipitatos, rebaptizãdos inſuper iudicare. Nã illũ næuũ in cãdore ſanctæ aĩæ, charitatis vbera contegebant: hanc aũt fuliginem in iſtorũ tartarea fœditate, vultus impacatus oſtentat. Sed ad ea quæ deinceps, quod ad beati Cypriani authoritatem attinet, tractaturi ſumus, ab alio ſumemus exordio.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi. De baptiſmo contra Donatiſtas, Liber ſecundus.

B QVantũ pro nobis, hoc eſt, p̱ pace catholica faciãt ea, q̃ tãquã ex authoritate beati Cypriani aduerſus nos a parte Donati p̱ferunt, & quãtum ſint aduerſus eos a quib. proferũtur, adiuuãte dño demõſtrare propoſui. Si qua ergo me rñdẽdi neceſsitas ea q̃ iã in libris aliis poſui, rurſus cõmemorare coegerit, quãquã id modice faciã, his q̃ iã illa legerũt, & tenẽt, oneroſum eſſe nõ dẽt, qa & ea, q̃ inſtructioni ſunt neceſſaria, ſepius oportet inſinuare traditoribus, & cũ eadẽ multipliciter uarieq; uerſantur atq; tractãtur, ipſos quoq; capaciore intelligẽtia p̃ditos adiuuãt, & ad facilitatem ſciendi, & ad copiam differendi. Noui etiã quemadmodum ſoleat contriſtare lectorẽ, cum ab libro quem gerit in manibus, qñ in aliquẽ nodum q̃oñis inciderit, in aliũ mittiẽ ubi eius ſolutionẽ requirat, quem forte nõ habet: quap̱p̱ quæcunq; in aliis libris iã diximus, ſi neceſsitas præſentium q̃onum bñ iterare cõpulerit, ignoſcãt ſciẽtes, ne offendanẽ neſcientes: latius eſt.n. offerre habẽti, q̃ differre non habentẽ.
C Quid ergo iſti dñt cum ueritatis uirib. p̃focantur, cui cõſentire nolunt? Cyprianus, inquiunt, cuius tñ meritum nouimus tantamq; doctrinã, cum multis coepiſcopis ſuis ſententias proprias cõferẽtibus, in cõcilio ſtatuit hæreticos uel ſchiſmaticos: id eſt, oẽs q̃ extra unius eccleſię cõionẽ ſunt, baptiſmũ nõ habere, & ið q̃q̃s ab eis baptizatus ad eccleſiã uenerit, eſſe in eccleſia baptizandũ. Nõ me terret authoritas Cypriani, qa reficit humilitas Cypriani. Magnũ quidẽ meritũ nouimus Cypriani Epi & martyris, ſed nunq̃d maius q̃ Petri Apoſtoli & martyris? De quo idẽ Cyprianus in epiſtola ad Quintũ ita loquitur, Nã nec Petrus, inq̃t, quẽ primũ dñs elegit, & ſup̱ quẽ ædificauit Eccleſiã ſuã, cũ ſecũ Paulus de circũciſione diſceptaret, poſtmodũ vẽdicauit ſibi aliq̃d inſolẽter, aut arrogãter aſſumpſit, ut diceret ſe primatũ tenere, & obtẽperari a nouellis & poſteris ſibi potius debere.
D Nec deſpexit Paulũ, q̄ Eccleſiæ prius p̱ſecutor fuiſſet, ſed cõſiliũ ueritatis admiſit, & rõni legitimæ q̃ Paulus uendicabat facile cõſenſit, documẽtũ.ſ. nobis & cõcordiæ & patiẽtiæ tribuẽs, ut nõ p̱tinaciter nr̃a amemus, ſed q̃ aliqñ a fratrib. & collegis nr̃is utiliter & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint uera & legitima, ipſa potiꝰ nr̃a ducamus. Ecce ubi cõmemorat Cyprianus, q̃d́ ẽt nos in ſcripturis ſanctis didicimus, Apoſtolum Petrum in quo primatus Apoſtolorum tã excellẽti gr̃a p̃eminet, aliter q̃ ueritas poſtulabat de circũciſione agere ſolitũ, a poſteriore Apoſtolo Paulo eſſe correctũ. Si ergo potuit Petrus nõ recte in aliquo ingredi ad ueritatẽ Euãgelij, ita ut gẽtes cogeret iudaizare, quod Paulus in ea ſcribit epiſtola, in qua deũ non ſe mentiri teſtatus eſt: Ait enim, Quæ aũt ſcribo uobis, ecce corã deo quia non mentior, & poſt hanc tam ſanctam atq; terribilẽ atteſtationem dei, narrauit hæc omnia, in quibus cũ uidiſſem quia non recte ingrediunẽ ad ueritatem Euãgelij.

Opin. Cypriani.
Cyprianus ĩ epiſtola ad Quintũ.
Mat. 16.
Gala. 2.
Gala. 2.
Gala. 1.

lij, dixi Petro corā omnib⁹, Si tu cū Iudæus sis, gētiliter & nō Iudaicè uiuis, quéadmodū cogis gētes iudaizare? Si potuit, inquam Petrus ꝙ ueritatis regulā, quā postea ecclesia tenuit, cogere gētes iudaizare, cur nō potuit Cyprianus ꝙ regulā ueritatis, quam postea tota Ecclesia tenuit, cogere hæreticos vel schismaticos denuo baptizari? Puto ꝙ sine ulla sui cōtumelia Cyprianus Eps Petro Apost. cōparat, quantū attinet ad martyrij coronā. Cæterū magis uereri debeo, ne in Petrū cōtumeliosus existā. Quis. n. nescit illū Apostolatus principatū cuilibet episcopatui pferendū? Sed & si distat cathedrarum gratia, una est tñ martyriū gloria. Et si forte se in aliquo inuicē pcedūt corda cōfitētiū: ac p uera fide in unitate charitatis morientiū, dñs nouerit, cuius occulta & mirabili dispēsatione gratiarū latro in cruce pēdens semel eū confitet, & die ipso in paradisum mittitur, Petrus dñm sequēs ter negat eū, & corona differt, nobis hinc iudicare temerariū est. Verūtamē si qsquā nūc cogat circūcidi a' iquē more Iudaico, & sic baptizari, multo amplius detestatur hoc genus humanū, q̃ si aliquis cogatur rebaptizari. Qua p p cū Petrus illud faciens, a Paulo posteriore corrigitur & pacis atq; unitatis uinculo custoditus, ad martyriū puehitur, quāto facilius & fortius qđ p uniuersæ Ecclesiæ statuta firmatū est, uel unius Epi authoritati, uel vnius puinciæ cōcilio pferendū est. Cū idē Cyprianus ita dixerit, quid ei uideretur, ut in pace unitatis esse uoluerit, ēt cum eis q de hac diuersa sentirent, qđ indicat ipsius primus sermo in eiusdem concilij, qđ ab istis profertur exordium, Nam ita se hēt?

Gala. 2 E. — 2. q. 7. c. puto. — Luc. 23. Mat. 26. — F — 2. q. 7. c. puto. — Acta in concilio Carthaginensi. Cap. 2.

Cum in vnū Carthaginē conuēnissent calendis septēbris, Episcopi plurimi, ex puincia Aphrica, Numidia, Mauritania, cū Presbyteris & diaconis ēt psēte plebis maxima parte, & lectæ essent literæ Iubaiani ad Cyprianū factæ, itē Cypriani ad Iubaianū rescriptæ de hæreticis baptizādis, qđque post modū Cypriano Iubaianus idē rescripserit Cyprianus dixit, Audistis collegæ dilectissimi qđ mihi Iubaianus coepiscopus noster rescripserit, cōsulés mediocritatē nostram de illicito & pphano hereticorū baptismo, q̃dque ego rescripserim ei, cēsens, s. qđ semel atq; iterū & sæpe cēsuim⁹, hæreticos ad ecclesiā uenientes, ecclesiæ baptismo baptizari & sāctificari oportere. Itē lectæ sūt uobis & aliæ Iubaiani literæ, qbus p sua syncera & religiosa deuotione, ad epistolā nostrā rescribēs: nō tātū cōsēsit, sed & instructū se esse gratias egit. Superest ut de hac ipsa re q̃d singuli sētiamus, pferamus, neminē iudicātes, aut a iure cōmunionis aliquē, si diuersū senserit amouētes. Neq;. n. qsquā nrm Episcopū se esse Eporū constituit, aut tyrannico terrore ad obsequēdi necessitatē collegas suos adigit, qñ hēt omnis Episcopus p licentia libertatis & potestatis suę arbitriū priū, tanquā iudicari ab alio nō possit, qūo nec ipse potest alterū iudicare, sed expectemus uniuersi iudicium dñi nři Iesu Xpi, qui unus est solus habens potestatē & præponendi nos in ecclesię suæ gubernatione, & de actu uostro iudicandi.

G — H

Nunc se si audēt superbæ & tumidæ ceruices hæreticorū aduersus sanctuum humilitatē huius sermonis extollāt insani Donatistæ, quos ad pacē atque unitatē sanctæ Ecclesiæ remeare, atq; in ea sanari cupimus & optamus. Quid. ad hec dicitis uos? Certe nobis objicere soletis Cypriani literas, Cypriani sententiā, Cypriani cōciliū. Cur authoritatem Cypriani pro uestro schismate assumitis, & eius exemplum pro ecclesiæ pace respuitis? Quis aūt nesciat sanctam scripturā canonicam, tam ueteris quàm noui testamenti certis suis terminis contineri, eamq; omnibus posterioribus Episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari non possit, utrum uel utrū rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporū autem literas quæ post confirmatum canonem uel scriptæ sunt uel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris & per aliorum Episcoporum grauiorem authoritatem, doctiorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a ueritate deuiatū est: Et ipsa cōcilia, quę per singulas regiones uel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum authoritati, quæ fiunt ex uniuerso orbe Christiano, sine ullis ambigibus cedere, ipsaque plenaria sæpe priora posterioribus emendari, cum ali-

Ep. lit. con. rur. ui. um. ta. ma. bu. cili. Ca. ca. ptu. nul. dit. Ca. Dil. ca. nescl

quo experimēto rerum aperitur quod clausum erat,& cognoſcitur quod latebat, ſine ullo typho ſacrilegæ ſuperbiæ,ſine ulla inflata ceruice arrogantię,ſine ulla contentione liuidę inuidiæ, cū ſancta humilitate, cū pace catholica,cum charitate Chriſtiana?

Qua pp ſanctus Cyprianus,tāto excellētior, quanto humilior,qui documētū Petri ſic amauit ut diceret, documētum .ſ. nobis & cōcordiæ & patiētiæ tribuens,vt nō ptinaciter nr̄a amemus,ſed q̄ aliqñ a fratribus & collegis nr̄is vtiliter & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint uera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus:Satis oñdit facillime ſe correcturū fuiſſe ſn̄iam ſuā, ſi qs ei demōſtraret baptiſmū Chr̄i ſic dari poſſe ab eis q foras exierunt, quēadmodum amitti non potuit cum foras exirent,uñ multa iā dixim⁹, nec noſipſi tale aliqd auderemus afferere, niſi vniuerſæ Eccleſiæ cōcordiſsima authoritate firmati,cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi iā illo tēpore qōnis huius ueritas eliquata & declarata p plenariū cōciliū ſolidaret. Si.n.Petrum laudat & pdicat,ab vno poſteriore collega patiēter concorditerq; correctū,quāto citius ipſe cū concilio prouincię ſuæ uniuerſi orbis authoritate patefacta veritate ceſsiſſet,qa profecto & vni verū dicēti & demōſtrāti poſſet facillime conſentire tā ſancta anima, tam pacata, & fortaſſe factū eſt,ſed neſcimus. Neq;.n.omnia quę in illo tēpore īter Epiſcopos geſta ſunt,memoriæ literiſq; mādari potuerūt,aut oīa q̄ mādata ſunt nouimus.Qūo.n.potuit iſta res tātis altercationū nebulis inuoluta,ad plenarij concilij luculentam illuſtrationem confirmationemq; pduci,niſi primo diutius p orbis terrarum regiones, multis hinc atque hinc diſputationib. & collationib. Epiſcoporum pertractata cōſtaret?Hoc aūt facit ſanitas pacis, ut cū diutius aliqua obſcuriora quæruntur,& pp inueniēdi difficultatē,diuerſas pariunt in fraterna diſceptione ſentētias,donec ad verū liquidū perueniat,uinculum permaneat unitatis,ne in parte præciſa remaneat inſanabile vulnus erroris.

Et ideo plerunq; doctoribus minus aliqd reuelatur, ut eorū patiēs & humilis charitas in qua fructus maior eſt comprobet, uel qūo teneant unitatē cum in reb. obſcurioribus diuerſa ſentiunt, uel qūo accipiāt veritatem,cum ꝙ id quod ſentiebant, declaratum eſſe cognoſcunt. Quorū duorū maſeſtatum tenemus vnum in beato Cypriano.i. qūo tenuerit vnitatē cū eis a quib. diuerſum ſentiebat:Ait.n. Neminē iudicātes, aut à iure cōionis aliquem ſi diuerſum ſenſerit amouentes.Alterum autem.i.qūo accipere potuit ueritatem ꝙ id quod ſentiebat inuentam,& ſi literæ tacent merita clamāt, ſi epiſtola nō inuenitur, corona teſtat: ſi cōcilium nō indicat Epōrum , cōſortiū indicat angelorum . Non.n.paruum documētū eſt pacatiſsimæ animæ in ea unitate martyrium meruiſſe,vñ ſe diuerſum ſentiens noluit ſeparare. Hoīes.n.ſumus. Vnde aliquid aliter ſapere quā ſe res habet,humana tētatio eſt:Nimis aūt amādo ſn̄iam ſuā, uel inuidendo meliorib. uſq; ad præcidēdæ communionis & cōdendi ſchiſmatis uel hęreſis ſacrilegium peruenire,diabolica pſumptio eſt: In nullo autē aliter ſapere q̄ res ſe hēt, angelica pfectio eſt.Quia itaq; homines ſumus,ſed ſpe angeli ſumus,quib. æquales in reſurrectione futuri ſumus,quādiu pfectionem angeli non habemus,præſumptionem diaboli non habeamus. Ideo dicit Apoſtolus,Tentatio uos non apprehendat niſi humana.Humanū eſt ergo aliqd aliter q̄ ſe res hēt ſapere. Propterea dicit alio loco,Quotquot ergo perfecti hoc ſapimus, & ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit.Quib. autem reuelat cū voluerit,ſiue in hac uita ſiue poſt hanc vitā,niſi ambulātib. in uia pacis,& in nulla præciſionē deuiantibus? Nō quales iſti ſunt q uiā pacis non cognouerūt, nec pp aliud unitatis uinculum diruperunt.Ideo Apoſtolus cū dixiſſet,Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; vobis deus reuelabit:ne putarent pter uiā pacis qđ aliter ſapiebāt ſibi poſſe reuelari, ɔtinuo addidit, Veruntñ in quod puenimus, in eo ambulemus.In quo ambulās Cyprianus, pſeuerantisſima tolerātia,fuſo ſanguine,ſed in unitate fuſo:qa ſi traderet corpus ſuū ut arderet, & nō haberet charitatē,nihil ei pdeſſet: p martyrii cōfeſsionē peruenit ad angelicam lucē,ut ſi nō antea,ibi certe reuelatū agnoſceret, qđ cū aliter ſaperet ſn̄iam diuerſæ opinionis uinculo non prępoſuit unitatis.

Marginalia: In du- | b discu | tatur, | rūpen | vnani | tas. | Cap.4. | Cypria. | ep.7.15. | Quin | ti. — K — Vero | in ue | ritati- | ordo. | Cap. — L — Radices, hæreſim fundantes. — Matt.22 — M — 1.Co.10 — Phili.3 — Pſal.13 — Ephe.4. — 1.Co.13 — Schiſmatis crimē grauiſſimum. — Cap.6.

Vos

Cap. 6.

Vos itaq; Donatistæ q̃d ad hæc dicitis? Si nostra sn̄ia de baptismo uera est: oẽs qui aliter sapiebãt Cypriani temporibus, nõ sunt ab Ecclesiæ unitate separati, donec illud q̃d aliter saperent deus illis reuelaret. Vos ergo quare separatione sacrilega pacis uinculum dirupistis? Si aũt uestra sentẽtia de baptismo uera est, Cyprianus & cæteri cũ quib. eum tale concilium celebrasse perhibetis, cũ eis qui aliter sapiebant, in unitate ꝑmanserũt, quare uos pacis vinculũ dirupistis? Quodlibet horum elegeritis, contra vestrã præcisionem sn̄iam ferre cogimini. Rn̄dete, quare uos separastis? Quare ꝯ orbem terrarum altare erexistis? Quare non communicatis Ecclesijs, quibus epistolas apostolicas missas tenetis & legitis, & s̃m ipsas vos viuere dicitis? Rn̄dete, quare uos separastis? Propterea certe, ne malorũ cõione periretis. Quõ ergo non perierunt Cyprianus & tot collegæ ipsius? Qui cũ crederent hæreticos schismaticos baptismum nõ habere: sine baptismo tñ receptis, cũ pc̄tã eorum tã immania tãq; sacrilega superesse crederẽt: eis tñ communicare, q̃ separari ab vnitate maluerũt, dicente Cypriano, Neminẽ iudicantes, aut à iure communionis aliquẽ si diuersum senserit amouẽtes. Si ergo tali cõione malorũ pereunt iusti, iam Ecclesia tẽporib. Cypriani perierat. Vñ igitur extitit origo Donati, vbi catechizatus est, vbi baptizatus, ubi ordinatus, qñ iam Ecclesiam cõtagio cõionis extinxerat? Si aũt erat Ecclesia, nihil obesse mali bonis in una cõione potuerũt. Quare uos separastis? Ecce ĩ unitate uideo Cyprianũ, & alios collegas eius, qui facto cõcilio censuerunt oẽs qui extra Ecclesiæ cõionem fuerint baptizati, baptismũ nõ habere, & iõ eis dandũ esse cũ ueniunt. Sed ecce rursus in eadẽ vnitate uideo quosdã de hac re aliter sentire, & eos qui ab hæreticis uel schismaticis uenerint, agnito in eis baptismo Xp̄i nõ audere iterũ baptizare. Hos oẽs catholica unitas materno sinu cõplectit̃, inuicẽ onera sua portãtes, & studentes seruare vnitatem sp̄us in uinculo pacis, donec alteris eorũ, si quid aliter sapiebant, dñs reuelaret. Si uera isti sentiebãt, ab illis nõ cõtaminabant, an contaminabantur? Quod uolueritis eligite. Si cõtaminabant, iã tũc nõ erat Ecclesia. Rn̄dete, vñ huc existis? Si aũt ꝑmanebat Ecclesia, nullo mõ boni a malis tali cõmunione contaminantur. Rn̄dete, quare uinculũ dirupistis? An forte schismatici sine baptismo recepti non contaminant, & traditores sanctorum librorum cõtaminãt? Vestros quidẽ fuisse traditores manifestissima rerũ gesta testãtur. Et si tũc in illos quos arguebatis uera diceretis, cãm vestrã vnitati orbis terrarũ persuasissetis, vt vobis retentis illi excluderẽtur. Quod si conati estis facere & non obtinuistis, innocens orbis terrarũ, qui iudicibus ecclesiasticis potius q̃ victis litigatorib. credidit. Si autem noluistis agere causam vestram, innocẽs est orbis terrarum, qui damnare non potuit inauditos. Quare ergo vos ab innocẽtib. separastis? Sacrilegiũ schismatis vestri defendere nõ valetis. Sed hęc omitto, hoc dico, si vos possent cõtaminare traditores, qui nõ sunt a uobis cõuicti, & a quib. vos estis uicti, multo magis possent sacrilegia schismaticorũ & hęreticorũ sine baptismo s̃m vestram sn̄iam recepta, contaminare Cyprianũ. Non se tñ ille separauit. Et quia permanebat in Ecclesia, manifestũ est ꝙ contaminari nõ potuit. Quare ergo vos, nõ dico ab innocentibus, q̃d probatur, sed ab ipsis q̃d nõ probat̃ traditorib. separastis? An ut dicere cæperã, grauiora sunt crimina traditorum q̃ schismaticorum? Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus quod uolumus & q̃uo uolumus pro arbitrio nostro, dicentes, hoc graue, hoc leue est, sed afferamus diuinam staterã de scripturis sanctis tanquã de thesauris dñicis, & in illa quid sit grauius appẽdamus: immo nõ appẽdamus, sed a dño appẽsa recognoscamus, tp̄e illo quo dñs priora delicta recentibus pœnarũ exẽplis cauẽda monstrauit, & idolum fabricatum atq; adoratum est, & propheticus liber ira regis contemptoris incẽsus, & schisma tentatum & idololatria gladio punita est, exustio libri bellica cæde & peregrina captiuitate, schisma hiatu terræ, sepultis authorib. uiuis, & cæteris cælesti igne cõsumptis, quis iã dubitauerit hoc esse sceleratius cõmissum, q̃d est grauius uindicatum? A talibus sacrilegijs uenientes, sine baptismo ut dicitis, si Cyprianum non contaminabãt, quomodo uos

Marginalia: A; B; *Cypria-nus in cõcilio Carthaginensi.*; *Gala. 6.*; *Ephe. 4.*; *Phili. 3.*; C; D; *24. c. N... feram*; *Exo.*; *Hie.*; *Nu.*

vos contaminare poterant nõ conuicti,ſed conficti traditores? Qui ſi non libros incendẽdos tradidiſſent,ſed eos ipſi manibus ſuis incẽdiſſent,minoris utiq; fuiſſent ſceleris, q̃ ſi ſchiſma committerent, quia illud mitius,illud grauius uindicatum eſt, non humano arbitrio,ſed diuino iudicio.

Quare uos ergo ſeparaſtis? Si vllus ſẽſus in uobis eſt,uidetis uos certe qd rñderi poſſit nõ inuenire. Nõ uſqueadeo,inqunt, oĩa defecerũt, ut nõ poſſimus rñdere ſi uolumus. Tu qs es q iudicas alienũ ſeruũ? Suo dño ſtat aut cadit. Qđ eis dictũ intelligiť, q volebãt nõ de factis manifeſtis,ſed de cordibus alienis iudicare. Nã qũo ipſe tã multa de ſcelerib⁹ ſchiſmatũ & hæreſũ loquitur? Aut qũo loqtur in Pſalmis. Si uere iuſtitiã diligitis,recte iudicate filij hominũ? Cur ãt ipſe dñs dicit, Nolite pſonaliter iudicare, ſed rectũ iudiciũ iudicate, ſi nõ licet de aliquo iudicare? Poſtremo ipſi de illis traditoribus qb⁹ falſa iudicauerũt,cur omnino iudicauerũt de ſeruis alienis? Suo dño ſtabãt aut cadebãt. Cur deniq; de recentib⁹ Maximinianiſtis plenarj cõcilij ſicut dicũt ore ueridico nõ dubitauerũt tale pferre iudiciũ, ut eos primis illis ſchiſmaticis, quos terra uiuos abſorbuit cõpararẽt? Quorũ quoſdã tñ qđ negare nõ poſſũt,aut innocẽtes damnauerũt,aut nocẽtes iterũ receperũt. Sed cũ uerũ dř cui reſpõdere nõ poſſunt,rodũt murmura* ſalebroſa. Sic uolumus. Tu qs es q iudices alienũ ſeruũ? Suo dño ſtat aut cadit.

Cũ aũt infirma ouis in ſolitudine aſpicitur, vbi paſtor q reclamet abſẽs uideť,dẽtes exerũtur,frãgiť gutur inualidũ. Bonus hõ,ſi nõ eſſes traditor: Cõſule aĩæ tuæ: eſto Chriſtianus O improbã rabiẽ. Cũ Chriſtiano dř eſto Chriſtianus, qd aliud docetur niſi ſe negare Chriſtianũ? Nunqd erat aliud qđ docere cupiebãt Chriſtianorũ perſecutores? Quib⁹ q reſtiterũt,facti ſunt martyres. An leuius putatur qđ gladio minãte, q̃ qđ lingua inſidiante cõmittitur? Ad iſta reſpõdete lupi rapaces,q pellib⁹ ouinis indui cupientes,beati Cypriani literas p uobis eſſe arbitramini. Cõtaminabat Cyprianũ ſacrilegiũ ſchiſmaticorũ an nõ cõtaminabat? Si cõtaminabat,iã tũc perijt Eccleſia,nõ erat unde ppagaremini. Si aũt nõ contaminabat, qũo ſcelere alieno poſſunt in unitate cõtaminari innocẽtes? Si ſchiſmatis ſacrilegio nõ poſſunt,quare ergo uos ſeparaſtis? Quare cũ leuiora q̃ fingitis fugitis,ipſũ ſacrilegiũ ſchiſmatis, qđ eſt grauius omnibus cõmiſiſtis? An forte iã placet fateri nõ fuiſſe iã illos uel ſchiſmaticos,uel hęreticos,q extra cõmunionẽ Eccleſiæ, uel in ſchiſmate aliquo uel in hæreſi fuerãt baptizati, qa trãſeundo ad Eccleſiã, & errores ſuos priſtinos anathematizando,deſtiterãt eſſe qđ erãt? Qũo ergo ſine baptiſmo nõ ſup eos remãſerãt ſcelera eorum? An ille baptiſmus Xpi erat,ſed eis extra Eccleſiæ cõmunionẽ pdeſſe nõ poterat: cũ aũt uenerũt,& anathematizato pterito errore,in Eccleſiæ pacẽ p manus impoſitionẽ recepti ſũt,tũc in charitate radicatis atque fũdatis,ſine qua infructuoſa ſunt cætera,cæpit pdeſſe ad remiſſionẽ peccatorũ, & ad ſanctificationẽ uitæ,qđ ſine fructu extra portabãt? Nolite ergo nobis authotitatẽ obijcere Cypriani ad baptiſmi repetitionẽ, ſed tenete nobiſcũ exẽplũ Cypriani ad unitatis cõſeruationẽ. Nõdũ.n.erat diligẽter illa baptiſmi q̃ſtio pertractata, ſed tñ ſaluberrimã cõſuetudinem tenebat Eccleſia,in ipſis quoq; ſchiſmaticis & hæreticis corrigere qđ prauũ eſt,nõ iterare qđ datũ eſt, ſanare qđ vulneratũ eſt, nõ curare qđ ſanũ eſt. Quã cõſuetudinẽ credo ex Apoſtolica traditione uenientem, ſicut multa non inueniuntur in literis eorũ neq; in concilijs poſteriorum: & tamen quia per uniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita,& commendata creduntur. Hanc ergo ſaluberrimam conſuetudinem per Agrippinũ prædeceſſorem ſuũ dicit ſanctus Cyprianus quaſi cœpiſſe corrigi. Sed ſicut diligentius inquiſita ueritas docuit, quæ poſt magnos dubitationis fluctus ad plenarij cõcilij confirmationem perducta eſt, uerius creditur per Aggripinum corrumpi cœpiſſe non corrigi, Irruente itaq; tam magna quæſtione, cum de remiſſione peccatorum & de ſpiritali hominis regeneratione, utrũ poſſet apud hæreticos uel apud ſchiſmaticos fieri,difficiliter ratio redderetur, & pcederet authoritas Agrippini, & nonnullorũ qui ei conſenſerant hominum in hac quæſtione deficientium,qui maluerunt aliquid

nouum.

nouum moliri q̃ tenere cõſuetudinem, cuius defenſionem nõ intelligebant, irruerũt in oculos animæ ueriſimiles rõnes, & intercluſerunt iter perueſtigandæ ueritatis.

I

Eleuat errorem Cypriani. Cap. 8.

Nec arbitror beatũ Cyprianũ pp aliud ꝯ cõſuetudinẽ qd ſẽtiret liberius exprõpſiſſe, prioreq; dixiſſe, niſi ut aliũ ſi forte exiſteret, cui eſſet melius reuelatũ, gratiſſime acciperet, & oſtẽderet imitãdã, nõ ſolũ docẽdi diligẽtiã, ſed ẽt diſcẽdi modeſtiã. Si ãt nullus exiſteret q tale aliqd afferret, vñ ille oẽs veriſimiles rationes qbꝰ mouebat refellerẽtur, in eadẽ ſẽtẽtia pmaneret ſibi bene conſcius, & nõ occultatæ q̃ putabat ueritatis, & retẽtę q̃ amabatur unitatis. Nã etillud ſic intellexit qđ ait Apoſtolus, Prophetę ãtduo vel tres loquãtur, & cæteri examinẽt, Si alij ſedẽti reuelatũ fuerit, ille prior taceat. Qua in parte, inqt, docuit, & oſtẽdit multa ſingulis inmelius reuelari, & debere unũquenq; nõ ꝓ eo qđ ſemel imbiberat & tenebat ptinaciter cõgredi: ſed ſi qd melius & utilius extiterit libẽter amplecti. His utique uerbis nõ ſolũ eos admonuit ſibi cõſẽtire, q meliꝰ aliqd nõ uidebãt, ſed ẽt eos hortatus eſt, ſi q poſſent afferre aliqd quo prior cõſuetudo ſeruanda potius firmaret, ut ſi tale eſſet qđ refelli nõ poſſet, ẽt ipſe oſtẽderet q̃ ueraciter dixerit, debere unũquẽq; non ꝓ eo qđ ſemel imbiberat, & tenebat ptinaciter cõgredi, ſed ſi qd melius & utilius extiterit libẽter amplecti. Sed qa tũc nõ extiterãt, niſi q ei cõſuetudinẽ opponerẽt: defenſiones aũt ipſius cõſuetudinis nõ tales afferent qbus illa talis aĩa moueret, noluit uir grauiſſimus rationes ſuas, etſi nõ ueras, qđ eũ latebat, ſed tñ nõ uictas, ueraci qdẽ, ſed tñ nõ dũ aſſertæ cõſuetudini cedere. Quã tñ conſuetudinẽ niſi prior ante Agrippinus, & nõnulli p Aphricã coepiſcopi eius ẽt p cõcilij ſẽtẽtias differere tẽtauiſſent, nõ auderet iſte ſaltẽ ratiocinari aduerſus eã, ſed in tã obſcura q̃ſtione turbatus, & ubiq; intuẽs uniuerſalẽ robuſtãq; cõſuetudinẽ coarctaret ſe potius & prece & intẽtione mentis ad deũ, ut qđ poſtea plenario cõcilio uiſũ eſt, id uerũ eſſe pſpiceret & doceret. Sed cũ fatigatũ p̃cedẽtis cõcilij qđ p Agrippinũ factũ ẽ excepiſſet authoritas, maluit p̃deceſſor ſuorũ tãquã inuentũ defendere, q̃ inquirẽdo amplius laborare. Nã in fine epiſtolæ ad Quintum ita oſtendit, in quo tanquam lectulo authoritatis, quaſi feſſus acquieuerit.

1. Co. 14

Verba Cypriani.

K

I

Qđ qdẽ, inqt, & Agrippinus bonę memorię uir, cũ cęteris coepiſcopis ſuis, q illo tpe in ꝓuincia Aphrica & Numidia Eccleſiam dñi gubernabãt, ſtatuit, & librata concilij cõmunis examinatione firmauit, quorũ ſententiã religioſã & legitimã ſalutarẽ fidei, & Eccleſiæ catholicæ cõgruẽtẽ, nos ẽt ſecuti ſumus. Hac atteſtatione ſatis oſtẽdit multo magis ſe fuiſſe cõmemoraturũ, ſi qđ de hac re trãſmarinũ uel uniuerſale cõciliũ factũ eſſet. Nõdũ ãt factũ erat, qa cõſuetudinis robore tenebat orbis terrarũ, & hæc ſola oponebat iducere uolẽtibꝰ nouitatẽ, qa nõ poterãt apprehẽdere ueritatẽ. Poſtea tñ dũ inter multos ex utraq; parte tractat & q̃rit, nõ ſolũ inuẽta eſt, ſed ẽt ad plenarij cõcilij authoritatẽ roburq; pducta, poſt Cypriani qdem paſſionẽ, ſed antequã nos nati eſſemus. Hãc ãt fuiſſe cõſuetudinẽ Eccleſiæ q̃ poſtea multis diſcuſſis ambigibꝰ pſpecta ueritate plenario cõcilio cõfirmata eſt, ſatis oſtendit ex ipſius beati Cypriani uerbis in eadẽ ad Iubaianũ epiſtola, q̃ in cõcilio lecta cõmemorat: Ait. n. Sed dicit aliqs. Quid ergo fiet de ijs q in p̃teritũ de hæreſi ad Eccleſiã uenientes, ſine baptiſmo ad miſſi ſũt? Vbi certe qd fieri ſoleret, & ſi nõ fieri uellet, ſatis oſtẽdit, & eo ipſo qđ cõciliũ Agrippini cõmemorat aperte indicat fuiſſe aliã cõſuetudinẽ Eccleſiæ. Neq;. n. opus erat hoc cõcilio uelle ſtatuere ſi iã cõſuetudine tenebat, & i ipſo cõcilio nõnullę ſẽtẽtiæ omnino declarãt eos ꝯ Eccleſiæ conſuetudinẽ decreuiſſe, qđ decernẽdum eſſe arbitrati ſunt. Qua pp illud vnũ iſti conſiderẽt qđ omnibus patet. Si authoritas Cypriani ſequenda eſt, magis eã ſequendã eſſe in unitate ſeruãda, q̃ in Eccleſiæ cõſuetudine cõmutãda. Si aũt cõciliũ eius attendit, huic eſt uniuerſæ Eccleſiæ poſterius cõciliũ p̃ponendũ, cuius ſe mẽbrũ gaudebat, & ut ſe in totius corporis cõpage retinẽda, cæteri imitarent ſæpius admonebat. Nã & concilia poſteriora prioribus apud poſteros præponuntur, & uniuerſum partibus ſemper iure optimo præponitur.

Quid aũt agũt iſti, cũ docet ſanctus Cyprianus ẽt ſi nõ admiſit in hæreſi uel i ſchiſmate

Concilium Agrippini. Cap. ...

Verba Cypriani ... ad Iubaianum.

Ex ... re Cap. ...

mate baptizatos, tñ cõmunicasse admitenti bus, qđ apertissime declarauit, dicẽs, Nemi nẽ iudicãtes, aut a iure cõionis aliquẽ si di-uersum senserit amouẽtes: Si taliũ cõione maculatus est, cur ĩ tractãdo baptismo eius authoritatẽ sectãtur? Si ãt taliũ cõione maculatus nõ est, cur in unitate retinẽda exem plũ eius nõ imitãtur? Nunqđ hoc restat nisi ut dicãt, sic volumus? Quid aliud sermone veritatis iustitięq; rñdẽt oẽs flagitiosi & facinorosi hoĩes, luxuriosi, ebriosi, adulteri, & modis oĩbus impudici, fures, raptores, homicidæ, malefici, idololatrę, qđ aliud rñdẽt cũ eos ueritas arguit, nisi hoc uolo, hoc me delectat? Et si Chr̃iano tincti sunt noĩe, dñt ẽt, Tu qs es q iudices alienũ seruũ? Verũ tñ eo isti sunt modestiores, qa cũ legib. diuinis & humanis aliqđ pœnarũ ꝓ suis ꝑditis mo rib. factisq; patiunt, nõ se martyres dicunt, isti ãt simul habere uolũt & sacrilegorũ uitã & innocẽtiũ famã, & in sceleratis factis nullã pœnã, & in pœnis iustis martyrũ glo riã, quasi nõ tãto sit erga illos maior miseri cordia & patiẽtia dei, quãto magis eos parti bus corripiẽs dat locũ pœnitẽtiæ, & in hac vita flagella ingeminare nõ cessat, ut cõside rãtes q̃ patiant & quare patiant, aliqñ resipi scant? Et qa iã pro unitate Donati Maximia nistarũ baptismũ receperũt, pro pace Chr̃i orbis terrarũ baptismũ potius amplectant, reddãtur radici, recõciliẽtur vnitati, uideãt nihil sibi remãsisse qđ dicãt, sed tñ remãsisse qđ faciãt, ut pro factis eorũ ꝑteritis sacri ficiũ dilectionis offerat placabili deo, cuius unitatẽ nefario scelere diruperũt, cuiꝰ sacra mẽtis tam diuturnas iniurias irrogauerũt. Misericors ẽ.n. & miserator dñs, lõganimis & multũ misericors & verax. Amplectant in pñti uita misericordem & longanimem, & timeant in futura ueracem. Non uult .n. mortem impij quãtum ut reuertatur & ui uat, quia sententiam inflectit aduersus iniu rias irrogatas. Hæc est.n. nostra exhortatio.

Propter hoc eos inimicos habemꝰ, qa di cimus, qa tacere nõ uera metuimus, qa cessare ab instãtia quãta possumus, nõ formida mus, qa obtẽperamus Apostolo dicẽti, Prædica verbũ, insta opportune importune, argue, hortare, increpa, sed sicut euãgeliũ loq tur, Diligũt gloriam hoĩum magis q̃ dei: & dũ reprehẽdi ad tꝑs timẽt, dãnari in ꝑpetuũ non timent. Videt etiã ipsi qđ mali fac ant uident non esse quid omnino rñdeãt, sed ne bulas imperitis offundũt, cũ ipsi viui sorbeã tur. i. sciẽtes & agnoscentes intereant. Vide rũt horrere homines & grauiter detestari, qđ etiã se ipsi in multa schismata diuiserũt, & maxime in capite Aphricæ & notissima ciuitate Carthagine, conati sunt resarcire dedecus pannorũ suorũ, & putantes ꝙ possent Maximinianistas auferre magno conatu per Optatum Gildonianũ fortiter instite runt, multa illis mala & persecutiones sæuissimas intulerũt, receperũt inde aliquos, putantes ꝙ possent oẽs eodẽ terrore conuerti. His aũt quos receperunt, noluerunt facere iniuriã, ut ab eis in schismate baptizatos de nuo rebaptizarẽt, uel potius ab hisipsis reba ptizari eos facerẽt intus, à quibus baptizati erãt foris, atq; hoc mõ suę nefariæ cõsuetu dini ꝑscripserunt. Sẽtiunt q̃ scelerate iam fa ciant recepto baptismo Maximinianistarũ, uiolare baptismum orbis terrarũ. Sed timẽt rebaptizatos suos, ne forte non eis parcãt, si animas aliorum trucidare cessauerint.

Quid de receptis Maximinianistis respõ deant nõ inueniunt. Si dixerint, innocẽtes recepimus: rñdetur eis, Ergo innocẽtes dãnaueratis. Si dixerint, nesciebamus: ergo temere iudicastis. Sic ẽt de traditorib. sñiam temerariam protulistis, falsumq; dixistis, Plenarij cõcilij ore ueridico damnatos esse cognoscite. Neq;.n. ore ueridico innocẽtes dãnari potuerũt. Si dixerint, nõ eos dãnaui mus: recitatur cõciliũ, recitãtur nomina & episcoporum & ciuitatũ. Si dixerint, nõ est ipsum cõcilium nostrũ: recitãtur gesta procõsularia, vbi nõ semel idẽ cõcilium allega uerunt, ut eosdem Maximinianistas de basi licis excluderẽt, & iudiciorũ strepitu, atque auxiliorũ impetu ꝑturbarẽt. Si dixerint, Felicianũ, Musticanum, & Prætexatum Assuri tanũ, quos postea receperunt, cum Maximi niano nõ fuisse: recitant gesta quibus de ba silicis excludendos ex concilio suo qđ aduersus Maximinianistas fecerũt, de iudiciis publicis postularunt. Si dixerint, pro pace recepti sunt: respõdetur, cur ergo ueram & plenam non agnoscitis pacẽ? Quis uos impulit? quis coegit pro pace Donati schismaticum

Marginalia: Verba Cyprani. A; Rom. 14.; Rom. 2.; B; Psal. 103.; Ezech. 33.; Iohan. 12.; 2. Timo. 4.; Ioan. 12; C; Pertinacia deplorata. Cap. 12.; D

maticū recipere dānatū, & ꝑ pacē Chri orbē dānare inauditū? Vrget eos vndiq; ueritas, uidēt se nō habere qd rñdeāt, & putāt se hēre qd faciāt: qd loquant̄ nō iueniūt, tacere nō ꝑmittunt. Malūt puerilis vocib. ueritati reluctari, q̄ cōfeſſis errorib. paci reſtitui.

Cap. 13 E Quis aūt non intelligat qd in corde ſuo poſſint dicere? Quid ergo facimus, inquiunt, de his quos iā rebaptizauimus? Rñdet, Redite cū eis ad eccleſiā, medicamēto pacis offerte curandos quos vulneraſtis, uitæ charitatis offerte ſuſcitādos quos occidiſtis. Multum ualet ad propiciandū Deū fraterna cō-Matt. 18 cordia. Si duob. ex uobis, ait dñs, cōuenerit in terra, qcquid petieritis fiet uobis. Si duobus hoībus quāto magis duob. populis? Simul nos Dño proſternamus, participamini nobiſcū unitatē, participemur uobiſcū dolorē, & charitas cooperiat multitudinē pec-1. Pet. 4 catorū. Ab ipſo beato Cypriano cōſiliū q̄rite, attēdite quātū de unitatis bono ꝑſumpſerit, uñ ſe nō dirupit a diuerſa ſentiētibus, & cū arbitraret̄ eos q̄ extra Eccleſiæ cōionem baptizarētur baptiſmū nō habere, credidit eos tñ in Eccleſiā ſimpliciter* admiſſos ꝑ ꝑ ipſius unitatis uinculū poſſe ad ueniā peruenire. Sic. n. ſoluit q̄onem quam ſibi ipſe propoſuit, ad Iubaianū, ita ſcribēs, Sed dicet aliqs, Quid ergo fiet de his q̄ in ꝑteritū de hæreſi ad Eccleſiā veniētes, ſine baptiſmo admiſſi ſunt? Potens eſt Dñs miſericordia ſua indulgētiā dare, & eos qui ad Eccleſiam ueniētes ſimpliciter admiſſi in Eccl. dormierūt, ab Eccleſiæ ſuę munerib. non ſeparare.

Al. ſimpliciter.

Cyprianus ad Iubaianū.

Quæſt. Cap. 14 Quid ſit autem pernicioſius, utrū oīno non baptizari, an rebaptizari, iudicare difficile eſt. Video quidē qd amplius hoīes deteſtentur atq; horreant, ueruntñ recurrens ad illam ſtateram dñicam, ubi non ex humano ſenſu, ſed ex authoritate diuina rerum momenta* pēſantur, inuenio de utraq; re Dñi ſniam. Nā & Petro dixit, Qui lotus eſt, non habet neceſsitatem iterum lauandi. Et Nicodemo, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpū, non intrabit in regnū cœlorū. Quid habeat ſecretior diiudicatio Dei, hominibus quales nos ſumus, difficile eſt fortaſſe cognoſcere, quātum tñ ad ipſa uerba attinet, cuilibet homini manifeſtū eſt quātū diſtet inter non habet neceſsitatem lauandi, & nō intrabit in regnū cœlorū. Ipſa deniq; Eccleſia ſic traditū tenet, ut hoīem ſine baptiſmo ad altare prorſus nō poſsit admittere, rebaptizatū aūt cum poſt pniam liceat admitti, qd aliud oñdit niſi eum baptiſmo non carere? Si ergo Cyprianus quos eſſe ſine baptiſmo arbitrabatur, tñ ꝑ ꝑ vnitatis uinculū ad ueniā pertinere ꝑſumebat, potēs eſt dñs ꝑ ipſū vnitatis uinculū & pacis ēt rebaptizatis placari, & eis a quib. rebaptizati ſunt, ex ipſa pacis cōpēſatione miteſcere, & oīa q̄ in errore cōmiſerāt delicta donare, offerentib. ſacrificiū charitatis, q̄ cooperit multitudinē pctorū, ut nō attendat q̄ eorū diſceſſu uulnerati ſint, ſed q̄ plures eorū reditu liberati. In quo. n. uinculo pacis credidit Cyprianus poſſe ꝑ miſericordiam Dei ab eccleſiæ munerib. nō ſeparari eos quos in Eccleſiā ſine baptiſmo exiſtimabat admiſſos, in eodē uinculo pacis credim⁹ ꝑ eādē miſericordiam dei mereri ueniā poſſe rebaptizatos.

Ioan. 13 Ioan. 3.

Al. merita.

Eccleſia qppe catholica & tpibus beati Cypriani, & ante ipſum ꝑterito tpe, aut rebaptizatos, aut baptiſmū non habentes, unitatis gremio continebat, aut illi ſalutē non niſi unitatis ipſius merito cōſecuti ſunt. Si n. non habebant baptiſmum qui ab hæreticis ueniebant, ſicut aſſerit Cyprianus, nō recte admittebant̄, & tñ eiſdē ipſe indulgētiā de dñi miſericordia ꝑ ꝑ unitatem Eccleſiæ nō deſperauit. Ita ergo ſi habebant baptiſmū, nō recte baptizabant̄. Quid itaq; illos, niſi eadē unitatis charitas adiuuabat, ut qd̄ in ſacro tractādo latebat humanā infirmitatē, diuina miſericordia nō reputaret amātibus pacē? Cur ergo cū vr̄os rebaptizatos timetis, & illis & uobis ſalutis aditus inuidetis? Fuit aliqñ de baptiſmo dubitatio. Qui diuerſa ſenſerūt, in unitate nō māſerūt. Ea dubitatio, ꝑcedēte tpe, ꝑſpecta ueritate ſublata eſt, qō q̄ nōdū finita Cyprianū nō deterruit ut recederet, vos finita ut redeatis inuitat. Venite ad catholicā cōcordātē, quā Cyprianus nō deſeruit fluctuātē, aut ſi uobis exēplū Cypriani iā diſplicet, q̄ cōicauit eis q̄ cū baptiſmate hæreticorū recipiant̄, aperte dicens, Neminem iudicantes, aut a iure cōmunionis aliquē ſi diuerſū ſenſerit amouentes. Quo itis miſeri? Quid agitis? Et uoſipſos fugite, quia inde proceſsiſtis, vbi illi

ille permanſit. Si uero ei ꝑꝑ abundantiam charitatis & amorē fraternitatis & uinculū pacis, nec ſua peccata, nec aliena obeſſe potuerunt, huc redite, vbi & nobis & vobis multo minus oberunt, quæ ueſtri finxerūt.

Libri ſecundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, De baptiſmo contra Donatiſtas. Liber tertius.

I.

ARbitror iam manifeſtū eſſe oībus poſſe authoritatē beati Cypriani ad retinendū vinculum pacis, nullo mō violandam vnitatis eccleſiæ ſaluberrimā charitatē, magis pro nobis q̃ pro Donatiſtis eē proponēdā. Si. n. Cypriani exēplo uti uoluerint ad rebaptizādos catholicos, qa ille cenſuit in catholica baptizandos hęreticos, nos potius eius exēplo utimur, quo apertisſime ſtatuit a catholica communione. i. a chriſtianis toto orbe terrarū diffuſis, ēt malis & ſacrilegis admiſsis, nullo mō per ſeparationē cōionis eſſe recedendum, qn̄quidem nec eos qui ut eidē uidebatur nō baptizatos ſacrilegos in catholicam cōionē recipiebāt, a iure cōionis voluit amouere, dicens, Neminem iudicātes, aut a iure cōionis aliquē ſi diuerſum ſenſerit amouentes.

K Video tn̄ quid adhuc a me poſsit inqri, videlicet ut rn̄deam uerisſimilibus illis rōnibus, quib. uel ante Agrippinus, uel ipſe Cyprianus, uel illi qui eis in Aphrica cōſenſerūt, uel ſi forte aliqui ex tranſmarinis terris lōgeq; diſcretis, nullo quidē ſiue plenario ſiue ſaltē regionali ꝯcilio, ſed epiſtolari colloquio commoti ſunt, ut hoc eſſe faciendū putarēt, quod & cōſuetudo eccleſiæ priſtina nō habebat, & poſtea catholicis orbis terrarum robuſtiſsima firmitate conſenſionis excluſit, ut quod per diſputationes eiuſmodi in aliquorum mentes irrepere cœperat, de ſalute ueniens unitatis potentior ueritas & uniuerſalis medicina ſanaret. Hūc itaque ſermonem uideant q̃ ſecurus aggrediar, ſi aſſequi & oſtendere non potuero, quomodo refellantur ea, quæ de concilio Cypriani, uel epiſtolis eius affirmāt, Xp̄i baptiſmū ꝑ hęreticos dari nō poſſe, in eccleſia manebo ſecurus, in cuius cōione, cū eis q ſibi nō cōſenſerāt, māſit ipſe Cyprianus. Quòd ſi dn̄t, ꝑ ꝑea tūc illā catholicā eccleſiā fuiſſe, qa erāt ibi pauci, uel ſi hoc putāt, ēt multi L q baptiſmū datū apud hęreticos improbabāt & baptizabāt eos, q inde ueniebāt, qd ergo? Ante Agrippinū a quo iſta cępit quaſi noua rō aduerſus cōſuetudinē dimicās, nū qd nō erat eccleſia? Quid deniq; poſt Agrippinū niſi ad priſtinā cōſuetudinē reditū eſſet, alterū cōcilium neceſſe eſſet Cypriano? Nunqd nō erat eccleſia, qa talis ꝑ oīa conſuetudo tenebat̃, ut baptiſmus Chr̄i, nō niſi Chr̄i baptiſmus haberetur, ēt ſi apud hæreticos, uel ſchiſmaticos datus fuiſſe ꝓbaret̃? Qđ ſi erat ēt tunc eccleſia, & hæreditas Xp̄i non interrupta perierat, ſed ꝑ oēs gētes augmēta capiēs ꝑmanebat, tutisſima rō eſt in eadē cōſuetudine ꝑmanere, q̄ tūc bonos & malos in una cōplexione portabat. Si autē tūc nō erat eccleſia, qa ſacrilegi hæretici ſine baptiſmo recipiebātur, & hoc vniuerſali ꝯſuetudine tenebat̃: vn̄ Donat⁹ apparuit? de qua terra germinauit? de quo mari emerſit? de quo cœlo cecidit? Nos itaq; ut dicere cęperā, in eccleſiæ cōione ſecuri ſum⁹, ꝑ cuius uniuerſitatē id nūc agit̃, qđ & ante Agrippinū & īter Agrippinū & Cyprianū ꝑ eius uniuerſitatē ſimilr̃ agebat̃, & cuius vniuerſitatē, neq; Agrippin⁹ deſeruit, neq; Cyprian⁹, neq; illi q eis cōſenſerāt, q̃uis aliter q̃ cæteri ſaperēt, ſed cū eis ipſis a qb. diuerſa ſenſerūt, in eadē vnitatis cōione māſerūt. M Ipſi āt cōſiderēt ubi ſint, q neq; un̄ ꝓpagati ſint pn̄t dicere, ſi iā tūc in eccleſiā recepti ſine baptiſmo hęretici & ſchiſmatici cōionis cōtagione ꝑdiderūt, neq; ipſi Cypriano cōſentiūt. Ille. n. cū receptorib. hæreticorū & ſchiſmaticorū, ac ꝑ hoc cū ēt ipſis receptis manere ſe in cōione ꝓfeſſus eſt, iſti aūt ꝑꝑ nomē traditorū quos in Aphrica infamauerūt, & in trāſmarino iudicio nō cōuicerūt, ſed ab orbis terrarū cōione ſepararūt, cū ēt ſi uera crimina obiicerēt, multo ſint maiora ſcelera hæreſum & ſchiſmatū, vn̄ ſine baptiſmo, ſicut ipſe ſēſit uenietes & in catholicā cōionē ꝑ baptiſmum recepti, nō potuerunt maculare Cyprianū. Neq; in eoipſo in quo

se dicunt imitari Cyprianũ, inueniũt quid rñdeant de recepto baptismo Maximinianistarũ, cũ eis quos ex eorũ numero quos cõcilio suo plenario dãnatos, ẽt terrenarũ potestatũ iudicio sũt ꝑsecuti, iã suã cõionẽ, ĩ eodẽ ipso ep̃atu in quo damnauerãt reuocauerũt. Quapꝑ ꝑ si tꝑib. Cypriani ꝑdidit ecclesiã malorũ cõmunio, nõ hñt isti suę cõionis originẽ. Si ãt nõ ꝑdidit, non hñt præcisionis aliquam defensionem, insuper nec exẽplũ Cypriani sectantur, quia unitatis uinculum diruperunt, nec ipsum conciliũ, quia Maximinianistarum baptismum receperunt.

Sed quia nunc vt dicere cęperam, cũ Cypriani literis ſermocinari inſtituimus,nõ ut arbitror ei illi ſi adeſſet,uiderer pertinaciter atq; obſtinate contra fratres & conſacerdotes pro hæreticis reluctari, cũ acciperet tanta iſta quæ nos mouent, cur ẽt apud hæreticos in ſuo maligno errore peruerſos, baptiſmum tñ Chriſti per ſeipſum reuerendiſſimum atq; ſanctiſſimũ eſſe poſſe credamus. Cumq; teſtimoniũ ponderis magni eſt, ſic eos admitti in præteritum ſolitos, quiſquis eius ſermone cõmotus,hæreticos denuo baptizandos eſſe nõ dubitat,eos quib. hoc ꝑꝑ tanta quæ contradicunť, nondũ perſuaſum eſt tales eſſe deputet, quales in præteritum fuerunt, q baptizatos in hęreſi ſolo proprio errore correcto ſimpliciter admiſerunt, & cũ eis per unitatis uinculũ ſalui eſſe potuerunt. Quiſquis aũt & de præterita eccleſiæ cõſuetudine, & poſteriore robore plenarij concilij,& tot tantiſq; ſanctarũ ſcripturarũ teſtimonijs, & ipſius Cypriani multis documẽtis,& perſpicuis rõnibus ueritatis, intelligit Chriſti baptiſmũ uerbis euãgelicis conſecratum,non fieri cuiuſlibet hoĩs peruerſitate peruerſum,eodẽ unitatis uinculo intelligat ſaluos eſſe potuiſſe, quibus aliud ſalua charitate tũc uiſum eſt,ac ꝑ hoc ſimul oportet intelligat, eos quos nulla zizania, nulla palea,ſi ipſi frumẽta eſſe uoluiſſent,in ſocietate eccleſiæ toto orbe diffuſæ poterãt maculare, & ideo nulla exiſtẽte cauſa diuortij ſe ab eodem unitatis uinculo diruperunt, quodlibet illorũ duorũ uerum ſit,ſiue quod Cyprianus tunc ſenſit, ſiue quod catholicæ vniuerſitatis,unde ille nõ receſſit obtinuit, foris apertiſſimẽ cõſtitutos in manifeſto ſacrilegio ſchiſmatis ſaluos eſſe non poſſe, & oĩa quę habent de diuinis ſacris,& liberalitate vnius legitimi uiri,quãdiu tales ſunt,ad eorũ confuſionẽ potius q̃ ad ſalutẽ ualere.

Quocirca ẽt ſi uere ꝑ pea uellet hæretici correcto errore uenire ad eccleſiã q puta-ret ſe baptiſmũ non habere niſi in catholica acciperent, nec ſic eis deberemus ad iterationẽ baptiſmi conſentire,ſed potius docendi eſſent, nec integritatẽ baptiſmi prodeſſe peruerſitati eorũ ſi corrigi nollent:nec eorũ peruerſitate uiolatũ fuiſſe integrum baptiſma,quãdiu corrigi noluerunt, nec q corrigi uolunt melius in eis baptiſma fieri,ſed ipſos à malignitate diſcedere: illud aũt prodeſſe iam incipere ad ſalutẽ, qđ prius inerat ad perniciẽ. Hæc.n.diſcentes & ſalutem in catholica unitate deſiderabunt, & ſuũ eſſe qđ Chriſti eſt non exiſtimabunt, & veritatis ſacrm̃ q̃uis in ſe poſitum, cum errore proprio non miſcebunt. Huc accedit, quia ſic hoĩes occulta neſcio qua inſpiratione dei deteſtãtur, ſi quis iterum baptiſmũ accipiat quẽ ubicunq; iam acceperat, cũ ijdem ipſi hæretici inde diſputant,frontẽ confricẽt,& prope oẽs eorũ laici qui apud eos inueterauerunt,& animoſam pertinaciã aduerſus catholicã conceperũt, hoc ſolum illic ſibi diſplicere fateanť,& multi qui ꝑꝑ adipiſcenda aliqua cõmoda ſecularia, uel incõmoda deuitanda trãſire in eos uolunt,occultis conatibus ambiant, ut hoc eis quaſi peculiari & domeſtico beneficio præſtetur, ne rebaptizentur,& nõnulli cęteris eorũ uanis erroribus, & falſis criminationibus aduerſus catholicã eccleſiam credẽtes hoc uno reuocenť,ut eis ſociari nolint,ne rebaptizari cogantur. Quẽ ſenſum hoĩum oĩa penitus corda occupantẽ iſti Donatiſtę metuentes,maluerunt recipere baptiſmũ, qui apud Maximinianiſtas quos damnauerant datus eſt, & eo modo ſibi linguas præcidere,& ora oppilare, q̃ denuo baptizare tot hoĩes Muſticanę

&

& Assuritanæ & aliarum plebiũ, quas cum Feliciano & Prætexato & cæteris à se damnatis, & ad se redeuntibus exceperunt.

C.6. Cum.n.hoc raro fit in singulis, inter multa spatia locorũ & tẽporum horror facti nõ ita sentit̃, si aũt repẽte cõuenirent̃ quos per tam longũ tp̃s siue urgẽtibus periculis mortis, siue per solẽnitates Paschales memorati Maximinianistæ baptizauerãt, & eis diceret̃ vt iterũ baptizarent̃, qm̃ id qđ in sacrilegio schismatis acceperãt nihil esset, id quidẽ dicerẽt qđ eos pertinacia sui erroris dicere cogeret, ut possent qualicunq; falsa umbra cõstantiæ cõtra calorẽ ueritatis, suæ duritiæ rigorẽ glaciemq; cõtegere. H Sed q̃a hoc illi ferre non possent, & qđ in tam multis hoĩbus fieret, nec ipsi possent tolerare qui facerent, præsertim q̃a ijdẽ ipsi eos in parte Primiani rebaptizarent, qui parte Maximiniani iã baptizauerãt receptus est baptismus illorũ, & interceptus typhus istorũ. Qđ nullo modo eligerẽt fieri, nisi amplius sibi aduersari arbitrarent̃ horrorẽ hoĩum de iterata tinctione, q̃ cõsiderationẽ de perdita defensione. Qđ nõ ideo dixerim quia humano sensu deterreri debuimus, si ab hæretica venientes denuo baptizari ueritas cogere, sed q̃a S. Cyprianus ait, hoc ipso magis hæreticos ad necessitatẽ ueniendi adigi potuisse, si rursus in catholica baptizarent̃: ꝑpea commemorare nolui quãtus penè in oĩum mentibus huius facti horror insideat, quẽ diuinitus infusum esse crediderim, ut aduersus quaslibet disputationes quas infirmi discutere nequeunt horrore ipsa ecclesia muniretur.

[Legitimũ nõ legitimè habere. C.7. Ver. Cypri. in epi. Iubaianum.] Sanè verba ipsa Cypriani cũ intueor, admonẽs quædã multum necessaria dicere dirimẽdæ hm̃oi quæstioni: Nam si uiderint, inquit, iudicio & sñia nostra id decerni & statui, uti baptisma iustũ & legitimũ cõputetur, quod illi baptizẽtur, putabunt se ecclesiam quoq; &c. munera ecclesiæ iustè & legitimè possidere. I Nõ ait, putabunt se munera ecclesiæ posidere: sed, iustè & legitimè possidere. Nos aũt baptismũ eos nõ iustè & legitimè possidere cõcedimus, nõ possidere aũt non possumus dicere, cum sacr̃m dñi cũ euangelicis uerbis cognoscimus. Baptismũ ergo legitimũ habent, sed non legitimè habent. Quisquis.n.eũ & in unitate catholica & eo digne uiuẽs hẽt, & legitimũ & legitimè hẽt. Quisquis ãt vel in ipsa catholica sicut palea commixta frumento, uel extra sicut palea uẽto sublata hẽt, hũc baptismũ q̃dẽ legitimum hẽt, sed nõ legitimè. Ita.n.hẽt quẽadmodum eo utit̃, nõ aũt legitime utit̃ qui eo cõtra legẽ utit̃. Quod facit oĩs qui baptizatus perdite uiuit, siue intus siue foris.

Quapp̃ sicut de lege dicit Aposto. Bona est lex si quis ea legitimè utat̃: ita de baptismo recte dicere possumus, Bonus est baptismus si q̃s eo legitimè utat̃. [Cap. 8. 1. Ti. 1.] Et sicut non faciebant tunc ut lex bona non esset, aut oĩno nulla esset, qui ea non legitimè utebant̃, sic nullo mõ facit ut baptismus bonus non sit: aut ut oĩno baptismus nõ sit, quisq; eo siue q̃a in hæresi, siue q̃a in pessimis moribus uiuit, nõ legitimè utit̃. K Et ideo cũ uel ad unitatẽ catholicã, uel ad uitã tanto sacramento dignã conuertit̃, non aliud baptisma incipit habere legitimũ, sed illud ipsum incipit habere legitimè: nec remissio irreuocabilium peccatorũ consequit̃ baptisma, nisi nõ solũ legitimũ, sed ẽt legitimè habeat̃: nec tñ si legitimè nõ habebit̃, & peccata uel nõ remittentur, uel remissa replicabuntur, propterea uel malũ uel nullũ erit in baptizato baptismi sacramẽtum. Sicut.n. Iudas, cui buccellã tradidit dñs, non malũ accipiendo sed male accipiẽdo locũ in se diabolo præbuit, sic indigne quisq; sumẽs dominicum sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est malum sit. aut quia non ad salutẽ accipit, nihil acceperit, [Ioan. 13. De cõsec. di. 2. c. sicut Iudas 4. sen. di. 9. cap. 9. uerba.] Corpus.n.dñi & sanguis dñi nihilominut erat ẽt illis quibus dicebat Apostolus, [1. Co. 11.] Qui mãducat indigne iudiciũ sibi manducat & bibit. Non ergo quærant in catholica hæretici quod habẽt, sed quod non habent. i. finem præcepti charitatem, sine quo multa sancta haberi pñt, sed prodesse non possunt. Finis autẽ præcepti est charitas de corde puro & consciẽtia bona, & fide non ficta. [1. Ti. 1.] L Lauacri vero sacramentum non ut habeant si iam eodem ipso, quanuis in hæresi tincti sunt, sed ut salubriter habeant ad catholicam unitatem ueritatemq; festinent.

[Baptismus Ioãnis ex Christi. Cap. 9.] Iam nunc de baptismo Ioannis uidendũ est quid dicatur. Baptizatos.n.à Paulo eos qui iam baptismo Ioãnis baptizati fuissent, legimus in Actibus Apostolorum, non ob

aliud

Act. 19. *Ioan. 3.* *Ioan. 1.* *Matt. 3.*

aliud niſi qa Ioãnis baptiſmus nõ fuerit Xp̃i baptiſmus, ſed Ionani a Xp̃o conceſſus qui Ioãnis proprie diceret, ſicut idẽ Ioãnes dicit, Nõ põt hõ accipere quicquã, niſi datum fuerit ei de cęlo. Et ne forſitan hoc ſic à deo patre accepiſſe uideret ut à filio nõ acciperet, de ipſo Xp̃o identidẽ loquẽs ait. Nos oẽs de plenitudine eius accepimus. Accepit aũt hoc Ioãnes certæ diſpẽſationis gratia, non diu manſurũ, ſed quantũ ſatis eſſet ad parandã uiã dño, cuius eũ eſſe præcurſorẽ oportebat. Quam ille humiliter ingreſſurus, & ſe humiliter ſequẽtes ad excellentiã deductu-

M

Ioan. 13. *Matt. 3.* *Sup. li. 4. cap. 22.* *Mat. 11.* *Matt. 3.*

rus, ſicut ſeruis pedes lauit, ita ſerui baptiſmo tingi uoluit. Sicut. n. ſe ſubiecit pedibus eorũ quos ipſe dirigebat, ſic Ioãnis muneri qđ ipſe donauerat, ut intelligerẽt oẽs quanto ſuperbiæ ſacrilegio quiſq; contẽneret baptiſma qđ a dño deberet accipere, qñ ipſe dñs accepiſſet, qđ ſeruo ut propriũ dare poſſit, ipſe præſtiterat. Et cũ Ioãnes, quo nemo exurrexit maior in natis mulierũ, tm̃ teſtimoniũ Chriſto perhiberet, ut ſoluẽdæ corrigiæ calciamẽti eius ſe fateretur indignum, Xp̃s & baptiſmum eius accipiẽdo, humillimus inter hoĩes inueniret, & baptiſmo eius locũ afferendo, deus altiſsimus crederet, idẽ humilitatis doctor & celſitudinis dator. Nulli. n. prophetarũ, nulli prorſus hoĩum in ſcripturis diuinis legimus cõceſſum eſſe, baptizare in aqua pñiæ in remiſſionẽ peccatorũ, qđ Ioãni cõceſſum eſt, qua mirabili gratia ſuſpẽdens in ſe corda populorũ, uiã præpararet in eis, illi quẽ ſe tanto prædicaret eſſe maiorẽ. Sed dñs Ieſus Chriſtus tali baptiſmo mundat eccleſiã, quo accepto nullũ alterũ requiratur. Ioãnes autem tali baptiſmo prætingebat, quo accepto eſſet baptiſma ẽt dñicum neceſſariũ, non ut illud repetat, ſed ut eis qui baptiſmũ Ioannis acceperant, ẽt Chriſti baptiſmus cui uiã præparabat ille,

A

Act. 19. *Rom. 10.*

traderetur. Si. n. Chriſti humilitas commendanda non eſſet, nec baptiſmo Ioãnis opus eſſet. Rurſum ſi in Ioãne finis eſſet, poſt Ioãnis baptiſma Chriſti baptiſmate opus non eſſet. Sed quia finis legis Chriſtus ad iuſtitiã oĩ credẽti: ab illo demonſtratũ eſt ad quem pergeretur, ad hunc cum peruentum fuerit permanet. Idem igitur Ioannes & celſitudinem dñi prædicauit, cum eum ſibi longe præpoſuit, & humilitatẽ, cum eũ tanq̃ infirmũ baptizauit. Sed ſi Ioãnes Chriſtũ ſolum baptizaſſet, melioris baptiſmi Ioãnes diſpẽſator fuiſſe putaret, quo ipſe Xp̃s ſolus tinctus eſſet, q̃ Xp̃i quo Xp̃iani tingunt. Et rurſus ſi oẽs prius baptiſmo Ioãnis, & deinde Xp̃i baptizari oporteret, minus plenus minuſq; pfect⁹ Xp̃i baptiſmus merito uideret, q̃ nõ ſufficeret ad ſalutẽ. Quocirca & baptiſmo Ioannis baptizatus dñs, eſt ut ſuperbas hoĩu inceruices ad ſalutare ſuum baptiſma flecteret, & non ſolus ipſe baptiſmate tinctus eſt ne hoc ipſe ſuperius oñderet, quod eo ſolo ipſe baptizari meruiſſet, & ultra illud perſeuerare nõ ſinit, ne hoc unũ quo ipſe baptizat, indigere pręcedẽte alio uideret.

B

Quæro itaque, ſi baptiſmo Ioãnis peccata dimittebant, quid amplius pręſtari potuit per baptiſmũ Chriſti, eis quos Apoſt. Paulus poſt baptiſmũ Ioãnis, Chriſti baptiſmo uoluit baptizari? Si aũt Ioãnis baptiſmo nõ dimittebant peccata, utrũ nam meliores erant Ioanne Cypriani tpibus de quib. ipſe dicit, ꝙ fundos inſidioſis fraudibus rapiebant, & vſuris multiplicantibus fœnus augebant, quibus tñ baptizantibus fiebat remiſſio peccatorum? An quia eos unitas Eccleſiæ tenebat? Quid ergo? Ioannes nõ erat in unitate, amicus ille ſponſi, uiæ dñicæ præparator, & ipſius dñi baptizator? Quis hoc dementiſſimus dixerit? Quapꝑ quãquam ita credam baptizaſſe Ioannem in aqua pñiæ in remiſſionem peccatorum, ut ab eo baptizatis in ſpe remitterẽtur peccata, re ipſa uero in dñi baptiſmo id fieret, ſicut reſurrectio quæ expectatur in finẽ ſpe in nobis facta eſt, ſicut dicit idẽ Apoſtolus, quia ſimul nos excitauit, & ſimul ſedere fecit in cęleſtibus. Et idẽ dicit, Spe. n. ſalui facti ſumus. Nam & ipſe Ioannes cum dicat, Ego quidem baptizo

C

vos in aqua pęnitentiæ in remiſſionem peccatorum dñm uidens ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pc̃tã mũdi: tñ ne quiſq; cõtendat ẽt in baptiſmo Ioannis dimiſſa eſſe pc̃tã ſm aliquam ampliorẽ ſanctificationem eis quos iuſſit Paulus Apoſt. denuo baptizari, p baptiſmũ Xp̃i eẽ collatã, nõ ago pugnaciter.

Illud. n. quod ad rem præſentem maxime pertinet, maxime intuẽdum eſt quomodo ſe habeat baptiſma Ioannis, cum eum

ad

ad vnitatẽ Christi pertinere manifestũ sit, q̃ causa fecerit, vt post Ioannẽ sanctũ baptizari hoĩes oportuerit, & post episcopos auaros nõ oportuerit. Nemo.n. negat ꝙ in agro dñico Ioannes triticũ erat, & si amplius nõ põt in veritate centenũ. Item nemo dubitat auaritiã, q̃ est idolorũ seruitus, in messe dñica inter paleas numerari. Cur ergo post triticũ baptizatur, & post paleam non baptizatur? Si propterea Paulus post Ioannem baptizauit, q̃a Ioanne melior erat: cur non & Cyprianus post fœneratores suos collegas baptizauit quibus vltra cõparationẽ melior erat? Si propterea post tales collegas Cyprianus non baptizauit, q̃a in vnitate cum illo erant, nec post Ioannẽ debuit Paulus, q̃a eadem unitate continebatur. An forte fraudatores & rapaces ad columbę illius vnicę mẽbra pertinent, & ille non ꝑtinet cui potestas ipsa dñi nostri Iesu Christi per columbę speciẽ spiritusancto descẽdente monstrata est? Immo vero ille intime pertinet: isti vero vel occasione alicuius scandali, vel ultima ventilatione a tritico separãdi nequaq̃ pertinẽt, & tñ post illũ baptizatum est, post istos non baptizatur. Quę igitur causa est, nisi quia baptisma quod illos iussit Paulus accipere, nõ hoc erat quod per Ioannem dabatur? & iõ in eadem ipsa vnitate Ecclesiæ, baptismus Christi si baptizãte fœneratore tradatur, repeti non potest, baptismum autem Ioannis etiam ab ipso Ioanne accipiẽtes, postea Christi baptismo baptizari oportebat.

Proinde possum & ego verbis vtens ipsi⁹ Cypriani ad cuiusdam miraculi consideratiõnẽ audiẽtiũ corda conuertere si dicã, Ille Ioannes maior inter Prophetas habitus, ille diuina gratia in vtero matris impletus, ille Heliæ spũ & virtute subnixus, qui non aduersarius dñi, sed præcursor & prædicator fuit, qui dñm non tm̃ verbis prænunciauit, sed & oculis ostendit, qui ipsum Christum ꝑ quẽ baptizãtur cęteri baptizauit, sic baptizare non meruit, vt post eum non baptizarẽtur qui ab eo fuerant baptizati, & post auaros, fraudatores, rapaces, fęneratores, nemo quemquam in ecclesia baptizandum putabit? Nonne cum hæc inuidiose, clamauero, rñdetur mihi, Quid hoc indignum putas, quasi aut Ioannes exhonoratus sit, aut auarus honoratus? Sed illius baptismũ nõ oportuit iterari, de quo idẽ Ioannes ait, Hic ẽ q baptizat in spiritu sancto. Per quemlibet.n. ministrũ detur, illius est baptismus de quo dictum est, hic est q baptizat. Sed neque ipsius Ioanis baptismus iteratus est, cum ab eo baptizatos baptizari in Christo Paulus Apostolus iussit. Quod enim ab amico spõsi nõ acceperant, hoc ab ipso sponso accipere debuerũt, de quo ille amicus dixerat, Hic est q baptizat in spiritusancto.

Ioan. 1.

Poterat.n. si voluisset dñs Iesus baptismi sui potestatẽ dare alicui uel aliq̃bus ꝓcipuis seruis suis quos iam fecisset amicos suos, qualibus ait, Iã non vos dicã seruos sed amicos, vt quẽadmodum ꝑ virgã florẽtẽ demõstratus est Aaron sacerdos, ita in eius Ecclesia vbi plura & maiora miracula facta sunt, ꝑ aliqd̃ signũ demonstrarentur excellentioris sanctitatis ministri & dispẽsatores ministeriorũ, q soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret, q̃uis eis a dño attributus, tñ ipsorũ iã baptismus diceret sicut baptismus Ioãnis fuit, iõ Paulus gratias agit deo, ꝙ neminẽ ipsorũ baptizauerat, q tanq̃ obliti in cuius nomine baptizati essent, ꝑ hominũ se nomina diuidebant. Cũ.n. tantũ valet baptismus per hominem contẽptibilẽ quantũ ꝑ Apostolũ datus, ita nec illius, nec illius esse cognoscitũ sed Christi, qd̃ in ipso dño Ioannes ꝑ ipsam colũbæ speciem se didicisse testatur. Nã ẽm quid aliud dixerit, Et ego nesciebã eũ: non planè video. Si.n. eum omnino nesciret, nõ venienti ad baptismũ suũ diceret, Ego a te debeo baptizari. Quid ergo est qd̃ ait, Qm̃ vidi spũm sicut columbam descendentẽ de cœlo, & mansit super eum, & ego nesciebã eum. Sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem videris spũm descendentem de cœlo, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritusancto. Columba vtique super baptizatum descenderat. Adhuc autem venienti ut baptizaretur dixerat, Ego a te debeo baptizari. Iam ergo sciebat eum. Quid sibi itaque uult, ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, super quem, uideris spiritum descendentem de cœlo, & manentem super eum ipse est, qui baptizat in spiritusancto: cum hoc posteaquam bapti-

Solius Christi baptismus est.
Cap. 13. Ioan. 15.
Nu. 17.

F

1. Co. 1.

De cõsec. dist. 4. c. cũ tantũ.

Ioan. 1.

Mat. 3.

Ioan. 1.

G

baptizatus eſt factũ ſit,niſi quia ſm aliquid eũ ſciebat,ſm aliq̃d adhuc neſciebat? Scie-

Ibidem.

bat videlicet ſpõſum filiũ dei,de cuius pleni tudine oẽs acciperẽt:Sed q̃a ex eius plenitudine ipſe ſic acceperat baptizãdi poteſtatẽ,

Act. 19.

vt Ioãnis baptiſmus diceret̃, neſciebat vtrũ ſic eſſet daturus & cęteris,an vero ꝓpriũ baptiſmũ ſic habiturus,vt ꝑ quẽlibet daret̃,ſiue excellẽtioris grę miniſtrũ,ſiue ĩferioris,

Mat.13.

ſiue per centeni fructus hominẽ, ſiue ſexageni,ſiue triceni,ſiue ꝑ frumentũ, ſiue per paleam,non niſi illius vnius eſſe cognoſceretur,& hoc per ſpũ didicit,velut columbã deſcendentem & manentem ſuper eum.

Cap. 14.
1.Te.2.
Ro. 11.
Ephe. 3.
2.Ti.2.

Itaq; inuenim⁹ dictũ ab Apoſtolo,Et gloriã meã,quãuis vtiq; in dño,ꝓ miniſterium meũ,& prudẽtiã meã,& Euangeliũ meum, quãuis vtiq; a dño imperitũ atq; donatũ:baptiſmus aũt meus nemo dixit eorũ omnino, Neq;.n.oĩum æqualis eſt gloria, nec miniſtrãt oẽs æqualiter, nec æquali prudẽtia sũt

H

oẽs p̃diti,& in euangelizando alius alio melius operat̃,& iõ dici põt alius alio doctior in ipſa doctrina ſalutari:alius aũt alio magis minus ve baptizatus dici nõ põt,ſiue ab in-

Gal.5.

feriore,ſiue a maiore baptizetur.Proinde cũ manifeſta ſint opera carnis, q̃ ſunt fornicationes,immunditiæ,luxuriæ, idolorũ ſeruitus,veneficia,inimicitię,contẽtiones,æmulationes,animoſitates,diſſenſiones, hęreſes, inuidiæ,ebrietates,comeſſationes,& his ſimilia,ſi mirabiliter dr̃,poſt Ioãnẽ baptizati ſunt homines,& poſt hæreticos nõ baptizã

Act. 19.

tur,cur nõ mirabiliter dr̃,poſt Ioãnẽ baptizati sũt homines,& poſt inuidos nõ baptizã tur,cũ ex parte diaboli eſſe inuidos ipſe Cyprianus in epiſtola de zelo & liuore teſtet̃, & ĩ eccleſia Chr̃i fuiſſe inuidos Chr̃i annũciatores ipſis apoſtolicis temporib. ipſe Cyprianus ex apoſtolo Paulo ſicut iam docuimus manifeſtet?

Cap.15.

Quia ergo Ioãnis baptiſm⁹ nõ erat idem q̃ baptiſmus Chr̃i,ſatis arbitror eſſe declaratũ,& ꝑ ꝑea nihil documẽti ex illo afferi poteſt,cur ꝓpterea poſt hęreticos baptizandũ ſit,q̃a baptizatũ eſt poſt Ioannẽ,cũ Ioannes hæreticus nõ fuerit, & potuerit habere baptiſmũ,quãuis à Chr̃o conceſſum, non tñ

I

Chr̃i propriũ,cũ Chriſti habuerit charitatẽ, & poſſit hęreticus habere baptiſmũ Chriſti & ꝑuerſitatẽ diaboli,ſicut intus aliq̃s põt habere baptiſmũ Chr̃i & inuidiã diaboli. At. n.multo magis poſt hęreticũ baptizãdũ eſt, q̃a Ioannes hæreticus nõ erat, & tñ poſt eũ baptizatũ eſt.Sic dicit aliquis, multo magis poſt ebrioſum baptizãdũ eſt, q̃a Ioãnes ſobrius erat,& tñ poſt eũ baptizatũ eſt, & q̃d rñdeamus ei,nõ habebimus niſi baptizatis a Ioãne baptiſmũ Chr̃i nõ habentibus eſſe traditũ,in q̃bus aũt eſt baptiſmus Chr̃i, q̃buslibet eorũ ꝑuerſitatibus nullo modo põt,fieri,vt non ſit in eis baptiſmus Chr̃i.Nõ itaq; idcirco hæreticus ius baptiſmi obtinere potuit,q̃a prior baptizauit, ſed q̃a non ſuo baptiſmo baptizauit,& ſi ius baptizandi non habuit,tñ Chr̃i eſt q̃d dedit, & ille Chr̃i eſt q̃ accepit.Multa.n.contra ius dant̃,nec tñ iõ vel nulla uel non data dñr. Neq;.n.& ille q̃ ſeculo ſolis verbis & nõ factis renũciat,iure accipit baptiſmũ & tñ accipit.Nam tales in

K

eccleſia & Cyprianus ſuis t̃ꝑibus fuiſſe cõmemorat,& nos experimur,& gemim⁹.Mirum aũt eſt qũo dicatur ſeparari a ſe & diuidi omnino nõ poſſe baptiſmũ & eccleſiam. Si.n.baptiſma in baptizato inſeparabiliter manet, qũo baptizatus ſeparari ab eccleſia põt,& baptiſmus non põt? In baptizato aũt inſeparabiliter baptiſma ꝑmanere manifeſtum eſt, quia in quodlibet profundum malorum & in quamlibet horribilem voraginem peccatorum irruat baptizatus vſq; ad apoſtaticam ruinam non caret baptiſmo, & ideo per pœnitentiam redeunti non redditur, quia eo non potuiſſe carere iudicatur. Baptizatum autem poſſe ſeparari ab eccleſia q̃s dubitauerit? Inde q̃ppe omnes hæreſes exierũt,q̃ vocabulo Chr̃iano decipiunt.

Quamobrem quia manifeſtum eſt in baptizato eſſe baptiſmum, cum baptizatus ab eccleſia ſeparatur,baptiſmus qui in illo eſt, cum illo vtiq; ſeparatur,& ideo non omnes qui tenent baptiſmum, tenent eccleſiam,ſicut non omnes qui tenent eccleſiam,tenent & vitam æternam. Aut ſi eccleſiam tenere non dicimus, niſi eos qui diuina mandata cuſtodiunt, multos iam eſſe concedimus baptiſmum tenentes,& eccleſiam non tenentes. Quamobrem non præoccupat

L

hæreticus baptiſmum, cum eum ab eccleſia ſumpſerit. Nec potuit amittere cum

recederet. quē iā nō habere ecclesiā dicim⁹, & tñ habere baptismū cōcedimus. Nec primatū quisq̃ sibi derogat & hæretico tribuit qa eum dicit secū abstulisse, qđ non legitime daret, sed tñ legitimum daret, nec iā legitime haberet, sed legitimū haberet. Primatus aũt non est nisi in sācta cōuersatione & vita bona, quo ꝑtinent oẽs, ex quibus tanq̃ mēbris cōstat illa sponsa nō habēs maculā neq; rugā, & illa colūba inter multorū coruorū im ꝓbitatē gemens, Nisi forte cū Esau ꝑ lenticulæ concupiscentiā primatū ꝑdiderit: tenere primatū arbitrādi sunt, fraudatores, raptores, fœneratores, inuidi, ebriosi, & cæteri hmôi, q̃les in ecclesia sui tēporis ēt ꝑ literas Cyprianus ingemuit? Quapp aut qđ est tenere ecclesiā, non hoc est in diuinis tenere primatum, aut si omnis q̃ tenet ecclesiā ēt primatū tenet, omnes illi iniq̃ ecclesiā nō tenēt, q̃ tñ intus uidētur & baptismū dare & habere a nullo nostrum negantur. Nam eos primatum in diuinis habere quis dicat, nisi qui nihil diuinum sapit?

Sed iam ad illa eloq̃a pacifica Cypriani, hoc est ad epistolæ finē oĩbus cōsideratis ꝑ tractatisq; ꝑuentū est, q̃ me legentē & sæpe repetentē nō satiant, tanta ex eis iocunditas fraterna amoris exhalat, tāta dulcedo charitatis exuberat. Hæc ibi, inq̃t, breuiter ꝓ nr̃a mediocritate rescripsimus frater charissime, nemini ꝑscribentes aut ꝑiudicātes, quo minus unusq̃sq; Episcoporū qđ putat faciat, habēs arbitriȷ sui liberā potestatem. Nos quantū in nobis est ꝓ hæreticos cū collegis & coepiscopis nr̃s nō cōtēdimus, cum q̃bus cōcordiā & dominicā pacē tenemus, maxime cū & Apostolus dicat, Si quis aũt putauerit cōtētiosus esse, nos talē consuetudinē non habemus, neq; ecclesia dei: seruatur a nobis patiēter & leniter charitas animi, honor collegiȷ, uinculū fidei, cōcordia sacerdotiȷ. Propter hoc ēt libello de bono patiētiæ, quantū ualuit nr̃a mediocritas, ꝑmittente & inspirante dño cōscripsimus, quē ad te ꝓ mutua dilectione trāsmisimus. In his uerbis multa cōsiderāda sunt, q̃bus in hoc viro q̃ dilexit decorē domus dñi, & locū tabernaculi habitationis eius, Christianæ charitatis fulgore lucet. Primo qa id qđ sensit nō tacuit: deinde qa tā māsuete & pacifice ꝓtulit, qa cū his q̃ aliud sentiebāt ecclesiasticā pacē tenuit, qa in vnitatis vinculo tātā salubritatem esse intellexit, quia eā tantū dilexit, & sobrie custodiuit, qa uidit & sensit ēt diuersa sentiētes posse salua charitate sentire. Neque.n. cū malis tenere se diceret diuinā concordiā & dominicā pacē. Bonus q̃ppe habere erga malos pacem pôt, tenere aũt cum eis pacē nō pôt, quam ipsi non tenent. Postremo qa nemini ꝑscribens neq; ꝑiudicans, quo minus vnusq̃sq; episcoporum qđ putat faciat, habēs arbitriȷ sui liberā potestatē, ēt nobis qualibuscunq; locū dedit, pacifice secum ista tractādi. Præsens est.n. nō solum ꝑ literas suas, sed ēt per ipsā quæ in illo maxime viguit, & mori nūquam potuit, charitatē. Huic ergo inhærere & conglutinari desiderans, si nō impediar incōueniētia peccatorū meorū, orationib⁹ eius adiutus, discā si potero ꝑ literas eius q̃ta pace per eum ecclesiā suam dominus, & quanto solatio gubernauerit, & per eius sermonis affectum visceribus humilitatis indutus, si quid verius sentio, cum orbe terrarum, nō ei præponam cor meum, nec in eo ipso qđ aliter sentiens, nō tñ diremptus est ab orbe terrarū. Maius quippe in eo robur virtutis eminuit, cum ista quæstio nondum discussa nutaret, quod aliter sentiens q̃ multi collegę, & tantam moderationem obtinuit, ut ecclesiæ dei sanctā societatem nulla schismatis labe truncaret, q̃ quā si omnia non solum ueraciter, sed ēt pariter sine ista virtute sentiret. Neq;.n. ei placeo si eius ingenium facultatemq; sermonis, & doctrinæ vbertatē, sancto cōcilio cunctarum gentiū, cui profecto interfuit ꝑ spūs vnitatem, ꝓponere affectū, præsertim iā eo in tali veritatis luce posito, vbi certissime cernit, qđ hic pacatissime requirebat. Ex illa.n. ubertate hęc nostra q̃ videtur eloquia, tanquam infantilia rudimenta deridet, ibi videt qua regula pietatis hic egerit, vt nihil esset ei in ecclesia charius vnitate, ibi ēt ineffabili delectatione cōtuetur quā ꝓuida & misericordissima dispēsatione deus infirma mūdi elegit, vt tumores nostros curaret, stulta mūdi elegit vt confunderet sapientes, atq; in ordinibus mēbrorū ecclesiæ suæ tam salubriter omnia collocaret, ne de ingenio vel literis suis

ris suis quas adhuc ignorarent cuius mune re haberēt electos se ad adiutoriū euāgelicū hoīes dicerent, atq; inde pestifera inflarenť superbia. O quā Gaudet Cyprianus,quāto serenius in illa luce contueť,pro quāta salu te humani generis factū sit, ut inueniať aliquid qđ merito reprehēdi possit, quāuis in Christianis & piis literis oratorū, & nō inueniať in literis piscatorū. De hoc ergo gaudio sanctæ illius aïæ oīno securus,neq; ullo modo meas literas ab oī errato liberas audeo uel putare uel dicere, neque illius huic snīæ, in qua ei uisum est alter suscipiendos ab hæreticis uenientes,quā uel in præteritū suscipiebanť,sicut ipse testať, vel nūc suscipiunť sicut totius orbis Christiani plenario

D concilio rōnabilis consuetudo firmata est, meā præpono snīam,sed ecclesiæ sanctæ catholicæ quā sic ille dilexit & diligit, in qua tam uberē cū tolerātia fructū attulit, cuius uniuersitas ipse nō fuit,sed in eius uniuersitate permāsit, cuius radicē nunq̃ deseruit, sed in cuius radice fęcundus ut esset fęcundior ab agricola cęlesti purgatus est. Pro cuius pace ac salute ne simul cum zizanijs eradicareť & triticū tanta mala hoīum secū in humilitate * cōstitutorū & ueritatis libertate redarguit,& charitatis virtute sustinuit.

*Al.unitate.

Cap.18. Vnde nos idē ipse copiosissime admonet, multos in delictis suis & peccatis mortuos, q̃uis ad Xpi societatē, & ad illius columbæ vnicæ innocētis & simplicis mēbra nō pertinētes,q̃ si sola baptizaret, illi utiq; non baptizarēt, specie tñ intus uideri & baptizari & baptizare.& in eis q̃uis mortuis,illius tñ baptismū uiuere,qui nō moritur,& mors illi ultra nō dñabitur.Cum ergo & intus sint mortui,neq; latētes, nam nō de illis tāta diceret Cyprianus,qui vel non pertineāt, uel nōdū pertineāt & foris sint mortui,qui manifestius ad ea uel nō pertineāt uel nōdum pertineāt,uerumq; sit nō posse ab eo uiuificari alterū,qui ipse nō uiuit,manifestum est eos qui intus à talibus baptizantur, si uera

Intus mortui.

Rom.6.

E cōuersione cordis accedūt, ab eo uiuificari cuius est baptismus.Si aūt seculo uerbis solis & nō factis renūciant,quales Cyprianus & intus esse testatur,nec ipsos uiuificari nisi cōuertantur,& tñ uerū hr̄e baptismū,etiā si nō cōuertantur,unde & exteriores mortuos q̃uis neq; niuāt,neq; uiuificēt,hr̄e tñ baptismū uiuū qui eis tūc profit ad uitā,si conuertantur ad pacem, similiter manifestum est.

De ij per hæres. Ca.

Quapp qui tūc ab hæresibus uenientes in eodē Xpi baptismo, quē foris acceperant suscipiebāt, & dicebāt se ueterē cōsuetudinē sequi,sicut ēt nunc suscipit ecclesia, frustra cōtra eos apud ueteres dicebať hęreses & schismata,prima adhuc fuisse initia,ut hi illic essent qui de ecclesia recedebāt, & hic baptizati prius fuerant,quos tūc ad ecclesiā reuertētes & pniam agētes, necesse nō erat baptizari. Statim.n.unaquæq; hæresis ut exi stebat, & a cōgregatione catholicæ cōionis exibat,nō dico alio die,sed ipso die poterat irruētes in se aliquos baptizare.Et ideo si uetus hæc erat cōsuetudo ut sic susciperētur, qđ nec ipsi qui contra differebāt negare potuerūt, nulli paulo attētius aduertēti potest esse dubiū.ēt eos sic esse susceptos,qui foris in hæresibus baptizati sunt. Illud aūt qđ habeat rōnis nō uideo, vt nondum dicať ouis errās, cui quærēti salutē Christianā in hæreticorū in cidere errorē,& apud eos contigit baptizari,& ouis iam facta dicať in ipsa intus catholica, qui seculo uerbis solis & non factis renūciauit & in ea cordis falsitate baptismū accepit, Aut si & talis non fit ouis, nisi cum se ad deū ueraci corde cōuerterit, sicut iste non qñ fit ouis baptizať,si iam baptizatus erat,sed ouis nōdum erat,sic & ille qui uenit ab hæreticis vt ouis fiat, nō tunc baptizandus est,si apud eos iam eodē baptismo baptizatus erat,quāuis adhuc ouis non erat.Quapp cum oēs etiā intus mali,auari, inuidi,ebriosi, & contra disciplinam Christianam uiuentes, merito dici possint mendaces & tenebrosi & mortui & antichristi, nunquid tñ propterea non baptizant, quia nihil potest esse commune mendacio & ueritati, tenebris & luci, morti & immortalitati, antichristo & Christo ? Non itaque de sola consuetudine, sed etiam de ueritatis ratione præsumit, qui nullorum hominum peruersitate peruersum fieri dicit dei sacramentum,quod etiam in peruersis esse declaratur. Certe Ioannes Apostolus apertissime dicit, Qui odit fratrē suum,in tenebris est usque adhuc. Et iterum, Qui odit fratrem suum, homicida est. Cur ergo intus

G

1.Io.

tales

tales baptizãt, quos in maleuola anima fuisse Cyprianus ipse cõmemorat? Qũo aquam mũdat & sãctificat homicida? Qũo bñdicũt oleum tenebræ? Si aũt deus adest sacris, & uerbis suis per qualeslibet administrentur, & sacramenta dei ubiq; recta sunt, & mali homines qb⁹ nihil psunt, ubiq; puersi sũt.

C. 20.

Illud quale est ut iõ putet hrticus nõ habere baptismũ qa nõ habet ecclesiã? Et ubique cũ baptizatur, ẽt de sancta ecclesia interrogat. Quasi uero ille q non factis intus, sed uerbis seculo renũciat, nõ hoc in baptismo interrogeť. Sicut ergo huius falsa responsio nõ efficit, ut baptismus nõ sit quẽ pcipit, sic & illius de ecclesia sãcta falsa rñsio, nõ efficit ut baptismus nõ sit quẽ pcipit. Et sicut ille si postea qđ fallaciter rñderat ueraciter impleat, non ei baptismus repetiť, sed uita corrigiť, sic & ille si postea ueniat ad ecclesiã, de qua interrogatus falsum rñderat, qa eã se habere dũ non haberet putabat, ipsa q̃ nõ habebat ei dať, nõ qđ acceperat iteratur.

H Cur aũt ad uerba q procedunt ex ore homicidæ, possit tñ deus oleũ sãctificare, & in altari qđ hæretici posuerũt nõ possit, nescio, nisi forte cor hominis quẽ fallaciter cõuersum intus non impedit, lignũ fallaciter positũ impedit foris, quo min⁹ sacramẽtis suis adesse dignetur, nullis hominũ falsitatibus impeditus. Si ergo ad hoc ualet qđ dictũ est in euangelio. Deus peccatorẽ non audit: ut per peccatorem sacra non celebrentur, qũo exaudit homicidã deprecantẽ, uel supra aquam baptismi, uel super oleũ, uel super eucharistiã, uel super capita eorũ quibus manus imponitur? Quæ omnia tñ & fiũt & ualent ẽt per homicidas. i. per eos q oderunt fratres etiam in ipsa intus ecclesia. Cũ dare nemo possit qđ nõ habet: qũo dat homicida spiritũ sãctũ? Et tñ ipse intus ẽt baptizat. De⁹ ergo dat ẽt ipso baptizãte, spũm sãctũ.

Quod uero ait, baptizandus & innouandus est qui ad ecclesiã uenit, ut intus p sanctos sanctificeť: quid faciet si & intus in nõ sanctos incurrerit? An forte sanctus est homicida? Et si ppterea baptizatur in ecclesia, ut hoc ipsum deponať, qđ homo ad deum ueniens dũ sacerdotẽ q̃rit, in sacrilegũ fraude erroris incurrit, ubi postea depositurus est, si forte in ipsa intus ecclesia dum hominem dei quærit, in homicidã fraude erroris incurrit? Si non põt in homine aliquid inane esse & aliquid ualere, quare põt in homicida sacramentũ sanctum esse, & cor sanctũ non esse? Si qsquis sanctũ spiritũ dare nõ põt, nec baptizare põt, cur int⁹ baptizat homicida? Aut qũo spũm sanctũ habet homicida, cũ omnis qui spũm sanctũ habet illuminatus sit: q autẽ odit fratrẽ, in tenebris sit usq; adhuc? Si qa unus est baptismus & unus spũs, ideo nõ possunt habere unũ baptisma, qui nõ habẽt unum spiritũ, cur int⁹ innocens & homicida baptismũ unũ habẽt & eundẽ spiritũ nõ habent? Ita ergo potest hæreticus & catholicus baptisma unũ habere, & unã ecclesiã nõ habere, sicut possunt in catholica innocens & homicida unũ habere baptisma, & unũ spiritũ non habere: quia sicut unũ est baptisma, sic unus est spiritus & una ecclesia: Ita fit ut hoc in quoq; agnoscendũ sit qđ habet, hoc ei dandũ qđ non habet.

1. Ioan. 2

Si nihil põt ratũ & firmum esse apud deũ quod illi faciunt quos dñs hostes & aduersarios suos esse dicit, cur firmus est baptismus quẽ tradũt homicidæ? An hostes & aduersarios dñi non dicimus homicidas? Qui aũt odit fratrẽ suũ, homicida est. Qũo ergo baptizant qui oderant Paulum seruũ Christi Iesu, ac per hoc oderant & Iesum, qui & Saulo dixit ipse, Quid me persequeris; quando eius seruos persequebať, & in fine ipse dicturus est, Cum uni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis? Quamobrẽ oẽs qui ex nobis exeũt, non sunt ex nobis, sed non oẽs qui nobiscũ sunt ex nobis sunt, sicut area cũ trituratur, quicquid inde uolat non est triticũ, sed non quicquid ibi est triticum est. Ideoque & Ioannes, Ex nobis, inquit, exierunt, sed non erãt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permãsissent utique nobiscum. Qua p p sacramentum gratiæ dat deus per malos: ipsam uero gratiam non nisi per seipsum uel per sanctos suos: & ideo remissionem peccatorum uel per se ipsum facit uel per illius columbæ membra, quibus ait, Si cui dimiseritis, dimittentur si cui tenueritis, tenebuntur. Baptismum uero quod est sacramentum remissionis peccatorum, quia nulli dubium est habere etiam homicidas posse, qui in tenebris

K — 1. Ioan. 3 — Acto. 9 — Mat. 25. — 1. Ioã. 2. — De conse. dist 4. c. quomodo deus. — Ioan. 20.

bris

bris sunt usq; adhuc, quia de cordibus eorũ fraternum odium nõ exclusum est, siue nulla eis peccata dimissa sint, si non in melius mutato corde baptizati sunt, siue continuo dimissa redierint, & per seipsum quia Dei est, sanctum esse cognoscimus, & siue tradatur siue accipiatur a talibus, nulla eorũ peruersitate uiolari siue intus siue foris.

Cap. 22. Cypriani epi. 12

Proinde cõsentimus Cypriano, hęreticos remissionẽ dare non posse, baptismum aũt dare posse, quod quidẽ illis & dantibus & accipientibus ualeat ad perniciẽ, tanquã tanto munere dei male utẽtibus: sicut etiam maligni & inuidi, quos & intus esse testat, remissionẽ pc̃tõrũ dare non possunt, cum eos baptismũ dare posse oẽs fateamur. Si. n. de his qui in nos peccauerint dictum est, Si non dimiseritis pc̃tã hominibus, nec pater vester dimittet uobis peccata vr̃a: quãto magis fieri nõ potest ut eis pc̃tã dimittant, qui fratres a quib. diliguntur oderũt, & in ipso odio baptizant, quib. tñ postea correctis nõ rursus baptismus datur, sed ipsa uenia quã tũc accipere non meruerũt, in ipsa conuersione pstatur. Ideoq; ẽt illa quæ ad Quintũ scribit Cyprianus, & illa q̃ cũ collegis suis liberali Caldonio Iunio, & cæteris ad Saturninum & Maximum & alios bene cõsiderata, nullo modo præferenda sunt, aduersus totius ecclesiæ catholicæ cõsensionẽ, cuius se illi mẽbra esse gaudebant, & vñ se neque ipsi præciderũt, neq; diuersa sentiẽtes pcidi passi sunt, donec aliqñ in dñi uoluntate per plenarium concilium, licet post multos annos quid esset rectius eluceret, non aliqua nouitate instituta, sed antiquitate roborata.

Matt. 6.

Cap. 23. Cypri. in epist. ad Pompeiũ

Ad pompeiũ etiam scribit Cyprianus de hac eadem re, ubi aperte indicat, Stephanũ, quẽ Romanæ ecclesiæ episcopũ tũc fuisse didicimus, nõ solũ sibi ad ista non consensisse, uerumetiã contra scripsisse atq; pręcepisse: Qui utiq; Stephanus non propterea cõmunicauit hæreticis, qa baptisma Chr̃i qđ in eorũ peruersitate integrũ mãsisse cognouit, improbare nõ ausus est. Nam si non habent baptismum, qui de deo praua sentiũt, hoc posse & intus accidere, iã satis, ut arbitror, disputatũ est. Apostoli aũt nihil quidẽ exinde pręceperũt, sed consuetudo illa, quę apponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordiũ sumpsisse credẽda est, sicut sunt multa q̃ uniuersa tenet ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quã quam scripta non reperiantur. At. n. scriptũ est de hereticis, quod a semetipsis damnati sunt. Quid ergo? Et illi non a semetipsis dãnati sunt, de quib. dictum est, In quo. n alterum iudicas temetipsum condẽnas? His ãt dicit Apostolus, Qui prædicas non furandum furaris & cætera. Et tales profecto erãt illi, qui cum essent Epi & cum ipso Cypriano in unitate catholica cõstituti, fundos insidiosis fraudib. rapiebant, prędicantes utique Apostoli uerba dicentis, Neq; rapaces regnum dei possidebunt. Quapp ipsius ẽt epistolæ, quæ ad Pompeium scripta est, cęteras sententias ex eisdem regulis br̃ percurrere non morabor. Contra mandatũ dei esse, quod uenientes ab hęreticis si iã illic baptismum Christi acceperunt, baptizãtur, qa scripturarũ sanctarũ testimoniis nõ solum oñditur, sed planè oñditur multos pseudo christianos, quamuis non habeant eandem charitatem cum sanctis sine qua nihil prosunt quæcunq; sancta habere potuerint, baptismum tñ communem habere cum sanctis. Quod iam satis atque uberrime demõstratũ est, ecclesiam & spiritum & baptisma dixit, abinuicem non posse separari, & ideo qui ab ecclesia separati sunt & ab spiritu sancto, etiã a baptismo uult intelligi separatos. Quod si ita est, cũ quisq; in ecclesia catholica baptismum acceperit tãdiu in eo manet quãdiu in ecclesia & ipse manet: Si ãt inde discesserit, discessit a baptismo, quod nõ ita est: Nã ideo redeunti non redditur, quia cũ discederet nõ amisit. Quemadmodũ aũt spiritum sanctum sicut habent filii dilecti, non habẽt filii maligni, & tñ baptismũ habẽt, sic & ecclesiam sicut habẽt catholici, nõ habẽt hæretici, & tñ baptismum habent: Nam spiritussanctus disciplinę fugiet fictum, nec tñ eum effugiet baptismus: Itaque sicut potest baptisma esse, & vñ aufert spiritussanctus, ita potest esse baptisma ubi non est ecclesia. Manus autem impositio si non adhiberetur ab hæresi uenienti, tanquam extra oẽm culpam esse iudicaretur, propter charitatis autem culpationẽ quod est maximũ donum spiritussancti, sine quo non ualent ad salutẽ quæcun-

Ti. 3. *Ro. 2.* *Cypriani epi. de lapsis.* *Sap.* *De di. quo.*

quæcunque alia ſancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur.

C

Iam de tẽplo Dei, & q̃uo accipiendũ ſit, quotquot in Chr̃o baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, ſatis diſſeruiſſe me memini. Neq; n. auari tẽplum Dei ſunt cũ ſcriptũ ſit, Quæ ſocietas tẽplo Dei cũ idolis? Et auaritiã idolatriã eſſe, teſtimonium Pauli Cyprianus aſſumpſit. Induunt aũt homines Chr̃m aliquando vſq; ad ſacr̃i pceptionẽ, aliqñ & vſque ad vitæ ſanctificationẽ, atq; illud primũ & bonis & malis põt eſſe cõe, hoc aũt alterũ propriũ eſt bonorũ & piorũ. Quap p ſi baptiſma eſſe ſine ſpiritu non põt, habẽt & ſpiritũ hæretici, ſed ad pniciem, non ad ſalutẽ, ſicut habuit Saul. Nã per nomen Chriſti in ſpũ ſancto eijciuntur Demonia, qđ & ille poterat, qui erat extra Eccleſiam, de quo diſcipuli Dño ſuggeſſerunt, ſicut habent auari, qui tñ non ſunt tẽplum Dei? Qm̃ quę ſocietas templo Dei cum idolis? Si aũt nõ habent auari ſpũm Dei, & tñ habẽt baptiſma, põt eſſe ſine ſpiritu baptiſma. Si propterea filios Dei generare non põt hæreſis per Chriſtum, quia Chriſti ſponſa nõ eſt, nec turba illi malorum intus conſtitutorum põt, quia & ipſa Chriſti ſponſa non eſt. Deſignatur. n. Chriſti ſpõſa ſine macula & ruga. Ergo aut non oẽs baptizati filij ſunt Dei, aut poteſt & non ſponſa generare filios Dei. Sicut autem quęritur, utrum ſpiritaliter natus ſit, qui baptiſmũ Chriſti apud hęreticos accepit, ita q̃ri poteſt vtrum ſpiritaliter natus ſit, qui baptiſmum Chriſti non ad Deum veraci corde conuerſus in catholica accepit, nec tamẽ ideo baptiſmum non accepit.

D

Iã illa, q̃ in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, qa & nõ opus eſt. Eadẽ qppe ipſa dicuntur, q̃ ia ſatis diſcuſſa ſunt, & ea pterire melius eſt, q̃ periculum pernicioſæ diſſenſionis habuerũt. Stephanus autẽ & abſtinendos putauerat, q de ſuſcipiendis hæreticis priſcam conſuetudinẽ conuellere conarẽtur. Iſte aũt q̃onis ipſius difficultate p motus, & ſanctis charitatis uiſceribus largiſſime p̃ditus, in unitate cum eis manendum, qui diuerſa ſentirent: Ita quamuis commotius, ſed tamen fraternę indignetur, uicit tñ pax Chriſti in cordibus eorum, ut in tali diſceptatione nullum inter eos malum ſchiſmatis oriretur. Nõ aũt hinc vberius excreuẽrunt hæreſes & ſchiſmata, quia id qđ in eis Chriſti eſt approbatur, qđ aũt ipſorũ eſt improbatur. Magis n. q hanc legem rebaptizãdi tenuerunt, in plura fruſta conciſi ſunt.

E

Iam uero cum dicit Ep̃m docibilẽ eſſe debere, & adiungit, docibilis aũt ille eſt, q eſt ad diſcendi patientiã lenis & mitis, oportet enim Ep̃os nõn tm̃ docere, ſed & diſcere, qa & ille melius docet, qui quotidie creſcit & proficit diſcendo meliora. His utique uerbis ſatis indicat uir ſanctus & pia charitate p̃ditus, nõ eſſe metuendũ ſic eius epiſtolas legere, ut ſi quid poſtea pluribus & diuturnioribus inqſitionibus compertũ Eccleſiã confirmauit, non ambigamus, qa ſicut multa erãt, q̃ doctus Cyprianus doceret, ſic erat & aliqd q Cyprianus docibilis diſceret. Qđ aũt nos admonet, ut ad fontẽ recurramus. i. ad Apoſtolicã traditionẽ, & inde canalẽ in noſtra tpa dirigamus, optimũ eſt, & ſine dubitatione faciendũ. Traditũ eſt ergo nobis, ſicut ipſe cõmemorat ab Apoſtolis, q ſit vn⁹ Deus & unus Chr̃s, & vna ſpes, & una fides & una Eccleſia, & baptiſma unũ. Cur ergo ſi Apoſtolorũ temporibus inueniamus fuiſſe quoſdã quibus una ſpes non erat & unũ baptiſma erat, non ex ipſo fonte, ita in nos ducit̃ ueritas, ut appareat nobis ſic fieri poſſe, ut cũ ſit una Eccleſia ſit ſpes una, & baptiſma unũ, habeant tñ unũ baptiſma, qui non habent unam Eccleſiã, ſicut illis ẽt tẽporib⁹ fieri potuit ut baptiſma unũ haberent, qui unam ſpem non haberent? Q̃uo. n. habebãt unam ſpem cum ſanctis & iuſtis illi, qui dicebant, Manducemus & bibamus, cras em̃ moriemur, dicẽtes, qđ non eſſet reſurrectio mortuorum, & tñ in ipſis erant quibus idẽ dicit Apoſtolus, Nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Ad eos. n. apertiſſime ſcribit, dicens, Quomodo quidam in uobis dicunt, quia reſurrectio mortuorum non eſt?

F

Et quod in Cantico Canticorum Eccleſia ſic deſcribitur, Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, fons ſignatus, puteus aquæ uiuæ, paradiſus cũ fructu pomorũ: hoc intelligere non audeo, niſi in ſanctis & iuſtis, non in auaris & fraudatoribus, & raptoribus, & fœneratoribus, & ebrioſis, & inuidis, quos

Cap. 26. 2. Ti. 2. Epheſ. 4. 1. Co. 15 1. Co. 1. 1. Co. 15 Cap. 27. Cant. 4.

tamen cũ iuſtis baptiſmũ habuiſſe cõmunẽ
cum q̃bus communẽ non habebant utique
charitatem, ex ipſius Cypriani literis, ſicut
ſæpe cõmemoraui, uberius diſcimus & do-
G cemus. Nã dicat mihi aliq̃s, qũo irrepſerint
in hortũ concluſum, & fontẽ ſignatũ, quos
ſeculo ſolis uerbis & non factis renũciaſſe
Ephe. 4. Cyprianus, & tñ intus fuiſſe teſtatur? Si.n.
Can. 4. & ipſi ibi ſunt, & ipſi ſponſa Chriſti ſunt, ita
2. Retra. 18. ne uero talis eſt illa ſine macula & ruga, &
illa ſpecioſa colũba tali mẽbrorũ parte turpatur?
Cant. 2. An iſtæ ſunt ſpinæ, in quarũ medio ẽ
Cant. 4. illa, ſicut liliũ, qđ in eodem cantico dr̃? In-
Rom 2. Pſal. 44. quantũ. ergo liliũ, intantũ & hortus conclu-
ſus & fons ſignatus, in illis uidelicet iuſtis,
q̃ in occulto Iudæi ſunt circuncisione cor-
dis, omnis.n. pulchritudo filiæ regũ intrin-
ſecus, in quibus eſt numerus certus ſancto-
rũ p̃deſtinatus ante mundi conſtitutionẽ. Il
la uero multitudo ſpinarũ, ſiue occultis, ſiue
a p̃tis ſeparationib. forinſecus adiacet ſuper
numerũ, Annunciaui, inq̃t, & locutus ſum,
multiplicati ſunt ſuper numerũ. Numerus
ergo ille iuſtorũ, q̃ ſm̃ p̃poſitum uocati sũt
Pſal. 39. de q̃bus dictũ eſt, Nouit Dominus, q̃ ſunt
Rom. 8. eius: ipſe eſt hortus cõcluſus, fons ſignatus,
puteus aquæ uiuæ, paradiſus cum fructu po
2. Ti. 2. morũ. Ex hoc numero quidam ſpiritaliter
Cant. 4. uiuunt, & ſupereminentẽ uiam charitatis
H ingrediuntur, & cũ præoccupatum hominẽ
1. Co. 12 in aliquo delicto inſtruunt in ſpũ lenitatis,
intẽdunt ne & ipſi tententur, & cũ forte &
ipſi p̃occupãtur reprimit̃ in eis aliquatulũ,
non aũt extinguitur charitatis affectus: rur-
Galat. 6. ſusq; reſurgẽs & inardeſcens, priſtino cur-
ſui reſtituitur Norunt.n. dicere, Dormitauit
anima mea p̃ tędio, confirma me in verbis
tuis. Cum aũt aliquid aliter ſapiũt, id quoq;
Pſa. 118 illis in charitatis flagrantia p̃manentib. nec
Philip. 4 rũpentibus vinculũ, pacis Deus reuelabit.
Ephe. 4. Quidã vero adhuc carnales & animales pro
uectus ſuos inſtanter exercent, & vt cibo ſpi
ritaliũ fiãt idonei, ſanctorũ myſteriorũ lacte
nutriũtur, ea q̃ in prauis moribus populari
ẽt iudicio manifeſta ſunt, in Dei timore de-
uitant, & vt minus minuſq; in reb. terrenis
& temporalibus delectentur, vigilantiſſime
ſatagunt, regulam fidei diligenter inquiſitã
firmiſſime tenent, & ſi quid ab ea deuiãt, ci
to authoritate catholica corrigũtur, quãuis
in eius verbis p̃ ſenſu carnali, varijs adhuc
phãtaſmatũ cõcurſibus fluctuent. Sunt etiã
q̃dã ex eo numero q̃ adhuc nequiter viuãt, I
aut ẽt in hęreſibus, vel in gentiliũ ſuperſti-
tionib. iaceant, & tñ etiam illic nouit dñs q̃
ſunt eius. Nanq; in illa ineffabili p̃ſcientia
Dei, multi qui foris videntur intus ſunt, &
multi q̃ intus vidẽtur foris ſunt. Ex illis ergo
omnib. qui vt ita dicam, intrinſecus & in oc
culto intus ſunt, conſtat ille hortus conclu-
ſus, fons ſignatus, puteus aquæ viuæ, paradi
ſus cũ fructu pomorũ. Horũ munera cõceſ-
ſa diuinitus, partim ſunt p̃pria, ſicut in hoc
tempore infatigabilis charitas, & in futuro
vita æterna, partim vero cum malis peruer-
ſiſque communia, ſicut omnia cætera in q̃-
bus ſunt & ſacroſancta myſteria.

Hinc itaque iã facilior & expeditior no-
bis arcæ illius, cuiꝰ Noe fabricator & guber
nator extitit, cõſideratio p̃ponitur. Ait.n. Pe
trus, in Arca Noe pauci. i. octo animę homi
nũ ſaluæ factæ ſunt p̃ aquã, qđ & vos ſimi-
li forma baptiſma ſaluos fecit, non carnis
depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonę in
terrogatio. Quapropter ſicut apparet homi-
nes in vnitate catholica baptizati, qui ſecu-
lo ſolis verbis non factis renunciãt, qũo per
tinent ad huius arcæ myſterium in quibus K
non eſt conſcientiæ bonæ interrogatio? Aut
qũo ſatui fiunt p̃ aquam q̃ ſancto baptiſma-
te male vtentes, cum videantur eſſe intus vſ
que in finẽ vitæ in flagitioſis, & p̃ditis mori
bus perſeuerant? Aut qũo non ſunt p̃ aquã
ſaluati, quos in p̃teritũ cum eo baptiſmate,
qđ in hęreſi acceperant, in Eccleſiã ſimplici
ter admiſſos Cyprianus ipſe cõmemorat? Ea
dem quippe arcæ vnitas eos ſaluos fecit, in
qua nemo niſi p̃ aquam ſaluatus eſt. Ipſe.n.
dicit, Potens eſt Dominus miſericordia ſua
indulgentiam dare, & eos qui ad Eccleſiam
ſimpliciter admiſſi, in Eccleſia dormierunt,
ab Eccleſiæ ſuæ muneribus non ſeparare.
Si non per aquam, quomodo in arca? Si
non in arca, quomodo in Eccleſia? Si autem
in Eccleſia, vtique in arca, & ſi in arca, vtiq;
per aquam. Poteſt ergo fieri vt quidam fo-
ris baptizati, per Dei præſcientiam uerius
intus baptizati deputent̃, quia illic eis aqua
incipit prodeſſe ad ſalutem. Neque.n. aliter
dici poſſunt ſalui facti in arca niſi p̃ aquam.

Et rurſus

Et rurſus quidam qui uidebanẽ intus baptizati, per eandẽ præſciẽtiam dei foris baptizati uerius deputenẽ. Male quippe utẽtes baptiſmo per aquam moriunẽ, quod nulli tũc accidit, niſi qui præter arcam fuit. Certè manifeſtum eſt id quod dr̃ in eccleſia intus & foris, in corde non in corpore cogitandum, L qñquidem oẽs qui corde ſunt intus in arcæ vnitate, per eandẽ aquã ſalui fiũt, per aquã oẽs qui corde ſunt foris, ſiue ẽt corpore foris ſint ſiue nõ ſint, tanq̃ unitatis aduerſarij moriunẽ. Sicut ergo non alia, ſed eadẽ aqua in arca poſitos ſaluos fecit & extra arcã poſitos interemit, ſic nõ alio, ſed eodẽ baptiſmo, & boni chatolici ſalui fiunt, & mali catholici vel hæretici pereũt. Quid aũt beatiſſimus Cyprianus de catholica ſentiat, & qũo eius authoritate penitus obteranẽ hęretici: quãquam multa dixerim, ſeorſum tñ ſi dño placuerit, aliqñ uberius atque manifeſtius dicere ſtatui, cum prius de cõcilio eius dixero, quæ deberi a me puto, ꝙ in dei uoluntate ſequenti uolumine aggrediar.

Libri quinti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De baptiſmo contra Donatiſtas,

Liber ſextus.

tio prohibetur. Quę tñ diuina testimonia,
vel pręcepta, si eo modoquo isti, intelligeret
Cyprianus, profecto se ab Stephano separa
ret, nec cũ illo in catholicę vnitatis cõione
persisteret. Ille quippe secundũ sententiã q̃
de baptismo isti tenendã putãt, hereticos &
schismaticos sicut opinant, baptismũ Chri-
sti non habentes, admittendo in Ecclesiã cõ
D municabat peccatis alienis, q̃a videlicet pec
cata eorũ, qui baptismo vero abluti nõ erãt,
in eis vtiq; permanebant. Debuit ergo Cy-
prianus ab huiusmodi rõione discedere, ne
cũ fure concurreret, ne peccatis communi-
caret alienis, ne cõtagione inquinaretur im
mundi, ne pollutus fieret tãgendo pollutũ,
ne fermento corrũperetur aliorum. Hoc er-
go quoniã non fecit, sed cũ eis in unitate ꝑ-
mansit, tota ipsis vnitatis tunc massa corru-
pta est, nec ꝑseuerauit Ecclesia, q̃ postea san
ctos istorũ Maiorinũ pareret, ac Donatum.
Hoc quia dicere nullo modo audent, restat
vt fateantur bonos com malis in sacramẽto
rũ Chr̃ianorũ cõione sine vlla sua labe man
sisse, & usq; ad tp̃s Cęciliani ꝑseuerasse Ec-
clesiã Christi, nõ sine ullis hominib. malis,
tanq̃ i horreo iã recõditã, sed adhuc cõmix
ta palea, tanq̃ i area cõstitutã. Sic ergo & de
inceps potuit ꝑmanere, sicut & ꝑmanet, do
nec vltimo iudicij die ventilata mundetur.

Cap. 15. Quid igitur sibi uult tantus furor separa-
tionis istorum ab unitate corporis Chr̃i, q̃
sicut ꝓphetari legit̃, impleri quoq; iã cerni-
tur toto orbe terrarũ, atq; in omnib. gentib.
dilatatur? Hinc certe sicut scriptũ est, Malus
filius ipse se iustũ dicit, exitũ aũt suũ nõ ab-
luit: hoc est, non excusat, non diluit, nõ de-
fendit, ꝙ furore schismatico in hereticã pe-
stẽ de domo Dei exire ꝓperauit, quia si vere E
iustus esset, sicut Apostolus Paulus cum fra
1.Co. 11 tribus falsis de quibus in suis Epistolis inge
mit, & sicut Cyprianus cum eisquos sine ba
ptismo suis peccatis præteritis plenos existi-
mabat, & admitti ad Ecclesiã ab Stephano
sciebat, ita i ecclesia Chr̃i cũ eis quos iniu-
stos uel nouerat, uel putabat, sine vlla sui cõ
taminatione ꝑsisteret, nec bonos ꝑ ꝑ malos
desereret, sed malos ꝑ ꝑ bonos potius tolera
ret tanq̃ granũ cũ palea põdere charitatis tri
turam ferens, nõ tanq̃ leuissimus puluis an
te ventilationem flatibus cedens. Eo quippe
modo ẽt cum iniquis, quos necesse est usq;
ad littus retia ista contineant, in unitate ca-
tholica perseuerans, non tñ cum fure cõcur
reret, nec peccatis cõmunicaret alienis, nec
cuiusquam immunditiæ contrectatione ma
cularetur, nec pollueret tãgẽdo pollutũ, nec
Gene. 3. cuiusquã fermẽto corrũperetur. Hæc.n. fiũt
consensione peccatorum, qua per fœminã
serpens hominem primum, etiã in Paradisi
fœlicitate decepit, non cõione sacramento-
rum, in qua condiscipulos Iudas mundos
F immundus contaminare non potuit. A ma-
lis autem cum quibus sacramenta Dei com
municant etiam nunc in area nondũ in hor
reo, iam tamen boni discedunt, & separant
morũ dissimilitudine, nõ corporũ segrega-
tione, aliter uiuendo, non ad alia cõuenticu
la ueniendo, sic nec cum malis unum fiunt,
nec ab ecclesiæ unitate discedunt. Quid er-
go nobis nescio quorum traditorum crimẽ
exaggerant, quos tñ nec ipsos unquam con
uincere potuerũt? sed si eos contra istorum

calumnias defendamus,quorundā hominū
cām videbimur agere non Ecclesiæ.Prorsus
quicunq; & vbicunq; traditores fuerunt,&
non tm̄ traditorū peccatū,sed ipsorū etiam,
qui tradere cōpellebant, & omniū omnino
facinorosorū , flagitiosorū, sacrilegorū ad-
mittebat Stephanus in Ecclesiā ꝑmistos,qui
si baptismū non habebant,omnia peccata q̄
cunq; grauia & horrenda cōmiserant in eis
erant,& reos illos sine ulla remissione reti-
nebant.Tales admittebat Stephanus,cū tali-
G bus erat in vnitate catholica Cyprianus,nec
tñ perijt,sed perseuerauit Ecclesia.Non igit
quēquā in eius vnitate maculant aliena pec
cata. Frustra filius malus a familia patris exi
re properauit, frustra se iustū dicit , exitum
aūt suum non abluit. An forte dicturi sunt ,
eos quos Stephanus admittebat, ipsius vni-
1.Pet.4. tatis participatione mundatos, quoniā cha-
ritas cooperit multitudinem peccatorū?Vti
nam dicant , Hoc.n.& nos dicimus , qñ eos
ad vnitatē,vel urgemus,vt redeant,vel mo-
nemus.Hoc aūt pacto iam etiam nulla inter
nos baptismi quæstio remanebit. Si.n. apud
hæreticos baptizari cum ad Ecclesiam ue-
niunt vnitatis ipsius charitate mundamur,
profecto sine causa rebaptizantur.

Cap.16. Vides itaque in hoc sermone cui me rñ-
dere voluisti, q̄ multa dixerit ille ꝓ nobis .
Quid ergo iam opus est,vt Episcoporū Ro-
manæ Ecclesiæ,quos incredibilibus calum-
niis insectatus est,obiecta ab eo crimina di-
luamus?Marcellinus & presbyteri eius Mel
chiades,Marcellus,& Syluester traditionis
codicū diuinorū & thurificationis ab eo cri
mine arguunt,sed nunq̄d iō ēt cōuincunt ,
aut conuicti aliqua documentorū firmitate
mōstrantur?Ipse sceleratos & sacrilegos fuis
se dicit,ego innocentes fuisse rñdeo.Quid la
H borē probare defensionē meam, cū ille,nec
tenuiter ꝓbare conatus sit accusationē suā?
Si est vlla humanitas in rebus humanis,pu-
to nos iustius posse reprehēdi si ignotos ho
mines quos criminant inimici, nec eorum
crimen vlla testificatione demonstrāt, nocē
tes potius quā innocētes crediderim⁹. Quia
si forte se aliter veritas habet , ipsi certe hu-
manitati debitū reddit,cū homo d̄ homine
nihil mali temere suspicat , nec cuiquā cri-
mināti facile credit,qñ sine teste, ac sine vl-
lo documēto crimē obijciēs,maledicus po-
tius cōuiciator q̄ veridicus accusator exti-
tit.Huc accedit,q̄a Melchiade,tūc Epō Ro-
manæ Ecclesiæ p̄sidente,ex p̄cepto constan
tini Im̄patoris,ad quē totā illā cām accusa-
tores Epī Carthaginensis Ecclesiæ Cæcilia-
ni p̄ Anulinū ꝓconsulē detulerūt, idē Cęci
lianus innocēs ꝓnūciatus est.De quo iudi-
cio cū maiores istorū importunissima p̄uica
cia memorato Im̄patori q̄rerent, q̄ nō ple
ne,nec recte fuerit examinatū atq; deprom
ptū,nihil de Melchiadis traditione vel thu-
rificatione dixerūt.Ad cui⁹ audiētiā, nec ve
nire vtiq; debuerūt,hoc potius , aut sugge-
rētes Im̄patori,aut vt suggereretur instātes I
q̄ apud traditorē codicū diuinorū & idolo-
rū sacrificijs inquinatū , cām suā agere non
deberēt.Cū hoc ergo,nec antè suggesserint
nec posteaq̄ contra eos ꝓ Ceciliano iudica
tū est,saltē uicti & irati obiiciendū putarūt.
Quid nunc inanes tā sero cōnectunt calum
nias,quasi & īnocētia Cęciliani,Melchiadis
iudicis decoloratiōe suffuscetur, & ipsa Ro
mana Ecclesia,ubi nec damnare quenq̄ suo
qualicunq; iudicio potuerūt,nec aliquē suo
rū velut in locū surrogare dānati , contra q̄
paucissimis Aphris partis suæ primo inter-
uētores aduentitios furtim lōgeq; mittebāt,
quos istū nominatim cōmemorare non pu
duit,donec deceptæ plebeculæ quasi ꝓprios
Epōs ordinarēt?Nēpe Epm̄ Abtugnēsiū Feli
cē post Cæciliani purgatione apud Im̄pato
rē accusauerūt,q̄ ipse esset manifestissimus
traditor,& iō Cęcilian⁹ Epūs eē nō posset, q̄
ab illo traditore fuerit ordinat⁹.Tūc Cōstāti
nus,nec huic eorū accusatiōi negauit locū ,
q̄uis eos in Cęciliani fictis criminib. calūnio
sos fuisset,& exp̄tus,& iō p̄cepit ut cā Feli-
cis discuteret.In Aphrica discussa ē a ꝓcon K
sule Heliano.Felix quoq; innocēs declarat⁹
ē.Extāt gesta ꝓconsularia:q̄ voluerit sumat
& legat.Hoc aūt nō solū ad innocētiæ Cæci
liani demonstrandæ cumulū p̄tinet, ipsius-
que Felicis euidentissimā purgationē atque
illorum calumnias declarādas,qui eum fon
tem omnium malorū in concilio suo dixe-
rant, verumetiā ad cogitandam Melchiadis
ab eorū criminationibus purissimā vitam.
Nisi forte quisq̄ tam sit insipiens , vt credat
eos cū Felici non pepercerint a quo Cæci-

lianus

lianus fuerat ordinatus, Melchiadi parcere potuiſſe, a quo fuerat abſolutus, ſi illis epi uitã q̃uis nullũ vulnus conſciẽtiæ peremiſſet, ſaltẽ qualiſcunq; fama culpaſſet. An uero qđ de foro Abtugnenſiũ factũ fuerat ab iſtis accuſaret, & qđ in Capitolio Romanorũ factũ fuerat taceret? De Menſurio aũt qđ rñdeam cum ab eius tpe uſq; ad obitũ plebs unitatis nulla cõſciſſa eſt, ipſæq; literæ Secũdi Tigiſitani, quib. reprehenſus aſſerit, eos ad ſe inuicẽ pacifice ſcripſiſſe confir L mant, atq; in collegii ſocietate mãſiſſe? Iam uero qđ de Zirtẽſi eccleſia dicere uoluit, & epos ibi catholicos maledictis inſectatus eſt quibus uoluit, qđ aliud egit niſi ut uituperando ſanctos ẽt noſtrorũ tpum uiros nobiſq; optime cognitos, ſatis oñderet qđ etiã de ignotis, quib. ſimiliter maledicit, ſentire debeamus? Proinde ſi Profuturus ante pauciſſimos annos defunctus, & Fortunatus q̃ in corpore adhuc eſt atq; illi ſucceſſit epo, q̃uo Manichæi fuerũt, ſic fuerũt & illi traditores, quos longè a noſtris tpibus ignotiſſimos accuſare nõ ceſſant, ẽt illorũ nobis cura ab iſtorum opprobriis uita notiſſima eſt. Non ſanè parua eſt parumq; glorioſa cõſolatio cuiuſcunq; nrm, ſi ab inimicis eccleſię cũ ipſa eccleſia criminamur, eius tñ defenſio nõ in eorum hoĩum defenſione cõſiſtit, quos iſti noĩatim falſis criminationibus appetunt, prorſus qualeſcunq; fuerint Marcellinus, Marcellus, Syluester, Melchiades, Mẽſurius, Cęcilianus, atq; alij quib. proiiciunt pro ſua diſſenſione qđ uolũt, nihil pręiudicat eccleſiæ catholicæ toto terrarũ orbe diffuſæ, nullo modo eorũ iniquitate dãnamur. M Si boni fuerũt, in arcæ catholicæ tritura tanq̃ grana mũdati ſunt: ſi mali fuerũt, in arcæ catholicæ tritura tanq̃ ſtipulæ comminuti ſunt. Intra iſtã aream boni & mali eſſe pñt, extra eã boni eſſe nõ pñt. Quiſq̃s ab hac unitate uẽto ſuperbiæ tanq̃ ſola palea ſeparat, areę dñicę pp cõmixtã paleã qđ calũniat.

Litera legit Miltiadem.

Mat. 3.

Ca. 17. Nos quoq; dicimus, nec tm̃ dicimus, uerumetiam literarum monimẽtis eccleſiaſticis & publicis comprobamus, Scđm Tigiſitanum, cuius cõgregatio cõcilio Cęcilianum dñt eſſe dãnatum cõfeſſis traditoribus, nec ne ſchiſma fieret pacem dediſſe, cum & eidẽ ipſi a Purpurio Limatenſi crimẽ traditionis fuiſſet obiectũ. Dicimus Victorẽ Ruſicariẽſem, Donatũ Calamẽſem, Donatum Maſculitanũ, Marinũ ad aquas Tibilitanas, Syluanum Coriẽſem fuiſſe traditores, eoſdemq; quaſi traditorũ ſeueriſſimos damnatores: Hoc probamus & eccleſiaſticis & municipalibus & iudicialibus geſtis. Sed nec iõ traditores ſunt oẽs in parte Donati, q̃a in ea iſti fuerũt, nec ideo eſt innocẽs pars Donati ſi iſti innocẽtes a traditionis iniquitate mõſtrent. Melius.n.audimus ſanctã ſcripturã, A q̃ uel cuiquã calumniamus de peccatis alienis, uel cuiuſquã ſimilem calũniam formidamus. Aĩa.n.quæ peccat ipſa morietur: Et, vnuſquiſq; propriũ onus portabit: Et, Qui mãducat & bibit indigne, nõ alteri, ſed ſibi iudiciũ mãducat & bibit: Et ſinuntur utraq; creſcere uſq; ad meſſem, nec cum ante tps colligunt zizania, eradicet ſimul & triticũ: & cõmixti optimis paſcuis hædi agniq; paſcuntur, donec a paſtore qui errare non põt ſegregẽtur: & ex oĩ genere piſcium retia cõplentur unitatis, donec ad iudicium littoris perducant: niſi q̃ iſti ſua peruerſa falſaque ſnĩa ſibi præiudicant, qui pp aliena peccata iuſte ſe dñt ab orbis Chriſtiani communione ſeparatos. Per hanc.n.abſurdam inſanamque opinionem ipſi faciũt, ut eis quorundam ſuorum peccata oĩbus imputẽtur. Quod ſi iuſtum eſſe arbitrant, rei ſunt oẽs cuiuſlibet apud ſe in uno hoĩe inuenti maniſeſtiſſimi criminis, ſi autem hoc ſicut iniuſtum eſt, iniuſtum eſſe cognoſcunt, rei ſunt omnes iniquiſſimæ ſeparationis. B

Ezec. 18.

Galat. 6.

2. Co. 11.

Mat. 13.

Mat. 15.

Mat. 13.

Iam uero qm̃ in hoc ſermone de unico magis baptiſmo quæſtio eſt, ut unde cępta eſt noſtra diſputatio concludat, ſicut in ipſa unitate dominicæ areæ, nec pp bonos laudandi ſunt mali, nec pp malos non defendendi boni, † & in uno hoĩe nec pp illud quod in eo integrum eſt, eius eſt accipiẽda peruerſitas, nec pp id qđ in eo peruerſum eſt, negari debet eius integritas, q̃a & in Iudæorum iniquitate detinet ueritas reſurrectionis mortuorum, & in gẽtilium iniquitate detinet ueritas unius Dei qui condidit mũdum, & in eorũ iniquitate qui cũ Chriſto quia non colligunt ſpargunt, detinetur ueritas, quia in eius nomine pellunt ſpiritũ immundum, & in templorum ſacrilego-

Concluſio totius diſputationis. c. 18.

† al nec propter malos deſerẽdi boni.

rum iniquitate inuenta est ueritas, qua cole bant ignotũ deum,& in dęmonũ iniquitate inuēta est ueritas, qua cõ fessi sunt Xp̃m,sic & in hęreticorũ iniquitate inuenta ueritas nõ negãda est, qua detinet baptismi sacr̃m.

Sancti Augustini episcopi, Libri de uno baptismo Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

Liber siue epistola contra Petiliani Donatistæ epistolam.

C

Hæc epistola tractat totã cãm Donatistarũ instruẽs suæ cõionis episcopus, aduersus nepharie hæreseos argumẽta. Cap. I

AVgustinus episcopus,dilectissimis fratribus ad nostrę dispen sationis curam pertinentibus, Salus q̃ in Christo est & pax unitatis & charitatis eius sit uobiscum, ut integer spiritus uester & aĩa & corpus in diẽ dñi nostri Iesu Christi seruetur. Meministis fratres Petiliani Donatistarum Constantinẽsis epi,per paruam epistolæ partẽ in manus nostras aliq̃n uenisse, eiq; particulę quod r̃nderimus scripsisse me ad dilectionẽ uestram. Sed cũ postea tota & plena nobis a fratribus, qui ibi sunt mitteretur,placuit ei ab exordio r̃ndere,tanq̃ pręsentes ageremus. Quemadmodum semper scitis nos cum eis agere uoluisse, ut sine studio contẽtionis, q̃d uel ab ipsis,uel a nobis dicat, collata disputatione oĩbus appareret. In multorum.n.manibus illam epistolã esse didicimus,qui etiã multa ex illa memoriter tenẽt,aliquid uerum aduersus nos eũ dixisse arbitrantes. Sed nunc si legere uoluerint quæ r̃ndimus,profecto intelligent quid sibi abiiciendum,& quid tenẽdum sit. Neque.n. illa nostra sunt, sicut ipsi p̃nt considerare, si velint sine studio partium iudicare. Nam de scripturis sanctis ita sunt oĩa prolata & pro- D bata,ut ea negare nõ possit, nisi qui illarum scripturarum se inimicũ esse profitetur, Sed de illo opere nostro uideo q̃d possint dicere illius tam malæ causæ pertinacissimi defensores, me uidelicet absentis epistolæ r̃ndisse,ubi uerba mea ille nõ audiret, quibus continuo r̃nderet. Defendat ergo uerba epistolæ suæ,& si potest oñdat r̃nsionibus meis ea fuisse refutata atque conuicta. Aut si hoc non vult, faciat & ipse huic epistolæ meæ, quod ego illi ipsius,cui iam respondi. Illam quippe scripsit ad suos, sicut ego hanc ad uos, Cui si uelit etiam ipse respondeat.

C Quæstio certe inter nos uersatur, ubi sit ecclesia, utrũ apud nos,an apud illos. Quæ utiq; una est, quã maiores nostri catholicã noĩarunt,ut ex ipso noĩe oñderent quia per totũ est. Sc̃d'm totum.n. καθ' ὅλον Græce dr̃. Hæc autem ecclesia corpus Christi est, sicut Apostolus dicit,pro corpore eius, quod est ecclesia. Vnde utiq; manifestũ est eum qui non est in mẽbris Christi, christianam salutem h̃re nõ posse. Membra uero Christi per unitatis charitatẽ sibi copulant, & per eandẽ capiti suo cohęrẽt,q̃d est Christus Iesus, Totum igit quod annunciat de Christo,caput & corpus est. Caput est ipse unigenitus Iesus Xp̃s filius dei uiui,ipse saluator corporis,qui mortuus est p̃p delicta nostra,& resurrexit p̃p iustificationem nostrã. Corpus eius ecclesia, de qua dr̃, Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã non habẽtẽ maculã, aut rugam,aut aliquid hmõi. Inter nos autẽ & Donatistas,qõ est ubi sit ecclesia. Quid ergo facturi sumus, in uerbis nostris eam quæsituri,an in verbis capitis sui, dñi nostri Iesu Christi? Puto ꝙ in illius potius uerbis eam quęrere debemus,qui ueritas est,& optime nouit corpus suum. Nouit.n.dñs qui sunt eius. Quæ sint autẽ uerba nostra,in quibus eam quęri nõ oportet, aduertite & ẽt ibi q̃d intersit inter nostra uerba & illorũ: Et tñ in uerbis nr̃is ecclesiã quæri nolumus. Quicquid nobis inuicẽ obiicimus, de traditione codicũ diuinorũ,de thurificatione,de persecutionibus,uerba nostra sunt. Et in talibus quidem nos hunc tenemus modum,ut uel utraq; uera esse deputẽt,siue quæ a nobis,siue quæ ab ipsis dñr, vel utraq; falsa, uel nostra vera & sua falsa, vel nostra falsa & sua uera. Et in his oĩbus nullũ crimen esse orbis christiani, cui nos cõicauimus oñdimus. Si enim uera sunt crimina & quæ a nobis in illos & quæ ab ipsis in nos dñr, faciamus q̃d ait Apostolus, Donãtes nobismetipsis,sicut & Deus in Christo donauit nobis: ut maligni homines, nec illi qui forte fuerunt uel sunt apud nos, nec qui uel fuerunt uel sunt apud illos impediant cõcordiam nostram & uincu-

Ro.
Ephe.
Ioan. 2.T
F

uinculũ pacis,uno eorũ ſcelere correcto,ꝙ ſe fruſtra ſeparauerũt ab unitate orbis terrarum,cum tales haberẽt. Si aũt utraq; falſa ſunt,ſiue quę nos illis,ſiue q̃ illi nobis obiiciunt,uel de traditione,uel de perſecutione innocentiũ,nullã uideo litis cauſam niſi ꝗa eſt cã,ut illi ſe corrigãt qui ſe ſine cã ſepara uerũt. Quòd ſi nos uera dicimus, qm̃ geſta q̃ proferimus, & literis Imperatoris ad quẽ tũc & primo ſcripſerũt & poſtmodũ appellauerunt, & totius orbis cõione firmamus. Quæ aũt illi dñt ideo falſa eſſe conuincunt, ꝗa ipſis tꝑibus cũ eadẽ qõ uerſaret obtinere cauſam ſuã minime potuerunt: Maior in eis appareat ſacrilegæ animoſitatis furor & aĩarum innocẽtiũ ꝑſecutio, q̃ ſi ſolo ſchiſmatis crimine tenerẽtur. Et illa quidem tribuant,nõ oĩbus, ſed quib.uoluerint ſuorũ: Schiſma tñ crimẽ eſt oĩum: Porro ſi crimina traditionis & perſecutionis uera uolunt eſſe,q̃ obiiciunt,& falſa quę obiiciunt a nobis, nec ſic purgantur a crimine ſchiſmatis: Ad quoſdam quippe illa pertinere pñt, non ad uniuerſum orbẽ Chriſtianũ. Quẽ ſi contagione periſſe arbitrantur,omitto dicere q̃ multi bono pacis ẽt cognita mala in hominum congregatione tolerauerint, illud dico,iſti oñdant, qũo eorũ cõtagione nõ perierint, quos ſacrilegos inceſtatores conſecratæ pudicitiæ fęminarũ inter ſe latere uel latuiſſe, uel modo neſciũt,uel aliqñ neſcierunt. Profecto dicturi ſunt,hoc ipſo ſe non cõtaminatos ꝙ neſcierunt. Qũo ergo cõtaminatus eſt orbis ꝗ neſcit adhuc, an uera ſint iſta quæ dñr? Putemus nobis mõ probata, modo demonſtrata, ꝗd agimus de tot gẽtibus? Deſerunt neſciẽtes, ergo deſerunt innocẽtes. Et cũ illud ſit nullũ crimẽ illorũ, hoc eſſe incipit ſceleratiſſimũ noſtrum? An currere debemus,& eos docere qđ ſcimus? Vt quid hoc? Sicut innocẽtes ſunt, innocentes ſunt ẽt dum neſciunt. Non.n.mala facta hoĩum cognoſcẽdu,ſed cognitis nõ cõſentiẽdo,de incognitis aũt nõ temere iudicãdo innocentiã cuſtodimus. Ac per hoc,ut dixi innocẽs eſt orbis terrarũ,ꝗ crimina quæ ab iſtis in quoſdam dñr, ẽt ſi uera dñr ignorat. Ab his aũt innocentibus qui ſeipſos ſeparauerunt, eodem ipſo crimine ſeparationis & ſchiſmatis innocẽtiam perdiderunt,& modo nos docẽt,uera ſe dicere in quoſdam, ut ab eis nos ſepararent ĩn quos non habẽt uera quæ dñt. Hoc.n.eis dicit orbis terrarum, quod quidẽ ſermone breuiſſimũ eſt,ſed robuſtiſſimum ueritate. Aphri nempe inter ſe epĩ confligebant. Si finire inter ſe obortam diſſenſionẽ nõ poterant, ut ſiue per concordiã cõpoſitis, ſiue degradatis qui male contenderẽt,hi qui bonam cauſam habebant in cõione orbis terrarũ per unitatis uinculum permanerẽt,reſtabat utiq; ut epĩ trãſmarini, qua pars maxima diffundebatur eccleſiæ catholicæ, de Aphrorum collegarũ diſſenſionibus iudicarent, illis uidelicet inſtantibus qui crimẽ malæ ordinationis alijs obiiciebant. Hoc ſi factũ non eſt,culpa eorum eſt a quib. fieri debuit, non orbis terrarũ,qui nõ ad ſe perlata neſciuit. Si aũt factum eſt,quid peccauerunt eccleſiaſtici iudices,qui crimina ẽt ſi uera & ad ſe delata, ſibi tñ nõ probata,damnare nullo modo debebãt? Nunquid eos mali polluere poterant, qui eis manifeſtari nõ poterant? Si ãt manifeſtati ſunt eis, & aliqua uel ſegnitia,uel cohibentia tales à cõione remouere noluerunt,& peruerſo iudicio pro eis ẽt dixerũt ſñĩas, quid peccauit orbis terrarũ,qui cauſam illã malos iudices habuiſſe neſciuit,& eos male iudicaſſe non creditis de quib.iudicare nõ potui? Sicut.n. reorum ſcelus ſi iudices latuit, nõ eos utiq; cõtaminauit,ſic & iudicum ſcelus ſi aliquid fuit, quia orbẽ terrarum latuit, eũ profecto contaminare non potuit. His igit̃ innocentibus innocenter cõicabimus, hodieq; neſciẽtes quæ tunc acta ſint. Quapp ẽt ſi uera eſſe quæ in quoſdã dñt hodie didicerimus, nulla cauſa eſt cur ab innocẽtibus qui hæc neſciunt recedamus, & tranſeamus ad eos, qui ꝑꝑea crimine ſchiſmatis oẽs implicati ſunt, quia id fecerunt quod nos facere ſuadẽt,ut non exẽplo Apoſtolorum toleremus malos ſed exẽplo hæreticorũ deſeramus bonos. Sed faciamus orbẽ terrarũ qđ fieri non põt, hodie nobiſcum ad liquidum poſſe cognoſcere uera eſſe quorũdam ſcelera, quos iſti criminantur, nunquid ex hoc innocentior fieri poterit q̃ erat antequam noſſet? Sicut.n.eos maculare non poterant incogniti mali, ẽt ſi adhuc in hac uita eſſent, ita quis iam ex hac uita emigrarunt, ẽt cogniti ma-

culare

culare non pñt. Si ergo talis eſt cauſa noſtra in uerbis noſtris de quorũdam criminibus, quæ alternis nobis obiicimus, ut tã inuicta ſit, ẽt ſi falſa eſſe q̃ in quoſdã illorum dicimus, & uera eſſe q̃ in quoſdã noſtrum dñt, hodie cognoſcamus, q̃d habẽt qđ rñdeant? Siue illa potius uera ſint quæ nos dicimus & falſa quæ dicunt, ſiue utraq; falſa ſint, ſiue utraq; uera ſint, qñquidẽ & ipſi uincuntur

L ibi, ꝙ ſolũ uotis oĩb. ſibi ut credat̃ exoptãt.

Cap. 3. Sed ut dicere cęperã, non audiamus hæc dico, hęc dicis, ſed audiamus. Hęc dicit dñs, Sunt certe libri dñici, quorum authoritati utriq; cõſentimus, utriq; credimus, utrique ſeruimus. Ibi q̃ramus eccleſiã, ibi diſcutiamus cauſam noſtrã. Hic forte dicturi ſunt. Quid q̃ris in libris quos ignibus tradidiſti? Ad hoc rñdeo, Quid times ne legant̃ libri, ſi eos ab ignibus cuſtodiſti? Eos certe ille tradidiſſe credat̃, qui eis lectis non conſentire conuincit̃. Aut ſi forte iſti libri ita deſignant traditorẽ ſuũ, ſicut deſignauit dñs Iudã, legãt in eis noĩatim & expreſſe uel Cęcilianũ vel ordinatores eius, eorundẽ librorũ futuros fuiſſe traditores, & ſi nõ eos anathematizauero, ipſe cum eis iudicer tradidiſſe, Sed neq; non in eis libris inuenimus Maiorini ordinatores deſignatos eſſe traditores, q̃uis hæc aliũde recitemus. Auferant̃ ergo illa de medio, q̃ aduerſus nos inuicẽ, non ex diuinis canonicis libris, ſed aliunde recitamus. Quod ſi nolint ut auferant̃, uideant, q̃a & ſi utraque uera ſunt, nulla fuit cã ſeparationis illorum ut eos fugerent quos habebant: & ſi utraq; falſa ſunt, nulla fuit cã ſeparationis illorũ ut eos fugerẽt, quos in nullo crimine

M reperiebant. Et ſi noſtra uera, illorũ aũt falſa ſunt, nulla fuit cã ſeparationis illorum, quia potius ſe corrigere, atq; in unitate permanere debebant. Et ſi noſtra falſa ſunt, & illorũ uera ſunt, nulla fuit cã ſeparationis illorum, q̃a innocẽtem orbẽ terrarum cui hæc demonſtrare vel noluerunt vel nõ potuerunt, deſerere non debebãt. Quærat fortaſſe aliquis, & dicat mihi, Cur ergo iſta uis auferri de medio, qñ cõĩo tua, ẽt ſi proferant̃, inuicta eſt? Quia nolo humanis documentis, ſed diuinis oraculis ſanctã eccleſiam demonſtrari. Si.n. ſanctæ ſcripturæ in Aphrica ſola deſignauerũt eccleſiã & in paucis Romæ Rupitanis uel Montẽſibus, & in domo vel p̃rimonio unius Hiſpanæ mulieris, q̃cq̃d de chartis alijs aliq̃d proferat̃ non tenẽt eccleſiã niſi Donatiſtæ. Si in paucis Mauris prouincię Cęſariẽſis eã ſancta ſcriptura determinat, ad Rogatiſtas tranſeundũ eſt. Si in paucis Tripolitanis & Byzacenis & prouincialibus, Maximinianiſtæ ad eã peruenerũt. Si in ſolis oriẽtalibus, inter Arrianos & Macedonianos & Eunomianos, & ſi qui illic alij ſunt, requirẽda eſt. Quis aũt poſſit ſingulas quaſi hæreſes enumerare gẽtium ſingularũ? Si aũt Chriſti eccleſia canonicarũ ſcripturarũ diuinis & certiſſimis teſtimoniis in oĩbus gẽtibus deſignata eſt, quicquid attulerint & undecunq; recitauerint, qui dñt, Ecce hic Xp̃s, ecce illic audiamus potius, ſi oues eius ſumus, uocẽ paſtoris noſtri dicẽtis, Nolite credere. Illæ quippe ſingulæ in multis gẽtibus, ubi iſta eſt, non inueniunt̃, hęc aũt q̃ ubiq; eſt, ẽt ubi illæ ſunt inuenit̃: Ergo in ſcripturis ſanctis canonicis eã requiramus.

Totus Xp̃s caput & corpus eſt. Caput vnigenitus Dei filius, & corpus eius eccleſia, ſpõſus & ſpõſa, duo in carne vna. Quicunq; de ipſo capite ab ſcripturis ſãctis diſſentiũt, ẽt ſi in oĩbus locis inueniant̃ in quib. eccleſia deſignata eſt, nõ ſunt in eccleſia. Et rurſus quicunq; de ipſo capite ſcripturis ſanctis conſentiunt, & unitati eccleſiæ nõ cõicant, non ſunt in eccleſia, q̃a de Chriſti corpore, qđ eſt eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt. Verbi gr̃a. Qui nõ credunt Chriſtum in carne uenisse de uirgine Maria ex ſemine Dauid, quod apertiſſime ſcriptura dei loquitur, aut non in corpore ipſo reſurrexiſſe in quo crucifixus & ſepultus eſt, etiam ſi per oẽs terras inueniant̃ per quas eſt eccleſia, non utiq, ſunt in eccleſia, q̃a ipſum caput eccleſiæ non tenẽt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Nec in aliqua diuinarũ ſcripturarũ obſcuritate fallunt̃, ſed nouiſſimis & apertiſſimis earum teſtimoniis contradicunt. Item quicunq; credunt quidẽ ꝙ Chriſtus Ieſus, ita ut dictũ eſt, in carne uenerit, & in eadem carne in qua natus & paſſus eſt reſurrexit, & ipſe ſit filius Dei, Deus apud deum & cum patre unum: & incommutabile uerbum patris, per quod facta ſunt oĩa, ſed tamen ab eius corpore, quod eſt eccleſia,

ſia,ita diſſentiunt,vt eorũ cõio non ſit cũ to
to quacunq; diffundit̃,ſed in aliqua parte ſe
parata inueniat̃,manifeſtũ eſt eos non eſſe ĩ
catholica eccleſia.Quapꝑ qa cũ Donatiſtis
q̃ſtio nobis eſt,nõ de capite,ſed de corpore,
id eſt,non de ipſo Saluatore Ieſu Chr̃o, ſed
de eius eccleſia,ipſum caput de quo cõſenti
mus,oſtendat nobis corpus ſuũ, de quo diſ-
ſentimus,vt ꝑ eius verba iam diſſentire deſi
namus.Ille eſt aũt unigenitus filius & ver-
bũ dei,& iõ nec Prophetæ ſancti uera loqui
potuiſſent,niſi ab ipſa ueritate,qđ eſt verbũ
dei manifeſtaretur eis ꝙ dicerent,& iuberet̃
vt dicerent.Proinde priorib. tꝑibus ꝑ Pro-
C phetas ſonuit uerbũ Dei.Deinde ꝑ ſeipſum
cũ verbũ caro factum eſt, & habitauit in no
bis:Deinde ꝑ Apoſtolos quos miſit ad ſe p̃-
dicandũ,vt eſſet ſalus uſq; ad fines terrę. In
his igitur omnibus quærenda eſt eccleſia.

Sed qm̃ multa in alios, uel ob aliud dicta
in quos uolunt,& ad quos uolunt maledici
plerunq; conuertunt,multa ẽt ꝑꝑ exercen-
das rõnales mentes figurare atq; obſcure po
ſita ꝑ ænigmatis imagines vel ambiguitatis
ancipitẽ ſenſum,fallaci aliqñ interpretatio-
ni conſonare & conuenire creduntur, hoc
ẽt p̃dito atq; ꝓpono vt quæq; apta manife-
ſta diligamus.Quę ſi in ſanctis ſcripturis nõ
inuenirent̃,nullo modo eſſet unde aperiren
tur clauſa & illuſtrarẽtur obſcura. Verbi.n.
gratia,Videte q̃ facile ſit uel nobis in eos di
cere,uel illis in nos qđ ait dñs Phariſæis,Si-
miles eſtis monumẽtis dealbatis,q̃ a foris ap
parent hominib. ſpecioſa, intus vero plena
ſunt oſſibus mortuorũ & omni ſpurcitia,ſic
& vos a foris quidẽ apparetis hominib. iu-
ſti,intus aũt pleni eſtis hypocriſi & iniqta-
te. Hæc ſiue in illos a nobis, ſiue ab eis in
nos dicant̃,niſi prius ꝓbetur manifeſtiſſimis
documẽtis q ſint, qui cũ ſint iniuſti, iuſtos
ſeipſos confingant,conuiciante magis leui-
tate quã conuincente veritate diei,quis me-
diocriter ſanus ignoret?Aliter qppe illa dñs
in Phariſæos dicebat tanquã dñs, id eſt, co-
gnitor cordis & humanorũ omniũ ſecreto-
rum & teſtis & iudex: Nos autem prius de-
bemus inuenire & oſtendere quid argua-
mus, ne ipſi potius grauiſſimo crimine in-
ſanæ temeritatis arguamur. Sane,ſi ante do-
cuerint nos tales eſſe, nequaquam recuſare
debem⁹ talibus ſanctarũ ſcripturarũ uerbis
nos reprehendi atq; contundi.Ita ſi nos eos
tales eſſe docuerimus,erit ſimiliter in pote-
ſtate nr̃a, qbus dñicis increpationibus iam
demonſtratos conuictosq; feriamus. Sic &
illa interim ſeponẽda ſunt,q̃ obſcure ſũt po
ſita & figurarũ uelaminib. inuoluta, & ſm̃
nos,& ſm̃ illos poſſunt interpretari.Et qui-
dẽ acutorũ hominũ diiudicare atq; diſcerne
re,qs ea probabilius interpretetur, ſed nolu
mus in has ingeniorũ cõtentiones in ea cã,
quam populus tenet, noſtram diſputationẽ
committere. Nulli noſtrũ dubiũ eſt ꝑ arcã
Noe ſalua rerũ geſtarũ fide,vt deletis pecca-
torib.domus iuſti a diluuio liberaretur,ẽt ec
cleſiã fuiſſe figuratam.Quę forte humani in E
genij coniectura videretur, niſi hoc Petrus
Apoſtolus in epiſtola ſua diceret.Sed qđ ille
ibi non dixit,ſi qs noſtrũ dicat,propterea cũ
cta animaliũ genera ibi fuiſſe, quia in omni
bus gentibus futura p̃nunciabatur eccleſia,
fortaſſe Donatiſtis aliud uideatur, & aliter
hoc interpretari velint. Similiter & ipſi ali-
qd obſcure & ambigue poſitũ, ſi ꝓ ſua ſen-
tentia interpretentur, ſi nobis pateat aliud
inde dicere ꝙ ꝓ nobis ſonat,quis erit finis?
Nã quidã eorũ Ep̃os cũ hic apud Hipponẽ
ſicut audiuimus,ſermonẽ in populo faceret
dixit eandẽ arcam Noe ideo bituminatã in-
trinſecus,ne aquam emitteret ſuam, iõ etiã
extrinſecus,ne admitteret alienam. Ad hoc
vtique ualere uoluit hanc interpretationem
ne baptiſmus uel extra eccleſiã poſſe exire
credatur, vel qui extra datus fuerit,accepte-
tur.Viſus eſt aliquid dicere & acclamatũ eſt
ab eis qui libenter audiebant,nec diligenter
de his quæ audierant cogitabant,vt quod e-
rat facile,aduerterent fieri non poſſe, vt ex-
trinſecus admittat aquam compago ligno-
rum, ſi non emittit intrinſecus: Si autem F
ab ea parte, quæ intus eſt, emittit, conſe-
quens eſſet ut ab ea etiam quæ eſt foris ad-
mittat. Sed & ſi hoc de compacto ligno ve
rum eſſet quod ille dixit, quis me prohi-
beret de arca ex utraque parte bitumia-
ta, ſi poſſem aliquid aliud dicere, ut incer-
tum eſſet, quid horum, vel quid fortaſſe
aliud tertium res illa ſignificaret? Ne-
que enim abſurde dicitur, aut non etiam
multo probabilius per bitumen, quia uio-

lentum

lentum,gluten & res feruentissima est, significatã esse charitatem: Vnde.n.dicitur in Psalmo, Agglutinata est anima mea post te, nisi flagrantissima charitate?Quę,qm̃ pręceptum est,ut sit nobis inuicem & in oẽs,ideo & intus & foris arca bituminata. Aut certe quia sciptũ est, Charitas omnia tolerat, uis ipsa tolerantiæ tenax unitatis ꝑ bitumen significata est,quo ideo intus & foris arca illita est,quia intus & foris mali tolerãdi sunt, ne pacis compago soluatur.In hac ergo disputatione nostra parcamus talibꝰ interpretationibus,& apertum aliquid quo manifestetur ecclesia requiramus.Nempe scriptũ ẽ in libro Iudicum, Et dixit Gedeon ad dominum,Qm̃ tu saluũ facies Israel in manu mea,quemadmodum locutus es, Ecce ego pono uellus lanę in area, & si factus fuerit ros in uellere,in oẽm uero terrã siccitas,sciã qm̃ saluũ facis in manu mea Israel sicut locutus es.Et factũ est sic. Et diluculo uigilauit Gedeon in crastinũ, & expressit vellus: Et decurrit ros de uellereplena peluis aquę. Et dixit Gedeõ ad dñm,Non irascatur furor tuus in me dñe,& loquar adhuc semel,& tẽtabo adhuc semel in uellere. Fiat siccitas in vellere tñ,in oẽm autem terrã fiat ros.Et fecit deus sic in nocte illa,& facta est siccitas in vellere tantũ super oẽm aũt terrã ros.Nõ video quid hic aliud figuratum & ꝓnũciatũ sit,nisi ut aream intelligamus orbẽ terrarũ, locũ aũt velleris populũ Israel.Nouimus.n. illam quondã gentẽ diuini sacramẽti gratia tanquam cęlesti rore ꝑfusam,cuius muneris ꝑ oẽs in circuitu gentes,qa eo carebant, tanq̃ siccitas erat. Erat aũt apud illũ populũ hoc munus in vellere,id est, in velamine & quasi in nube secreti,quia nondũ fuerat reuelatũ: Nunc aũt videmus orbẽ terrarũ iã reuelato rore saginari ꝑ Euãgelium dñi nostri Iesu Christi,quod tunc in illo tegmine figurabatur: Illã vero gentẽ amisso sacerdotio qđ habebat quia in scripturis non intelligit Christum,tanq̃ in sicco vellere remansisse.Nec tñ in talibus rerũ figuris, quanuis non videam quid hic aliud possit intelligi, nolo q̃ramus ecclesiam.Prorsus quæ alicuiꝰ vel talis interpretationis indigent, interim seponamus,non quia falsa sint,quę hoc modo de talibus tanquam inuolucris interpretando soluuntur,sed quia vel interpretẽ q̃runt,nolo in eis nostra ingenia cõparentur, sed apta veritas clamet & luceat,in obturatas aures irrũpat,dissimulãtiũ oculos feriat. Nemo in eis latebris q̃rat falsæ suæ sentẽtiæ locũ,oẽm conatum contradicendi confundat,omnem fontem impudentis elidat.

Psal.62. 1.Co.13. Iudic.6. G H

O Donatistæ Genesim legite, Per meme ipsũ iuraui dicit dñs,Propter ꝙ fecisti verbũ hoc,& nõ pepcisti filio tuo amantissimo ꝑꝑ me,nisi benedicens benedicã te, & implendo implebo semen tuũ tanq̃ stellas cœli,& tanq̃ arenã q̃ secus orã maris est,& hęreditate possidebit semen tuũ ciuitates aduersariorũ tuorũ, & benedicent in semine tuo oẽs gentes terrę,qaobaudisti vocẽ meã, Quid ad hæc dicitis? An Iudæorũ nobiscũ ꝑuersitate contenditis, vt dicatis in solo populo nato ex carne Abrahæ intelligendũ semẽ Abrahæ?Sed Iudæi Paulũ Apostolũ non legunt in synagogis suis, quẽ vos legitis in conuenticulis vestris. Quid ergo dicat Apostolus,audiamus.Quęrimus.n.iã quẽadmodum intelligẽdũ sit semen Abrahæ, Fratres, inquit,ẽm hominẽ dico,tamen hominis cõfirmatũ testamentum nemo irritũ facit, aut superordinat.Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius,Non dicit,& seminibus, quasi in multis.sed tanquam in vno,& semini tuo quod est Christus. Ecce in quo semine benedicentur oẽs gentes. Ecce testamentum dei,aperite aures: Hominis,inquit,confirmatum testamẽtum nemo irritum facit, aut superordinat.Quare vos irritum facitis testamentum dei, dicendo nec in omnibus gentibus esse completum,& periisse iam de gentibus in quibus erat semen Abrahæ? Quare superordinatis dicendo, in nullis terris hæredem permanere Christum, nisi vbi potuerit cohæredem habere Donatum?Nõ inuidemus alicui: Legite nobis hoc de lege, de Prophetis,de Psalmis, de ipso Euangelio,de Apostolicis literis: Legite & credimus, sicut nos vobis legimus & de Genesi & de Apostolo, Quia in semine Abrahæ ꝙ est Christus benedicuntur omnes gentes. Audite hoc idem testamentum ad Isaac ẽt filiũ Abrahę,Facta est aũt fames super terrã, præter famem quæ ante facta est in tempore Abrahæ. Abiit autem Isaac ad Abimelech re-

C Gen. Gal. I K Gen. Gala Gen.

lechre-

lech regẽ Palæſtinorum in Gerara, & apparuit ei dñs & dixit, Noli deſcẽdere in Aegyptum, habita aũt in terra quã tibi dixero, & habita in terra hac, & ero tecũ & benedicã te: Tibi.n.& ſemini tuo dabo oẽm terrã hãc: Eſt ſtatuã iuſiurandum tecum quod iuraui Abraham patri tuo, & ampliabo ſemen tuũ tanq̃ ſtellas cœli & dabo tibi, & ſemini tuo oẽm terram hanc, & benedicent in ſemine tuo oẽs gentes terræ, pro his quæ ob audiuit Abraham pr̃ tuus uocem meam, & ſeruauit præcepta mea, & iuſtitias meas, & legitima mea. Rñdete ad iſta. Semen quippe Abrahã, hoc idem ſemen eſt & Iſaac, quod eſt Chriſtus. Qũo.n.uenerit Chriſtus ex tribu Iuda in carne per uirginem, quis quoquo modo Chriſtianus ignorat? Audite hoc idẽ teſtĩm ad Iacob. Exijt Iacob a puteo iurationis, & profectus eſt in Charam, & deuenit in locum, & dormiuit in loco illo, qm̃ ſolis occaſus erat, Et ſumpſit lapidẽ ex lapidibus loci, & poſuit ad caput ſuum, & dormiuit in loco illo, & uiſum uidit: Et ecce ſcala ſtabilita ſuper terrã, cuius caput pertingebat ad cœlũ, & angeli dei aſcẽdebant & deſcẽdebant per illã, & dñs iucumbebat ſuper illã & dixit, Ego ſum dñs deus Abraham pr̃is tui, & deus Iſaac: Noli timere, terrã in qua dormis ſuper eã, tibi dabo & ſemini tuo: Et erit ſemẽ tuũ ſicut arena terræ, & multiplicabitur ſupra mare, & in Aphricũ & in Aquilonem & ad Oriẽtem: Et benedicent in te oẽs tribus terræ, & in ſemine tuo. Et ecce ego ſum tecũ cuſtodiẽs te in oĩ uia quacunq; ibis, & reducam te in terrã hanc, quia non te derelinquã donec faciam oĩa q̃ tecũ locutus ſum. Ecce cui promiſſioni reſiſtitis, ecce q̃ firmũ teſtĩm irritum facitis, Dicit deus, Non te derelinquam donec faciam oĩa quæ tecum locutus ſum: & uos cõtradicitis dicẽtes, ut uobis potius credamus quicquid criminis obiicitis ignoto & ignaro orbi terrarũ, deo aũt dicẽti, non relinquã donec faciã, nõ credamus. Legite nobis de ſcripturis canonicis eos tradidiſſe diuinos codices quos noĩatim accuſatis. Legite tã aperta q̃ ſunt iſta q̃ uobis de Geneſi legimus. Non a uobis q̃rimus quid lapis ille ſignificet, quẽ Iacob ſibi ad caput poſuit cũ dormiret, quid ſcala ſtabilita ſuper terrã, cuius caput ptingebat ad cęlũ, quid angeli dei deſcẽdentes & aſcẽdẽtes per illã: Requirãt iſta prudẽtiores atq; doctiores, & in populo pacato eloquant̃, ubi non obſtrepat improba cõtradictio, de obſcuritate ſacri & ęnigmatæ lectionis armãs impudentiã ſuã, Nõ deſunt corda fideliũ, q̃ cõmemorat dñs ex euãgelio, ubi ait cũ uidiſſet Iſraelitã in quo dolus nõ erat, quia Iacob q̃ has uidit ſcalas, ipſe dictus eſt Iſrael. Non deſunt ergo quos inde cõmemoret dñs, ibi quippe ait, Videbitis cœlũ apertum, & angelos dei aſcẽdentes & deſcẽdentes ſuper filiũ hoĩs.i. ſuper ſemẽ Abrahã, in quo benedicunt̃ oẽs gẽtes. Sed hoc non inculco recuſantib. Ecce qđ audite, Erit ſemen tuũ ſicut arena terræ, & multiplicabit̃ ſupra mare, & in Aphricũ, & in Aquilonẽ, & in Orientẽ: Et benedicentur in te oẽs tribus terræ, & in ſemine tuo. Date mihi hanc eccleſiã ſi apud uos eſt, oñdite uos cõicare oĩbus gentibus, quas iam uidemus in hoc ſemine bęnedici. Date hãc, aut furore depoſito accipite, non a me, ſed ab illo ipſo in quo benedicẽtur oẽs gentes. Hæc de primo libro legis cõmemoraſſe ſuffecerit: Plura innoteſcent ſine impia contentione & cum pia dilectione legentibus.

[Margin: Ioan. 1. Gen. 31. Ioan. 1.]

Quid in Prophetis, q̃ multa & q̃ manifeſta ſunt teſtimonia eccleſiæ per oẽs gẽtes toto orbe terrarum diffuſæ, unde pauca cõmemorabo, plura relinquẽs ocio diligentiæ cũ dei timore legentibus. Accipiamus per os Eſaiæ ſancti diuina rñſa, & eius ora tanq̃ dei oracula ſuſcitemur. Sileãt humanarum contentionũ aĩoſa & pernicioſa certamina, inclinemus aurẽ uerbo dei. Dicat Eſaias ubi eccleſiam ſanctã deo reuelãte pręuiderit, ut in uerbis futura dicẽtis iam nunc præſentia uideamus, Repleta eſt, inq̃t, uniuerſa terra ut cognoſcat dñum, ut aqua multa operiat mare. Et erit in illa die radix Ieſſe, & qui exurget principiũ hr̃e in nationes, & in eũ gẽtes ſperabunt. Radicẽ Ieſſe Xp̃m eſſe ex ſemine Dauid ſm̃ carnẽ natũ, nullus quoquo modo chriſtianus ignorat, Et ſi contẽtioſus eſt, cũ Apoſtolo concẽdat, q̃ hoc teſtimonio in literis ſuis utit̃. Itẽ dicit, Germinabit & floreſcet Iſrael, & replebit̃ orbis terrarũ fructu eius. Iſrael nempe fuit filius Iſaac, nepos Abraham, cui promiſſum eſt q̃ in ſemine eius benedicentur oẽs gentes: quod ſemen

[Margin: *Ex prophetis. cap. 7.* *Eſai. 11.* *Rom. 1. & 15.* *Eſai. 27.* *Gen. 22.*]

Chri-

Christum interpretatr̃ Apostolus. Venit aũt Christus ex semine Abraham per Isaac & per Israel, & deinceps, sicut generationes ad ortũ Christi pertinẽtes euangelista cõtexit. Qui ergo vult contra disputare, contradicat euangelio, negent ex semine Israel uenisse Xp̃m, ut possit negare qđ Esaias dicit, Germinabit & florescet Israel, & replebit̃ orbis terrarum fructu eius. Item dicit, Ego deus primus: & in his quæ aduenient ego sum. Viderunt gẽtes, & timuerunt fines terræ. Hoc est quod alibi dicit scriptura, Primus & nouissimus, ut sit α & ω, q̃ sunt literæ in signo Christi oĩbus notæ. Pro eo.n. ꝙ ibi est nouissimus hic positum est: & in his q̃ aduenient ego sum. Huic ergo manifestationi contradicunt qui nolunt credere, immo qui nolũt iam uidere compleri quod sequit̃, Viderũt gentes, & timuerunt fines terræ. Itẽ paulópost, Iacob puer meus suscipiã illum, Israel electus suscepit eum aĩa mea. Dedi spiritũ meum in illum, iudicium gentib. proferret: non clamabit neq; cessabit, neq; audiet̃ foris uox eius. Arundinẽ quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, sed cum ueritate proferet iudiciũ. Refulgebit & non confundet̃, donec ponat in terra iudiciũ. Et in noĩe eius gentes sperabunt. Hoc testimoniũ de Christo intelligendum, & in euangelio positum est, Qui audet contradicat, qui aũt non audet, speret in eum cũ gentibus, & ab unitate gẽtium in eum sperantium nõ recedat, aut si recesserat, redeat ne pereat. Item dicit Esaias, Et nũc sic dicit dñs, Qui finxit me in utero seruum sibi, ut congregẽ Iacob & Israel ad eum, appropinquabo illũ, & honorabor corã dño, & deus meus erit mihi uirtus, & dixit mihi, Maxime tibi erit hoc, uocari te puerũ meũ, ut cõstituas tribus Iacob, & prolẽ Israel conuertas. Et posui te in testm̃ generis in lucẽ gentium, ut sis salus usq; ad fines terræ. Et paulopost, Sic dicit, inquit, dñs Israel, T p̱e apertissimo exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Certe ista uerba cũ cõmemorasset Apost. Paulus, non nisi in Christianis oñdit impleri. Connexuit.n. dicẽs, Ecce nunc tp̃s acceptabile, ecce nũc dies salutis. Audiamus ergo q̇d Esaias adiungat, Et dedi te, inquit, in testm̃ gentium, ut incolas terrã, & possideas hęreditatẽ deserti. Et interpositis deinde cõnectit & dicit, Ecce isti a longinquo uenient: hi aũt ab Aquilone & mari, alij aũt ex terra Persarũ. Exulta cęlũ, & in lætitia esto terra, emittant mõtes iucunditatem, qm̃ misertus est deus populi sui, & humiles populi sui allocutus est. Dixit autẽ Sion, Dereliquit me dñs, & deus oblitus est mei. Nunq̇d capiet obliuio mulierẽ filii sui, uel põt fieri ut non misereatur fętus uteri sui? Nunq̇d ecce & si illã obliuio habebit: me tñ tui nullo modo obliuio capiet, dicit dñs. Ecce super manus meas descripsi tuos muros, in cõspectu etiã meo es in perpetuũ, & in breui ædificaberis ab his a quib. euersa es. Cũ igit̃ per Apostolicam uocẽ non sinamur hoc de populo Iudæorũ, sed de Christianorũ intelligere, quid intellecturi sumus in eo qđ hoc loco ait Esaias, Et breui ædificaberis ab his a quib. euersa es, nisi reges terræ qui primo p̱sequebantur ecclesiam, post adiuturos eam tãto ante prædictũ? Sed quia multi eorũ in suis iniquitatibus morituri erãt, adiũgit & dicit, Et qui desolauerunt te, discedent a te. Deinde quia oẽs gentes adiungerent̃ ecclesiæ, sequitur & dicit: Circunspice ubiq; oculis tuis & uide vniuersos, Viuo ego dicit dñs, oẽs hos indues te, & dispones eos vt ornamẽtum nouæ nuptæ, qm̃ quæ deserta fuerunt in te, & corrupta & delapsa, nũc in maxima arctura erũt per eos qui commemorant̃. Isti elonge a te efficiant̃, qui te trãsuorabant. Dicent.n. in aures tuas filij tui quos amiseras, Angustia nobis est in isto loco, facito itaq; nobis ẽt nũc locũ in quo cõmoremur. Tu uero dices in corde tuo, Quis generauit mihi istos, cũ sciam esse me sine filijs & uiduã? Quis ergo istos educauit mihi? Ego.n. derelicta fui sola, hi aũt mihi ubi erãt? Sic dicit dñs. Ecce tollam in nationes manus meas, & in insulas signũ meũ, & adducam filios tuos in sinũ, filias ẽt tuas super humeros portabunt, & erunt reges educatores uestri, q̃ aũt principales sunt nutrices uestræ, super terram declinantes faciem deprecabunt̃ te, & uestigia pedũ tuorũ elingẽt, & scias qm̃ ego dñs, nec erubesces. Et paulopost adiũgit & dicit, Audite me, audite populus meus, reges quoque intẽdite mihi, qm̃ lex a me prodiet, & iudiciũ meũ in lucẽ gẽtibus. Appropinquat

Matt. 1. Esai. 27. Esai. 41. Apo. 22. C Esai. 42. Mat. 12. Esai. 49. Esai. 49. D 1. Co. 6. E F

matu-

mature iustitia mea,& salutare meũ proficiscetur,& in brachio meo gẽtes saluãtur. De hoc aũt brachio scripturas apostolicas cõsullamus. Qñ.n. Apostolus Paulus de Iudæorũ infidelitate eiusdẽ Prophetæ testimoniũ posuisset, q eis Christus nõ fuisset reuelatus, hoc posuit. Quis credidit auditui nostro? & brachiũ dñi cui reuelatũ est? Deinde in cõsequentib. adiungit Esaias & dicit, Erũpat lętitia simul deserta Hierusalem, qm̃ misertus ẽ eius,& eruit Hierusalẽ,& patefaciet dñs brachium suum sanctũ in conspectu uniuersarũ gentiũ,& uidebunt oẽs nationes usq; ad vltima terræ salutem q̃ a Deo est. Quis tam surdus, quis tã demens, qui tam mente cęc⁹ vt his tam euidentibus testimoniis obloquatur, nisi q nescit q̃d loquatur? Sed ad manifestiora veniamus. Certe sanctissimas nuptias in scripturis nouimus, spõsum & sponsam, Christũ & ecclesiam. Vtrunque descripsit Esaias, ne forte in eorũ aliquo erremus, qđ cui acciderit, utrunq; amittit. Quia de hoc coniugio in sacramẽto dictũ est, sicut testat Apostolus, Erunt duo in carne vna. Sicut ergo prior ipse describitur post multa, quę de illo ita dicit Esaias, vt & ipsi obmutescãt Iudæi, Ne longũ sit omnia memorare, hoc paululum aduertite, Et peccata, inq̃t, eorum ipse portabit, ideo hæreditate possidebit multos, fortiũ partietur spolia, propter quos tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos deputatus est,& ipse peccata multorũ sustinuit,& propter iniquitates nostras traditus est. Hæc de dño nostro Iesu Christo tanto ante prædicta & prophetata fatemur. Hic ergo spõsus vt quid traditus est ad mortem? vt quid inter iniquos deputatus est tanta humilitate celsitudinis suæ? Quid egit? Quid acquisiuit? Quis ita surdus est vt hæc non audiat? Quis ita obtusus ut non intelligat? Quis ita cæcus vt non videat? Ideo, inquit, ipse hæreditate possidebit multos, & fortium partietur spolia, propter quos tradita ẽ in mortem anima eius,& inter iniquos deputatus est. Quid est heretici quod de paucitate gloriamini, si propterea dñs noster Iesus Christus traditus est ad mortem ut hęreditate multos possideret? Et qui sint hi multi, vel quam late occupent terrã, quæ sequũtur audiamus, Prænũciato sponso & expresso, procedat & sponsa. In uerbis Esaię legamus eã, in ueritate paginarũ sanctarũ, & agnoscamus in orbe terrarũ. Hoc testimoniũ de sancta ecclesia p̃dictũ etiã Paulus Apostolos posuit. Non est quò fugiat contentiosa tergiuersatio hæreticorũ. Lętare, inquit, sterilis q̃ nõ paris, erũpe & exclama, qm̃ multi filij desertę magis q̃ eius q̃ hẽt uirũ. Vbi est, inquam, quod de paucitate gloriamini? Nõne isti sunt multi de quibus pauloante dictũ est, Ideo ipse hæreditate possidebit multos? Nam q̃ est hęreditas eius, nisi ecclesia eius? Multi, inquit, filij desertæ magis, q̃ eius quæ habet uirũ, Synagogã scilicet Iudæorũ uolens intelligi uirum habentẽ, qm̃ acceperat legem. Hinc iã põt diiudicari quod dicim⁹. Cõparent isti multitudinem suã in Aphrica cõstitutã, cum multitudine Iudæorũ p̃ oẽs terras quãcunque dispersi sunt, & uideãt q̃ sint in illorum cõparatione paucissimi. Quo ergo de se dictum assignabũt, Multi filij desertę magis q̃ eius quæ habet uirũ? Rursus comparent multitudinem Christianorũ per omnes gentes quibus non cõmunicãt, & videant q̃ pauci sint in comparatione oẽs Iudæi, & tandẽ aliqñ intelligãt in ecclesia catholica toto orbe diffusa istã p̃phetiam esse completam. Multi filij desertę magis quam eius quę habet uirum. Sed cui habenti uirũ hęc deserta prelata fuerit in multitudine filiorum, sit obscurum, sit in ænigmate. Hanc tamen esse ecclesiam Christi, de qua dictum est, Multi filij desertæ, quisquis contradicit non mihi, sed Apostolo contradicit. Vnde autem multos filios esset habitura, consequẽter adiungit & ait, Dixit enim dominus, Dilata locum tabernaculi tui & aularum tuarum fige, noli parcere, longos fac funiculos tuos,& clauos tuos confirma. Adhuc in dextram & sinistram extende,& semẽ tuũ gentes posidebit,& ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam præualebis, neque verearis quòd detestabilis fueris. Confusionem æternam obliuisceris, ignominiæ uiduitatis tuę non eris memor, quoniam ego dominus qui facio te, dominus nomen illi,& qui liberauit te, dominus Israel uniuersæ terræ uocabitur. Ecce quousque iussa est extendere funiculos, donec deus eius dominus Israel uniuersæ terræ uocetur.

Ro. 10. Esa. 53. Esa. 52. G Eph. 5. H Esa. 54. I Esa. 54. K

Dę

Esa. 62.

De illa q̄ppe & ei dř alio loco ꝑ eundē Prophetā. Propter Siō non tacebo, & ꝑꝑ Hierusalē nō quiescā, donec ꝓdeat sicut lux iustitia mea, saluatio aūt meā sicut facula ardebit & videbūt oēs gētes iustitiā tuā, & reges honorē tuū, & vocabit te nomine tuo nouo q̄ dñs vocauit illud, & eris corona pulchritudinis in conspectu dñi, & diadema regni in manu dei tui, & iam nō vocaberis derelicta & terra tua non vocabitur deserta, Tu.n. uocaberis voluntas mea, & terra tua orbis terrarū. Quid dici adhuc manifestius exigēdū ē?

L

Ecce ex vno Propheta q̄ multa, q̄ clara: & tñ resistitur & cōtradř, non cuiquā homini, sed spū dei, euidentissimæ veritati. Et tñ ab eis q̄ nomine christiano gloriari volūt, gloriæ Chři ipsius inuidetur, ne ista q̄ tanto ante de illo prænunciata sunt, credant impleri, cū iam non prænunciantur, sed ostendūtur, videntur, tenentur. Iam vero si de omnibus prophetis ecclesiæ signatæ, quam sicut legimus, cernimus, testimonia colligere ī hanc epistolam velim: vereor ne ipse videat iudicare pauca esse, quæ tam multa sunt, vt ex isto solo Esaia si omnia congregare vellem, modum debiti sermonis excederem.

Ex psalterio. Cap. 8.

Iam ergo pauca de Psalmis audiamus, tā to antè cantata, & nūc iā cōpleri cū magno gaudio videamus. Et prius illud ipsum qd̄ Petilianus in epistola sua quo ore posuerit nescio, audiant & iudicēt, Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula a me, & dabo tibi gentes hǣditatē tuam, & possessionem tuā fines terræ. Quis.n. christianus vnquā dubitauit hoc de Chřo esse prædictum, aut hanc hæreditatē aliud q̄ ecclesiā esse intellexit? Et q̄a bonos & malos intra eadē retia sacramētorum erat habitura, Reges eos, inq̄t, in virga ferrea, tanq̄ vas figuli conteres eos. Eadē q̄ppe firma & inflexibili iustitia boni reguntur, mali cōteruntur. Quis tam deuius & absurdus est a diuinis eloq̄is, q̄ non ipsum euangeliū recognoscat, cū cātatur ille Psalmus ubi scriptum est, Foderūt manꝰ meas, & pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea, Ipsi vero considerauerūt & conspexerūt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentū meū miserunt sortem? Qñ ēt cū hoc factū euāgelista narraret huius testimonij memor fuit. Quid autem

Psal. 2.

M

Psal. 21.

huius crucis ꝑcio, quid tantæ celsitudinis tā ta humilitate, quid illo innocentissimo & diuino sanguine cōparatū est, nisi qd̄ illic in consequentibus dř, Cōmemorabūtur & cōuertunt ad dñm vniuersi fines terræ. Et adorabūt in cōspectu eius, vniuersę patriæ gentiū, Qm̄ dñi est regnū, & ipse dñ.abitur gentiū? Nonne Apostolus de p̄dicatorib. noui testamēti dictū exposuit qd̄ scriptū est, In omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū? De quo alio nisi de Chřo intelligitur, Deus deorū dñs locutus est, & vocauit terrā, A solis ortu vsq; ad occasum ex Sion spēs decoris eius? Cuius, nisi Chři vox est, Dormiui conturbatus? Et vnde conturbať, seq̄tur & dicit, Filij hominū dentes eorū arma & sagittæ, & lingua eorū machęra acuta. Quorū nisi eorū q̄ clamauerūt, Crucifige, crucifige? Vt q̄d hoc totū? cui bono? cui lucro? Audi q̄d sequatur, Exaltare sup cęlos deus, & sup oēm terrā gloria tua. Ecce habes Chřm in passione dormisse, & resurrectione sup cęlos ascendisse. Et vnde gloria eius sup oēm terrā, nisi q̄a ecclesia eiꝰ ꝑ oēm terrā? in his duabus sententijs breuissimis, vos hęretici totū qd̄ inter nos agiť interrogo. Exaltare, inquit, sup cœlos deus, & super oēm terrā gloria tua. Cur dñm Chřm exaltatum super cœlos prædicatis, & eius gloriæ super omnem terram non communicatis? Psalmus septuagesimus primus in Salomonem titulatur, Sed quia ita dicta sūt quæ in illum regem temporalem, & postea grauiter peccantem conuenire non possunt etiam contra ipsos Iudæos de Christo esse prædicta inuictissime defendunt. Nullus autem hoc Christianus negat, Talia enim dicta sunt, de quibus dubitari nō possit, quòd ad Chřm pertineat. Ibi enim dicuntur hęc, agnoscatur ecclesia toto orbe diffusa, omnibus etiam regibus Christo subiugatis, Et dominabitur, inquit, a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terræ: A flumine utique vbi eum spiritus sanctus in columbæ specie, & vox de cęlo manifestauit. Deinde sequitur, Coram illo decident Aethiopes, & inimici eius terram lingent, Reges tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducēt, Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes

B

oēs gentes seruient ei. Et paulopost, Et bene dicent in eo oēs tribus terræ, oēs gentes magnificabunt eū, Bñdictus dñs Deus Israel, q̃ fecit mirabilia solus. Et benedictū nomē gloriæ eius in æternū & in seculū seculi. Et replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat. Ite nunc Donatistæ & clamate, non fiat, nō fiat. Vicit vos uerbū dei dicens, fiat fiat. Ecce manifesta est in Psalmis ecclesia toto orbe diffusa, suꝑ q̃ requirescit gloria regis eius. Vñ & ipsa regina est spōsa eius, de qua ei dr̄ in quadragesimo quarto Psalmo, Astitit regina a dextris tuis, in uestitu deaurato circum amicta varietate. Et ad eā ipsam exhortandā cōtinuo diuinus sermo dirigitur, Audi filia, & vide, & inclina aurē tuā, & obliuiscere populū tuū, & domū patris tui, qm̄ cōcupiuit rex spēm tuā, q̄a ipse est Deus tuus. Attendite vnde cœperit alloqui spōsam Christi diuina prophetia, Audi, inq̄t, filia, & vide. Vos āt nec audire vultis hęc p̄dicta, nec videre cōpleta, & tñ & audistis & vidistis inuiti. Audite ergo q̄d paulopost ei dicit, Audite hoc ex pagina diuina quō ꝓnuncietur, & uidere in omni terra quō compleatur. Pro patrib. tuis, inquit, nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super oēm terrā. Quàm multa p̄teream de hac re testimonia scriptusarum, norunt qui legunt, & ego noui, sed onerare epistolam nolo, cui responderi flagito.

Quid ad hęc dicturi sunt, q̃ cōmemoraui ex lege & Prophetis & Psalmis de Chr̄o Ecclesia, q̃ toto orbe diffundit, cui malūt repugnare ꝑuersi, q̃ cōicare correcti? Quid, inquam, dicturi sunt, vtrū hęc falsa esse, an obscura? Sed falsa esse nū audēt dicere, Premūtur. n. mole tantę authoritatis. Hęc ergo cū vera esse fateantur, impleri nō posse cōtendunt, quasi aliud sit ꝓphetiā crimine falsitatis arguere, q̃ dicere, q̃ ꝓnunciauit nō posse cōpleri. Hoc est. n. dicere, non esse ꝓphetiā, sed potius pseudoprophetiā. Et cū q̄sieris ab eis, cur hæc impleri non possint. Rñdent, q̄a homines nolunt, Cum arbitrio quippe, inquiūt, libero hō creatus ē, & si uult ī Chr̄m: si nō uult, nō credit. Si vult ꝑseuerat in eo, q̄ credit; si non uult, non ꝑseuerat: & iō cū cœpisset ꝑ orbē terrarū crescere Ecclesia, noluerūt homines ꝑseuerare, & defecit ex omnibus gentibus Christiana religio, excepta parte Donati. Quasi vero nescierit spūs Dei futuras hominū uoluntates. Quis hoc insanissimus dixerit? Cur ergo nō potius ꝓnunciauit, quod de voluntatib. hominū sciebat futurum? Hoc. n. modo quo isti putāt hæc esse p̄dicta, q̄squis voluerit pōt esse Propheta, vt cū ea q̃ p̄dixerit impleta nō fuerint, rñdeant, homines noluerunt, Libero. n. arbitrio Christiani sunt. Hoc mō poterat aliqs ꝓphetare Chr̄m non in cruce passurū, sed gladio moriturū: vt cū aliter factū esset, rñderet, Quid ergo feci? Homines in libero arbitrio cōstituti noluerunt ei facere qđ ego p̄dixerā, & hoc fecerunt qđ ipsi voluerunt. Iā cui nō occurrat, q̃ multa isto mō poterāt ꝓphetari, vel ēt possunt a q̄buslibet hominibus? Quis. n. dubitauerit, q̄ Iudas Chr̄m si voluisset, non utiq; tradidisset: & Petrus si voluisset, ter dñm nō negasset? Sed iō fuit de istis certa p̄dictio, q̄a & deus ēt futuras ꝑuidet volūtates. Veruntñ quāquā hæc & tardis cordibus pateant, audiamus hinc & ipsi⁹ uerbi uocem ore ꝓpriæ carnis expressam. Certe cum post resurrectionem præberet se ēt contrectandū atq; palpandū manibus dubitantium discipulorum, & cum accepisset coram illis & mādūcasset quod ei protexerant, dixit eis, Isti sunt sermones quos locutus sum ad vos, cū adhuc essem uobiscū, q̄a oportebat adimpleri omnia scripta in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. De quo autē, nisi de illo scripta sunt, q̃ nos quoque cōmemorauimus ex lege & Prophetis & Psalmis, sicut per singula demonstraui? Cum ergo ipse dicat, qui veritas est, Oportebat adimpleri omnia: quomodo isti negāt nisi quia ueritatis inimici sunt? Si autem obscura esse adhuc dicunt, & hinc ipsum caput audiamus uerissimum demōstratorem corporis sui. Cum enim dixisset, quia oportebat adimpleri omnia scripta ī lege & Prophetis & Psalmis de me: tanquam quærere mus utrum in eo quod dixit de me, illic intelligēda esset Ecclesia, propter id quod scriptum est, Erunt duo in carne una, ut non solum de capite, verumetiam de corpore certa diuina oracula teneremus, sequitur Euangelista, & dicit, Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit illis, Quoniam sic scriptum est, & sic opor-

E — *Luc. 24.* — F — *Ioan. 14.* — *Luc. 24.* — *Gene. 2.*

tebat Chrm pati,& resurgere a mortuis tertia die.Hic ipsum caput osidit,qđ ēt se manibus discipulorū pbuit cōtrectandū. Vide quemadmodū de corpore adiungat, qđ est ecclesia, vt nos nec in sponso nec in sponsa errare permittat.Et pdicari,inquit,in nomine eius pœnitentiā & remissionē peccatorū p oēs gentes,incipientibus ab Hierusalem. Quid hac voce veracius, quid diuinius, qd manifestius?Me piget eā cōmendare verbis meis, & hęreticos nō pudet eā oppugnare verbis suis.Dicant ea testimonia q̄ posui de lege & Prophetis & Psalmis obscura esse & figurare dicta,ēt aliter posse intelligi,quanquā & in eis egerim quātū potui,vt nec audeāt dicere.Sed ecce dicāt,Nunqd & obscure dictum,aut ęnigmatis velamēto adūbratū est,qđ ipse Chrs dixit,Quia sic scriptum est,& sic oportebat Chrm pati, & resurgere tertia die,& pdicari in nomine eius pœnitētiā & remissionē peccatorū p oēs gentes.incipientib.ab Hierusalē?Si obscurū est, Dormiui cōturbat⁹:nunqd obscurū est,qa oportebat Chrm pati?Si obscurū est,Exaltare super cęlos deus:nūquid obscurū est,& resurgere tertia die?Si obscurū est, Sup oēm terrā gloria tua:nūquid obscurū est, & pdicari in nomine eius pœnitentiā & remissionem peccatorū p oēs gentes?Si obscurū est,deus deorū dn̄s locutus est,& uocauit terrā, a solis ortu vsq; ad occasum: nunqd obscurū ē, & pdicari in nomine eius pœnitentiā & remisionē peccatorū p oēs gētes? Sic.n.terra vocata est a solis ortu usq; ad occasum,quēmodum ipse ait, Nō veni vocare iustos,sed peccatores in pœnitentiam. Si obscurū est, Ex Sion species decoris eius, nunquid obscurum est incipientibus ab Hierusalem?Ipsa est enim Sion quæ Hierusalē. Sed qd ad me?Dicant ea quæ posui de lege & Prophetis & Psalmis, non pertinere ad hæc verba dn̄i,quę in Euangelio leguntur. Non curo, non resisto.Certe tamen nisi in lege & Prophetis & Psalmis hoc prædictum esset, siue in eis testimonijs quę ipse adhibui, siue in alis,nequaquam dixisset dn̄s,Oportet impleri omnia,quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me: ac deinde aperto eorum sensu vt intelligerent scripturas, doceret ea ipsa q̄ de illo scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis,eo modo vt diceret Qm̄ sic scriptum est,Et sic oportebat Chrm pati & resurgere tertia die,& pdicari in nomine eius pęnitētiā & remissionē peccatorū p oēs gētes,incipientib. ab Hierusalem. Nō potuerim in lege & Prophetis & Psalmis hęc scripta cognoscere, Ibi tn̄ hoc esse scriptū illa dicit q veritas est.Sed & si hęc ibi scripta esse nō diceret pculdubio sufficeret Chrianis q Chrs ipse dixisset,oportere pdicari in nomine suo pęnitentiā & remissionē peccatorū p oēs gentes,incipientibus ab Ierusalem. Sed dubitantes discipulos suos q̄uis conspecto & contrectato eius corpore, maiori documento scripturarum uoluit cōfirmare,q̄ q se ipse uisibilem atque palpabilem moralium sensibus admouebat.

Teneamus ergo Ecclesiā ex ore domini designatā,vnde cœptura, & quousq; puentura esset,cęptura.s.ab Hierusalē, & puentura in oēs gentes. Hic iam quisquis dixerit, Hierusalē non illā uisibilē ciuitatē intelligēdā,sed figurate positā, vt spiritaliter accipiatur tota ecclesia ęterna in cœlis, & ex parte in terris peregrina,pōt dicere ēt illud figurate dictū,Quia oportebat Chrm pati,& resurgere tertia die.Qđ quisquis dixerit,nec quo quo modo Chrianus habēdus est. Sicut ergo illud pprie positū est,ita & qđ adiunctū est de omniū gentiū ecclesia incipiente ab Hierusalē.Exposuit.n. dn̄s hæc de se dicta esse in lege & Prophetis & Psalmis, & vtique ipsa expositio non potuit eē figurate, alioqn non esset expositio. Deinde cū Hierusalem figurate posita & spiritaliter intellecta, uniuersam ecclesiā significet, quō vniuersa ecclesia incipit ab uniuersa ecclesia,tanq̄ Hierusalē incipiat ab Hierusalē? Manifestū ē ergo pprie positum de illa ciuitate, vnde & cępisse pbatur ecclesia, etiam atq; ēt ipso manifestante,& nullam insidiarum latebrā calliditate hęreticę relinquente Si enim sequitur & dicit,Et uos horum testes,& ego mittam promissionem meam super uos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini uirtute ex alto. In qua utique ciuitate sedere eos iussit quoadusque induerentur virtute ex alto,id est,spiritusancto,quē se missurum esse promiserat,ab ea cœpturam prędixit ecclesiā.Si autem non eam putant esse Hieru-

Hierusalē, audiant qđ sequit, Perduxit aūt illos usq; Bethaniā, & leuauit manus suas, & benedixit illos. Et factū est cū benedixisset illos, discessit ab eis, Et ipsi reuersi sunt cū gaudio magno in Hierusalē, & fuerūt semper in tēplo laudātes deū. Ecce vbi ōnditur illa ciuitas in qua eos sedere iussit, donec induerent uirtute ex alto. Et hic quidem quot diebus cū eis fuerit, postq̄ se uiuū post passionē suā oculis eorū & manib. eorū demōstrauit, prætermissum est, Nō aūt tacetur in Actibus Apostolorū, ubi rursus eadē manifestatione uerborū dñicorum futura per orbē terrarū prænunciat ecclesia, Vbi nullus oīno dubitare permittat, nisi qui de sanctarū scripturarum fide dubitat, illā esse Hierusalem uisibilē ciuitatem, unde cępit ecclesia post dñi nostri Iesu Christi resurrectionē & ascensionē. Nec aliud eum uoluisse ōndere, nisi huius terræ loca unde illi daret intium, & qūo eā per cūcta inde diffunderet. Sic. n. scriptū est in Actib. Apostolorū, Primū quidē sermonē feci de oībus, ò Theophile, quę cępit Iesus facere & docere usq; in diē quo Apostolos elegit per spm̄ sanctum, mandans eis prædicare euangelium, quib. & manifestauit seipsum post passionē suam in multis signis, per dies quadraginta apparens eis, & disputans de regno dei. Et cum conuersaret cum eis, præcepit eis ne discederēt ab Hierosolymis, sed expectarēt promissionē eius, quā audistis, inquit, ex ore meo. Quia Ioannes quidē baptizauit aqua, uos aūt baptizamini spūsancto, quem & accepturi estis nō post multos hos dies. At illi conueniētes interrogabunt eum, dicentes, Dñe, si in tp̄e hoc restitues regnum israel? Quibus rñdens dixit, Non est uestrum scire tp̄a uel momenta, quæ pr̄ posuit in sua ptāte, sed accipietis uirtutem spūssancti superuenientē in uos. Et eritis mihi testes in Hierusalē, & in tota Iudęa & Samaria, & usq; in totam terram. Ecce & hic manifestum est unde cęptura, & quousq; esset peruentura ecclesia. Quid ad hæc dn̄i qui Christianos se superbissime dicunt, & Christo apertissime contradicunt? Nos hanc ecclesiam tenemus, cōtra istas diuinas uoces nullas humanas criminationes admittimus, Mouet. n. nos plurimum, quod dñs nr̄ ait, cui non credere sacrilegū & impium est, nouissimis uerbis suis quæ habuit in terra hæc primitiuæ ecclesiæ documenta salubria & nouissima dereliquit. His. n. dictis mox ascēdit in cœlū, pręmunire uoluit aures nostras aduersus eos quos procedentibus tp̄ibus resurrecturos esse prædixerat, & dicturos, Ecce hic Xp̄s, ecce illic. Quibus ne crederemus admonuit. Nec ulla nobis excusatio est si crediderimus contra uocem pastoris nostri, tam clarā, tam apertam, tam manifestam, ut nemo vel obtusus & tardus corde posset dicere, nō intellexi. Quis. n. nō intelligat, Sic oportebat Christū pati, & resurgere tertia die, & prædicari in noīe eius pn̄iam & remissionem peccatorum in oēs gētes, incipientibus ab Hierusalē. Quis non intelligat, Eritis mihi testes in Hierusalē, & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in totā terram? His dictis, eleuatus est, & nubes suscepit eū, & uiderunt eū euntem in cęlū. Quid hoc est rogo? cū uerba nouissima hoīs morientis audiunt ituri ad inferos, nemo eum dicit esse mentitū, & impius iudicat hæres qui forte illa contempserit. Qūo ergo effugiemus irā dei si uel non credentes uel contemnētes repulerimus uerba nouissima, & unici filij Dei, & dn̄i nostri ac Saluatoris, & ituri in cęlū, & inde prospecturi, quis ea negligat, quis obseruet: & inde uenturi, ut de oībus iudicet? Habeo manifestissimā uocē pastoris mei cōmendatis mihi, & sine ullis ambagibus exprimētis ecclesiam, mihi imputabo si ab eius grege, qđ est ipsa ecclesia, per uerba hominū seduci atq; aberrare uoluero, cū me præsertim admonuerit dicēs, Quæ sunt oues meæ, uocē meam audiūt & sequunt me. Ecce uox eius clara & aperta, ac audita. Qui eū non sequit, qūo se ouem eius dicere audebit? Nemo mihi dicat. O q̄d dixit Donatus? aut quid dixit Parmenianus? aut Pontius, aut quilibet illorū? Quia nec catholicis ep̄is consentiēdum est, sicubi forte fallūtur, ut contra canonicas dei scripturas aliquid sentiant. Sed si custodito unitatis & charitatis vinculo in hoc incidunt, fiet in eis quod Apostolus ait, Et si quid aliter sapitis, hoc quoq; deus uobis reuelabit. Iam uero istæ diuinæ uoces de uniuersa ecclesia, ita manifestæ sunt, vt cōtra eas nisi hęretici animosa peruersitate & cęco furore la-

Mat. 24.

Luc. 24. A

Acto. 1.

B

trare nõ poſſint. Sed prędictã demonſtraui-
uimus eccleſiã in uerbo dei ſpõſo eius, ſiue
per legem & prophetas & pſalmos, ſiue per
os propriũ ab Hieruſalẽ cęperam, & peruen
turã uſque ad terminos orbis terrę. Qũo aũt
cęperit ab Hieruſalem & in oẽs gentes inde
diffuſa fructificet, in eodẽ uerbo dei ẽt per
Apoſtolos demonſtratur, ſicut ſcriptum eſt
C in Actib. Apoſtolorum, quod iam comme-
Acto. 1. moraui dixiſſe dñm, Eritis mihi teſtes ĩ Hie
ruſalẽ & in tota Iudæa & Samaria, & uſque
in totam terram. Deinde ſequitur: Hęc cum
dixiſſet, uidẽtibus illis elatus eſt, & nubes ſu
ſcepit eum ab oculis eorum. Et cum intue-
rentur in cęlum euntẽ illum ecce duo uiri
aſtiterũt illis in ueſte cãdida, qui & dixerũt.
Viri Galilæi quid ſtatis aſpiciẽtes in cęlum?
Iſte Ieſus qui aſſumptus eſt a uobis in cęlũ,
ſic ueniet quẽadmodum uidiſtis eum eun-
tẽ in cęlum, tũc reuerſi ſunt in Hieruſalẽ à
mõte qui uocat̃ Elæon, qui eſt iuxta Hiero
ſolymam ſabbati habens iter. Et cum in-
troiſſent, aſcẽderunt in ſuperiora, vbi erant
inhabitantes, Petrus & Ioannes, Iacobus &
Andreas, Philippus & Thomas, Bartholo-
mæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Si-
mon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi oẽs erant
aſſeruiẽtes unanimes orationi cũ mulierib.
& Maria, q̃ fuit mater Ieſu, & fratribus eius.
In his autẽ diebus ſurgens Petrus in medio
diſcipulorum, dixit. Erat aũt turba hoĩum
circiter cẽtumuiginti. Deinde narrat̃ Petro
faciẽte ſermonẽ, quemadmodum Matthias
in locum Iudæ traditoris dñi ſurrogatus ſit.
Et poſt eius ordinationẽ ſequitur ſcriptura
Acto. 2. dicẽs, Et cum complerẽtur dies Pẽtecoſtes,
D erant oẽs ſimul in eodem loco, & factus eſt
repẽte de cęlo ſonus velut decurrentis ſpũs
vehementis, & repleuit totam domum ubi
erant ſedẽtes, & uiſæ ſunt illis diſtributę lin
guæ uelut ignis: conſedit autẽ ſuper unum-
quẽq; eorum, & repleti ſunt oẽs ſpũſancto,
& cęperunt loqui uarijs linguis, prout ſpi-
rituſſanctus dabat pronunciare illis. Erant
aũt inhabitantes Hieruſalẽ uiri religioſi Iu-
dæi, ex oĩ gẽte quæ eſt ſub cœlo. Cumq; fa
cta eſſet hęc vox, cõuenit multitudo ac mẽ-
te confuſa eſt, quia audiebat vnuſquiſq; eo-
rum, ſua lingua loquẽtes eos. Stupebant aũt
& mirabantur adinuicẽ dicẽtes, Nonne oẽs
iſti qui loquũtur Galilæi ſunt? Et qũo eos au
diuimus vnuſquiſq; propriam linguam in
qua nati ſumus? Parthi & Medi & Elamitæ,
& qui inhabitant Meſopotamiam Iudæi &
Cappadociam, Põtum, & Aſiam, Phrygiam
& Pamphiliã, Aegyptũ & partes Libiæ, quę
ſunt ad Cyrenẽ, & qui aduenerãt Romani
Iudęi quoq; & aduenę Cretenſes & Arabes
audiebãt loquẽtes illos ſuis linguis magna-
lia dei. Stupebant aũt & hæſitabãt adinuicẽ
dicentes, Quidnam vult hoc eſſe? Alij uero
irridebãt eos dicẽtes, quia muſto pleni ſunt
E iſti. Stãs uero Petrus cũ undecim diſcipulis,
eleuauit uocem ſuam & locutus eſt dicens,
Viri iudæi & uniuerſi qui habitatis Hieru-
ſalem, Hoc uobis notum ſit: &c. quibus eos
exhortabatur ad fidẽ. Quæ cũ terminaſſet,
ſequit̃ ſcriptura ita narrans, His igitur audi-
tis, compũcti ſunt corde, dicẽtes ad Petrum
& ad Apoſtolos. Quid faciemus uiri fratres?
Oñdite nobis. Petrus ãt dixit ad eos, Pñiam
agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in
noĩe Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorũ,
& accipietis gratiam ſpirituſſancti: Vobis
eſt.n. promiſſio & filiis ueſtris, & omnibus
qui longe ſunt, quoſcunq; aduocauerit dñs
deus nr̃. Et aliis quidẽ uerbis plurimis teſti-
ficabatur eis dicẽs, Saluamini a generatione
praua hac. Illi uero recepto uerbo hoc cre-
diderũt & baptizati ſunt, Et adiectæ ſunt in
illa die aĩæ circiter tria milia. Ecce quemad
modum cępta eſt ab Hieruſalem, inde itura
eccleſia per oẽs linguas, quod ẽt præſignatũ
eſt in eis, qui ibidẽ cõſtituti accepto ſpiritu
ſancto linguis oĩb. ſunt locuti. Iam per alias
gẽtes quemadmodum ierit, quod etiam ipſe
F Petrus prædixerat, vbi ait, Vobis eſt promiſ
ſio & filiis ueſtris, & oĩbus qui longe ſunt
quoſcunque aduocauerit dñs deus noſter:
deinceps uideamus. Narrantur enim conſe-
quenter ea quæ tunc geſta ſunt Hieroſoly-
mis uſque ad paſſionem Stephani diaconi,
Vbi etiam Saulus commemoratur conſen-
tiens occiſioni eius. Qua completa, ita dein
de narratur, Facta eſt autem in illa die per-
ſecutio magna in eccleſia quæ erat Hieroſo
lymis, oẽsq; diſperſi ſunt in regionibus Iu-
dęæ & Samariæ, exceptis Apoſtolis, qui re-
manſerunt Hieroſolymis. Videte quẽadmo-
dum deinceps impleatur, quod per ordinẽ
domi-

Act. 1. dñs dixerat, Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in totã terrã. Iam in Hierusalẽ factũ erat, sequebat̃ ĩ Iudæa & Samaria, ꝑꝑ ꝙ illi dispersi sunt in regionib. Iudææ & Samariȩ. Hoc.n. de illis G mox dr̃, At illi, qui dispersi erãt transeuntes ꝑ ciuitates & castella, euangelizabãt uerbũ Dñi: Quia vero ierant & apostoli, audito ꝙ recepisset Samaria uerbũ Dei, qñ per impositionẽ manus eorum acceperunt Spũm sanctũ, ita dr̃ de Petro, & Ioanne, Petrus aũt, & Ioãnes testificati uerbũ dñi, redibant Hierosolymã, multisq; viris Samaritanorũ euãgelizabãt transeũtes, Deinde narrat̃ de illo eunucho q̃ rediens ab Hierosolymis, a Philippo baptizatus est, & de ipso Philippo dr̃, Angelus aũt dñi rapuit Philippũ ab eo, & amplius nõ uidit eũ eunuchus, Ibat aũt via sua gaudens: Philippus aũt inuentus est uenisse in Azotũ, unde reuertens euangelizabant ꝑ oẽs ciuitates usq; dũ ueniret in Cæsareã. Sic ergo inuenit̃, & ꝑ Iudææ, & ꝑ Samariȩ ciuitates p̃dicatum euangeliũ, Restabat ergo ut prædicaret̃ ex ordine ẽt ꝑ gentes, sicut Dñs Act. 9. dixerat, usq; in totã terrã; Vocat̃ ergo Saulꝰ de cȩlo, fit ex persecutore p̃dicator, & dicit de illo dñs ad Ananiã, Vade, qm̃ uas electionis est mihi, ut portet nomen meũ corã gen H tibus, & regibus, & filiis Israel magnificari. Ego.n. monstrabo ei quanta patietur ꝑꝑ nomen meum. Iam itaq; tenemus Ecclesiã in Hierusalem, & per totam Iudæam & Samariã. Vnde apertissime paulopost dr̃, Ecclesiæ quidem ꝑ totam Iudȩam & Galilæam & Samariam habebant pacem, instructȩ, & confirmatæ in timore dñi, & consolatione spũs sancti replebantur. Deinde paucis interposi Act. 10. tis, uenitur ad eum locum ubi Cornelius cẽturio credidit, & baptizatus est cum suis, q̃ omnes gentiles erant incircuncisi, Quod antequam fieret, Petrus uidit in assumptione mentis cum oraret, cœlum apertum, & quatuor initiis ligatum vas quoddã tanq̃ linteũ limpidũ, in quo erat oẽ genus quadrupedũ ac terrarũ, & volucrũ cȩli. Et facta est uox, Petre surge, occide & manduca. Ait aũt Petrus, dñe nunq̃ manducaui oẽ commune, & immundum. Et uox rursus ad eum, Quȩ deꝰ mundauit, tu communia ne dixeris. Quod autẽ per hoc visum gentes crediturȩ significatæ sint, nõ est opus vt conijciamus: Ipse quippe Apostolus hoc exponit in illo uase sibi demonstratũ. Cum.n. ingressus esset do I mũ ubi erat Cornelius, & multi cõuenissẽt, dixit ad eos, Vos melius scitis qũo abominãdum sit viro Iudæo iungi, aut accedere ad alienigenã, sed mihi ostendit Deus nullum cõẽm, aut inquinatũ dicere hominẽ: ita exposuit illã uocẽ quã de animalib. illo linteo demonstratis audierat, Quȩ Deus mũdauit, tu ne cõia dixeris. Iam cui nõ appareat illo uase significatum orbẽ terrarũ, cum omnibus gentibus? Vnde ẽt quatuor initiis erat alligatũ, ꝑꝑ nouissimas quator partes, Orientem, Occidẽtem, Austrũ, & Aquilonẽ, quas sæpissime scriptura cõmendat. Iã uero Paulus missus ad gentes, q̃ loca circumierit disseminans uerbũ Dei, & natas cõfirmãs Ec- Act. 13. clesias, longũ est cõmemorare. Cui Iudȩi cũ restitissent Antiochiæ, ipse & Barnabas dixerunt ad eos, Vobis oportebat primũ loqui uerbũ dei, sed qm̃ repulistis illud & ĩdignos vos iudicastis uita æterna, ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic enim p̃cepit nobis dñs, Posuit te lumẽ gẽtibus, ut sis in salutẽ usq; ad extremũ terrȩ. Et sequitur dicens, Audientes aũt gentes, perceperunt verbũ Dei, & crediderũt quotquot erant destinati ad vitã æternã. K Ecce & hic commemoratũ est testimonium ex Propheta Esaia, qđ & nos posuimus, ut sit salus usq; ad extremũ terræ. Vt ergo non cõmemorem gẽtes, q̃ post Apostolorũ tempora crediderunt, & accesserunt Ecclesiȩ: illæ ipsȩ solæ quas in sanctis literis in Actib. & Epistolis Apostolorum Apocalypsi Ioannis inuenimus, quas utriq; amplectimur, & quibus utiq; subdimur, dicãt isti nobis quẽadmodũ Aphricana seditione perierint, Has enim accepimus non ex conciliis contendẽtium Episcoporum, non ex disputationibꝰ nouitijs, non ex forensibus, uel municipalibus gestis, sed ex literis sanctis canonicis. Act. 11. Antiochena Ecclesia ubi primum appellati sunt discipuli Christiani, quomodo potuit Aphrorum perire criminibus? Quis tam uehemens Aphricus tam longe potuit ablatam spargere pestilentiam, vbi nec nomina eorum per quos ortum est, uel de quibus ortum est hoc malum, nota esse non potuerunt Athenis, Iconio, Listris? Quis deleuit

Ecclesias apostolico labore fundatas?in extremis epistolę ad Roman. dicit idē Apostolus doctor gentiū, Audacius aūt scripsi uobis ex parte, tanq̄ cōmemorans vos, reducēs ꝑ gratiam q̄ data est mihi a Deo ut minister sim Chr̄i Iesu in gentibus, consecrans Euangeliū dei, vt fiat oblatio gentiū accepta bilis, sanctificata in spiritusancto. Habeo ergo gloriam in Chr̄o Iesu ad deū. Non.n.audeo quicquā eorū loqui quorū non perfecerit Chr̄s ꝑ me in obedientiam gentiū uerbo & opere in potestate signorū & ꝓdigiorum in virtute spiritussancti, ita ut egó ab Hierusalē & in circuitu vsq; in Illyricū repleuerim Euangeliū Chr̄i. Quærite Donatistę, si nescitis, quęrite ab Hierusalē ꝑ terrena itinera in circuitu vsq; in Illyricū quot māsiones sint, si tot Ecclesias cōputemus? Dicite quēadmodū ꝑ Aphricanas contentiones perire potuerūt, ad Corinthios, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses. Vos solas Apostoli epistolas in lectione, nos aūt epistolas in lectione ac fide & ipsas Ecclesias in cōione retinemus. Iam vero Galatia non una Ecclesia est, sed in ea regione innumerabiles. Corinthios āt uidete quē admodū salutauerit: Paulus Apostolus Iesu Christi ꝑ uoluntatem dei, & Timotheus frater Ecclesię dei, q̄ est Corinthi cū sanctis oībus qui sunt in uniuersa Achaia. Quot putatis esse Ecclesias in uniuersa Achaia? Fortasse vbi Achaia sit, nescitis, & de tā incognita prouincia tanta cęcitate iudicatis, ut eā criminibus Aphrorum perisse dicatis. Nonne plena sunt florentissimis Ecclesijs oīa loca, q̄ Petrus nominauit, Pontus, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia? Quid Ioānes, qui scripsit Smyrnę, Pergami, Sardis, Tiathyrę, Philadelphiæ, Laodicię, quæ sunt Ecclesiæ? Iam enim Ephesum cōmemorauimus. Dicat mihi aliquis vestrum, ubi sint, quantum abinuicem distent? Fortasse modo id quęritis uel legendo uel audiendo cognoscere.

Rom. 15. — L — 2. Co. 1. — M — Pet. 1. — Apoc. 1.

Cap. 11.

Cognoscite ergo etiam quam longe ab Aphrica remotæ sint, & dicite nobis cur eas omnino uobis incognitas, & apostolicis literis manifestas tam sacrilega temeritate accusetis, & tanta dementia criminibus Aphrorum perisse dicatis. Postremo quid de illis in sanctis canonicis libris scriptum sit scio, q̄d de illis uos dicatis, nescio. Certe sicut nos eas legimus Ecclesias Chr̄i ex codicib. quos & vos ueneramini: sic & uos ex codicibus quos & nos ueneramur quēadmodū ꝑierit legite nobis. An placet uobis, ut cōtra Ecclesias q̄ mēbra sunt unius Ecclesię toto orbe diffusę, quas nobis spiritussanctus ꝑ scripturas suas cōmendauit & tradidit undelibet ꝓlata q̄libet hominū maledicta credam⁹? Hoc q̄dē uobis placet, sed nobis non placet. Quibus aūt iustius placeat, & uos uidetis, sed victi animositate non vultis uinci ueritate. Ecce sunt scripturę dei. Ecce sunt in Ecclesia Ecclesię, & uniuersali totius orbis nomine & noīatim designatę & expressæ. Quid maiores uestri collegis suis obiecerint, nescierūt, quales ea cā iudices habuerit, nescierūt. qūo ergo ꝑierūt? Ecce sunt scripturæ q̄bus credo. Ecce sūt ecclesiæ q̄bus cōico. Vbi tibi lego nomina earū, ibi mihi lege crimina earū. Si aūt aliud declamas uel recitas, nos post vocē pastoris nostri per ora ꝓphetarū, ꝑ os proprium, per ora Euangelistarū nobis aptissime declaratā, uoces uestras nō admittimus, non credimus, non accipimus. Quę sunt oues meę, inq̄t, pastor cęlestis, uocem meā audiūt, & sequunt̄ me. Vox eius de ecclesia non est obscura. Quisqs ab ei⁹ grege errare nō uult: hunc audiat, hūc sequat̄. Fidelissimus dispensator eius doctor gentiū in fide & veritate, quia ipse in eo loquebat̄: hæc dicit, Miror q̄d sic tā cito transferimini ab eo, q uos uocauit in grām Chr̄i in aliudeuāgeliū, q̄d nō est aliud, nisi aliqui sunt cōturbātes uos, & uolentes conuertere Euāgeliū Chr̄i. Sed licet si nos aut Angel⁹ de cęlo uobis euāgelizauerit, p̄terq̄ q̄d euangelizauimus uobis anathema sit. Sicut prędiximus, & nūc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit p̄terquā quod accepistis, anathema sit. Euangelizata est nobis ecclesia ꝑ totū orbem terrarum futura. Hoc in lege & Prophetis & Psalmis esse pronunciatum ipse Dominus testificatus est, qui eam cœpturā ab Hierusalem, & per omnes gentes permansuram esse prædixit, testes sibi futuros in Hierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria vsque in totam terram cum iam in cœlum ascenderet prenunciauit. Hæc uerba, facta secuta sunt. Qūo cœptum sit ab Hierusalem,

A — Ioā — B — Gal — Luc. — Act.

lem,& deindè processum in Iudęa,& Sama
riam,& in totam terram, ubi adhuc crescit
ecclesia donec usq; in finem ẽt reliquas gen
tes,ubi adhuc nõ est obtineat,scripturis san
ctis testibus consequenter ostenditur, quis-
C quis aliud euangelizauerit anathema sit.

Aliud aũt euãgelizat qui periisse dicit de
cætero mũdo ecclesiã& in parte Donati in
sola Aphrica remansisse dicit. Ergo anathe-
sit. Aut legat mihi hoc in scripturis sanctis,
& nõ sit anathema. Lego,inquit, Nã Enoch
inter oẽs hoĩes placuit deo, & trãslatus est.
Postea toto mũdo aquarũ inundatione dele
to, solus Noe cum cõiuge & filijs & nurib.
suis in arca meruit liberari. Adiungũt ẽt de
Loth, ꝙ solus cum filiabus de Sodomis libe
ratus sit. De ipso quoq; Abraham & Isaac &
Iacob, ꝙ pauci fuerint deo placentes, cęteri
idolis dediti & dęmonib. Postremo iã mul-
tiplicato populo Israel, iã tpibus regũ in ter
ra ꝓmissionis, quæ futura oĩbus duodecim
tribubus distributa cõmemorat, decẽ tribus
diuisas, & tradito seruo Salomonis, Duas ãt
remãsisse filio Salomonis ad regnum, quod
erat Hierusalem. Sic & nũc, inquiunt, totus
mundus apostatauit, nos aũt tanq̃ duæ illæ
tribus in templo dei, hoc est in ecclesia per-
mãsimus. Dñm ẽt Iesum Christũ cum plu-
rimi sequerentur, septuaginta duobus apo-
statantibus, soli cum illo duodecim remãse-
runt. His atq; hmõi exemplis hæretici suam
paucitatẽ commẽdare conãtur, & in sanctis
ecclesiæ multitudinem toto orbe diffusam,
D blasphemare non cessant. Sed quæro ab eis,
qđ absit: si nollem credere uera esse ista quę
ab eis cõmemorant exẽpla, unde me cõuin
cerẽt? Nõne de scripturis sanctis ubi legunt
tãta manifestatione, ut quisquis illas literas
in fidẽ recepit, nõ possit nisi & ista uerissi-
ma confiteri? Porrò si hæc exẽpla ideo coge
rer credere uera esse, qa ibi scripta sunt ubi
non possum dicere falsa esse, q̃ scripta sunt,
cur non & ipsi de ecclesia toto orbe diffusa
eisdẽ scripturis credũt? Ecce nos oĩa illa cre
dimus, credãt & ipsi quod ait dñs, prædicari
in noĩe suo pniam & remissionẽ peccatorũ
per oẽs gẽtes, incipientibus ab Hierusalem.
Lu 24. Credant ꝙ ascẽsurus in cęlũ nouissime di-
xit, Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in tota
Iudæa & Samaria, & usq; in totã terram. Et
Acto. 1 illa & ista uera esse credantur, & nulla inter
nos contentio remanebit, qa nec illis ueris
ista, nec istis ueris illa impediuntur. Et ista,
inquiũt, credimus & completa esse confite-
mur, sed postea orbis terrarum apostatauit,
& sola remansit Donati cõio. Hoc nobis le-
E gãt, sicut legũt de Enoch, de Noe & de Abra
ham, Isaac & Iacob, & de illis duabus tribu
bus, quæ decẽ separatis reliquæ factæ sunt,
& de duodecim Apostolis qui cęteris apo-
statantibus remãserunt, & hoc similiter le-
gãt, & nihil resistimus. Si aũt non ea de scri-
pturis sanctis legũt, sed suis contentionibus
persuadere conant, credo illa quę in scriptu
ris sanctis legunt, nõ credo ista quæ ab hæ-
reticis uanis dñr. Sed quia se duabus illis tri
bubus, quæ cũ Salomonis filio remãserunt
comparãdos putãt, legãt, & eos hoc legisse
pœnitebit. Sic.n. commemorãtur in scriptu
ris ipsi duo populi, Pars quæ erat ad Hieru-
salem, Iuda noĩatur: illa uero alia quæ cum
Ezec. 16. seruo Salomonis in ampliore numero segre
gata est, Israel uocatur. Legant quæ dicant
prophetæ de utrisque, quemadmodum pe-
iorem dicãt Iudam q̃ Israel, ita ut iustifica-
tam dicãt auersatricem Israel peccatis præ-
uaricatricis Iuda, i. tam grauia esse peccata
huius, ut in eius comparatione illa iusta di-
cẽda sit. Nec huius tñ nec illius peccata ob-
fuerũt aliquid iustis, qui & hic & illic fuisse
F inueniũtur. Nam & in illa parte, quam pro
exemplo perditionis ponũt. i. in Israel fue-
runt sancti prophetæ. Ibi erat ille memora-
bilis Helias, ut de aliis taceam, cui ẽt dictũ
est, Reliqui mihi septem milia uirorum qui
3. Re. 11 no curuauerunt genua ante Baal. Ideo ne-
quaquam pars illa populi, tanquam hæresis
fuisset, deputãda est. Deus.n. easdem tribus
iusserat separari, nõ ut religio, sed ut regnũ
diuideretur, & hoc modo uindicaret in re-
gnum Iuda, Deus autem nunq̃ iubet schis-
ma uel hæresim fieri. Neque.n. quia & in or
bem terrarum plerunq; regna diuiduntur,
ideo & Christiana unitas diuiditur, cum in
utraque parte catholica inueniatur ecclesia.
Hoc ideo de Iuda & Israel commemoran-
dum arbitratus sum, maxime vt admonean-
tur isti, nõ obesse iustis in medio impiorum
constitutis, quicquid in ipsos populos pro-
pter impiorum multitudinẽ dicitur, ut de-

sinant colligere testimonia quęcunque, siue per prophetas, siue per os dñi, siue per euangelistas in zizaniam uel paleam orbis terrarum dicta inueniuntur. Plerunque. n. sermo diuinus impias turbas ecclesiæ, quæ nec in ecclesia deputantur, tñ pp sacramenta quæ cum sanctis cõiter habent, qa in eis est quędam forma pietatis, cuius uirtutem negant, sicut ait Apostolus, Habẽtes formã pietatis, virtutem aũt eius abnegantes: sic redarguit tanq̃ oẽs tales sint, & nullus bonus omnino remãserit, Inde quippe admonemur in suo quodam numero eos dici oẽs, i. oẽs filios gehennę, quo eos deus pertinere pręsciuit. Isti ergo uel imperite, uel fallaciter agentes, colligunt de scripturis talia, quæ uel in malos bonis usq; in finem permixtos, uel de uastatione prioris populi Iudęorũ dicta reperiuntur, & uolunt ea detorquere in ecclesia dei, ut tanq̃ defecisse ac perisse de toto orbe uideatur. Desinant ergo talia proferre si rñdere huic epistolæ uolunt. Neque. n. nos ita dicimus per totũ orbem diffundi ecclesiã, ut in sacris eius solos bonos esse dicamus, ac nõ etiam malos & eos etiam multo plures, vt eorum comparatione pauci sint, cum per seipsos ingentem numerum faciant.

2. Ti. 3.

G

Reijcit alia Donatistarũ argumenta.

Cap. 13.

Habemus innumerabilia testimonia, & de cõmixtione malorum dum bonis in eadem cõione sacr̃, sicut Iudas ab initio malus inter bonos undecim conuersatus est, & de bonorũ paucitate, pp malorũ plurimam comparatione, & rursus de bonorũ multitudine per seipsam considerata. Ex quibus ne longũ faciam, pauca commemorabo. Est in Canticis Canticorum, qđ de sancta ecclesia dictũ omnis Christianus agnoscit, Sicut liliũ in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarũ. Vnde appellat spinas, nisi pp malignitatẽ morũ? Et easdẽ unde filias nisi pp cõionem sacramentorum? Videt etiam Ezechiel signatos quosdam, ne cũ malis interirent, de quib. ei dicĩ, Qui gemũt & męrent pctã & iniquitates populi mei, q̃ fiunt in medio eorũ. Populũ suũ non diceret, quẽ solis illis illæsis perire mox iubet, nisi eũ populũ q eius sacramẽta gestabat. Dicit & dñs de superseminatis zizanijs, Sinite utraq; crescere usq; ad messem. i. triticũ & zizania. Et ipse interpretaĩ messem, finem esse seculi, Agrum uero ubi utrunq; seminatũ est, mundum esse. Oportet itaq; vsq; in finem seculi crescere utrunq; per mũdum. Vnde iam nõ permittunĩ isti suspicari, aut disserere q dñt oẽs bonos defecisse de mũdo, ut in sola parte Donati remanerent. Conantur. n. contra apertissimã sententiã dñi dicentis, Ager est hic mũdus: Et, Sinite utraq; crescere usq; ad messem: & messis est finis seculi. Est alia similitudo apertissima de cõmixtione malorum & bonorũ intra eandẽ sacrorum communionem & cõnexionem, quam dñs ipse & ponit & exponit. Simile est, inquit, regnũ cęlorum sagenæ misse in mari, q̃ congregat oĩa genera piscium. Cum aũt esset impleta, eduxerũt eam ad littus, & sedẽtes elegerunt optimos in uasa sua, malos aũt foras miserunt: Sic erit in consummatione seculi, Exibũt angeli & separabũt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminũ ignis, ibi erit fletus & stridor dentiũ. Nulla ergo malorum cõmixtio terret bonos, ut propterea velint tanq̃ retia rũpere, & a congregatione unitatis exire, ne hoĩes non pertinentes ad regnũ cęlorum in sacramentorũ consortio patiantur. Qñquidem cum ad littus, i. ad finem seculi uentum fuerit fiet debita separatio, nõ humana temeritate, sed diuino iudicio. De paucitate autem bonorum ipse dñs apertissime dicit, Intrate per angustam portam, Qm̃ lata & spaciosa uia quæ ducit ad interitũ, & multi sunt qui pergũt per illam. Quàm angusta porta, & arcta uia quę ducit ad uitã, & pauci sunt qui ingrediunĩ per illam. Istos paucos Donatistæ se putãt esse, & ideo dñt perisse orbem terrarum, se autẽ in hac paucitate quam laudauit dñs, remãsisse: Qui qñ comparantur cũ eis, longe pauciores Rogatistas aut Maximinianistas obijcimus, qui se ab eis separauerunt, si existimãt sibi de paucitate esse gloriandum. Veruntñ hãc paucitatem in cõparatione multitudinis malorũ, esse a dño commendatam: multitudinem aũt bonorũ cum per se ipsam cõsideratur nõ tacuisse scripturas, legant & uideant q̃ plura testimonia reperianĩ. Vnde. n. ipsum semen Abrahæ, sicut stellæ cęli & sicut arena maris promittitur, nisi pp innumeram multitudinẽ? Cum dicat Apost. ideo dictũ esse, In Isaac vocabiĩ tibi semẽ qa nõ

Canti. 2.

H

Ezech. 9.

Mat. 13.

I

Mat.

K

Gen.

filij

filij carnis, sed filij promissionis deputantur in semine. Vnde multi filij desertæ magis q̃ eius q̃ habet uirũ? Vnde multi ab Oriẽte & Occidente uenient, & recumbent cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cęlorũ, filij autẽ regni ibunt in tenebras exteriores: hoc est, impij Iudæi? Vnde dicit Apost. Vt mundaret, inquit, nos sibi populũ abundantem, æmulatorem bonorũ operum? Vnde Apocalypsi milia miliũ dicit esse sanctorũ ecclesiæ filiorum? Ecce ipsi dñr multi, qui dñr & pauci. Quare, nisi multi per seipsos cõsiderati: pauci ãt, in comparatione iniquorum? De nobis, inquiunt dictũ est, Erunt primi, q erant nouissimi. Ad Aphricã.n. postmodum euangeliũ uenit, & ideo nusquam literarum Apostolicarũ scriptũ est, Aphricã credidisse. De Oriẽtalibus aũt & cæteris gẽtibus, quæ in sanctis libris commemorãtur fidem recepisse Christianam, dictũ est, Erũt nouissimi qui erant primi, quia recessuri erant a fide. Nonne ista est hæreticorum cauẽda calliditas, uolentiũ cõuertere uerbũ dei a ueritate, pp quam dicta sunt ad peruersitatẽ in qua ipsi sunt? Cur non.n. hoc nõ potius dei Iudæis intelligimus, qui nouissimi facti sunt cũ fuissent primi, & de Christianis ex gẽtibus, qui primi facti sunt cũ fuissent nouissimi? Quem intellectũ si aliquo certiore documẽto probare nõ possem, sufficere debuit bene iudicanti auditori, ꝙ inuenerim exitũ in his uerbis, vnde istos appareat nihil pro se attulisse tanq̃ certum, vt dubitari nõ possit, qa etsi nõ essent Iudæi & Gẽtes de qbus hoc dictũ intelligerẽ, nonnullæ ẽt Barbaræ nationes post Aphricã crediderũt. Vnde certum sit Aphricam in ordine credẽdi nõ esse nouissimam. Huc accedit ꝙ ipse dñs de qb. hoc dixisset exposuit, & ora calumniatorũ oppilauit. Loquens.n. Iudęis qui ei dicturi sunt, In plateis nostris docuisti: Cum uideritis, inquit, Abrahã, Isaac, & Iacob & oẽs prophetas in regno dei, uos autẽ expelli foras: & uenient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro, & accumbẽt in regno dei: & ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant nouissimi. Hic certe qd contradicatur nõ inuenitur. Item dñt de apostasia orbis terrarum dictum esse qđ ait dñs, Filius hoĩs ueniens putas inueniet fidẽ in terra? Quod nos intelligimus dictum vel pp ipsam fidei perfectionem, quæ ita difficilis est in oĩbus, ut in ipsis quoq; admirabilibus sanctis, sicut in ipso Moyse inueniat aliquid ubi trepidauerint uel trepidare potuerint, uel pp illam iniquorum abundantiam & paucitatem bonorũ, de qua satis diximus. Propterea.n. tanq̃ dubitans hoc dñs dixit. Neque.n. ait, ueniẽs filius hoĩs nõ inueniet fidem in terra: sed, putas inueniet fidem in terra? Cui utiq; cũcta sciẽti & præscienti de aliqua re dubitare nõ conuenit, sed illius dubitatio nostram dubitationem figurauit, qa pp multa scãdala circa finem seculi pullulãtia, hoc quoq; erat qñq; infirmitas humana dictura. Vnde in psalmis dr̃, Dormitauit aĩa mea prætedio, confirma me in uerbis tuis. Quare dormitauit præ tædio, nisi pp illud quod dñs ait, Qm̃ abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum? Et quare, cõfirma me in uerbis tuis, nisi pp id quod sequitur. Qui aũt perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit? Sũt ergo per totum mundum, in quibus qm̃ abundat iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Et sunt rursus per totum mũdum qui perseuerando usque in finem salui erunt, qa, Sinite, inquit, utraque crescere usque ad messem: & messis est finis seculi, ager autem mundus. Cuius humanæ infirmitatis est etiã uox illa, Saluum me fac dñe, qm̃ defecit sanctus, qm̃ diminutæ sunt veritates a filijs hoĩum. Et inter hos tñ est vnum cor & vna in deum aĩa fideliũ clamans, Saluum me fac dñe. Quia enim sic vnus est iste homo qui dicit, saluum me fac dñe: vt ex multis constet: paulopost in eodẽ psalmo dicitur, Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nũc exurgam dicit dñs, Et rursus post paululum plurali numero dicit, Tu vero seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum. Qua generatione, nisi de qua superius dictum est, Defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates a filiis hoĩum? Sed vtrunque hoc genus per totum mundum vsq; in finem, qa sinite, inquit, vtraq; crescere vsq; ad messem: & ager est mundus, messis finis seculi. Ipse.n. unus homo quod est corpus Christi ex multis cõstans, tanq̃ Enoch deo placẽs trãsferetur, & tanq̃ Loth de Sodomis, & tanq̃ Noe de diluuio

Ro. 9. Mat. 8. Acti. 3. Ap. 5. Mat. 10. Ps. 118. Mat. 24. Mat 13. Psal. 11. Ge. 5. 19 & 7.

luuio

ſuuio liberabit. In ipſo eſt miſeria inopum & gemitus pauperum,quia eius aĩa dormitat a tædio , cum ſe petit cõfirmari in uerbis dei . In eo autẽ pſalmo dicit unde ſit ipſum tædium. Tædium,inquit,detinuit me a peccatoribus relinquentibus legem tuam. Ipſe C item clamat, cum eodem tædio cor eius angitur,ſed uideãt unde clamat, A finibus terræ,inquit,ad te clamaui,dum angeretur cor meum . Ipſe perſecutionem vere pro iuſtitia patitur, non ſolum ſi tormẽtis corporalibus patiatur, hoc enim non ſemper,ſed quod ſemper quandiu tranſeat iniquitas,patitur cruciatus uidelicet cordis cum eum tędium detinet a peccatoribus relinquẽtibus legem dei.Neque.n.nullam perſecutionem Loth in Sodomis patiebatur,ubi tñ ei habitanti nullus per corporales pœnas moleſtus fuit, ſed aſpectu & auditu iuſtus inhabitãs aĩam iuſtam iniquis aliorum factionibus cruciabat. De hoc dicit Apoſtolus, Sed & oẽs qui uolũt pie uiuere in Chriſto, perſecutionem patiẽtur. De illis autẽ qui relinquũt legẽ dei,de q̃bus dicit idem ipſum corpus Chriſti, Vidi inſenſatos,& tabeſcebam. Mali,inquit,& facinoroſi proficiẽt in peius, ipſi errãtes & alios in errorem mittẽtes. Sed vtrunq; hoc genus per totum mũdum vſq; in finem, quia ſinite,inquit,utraq; creſcere vſq; ad meſſem:ager aũt eſt mũdus, meſſis finis ſeculi. Veruntñ iſtos miror nõ attẽdere quod dicãt,cum uelut pro ſe commemorant quod ait dñs? Filius hoĩs ueniens putas inueniet fidem in terra, quaſi Aphrica non ſit terra. Si.n.hoc ita dixit,tanq̃ oĩno in nullis inuenturus ſit fidem aut de quadam terra dixit,& incertum eſt de qua dixerit,& nõ inueniunt qũo de Aphrica nõ dixerit, ſane uideãt ne forte conſequentibus uerbis tales D tetigerit,quales iſti ſunt. Cũ.n.dixiſſet filius hoĩs putas inueniet fidem in terra,credo q̃a poterat quibuſdam ſuperbis hæreticis q̃ in aliqua parte terrarum ſe ab orbis unitate ſeparauerãt aſcẽdere in cor uana & inflata cogitatio, ꝙ ipſi eſſent iuſti, deficiẽtibus & pereuntibus a fide cæteris gentibus , per quas eccleſiæ cõio dilatatur , continuo ſequitur euangeliſta, Dixit autẽ,inquit,ad quoſdam qui ſibi iuſti uidebantur,& ſpernebãt cęteros,ſimilitudinem iſtam,& ſequitur de illis duobus in templo orãtibus,Phariſæo,& Publicano,in quibus duobus figuratur ſuperba gloriatio bonorum operum, & humilis cõfeſſio peccatorum. Deſinãt ergo iſti,ſi rñdere huic epiſtolæ parãt,ea teſtimonia commemorare, quæ nos cum ipſis commemoramus,uel in perditionem eorum,uel in zizania, ſiue paleam, ſiue malos piſces totius mũdi. Et ſicut nos manifeſtiſſimis teſtimonijs aſſeruimus eccleſiã toto orbe diffuſam, E ſic & ipſi manifeſtum aliquid proferãt , unde oſtendant eſſe prædictum cæteris gentibus a fide Chriſti pereuntibus,ſolam Aphricam remanſuram, & quocunq; epiſcopi ex Aphrica mitterentur.

Ps. 118. · 2. Ti. 3. · Ps. 118. · Mat. 13. · Luc. 18.

Scriptum eſt,inquiunt,in Canticis Canticorum, ſponſa, id eſt, eccleſia dicente ad ſponſum, Annuncia mihi quem dilexit aĩa mea,ubi paſcis, ubi cubas in meridie? Hoc eſt unicum teſtimonium quod pro ſe iſti reſonare arbitrantur, eo ꝙ Aphrica in meridiana orbis parte ſit conſtituta. Vnde primũ quæro, quomodo Chriſtum interrogat eccleſia ut annunciet ei ubi ſit eccleſia,neque enim duæ, ſed una eſt. Aut iſti oſtẽdant,qm̃ non negãt hæc uerba eccleſiam Chriſto dicere, quæ ſit eccleſia quæ interrogat, & quæ ſit eccleſia de qua interrogat. Quærit enim quo ueniat ad ſponſum ſuum , & dicit ei, Annuncia mihi quem diligit anima mea, vbi paſcis, ubi cubas in meridie? Iam iſta eccleſia eſt quæ loquitur & quærit , ubi ſit eccleſia in meridie. Neque enim interrogat ubi paſcis, ubi cubas, & ei reſpondetur in meridie, tanquam ſponſus reſpõdeat, in meridie paſco, in meridie cubo, ſed omnia iſta verba ad interrogationem pertinent, ubi paſcis ubi cubas in meridie? Adhuc enim ipſa F dicit , Ne forte fiam ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorum ? Iam uero ille rñdet Niſi cognoueris temetipſam ò decora inter mulieres:&c. Non ergo his uerbis oſtenditur in ſola parte meridiana eſſe Eccleſiam, ſed in alijs mundi partibus cõſtitutã. Interrogat fortaſſe quid ad eius communionem pertineat in meridie, id eſt, ubi ſponſus eius paſcat & cubet in meridie , quia ſuos paſcit & in ſuis cubat . Veniunt enim quædam membra eius, id eſt, boni fideles ex partibus tranſmarinis in Aphricam , & cum audierint

rint

rint hic esse partẽ Donati, timentes ne inci-
dãt in manus alicuius rebaptizatoris, inuo-
cant Chr̃m orantes & dicentes, Annuncia
mihi quẽ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi
cubas in meridie? Id est, q sint meridies ubi
tu pascis & cubas, id est, q habent charitatẽ
& non diuidunt unitatẽ. Et uide q̃d adiun-
G
gat, Ne forte fiã uelut operta sup greges so
dalium tuorũ. i. uelut latens & incognita &
non reuelata. Hoc est. n. opta fiam, non sup
gregem tuum, sed sup greges sodaliũ tuo-
rũ, q cum primo tecũ essent extra colligere
voluerunt, non tuũ gregem, sed suos greges
nec audierunt te dicentem, Qui mecũ non
colligit, spargit: nec quod Petro dixisti, Pa-
sce oues meas, non tuas. Nõ est aũt ista oper
ta, q non est sub modio, sed super candela-
brũ, ut luceat omnib. q in domo sunt. Et de
illa dictũ est, Non põt ciuitas abscondi sup
montẽ constituta. Sed Donatistis uelut oper
ta est, q audiunt tã lucida & manifesta te-
stimonia q̃ illam toto orbe esse demonstrãt,
& malunt clausis oculis offendere in mõtẽ,
q̃ in eum ascẽdere, qui cũ esset lapis pcisus
de mõte sine manib⁹, creuit & factus ẽ mõs
ingens, & impleuit uniuersam terrã. Põt &
alio modo intelligi, vbi pascis, ubi cubas in
meridie? Ipsius. n. uox est in Psalmis ex pso
na Moysi famuli dei. Dexterã tuã notã fac
mihi, & eruditos corde in sapientia. In illis.
n. meridies dr̃, pp ingentẽ sapientię lucẽ, &
H
ingentẽ charitatis ardorẽ. Vnde quendã cũ
exhortaretur spiritus dei ad bona opera per
Prophetã, hoc illi etiã pmittit, Et tenebræ
tuę sicut meridies erunt: Sed si aliqs mundi
locus intelligẽdus esset, quod dictũ ẽ in me-
ridie, tñ ipsa uerba sicut dixi, q̃ omnia unam
faciunt interrogationẽ, nullo mõ pmitterẽt
quenq̃ ad suum sensum istã detorquere sẽ-
tentiam. Et si tanq̃ quęrenti vbi pasceret, &
ubi cubaret, de terreno loco responderetur,
in meridie: non continuo Aphricã accipere
deberemus. Aphrica. n. in parte quidẽ meri-
diana mundi est, sed ad Aphricũ, non ad Au
strum, ubi uere meridies est. Ibi em̃ sol facit
medium diẽ sub qua cœli plaga potius Ae-
gyptus inuenitur. Si ergo sponsus ab sponsa
tanquam de loco familiarius dilecto & cu-
bili quodam suo secreto interrogatus, respõ
deret esse in meridie, multo probabilius Ec
clesia catholica in his mẽbris suis hoc agno
sceret, q̃ sunt in Aegypto in milib. seruorũ
dei, q per eremũ, sancta societate uiuunt, p
fectionem pręcepti euangelici studentes te
nere qđ dictũ est, Vis pfectus esse, uade, vẽ
de omnia q̃ habes, & da pauperib. & habe-
bis thesaurũ in cœlis & ueni sequere me.
Quanto. n. melius ibi secretius pascere & ac
cubare, id est, requiescere filius dei dici põt,
q̃ in turbis inquietis furiosorũ Circumcel-
lionũ, quod malũ Aphricæ pprium est? Nã
de Aegypto ita Esaias pphetat, Illo die erit
altare dñi in regione Aegyptiorum, & titu-
lus ad fines eorũ dño, & erit in signum in ę-
ternũ dño in regione Aegyptiorũ. Qm̃ cla-
mabunt ad dñm aduersus eos qui eis pressu
ram faciebant, & mittet eis dñs hominẽ qui
saluos eos faciet, iudicans seruabit eos. Et co
gnitus erit dñs Aegyptiis, & timebunt Ae-
gyptij dñm illo die, & facient sacrificia, &
uota promittent dño, & reddẽt: Et feriet dñs
Aegyptios plaga, & sanabit eos sua miseri-
cordia, & conuertentur ad dñm & exaudiet
eos. Quid ad hæc dicit? Quaré non commu-
nicant Ecclesiæ quę prædicta est, Aegyptio-
rum: Aut si præfiguratione prophetica Ae-
gyptus mundum significat, quare non com
municant Ecclesiæ orbis terrarum? Proinde
perscrutentur scripturas, & contra tã multa
testimonia, quibus ostenditur Ecclesia Chri
sti toto orbe terrarum diffundi, uel unum
proferant tam certum: & tam manifestum
K
quàm illa sunt, quo demonstrent ecclesiam
Christi perisse de cæteris gentibus, & in so-
la Aphrica remansisse, tanquam ab alio ini-
tio, non ab Hierusalem, sed a Carthagine
ubi primo Episcopum contra Episcopum
leuauerunt. Si autem uoluerimus intelli-
gere Donatum principem Tyri, quia Ty-
rus Carthago cognominata est, quæ in eum
per Ezechielem prophetantur, ubi eum ma
xime designat, quòd ei dicitur, Ostendam
tibi, quia homo es & non deus. Isti enim
de huius magis quàm de dei nomine glo-
riantur, Et cum solus deus sine peccato sit,
& sacerdos ille qui interpellat pro nobis,
quia & de ipso dictum est, Qui est super om
nia Deus benedictus in secula: isti Donati
imitatores ita sine peccato se uolunt uide-
ri, vt etiam iustificatores hominum se asse-

rant,

Mat. 12. / Io. 21. / Mat. 5. / Psal. 89. / Esa. 58. / Mat. 19. / Esa. 19. / Ezec. 28. / Rom. 9.

Psa. 140 rant, & suū oleum quod non fit oleū peccatoris: merito dr̄ principi Tyri, Dixisti, deus sum, es aūt homo & non deus. Cui etiam dicitur, Nunquid tu melior quā Daniel? Confitetur enim Daniel peccata sua & peccata populi sui: (Cant. 9.) Isti aūt pertinentes ad principē Tyri, ideo se dicunt orantes audiri pro peccatis populi, quia ipsi sine peccato sunt. Merito dr̄ principi Tyri, Nunquid tu melior es q̄ Daniel? (L) Ecce nos possumus inuenire aliquid proprium, & hoc malū maximū a capite Aphricæ, id est, Cartagiue exortum. Norunt. n. homines quā congruēter Tyrus pro Carthagine accipit, & tn̄ non agimus talib. Fortassis. n. aliq̄d aliud significet Tyrus, quāto magis meridies cum & ipsa verba ad aliū cogant intellectum? Sed q̄uis non permittātur saltem q̄rere aliquid quod probent esse p̄dictum, deficientibus a fide Christiana cęteris gentibus, in sola Aphrica Ecclesiā, remansurā, attendant illud qđ sæpe cōmemoraui, (Mat. 13.) Sinite vtraq; crescere usq; ad mesśē, & agrū esse mundū, messem finē seculi, nō nobis, sed ipso dn̄o interpretāte parabolā suā. Est aliud euidētissimū, quod eis omnino auferat laborē quærendi, vnde probent Ecclesiā mūdo p̄dito ad solos Aphros redactam. Pōt. n. aliquid esse & nō inueniri, nō esse aūt & inueniri nō pōt. Desinant ergo q̄rere qđ inuenire non poterunt, nō quia occultum est, sed q̄a non est. Sunt. n. adhuc nonnullæ gentes, in q̄bus nondum est Euangelium p̄dicatum, necesse est autem impleri omnia q̄ (M) de Christo & Ecclesia prędicta sunt, Oportet ergo & in eis prædicari, Quod cum impletum fuerit, tunc erit finis.

(Luc. 15. Cap. 24.) Quomodo ergo ibi dicunt iam esse completum quod dn̄s ait, prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem, sed postea cæteris deficientibus, solam Christo Aphricam remansisse, cum adhuc illud implendum sit, nondum impletum? Cum aūt impletum fuerit, veniet finis. Sic. n. dn̄s ait, Et prędicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Quomodo ergo cum adimpleta esset fides omnium gentium, tunc perditio gentium, excepta Aphrica consecuta est? Quandoquidē ipsa fides omniū gentiū nondum impleta est. Nisi forte hoc restat hominū insanię, vt dicant nō ex illis ecclesijs, q̄ fundatę sunt per Apostolorū labores, adimpleri p̄dicationē Euangelij in omnib. gentibus, sed illis pereūtib. & earū reparationē ex Aphrica p̄ partem Donati & residuarū gentiū acquisitionem. (A) Puto q̄ ipsi etiam rideant cum hoc audiunt, & tamen nisi hoc dicant quod erubescūt si dicant, non habent omnino qđ dicāt. Sed quid ad nos? Nemini inuidemus, legant nobis hoc de scripturis sanctis & credimus, Hoc, inquā, nobis ex canone diuinorum librorū legant, tot ciuitates quæ usque ad hodiernū diem baptismū p̄ Apostolos sibi consignatum tenuerunt, p̄p̄ Aphrorum sibi incognita crimina p̄isse a fide Chr̄i, & denuo baptizandos esse a parte Donati, atq; inde cęteris gentibus, quę nondum audierunt, p̄dicandū Euangelium. Hoc nobis legant. Quid morantur? Quid tergiuersantur? Quid impediunt salutē gentiū? Legant hoc, & cum ipsa lectione nouos Apostolos mittant ad tot gentes rebaptizandas, & ad residuas baptizandas. (C) Sed plane uideant, cū ad Colossenses venerint, qūo ibi vel legant vel audiant ad eos epistolam datā, ubi eis dicit Apostolus, Gratias agimus deo patri dn̄i nostri Iesu Christi, sem p̄ pro uobis deprecantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu & dilectionē quā habetis in oēs sanctos p̄p̄ spem quę reposita est vobis in cęlis, q̄ ante audistis in verbo veritatis Euangelij, q̄ (B) p̄uenit in uos, sicut in omni mundo est fructificans & crescens, sicut & in uobis ex qua die audistis & cognouistis gratiam dei in veritate. Hæc. n. uerba conueniunt cum Euāgelio ubi dictum est, Simile est regnum cœlorum homini seminanti bonū semen in agro suo. Postea exponitur, ager esse hic mūdus. Sicut enim hic ex quo seminatum crescere prędictum est usq; ad messem, ita & Apostolus dicit, In omni mundo fructificans & crescens, sicut & in uobis ex qua die audistis, Crescit aūt vsq; ad finē, quia vsq; ad messē. Messis enim est finis seculi. Dicent ergo nō solum Colossenses, ad quos data est, sed etiā cæteri omnes apud quos legitur hæc epistola, vbi per Apostolicas literas constat bonum semen esse seminatum, etiam tunc cre

ſcere & fructificare cœpiſſe. Quid nobis affertis noui? Nunq̃d iterũ ſeminãdum eſt bonũ ſemẽ, qñ ex quo ſeminatũ eſt, creſcit vſq; ad meſſem? Si dicitis periſſe in illis locis qđ erat per apoſtolos ſeminatũ, & ideo eſſe rurſus ex Aphrica ſeminãdũ, Rñdetur, Legite nobis hoc ex diuinis oraculis, qđ profecto legere non poteſtis, niſi prius oñderitis falſum eſſe qđ ſcriptũ eſt, ſemẽ illic ante ſeminatum, creſcere vſq; ad meſſem. Et q̃a nullo pacto ſibi diuina eloquia contradicũt, nullo modo in eis inuenietis, qđ ꝯ hoc tã manifeſtum recitare poſſitis. Reſtat ergo ut non ex diuinis libris, ſed ex uobis iſta dicatis. Proinde digniſſime rñdebitur, anathema ſitis. Tenẽt.n. eccleſiæ apoſtolico labore fundatę cũ quãta cura ſibi p̃dictũ ſit. Si q̃s uobis euãgelizauerit p̃terq̃ qđ accepiſtis, anathema ſit.

Mat. 13. C

Gal. 1.

Cap. 6.

Qm̃ igitur in ſcripturis ſanctis eccleſia manifeſta cognoſcitur, incipiẽs ab Hieruſalem, & per alias gẽtes creſcẽs donec oẽs occupet uſq; ad finem ſeculi, non aũt ſola frumẽta, ſed & purgamẽta eius commemorantur, prius correcti cõicate frumẽtis, & tunc videbitis q̃d in eis zizania uel paleam dicere debeatis, alioquin & malos bonorũ laudibus exornare, & bonos malorũ criminib. accuſare deteſtando errore cogimini, Nẽpe in manibus documẽta geſtamus, quib. probemus maiores ueſtros quorũ ſchiſma ſectamini & in municipalibus geſtis ſanctos libros ignibus tradidiſſe, & eccleſias non polluiſſe, eoſdemq́; inter iudices fuiſſe illos, qui apud Carthaginẽ cõtra Cæcilianum & collegas eius abſentes ſñias contulerũt. Nẽpe iidẽ leguntur geſtis & municipalibus & eccleſiaſticis traditores, qui poſtea proferuntur a uobis tanq̃ traditorũ abſentiũ damnatores. Nẽpe Nundinarius illius t p̃is diaconus ueſter, apud Zenophilum conſularem oẽs Lucillæ nundinas pateſecit, q̃ dãnationẽ Cęciliani emit ab ep̃is, qui ei factus fuerat inimicus, uerum prædicãs. Nẽpe ipſi poſtea literas ad Imperatorẽ Cõſtantinum dederũt, datisq́; ab eo, ſicut petiuerant, diſceptatoribus ep̃is non conſenſerũt, eoſdemq́; poſtmodum apud illum tanq̃ iniquos iudices accuſauerũt, & ab aliis ſibi ad Arelatum datis ad ipſum Imperatorem appellauerũt, eodemq́; inter partes audiente, calũniatores inuẽti atq; dãnati, in eadẽ furoris pertinacia permãſerunt. Nẽpe uoſipſi qui p̃p̃ea dicitis Chriſtianã ſanctitatẽ de tot gẽtibus in quibus apoſtoli eam fundatiſſimã reliquerunt, penitus eſſe deletam, quia cõicauerunt eis, quos veſtri maiores ſeptuaginta ep̃orum cõcilio Carthaginẽſi dãnauerant. Nonne illis quos trecẽti decem Vagaienſi cõcilio cum Maximiniano dãnaſtis modo cõicatis? Nõne Prætexatus Aſſuritanus in ipſo concilio dãnatus legitur, & geſtis proconſularibus a uobis accuſatus & oppugnatus, & tñ in quo dãnatus erat honore ſuſceptus, & in ueſtra cõione defunctus eſt? Nõne Felicianus Muſticanus eodẽ modo in eodẽ cauſa, eodem concilio damnatus ab ep̃is accuſatus apud iudices, poſtea receptus a uobis, nũc vobiſcum ep̃s viuit? Nonne alii qui ab iſtis damnatis baptizati ſunt, in eodem baptiſmo uobis modo cõicant? Sed uidelicet tot eccleſiæ tranſmarinæ Apoſtolico labore fundatæ, ſi cõicauerint ſacr̃a cum eis, quos nec apud ſe accuſatos ipſi damnauerũt, aliis poſtea purgatos & abſolutos audierũt, amittunt ſalutẽ religionemq; Chriſtianam, pars aũt Donati & damnat quos uoluerit, & in ipſa damnatione ſacrilegia ſchiſmatis eorum ſic exaggerat, ut illis quos uiuos terra ſorbuit comparare nõ dubitet, & eis rurſus cum uoluerit in eodem honore ſuſceptis cõicat, & ſancta atque integra perſeuerat. O regula iuris Numicidi, ò priuilegia Vagaitana, & baptiſmus Chriſti exufflatur in eis qui eum in eccleſijs Apoſtolicis acceperunt, in eis autem quos dãnati ſacrilegi, ſicut in Vagaitano cõcilio ſcriptum eſt, Prætexatus & Felicianus baptizauerũt, parcit̃ baptiſmo Chriſti, non q̃a baptiſmus Chriſti eſt, ſed quia per eos datus eſt qui a ſuis damnatoribus ep̃s recedere & ad ſuos damnatores ep̃i redire meruerũt. Nempe hæc oĩa quæ iam diu cõmemoro, regalib. literis & eccleſiaſticis & municipalibus & proconſuiaribus geſtis facta recitamus, tñ ò Donatiſtæ, ſi uos teneretis eccleſiam toto orbe diffuſam, q̃ manifeſtiſſimis canonicarũ ſcripturarum teſtimoniis deſignata & expreſſa eſt, nihil aduersũ uos oĩa iſta ualere deberent, quia neq; uobis paleæ crimina præiudicarẽt, ſi uos in ea triticũ eſſetis, nec ſi vos eſſetis palea & veſtra eſſent crimi-

E

Num. 16.

F

crimina, tritico dñicę segetis aliquid præiudicaretis, qđ ita in agro dñi ſeminatum eſt, ut creſcat uſq; ad meſſem, i. qđ ita in immũdo ſeminatũ eſt, ut creſcat uſq; in finẽ ſeculi. Eo ergo modo, ſi forte quod adhuc nobis nunq̃ probaſtis aduerſus paleam noſtrã talia documenta gereretis, nos autẽ aduerſus uos tanta iſta quæ cõmemoraui nõ haberemus, ẽt ſi nihil frumentis noſtris toto orbe diffuſis oĩno præiudicaret quicquid in eorũ paleam q̃uis ueriſſimum, q̃uis manifeſtiſſimum, q̃uis probatiſſimum diceretis. Proinde remoueantur oẽs moratoriæ tergiuerſationes, quicquid de peccatis hoĩum falſum obiicitur, conuenıatur conſcientia, & non obiiciatur. Quicquid de peccatis hoĩum ẽt uerum dr̃, uel probari non poteſt, uel cum debuit probari non potuit, non obiiciatur. Quicquid de peccatis hominum & uerũ & probatum obiicitur, nec tñ ad frumẽta quæ inter paleam latẽt, ſed ad ipſam paleam quę in fine ſeparabitur pertinet, non obiiciatur. Hæc.n.& nos multo copioſius & probabilius obiicere poſſumus, nõ ea inanitate qua illi, ut in eis cauſam noſtrã cõſtituamus, ſed vt eis oñdamus, non ideo nos nolle talibus fidere, quia nõ inuenimus talia q̃ dicamus, ſed ne tp̃s rebus neceſſarijs vtile, in reb. non neceſſarijs conteramus. Quod ꝑꝑea illi faciũt, quia robuſta & firma ueritate ſubnixa documẽta, quibus cauſam ſuam tueanẽ inuenire non pñt, & uolunt uideri aliquid dicere, dum tacere erubeſcũt, & inania loqui non erubeſcũt. Remotis ergo oĩbus talibus, Eccleſiam ſuam demonſtrent ſi pñt, non in ſermonibus & rumoribus Aphrorum, non in concilijs eporum ſuorum, non in literis quorumlibet diſputatorum, non in ſignis & prodigijs fallacibus, quia ẽt cõtra iſta uerbo dñi præparati & cauti redditi ſumus, ſed in præſcripto legis, in prophetarũ prædictis, in pſalmorũ cantibus, in ipſius paſtoris uocib. in euãgeliſtarum prædicationibus & laboribus, hoc eſt in oĩbus canonicis ſanctorum librorum authoritatibus. Nec ita, ut ea colligant & cõmemorent, quæ obſcure uel amgue uel figurate dicta ſunt, quę quiſq; ſicut uoluerit interpreteẽ ſm ſenſum ſuum: Talia.n. recte intelligi exponiq; non pñt, niſi prius ea q̃ aperuiſſime dicta ſunt, firma fide teneantur. Quiſquis ergo huic epiſtolæ rñdere ſe præparat, ante denũciationem mihi dicat, Illi codices dñicos ignibus tradiderũt, illi ſimulachris gentium ſacrificauerũt, illi nobis iniquiſſimam perſecutionẽ fecerunt, & uos eis in oĩbus conſenſiſtis. Br̃.n. rñdeo quod ſępe rñdi, aut falſa dicitis, aut ſi uera ſunt, nõ ad frumẽta Chriſti, ſed ad eorum paleã pertinẽt iſta q̃ dicitis, Nõ inde perit eccleſia, q̃ optimo iudicio uẽtilata, iſtorũ oĩum ſeparatione purgabiẽ. Ego ipſam eccleſiam requiro, ubi ſit, Quæ audiendo uerba Chriſti & faciẽdo ędificat ſuper petram, & audiẽdo & faciendo tolerat eos, qui audiendo & nõ faciẽdo ædificant ſuper arenã. Vbi ſit triticũ qđ inter zizania creſcit uſq; ad meſſem, nõ quid fecerint uel faciant ipſa zizania. Vbi ſit proxima Chriſti in medio filiarũ malarũ ſicut lilium in medio ſpinarum, nõ q̃d fecerint uel faciant ipſæ ſpinæ. Vbi ſint piſces boni, q̃ donec ad littus perueniãt, tolerãt piſces malos pariter irretitos, non q̃d fecerint uel faciant ipſi piſces mali. Omiſſis ergo iſtis morarũ tendiculis, oñdat eccleſiã uel in ſola Aphrica perditis tot gentibus retinendã, uel ex Aphrica in oĩbus gẽtibus reparandã atq; adimplendã, & ſic oñdat ut nõ dicat, verum eſt q̃ hoc ego dico, aut quia hoc dixit ille collega meus, aut illi collegæ mei, aut illi epi uel clerici uel laici nr̃i: aut ideo uerum eſt, q̃ illa & illa mirabilia fecit Donatus uel Potius, uel quilibet alius, aut quia hoĩes ad memorias mortuorũ noſtrorũ orant & exaudiunẽ, aut q̃ illa & illa ibi contingunt, aut q̃ ille frater nr̃, aut illa ſoror nr̃a tale uiſum uigilans uidit, uel tale uiſum dormiẽs ſomniauit. Remoueantur iſta uel figmẽta mẽdacium hoĩum, vel portenta fallaciũ ſpirituũ: aut.n. nõ ſunt uera quæ dñr: aut ſi hæreticorũ aliqua mira facta ſunt, magis cauere debemus: ꝙ cũ dixiſſet dñs quoſdam futuros eſſe fallaces qui nõnulla ſigna faciẽdo, ẽt electos ſi fieri poſſet fallerẽt, adiecit uehementer cõmendans & ait, Ecce prædixi uobis. Vnde & Apoſto. admonẽs, Spũs aũt manifeſte dicit, q̃ in nouiſſimis tp̃ibus recedẽt quidam a fide, intendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dęmoniorũ. Porro ſi aliq̃s in hęreticorum memorijs orãs exauditur, nõ pro merito loci, ſed

ci,sed ꝑ merito desiderij sui recepit siue malũ siue bonũ.Spiritus aũt dñi,sicut sctiptũ ẽ repleuit orbẽ terrarum:Et, Auris zeli audit oĩa,& multi deo irato exaudiunt.De qualibus dicit Apostolus,Tradidit illos deus ĩ cõcupiscentias cordis illorũ.Et multis ꝓprius deus nõ tribuit ꝙ volunt,ut qđ utile est tribuat.Vñ idẽ Apostolus, ait, de stimulo carnis suę angelo Satanæ,quẽ sibi datũ dicit, a quo colaphizaretur:ne magnitudine reuelationũ extolleretur.Propter qđ ter dñm rogaui,ut auferret eũ a me.Et dixit mihi,Sufficit tibi gratia mea.Nã virtus in infirmitate perficit.Nonne legimus ab ipso dño deo nõnullos exauditos in excelsis mõtiũ Iudeę, q̃ tñ excelsa ita displicebant deo, vt reges qui ea nõ euerterẽt laudarent?Vnde intelligit magis ualere petentis affectũ q̃ petitionis locũ. De uisis aũt fallacib.legant q̃ scripta sunt,& quia ipse Satanas transfigurat se tanq̃ angelũ lucis,& q̃a multos seduxerũt somnia sua audiãt ẽt q̃ narrẽt Pagani de templis & dijs suis mirabiliter uel facta uel uisa, & tñ dij gentiũ dæmonia,dñs aũt cęlos fecit. Exaudiunt ergo multi & multis modis, nõ solũ Chr̃iani catholici,sed & Pagani & Iudęi & hr̃tici,uariis errorib.& supstitionib. dediti. Exaudiunt aũt vel ab spiritib. seductorib.q tñ nihil faciunt,nisi ꝑmittant deo sublimiter atq; ineffabiliter iudicante q̃d cuiq; tribuendũ sit,siue ab ipso deo, vel ad pęnã malitię,uel ad solatiũ miserię, uel ad monitionẽ q̃rẽdæ salutis ęternæ.Ad ipsam vero salutẽ ac uitã æternã nemo ꝑuenit, nisi q habet Chr̃m.Habere aũt caput Chr̃m nemo poterit,nisi q in eius corpore fuerit,qđ ẽ ecclesia,q̃ sicut ipsum caput in scripturis sanctis canonicis debemus agnoscere, nõ in uariis hominũ rumorib. & opinionib. & factis & dictis& uisis inq̃rere.Nemo mihi hęc opponat q mihi rñdere paratus est,q̃a nec ego dico ideo mihi esse credẽdũ,cõmunionẽ.Donati non esse Ecclesiã Christi, quia quidam qui apud eos Epi fuerunt diuina instrumenta ignibus tradidisse gestis ecclesiasticis & municipalibus & iudicialibus conuincunt: aut quia in iudicio Episcoporum, quod ab Imperatore petiuerant,causam suam nõ obtinuerunt: aut quia prouocantes ad ipsum Imperatorem, etiam ab ipso contrariã sibi sententiã meruerũt:aut quia tales sunt apud eos Circuncellionũ principes: aut q̃a tanta mala cõmittunt Circuncelliones:aut q̃a sũt apud eos qui se per abrupta p̃cipitẽt,uel cõcremando ignibus inferant, quos ipsis sibimet accenderunt aut trucidationẽ suam ẽt inuitis hominibus terrendo extorqueant,& tot spontaneas & furiosas mortes, ut colantur ab hominibus appetant: aut qđ ad eorũ sepulchra ebriosi greges vagorũ & vagarũ ꝑmixta nequitia die noctuque se vino sepeliãt,flagitijsq; corrũpãt. Sit ista omnis turba palea eorũ,nec frumentis p̃iudicet si ipsi ecclesiam tenẽt.Sed utrũ ipsi ecclesiam teneãt non nisi diuinarũ scripturarũ canonicis libris ostendãt,quia nec nos ꝓpterea dicimus nobis credere oportere ꝙ in ecclesia Christi sumus, q̃a ipsam q̃ tenem⁹ commemoranit Mileuitanus Optatus,vel Mediolanesis Ambrosius,vel alij innumerabiles nostrę comunionis episcopi,aut quia nostrorũ collegarũ conciliis ipsa p̃dicata est,aut q̃a per totũ orbẽ in locis sanctis,q̃ frequẽtat nostra cõmunio,tanta mirabilia uel exauditionũ vel sanitatũ fiunt,ita ut latentia per tot annos corpora martyrum,qđ possunt a multis interrogãtes audire,Ambrosio fuerint reuelata, & ad ipsa corpora cęcus multorũ annorum ciuitati Mediolanensi notissimus oculos lumẽque receperit:aut quia ille somnium uidit, & ille spiritu assumptus audiuit,siue ne iniret in partem Donati,siue ut recederet a parte Donati: Quæcunque talia in catholica fiunt, ideo sunt approbanda, quia in catholica fiunt: non ideo ipsa manifestatur catholica, quia hæc in eo fiunt. Ipse dominus Iesus cum resurrexisset a mortuis, & discipulorum oculis uidendum manibusque tangendum corpus suum offerret, ne quid tamen fallaciæ se pati arbitrarentur, magis eos testimonijs legis & Prophetarũ & Psalmorum confirmandos esse iudicauit, ostendens ea de se impleta, quæ fuerant tanto ante prædicta. Sic & ecclesiam suam commẽdauit dicens, prædicari in nomine suo pœnitentiam & in remissionem peccatorũ per omnes gentes, incipientes ab Hierusalem. Hoc in lege & Prophetis & Psalmis esse scriptum ipse testatus est, hoc eius ore commendatum tenemus.Hæc sunt causæ nostrę

A

B

Luc. 24.

Ibidem.

documenta,

documenta,hęc fundamenta,hęc firmamē-
Act. 17. ta. Legimus in Actibus Apostolorū dictū
de quibusdā credentibus, ꝙ quotidie scruta
rētur scripturas,an hæc ita se haberēt.[Quas
itaq; scripturas,nisi canonicas legis & Pro-
phetarū? Huc accesserunt euāgelia, Aposto-
licę epistolæ, Actus apostolorum, Apocaly-
psis Ioānis. Scrutamini hęc omnia,& eruite
aliquid manifestū quo demōstretis ecclesiā,
vel in sola Aphrica remāsisse,uel ex Aphri-
C ca futurā esse,vt impleatur qđ dńs dicit,Prę
Mat. 24. dicabitur hoc euangeliū regni in uniuerso
orbe in testimoniū omnibus, & tūc ueniet
finis. Sed aliq̃d ꝓferte qđ nō egeat interpre
te,nec unde cōuincamini qđ de alia re di-
ctū sit,& uos illud ad vestrū sensum detor-
quere conemini. Videtis.n.illud vnicū ꝙ ꝓ
Canti. 1. ferre cōsuestis,Vbi pascis,vbi cubas in me-
ridie:quēadmodū excussis omnib.eiusdē lo
ci verbis,lōge aliud indicat q̄ uos putatis.Et
si hoc sanaret ꝙ vultis, Maximinianistę vos
in eo uincerent. Magis.n. meridies ꝓuincia
Byzantiū tripolis,vbi illi sunt q̃cunq; sunt,
q̄ Numidia ubi uos ꝑpolleretis. Ita ergo ipsi
germanius & distinctius pñt de meridie glo
riari, vt eos excludere ab hac snīa nō possi-
tis,nisi in illis verbis verū sensum & catho-
licū teneatis,ońdentes ei ſm quatuor angu-
los orbis terrarum ab Austro magis q̄ ab A-
phrica esse meridiē,ſm figuratas āt scriptu-
rarū locutiones,perfectā mentis illumina-
tionē feruorēq; maximū charitatis, vocari
Esa. 58. meridiē. Vñ scriptū est,Et tenebræ tuę tanq̄
D meridies erunt. Aliquid ergo ꝓferte qđ nō
Gen. 22. contra uos verius interpretetur, sed ꝙ inter
prete omnino non egeat. Sicut nō eget inter
Gal. 3. prete, In semine tuo benedicentur oēs gen-
Esa. 62. tes,quia semen Abrahę Chr̄m,non ego,sed
Apostolus interpretatur. Sicut non eget in-
terprete, Tu.n.vocaberis volūtas mea in ea,
& terra tua orbis terrarū,q̃a ei dicitur quem
nemo christianus,nisi ecclesiā Christi intel-
ligit. Sicut non eget interprete, Commemo
rabunt & conuertentur ad dñm uniuersi fi-
Psal. 21. nes terræ, Et adorabunt in conspectu eius
vniuersæ patriæ gentiū,qm̄ ipsius est regnū,
& ipse dominabitur gentiū:quia in eo Psal
mo dr̄ vbi passio dñi etiam teste euangelio
declaratur. Sicut non eget interprete. Quia
oportebat Christum pati & resurgere tertia
die,& ꝑdicari in nomine eius pœnitentiam
& remissionē peccatorū ꝑ oēs gentes, inci- Lu. 24.
pientib.ab Hierusalē. Sicut non eget inter-
prete, Eritis mihi testes in Hierusalē & in to
ta Iudæa & Samaria & vsq; in totā terram. Act. 1.
Cępisse.n.ecclesiā ab Hierusalē atq; inde is
se circū Iudæam & Samariā & cęteras gen-
tes,consequentia gesta testantur canonicis
firmata documentis. Sicut non eget interpre Mat. 24.
te, Et ꝑdicabitur hoc euangeliū regni in uni E
uerso orbe in testimoniū omnib. gentibus,
& tunc veniet finis. Interrogatus.n.dńs de fi
ne huius seculi,cū quędā initia parturitio-
nū dixisset,ait,Sed nondū statim finis, Finē
aūt futurū ꝑdixit post ꝑdicationē euāgelij
in uniuerso orbe in omnibus gentibus. Si- Mat. 13.
cut non eget interprete, Sinite utraq; cresce
re usq, ad messem:quia cū egeret interpre-
te,ipse dńs interpretatus est,& ipse exposuit
cui nemo contradicere potest, maxime in
parobola,q̄ ab illo prolata est,& ipse ait,bo
nū semen esse filios regni,agrū mundū, mes
sem finē seculi. Tale aliq̃d proferre vel unū
quo apertissimę Aphrica declaretur, vel in
reliq̃s sola derelicta,uel ad principiū reno-
uandi & implendi orbis sola seruata. Neque
.n.tot testimonijs cōmendaretur quod erat
cito periturū,& sic taceret,aut qđ solum es-
set relinquendū, aut ex quo solo totū esset
reparandū & implendū. Si aūt non potestis
q̃ tam iuste a vobis flagitamus ońdere,credi
te veritati,conticescite,obdormiscite,a furo
re expergiscimini ad salutē. An adhuc dici-
tis, Si apud vos est ecclesia, vt q̃d nos ad ei⁹
pacē ꝑsequendo compellitis, aut si mali su- F
mus quid nos q̄ritis? Et si zizania sumus,si-
nite nos crescere vsq; ad messem. quasi nos
q̃bus modis possumus aliud agamus,nisi ne
triticū simul eradicetur dū ante tps zizania
separantur. Quicūq;.n.boni in ęternū futu-
ri sunt, & si ad tps mali sunt, non zizania,
sed triticum sunt in præscientia dei. Sic aūt
nos accusatis,quare uos q̄ramus si mali estis
quasi nō eo ꝑieritis quo mali estis, & ideo
sitis quęrendi,q̃a peristis, ut perditi quæra-
mini,quęsiti inueniamini, inuenti reuoce-
mini,sicut illa ouis a pastore, sicut illa dra-
chma a muliere, sicut ille filius, qui mor-
tuus erat,reuixit, perierat & inuentus est.
Ille vos enim quærit qui in sanctis habitat,
& im-

&imperat vt quæramini.

De pſecutione aũt ueſtra querela ſedabĩ
tur,ſi cogitetis & intelligatis,prius nõ oẽm
pſecutionẽ eſſe culpabilẽ,alioqn nõ lauda-
biliter dicereť, Detrahentẽ ſecreto ,pximo
ſuo,hũc pſequebar. Nã quotidie uidemus,
& filiũ de patre tanq̃ de pſecutore ſuo con
queri,& cõiugẽ de marito,& ſeruũ de Dño
& clonũ de poſſeſſore,& reũ de iudice, &
militẽ,uel ,puincialẽ de duce,uel rege,cum

G

illi plerũq; ordinatiſſima poteſtate ſibi ho-
mines ſubditos p terrores leuiorũ pœnarũ
a grauiorib.malis ,phibeant atq; cõpeſcãt,
plerũq; aũt a bona uita,& a bonis factis mi
nando.& ſæuiendo deterreãt.Sed cũ a malo
& illicito prohibẽt,correctores, & cõſulto-
res ſunt:cũ aũt a bono & licito,pſecutores,
& oppreſſo.res ſũt. Culpãtur ẽt q ,phibẽt a
malo,ſi modũ peccati modus coertionis ex
cedat.Itẽ iure culpãdi ſunt, q turbide atq;
inordinate in eos coercẽdos inſiliũt,q nul-
la ſibi lege ſubiecti ſunt.Proinde Circũcel-
lionũ ueſtrorũ inordinatas licentias & ſup-
bas inſanias iuſte reprehẽdimus,ẽt cũ aliq-
bus peſſimis uiolẽti ſunt. qa illicita illicite
vindicare,& ab illicitis deterrere,nõ eſt bo-
nũ.Cũ uero,& innocẽtes,uel cauſa incogni
ta,uel iniqſſimis inimicitiis pſequunť, qs
eorũ latrocinia non phorreſcit? At uero ꝙ
Maximinianiſtarũ furorẽ legibus publicis
coercendũ putaſtis,ut eos p iuſſa iudicũ, &
executionẽ officiorũ,& auxilia ciuitatũ pul
ſos de Baſilicis quas tenebant, ad conſidera
tionẽ ſui ſceleris argueretis,nõ reprehendi-
mus,niſi qa hoc in eis inſectati eſtis qđ ip-
ſi feciſtis,immo multo leuius q̃ feciſtis. Illi
.n.aduerſus partẽ Donati,uos aũt aduerſus
orbẽ terrarũ,& aduerſus eius uerba, q Ec-
cleſiã ſuã incipientẽ ab Hieruſalẽ p oẽs gẽ
tes cõmendauit,ſacrilegæ diſſenſionis alta-
re erexiſtis.Porro ſi Maximi.iuſionib.iudicũ
aduerſum ſe impetratis illicite & furioſe re
ſiſtere auderent,nõne ipſi ſibi iudiciũ acqui
rerent,dicẽte Apoſtolo, Qui.n.reſiſtit pote
ſtati,Dei ordinationi reſiſtit?Qui ãt reſiſtũt,
ipſi ſibi iudiciũ acquirunt:Principes.n.non
ſunt timori bono operi,ſed malo. Cũ ergo
eorũ malũ opus exiſteret,qđ uos p ordina
tas poteſtates cohibere conabamini, ſi uel-
lent illi ,p ipſo malo opere ſuo peiore opere
legibus aduerſari, nunquid a uobis. & nõ a
ſeipſis quicquid eis mali accideret pateren-
tur?Quemadmodum qcunq; uoluiſſet dice
re blaſphemiã in Deũ Sidrach Miſac & Ab

Dan. 3.

denago,& ſecundum edictum regis, cum
domo ſua diſperderetur, nunquid hoc ab
iſtis tribus uiris,qbus de ignis liberatis rex
cõmotus illud edixerat,aut uero ẽt ab ipſo
rege,ac non potius a ſeipſis illa digna mala
paterẽtur?Si ẽt quadraginta illi Iudæi,q Pau

Acto. 23

lum interficere cõiurauerant, in armatos a
quib⁹ ordinata tuitione idẽ Paulus deduce
batur irruiſſent,nunqd eos Paulus,ac nõ ſe

I

ipſi poteſtatibus reſiſtẽdo peremiſſent?Qua
propter & uos ſine tumultu animi, ſine tur
bulẽta cõtentione,ſine amaritudine odiorũ
conſiderate diligenter ea, quæ ꝯ uos reges
noſtræ cõionis cõſtituunt,qua cauſa patia-
mini,Et ſi vos in Eccleſia Xpi eſſe inueneri

Matt. 5.

tis,gaudete & exultate,qa merces vr̃a mul-
ta eſt in cœlis.Vos.n.tanq̃ martyres corona
mini,illi aũt tanquã pſecutores martyrum
iudicãtur.Si aũt uos ꝯ Eccleſiã Chriſti alta-
re erexiſſe,& a Chriſtiana unitate,q̃ toto or
be diffunditur, ſacrilego ſchiſmate ſepara-
tos eſſe, & corpore Chriſti qđ eſt Eccleſia
toto orbe diffuſa,& rebaptizãdo,& blaſphe
mando,& quantũ poteſtis opugnando ad-
uerſarii ſancta & canonica ſcriptura cõuin
cit,uos impii atq; ſacrilegi,illi aũt, qui uos
,p tãto ſcelere tam leniter damnorũ admo-
nitionibus,uel locorũ,uel bonorũ, uel pe-
cuniæ priuatione deterrẽdos coercẽdosq;
decernũt, vt cogitãtes quare iſta patiamini,
ſacrilegiũ ueſtrũ cognitũ fugiatis,& ab æter
na dãnatione liberemini,& rectores diligẽ-
tiſſimi,& cultores piiſſimi deputãtur.Hanc

K

vobis dilectionẽ debẽt Chriſtiani catholici
Imperatores,ut ſacrilegia vr̃a, & pp chri-
ſtianã mãſuetudinẽ,nõ pro merito punien
da decernant,& pp chriſtianã ſolicitudinẽ
nõ omnino impunita dimitant. Hoc in eis
Deus operať,cuius miſericordiam ẽt in his
moleſtiis,de qbus cõquerimini non vultis
agnoſcere.Nos aũt quãtũ in nobis eſt,quã-
tum Dñs donat atq; pmittit,nec ipſas leges
leniſſimę coertionis aduerſus uos moue-
mus,niſi ut Eccleſia catholica pp infirmo-
rũ fragilitatẽ,ut eis liceat ſine timore elige-
re,qd teneant uel ſequantur, a ueſtris ter-

toribus libera ꝓ̃stetur, ut si aliq̃d uestri in
nostros violẽter fecerint, tũc uos quos tan-
quã obsides in fundis & in ciuitatibus habe
mus, nõ qualia uestri faciunt patiamini, sed
ꝑ ordinata iudicia subiecti legibus damno
pecuniario vapuletis. Qđ si uobis graue ui
detur, uestri nobis parcãt & quiescãt. Si aũt
in nos nõ q̃escendo illi sæuiũt, q̃ uel sub uo
bis, uel uobiscũ sunt, qđ de nobis cõquera-
mini nõ habetis, q̃ in uestra, uel uestrorum
ptãte posuimus, ut ẽt sectãtes hęresim ue-
strã, nulla damna patiamini, si nullas catho-
lica, siue a uobis siue a uestris uiolẽtias patia
L tur. Quòd si aliquæ factę fuerint uobis inui
tis & cõpescere nõ ualẽtibus, misericordi-
ter ipsis dãnis & iuste admonemini, quales
hẽatis a q̃bus cõtaminari nõ putatis, atque
hinc intelligerẽ cogamini, quã inanes calũ
nias ecclesiæ Xp̃i toto orbe diffusę faciatis.
Neq: iam nobis obijciatis, ꝙ ꝑseq̃mur uos,
sed vestris potius, si & nos suis uiolẽtiis in-
festari, & uos publicis legibus malũt cõteri
quã se a solito furore sedari. Si q̃d sane a no
stris xp̃ianæ charitatis modũ uotumq; non
custodiẽtibus, odiose & ꝑniciose patiamini
nõ esse illos nr̃os cito dixerim, sed aut futu
ros, si se correxerint, aut in fine separãdos, si
in malitia ꝑdurarint. Nos tñ nec ꝑꝑ pisces
malos retia rũpimus, nec ꝑꝑ uasa in contu
meliã facta domũ magnã deserimus. Qđ si
vos quoq; illos a q̃bus talia catholica patiť,
non esse uestros eadẽ regula dicitis, ꝓbate
animũ uestrũ, corrigete errorẽ, amplectimi
ni unitatẽ sp̃us in uinculo pacis. Nã si nec
vos illi cõtaminãt, nec nos isti, nõ nobis in-
uicẽ alienis criminib. calumniemur, In una
charitate frumẽta crescamus simul, usq; ad
ventilabrũ paleã toleremus. Quãobrem si
M nullo interprete indigent, Canonicarũ scri
pturarũ testimonia q̃ cõmendãt ecclesiã in
totius orbis communione cõsistere, & sepa
rationi uestræ in Aphrica cõstitutæ, ex eis-
dem libris nulla talia potestis inuenire suf
fragia, nec iuste de ꝑsecutionibus cõqueri-
mini quas grauiores ipsa ꝑpetiť, quo latiꝰ
diffundiť, fide ac spe & charitate oĩa tolerat,
non tantũ talia, qualia uti Circuncelliones
& eorũ similes ubi pñt mẽbris infligũt, sed
oĩa uariarũ iniq̃tatũ scãdala ꝑ uniuersum
mundũ scatẽtia, de q̃bus dominus exclama
uit, Vę mundo ab scandalis. Grauius.n.per
sequitur filius patrem male uiuendo, quã
pater filium castigando. Et grauius ancilla
Saram persecuta est per iniquam superbiã
quam eam Sara per debitam disciplinam.
Et grauius dominum persequebantur pro-
pter quos dictum est, Zelus domus tuæ co-
medit me, quã eos ipse cum eorum mensas
euertit, & eos flagello de templo expullit.

Quid habetis amplius qđ dicatis? An il-
lud ultimũ uestrũ iam placet In mediũ ꝓfe
ramus, Ecce, inq̃unt, uos tenetis ecclesiam,
Q̃uo nos suscipitis si ad uos trãsire uolueri
mus? Breuiter respõdeo, Sic uos suscipimus
q̃uo suscepit ecclesia, quã in sãctis libris ca
nonicis inuenimus. Deposita q̃ppe animosi
tate cõtradicẽdi, qua tument oẽs q̃ ueritate
dei uinci nolunt, & sua ꝑuersitate uincun-
tur, facile potestis intelligere & in bonis es-
se, & in malis sacramẽta diuina, sed in illis
ad salutẽ, in illis ad dãnationẽ. Et cũ tãtũ di-
stet inter eos q̃ hæc digne indigneq; tracta
uerint, ipsa tñ eadem sunt, illis ad pręmium
valentia, illis ad iudicium. Qua ꝑꝑ qñ plu-
res quã Ioannes dñs baptizabat sicut in euã
gelio scriptũ est, ubi subiecit Euangelista,
quamuis ipse nõ baptizabat, sed discipuli e-
ius, cũ tãtũ distaret inter Petrum & Iudam,
nihil tñ distabat inter baptismũ, q̃ dabatur
ꝑ Petrũ, & qui dabatur ꝑ Iudã. Illud.n. qđ
per eos dabatur, unum erat cũ ipsi non es-
sent unum. Et illud Xp̃i erat, illorum autẽ,
vnus ad membra Christi, alter ad partẽ dia-
boli pertinebat. Cum uero Ioannes Bapti-
sta & Paulus Apostolus unũ eẽnt; q̃a uter
que spõsi amicus erat, tñ quia nõ erat unus
baptismus qui dabatur a Ioanne, & qui da
batur a Paulo, iussit Paulus Christi baptis-
mo baptizari eos, qui baptismo Ioannis fue
rãt baptizati. Itaq; ille baptismus Ioannis di
ctus est, qui aũt per Paulũ datus est, non est
dictus baptismus Pauli, sed iussit eos, inquit
baptizari in Christo. Ecce unum sunt Ioan
nes & Paulus, & non unum dant. Ecce non
sunt unum Petrus & iudas, & unũ dant. At
vero Petrus & Paulus, unũ sũt, & unũ dãt.
Abraham & Cornelius ex fide iustificati v-
num sunt, & non unum sacramentum ac
ceperunt. Idemque Cornelius & Simon
magus non sunt unum, & unũ sacramentũ

acce-

acceperunt. At uero Cornelius, & ille ſpado quē Philippus in itinere baptizauit, & unū ſunt & unū ſacr̄m acceperunt. Cū ergo vnū eſt ſacr̄m, nec diuerſi datores, nec diuerſi ꝑceptores, faciunt ut nō ſit unū qđ unum eſt. Iſti aūt cū volunt hominū eſſe quod Chr̄i eſt, res falſiſſimas & abſurdiſſimas perſuadere conanť, vt propè tot ſint baptiſmi, quot homines ꝑ quos danť. Itaq; illud quod dn̄s ait de homine & opere hominis, Arbor bona bonos fructus facit, arbor mala fructus malos facit, iſti adhuc detorquere conanť, vt a bono baptizatus bonus ſit, & a malo baptizatus malus ſit: Tū ſequitur eos ēt ſi nolunt, vt a meliore baptizatus melior ſit, & ab inferiore baptizatus inferior ſit. Ex quo ſit, vt illi quos ante dn̄i paſſionē non ipſe Ieſus baptizabat, ſed diſcipuli eius, multo ſāctius naſcerenť ſi ab ipſo baptizarenť. Quis.n. vel cogitare poſſit, quātū intererat inter ipſum & diſcipulos eius a quibus baptizabanť? Ergo inuidit eis ſanctiorē generationem, quos a diſcipulis ſuis ſe hic conſtituto maluit baptizari? Quod vtiq; quiſquis credit inſanus eſt. Quid ergo dn̄s eo ipſo demōſtrare dignatus eſt, niſi ſuum eſſe qđ dareť ꝑ quemlibet daretur, & ſe baptizare, de quo amicus ille ſponſi dixerat. Hic eſt qui baptizat & ꝑ cuiuſlibet manus miniſtri baptizaretur ꝗ crediſſet in eum. Dicit ēt Paulus, Gratias deo ꝙ neminē veſtrum baptizaui, niſi Criſpū & Caiū, ne quis dicat qđ in nomine meo baptizaui. Et iſte ergo credatur inuidiſſe hominibus meliorē ſanctificationē, ſi quanto melior erat tanto melius poterant baptizari, ꝗ ab illo baptizarentur: Immò uero ad hoc ipſum vigilauit cautiſſimi & fideliſſimi diſpēſatoris intentio, ne quiſquam ideo ſanctius ſe baptizatū putaret, qđ a miniſtro ſanctiore baptizaretur, & qđ dn̄i erat ſeruo tribueret. Cū igitur boni & mali dent & accipiant baptiſmi ſacr̄m, nec regenerati ſpiritaliter ī corpus & mēbra Chr̄i coędificentur niſi boni, ꝓfecto in bonis eſt illa eccleſia, cui dr̄, Sicut liliū in medio ſpinarū, ita ꝓxima mea in medio filiarū. In his eſt.n. ꝗ ædificant ſupra petram, id eſt, qui audiūt uerba Chriſti & faciunt. quia & Petro confitenti ſe Chriſtum filiū dei, ſic ait, Et ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiā meā. Non eſt ergo in eis ꝗ ædificant ſuꝑ arenā, id eſt, ꝗ audiūt verba Chr̄i & non faciunt. Ipſe.n. dixit, Qui audit uerba mea & facit ea, ſimilabo eū uiro ſapienti qui ædificat domū ſuā ſuper petrā. Et ibidē paulopoſt, Qui audit, inquit, verba mea & non facit ea ſimilabo eū viro ſtulto qui ædificat domū ſuper arenam. Qui ergo compage charitatis incorporati ſunt, ædificio ſuper petrā conſtituto & lilio inter ſpinas cadenti, ipſi vtiq; poſſidebunt regnū dei. Qui aūt ſuper arenā ædificant, vel in ſpinis deputantur, ꝗs dubitauerit, qđ regnū dei nō poſſidebūt? Nihil utiq; ꝓdeſt talib. baptiſmi ſacr̄m nec tñ ꝑ ꝑ eorū inſtabile fundamentū ſterilemq; malitiam ſacr̄o qđ habent ulla iniuria facienda eſt, Proinde in loco illo ex Epiſtola Pauli apoſtoli quā ſcripſit ad Galatas, ſine ſtudio contentionis aduertite, q̃ recte fiat, ut hęreticū corrigentes errorē, ſi ſacr̄m hoc habent, quod habere debuerūt, illud accipiant qđ eis deerat, nō improbetur & blaſphemetur qđ inerat, Manifeſta, inquit, ſunt opera carnis, quę ſunt, fornicationes, immūditiæ, luxurię, idolorū ſeruitus, veneficia, inimicitię, contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, hęreſes, inuidiæ, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quę prędico uobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non poſſidebunt.

Oēs itaq; iſti non ſunt in lilio, nec ſuper petrā, īter hos aūt & hr̄tici poſiti ſūt: Cur ergo vos, vt omittā cętera, nō baptizatis poſt ebrioſos, luxurios, inuidos, ꝗ regnū dei non poſſidebunt, & ideo in petra non ſunt? Et ꝗa in petra non ſunt, ꝓculdubio in eccleſia nō deputantur, quia ſuper hanc petrā, inquit, ędificabo eccleſiam meā: Et vos vultis ut baptizemus poſt hęreticos, ꝗ inter eaſdē ſpinas regnum dei non poſſeſſuras enumerati ſunt, & quibus ſimiliter ſacramenta inſunt qñ eadem ſunt, ſed non proſunt, quia cū illa recta ſint ipſi peruerſi ſunt. Hęc ſine pertinacia conſiderantes atque cogitantes, facile poteſtis intelligere, id in quoquam corrigendum eſſe quod prauum eſt, quod aūt rectū eſt approbandū, & hoc dandū eſſe quod deerit, quod aūt inerit agnoſcendum. Veniens itaq; hęreticus ut catholicus fiat, errorē corrigat proprium, non Chriſti uiolet ſacramentum. Accipiat vinculum pacis ꝙ non

Act. 8. *Luc. 7.* C *Ioan. 1* *Cor. 1* *Cant.* *Mat. 1* *Matt. 2.* E *Galat. 5* *Hæretici quomodo recipian* *Cap. 19* F

habebat, ſine quo illud prodeſſe nō poterat baptiſma qđ habebat: Vtrunq;.n.neceſſariũ eſt ad regnũ dei adipiſcendũ, & baptiſmus, & iuſtitia. Et in contẽptore quidẽ baptiſmi Chriſti non põt eſſe iuſtitia. Baptiſmus aũt & in eo ꝗ iuſtitiã non habet, põt eſſe, ſed nõ põt prodeſſe. Sicut.n.veritas dixit, Si ꝗs non renatus fuerit ex aqua & ſpũ, nõ intrabit in regnũ cœlorũ: ita eadem veritas dixit, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra ſuper ſcribarũ & Phariſæorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ: vt nõ baptiſmus ſolus, ſed ẽt iuſtitia perducat ad regnũ. Cui aũt vel vtrũq; vel unũ de fuerit, illuc peruenire nõ poſsit. Quaꝑꝑ cũ dicatur hr̃ticis, Iuſtitia vobis deeſt, quã ſine charitate ac vinculo pacis habere nullus poteſt, cunꝗ; & ipſi fateãtur multos baptiſmũ habere & iuſtitiã nõ habere, & ſi non fateãtur, eos ꝯuincat ſcriptura diuina, miror qũo putent, cũ eos habentes non ſuũ ſed Chriſti baptiſmũ, iterũ nolumus baptizare, ita nos agere, ac ſi eis iã nihil deeſſe iudicemus, & quia baptiſmus eis in catholica non datur, quẽ habere inueniuntur, nihil ſe illic accipere arbitrantur, vbi hoc accipiũt, ſine quo illud qđ habent eis ad perniciẽ valeat, nõ ad ſalutẽ. Qđ ſi nolunt intelligere, ſufficit nobis, qđ eã tenemus eccleſiam quæ manifeſtiſsimis ſanctarũ & canonicarũ ſcripturarum teſtimoniis demonſtratur. Dicat mihi nũc hr̃ticus. Qũo me ſuſcipis? Cito rñdeo, Sicut ſuſcipit eccleſia cui Chriſtus perhibet teſtimoniũ. Nunquid tu melius potes noſſe qũo ſuſcipiendus ſis, q̃ ſaluator noſter medicus vulneris tui? Hic forte dicis, Lege ergo mihi quẽadmodum Chriſtus ſuſcipi iuſſerit eos qui ab hr̃ticis tranſire ad eccleſiã volũt. Hoc aperte atq; euidẽter, nec ego lego, nec tu. Si.n.hr̃ticus eſſet Ioãnes, & in nomine patris & filij & ſpũs ſancti baptizaret, poſt cuius baptiſmũ iuſsit Paulus homines baptizari, tu obtineres quod dicis, ita vt ꝯ quid dicerẽ, non haberem. Rurſus ſi Petrus in nomine patris, & filij, & ſpũs ſãcti ab hr̃ticis baptizatus fuiſſet, cui dñs ait, Qui lotus eſt ſemel, non habet neceſsitatẽ iterum lauãdi: ego obtinerẽ quod dico, ita vt tu ꝯ quid diceres, non haberes. Nunc vero cũ in ſcripturis nõ inueniamus aliquos ad eccleſiam trãſiſſe ab hæreticis, & ſicut ego dico, aut ſicut tu dicis eſſe ſuſceptos, puto ſi aliquis ſapiens extitiſſet, cui dñs Ieſus Xp̃s teſtimoniũ perhibet, & de hac q̃one conſuleretur à nobis, nullo mõ dubitare deberemus id facere ꝙ ille dixiſſet, ne nõ tã ipſi q̃ dño Ieſu Chriſto, cuius teſtimonio cõmẽdabatur, repugnare iudicaremur. Perhibet aũt teſtimoniũ Xp̃s eccleſiæ ſuæ, Ecce Euangeliũ, lege vbi ait, Oportet Xp̃m pati & reſurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiã & remiſsionẽ peccatorum in oẽs gẽtes, incipientibus ab Hieruſalẽ. Qũo ergo ſuſcipit iſta eccleſia per oẽs gentes incipiẽtibus ab Hieruſalẽ remotis omnibus ambagibus & tergiuerſationibus, ſic ſuſcipiendus es. Qđ ſi non vis, non mihi, aut cuiquã homini, qui vult ita ſuſcipere, ſed ipſi ſaluatori ꝯ ſalutẽ tuã pernicioſiſsime reluctaris, qui te ſic ſuſcipiendũ eſſe non vis credere, quẽadmodũ ſuſcipit illa eccleſia, q̃ teſtimonio ſuo cõmendat ille cui fateris nefariũ eſſe nõ credere. At.n.dixit Hierem. Facta eſt mihi vt aqua mendax, nõ habens fidẽ. Non de hac aqua dixit q̃ putas: Lege diligenter. Ipſam.n. hominũ mendaciũ multitudiuẽ dixit aquã mendacem, more prophetico, ſicut figurate loqui ſolẽt, ſicut in Apocalypſi, populos aquarum nomine nouimus appellatos. Nam ſic ait Hieremias. Vt quid qui cõtriſtant me præualent? Plaga mea valida eſt, vnde ſanabor? Facta eſt mihi vt aqua mendax nõ habẽs fidẽ. Plagam ſuã ſibi dixit factã vt aquã mendacem, eandem vero plagam ſuam eos appellauit qui ſe contriſtabant. Quod.n.ait, qui contriſtant me: hoc dixit poſtea plaga mea: & quod ſupradixit, præualent: hoc poſtea dixit, valida eſt. Sic & illic facitis vbi ſcriptum eſt, Ab aqua aliena abſtine te, & de fonte alieno ne biberis. Putatis.n.de baptiſmo dictum, qui eſt apud hæreticos, vt ideo ſit aqua aliena, quia hæretici regnũ dei non poſsidebunt: quaſi nõ ita ſit & apud ebrioſos & apud inundos, & cæteros hmõi, de ꝗbus pariter dictum eſt, Regnũ dei non poſſidebunt: & tñ in omnibus talibus ſi ſm euangelium baptizati ſunt, Chriſti eſt baptiſmus, non ipſorũ. Vnde aqua illa non eſt aliena, cum ipſi alieni ſint, quibus dicturus eſt, Non noui vos. Cur non ergo potius intelligam aquam alienam & fontẽ alienum do-

ctrinam

Ioan. 3.

Mat. 5.

G

H

ctrinã esse maligni spiritus qua decipiũtur,
& seducũtur alienati a Deo p ignorantiã,
q̃ est in illis p p cęcitatem cordis eorũ? Hoc
expresius cõmendãte Apostolo, Spiritus ãt
4. manifeste dicit, q̃a in nouissimis tpibus re
cedent q̃dã a fide, attẽdentes spiritibus er-
roris & doctrinis Dęmoniorũ. Hæc ẽ aqua
aliena, & fons alienus. Si.n.aqua in bono in
telligitur & spũssanctus, cur nõ aqua in ma
lo intelligatur & spũs malignus? Non.n.sẽ-
per, ubi aquã nominat scriptura, hoc uisibi-
le baptismi sacr̃m uult intelligi, sed aliq̃n ip
sum, aliq̃n aliud. Iã.n.hoc uisibili baptismo
ẽt alios discipuli Dñi baptizauerãt, anteq̃
ueniret in eos s̃m eius ,pmissionẽ spũssan-
L ctus. De quo tñ idẽ Iesus dicit, Si q̃s sitit, ue
niat, & bibat: q̃ credit in me, sicut dicit scri
ptura, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre
eius. Et seq̃tur Euangelista, & exponit vñ sit
dictũ, Hoc aũt, inq̃t, dicebat de spiritu, quẽ
accepturi erãt ij, q̃ in eũ erãt credituri. Spiri
tus.n.nondũ erat datus, q̃a Iesus nondũ fue
rat clarificatus, cum iam aqua illa baptismi
5. multis fuisset data. Vñ & illud q̃ similiter
nõ intelligitis, q̃d scriptũ est, Bibe aquã de
tuis uasis, & de puteorũ tuorũ fontibus, &
fons aquæ tuæ sit tibi ,pprius, & nemo alie-
nus cõmunicet tibi, & nõ sup̃fluant tibi a-
quę foras, & in plateis tuis discurrãt aquæ
tuæ, nõ uisibilẽ baptismũ quẽ possunt h̃re,
& alieni.i.qui regnũ Dei nõ possidebũt, sed
hoc donũ cõmendat spiritussancti, q̃d pro
priũ est eorũ tm̃, q̃ regnabunt cũ Xp̃o in æ-
ternum, Qm̃ charitas Dei, sicut dicit Apo-
stolus, diffusa est in cordibus nr̃is p spiritũ-
sanctũ, q̃ datus est nobis. Ipsa.n.latitudo cor
dis, quã charitas facit, vñ illã diffusam dicit,
M & unde ad Corinth. ita loq̃tur, Os nostrum
5. patet ad uos o Corinthij, cor nr̃m dilatatũ,
est, platearũ nomine significata est. Q̃d ergo
aperte audimus, Nolite omni spiritui crede
re, sed ,pbate spũs si ex Deo sint, hoc figura-
te audimus: Ab aqua aliena abstinete, & de
4. fonte alieno ne biberitis. Et q̃ apte audiui
mus, Charitas Dei diffusa ẽ in cordibus no-
stris p spiritũ sanctũ, q̃ datus est nobis, hoc
figurate audimus. Fõs aquę tuæ sit tibi pro-
prius, & nemo alienus cõmunicet tibi. Mul
ta.n.munera Dei possunt h̃re & alieni, nõ
solum ista cõmunia cũ lapidibus & arbori-
bus, sicuti est esse, & uigere, nec solũ com-
munia cũ pecoribus, sicuti spirare, sentire,
sed ẽt maiora iã hominum ,ppria, sicut est
ratio, locutio, artes vtiles innumerabiles, &
alia multa. Ipsa ẽt, quæ domui Dei data sũt,
nonnulla ex eis habent alieni.i.non posses-
Mat. 15. Matt. 7. 1.Co. 13
suri regnũ Dei, q̃bus ĩ fine dr̃, Nõ noui uos:
ẽt cum dixerint, in nomine tuo ,pphetaui-
mus, & uirtutes multas fecimus: q̃a & si ha
beam, inq̃t, ,pphetiã, & sciam oĩa sacramen
ta, & omnẽ scientiã, & si habuero omnẽ fi-
A dẽ, ita ut mõtes transferã, charitatẽ aũt non
Acto. 8. habeam, nihil sum. Hoc est ergo donũ spiri
tus sancti ,pprium sanctorum, vñ nemo cõ
municat alienus. Hoc deest omnibus mali-
gnis, & gehẽnæ filijs, ẽt si Christi baptismo
baptizentur, sicut Simõ fuerat baptizatus.
Hoc deest ẽt hæreticis. Hoc accipiunt cum
correcti ueniunt, & unitatis uinculũ synce
riter amplectuntur. Q̃d si nõ acciperent, ẽt
habentes baptismum Christi, non erant pos
sessuri regnum Christi, quia non introierãt
ad fontem illum proprium aquarũ discur-
rentium in plateis sanctorum, & foras non
Rom. 5. excurrentium, quo fonte charitas Dei diffu
sa est in cordibus nostris per spiritum san-
ctum, qui datus est nobis. Definite itaque il
la testimonia cõmemorare, quæ aut nõ in-
telligitis, aut pro nobis ẽẽ vos esse intelligi-
tis. Quod si ambigue posita, & pro nobis,
& pro vobis possent interpretari, nihil vtiq;
adiuuarẽt causam uestram, quia & nos si ta
libus uti uellemus, innumerabilibus utere-
mur, quæ causam nostram nihil similiter ad
iuuarent. Sed plane talia malã causam, uel
moras faciendo sustentant. Ecce inq̃unt de
corpore Dñi aqua profluxit. Et quid te hoc
adiuuat ò hæretice? Multum, inquit, Baptis-
ma enim significat non esse, nisi in corpore
Domini, id est, in Ecclesia. Melius diceres
de corpore Domini, hoc est, de Ecclesia, ẽt
si iam constet, quod adhuc forte diligẽtius
B requirendũ est, aqua illa baptismum esse si-
gnificatum. Nam & nos baptismũ quem ha
betis, de corp̃e Dñi esse dicimus, hoc est de
Ecclesia, quamuis in ea ipsi non sitis, sicut
omnes, qui non ædificant super petram, sed
super arenã. Quare tñ non attendis aquam
illam, qua baptismũ significatum dicis, non
tantum in corpore Dñi fuisse, sed etiam de

corpore eius foras exiſſe,& hoc per uulnus ꝑſecutoris? Neq;.n.& hęretici & oẽs mali ſecũ foras ſacra traxiſſent,ſi unitatis integritatẽ in corpore dñi cuſtodiſſent. Sed ẽt hoc uidetis ꝗ ꝓfundũ ſit,& quanta myſterij altitudine occultũ.Iam ſufficiat:Deſinite talib⁹ agere. Omnia ꝗ hmõi protuleritis aut ꝓ nobis ſunt, aut ut multũ cauſæ noſtræ minuã,incertum eſt pro ꝗbus ſint. Sed libẽter in oꝑtis immoramini,ne fateri aperta cogamini.Ecce eccleſia, rogo quid patimini?Ecce eccleſia tot manifeſtiſſimis ſanctarũ ſcripturarũ teſtimonijs commendata & expreſſa,ꝓdicta & demonſtrata: Sicut audiuimus, ita & uidimus,ꝗd tergiuerſaris qũo ſuſcipiaris?Cur detractas ſic ſuſcipi qũo illa ſuſcipit

C cui teſtimoniũ ꝑhibet qui mentiri non potuit?Doce ſcripturas canonicas apertas dixiſſe baptizandũ eſſe in eccleſia catholica, qui apud hęreticos in nomine patris & filij & ſpũs ſancti fuerit baptizatus.Qđ ſi hoc docere non potes, illud doce huic cõmunioni tuę.i.parti Donati,ubi hoc didiciſti, apertũ aliquid & manifeſtum teſtimoniũ a ſcripturis canonicis perhiberi, & fateor ad te eſſe tranſeundũ,nec aliter eſſe ſuſcipiendos hęreticos ꝗ ſicut ſcripſit eccleſia in qua es, quia tali teſtimonio declarata eſt.Quid ęſtuas?ꝗd ꝑturbaris? Non inuenis in ſcripturis canonicis qđ a te iuſtiſſime exigimus. Nam qđ

Cant. 1. dicere ſoletis,Vbi paſcis,vbi cubas in meridie,uides quale ſit,& quam ꝓ te non ſit.Noli ergo talia ꝗrere,ꝗa & ſi in partibus Aquilonis Meridianis, diceret de ſe eſſe dictum,

Pſal. 7. Mõs Sion,latera Aquilonis,ciuitas regis magni.Nam vtiq; ciuitas regis magni non eſt niſi eccleſia, & hoc potius indubitanter ſonat eccleſiã,ꝗ illud.Vbi paſcis,ubi cubas in meridie.Sed fortaſſe illo teſtimonio Marciõ

D hęreticus uteretur,qui dicitur Ponticus fuiſſe,ꝗ partes ad Aquilonem ſunt.Rurſus ſi in

Iſa. 64. occidente eſſet pars Donati,diceret de ſe eſſe dictũ, Iter facite ei ꝗ aſcẽdit ſuꝑ occaſũ, dñs nomen eſt illi. Fortaſſis.n.ſublimius eſſe diceret,aſcendit ſuꝑ occaſum, quã,cubat in meridie.Hæc myſtica ſunt, oꝑta ſunt,figurata ſunt,aliquid manifeſtũ qđ interprete non egeat flagitamus. Ego itaq; ſic te ſu-

Ge. 22. ſcipio quemadmodũ ſuſcepit ſemen Abrahę,in quo benedicunť oẽs gentes,hoc forte obſcurũ eſſet, niſi Paulus aperuiſſet ſemen Abrahæ qđ eſt Chriſtus. Sic te ſuſcipio,quẽadmodũ ſuſcepit illa ſterilis, cuius multi filij magis quã eius ꝗ habet uirũ. Qđ obſcurũ eſſet,niſi Paulus dixiſſet ipſam eſſe eccleſiã matrẽ noſtrã,cui dictum eſt, dñs ꝗ eruit te ipſe deus uniuerſæ terræ uocabitur:cui dictum eſt.Terra tua orbis terrarũ.Sicut ſuſcipit regina illa,de qua ĩ Pſalmis dicitur,Aſtitit regina a dextris tuis:& cui dr̃,Pro patrib. tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuꝑ oẽm terrã.Poſtremo ne multa commemorẽ,Sic te ſuſcipio,ſicut ſuſcipit eccleſia ꝑ oẽs gentes incipiens ab Hieruſalẽ & in tota Iudæa & Samaria, & uſq; in totã terrã. Ille.n.te ſuſcipit, qui hoc de illa dixit, qui ĩ talib.eã uerbis ne ꝗſquã de illa dubitaret oñdit. Sic te ſuſcipio quemadmodum ſuſcipit triticũ ſeminatũ in agro, quod cũ zizanijs creſcit uſq; ad meſsẽ. Hi ſunt.n.filij regni, ager aũt eſt mundus,meſſis eſt finis ſeculi: dñs expoſuit,Euangeliũ eſt,uerba dñi ſunt, manifeſta ſunt. Poſſem tibi dicere,ſic te ſuſcipio, quẽadmodũ & uos ſuſcepiſtis quos Prætexatus & Felicianus a uobis dãnati,extra ueſtram cõmunionẽ baptizauerunt.Cui rei quid contradicas omnino nõ habes.Sed hoc potius dicã,quod & aduerſus ipſos Maximinianiſtas inuictiſſime ualeat, ꝗ uos in duobus ꝓcipue teſtimonijs,quib.imperitiſſime,tñ creberrime uti ſoletis, omnino uicerunt,& de paucitate,& de meridie.Hoc ergo dicam quod uos oẽs tanquam pariter cõtra nos inſurgatis,extinguat. Sic uos ſuſcipimus ſi corrigi uultis,quemadmodum ſuſcipit eccleſia, quam dominus Ieſus dixit ab Hieruſalem cœpturam:& in Actibus Apoſtolorum legimus inde cœpiſſe, & per omnes gentes ituram. Et in actibus apoſtolorum legimus per multas iſſe antequam ueniret in Aphricam, & per omnes gentes ituram antequã ueniat finis, quia ipſe dñs ait, Prædicabitur hoc euangelium in omnibus gentibus, & tunc ueniet finis, Ecce purgamenta eius.Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, Ecce frumenta eius, Qui autem perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Vbi hic Aphrica nominata eſt in parte Donati? Ecce iterum frumẽta eius,Vt ſcias,inꝗt Apoſtol⁹

quemadmo-

quemadmodũ te oporteat in domo dei conuersari, q̃ est ecclesia dei uiui, colũna, & firmamentũ ueritatis. Et sine dubio magnũ est pietatis sacr̃m, quod manifestatũ est in carne, & iustificatũ est in spũ, apparuit angelis, prædicatũ est in gẽtibus, creditũ est in mundo, assumptũ est in gloria. Ecce purgamẽta eius, Spiritus aũt, inquit, manifeste dicit, q̃a in nouissimis t̃pibus recedẽt quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus doctrinisq; dęmoniorum, &c. Vbi hic Aphrica in parte Donati noĩata est, ut in ea remanserit columna & firmamẽtum veritatis aut pietatis sacr̃m, de quo usq; in finem ita cucurrit, ut diceret, Prædicatum est in gentibus, creditum est in mũdo, assumptũ est in gloria? Quid ergo pluribus teneam? Qui r̃ndere cogitat huic epistolę, scrutet̃ scripturas, & aut manifestũ de Aphrica, uel in qua sola, vel ex qua sola est pars Donati, proferat testimonium. Quod ideo proferre nõ potest, q̃a illis tam manifestis, quæ a nobis prolata sunt, repugnare scriptura non potest: aut si suarum suspitionũ uel criminationum uel calumniarum sectatores credulus quęrit, & vult traducere in aliud euãgelium q̃d non est aliud, atq; annunciare nobis præterq̃ q̃d accepimus, & si angelus de cęlo esset, anathema esset, q̃m & diabolus qui propterea de cęlo cecidit, q̃a in ueritate nõ stetit, si anathema fuisset homini, q̃n ei præterq̃ quod a dño deo acceperat annunciauit, primi parentes carnis nostræ nec in penam mortis incidissent, nec de loco fęlicitatis exüssent.

Quap p uos charissimi quibus hanc epistolam scribo, pręceptum pastoris qui aĩam suã posuit pro ouibus suis, & nunc glorificatus & exaltatus sedet ad dexterã dei pr̃is, corde fidelissimo & firmissimo retinete dicẽtis, Quæ sunt oues meæ, uocẽ meam audiunt & sequunt̃ me. Audistis eius uocem manifestissimã, non solum per legẽ & Prophetas & psalmos, sed et̃ per os propriũ cõmendantis ecclesiam suam futuram. Et ea q̃ prædixit quemadmodum ex ordine cõsecuta sint, in Actibus & literis Apostolorũ, quæ diuinarum scripturarum canonẽ complent, legendo perspicitis. Non est obscura quæstio in qua uos fallant, quos ipse dñs prædixit futuros atq; dicturos, Ecce hic est Christus ecce illic, ecce in deserto: quasi ubi non est frequẽtia multitudinis, ecce in cubiculis, quasi in secretis traditionibus atque doctrinis. Habetis ecclesiam ubiq; diffundi, & crescere vsq; ad messem. Habetis ciuitatem de qua ipse qui eam condidit, ait, Nõ potest ciuitas abscondi super montem constituta. Ipsa est ergo quæ non in aliqua parte terrarum, sed ubiq; notissima est. Hæc t̃pales aliq̃n etiam in suis frumẽtis patitur tẽpestates, vt in quibusdã locis nõ cognoscant̃, sed tñ illic latent. Neque.n. falli potest diuina sñia, q̃m crescũt vsq; ad messem. Itaq; & in alijs gentibus sæpe nõnulla mẽbra ecclesiæ pręualẽtibus hæresum & schismatum seditionibus, pressa atq; obumbrata sunt, & tamen quia inerant, paulopost nullo dubitante clarueruni, & in ipsa Aphrica post illud Secundi Tigisitani apud Carthaginem seditiosum turbulentumq; concilium, ubi & a fęmina nobili Lucilla operata corruptio, postea iudicialibus gestis cõmemorata est, cum inde literę penè per totam Aphricam, qua ecclesiæ Christi iã germinauerũt, missę fuissent, creditum est literis concilij, neque.n. aliter oportebat, & quasi uisa sunt per aliquã partem agri frumẽta dominica defecisse: Nullo modo autem defecerant quę uere frumenta erant prædestinata atq; seminata, & alta radice ueraciter germinãtia. Salua.n. conscientia literis concilij crediderant, neq; enim ab hoibus de alijs hoibus aliquid incredibile dicebatur, aut in eis cõtra euangelium credebatur: Sed posteaquam illi furiosa pertinacia usq; ad dissensionem sacrilegam contra totum orbem Christianum contentione obstinatissima perdurarũt, atq; innotuit bonis fidelib. quos à Cęciliano alienauerat falsa criminatio, uiderũt se, si in illa cõmunione persisterẽt, non iam de quodam hoie, uel de quibusdam hoibus, sed de ecclesia terrarum orbe diffusa prauum habere iudicium, & maluerunt Christi euangelio, q̃ collegarum cõsilio credere. Itaq; illis relictis, mox ad catholicam pacem multi & ep̃i & clerici, & populi redierunt, quod & antequam facerẽt, in tritico deputabantur. Tunc enim non faciebãt cum aduersus hoies male sibi a collegis insinuatos, non aduersus ecclesiã Dei, quæ in cunctis gentibus crescit, illa

Matt. 5.

corũ contradictio tenebatur, Itaq; & in Aphrica triticũ quod filius hominis ſeminauerat, triticũ manſit: Ex illo vſq; adhuc creuit, & creſcet, & deinceps vſq; ad meſſẽ fructificabit & creſcet, ſicut in oĩ mundo. Nõnulli ẽt bonæ voluntatis per carnalẽ caliginẽ, ẽt poſt cõfirmatũ ꝯ eccleſiã dei malignorũ furorẽ, in illa diſſenſione diutius errauerunt, L tanquã ſi adhuc mollia conculcarẽt frumenta, & radice viua herbæ vigor attereretur, ẽt ipſa tñ frumẽta ſua nouerat deus, quanuis vt reuiuiſcerent* arguẽda & increpanda. Non.n.eo modo dictũ eſt Petro, Redi poſt me ſatana: quõ dictum eſt de Iuda, Vnus ex vobis diabolus eſt. Quidã quoq; & apertiſsimæ veritati malo ſtudio cõtradixerunt: Illi vero eradicati vel pręciſi erant, ſed non permanẽtes in infidelitate, ſicut de quibuſdã ramis fractis Apoſto. dicit, manu diuina replantati, aut iterũ inſerti ſunt, Tunc.n. quiſq; infructuoſus & nõdũ a radice ꝑciſus eſt, cũ mala cupiditate agit quidẽ illa opera, de quibus dictũ eſt, Qm̃ qui talia agunt, regnũ Dei non poſsidebunt: ſed cũ pro ipſis operibus ẽt veritati apertiſsimæ qua redarguitur, reſiſtere cœperit, tunc præciditur. Et multi tales ſunt in ſacrorum cõione cũ eccleſia, & tñ iã nõ ſunt in eccleſia: Alioquin ſi tunc quiſq; præciditur cum viſibiliter excõicatur, conſequens erit vt tunc rurſus inſeratur, cum viſibiliter cõioni reſtituitur. Quid ſi ergo fictus accedat, atq; aduerſus veritatẽ & eccleſiã cor inimiciſsimum gerat, quanuis peragatur in eo illa ſolennitas, nũquid reconciliatur, nũquid inſeritur? Abſit. Sicut ergo iam denuo cõicans nondum inſertus eſt, ſic & antequam viſibiliter excõicatur quiſquis contra veritatem qua cõuincitur & arguitur, inimicum geſtat animum, iam præciſus eſt. Ita fit, vt & ſemẽ bonum & ſemen malum vtraq; per agrum creſcant M vſq; ad meſſem, i. & filij regni & filij maligni vtriq; per mundum creſcant in finem ſeculi illis fructũ ferentibus cum tolerãtia, illis cum ſterilitate amaricantibus. Vos aũt innitentes euidentiſsimis teſtimoniis legis, Prophetarum, Pſalmorum, ipſius domini, & Apoſtolorum, de ſancta eccleſia toto terrarum orbe diffuſa, exigite ab iſtis vt oſtendant ex Aphrica, quod attinet ad partẽ Donati, aliqua manifeſta de canonicis libris teſtimonia. Neq;.n. ſicut iam dixi, vllo modo fieri poſſet, vt eccleſia ſicut dicunt, & qđ abſit, tã cito ex tot gentibus peritura, tot teſtimoniis tã ſublimiter, & tã indubitãter prædicaretur, & de iſta q̃ volunt, ſua, quæ vſq; in finẽ ſicut contẽdunt permanſura fuerat, taceretur. Mementote.n. quid illi diuiti dictum ſit, cum apud inferos torqueretur, & A ad fratres ſuos aliquem ex mortuis mitti vellet: Habent illic, inquit, Moyſen & Prophetas. Et cum ille diceret, non eos credituros, niſi ad eos iſſet aliquis mortuorum: Si Moyſen, inquit, & Prophetas non audiunt, nec ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

**al. reuireſcerẽt.* — *Mat. 16* — *Ioan. 6.* — *Rom. 11* — *Galat. 5*

Epiſtolæ de vnitate eccleſiæ finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, operis Breuiculi collationum Præfatio.

CVm catholici Epiſcopi & partis Donati, iuſſu Imperatoris diſputãdo inter ſe geſtis apud Tribunum & Notarium Marcellinum cognitorem habitis contuliſſent, multum prolixa eorundem geſtorum eſt facta conſcriptio, quanuis poſſet totũ multo breuius agi. Sed qui cãm bonã non ſe habere ſciebant id egerunt primum quantũ potuerunt, vt ne ipſa collatio fieret, & vt prorſus cã ipſa non agerẽt. Sed qa hoc obtinere minime potuerũt, id effecerũt multiplicitate geſtorũ, vt qđ actũ eſt, non facile legeretur. Vnde viſum eſt iſto breuiario cũcta complecti, vt ad ſigna numerorũ q̃ & in iſto breuiculo & in ipſis geſtis annotãtur ſine difficultate quiſq; inueniat qđ voluerit.

Ingreſsis itaq; vtriſq; partibus primo loco recitatum eſt reſcriptũ Imperatoris, quo iuſsit collationẽ inter memoratos Ep̃os fieri, B vt ſuperſtitionem manifeſta ratio confutaret. Secundo loco recitatum eſt edictum ipſius cognitoris, quod per prouinciam miſit vt conuenirentur vtriuſq; partis Ep̃i, & intra diem calendarum Iuniarum conferẽdi cauſa, congregarentur Carthagine. In eo edicto baſilicas ſine iuſsione imperatoris reddidit Donatiſtis, qui ſe pollicerentur eſ-

ſe

se venturos,vt eo modo eos ad conferendũ ēt beneficiis inuitaret. In eodem ēt edicto obtulit eis,vt alium quem vellent cum illo iudicem constituerēt,iurauitq; se hoc iudicaturum quod veritas suasisset, &c.quæ ad exhortationem congregationis illorum eodem continentur edicto.

C

Tertio loco recitatum est alterum cognitoris edictum , quod proposuit iam præsentibus apud Carthaginem vtriusq; partis Episcopis, qui locus & qui modus collationis futurus esset, supradicto die itidem commemorato & constituto,& admonuit vt ei pars vtraque scriberet, vtrum placerent quas comprehēdit edicto.

Quarto loco cum partis Donati ēpi exigerent proponi sibi ab aduersariis qua cā fuissent congregati,cognitor distulit, vt ex ordine prius omnia recitarentur quæ ante diem collationis acta fuerant.Et recitata est notaria Donatistarum,in qua dixerunt,non sibi placere quod in edicto suo posuit,vt hi soli ex episcopis conuenirent ad collationis locum,quos ad ipsam cām peragendam cæteri delegissent,qui oēs trigintasex complebantur,decem & octo hinc,& decem & 8. inde,i.septem qui inter se disputarēt, & alij septem qui concilio si opus esset adhiberētur, & alij quaterni qui gestis custodiendis & conscribendis præessent, sed petiuerunt se omnes potius qui venerant adesse debere, vt eorum numerus appareret, docentes quod eos aduersarij paucos esse mētiti sint, Ibi dixerunt ita se omnes venisse vsque ad grauissimos senes, vt hi soli deessent, quos aduersa valetudo corporis impedisset, &c. quæ ipsa notaria continentur.

Quinto loco,recitatæ sunt literæ catholicorũ,quas rescripserunt cognitori,sicut edicto cōmonuerat,insinuātes cōsentire se ad oīa,q̄ illo edicto fuerāt ordinata: In eisdem literis ēt se obstrinxerunt,& polliciti sunt, quod si in parte Donati veritas ei demōstraretur ecclesiæ,non se illic episcopalē honorem quæsituros,sed concilium eorum secuturos pro salute Christiana:si autem in sua cōione potius veritas ostēderetur ecclesiæ, honores episcopales eis nō se negaturos, & hoc a se fieri bono pacis, vt intelligerent hi quibus hoc præstaretur,quod in eis catholici non Christianam consecrationē, sed humanum detestarentur errorē. Quod si plebes duos in ecclesia ēpos ferre non possent, vtrisq; de medio recedentibus,singuli constituerentur ēpi , ab eis ēpis ordinandi, qui in suis plebibus singuli inuenirentur.In eisdem literis commemorata est ēt causa Maximinianistarum,ex quibus a se damnatis ꝑ pacem partis Donati quosdā in honoribus integris susceperunt,& ab eis datum in sacrilego schismate baptismum non resciderunt,&c.quę in memoratis literis cōtinent̄.

Sexto loco recitatum est etiam edictum ipsius cognitoris,quod proposuerat cum supradicta notaria Donatistarum, & supradictis literis catholicorum insinuans populo, quæ illi pars vtraq; rescripserit.

E

Septimo loco recitatæ sunt literæ catholicorum ad cognitorem datæ.Quibus Donatistarum notariæ responderunt, concedentes eis quod petierant, vt vniuersi qui venerant præsentes essent in eo loco vbi erat futura collatio,cũ tñ illic ex catholicis episcopis illi soli adessent quos edicto suo cognitor definierat, vt si aliquis tumultus existeret,quod catholici valde metuebant,non illis imputaretur qui paucissimi adessent,sed eis potius qui multitudinem suam præsentem esse voluissent. In eisdem literis etiam tota causa comprehensa est,vt ostenderetur ecclesia catholica nō esse pars Donati , sed illa potius quæ per totum mundum fructificaret & cresceret, incipiens ab Hierusalem secundum sacram scripturam, *Luc. 24.* sed quia nihil ei præiudicarent quicunq; in ea mali fuissent, diuino in fine iudicio separandi,& quia nec in ipsum Cęcilianũ maiores eorum aliquid probare potuerũt,qui iudiciis Ecclesiasticis & maxime Imperatoris apud quē ab eis fuerat accusatus,innocens inuentus & pronunciatus est, & quia de iussionibus Imperatorũ q̄ pro catholica constituuntur,solēt facere inuidiā, commemoratum est ēt de sancta scriptura,

F

reges decreuisse in regno suo grauissimas pœnas eis qui blasphemassent Deum. *Dani. 3.* Commemorata est ēt causa Maximinianistarum, quos & iudiciis ipsi publicis insectati sunt, & ex quibus damnatis quosdam in honoribus integris susceperunt, nec ab eis in schismate datum baptismum destruxerũt , quod eos quibus dilationē dederunt Maximinia-

no

no cõicantibus,dixerunt illius contagio nõ fuisse pollutos,&c.quæ eisdẽ literis continentur. Hæc aũt oĩa ideo ibi cõmemorata sunt,ne forte si secũ cogitassent Donatistæ, & viderent q̃ malã cãm haberet pars Donati,ad hoc voluissent oẽs qui venerãt ingredi locũ collationis, vt pax atq; vnitas fieret. Octauo loco cũ cognitor inquisisset, vtrũ sicut à catholicis videbat,ita ẽt à parte Donati electi iã essent q susceptã cãm peragerẽt, Rñsum est à parte Donati,qđ iã esset acta à catholicis cã antequã esset confligentiũ statuta persona, pp illas catholicorũ literas q̃ totã cãm breuiter cõtinebant. Deinde instare cœperũt,vt prius ageretur de tpe, de mãdato,de persona,de cã,tunc ad negocij merita veniretur. Et cũ cognitor interlocutus esset, nihil de cã esse mutilatũ, & rursus inquisisset,vtrũ de ꝯstituendo numero disputãtiũ edicto eius paritũ fuerit, quia per hoc oporteret agi oĩa quæ agenda essent:cœperunt Donatistæ agere de tpe, qm̃ cã agi nõ posset quin dies pterisset.Quartodecimo.n. calendarũ Iuniarum die, cõpleti fuerant 4. menses ex die edicti cognitoris quod ad ꝓuinciã miserat,sicut interrogatũ rñdit officium.Et qm̃ inter 4.menses agi cãm præceperat Imperator, iõ diẽ iã transisse dicebãt. & petebant vt tanquã in contumaces catholicos snĩa proferretur,quasi catholici absentes essent, aut Donatistæ aliqñ ad agendam cãm illis absentibus intrauissent,aut admoniti catholici vel euocati defuissent. Ista ergo calumniose & tergiuersatorie, quæ nec in foro iure agerentur,dicebant nolentes vt aliquid ageretur, Sed ad hoc eis rñdit ipse cognitor ꝙ in calendas Iunias pars vtraque consenserit, quanuis ẽt si quælibet pars adhuc vsq; nõ occurisset,duos alios mẽses superesse potuisse, quos Imperator adiunxit trinis edictis fuisse seruandos. Nono loco, quẽ cognitor superius dixerat de tpe præscribere,vt cã non ageretur,nõ esse Epalis, sed forensis potius esse obiectionis, inuenit occasionem pars Donati, qua diceret, nihil ergo secũ agi publico iure debere,sed tm̃ diuinis scripturis. Vnde cum quæsisset cognitor,quid vtriq; parti de hac re placeret, rñsum est a catholicis,vt iuberet mandatũ catholici concilij recitari, vbi electis disputationibus agẽdi modus iniũctus est, ibi posse melius apparere, ꝙ nõ forensibus tergiuersationib. sed magis diuinis testimoniis ageretur. Et aliquandiu cõflictio producta est, cũ catholici instarent recitari mandatũ, illi aũt recusarẽt,Sed postea remotis oĩbus moratoriis contentionibus recitari mandatum cognitor iussit. Decimo loco mãdatũ catholici concilij recitatũ est,quo electis ad disputãdum Epis,catholicæ ecclesiæ est iniuncta defensio aduersus criminationes Donatistarũ. Hoc mandato iterũ sicut in superioribus literis breuiter tota cã cõprehensa est prius vt cã ecclesiæ quæ tota sicut promissa est terrarũ orbe diffunditur,a cã Cæciliani qualiscunq; illa fuisset sic distingueretur, vt oñderetur malos in Ecclesia qui vel ignoranter vel pro vnitate pacis tolerantur a bonis nõ eis ad mala consentientibus,obesse non posse,similitudinibus Euangelicis & exemplo Prophetarũ & ipsius dñi Xpi & Apostolorũ & Eporum & iudicio ipsorum ẽt Donatistarũ pp Maximinianistas. Deinde ipsius Ceciliani cã non mala fuisse certis documẽtis demonstraretur,quibus & ipse & ordinator eius Felix Aptugnensis, quem in concilio suo criminosius accusauerunt, probaretur esse purgatus.&c. quæ mandato eodem cõtinentur,siue de baptismo, siue de persecutione quæ solet catholicis obiicere pars Donati. Nã commemorata ibi est iterum sicut in superioribus literis cã Maximinianistarũ,qua demonstrarentur Donatistæ suo iudicio cuncta diluisse,quæ obiicere catholicis,vel de baptismo vel de persecutione,vel de cõionis contagione consueuerunt. Adiectum est ẽt nunc Epis catholicis morarum interponendarum gr̃a voluissent crimina obiicere, pp finiẽdam quæ prius vrget causam,audienda, & discutienda postea differrentur,hoc aũt,id est,vt tota causa superioribus literis & isto mandato comprehenderetur,eo consilio a catholicis factum est,ne forte sicut fama iactabat aliquas moratorias pscriptiones Donatistæ ingerere conarentur,& forsitan nõ permissi ab ipsa collatione resilirent, acta licet breuiter ecclesiæ catholicæ cã,in conscriptione gestorum legenda remanerent,quã timuisse intelligerẽtur,& ideo noluisse ꝓferre. Vndecimo loco

cum

cũ cognitor interlocutus eſſet in mãdato ca
tholicorũ magis diuina teſtimonia quã fo-
renſia uincula eſſe ꝓlata,& iuſſiſſet ẽt ſub-
ſcriptiones omniũ recitari, cõflictus exor-
tus eſt,& aliquãdo productus eſt,cũ Dona-
tiſtæ exigerẽt eorũ p̃ſentiã q̃ mandato ſub-
ſcripſerãt,obiicientes,qđ eis ſuppoſitis qui
Epi nõ fuerint,potuiſſent fallere cognitorẽ
quo p̃ſente ſub ſcripſiſſe legebãtur,& ꝙ an
tiquis cathedris alios Epiſcopos addiderint,
vt numerus augeret.Catholici aũt ne ſui p̃-
ſentarẽtur reſiſtebãt,uerẽtes,ne illi tumultũ
aliquẽ præpararent ꝑ quẽ ꝓrſus abrumpe-
retur ipſa collatio,quam fieri Donatiſtę nol
le omnino uidebãtur,maxime qñ de tẽpore
quaſi iã cauſa lapſa eſſet & audiri nõ poſſet
p̃ſcribere uoluerũt.Quẽ tumultũ iõ putabã
tur nõdum feciſſe,q̃a ſi fieret,uidebant non
poſſe imputari catholicis q̃ pauciſſimi ade-
rãt,ſed ſibi potius,quorũ p̃ſens fuerat mul-
titudo. Sed voluntati eorũ cadẽtibus catho-
licis,ut oẽs q̃ ſubſcripſerant ingrederẽtur,
apparuit poſtea hoc iõ voluiſſe Donatiſtas,
q̃a exiſtimabãt non conueniſſe Cartaginẽ
tot catholicos,quot ſubſcriptiones oſtẽde-
bãtur. Hoc aũt propterea crediſſe putati
ſũt,q̃a catholici nõ ea põpa qua illi Cartha
ginẽ fuerãt ingreſſi,& ob hoc eos paucos
veniſſe ſuſpicabãtur. Duodecimo loco in-
greſſis Epiſcopis catholicis, quorũ p̃ſentia
petebatur,oẽs ſingillatim recitati & in me-
diũ ꝓcedentes a Donatiſtis recogniti ſunt,
vel vicinis ſuis,vel cũ q̃bus in vno loco e-
rãt,& q̃cũq; recitabãtur catholici Epiſcopi
ex his locis,ubi nõ erat pars Donati, ſatis &
ipſis Donatiſtis notũ erat ſe ibi nõ hr̃e colle
gas,vel cõmunionẽ ſuã,& eſſe illic catholi
cos,uel quos nouerãt,uel de q̃bus audierãt
in ſuæ uicinitate regionis.Ita factũ ẽ,ut om
nino nullius catholici recitaret ſubcriptio
de cuius p̃ſentia dubitarẽt. Sane cũ uentũ
eſſet ad nomẽ Victoriani Muſticani catholi
ci Epiſcopi & in mediũ ꝓcedẽs, reſpõdiſſe
ſe hr̃e cõtrarios duos, Felicianũ in ciuitate
Muſticana,& Donatũ in loco Turẽſi,exege
runt catholici ut actis cõſtaret Felicianũ in
cõione eſſe Primiani: ipſum.n. inter alios
cũ Maximiniano dãnauerant, damnatorem
Primiani & ordinatorẽ ipſi⁹ Maximiniani,
quẽ poſtea in integro honore receperãt,nec
deſtruxerant baptiſmum in eis quos in Ma
ximiani ſchiſmate baptizauerat, ſed ad in-
terrogationẽ catholicorum reſpondere no-
luerunt,dicentes nõ debere hoc ab eis exi-
gi. Et cũ iterum preſſius exigeretur, dixerũt
iã internæ actionis hoc eſſe,& ſm eos inter
locutus eſt cognitor,ut hoc quod cœptum
fuerat,ageretur,& illud ſi opus eſſet poſtea
q̃reretur. In ipſa aũt diecœſi Muſticana ap-
paruit & ipſos Epiſcopum aliũ antiquę ca-
thedrę addidiſſe, qđ inani inuidia catholi-
cis obiecerant,hoc & in alijs locis eos fecıſ
ſe poſtea declaratũ eſt. Tertiodecimo loco
recenſitis & recognitis pręſentibus catho-
licis q̃ ſubſcripſerant,cognitor obtulit pe-
tens,ut cõſidentes potius agerent q̃ ſtantes.
Donatiſtæ autem recuſauerunt, gratias tñ
agentes quod talibus ſenibus obtuliſſet con
ſeſſum,& in ea recuſatione multa dicentes
in laudẽ ſuam:& in laudem ipſius cognito-
ris, quæ legat q̃ uoluerit in conſcriptione
geſtorũ,pertinet.n.ad rem,qũo quẽ ſic lau-
dauerunt,ut dicerent,honorificum,iuſtum
reuerentem,benignum, cauſam tñ propter
cuius actionem multi cõuenerãt, apud eũ
agi nolebant.Quartodecimo hoc mandatũ
ẽt donatiſtarum prolatum & recitatum eſt,
breuiter factum,ut hi quos elegerant age-
rent uelut aduerſus traditores & perſecuto
res ſuos. Recitata ſunt ẽt eorum nomina,cũ
hoc catholici fieri petiſſent,ut cõſtaret utrũ
apud Carthaginẽ pręſentes ſubſcripſerant.
Sed Donatiſtæ multo inſtãtius hoc ut fie-
ret cognitori extorſerũt,ut eorũ quoq; nu-
merus appareret,qđ ſe magna intẽtione uel
le mõſtrabãt. In ea ſane recitatione inuenti
ſunt q̃dam pro q̃bus abſentibus alii ſubſcri
pſerunt. Inuentus eſt ẽt unus q̃ cum ſuo no
mine recitato nõ reſponderet, dixerunt eũ
in itinere eſſe defunctũ. Et cũ quærerent ca
tholici,quomodo potuerit apud Cartaginẽ
ſubſcribere qui fuerat in itinere defunctus,
illi diu fluctuauerunt perturbati,& neſcien
tes quid reſponderent,Nam primo dixerũt,
non de ipſo ſed de alio fuiſſe ſuggeſtum. ut
cum catholici putaſſent de alio,id eſt,de cle
rico eos dicere,qui pro mortuo ſubſcribere
potuit,quæſitum eſt,utrum clericus ſuo no
mine an illius ꝓ mortuo ſubſcripſerit, ſed
potius reſpõderũt ipſum q̃dẽ ſubſcripſiſſe

ſe p̃ſentē,cū octauo calēdas Iunias mādatū
fieret,ſed qm̄ æger ſubſcripſerat, remeantē
ad ꝓpria ī itinere defeciſſe.Quo audito,ca-
tholici petierunt ſuperiora eorū uerba reci
tari,vt ipſa ueritas deprehenſa clareſceret.
Qđ cū factū fuiſſet & appareret, q̄ſiuit co-
gnitor,utrū ſaltē ſub dei teſtificatione firma
rēt eū fuiſſe Carthagini, qn̄ p̃ſentes p̃ſenti-
bus mādauerit ut ſubſcriberēt. Vbi uehemē
tius ꝑturbati rn̄derunt, Quid ſi & alius ꝓ
eodē appoſuit? Hanc eorū falſitatē deprehē
ſam iudicio dei relinquens, iuſſit cætera no
mina recitari.Quibus recitatis,q̄ſiuit de nu
mero Epiſcoporū partis utriuſq;. Rn̄dit of-
ficiū,nomina Donatiſtarū Ep̄orū eſſe ducē
ta ſeptuagintanouē, annumeratis ēt illis ꝓ
ꝗbus abſentibus alij ſubſcripſerāt cōputato
& illo defuncto. Catholicorū aūt omniū p̃-
ſentium nomina eſſe cōſtitit ducenta octo-
gintaſex. Viginti.n.non ſubſcripſerāt, ꝗ tn̄
ſuam exhibētes p̃ntiā & in mediū ꝓcedētes
niſi quos infirmitas corporis illic apud Car
thaginē tenuit, p̃ſentibus geſtis ſe mādare
& cōſentire ꝓfeſſi ſunt. In loco ergo colla
tionis,hoc eſt in thermis Gergilionis,ꝗa ip
ſe poſtea locus placuerat,ex his catholicis ꝗ
mādato ſubſcripſerant & ꝗ præſentes geſtis
mādauerant hi ſoli defuerūt qui illic apud
Carthaginē incōmoda ualetudine teneban
tur. Ex his aūt quorū nomina Donatiſtarū
ſubſcriptio continebat,nō ſolū illi deerant
quos apud Carthaginē ægrotare rn̄derāt,ſed
ēt illi ꝓ ꝗbus abſentib.i. apud Carthaginē
nō cōſtitutis alii ſubſcripſerāt. Qm̄ itaq; ſe
Donatiſtæ de numeroſitate iactabāt, exce-
pto eo qđ catholicos plures ueniſſe Cartha
ginē cōſtitit,dictū eſt a catholicis alios Epiſ
copos cētūuiginti nō ueniſſe Carthaginē,
qđ ꝗdā eorū ſenectute,ꝗdā infirmitate,qui
dā diuerſis neceſſitatibus impediti. Qđ cū
audiſſent Donatiſtæ reſpōderūt etiam ſuos
multo pluresnō ueniſſe Carthaginē,& mul
tas eſſe apud ſe cathedras uiduatas Ep̄is,cū
in ſua notaria quā cognitori dederāt, aper-
tiſſime dixerint uſq; adeoſe oēs ueniſſe Car
thaginē.ut nec grauiſſimos ſenes ætas & la
bor potuerit de terrere:eoſq; ſolos nō ueniſ
ſe quos aduerſa ualetudo in ſuis ſedib. uel
in itineretenuiſſet. Sane p ꝑ cathedras quas
Ep̄is uacuas apud ſe eſſe dixerunt, rn̄ſum
eſt ēt a catholicis,ſexaginta eſſe ꝗb. ſucceſ-
ſores Ep̄i nōdum fuerāt ordinati, ac ꝑ hoc
in iſtis utriuſq; partis ſubſcriptionib.& falſi
tates in Donatiſtis cōſtitit fuiſſe deprehen-
ſas,& eorū numerū Ep̄orū minorē, qn̄ꝗdē
ſoli ægroti non uenerāt Carthaginē, ꝓ qui
bus tn̄ in itinere ægrotātibus alii ſubſcripſe
rāt,& omniū nomina cū ipſis ēt ꝓ ꝗbus alii
ſubſcripſerāt, ducēta ſeptuagintanouē ſub
ſcripto cōtinebat.Neq; ullo mō credibile ſit
multo plures quā cētumuiginti,hoc eſt, ter
tiā partē omniū eorū in ſuis ſedibus ægro-
taſſe potuiſſe, & iō nō ueniſſe Carthaginē.
Quintodecimo loco egreſſis omnib. ꝗ iam
ſuperfluo p̃ſētes erant,& remanentibus eis
in quos neceſſarios utriq; delegerāt in perē
dinū diē collatio dilata eſt utrorumq; cōſen
ſu, qm̄ dies p̃ſens iam uidebatur emenſus.

Collationis primi diei finis.

SECVNDI DIEI COLLATIO.

PRIMO loco cum die in-
termiſſo ad memoratum lo-
cum ſicut placuerat & con-
ſtitutum fuerat conueniretur,
obtulit cōſeſſum iterū cogni-
tor deprecans ut fieret. Et mox catholici cō
ſederūt, Donatiſtæ aūt recuſauerūt. In qua
recuſatione,inter cætera id quoq; dixerūt,
qđ ſcriptū ſibi eſſet cū talibus non ſederet.
Ad hoc catholici ne moræ fierent,tūc nō re
ſponderunt, ſed oportuniore loco in tertij
diei collatione. Tunc ergo ēt ipſe cognitor
ſtando ſe cogniturum eſſe reſpondit. Secun
do loco recitata eſt notoria quā pridie dede
rant,petētes,ut ſi mandatū catholicorū ede
retur, quo conſiderato poſſent in diem con
ſtitutū inſtructi ad eſſe,eo quod exceptores
cū conſcriptione geſtorū occurrere non ua
lerēt, & rn̄ſio cognitorum in eadē notaria,
qua iuſſit fieri qđ petebāt. Tertio loco cum
q̄ſiſſet cognitor, ꝗd ēt de ſubſcriptionibus
rn̄derent;id eſt, utrum eis placeret qđ edi-
cto propoſuerat,ut ꝓſecutionibusſuis ꝗſq;
ſubſcriberet:& reſpōdiſſent catholici, iā in
hoc cōſenſum ſuū literis expreſſiſſe, illi ſe
multū moueri dixerunt, ꝙ hoc cōſuetudo

non

non hĕret. Et cū cognitor interrogaſſet, vtrū
eis ſufficeret ꝙ dati fuerant geſtorū conſcri
bendorū ex vtraq; parte cuſtodes: dilationē
petere cœperunt, vt ſibi cōſcripta geſta ede
rētur, & tūc rn̄derēt. Hic ortus eſt diuturnꝰ
cōflictus cū eis, cū cōſenſus eorū, quo pla-
cuerat vt illo die res ageretur, ſępe recitaretē
ex tabulis. Et cū ſe notas ignorare dicerent,
petētes vt prius eis ederenē geſta cōſcripta,
G cognitor iuſsit, vt qđ eorū notarij excepe-
rant perlatis codicibus qui ſignati cuſtodie
bātur, eis recitarētur, ne ꝯ ſuū cōſenſum ve
nirēt. Cūq; & ipſi ſæpe de geſtorū editione
cauſarent, ꝙ exceptores nō occurriſſent ge
ſta cōſcribere, ēt hoc eis rn̄ſum eſt, ꝙ nota-
ria ſua iō ſe petiſſe dixerāt edi ſibi catholico
rū mādatū, vt ad pn̄tē diē inſtructi occurre-
rēt, quia exceptores occurrere cū geſtorum
editione nō poſſent. Vbi nō inueniētes qđ
dicerēt, voluerunt iterū præſcriptionē diei
refricare, de qua fuerat eis ſatis ſuperq; rn̄-
ſum, & inde iā fuerat primo die trāſitū. Sed
tūc eis catholici ēt ad hoc rn̄derunt, qđ nō
ſolū in edicto cognitoris calēdarū Iuniarū
dies conſtitutus legeretur, ſed ēt ipſi 8. calē-
das Iunias ſuū mandatū conſcripſiſſent. Cū
iam tranſiſſet dies, quo dicebāt agi debuiſſe
cām. i. quartodecimo calen. Iunias, dictum
eſt ēt ipſum Primianū ad calē. Iunias ſe pol
licitū occurrere. Quæ oīa ideo à catholicis
dicta ſunt, quod audierant eos etiā populo
ſuo de hac re inuidioſe locutos, & tn̄ inter
hæc oīa illi in petenda dilatione vehemētiſ
ſime perſtiterunt. Quod cū viſſent catholici
ad hoc eos diu nugari, vt geſta multis ver-
bis onerarentur, petierunt cognitorē, vt eis
quā petebant dilationē concederet. Et con-
ceſſa eſt ſex dierum dilatio, rn̄dentibus exce
ptoribus, qn̄ editio geſtorū poſſet occurre-
re, & illis promittentibus cū geſta edita fue
rint ſe ſuis proſecutionibus ſubſcripturos.

Collationis ſecundi diei finis.

H

Collatio tertij diei.

TErtio die collationis. i. ſexto idus Iu-
nias, ingreſsis partibus: Primo loco,
vtrum edita eis geſta fuerint cogni-
tor inquiſiuit. Rn̄dit officium, ſe ante diem
quā promiſerat edidiſſe, quod ex vtriuſque
partis cautionibus probaretur. Et recitatæ
ſunt cautiones quibus conſtitit catholicos
accepiſſe geſta octauo idus Iunias hora diei
quinta, Donatiſtas aūt eodem die, tertia. Se-
cundo loco cum cognitor iuſsiſſet princi-
pale negócium iam proponi, dictum eſt, à
catholicis olim ſe agere velle principale ne
gociū, & hoc eſſe, vt crimina, quæ ſolēt Do
natiſtæ dicere in eccleſiam toto orbe diffu-
ſam, ſi poſſent ꝓbarēt. Rn̄ſum eſt a Donati
ſtis vt prius quæreretur qui eſſent qui age- I
rēt, vt moræ fierent de diſcuſsione perſona
rū. De qua re cum diu confligeretur, catho-
licis recuſantibus, & vt remotis ſuperfluarū
morarum tergiuerſationibus ad cām veni-
retur vehementer inſtantibus, ꝯ Donatiſtæ
obnixiſsime contēdebant, vt perſonæ diſcu
terentur, & flagitabant, vt exprimerētur q̄
petiſſent ab Imperat. iſtam fieri collationē:
Volebant. n. vt conſtaret catholicos eſſe pe-
titores, vt ex forenſi iure poſſent diſcutere
perſonas petitorū, cū iam in actione prima
recitatū fuiſſet catholicorum mandatū, vbi
ſe oſtēdebant non petitores eſſe ſed defen-
ſores aduerſus crimina, quæ illi eorū cōio-
ni obiicere ſolēt, cū ipſi prius exegerint, vt
Eccleſiæ cā nō forenſibus formulis, ſed ma
gis diuinarum ſcripturarū teſtimoniis age-
retur, cōfeſsiq; fuerint lecto catholicorum
mādato, ſcripturis ſanctis eos eccleſiæ cām
firmare voluiſſe, ſeque ex eadē diuinæ legis
authoritate viciſsim acturos eſſe promiſe-
rint: Tunc ergo quaſi obliti quid exegerint,
& quid ēt ipſi polliciti fuerint, cū de eccle-
ſiæ criminatione & purgatione catholici ꝓ
poſuiſſent agi oportere, cœperant perſonas
quærere petitorū, vt eas poſſent ex forenſi
diſcutere. Cōtra ergo catholici reſiſtebant:
& ꝑꝑ præſcindendas moras quas eos &
præparare audierāt & innectere iā videbāt,
perſeueranter inſtabant, vt Eccleſiæ cā po-
tius ageretur in conflictu. Peruentum eſt, vt
Imperatoris præceptum quo collationem
iuſsiſſet fieri legeretur, vt eo mō petitorū ꝑ K
ſona cōſtaret. Videbatur. n. & cognitori, ne
quid Donatiſtis ēt de ipſo iure forēſi velut
iuſta poſcentibus negaretur, prius petitorū
conſtituendas eſſe perſonas. Præcepto ergo
imperiali recitato, collationē petiſſe catho-
licos declaratum eſt, eamq; eſſe conceſſam.

Tūc Donatiſtæ ēt preces quib.ab eis illa col
latio petita eſt,poſtulare cęperūt. Hic cū eis
ipſe cognitor rn̄deret,in pragmatico reſcri
pto preces inſeri non ſolere, ad id ſe cōuer
terūt,vt mandatū catholicorū, quo mādaue
rāt peti ab Impera.collationē, eoſdḗq; lega
tos quos ad hoc impetrandū miſerāt,ſibi e-
derent atq; proderent, aſſerētes diſcutere ſe
debere q̄ mādata ſunt,atq; ibi inuenire poſ-
ſe mādata catholicorū q̄ de illis Imperatori
locuti ſunt.Hoc cū intelligerēt catholici,ad
hoc inq̱ri vt inuenirētur occaſiones quibus
prolixi tp̱is moræ ac dilationes ingererent,
L aſſerebāt oīno qđ peterent ad cām nō perti
nere,qn̄quidem collationē ab eis petitā ipſe
Imperator apertiſsime on̄deret cui cognito
rē dederat,vt ſuperſtitionē manifeſta rō cō
futaret.Et vehemēter vrgebatur, remotis oī
bus morarū interpoſitionibus, & aliarū in-
terponēdarū inquiſitionibus,id potius age-
reť qđ ea collatione agi ab Imperatore præ
ceptum eſt,q̄ & petitā ab illo & conceſſam
eſſe conſtabat. Inter hæc ēt de catholico no
mine apud quos potius eſſet,pauca ab vtra-
que parte inuicē dicta & obiecta ſunt,& iuſ
ſum eſt principali cauſæ potius reſeruari.Et
poſt aliquāta identidē cū catholici noīs fa-
cta mentione,dicerēt Donatiſtæ apud ſe po
tius eſſe catholicā,interlocut⁹ eſt cognitor,
ſe interim ſine cuiuſquā pręiudicio nō poſ-
ſe aliter appellare catholicos quā eos appel-
lauit Imperator,à quo cognitor datus eſt,il
los aūt quanto magis ſe eſſe catholicos dice
rēt,tanto magis iā cām ipſam remotis mo-
rarū interpoſitionibus agere debere,in qua
p̱bare poſſent ſe potius eſſe catholicos.Hic
Donatiſtæ poſt tātas moras & tot interlocu
tiones cognitoris ꝯ eos prolatas, exigētis vt
cā potius agereť, atq; teſtātis de legatorum
p̱ſonis,vel à mādato qđ eis iniūctū eſt, nec
ad cām aliq̱d pertinere, nec ſi aliq̱d vt hinc
requireret fuiſſe præceptū, dixerunt vt ſi in
legatis,vel mandato qđ eis datū eſt manife-
M ſtando falſum,noluiſſent catholici obtēpe-
rare iudicatis,ſaltē hoc rn̄derent, vtrū loco
petitorū conſiſterent,multū mirantibus ca
tholicis, cur eos Donatiſtæ dixerūt in edē-
do legatorū mādato nō parere iudicatis, cū
potius ꝯ ipſos tā multis interlocutionibus
cognitor pronunciauerat. Interrogauerunt

ergo catholici quib. iudicatis nō paruerint.
Et Donatiſtis ad hoc non rn̄dentibus,inter-
locutus eſt cognitor,ad illud qđ de loco pe
titoris Donatiſtæ quæſierant,catholici rn̄de
rent.Et rn̄derūt ſe hoc proponere,vt crimi-
na q̄ ſolent Donatiſtæ cōioni eorū obijcere
vel probentur,vel diluanť,vt poſsit Donati
ſtarū ſeparatio,vel defendi,vel corrigi. Tūc
cognitor cū rn̄ſionē à Donatiſtis exigeret,
rn̄dit Aphros qui ſe catholicos dicerēt, alie
nā cām velle defendere, hoc eſt, toti⁹ orbis
Eccleſiā de qua ſibi nihil debere præiudica-
ri,cū inter Aphros hoc negociū ventiletur, A
& expectare potius Eccleſiā tranſmarinā,
vt qui vicerint,ipſi ad eā pertinerevideanť,
& ipſi habeant catholicū nomē, Sed in fine
p̱ſecutionis ſuæ rurſus de p̱ſona petitoris
vt ſibi rn̄dereť poſtulauerunt.Hic catholici
ad vtrūq; bř rn̄derunt. Et q̱a de perſonis iā
primo & ſ͡o iudicio qō fuerit terminata, &
quia eccleſiæ toto orbe diffuſæ,cui teſtimo-
niū perhibet ſcriptura diuina,ipſi nō Dona
tiſtæ cōicant,vn̄ catholici merito & ſunt &
vocantur. Donatiſtæ aūt rn̄derunt,non ca-
tholicū nomē ex vniuerſitate gentiū,ſed ex
plenitudine ſacr̄orū inſtitutū, & petiuerūt,
vt probarent catholici ſibi cōicare oēs gen-
tes. Qđ catholici cū gratiſsime acciperent,
& peterent,vt hoc probare permitterentur,
rurſus illi de mādato illo quod legatis iniū
ctum eſt,edi ſibi petiuerant,qōnem refrica
re cęperūt,& à cā eccleſiæ,quæ iā in mediū
diſcutienda peruenerat, iterum reſilire,mō
mandatum ſupradictum petendo,modo de
petitoris perſona vt conſtaret inſtando, mo
do vt de his ipſis q̄ petierant iudicaret co-
gnitor,exigēdo,de quibus iam totiēs fuerat
interlocutus,& eos illa fruſtra petere p̱nū-
ciauerat. Sed cognitor, quanq̄ videreť nō
recte petere edi ſibi mandatū qđ legatis in
iunctum eſt,quia id qđ ſufficiebat ad cām,
collationē petitam conceſſamq; conſtabat,
non ei tamen videbatur iniuſte illos petere
vt petitoris perſona conſtaret. Catholici au B
tem videntes,quod iam ſibi fuerat antea nū
ciatum,& hoc eorum intentione ſatis intel
ligebant,nō ob aliud Donatiſtass perſonas
quærere petitorū niſi vt liceret eis perſona-
rū diſcuſsione longiſsimas tp̱um & dilatio
nū moras inſerere,qm̄ vehemēter nolebāt,

vt perue-

vt ꝑueniret ad cām ĩ qua se nihil hr̄e qđ diceret, sicut res ipsa ut sero postea patefecit, plenissime sciebāt. Hoc ergo uidētes catholici noluerūt ꝑsonā suscipere petitorū, asserētes nō se obiicere crimina, sed obiecta defēdere, q̄ cū defēdissēt & falsa esse demōstrassent, cōsequēter eos apparet q sint, & quāta iniq̄tate se ab unitate diuiserūt. Hic Donatistæ asserebāt, quocūq; mō ēt de ipsis criminib. q̄ uellēt diluere, ultro catholici cogerēt sibi aduersarios rn̄dere, petitorū eos hr̄e ꝑsonā. Sed catholici rn̄debāt ad hoc se petisse collationē, nō ubi objciēda diluēda, sed vbi obiecta diluerēt, qm̄ mādatū Donatistarū aduersus traditores & ꝑsecutores factū erat & verba Primiani, qn̄ prius a catholicis de collatione cōuētus est, crimē eis eū obiicere testabātur, ubi dixerat, indignū ē ut ĩ unū

C cōueniant filii martyrū & ꝓgenies traditorū, & quāuis tūc cōferre noluissent, postea tn̄ in iudicio p̄fectorum se audiri & discuti velle dixerat. Quē eorū de collatione cōsensū tenētes catholici, hoc ut fieret ab Imperatore petiuerāt. Tūc iussit eos cognitor obiecta a se crimina iā ꝓbare, nec de petita collatione ꝑsonā petitoris on̄di, si ēt utriq; petisse ꝓbarent. Hic Donatistæ idētidē petere cœperūt, ut de ꝑsona ꝓnūciaret. Et ꝓnunciauit cognitor, dicēs, Si collationē pars vtraq; petiuisset eū petitore, q crimina obiiceret. Et exegerūt Donatistæ, ut ꝓbaret a catholicis utrū collationē utriq; petiuerint. Vbi cognitor cū dixisset, hoc catholici ꝓbare debebūt, ortus est iterū moratori⁹ cōflictus de catholico nomine & Donatistarū & Cęcilianistarū. Deinde obtulerūt catholici gesta habita in iudicio p̄fecturæ, q̄bus ꝓbarēt ēt Donatistas collationē petisse. Quæ cū iussisset cognitor recitari, rursus illi ad p̄terita redierūt, & de his ut ꝓnunciaret cognitor flagitare cœperūt, de q̄bus totiēs ꝓnūciauerat. i. de ꝑsona & mādato legatorū qđ sibi vt ederetur totiēs superfluo postulauerant.

D Hoc aūt agebāt, quātū intelligebatur, timētes ne gesta p̄fectoria legerētur, ubi suā cām q̄busdā incōsideratis & temerariis rn̄sionib. vulnerauerāt. Diu itaq; cōflictatū est ab eis & maxime cū ipso cognitore, cū ipsi peterēt edi sibi mādatū legatis iniunctū, aut ꝓnunciare eos hoc suꝑfluo petiuisse, ille aūt & ꝓnunciasse se diceret, & ꝓnūciaret hoc omnino ad p̄sens non ꝑtinere iudiciū, vbi declararetur imperialibus literis q̄d petitū esset q̄d ue concessum. Et tādē aliq̄n ad iussum eius cæperant gesta p̄fectoria recitari, Quorū gestorū cū dies & cōsules fuissent recitati. cōtinuo rursus Donatistę interruperunt, & eadē illa p̄terita poscere cœperunt. Sed cū cognitor interloqueretur, debere gesta recitari, unde petitoris ꝑsona cōstaret, illi ꝯ ab initio cœperūt dicere esse gesta priora, q̄ deberent potius recitari. Cōtra a catholicis dictū est iō illos nolle ut gesta p̄fectoria legerētur, qđ in eis ꝑsecutiones ꝓprias formidarēt. Obtulerunt ergo Donatistæ gesta ꝓconsularia, & uicariæ p̄fecturæ, ubi ca-

E tholici petierāt eos actis municipalibus cōueniri, ut colllatione utrorumq; facta error de medio tolleretur, lōge antequā ipsā collationē ab Imperatore petiuissent, & his gestis catholicos uolebāt ostēdere, loco assistere petitorum, q̄a illic eos dixerat hęreticos multa ꝯ diuinas leges, humanasq; cōmittere. Contra hoc catholici dicebant, ideo se ēt tunc flagitasse collationem, ut ꝯ eorum crimina pro Ecclesia rn̄derent. Itaq; petiuerūt sæpius, ut si ea gesta recitanda essent, q̄ priora esse constaret, illa potius legerentur, vbi Donatistæ primitus causā Cæciliani ad Imperatorem Constantinum per Amillinum* ꝓcōsulem accusando miserunt, recitatisq; gestis quæ ipsi proferebant non sunt recitata illa q̄ apud præfectos habita iam cœperant recitati, & cæpit esse cōflictus, ut si propterea gesta, quæ Donatistæ ꝓtulerant pręlata sunt gestis quę a catholicis prolata fuerant, q̄a ꝓpria reperta sunt, ut ipsa potius recitarentur, saltem post ipsorum recitationē recitarentur etiam illa lōge propria ubi apparerēt in hac tota causa quæ agebatur, primitus accusatores extitisse p proconsulem apud Imperatorem. Ista ergo ne recitarentur, vehementer Donatistę obluctabantur, multis & multiplicibus ꝑsecutionibus resistētes, sicut obluctati fuerant & extorserāt ne illa p̄fectoria legerētur. In hac aūt obluctatione sæpe repetebant illud iam detritū & tot interlocutionibus cognitoris repulsū de mādato legatorum sibi ędendo. Repetebāt ēt quæstionē q̄ fuerat iā ante transacta,

All Marcellinum.

Vtrum

Vtrũ testimoniis legis, an publicis gestis catholici agere mallẽt: Et dicebant, ut si testimonia diuinæ legis eligerẽt, facerẽt omniũ legũ publicarũ gestorumq; iacturã, si autẽ publicis legibus & gestis agere poti⁹ uellẽt omitterẽt diuina documẽta. Et tñ si hoc eligerent catholici, ut publicorũ gestorũ documentis potius agerẽt, dicebãt se Donatistæ nec hoc ꝑmissuros, ut ea q̃ catholicis offerebãtur gesta legerẽtur, eo ꝙ haberẽt ualidã tẽporis ꝑscriptionẽ, illã.s. de qua eis fuerat sufficiẽter & a catholicis & ab ipso cognitore rñsum, q̃a ipsã cãm lapsã & agi iã nõ posse dicebant, q̃a dies trãsierat quo mẽses quatuor cõplerẽtur. Vehemẽter.n. eos timere apparebat, ne gesta legerẽtur, q̃bus doceret a maioribus eorũ Cęcilianũ apud Imperatorẽ primitus accusatũ, & deinde iudiciis &

G Ecclesiasticis & imperialib. absolutum atq; purgatũ: Hoc ẽ, ne ipsa cã omnino ꝑꝑ quã uentũ fuerat, ageretur, ubi se euidẽtissime superari posse sentiebãt. Sic ãt nolebãt & timebãt, ut hoc ẽt cõfiteri cogerẽtur, dicẽtes ꝙ sensim.i. paulatim inducerẽtur in cãm, & ad causæ interna deducerentur, vt, qđ utiq; optare deberẽt, si nõ de inanibus & moratoriis ꝑscriptionibus, sed de ipsius causæ ueritate cõsiderẽt. Contra ergo catholici cũ uehementer conarẽtur ut ad causã ꝑueniretur, quo eos ꝓrsus nolle ꝑuenire cernebãt, respõdebãt tñ iterũ atq; iterũ eisdẽ ipsis q̃ illi totiens iã trãsacta repetebãt. Et qm̃ duo erant, q̃ in medium uenerant unũ de ędítione mãdati qđ legatis iniunctũ est, alterum vtrũ diuinis testimoniis, an gestis publicis catholici agere mallẽt de mãdati illius æditione & catholici respõderũt, non ad eos, neq; ad præsentem causam omnino ꝑtinere. Ipse cognitor, quod sæpius ꝓnunciauit iterum pronunciauit, legatorum personã & mandatum quod susceperunt omnino se nõ posse discuttere, & ab eo quod sibi iniũctum est non debere discedere, qñquidẽ satis apparebat imperialibus literis, q̃bus iu-

H dex huic causę fuerat constitutus, collationem ab Imperatore concessam. De illo autẽ altero, ubi quærebãt quid eligerent catholici utrum diuina documenta, an gesta publica sæpius catholici responderũt, si Donatistæ hominum crimina nõ obiicerent, q̃ uelut traditorib. obijcere cõsueuerunt, sed tm̃ mõ id quærerẽ, q̃, uel ubi esset ecclesia, nihil se acturos publicis gestis, sed scripturarum tm̃modo testimonijs: si ãt in illa hoĩum accusatione & criminatione persisterẽt, q̃a & ipsi ista nisi talibus gestis demõstrare nõ possent, sine dubio & catholicos hmõi crimina gestis publicis defensuros: Aliter.n. ista nec accusari poterãt, nec defendi. Hęc eis sępius & a catholicis & ab ipso cognitore repetita & inculcata sũt, multis & uarijs modis multarũ persecutionũ, illis ad eadẽ redeuntibus & eadã repetẽtibus ne agerẽt cã & ne gesta legerẽt, q̃ iam in manib. esse cernebãt. Sed aliqñ euicit cognitor tam lõgas obstinationes, & iussit recitari quæ a catholicis data sunt, & cœpit tandẽ agi causa ꝑꝑ quam tot epĩ partis utriusq; conuenerant. Quod mi-

I rabiliter factũ est, ut cũ Donatistę propterea quærerent petitoris personam ne perueniretur ad causam, ipsa inquisitio petitoris subito in medium mitteret causam.

Tertio ergo loco hæc acta sunt. Lecta est relatio Marcellini † proconsulis ad Imperatorẽ Constantinũ, quã quærẽtibus Donatistis unde prolata sit, catholici rñderũt, in archiuo procõsulis si dubitarẽt, esse quærẽdã. In qua relatione euidentissime continet ipsos primitus ad Imperatorẽ Cõstantinũ per memoratũ proconsulẽ ea q̃ Cæciliano crimina obiiciebãt, accusando misisse. Qua ꝑlecta, Donatistæ quærere cęperũt quem sibi catholici dicerẽt patrẽ. Quibus cum ab eis esset rñsum ẜm euãgelium, ubi scriptũ est. Ne uobis dicatis patrẽ in terra, unus est.n. pr̃ uester deus: etiam hoc audito nihilominus quærere cęperunt, utrũ eis Cęcilianus pater esset, an mater. Cum iam dictum fuisset a catholicis, nec patrẽ sibi eum esse nec matrẽ, sed fratrem, siue bonum, si bonus esset, siue malum, si malus esset, quia & malus ꝑꝑ sacra communia frater esset. Hinc aliqñ diutius conflixerũt, Donatistis eadem repetentibus, & catholicis eadẽ respondentibus,

K Nam & hoc obiecerunt Donatistæ, qũo diceret Apostolus, Et si multos pædagogos habetis Christo, sed nõ multos patres: In Christo enim Iesu per Euangelium ego uos genui. Et responsum est a catholicis, hoc honorificentiæ causa dictum propter Euan-

gelicum

gelicũ ministerium qđ dispensabat Aposto.
Nã prẽm ad fidẽ salutemq; ęternã non esse,
nisi Deũ. Neq;.n. posset ꝯtrium Christo Apo
stolus loqui, vt cũ ille diceret, Ne vobis di-
catis prẽm in terra, vnus.n. Pr̃ vester Deus:
ꝯ Aposto. tanq̃ resistens verbis Xp̃i Prẽm se
diceret eorũ quibus annunciauerat Euange
liũ, nisi esset vtiq; distinguendũ, quid diui- L
næ gr̃æ, quid humanæ honorificentiæ cã di
ceretur. Quæsierunt ẽt quis ordinauerit Au
gustinũ, nescio quas sicut iactabatur, calu-
mnias præparantes, Vbi cũ eis intrepide rñ
deret a Megallio se ordinatũ, qui tũc fuerit
primus Ep̃orum in Numidia ecclesię catho
licæ, & vrgeret instanter, vt iam proferent,
q̃ pręparauerunt, vt ibi ẽt calumniosi demõ
strarentur, illi intentionẽ in aliud detorse-
runt, redeuntes ad Cæciliani personã, q̃ di-
cebãt catholicæ Ecclesiæ nõ obesse et si ve-
ra eius crimina monstrarentur: & tñ ẽt ipsa
non posse vera monstrari. Tunc itaq; Dona
tistæ protulerunt literas, quas ab vniuerso
cõcilio suo se accepisse dicebant, quibus rñ
deretur mandato catholicorũ, quod primo
die actionis fuerat allegatũ, & die sequenti
antequã ad secundã actionẽ die tertio veni
retur, data notoria Donatistæ ędi sibi popo-
scerant, vt instructi possent ad cognitionem
venire. Et fortasse ꝑꝑ has literas diligenter
scribẽdas ẽt ipsa secunda actione dilationẽ
petiuerunt, quæ illis sex dierum cõcessa est.

Quarto itaque loco hæc acta sunt, lectæ
sunt supradictæ literæ Donatistarũ, quibus
conati sunt, rñdere mandato catholicorum,
quod gestis primæ actionis insertũ est. Cui
mandato non eos potuisse rñdere inueni, &
qui vtraque legere & considerare voluerit,
comperiet, quia testimonia ex lege, & Pro-
phetis, & Psal. & Apostolicis atq; Euangeli
cis literis deprompta, quibus ostenditur ec-
clesia catholica per totũ mundũ diffundi in
cipiens ab Hierusalẽ, vnde in propinqua &
longinqua crescendo ẽt in Aphricã venit,
& in alia loca, & ciuitates per quas primitꝰ
dilatata est, in quibus multæ ecclesiæ ad ip-
sam vnicam pertinentes, Apostolico labore
fundatæ sunt, quibus Donatistas non cõica
re manifestum est, non solum nõ pertracta-
re, sed omnino, nec attingere voluerũt, nec
aliquod testimoniũ in tam prolixa Epistola
sua proferre ausi sunt de scripturis sanctis,
ꝙ assererẽt Ecclesiã partis Donati esse p̃di-
ctã, & prænunciatã, sicut tã multi catholici
protulerũt ꝑ ecclesia, cui cõicãt, q̃ incipiẽs
ab Hierusalẽ toto orbe diffunditur. Has er-
go partes testimoniorũ tantorũ cũ oĩno nõ
attigissent, sed tanq̃ in illo mandato catholi
corũ, cui rñdere videbãtur, dicta ñ fuerint,
præterissent, illud oñdere tentauerũt prola-
tis multis testimoniis diuinarũ scripturarũ,
ꝙ ecclesia Dei nõ cũ malorũ hoĩum cõmix
tione futura p̃dicta sit: & tñ postea cũ ad e- A
uãgelicã similitudinẽ venissent, q̃ catholici
in mãdato suo posuerãt de retibus in mare
missis, quib. cõgregari dixit Dñs oĩa gña pi *Mat. 13*
sciũ, & bonos a malis in littore, hoc est, in fi
ne seculi separari: ẽt ipsi falsi sũt in ecclesia
esse ꝑmixtos saltẽ occultos malos. Zizania
vero inter triticũ nõ in ecclesia, sed in ipso
mũdo permixta dixerunt, qm̃ dñs ait, Ager
est hic mũdus. De area sane cui paleã catho
lici dixerãt vsq; ad tp̃s vẽtilationis admixtã,
tanq̃ oĩno in Euang. nihil tale scriptũ sit, ex
ponere similitudinẽ istam, nec conati quidẽ
sunt, sed quasi hoc a seipsis catholici dixerĩt
eã tñmõ reprehenderunt, velut ex testimo
nio Hiere. prophetæ, qui ait, Quid paleis ad *Hier. 23*
triticũ? nõ attẽdẽtes vñ hoc ille dixisset. Nõ
.n. aiebat de ecclesia, sed de diuinis Prophe-
tarũ visionibus, & humanis somniis, ne vl-
lo mõ comparentur. Illam quoq; similitudi
nẽ de ouibus, & hœdis, qui simul pascũtur, *Mat. 25*
& in seculi fine segregabuntur, q̃ inter alias
catholici ex euangelio posuerãt, oĩno attin
gere noluerũt. Neq;.n. poterant illic dicere
etiã hœdos a pastoribus in cõibus pascuis
ignorari, sicut dixerãt inter retia pisces ma-
los in mari a piscatoribus non videri. Item
cum catholici in mãdato suo volentes oñ-
dere toleratos a bonis in ecclesia malos, nec
bonos malorũ contagione pollutos, cõme-
morassent exẽpla Prophetarũ, & ipsius dñi
Christi, & Apostolorum, & post hæc ẽt bo- B
norum ep̃orum, & iudicio ipsorum quoq;
Donatistarũ, qui quosdã suorũ in Maximi-
niani schismate positos negauerũt Maximi-
niani cõtagione pollutos. Illi in suis literis
ad hæc respõdere conati de Prophetis, & de
dño Christo, & apostolis, quodcumq; dixe-
rũt, de Ep̃is autẽ & Maximinianistis silue-

bilius protulerunt. Recitauerūt ēt alias lite-
ras eiuſdē Conſtantini Imperatoris ad Pro-
bianū proconſulē datas, q̄ quidem conſules
non habebant, ſed nihil quaſi de obiectione
mutua catholici agere uoluerunt, quāuis &
hinc ſeipſos Donatiſtæ cūuincerent q̃ calū
nioſe catholicis id obiecerint, cū prior char
tula ex qua recitatum eſt iudicium Con-
ſtantini, quo abſolutus eſt Cæcilianus, con-
ſules nō haberet, q̃ tñ mox in alia chartula
inuenti ſunt. Iſtæ itaq; literę ad Probianum
ꝓcōſulem datæ, cōtinēt Imperatoris iuſſio
nē, qua præcepit ut ad ſe Vigētius mittere-
tur, cuius cōfeſſione in ꝓconſulis Heliani
iudicio Felix Abtugnenſis ordinator Cæci-
liani a crimine traditionis fuerat abſolutus.
Hoc aūt imperiale pręceptū iō Donatiſtę ſe
recitare dicebāt, ut quaſi oſtenderent Cæci
liani cām adhuc fuiſſe ſuſpēſā, ēt poſt illud
iudiciū quo ſe Cōſtantinus inter partes oīa
terminaſſe iam ſcripſerat, cum & in ipſis li
teris quas ad Probianū ꝓconſulē datas reci
tauerint, q̃bus quaſi oſtęderent adhuc pen-
dere iudiciū, qm̄ ad ſe mitti iuſſerat Impera
tor Vigētium, tanta ꝯ ſe legerūt, ut omnino
mirum ſit q̃bus illa oculis aſpicere, uel quo
ore ꝓnunciare potuerint. Ibi.n. Conſtanti-
nus dixit ab Heliano procōſule audientiā
præſtitam competentē. Felicemq; innocen
tem ab cxuſtione codicū diuinorū conſti-
tiſſe, illos aūt eſſe in pręſentia confutandos
q̃ diuturnis diebus eū interpellare nō q̃eſce
rēt, ut eis liq̃do appareret fruſtra eos Cęci-
liano inuidiā cōparare, & aduerſus eū uio
lenter inſurgere uoluiſſe. Hic ergo per illas
literas nō ſolū Cæcllianū, ſed ēt Felicē pur
gatū, ſeq; innocētium ꝑſecutores atque Im
peratorem extitiſſe docuerunt. Hac aūt ac-
cepta opportunitate catholici recitādā ꝓtu
lerūt, & ipſius Heliani tūc ꝓcōſulis relatio
nē de hac re ad Cōſtātinū datā, ubi ſe causā
Felicis audiſſe & finiſſe cōmemorat, & ipſa
geſta ꝓconſularia q̃bus abſolutus eſt Felix.
& oīum neceſſariarū ꝑſenarū teſtimonio
a traditionis crimine innocens comproba
tus. Quibus recitatis q̃d contradici poſſet
cognitor inquiſiuit. Tunc Donatiſtę qđ &
ante dicere cœperant, identidē repetierūt,
quærentes utrum ex præcepto Imperatoris
directus ad comitatum fuiſſet Vigentius, &
q̃d poſtea geſtum eſt, ut oſtenderetur a ca-
tholicis exigētes & geſta proconſularia, q̃-
bus poſſent uerbis refellere conantes, q̃bus
abſolutus eſt Felix, obiicientes gratiā iudi-
cis, uel ſuppoſitas fuiſſe ꝑſonas, & cætera
q̄ ſolent homines contra geſta quibus uin-
cuntur ſuſpicioſa quærimonia iactitare. Di
cebāt etiā non recte Felicem abſentem fuiſ
ſe abſolutum: Ad iſta reſponſum eſt a ca-
tholicis,

tholicis,oïa quę lecta sunt ad absolutionem Cæciliani & Felicis apertissime pertinere,si quid aũt Donatistæ arbitrarent̃ misso ad comitatum Vigẽtio pro se fuisse iudicatum,& mutatum esse iudicium, quo Constantinus inter partes cognoscẽs purgato Cęciliano illos calũniosissimos iudicauerat,ipsos debere proferre.Qñ aũt hoc catholici dicebãt,in illa tp̃is breuitate non poterant considerari consules, quorum ordinẽ in ipsis gestis qui uoluerit considerans,inueniet posterius ab Imperatore Cõstantino absolutũ esse Cęcilianũ, q̃ Felicis causam ab Heliano procon sule discussam atq; purgatam . Post aliquot ẽt annos Cõstantinum scripsisse ad Verinũ Vicarium, quas literas ipsi recitauerũt, ubi sibi afferebãt liberũ arbitriũ ab illo Impera tore concessum,in quib.literis eos tanq̃ pes simos & Christianę pacis inimicos ostẽdit. Quod utiq; non fecisset, si aliquid pro illis contra Cæcilianum iudicasset cũ ad comitatum missus esset Vigẽtius. Cognitor ergo interlocutus est,non posse gesta,q̃ tanta roborauit antiquitas remoueri, nisi aliis posterioribus gestis ecõtrario recitatis. Dictũ est ẽt a catholicis magis ad declarãdam Felicis innocẽtiam profuisse ꝙ absens fuerat absolutus, q̃a gratiæ suspitio si præsens esset potius oriret̃. Vrgere deinde cognitor cœpit, ut si qua posteriora gesta Donatistę haberẽt contra absolutionem Ceciliani uel Felicis, iamiamq; proferrent. Hic illi ad ea quæ iam totiens dixerant & catholici totiens ad oïa rñdentibus trãsacta iam fuerãt, rursus quasi a capite redire & ea replicare conati sunt. Vbi cum interlocutus esset cognitor, admonẽs vt eos iam pigeret eadem repetere quæ peracta & trãsacta iam fuerãt, & identidem proferre compelleret si quid recitandũ haberent aduersus Cęciliani & Felicis sic euidentissimas absolutiones, & illi nihil oïno aduersus illa proferẽtes, eadem repetere nõ cessarẽt vt de illis quæ dixerant iudicaret̃,& cõtra cognitor illud potius flagitaret, ut legerẽt si haberẽt qđ legi posset aduersus im periale & proconsulare iudicium, ut posset de oïbus pronunciari,qm̃ legibus prohibet̃ semiplenam proferre sñiam. Instarent ẽt catholici ut rebus oïbus cognitori manifestatis, & Donatistis quid rñdeant nõ inuenientibus,eadem repetẽtibus,tandem aliqñ causa finiret̃,in ultimo cognitor dixit, Si cõtra nihil est qđ legatis,exire dignemini ut possit plena de omnibus scribi sñia. Et utrisque exeuntibus,sñiam scripsit, quam rursus intromissis partibus recitauit,qua complexus est oïa quæ de prolixa trium dierũ actione potuit recordari. In quibus quędã nõ eo ordine quo gesta sunt cõmemorauit , omnia tamen ueraciter posuit, confutatos a catholicis Donatistas omnium documentorum manifestatione pronuncians.

Collationis tertij diei finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

Liber contra Donatistas post collationem.

QVid adhuc Donatistæ seducimini ab ep̃is uestris, quorum fallaces tenebrę clara luce discussæ sunt, quorum apparuit error, quorum pertinacia superata est? Quid adhuc uobis iactant uana mendacia? Quid adhuc creditis hoïbus uictis, cum uobis dñt iudicem præmio fuisse corruptum?Quod nouũ faciũt? Quid aliud oẽs uicti facere consueuerũt,qui ueritati cõsentire nolunt, nisi ut de iudicis iniquitate mentiant̃? Quærite ab eis,& ad hoc primũ uobis rñdeant, quare ausi sunt uenire Carthaginem & in unum locum nobiscũ collationis gratia cõuenire?Iam ante aliquot annos cõueneramus eos publice,ut nobis con ferẽtibus ueritas appareret,& dissensio quæ nos diuidit de medio tolleret̃,Sed ipsam ueritatẽ refugiẽtes,actis rñderunt, Indignum est ut in unum conueniant filij martyrum, & progenies traditorum.Quare ergo modo nobiscum cõuenire uoluerunt? Puto quod non facerẽt quod eis uidebatur indignum, nisi cognoscerent non esse nos progeniem traditorũ. Aut certe ipsi uobis respondeant, quare dixerunt indignum esse vt in unum conueniant filii martyrũ & progenies traditorũ , & in unũ postea nobiscũ cõuenerint. Quæ res eos coegit facere quod indignum est?

est?Non.n.ligati adducti sunt, sed omnino liberi conuenerunt.Si dixerint,quia iusserat Imperator:ergo tunc faciunt qđ indignum est qñ iusserit Imperator?Quid ergo irascũtur nescio quib.traditoribus ad cām nostrã non pertinentibus? Codices.n. dñicos persecutoribus dare,utiq; indignũ est Quod cũ fecit traditor,non habet crimen,quia iusserat Imperator. Hoc dicimus non ₰m ueritatem,sed ₰m ipsorum peruersitatem: Ipsi eñ dixerunt,publica gesta proclamant, apud acta dixerunt. Non quilibet ignotus,sed Carthaginensis episcopus eorũ Primianus hoc dixit,Primianus hoc scriptum magistratui Carthaginis dedit, & a diacono dicendum apud acta mandauit, Indignum est, ut in vnũ cōueniant filii martyrum & progenies traditorum. Ecce conuenimus in vnũ, quid ad ista rñdent?Si dicunt non est indignum: quare mentiti sunt,qñ indignum esse dixerunt?Si dicunt,indignum est:quod indignũ est quare fecerunt?Vno modo se potuerunt asserere qđ indignum est non fecisse,& nullis Primiani verbis non fuisse mentitos, si dicant,indignum est ut in vnum conueniāt filij martyrum & progenies traditorum:sed nos ideo vobiscum in unum conuenimus, quia cognouimus nos non esse progeniem traditorum. Quod si ita est,quare nobis iam cōuenientes in vnum,ipsas calũnias obiecerunt,nisi forte vt etiam nos eos cognoscere mus nonã esse filios martyrum? Martyres.n. testes dicuntur,testes aũt Christi, veri testes sunt. Isti aũt falsi testes inuenti sunt,qui traditionis crimina & aliena alijs obiecerunt, & nec ipsa ꝓbare potuerũt. Quid adhuc attenditis humana mendacia, & diuina testimonia non attenditis? Quid adhuc victis hominibus creditis,& veritati,quæ nunquã est uicta non creditis?

Veritas.n.dei, sicut in ipsa ẽt collatione ꝓbauimus,ꝓhibuit testimoniũ ecclesię suæ per multa documenta scripturarũ sanctarũ, per propheticas & euangelicas literas,& locus designatus est, vnde Christi ecclesia fuerat incœptura,& finis terrę quousq; puẽtura. Per oẽs gentes futuram ecclesiã suã dñs dicit,incipientem ab Hierusalem. Diuina lectio recitatur,quemadmodũ cęperit ab Hierusalem, ubi primũ congregatis fidelibus missus est de cœlo spũs sanctus. Diuinæ lectiones recitanť queadmodũ se ab Hierusalẽ ꝑ uicina & longinqua diffuderit. Expressa sunt nomina locorũ, manifesta sunt nomina ciuitatum, in quibus ecclesia Chri apostolico labore fundata est. Quę loca & ciuitates ẽt epistolas ab Apostolis accipere meruerunt. Quas epistolas & ipsi in uestris cõgregationibus legunt, & tñ non cõicant eorũ locorũ & ciuitatum ecclesijs, q̃ ipsas epistolas accipere meruerunt, obijcientes eis, nescio quę crimina Aphrorum, quod eorũ cõtagione perierunt,cũ ipsi dixerint in hac ipsa collatione,quam modo Carthagine habuimus,quòd nec causæ causa,nec personę persona pręiudicet.

G — H — 4. — Act. 2.

Tunc aũt hoc dixerunt, qñ eis diximus, Concilium quod contra Cęcilianũ profertis,sic non obest absenti Cęciliano, queadmodum concilium, quod in causa Maximiniani factũ est,vbi damnatus est Primianus non obest absenti Primiano. Protulerũt eñ ibi septuaginta & qđ excurrit, episcopos ꝙ absentẽ damnauerunt Cęcilianũ, cũ proferanť non minus centũ episcopi partis ipsorũ q dãnauerunt absentem Primianũ. Quia ergo diximus eis,sicut illud nõ obesse Cęciliano,queadmodũ hoc nõ obest Primiano, qm cõtra absentes facta sunt ambo cõcilia, cõtinuo nõ inueniẽtes qd rñderẽt,& horribiles angustias passi,dixerũt nec cām cāæ, nec ꝑsonã ꝑiudicare ꝑsonę,qđ aduersꝰ oẽs humanas calũnias in ore hẽt uniuersa catholica ecclesia,nũc ãt multo fortiꝰ multoq; liberius qñ id qđ sꝑ veritas tenuit,ẽt inimicorũ cõfessio cõfirmauit. Quis ergo hęc sine tristitia ꝑferat graui? Quis gemitũ cohibeat? Quis nõ ĩ lachrimas, & in vocẽ doloris erũpat, q hoc digne considerauerit? Ecce ut ab eis epis partis Donati dãnatus Primianus si amittat epatũ aut ut Primianus dãnatus nõ inqetet partẽ Donati,nec causæ cã, nec personæ ꝑsona præiudicat, ut autem Cæcilianus,quem absentem inimici similiter damnauerunt, non deputetur eps & contaminet oẽs christianas gẽtes usque ad terminos terræ,& causę causa,& personæ persona ꝑiudicat. Sed voce ipsius unitatis clamenť ecclesię Pontifices, Bythyniæ, Asiæ, Cappadociæ, cæterarumq; orientaliũ regionum, ad quas

Cap. 3. — I — K

ad quas beatus Petrus Apoſtolus ſcripſit, O pars Donati, nõ nouimus q̃d dicatis. quare nobis nõ cõicatis? Si Cęcilianus mali aliq̃d fecit, q̃d nobis nõ probatũ eſt nec demõſtratũ, tñ ſi mali aliq̃d fecit quare nobis ꝑiudicat? Si nos audire nõ vultis, voſipſos audite dicẽtes, nec cãę cã, nec ꝑſonę ꝑſona ꝑiudicat. An vſqueadeo põt vr̃a ꝑuerſitas, vt hæc uerba valeãt ne uobis ꝑiudicet Primian⁹, & hęc verba ñ valeãt, vt nobis ꝑiudicet Cęcilianus? Clamẽt ẽt ſimiliter eccleſię ſeptem oriẽtales ad quas ſcribit Apoſtol⁹ Ioãnes, Epheſi, Smyrnę, Thyatyrę, Sardis, Philadelphię, Laodicię, Pergami, & dicãt, Quid uobis fecim⁹ frẽs, q̃ potius Donati q̃ nr̃ę cõionis eẽ voluiſtis? Si Cęcilian⁹ peccauit, q̃uis & ipſius crimẽ ñ potuiſſetis oñdere, q̃a ſicut Primianus vr̃, ſic ẽt abſens iſte dãnatus eſt. Verũ qualiſcũq; ille fuerit, uobis quid fecimus? Quare Chr̃iani cũ chriſtianis pacẽ hr̃e non uultis? Quare in nobis cõia ſacr̃a reſcinditis? Quid vobis fecimus? Quare Primiani cã nõ ꝑiudicat parti Donati, niſi q̃a verũ eſt q̃d dixiſtis, nec cã cauſæ nec ꝑſonæ ꝑſona ꝑiudicat? Quare ergo cã Cęciliani ꝑiudicat hæreditati Xp̃i in qua ſumus apoſtolorũ labore plantati? Ad vnũ noſtrũ ſcribit Apoſtolus Ioannes, ꝙ habeat pauca nomina in Sardis, eorũ, q̃ non inquinauerũt veſtimẽta ſua nec tñ ab eis q̃ in ipſa eccleſia immundi fuerunt, illorum paucorum veſtimenta polluta ſunt, q̃m verũ eſt q̃d dixiſtis, nec cãm cauſę, nec ꝑſonam pręiudicare perſonę. Quõ ergo põt cã & perſona Cęciliani pręiudicare nobis? Aut ſi nõ ꝑiudicat, quare ſeparamini a nobis, Dicant ẽt eccleſiæ ad quas Paul⁹ Apoſtolus ſcribit, Romanorum, Corinthiorum, Philippenſiũ, Coloſſenſium, Theſſalonicenſiũ, nam de Galatia & Epheſo iã ſuprà dictũ eſt. Dicẽt ergo & iſti, literas ad nos datas fratres quotidie legitis qui uultis adhuc eſſe de parte Donati. In ipſis epiſtolis ꝑ nomẽ pacis nos Apoſtolus ſalutauit, dicẽs, Gratia vobis & pax a deo patre & dño nr̃o Ieſu Xp̃o. Quare pacẽ in noſtris epiſtolis legendo didiciſtis, & eã nobiſcũ tenere noluiſtis? In tã longinquis terris trans mare poſitis Aphrũ nobis obijcitis Cęcilianum. Certe verũ eſt quod dixiſtis, nec cauſæ cauſa præiudicat, nec ꝑſonæ perſona. Quæ eſt iſta priuata & peculiaris ſanctificatio, qua uobis licet vt Aphrę parti Donati cã nõ ꝑiudicet Aphri Primiani, nec ꝑſonæ Primiani Carthaginenſis ꝑiudicet Muſticani Feliciani, & ad nos Aphricana ꝑiudicia tam longe præmittantur, vt nobis præiudicet cã Cæciliani? Dicat etiã catholica eccleſia in ipſa Aphrica cõſtituta, & per pacẽ atq; unitatẽ Chriſti illis omnib. cõmunione copulata. Dicat etiam ipſa, Nec mihi Cęciliani cã præiudicat, cõtra quẽ abſentem ſeptuaginta ep̃orum eſt prolata ſententia, quia non pręiudicat eccleſiæ quæ toto orbe diffunditur, in cuius cõmunione ꝑmaneo: aut certe ꝑiudicet parti Donati cauſa Primiani, quẽ ſui collegę ſimiliter abſentem in numeroſiore concilio dãnarunt. Si aũt ideo non ꝑiudicat, quia nec cã cauſę, nec perſona perſonæ, multo magis ſeruanda eſt iſta iuſtitia, ergo unitatẽ catholicam Xp̃i, ſi eã ſeruari erga ſe poſtulat pars Donati, Hoc eccleſia catholica in Aphrica conſtituta proclamat, O pars Donati, tu iſta uerba dixiſti, tu iſta uerba tua recognouiſti, tu iſtis uerbis ẽt ſubſcripſiſti, nec cã cãę, nec ꝑſona ꝑſonę ꝑiudicat. Ego inter ſpũs olim requieſcẽtium recito Cæcilianum, tu adhuc uides & tecũ habes in corpore Felicianũ, a quo dãnatus ẽ Primianus. In ipſa Primiani cã damnati, & poſtea ſicut erat Epiſcopi tibiq; ſociati, ſi tm̃ valet ꝙ nec cã cauſæ ꝑiudicat, nec perſona perſonę, vt tibi non ꝑiudicet hodie tecũ uiuentis communio Feliciani, mihi quõ ꝑiudicat olim defuncti memoria Cęciliani? Quid ad iſta rñdent, qui nobis adhuc iactãt inania, & ſuæ ſaluti ſi non ſe correxerint, nocitura mendacia? Quid adhuc dicũt nos iudicem corrupiſſe, vt pro nobis ſententia proferretur? Nunquid & tanti apud nos meriti Epiſcopum præclariſſimum defenſorẽ corrupimus, vt pro nobis talia loqueretur? Hoc enim agebamus omnibus uiribus, hoc inſtabamus, vt Cæciliani cauſa atque perſona qualiſcunque fuerit, ad cauſam & perſonam eccleſiæ, quàm deus ſuis teſtimonijs roborauit, non pertinerę monſtraretur. Hoc agebamus ſimilitudinibus euangelicis, vt cauſa & perſona zizaniorum non præiudicaret cauſæ & perſonæ tritici, quanuis in eodem agro eadem pluuia ſimul creſcerent uſque ad meſſem, quando ſepa-

rari

Margin: Cap. 4. Apoc. 1. — L — Apoc. 3. — M — A — B

rari oporteret. Vt cā & ꝑsona paleæ non p̄iudicaret ꝑsonæ frumenti, quāuis in eadem area simul triturarētur, donec nouissima vētilatione separarētur: vt cā & ꝑsona hædorū non prępiudicaret causæ, & ꝑsonæ ouium, q̄uis cōmunibus pascuis utraq; pecora ꝑmixta seruētur, donec a pastore summo, in iudicio nouissimo, alij ad sinistram, alij ad dexteram segregentur. Vt cā & ꝑsona pisciū malorū non p̄iudicet causę, & ꝑsonæ pisciū bonorum, quāuis intra eadē retia tenerent in extremo littore separāda, hoc est in fine maris, ꝙ significat finē seculi. Quibus parabolis & figuris Ecclesia p̄nunciata est usq; in finē seculi bonos & malos simul habitura, ita vt nec mali bonis obesse possint, cū uel ignorant, vel pro pace & tranquillitate Ecclesiæ tolerant, si eos prodi aut accusari non oportuerit, aut alijs bonis nō potuerit demōstrari: ita sanè ut nec emēdationis uigilantia qescat, corripiendo, degradādo, excōicādo, cęterisq; coertionibus licitis atq; concessis, q̄ salua unitatis pace in Ecclesia quotidie fiunt ſm p̄ceptum Apostolicū seruata, qui dixit, Si quis aūt non obaudit verbo nr̄o, ꝑ Epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo, vt erubescat, & nō vt inimicū existimetis, sed corripite vt fratrē. Sicut.n. & disciplina seruat patientiā, & patientia tēperat disciplinā, & vtrūq; refertur ad charitatē, ne forte aut indisciplinata patientia foueat iniquitatē, aut impatiēs disciplina dissipet unitatē.

Ista cum fiunt a bonis, non inquinantur a malis, quia nec eorū peccatis consentiēdo cōicant, & ab eis, & si non corporali segregatione, tn̄ spiritali uitæ dissimilitudine, & morum diuersitate discedūt, eo mō obediētes p̄cepto dn̄ico quo ait. Discedite inde, & immundū ne tetigeritis. Nam qui hoc non spiritaliter obseruandū putant, arrogātia vanitatis in illud incidunt qđ per eundē Prophetā dn̄s detestatur, dicens, Qui dicunt, noli me tangere, qm̄ immūdus es, hi fumus indignationis meæ. Hoc Ep̄i vr̄i faciendū putauerunt, qn̄ utrisq; nr̄m a iudice oblato cōsessu, nobiscum sedere noluerunt, dicentes sibi scriptum esse, ne cū talibus sedeant, illud vtique non spiritaliter, sed carnaliter intelligentes quod in Psalmis positum est. Et cum impijs non sedebo, & tamen fecerunt qđ in eodē ipso loco Psalmi pariter ꝓhibetur, Nā ibi dicit Propheta, Et cū iniqua agētib. nō introibo. Si ergo nos, qa iniquos, uel nouerāt, uel putabāt, iō nobiscū sedere noluerūt, quare qđ similiter ꝓhibetur nobiscū introierūt, ex parte sc̄ti, ex parte polluti, nisi qa scripturas sanctas non intelligendo, & carnaliter sapiēdo ipsā unitatē dissipauerunt? Nō itaq; polluūt mali bonos in eodē agro, in eadē area, in eisdē pascuis, in eisdem retib. constituti, quia non eis communicant boni, sed altari, & sacris Dei. Cōmunicāt āt malis, qui consentiunt malorum factis, Scriptum est enim. Non solum qui faciunt, verumetiam qui consentiunt facientibus. *Roma. 1.*

Cap. 6. Cum vero mali pacis conseruandę necessitate tolerantur, nō iniquitatis cōicandæ societate appetuntur, ut cū zizanijs triticū suauē pluuiā pariter bibat, seruet tn̄ vbertatem suā, nec cōuertatur in zizaniorū sterilitatē, sed utrunq; simul vsq; ad messē crescār, ne forte cū colligunt zizania, eradicetur simul & triticum, nullā cū bonis habent mali participationem salutis, uel perditionis. Quę.n. participatio iustitię ad iniquitatē? Nullā habent cū bonis mali societatē regni, aut ignis æterni. Quę.n. societas luci ad tenebras? Nō habent mali cū bonis consonantiā uitæ, ac voluntatis. Quę.n. consonantia Chr̄i ad Belial? Nō habēt boni cum malis partē, nec in poena criminis, nec in pręmio pietatis. Quæ.n. pars fideli cū infideli? Et cū intra eadē retia, donec ad littus perueniant, pariter diuina sacra percipiant, isti sociant, illi dissociātur: isti consonant, illi dissonant: isti habent partem cum misericordia, illi cum iudicio: qm̄ misericordiā, & iudiciū cantat Ecclesia Dn̄o: & qui manducat indignè, iudiciū sibi manducat, nō alteri. De ipso quippe pane, & de ipsa dominica manu, & Iudas partē, & Petrus accepit, & tamē quę societas, quæ consonantia, quæ pars Petro cū Iuda? qm̄ nec cā causæ præiudicat, nec ꝑsona ꝑsonę. Siue ergo exeant, de quibus scriptum est, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: siue intus iudicantur esse de quibus beatus Cyprianus apertissime loquit̄ dicens, Nam & si videntur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides, aut charitas nr̄a vt quoniam zizania esse in ecclesia

Mat. 13. E — *2. Cor. 6* — *Ps. 110.* — *1. Co. 11* — *1. Ioan. 2 F*

cernimus,ipſi de eccleſia recedamus.Quib.
verbis Epi ueſtri nihil omnino auſi ſunt re-
ſpõdere,quãuis diu fruſtra cõtẽderint,ꝙ nõ
in eccleſia pdicta ſint futura zizania, qa di-
xit dñs,Ager eſt hic mũdus, nec dixit, ager
Mat. 13 eſt eccleſia. Nos aũt mundũ ꝓ eccleſiæ ſi-
gnificatione poſitũ dicebamus,ſicut ẽt Cy-
prianus intellexit,qa ꝑ totũ mundũ futura
pfigurabatur eccleſia. Vñ illi dicebãt, mun
dum ſemꝑ in malã ſignificationẽ poſitũ,&
teſtimonia de ſcripturis dabant, qa ſcriptũ
eſt.Si qs dilexerit mũdũ, nõ eſt charitas pa-
1. Ioã. 2. tris in illo:& cætera talia,Nos uero nõ ſolũ
in malã,ſed ẽt in bonã ſignificationẽ mun-
dũ in ſcripturis poſitũ rñdebamus,& com-
memorabamus ẽt illud qđ ſcriptũ eſt.Deus
erat in Chriſto mundũ reconcilians ſibi: q
vtique non ſibi reconciliat niſi eccleſiam.

2. Co. 5. Siue ergo exeãt mali,ſiue intus uel igno
Cap. 7. rent,uel uideãtur,hoc agit miſericordia, &
iuſtitia dei, ut ſibi ad mala nõ cõſentiẽtib.
bonis,mali nõ obſint,ſed utriq; ꝓpriam ſar
cinam portãt,ut nec filius accipiat peccata
patris,niſi cum fuerit in malis imitatus, ſed
aĩa q̃ peccauerit ipſa morietur,Cũ ergo ma
lis cõſentit ad malũ, iã unã cauſã hẽt cum
G eis,& totius ſocietatis malorũ ſitu na pſona
ac ꝑ hoc cũ ſimul ꝑeunt ſimulq; dãnant,
cã ſua & pſona ſua cuiq; piudicat, nõ alie-
Ezec. 8. na.Cũ uero boni & mali idem uerbũ dei ſi-
mul audiũt,& ſimul dei ſacra ꝑcipiunt, &
tñ diſſimiles hñt actuũ ſuorũ cauſas, & diſ-
ſimiles gerũt uolũtatis diuerſitate pſonas,
eũdẽ cibũ ſanctũ, aliis mãducãtibus digne,
aliis indigne,nec cã cauſæ piudicat, nec p-
ſona pſonæ,ac ꝑ hoc qcunq; teſtimonia di
uinarum ſcripturarũ Epiſcopi nři cõmemo
rare potuerunt, qbus ab omni malorũ ho-
minum ꝑmixtione pura pnunciabatur ec-
cleſia, non qualis nunc eſt illis teſtimonijs
pręnunciabatur,ſed qualis poſt iſtam mor-
talitatem in uita æterna futura eſt.

Cap. 8. Et quæcunq; teſtimonia ſcripturarũ po-
ſuerunt de filiis,quos merito parentum imi
tãdo malitiã,unã cũ eis cãm hře noluerũt,
ꝙ non intelligentes diuina teſtimonia ſecũ
pugnare cogebant,nec utraſq; uoces dei ꝓ
diuerſitate tẽporũ,cauſarum, pſonarumq;
diſtinguentes in concordiã redigebãt, ſed ſi
H cut ꝯ nos ipſi ẽt uolebant inter ſe ipſa diui-
na documenta pugnare.Nec mirũ ſi pacem
ſcripturę dei nõ intelligebãt,q pacẽ cũ eius
eccleſia nõ habebant. Nos aũt utraq; acci-
pientes teſtimonia,demõſtrabamus, utro-
rũq; cõcordiã.Nã & illud accipiebamꝰ, qđ
in ſuis literis cõmemorauerũt eccleſiæ di-
ctũ eſſe,Nec adieciit ultra ꝑ te tranſire in-
circunciſus & immundus: & illud ſcriptũ
eſt,Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſẽ: ſed
hoc eſſe in agro,illud futurũ in horreo. De
niq; & ipſi q diu cõtẽderunt,dicentes ziza-
nia,q̃ cũ tritico ſimul creſcere uſq; ad meſ-
ſem ꝑmiſſa ſunt nõ in eccleſia, ſed in mun
do eſſe,ꝯ intellectum martyris Cypriani, q
dixit.Et ſi uidentur in eccleſia eſſe zizania,
nõ tñ impediri debet aut fides, aut charitas
noſtra,ut qm̃ zizania in eccleſia eſſe cerni-
mus,ipſi de eccleſia recedamus. Et nolẽtes 2. Co. 5.
cõſentire mũdi nomine eccleſiã poſſe ſigni 1. Io. 3.
ficari,ꝯ uerba Apoſtoli q dixit Deus erat in
Xp̃o mundum reconcilians ſibi:& ꝯ ipſius
verba dñi qui dixit,Nõ uenit filius hominis
vt iudicet mũdũ,ſed ut ſaluet mundus per
ipſum.Neq;.n.recõciliari deo & ſaluari per
ipsũ mundus põt,niſi mundi nomine intel
ligatur eccleſia,quæ ſola per eum deo recõ Mat. 13.
ciliata ſaluatur,tñ in illa ſimilitudine quam
ex Euãgelio cõmemorauimus, qđ & boni
& mali piſcis quouſq; in litore,hoc eſt in fi-
ne ſeculi ſeparentur, intra eadẽ retia cõti-
nentur,uicti euidẽtia ueritatis,malos in ec-
cleſia uſq; in finẽ ſeculi ꝑmixtos eſſe cõfeſ-
ſi ſunt,ſed occultos eos eſſe dixerũt, qm̃ ſic
a ſacerdotibus ignorantur, quẽadmodũ pi-
ſces intra retia cũ adhuc in mari ſunt a piſca
toribus nõ uidentur. Qũo ergo teſtimoniũ
ꝓpheticum qđ in ſua reſponſione poſue-
Eſa. 52. runt qñ eccleſiæ dictũ eſt,Nõ adiiciet ultra
ꝑ te trãſire incircunciſus & immundus, ad
hoc tempus pertinere intelligitur, quando
eccleſiæ retibus cõparata eſt,quibus in ma-
ri adhuc poſitis piſces malos bonis permix
tos uel occultos eſſe cõfeſſi ſunt? Vnde ma
niſeſtum eſt non niſi de futuro ſeculo poſt
iudiciũ,nullum incircunciſũ & immundũ
per eccleſiam tranſiturum uiolentiam ueri
K tatis,quæ ſuos nõ in carne,ſed in corde tor
Cap. 9. quet inimicos,ut etiam confiteantur inuiti.

Ecce manifeſtum eſt quod dicebatur a
nobis,diſtinguenda eſſe tẽpora eccleſię, nõ

iam

iã nũc eſſe talẽ,qualis poſt reſurrectionẽ fu tura eſt:nunc malos hr̃e permixtos,tũc om nino non habiturã, ad illã eius puritatẽ nõ ad huius tp̄is permixtionẽ illa diuina teſti-monia pertinere,quib.eam dñs prædixit ab oĩ malorũ permixtione penitus alienã. Ecce ẽt ipſi ueritate euangelica non aliud coacti ſunt confiteri,q̃ malos occultos nunc ei p-mixtos eſſe. Sed dixerunt. Ecce nunc tranſit per illã licet occultus immũdus, nõ eſt ergo tp̄s ꝙ prædictũ eſt dicente propheta, Nõ adiiciet vltra per te tranſire immũdus & in circuncisus: nunc ergo tranſeunt uel occulti. Nã & hoc ipſum qđ ait, non adiiciet vltra: oñdit eos prius ſolere tranſire, ſed ultra nõ trãſituros. Et a nobis inuidioſe requi rebant, qũo potuerit in eccleſia Chriſti diabolus ſeminare zizania, cũ ipſi faterenẽ in eccleſia malos ſaltem occultos eſſe permix tos, nec uellent attẽdere, a diabolo utiq; ſeminatos. Hoc ẽt ipſum qđ ſibi acutũ inueniſſe uidebanẽ, contra ſe potius proferebãt.

Cap. 10. L

Si.n. p pea retibus bonos & malos congregãtib. eccleſiam cõparauit, q̃a malos in eccleſia nõ manifeſtos, ſed latentes uoluit, quos ita neſciũt ſacerdotes queẽadmodum ſub fluctib. q̃d acceperint retia neſciũt piſca tores, Propterea ergo & areæ cõparata eſt, vt ẽt mali cũ bonis in ea prænunciarenẽ fu turi. Neq;.n. palea q̃ in area eſt permixta fru mẽtis, ẽt ipſa ſub fluctibus latet, q̃ ſic oĩum oculis eſt cõſpicua, ut potius occulta ſint in ea frumẽta cũ ſit ipſa manifeſta. De hac aũt areæ ſimilitudine, q̃a & ipſam intra cæteras ex euãgelio poſueramus, nihil in literis ſuis cõtra nos ſcribere potuerũt, niſi Hieremiã prophetam dixiſſe. Quid paleis ad triticum? Qđ ideo dixit, q̃a ſimilia non ſunt, nõ quia permixta eſſe nõ pñt, q̃a in horreo nõ ſimul erunt, non quia in area pariter nõ trituranẽ, q̃q̃ Hieremias cum hoc diceret non agebat de populo dei, ſed de ſomniis hoĩum & uiſionibus prophetarum, q̃a hæc duo nulla ſimilitudine cõparanda ſunt, ſicut plenitudini tritici, inanitas paleæ non põt cõparari. Tentauerũt ſanè ep̃i veſtri negare in euangelio ſcriptũ, ꝙ areæ ſit eccleſia comparata, ſed mox euangelicorũ uerborũ cõmemora tione conuicti, ad idẽ ſe conuerterunt, ut ẽt ibi dicerẽt occultos malos ſignificatos, non

M

manifeſtos, de quib. ſcriptũ eſt, Veniet ferẽs uentilabrũ in manu ſua, & mũdabit aream ſuã, frumẽta recõdet in horreo, paleas autẽ comburet igni inextinguibili. Vos aũt iudi cate, aperite oculos, aures intẽdite ueritati, ſi p pea ſicut ipſi dixerũt, dñs eccleſiam retibus cõparauit, quia nõ manifeſtos, ſed latentes in eo uoluit intelligi, quos ita non ui dẽt ſacerdotes, queẽadmodũ piſces intra retia ſub fluctib. non uidẽt piſcatores, nunq̃d & area ſub aqua vel ſub terra trituranẽ? Aut certe nocturnis horis, nõ in ſole cõteritur, aut in ea ruſticus cęcus operanẽ? Quãto ergo melius ſeipſos corrigunt q̃ euãgelia ſancta peruertũt, & ad uanũ ſuæ mẽtis errorẽ eloquia dñica detorquere conanẽ. Aut.n. illa piſciũ ſimilitudo nõ p p occultos tm̃, ſed p p mixtos in eccleſia malos, ꝙ ſicut illi ante litus, ſic iſti ante uentilabrũ bonis in eccleſia miſceanẽ. Ipſi.n. nos admonẽt ut in areæ palea, manifeſtos in eccleſia malos intelligamus, qui piſces intra natãtia retia p p occultos malos intelligi uolũt, q̃a ſicut illos neſciũt piſcatores, ſic iſtos neſciũt ſacerdotes. Cur.n. nõ dicamus, ſic ergo & palea manifeſti ſunt mali, q̃a in aperto eã uident trituratores? Sed ſicut illi non pñt ante litoris exitũ ſeparari, ſic nec illa põt ante finem debitum uentilari. Cuſtodit aũt deus innocentiam sãctorum & fideliũ ſuorũ, ſicut piſciũ bonorũ, ſicut pinguiũ frumentorum, ut intra iſta retia nõ eis noceãt permixta genera reprobãda, & in iſta area nõ eis noceat permixta palea uentilãda, q̃a ſicut ipſi dixerũt, relegerunt, ſubſcripſerunt, nec cauſa cauſæ, nec perſonæ poterit præiudicare perſona.

Matt. 3

A

Cap. 11.

Hęc verba negarẽt ſe forte dixiſſe, niſi ſua poſſent ſubſcriptione cõuinci. Ecce q̃ diligẽter actũ eſt pro ſalute nr̃a, ut uerbis noſtris ſubſcriberemus, qđ fieri oĩno nolebãt. Et vt facerẽt tandẽ aliq̃n pudore cõpulſi ſunt. Nã extãt uerba eorũ vbi hoc facere recuſarent. Rurſus alia verba ubi hoc facere conſenſerunt, qđ primo negauerãt. Oĩa ſcripta ſunt, oĩbus ſubſcriptũ eſt. Ideo.n. uidebanẽ nolle ſubſcribere, ut negare ſe poſſent dixiſſe qđ dixerãt, & de geſtis corrupti iudicis calũniari. Qđ mõ q̃a non pñt, dñt ipſum eſſe corruptũ. Qđ ut contra illos iudicaret, nõ niſi ipſi fecerunt, qui contra ſeipſos pro nobis tanta

B

dixerunt. Quæ ut negare non possent, etiã si coacti & inuiti, suis in prosecutionibus subscripserũt. Iõ ergo nolebãt subscribere, ut, liceret eis per calũniam corruptorũ gestorũ negare qđ dixerãt, & ideo postea instãte iudice cõsenserunt: qa sentiebant oĩbus apparere, nihil sibi adiudicari nolẽdo subscribere nisi se uerba sua ut sibi legerent timere. Maluerũt.n. prosecutiones suas quibuscũq; nebulis postea defendere, quã eas tam cito C dãnare. Sed uidete, rogamus uos, queãdmodũ ipsa sua defensione se prius implicẽt, & agant cãm nrãm & oĩno perimãt suã. Nam post collationẽ posteaq̃ victi appellare uoluerũt, obiecta sunt eis hæc verba, & conantur peiore sua implicatione defendere, qñ ab eis qd egerint q̃ritis. Ita.n. uos putãt non habere cor, ut non intelligatis eos oĩno esse superatos, qñ uobis ea dñt q̃ omnino nõ dicerẽt si aliquid utile qđ dicerent inuenirẽt.

Cap. 12. Quis.n. ferat uictos hoĩes cõqueri ꝙ nocte cõtra eos est prolata sñia: quasi nõ sæpe iudices audiẽdi necessitas teneat, ut usq; ad multã partẽ noctis sedere cogant? Aut ideo nõ est uerum qđ dr, quia per noctẽ dr? Nec audiũt scripturã clamantẽ, Per diẽ mãdauit dñs miam, & nocte declarauit. Et iterum. Ad annunciandũ mane miam tuam, & ueritatem tuam per noctẽ. *Psal. 41. Psal. 91.* Ad quod dixerunt, nocte uenisse ad dñm tenẽdum persecutores: non attendentes qm̃ ipsis nocturnis horis etiam dñs ueritatem suis discipulis prædicauit. Nec aduertere uolunt, qđ scriptum est, Apostolum Paulum usq; ad medium noctis produxisse sermonem. *Act. 20.* Si haberent uerũ quod dicerent, nox eos impedire nõ posset, sed sanè tenebrosissimam noctẽ in suis mẽtibus patiebantur, qñ contra seipsos tanta D proferebant, nec ad ueritatis lucem peruersum aĩum corrigebant. Et adhuc utiq; dies erat, qñ nobis forensi more de tp̃e præscribebant, dicentes causam lapsam esse, & agi iam oĩno non posse: nec intelligentes nihil se hoĩbus ostendisse, nisi quantũ timuerunt ne ageretur ubi eorum peruersitas, & catholica veritas monstraretur. Adhuc dies erat, quando volentes destruere iudiciũ Romani epi Melchiadis, quo purgatus & absolutus est Cecilianus, & iam ipsum Melchiadem traditorem fuisse dixerunt.

Cuius criminationis cũ ab eis esset exacta ꝓbatio, gesta prolixissima recitarũt ubi Melchiadis nomẽ qđ aliquid tradiderit non fuit. Et recitauerũt ẽt alia gesta, ubi Melchiadem legebatur misisse diaconos cũ literis Maxentij Imperatoris & præfecti prætorij ad ꝑfectum urbis, ut reciperẽt loca q̃ fuerant a Christianis tp̃e persecutionis ablata. Vbi cũ Melchiadis crimẽ nullũ appareret, dixerũt superiorib. traditionis gestis traditorẽ Stratonem fuisse recitatum, ꝙ uocabať unus ẽt E ex diaconis quos ad recipiẽda loca miserat Melchiades, eundẽ ipsum esse contẽdentes & nõ ostendẽtes. Neque.n. Stratonẽ qui tradiderat saltẽ diaconum fuisse monstrabant. Quod ẽt si esset, respõdimus eis ante paruũ tp̃s, in eodem clero ecclesię Romanæ, duos Petros diaconos fuisse. Ita mente cæci tenebrosas calũnias innectebant, addẽtes ẽt manifestissimã falsitatẽ, ꝙ non solum nomen, sed ẽt loca & regiones & personæ conuenirent, quibus non alius sed ipse esse Straton ostenderet, cum in illis gestis omnino nihil conueniẽs, preter similitudinem noĩs legeretur, qua plena est consuetudo generis humani, ut non solum duos, sed ẽt plures uno noĩe uocitẽt. Nam ipsi quoq; Donatũ suum Carthaginẽsem, ne iudicio Melchiadis ipse damnatus putaret, quam multi pro magno habẽt, a Donato Casensi distinguendũ esse clamauerunt, qa Donatus Carthaginensis contra Cæcilianũ missus fuerat ad Melchiadis epale iudiciũ, tam crassam noctẽ in corde gestantes, vt Donatũ infamari, nollẽt similitudine nominis sui, & Melchiadẽ maculari uellent similitudine nominis alieni. Nunc aũt Stratoni ẽt Cassiani nomẽ addere dicuntur, qđ in collatione tacuerunt, quasi F Straton solus cognomen tale hr̃e potuisset, & Cassianus nõ potuerit. Nec attẽdere potuerũt interna sua nocte impediti, non solũ duos Ioãnes, vnum Baptistam, alterũ Euangelistam, sed ẽt duos Simones, unũ Petrũ, alterum magũ: in ipso deniq; tam paruo numero Apostolorum non solum duos Iacobos, unum Alphæi, alterum Zebedęi, sed etiam duos Iudas, unum sanctum, alterum diabolum, cui tamẽ Iudæ Apostolo sancto quisquis similiter mente cæcus de crimine Iudæ traditoris calũniaretur, non nisi istos imita-

imitaretur. Non.n.mirũ eſt ſi tales iſtos calumniatores poſt tã longũ tṗs patitur exiſtimatio Melchiadis de duobus Caſsianis, vel de duobus Stratonibus, qualis Euãgelica veritas patiẽ de duobus Herodibus. Nã qa nõ eſt expreſſum q̃s Herodes pro Xpo occiſis īfantib. ꝯtinuo mortuꝰ fuerit, & q̃s Herodes cũ Pilato Dñm perſecutus ſit, putantes vnũ F fuiſſe, obijciunt Euang. crimen falſitatis. Sic iſti putantes vnũ fuiſſe Stratonẽ, uel Caſsianũ, obiiciũt Melchiadi maculã traditionis, & tñ illi tolerabilius errant, quũ non ſolum nomen, verumẽt dignitas conſonat, vterq; .n. legitur rex Herodes: iſti aũt dignitatem conſonare mentiti ſunt, quia vtroſq; diaconos fuiſſe nullo modo legere potuerunt.

14 Adhuc dies erat qñ Zertenſe concilium ſi tñ concilium dicẽdum eſt, in quo vix 11. uel 12. epiſcopi fuerũt, ubi recitauimus traditores fuiſſe quoſdã, qui cũ Secundo Tigiſitano contra Cæcilianũ ſñias protulerunt, falſum volẽtes oſtendere, dixerunt perſecutionis tp̃e non potuiſſe in aliquam domum illos 11. uel 12. Ep̃os congregari, & ut probarent tṗs fuiſſe perſecutionis, protulerunt martyrũ geſta, ut diebus, & conſulib. conſideratis, quod tṗs fuerit appareret. Quæ martyrũ geſta, contra ſeipſos protuliſſe cõuicti ſunt. In eis quippe geſtis, manifeſtum eſt illo tp̃e perſecutionis Chriſtianas plebes ſolitas congregari. Vnde conſtitit nõ eſſe incredibile, ꝙ ẽt illi Ep̃i in priuatam domũ ſimiliter conueniſſe legebantur, vt plebi, q̃ poterat, ſicut geſtis martyrũ continebatur, ẽt perſecutionis tp̃e congregari, occulte ordinaretur Ep̃s, qui poſſet ſibi ẽt ipſi occulte clericos ordinare in tanta neceſsitate, Vbi anterior Ep̃s cum clero lapſus, per Epiſtolam ipſius. Secundi, quæ ab iſtis allegata eſt, monG ſtrabatur. Ex his martyrum geſtis, quæ ipſi proferebant, admoniti ſumus, & in alia geſta martyrũ intendere, & inuenimus, & diximus, feruente tp̃e perſecutionis, & priuatam domum, ꝙ illi fieri potuiſſe negauerãt, congregationi Chriſtianorum fuiſſe cõceſſam, & in carcere fuiſſe baptizatos, ut uiderent quàm non eſſet incredibile tp̃e perſecutionis in priuatam domum paucos Ep̃os congregari, quando & in ipſo carcere celebrabantur ſacramenta Chriſti, in quo incluſi homines tenebãtur ꝓ fide Xpi. Quantum nos ergo adiuuerint geſta martyrũ ꝓferẽdo, q̃s nõ uideat, q̃ nõ ſimilẽ noctẽ hẽt i corde, qualẽ illi habebant, q̃ hoc non videbãt?

Qui ẽt hinc geſtis ipſis Zertẽſibus calumniabãtur, qa ibi dies & cõſules legebanẽ, & exigebant a nobis, ut aliqua eccleſiaſtica cõcilia proferremus, ubi dies recitarenẽ, & H cõſules. Ipſi.n. Carthaginẽſe conciliũ factũ ſine die & cõſule ꝓferebant. Dicebant.n. ẽt conciliũ Cypriani cõſules non habere, ubi tñ legiẽ dies, in illo aũt ipſorũ Carthaginẽſi nec dies. Nos autẽ, qđ in manibus erat, Romanũ concilium Melchiadis, ſicut illud Zertenſe, & diẽ habere demonſtrabamus & conſules: neq;.n. tunc ad horã antiqua archiua Eccleſiaſtica diſcutiẽda nobis fuerũt, vñ iſta conſuetudo ẽt ueterũ fuiſſe doceretur. Nec tñ inanes eis ẽt nos calumnias mouere uoluimus, quare in Cypriani concilio dies inueniretur, in ipſorũ aũt non inueniretur: quia illi uanas moras uolebãt innectere. Nã ẽt hoc exigebãt, ut de ſcripturis ſanctis oñderemus alicubi dies & conſules eſſe cõſcriptos, quaſi Eporum concilia ſcripturis canonicis aliqñ fuerint cõparata, aut poſsint etiã ipſi de Scripturis ſanctis proferre cõciliũ, ubi Apoſtoli iudices ſederint, & accuſatum aliquẽ, uel damnauerint, uel abſoluerint. Et tñ rñdimus eis, ẽt Prophetas libros ſuos pręnotatis, & definitis commendaſſe tp̃ib. quo anno, cuius regis, quoto menſe anni, quoto die mẽſis factum fuerit ſuper eos verbũ Dñi, ut oſtenderemus quã inaniter & calumnioſe de diebus, & cõſulibus epiſcopaliũ conciliorum qõnes uaniſsimas excitarent. Fieri aũt põt, ut in codicibus ſit uarietas, dũ alij ẽt dies & conſules diligentia maiore deſcribunt, alij ſuperfluum prætermittunt. Sicut ẽt codex de quo primum legimus iudicium Conſtantini, quo inter partes Cæcilianum innocentem, illos aũt calumnioſiſsimos pronunciauit, diem & conſulem non I habebat. Quo ẽt illi inuidioſiſsime proclamauerunt, ꝙ Imperatoris literas ſine die, & conſule recitauimus, & tñ ẽt ipſi alias eiuſdem Imperatoris literas in cã Felicis ordinatoris Cæciliani, quas mirabili cæcitate contra ſeipſos protulerunt, ſine die, & conſule recitarunt, nec eis inde aliquid obiecimus,

Cap 15

mus, ne similiter ut ipsi tp̄a necessaria su p̄fluis uerbis occuparemus. Hęc aũt modo dicimus, vt uobis saltem oculos aperiamus: & tenebrosa nocte careatis, quã uestri ep̄i cor de gestabant, qui nocturnam sententiam cogitationi iudicis obiecerunt, & ipsi per diẽ interioribus tenebris inuoluti, mirabili cęcitate contra seipsos tanta dixerunt.

Cap. 16. Legunt in actis apud Carthaginis magistratũ expressa uerba Primiani, ubi dicit, ꝙ parẽtes eorũ, nr̃i maiores uariis exiliis uexauerũt, Et in collatione probare conant accusantibus maiorib. suis, ab Imperatore Cęcilianũ exilio esse dãnatum. Dñt in literis suis cõionem suã esse ecclesiã ueritatis, q̃ persecutionẽ patit, non q̃ facit: & conant oñdere Cęcilianũ dãnatũ iudicio Imperatoris persequentibus maioribus suis. Et hoc dñt factũ non per Donatũ Casensem, sed per eum quẽ prę cęteris prędicant Donatũ Carthaginensem. Hoc.n. scriptis suis p̄ suos modo iactare dñr, Vbi uicti iudicem accusant, q̄a noctẽ * corde ipsorũ nocturna ueritas cõfutauit, Donatũ illum, illũ inquã Donatũ, quẽ dixerũt ecclesię Carthaginẽsis ornamẽtum & martyrialis glorię virũ, sic cõmendare uoluerũt ut dicerẽt, ꝙ apud Imperatoris Constantini cognitionẽ, ipse reũ & asseruerit & cõuicerit Cęcilianũ. Illum ergo virũ glorię martyrialis apud Imperatoris cognitionẽ, Cęciliani dãnatio cõsecuta est. Illo uiro gloriæ martyrialis accusante & instãte, Cęcilianus ab Imperatore dãnatus est. Qđ quidẽ nos falsum esse conuincimus, qui eiusdẽ Imperatoris literas quib. se inter partes audisse & iudicasse testat, vbi Cęciliano absoluto atq; purgato illorũ calũnias detestatus est, prolatas archiuo publico recitauimus. Contra quas oĩno quid rñderent nihil inuenire potuerũt, ad eas cõfirmandas cõtra seipsos alia protulerũt. Proinde a maioribus eorũ apud Imperatorẽ accusatũ constitit Cęcilianũ, dãnatum aũt non cõstitit, immo ẽt cõstitit absolutũ. Sed tñ uel uos uidete quãtum adiuuerint cãm nostram ep̄i uestri, qui de illa uoluerunt etiã falsitate gloriari. Si.n. Donatus ille uir glorię martyrialis apud Imp̄atoris cognitionẽ, reũ asseruit Cęcilianũ, & illo uiro glorię martyrialis accusante & instante, Cęcilianus ab Imperatore dãnatus est, rñdeant uobis q̃n hæc agebant, quis erat martyr, utrũ Donatus qui hoĩem apud Imperatorẽ persequebat, an Cęcilianus, qui illo persequẽte ab imperatore damnatus est? Vbi est nunc illa definitiua regula ipsorum cõionis Donati, esse ecclesiã ueritatis quæ persecũtionẽ, patitur, non q̃ facit? Ecce patit Cęcilianus, Donatus facit. Quis eorum est vir gloriæ martyrialis? Attendite, aduertite, nolite in errorem perniciosum adhuc vsq; seduci. Veritatẽ quę uobis occultabat, deus aperire dignatus est. falsitatẽ quę nobis oñdebatur, deus confutare dignatus est, Tanto eius beneficio, quare adhuc estis ingrati? Hoc est nẽpe quod uobis sępe dicebãt, unde cordis uestri oculos astuta fallacia caligabãt.

Et adhuc ẽt conuicti inde se iactant, inde nos lacerant, q̄a nos facimus persecutionẽ, ipsi patiuntur. Hoc eis remansit oĩ ex parte superatis, unde adhuc nebulas faciunt imperitis, hinc se quasi oñdentes ecclesiã ueritatis, q̃ persecutionem patit, non q̃ facit. Non uos ergo adhuc fallant, hoc eis facimus, qđ maiores suos, & ipsum quem prędicauit uelut martyrialis glorię uirũ Cęciliano fecisse gloriant. Hoc ille egit apud imperatorẽ, ut conuictus Cæcilianus illius iudicio dãnaret. Hoc & nos egimus, ut isti conuicti similia paterent. Si male fecit, quare hoc ille Donatus faciebat? Si autẽ recte fecit, quare hoc catholica ecclesia parti Donati non faciat? Immo recte fieri nec illi dubitant, qui hoc maiores suos quos multũ laudãt fecisse gloriant, nec nos dubitamus q̄ hoc esse faciendum negare nõ possumus, ut sine effusione sanguinis, qui uerbis non emendant, aliqua mitissima pęna legũ corripiantur inquieti. Et si forte Imperator permotus mẽte, sacrilegam pertinaciã grauiore supplicio statuit esse plectendã, mitius agant iudices quibus s̄p licuit lenire atq; emollire sñiam, quãuis non possit oñdi Cęcilianum ab Imperatore Constantino esse dãnatũ. A uobis tñ error ille sublatus est, quo putabatis eã esse uerã ecclesiam q̃ persecutionẽ patit non q̃ facit: fecit.n. Donatus, passus est Cęcilianus. Et si p̄secutionẽ patit pars Donati, patitur cũ illa etiã pars Maximiniani, quam & ipsi Christi ecclesiam non esse confirmant. Ac per hoc & facere p̄secutionẽ nõ est iniquitatis indicium,

B cium,qa & boni faciunt malis,& mali bonis,& pati ꝑsecutionē nō est iustitiæ documentū,qa eā nō soli boni ꝓprietate,sed mali ꝓ iniqtate patiuntur. Cū.n.dixisset Dn̄s, Beati q ꝑsecutionē patiuntur:ne inde se iactēt hæretici,addidit, ꝑ ꝑ iustitiā. Nā quāta mala nostris fecerint furiosissimi clerici, & Circūcelliones partis Donati,nostis & vos. Incēsæ sunt Ecclesiæ,missi ī flāmas codices sancti, incensæ ēt priuatæ domus, rapti homines de sedibus suis,& omnibus,q̄ inerāt ablatis,aut ꝑditis,ipsi ēt laniati,& excæcati. Nec ab homicidio potuit tēperari, quāuis sit mitius huic luci mori,q̄ istā lucē auferre viuenti. Ventū est ad hoīes,non vt retenti aliquò ducerētur, sed tn̄ ut ista paterentur. Nec tn̄ nostros iō iustificamus, qa ista perpessi sunt,sed qa ꝓ Christiana veritate, pro Christi pace,ꝓ Ecclesiæ vnitate ꝑpessi sūt. Illi aūt sub tā multis,sub tam seueris legibus,& sub tāt. Ecclesię catholicæ, quā Dn̄s ei tribuit,potestate qd tale patiuntur? Si qn̄ .n. morte mulctantur, aut ipsi se occidunt, C aut eorū cruentæ violētiæ dum resistitur occiduntur,nō pro cōione partis Donati, nec ꝓ errore sacrilegi schismatis,sed ꝓ apertissimis facinoribus suis & sceleribus suis,quę more latronū ruentes furore,& crudelitate cōmittunt,Pro parte aūt donati uix aliquid tale patiunt̄,quale Cæcilianū Donato instāte passum esse dixerunt. Aut ergo ꝑsecutio non oīs iniusta est,aut nō est ꝑsecutio dicēda cū iusta est:Qua ꝑ ꝑ aut ꝑsecutionē pars Donati patitur iustā,aut ꝑsecutionē nō patitur,qa patitur iuste.Non aūt iuste passus ē Cæcllianus,qa innocens ꝓbatus, & absolutus est.Qđ qdem illi negauerunt, & potius ab Imꝑatore dānatum esse dixerūt,&iō maiores suos maximeq; Donatū,a se tāta prędicatione laudatū,Cæciliano ꝑsecutionē fecisse cōfessi sunt.Illū aūt conuictū atq; damnatum ꝓbare minime potuerūt, immò ēt, ꝙ nos dicebamus eū esse absolutū atq; purgatum,ipsi quoq; multa ꝯ seipsos legendo firmarūt,& tn̄ liberū arbitriū sibi ab Imꝑatore cōcessum esse iactāt.Victi itaq; & confusi,id sibi ēt nunc flagitabāt debere cōcedi,qđ maiores eorū Cęciliano nō cōcedebāt,quē sic apud Imꝑatorē accusarunt,quē illis accusationibus ab Imꝑatore dānatum isti ēt mentiri uoluerunt.Si voluntas libera D vnicuiq; tribuēda est, Cæciliano prius tribueret̄.Si hęc nō homini iudici ꝑmittēda, sed Deo potius dimittēda sunt, Cæcilianus prius apud Imperatorem non accusaretur.

Cap. 18. Expergiscimini aliqn̄, non vos tartareus obliget somnus, nō in ꝓfundum sacrilegi erroris adhuc impia cōsuetudo demergat, iā cōsonate paci,cohærete unitati,acqescite charitati,cedite ueritati. Ecclesiā catholicā *Luc. 24.* incipientē ab Hierusalē cognoscite usquequaq; diffundi,nō cōmunicat pars Donati, cui cā p̄iudicat Cęciliani. Totiēs.n. purgatus,totiēs absolutus,ēt si nō esset innocens, nec cā causæ p̄iudicat, nec ꝑsona ꝑsonæ. Hæc verba ꝑ orbē terrę uniuersa personat Ecclesia,clamat ēt mēbrum illius in Aphrica.Testimoniū Dei noui,negociū Cęciliani nō noui credo innocētē a vestris maioribus insectatū,quē lego totiēs absolutū,sed qualiscunq; sit cā eius,causæ meæ nihil p̄iudicat:qualiscunq; sit ꝑsona eius, ꝑsonæ meæ nihil p̄iudicat. Vos hoc dixistis, uos ad hoc subscripsistis,nec cā causæ p̄iudicat,nec ꝑsona ꝑsonę. E Ecce Dn̄s dicit ꝑ oēs gentes incipientibus ab Hierusalē:diuinā veritatē in vna Ecclesia teneamus,& humanas lites aliquando finiamus. Nunqd.n.uerba ista vbi dixerūt,nec cām causæ,nec ꝑsonam præiudicare ꝑsonæ, vllo modo post istā collationē defendere potuerūt,ac nō potius se multo perplexius implicarunt?Sic nanque in qbusdam scripturis suis locuti sunt cām causæ, & personam non præiudicare personæ.

Cap. 16 A vobis,inquiunt,dictum esse,memoriter recensitum est,sed alloquimur nobis nō præiudicari ab ijs, qui a nobis, vel reiecti sunt, vel damnati, ij autem qui ex Cæciliani ordinatione descendunt, quos de prædecessore origo numerat ad reatū, quē admodum non possunt ordinatoris sui criminibus obligari,cum per seriem protēsus peccatorum funis quoscunque communionis vinxerit vinculo,necesse est, vt consortes faciat esse peccati. O mira defensio,tam densum, & arctum est vbi eis adhæserunt pedes, vt eum euellere conantes, frustra & manus & caput figāt,& in eodē luto hęsitantes arctius inuoluantur. Ex eis.n.quos vel reiecisse se, vel damnasse commemo- *In eodē luto hæsitantes.*

rãt,hoc est Maximinianistis,secũ habẽt Feli
cianũ & damnatorẽ Primiani,& a se dãna-
tum in cã Primiani. Quid est ꝙ funẽ a Cæ-
ciliano usq; ad hæc tẽpora catholicæ Eccle
siç implicare cõtẽdũt,& catenã suã in ꝓxi-
mo nõ attẽdunt? Præclara q̃ppe illa Bagaita
na sentẽtia de Maximiniano & socijs eius.
Trahit,inq̃t,ad cõsortiũ criminis plurimos
catena sacrilegij. Felicianus ergo ista catena
trahebat. Sed illis nõ p̃iudicat Felician⁹,qua
re nobis Cæcilian⁹? An forte ubi uolũt p̃iu
dicat,ubi aũt nolũt,causæ nõ p̃iudicat cau-
sa,& ꝓ libidine ipsorũ fortior est funis an-
tiquus quã noua catena? Nõ p̃iudicat Maxi
minianus Feliciano a quo dãnatus est, non
p̃iudicat Maximinianus & Felicianus Pri-
miano a quo dãnatus est, nõ p̃iudicat Maxi
minianus eis q̃ dilationẽ acceperunt, q̃bus
in uno schismate sociatus est,nõ preiudicat
Felicianus parti Donati,a qua ĩ eodẽ hono
re susceptus est,nec baptismus quẽ in sacri
lego schismate dedit,ibi destructus ẽ, & p̃-
iudicat,Cæcilian⁹ tot Chr̃anis gẽtibus, q̃ se
mel dãnatus est absens? Qũo Primianus ter
G absolutus est p̃sens,qũo nõ Primianus? Præ
iudicat nobis olim defunctus ignotus, & i-
stis nõ præiudicat viuus,a q̃bus legitur pau
lo ante damnatus,& q̃bus cernitur mõ so-
ciatus? Nobis inuoluitur finis Cæciliani a q̃
bus ignoratur,& illis nõ inuoluit catena Fe
liciani quorũ in eũ sentẽtia recitat ubi ipsa
catena dãnatur? Illis licet dicere, suscepim⁹
quos dãnauimus ꝓ pace Donati, q̃a nec cã
causæ p̃iudicat,nec p̃sona p̃sonæ, & nobis
non licet dicere p̃ p̃ eos quos dãnastis, non
deserimus pacem Xp̃i,q̃a nec cã causæ præ-
iudicat nec p̃sona p̃sonę? O ferreã frontẽ,o
furoris tenebras,nocturnam sententiã iudi
ci obiiciẽtes, & visu cordis nocte palpãtes,
offendentes,cadentes,contra nos rabide li-
tigantes,& pro nobis tanta dicentes.

Cap. 20 Insuper adhuc ẽt modo cõmemorare au
dent ꝓphetica & apostolica testimonia,qui
bus nos vniuersaliter in illa collatione re-
spõdimus,ostẽdẽtes ipsos Prophetas sãctos
cum iniq̃s in uno tẽplo,sub eisdẽ sacerdoti
bus,inter eadẽ sacra uersatos,nec tñ a malis
fuisse pollutos,q̃a nouerãt inter sanctũ, &
immundũ,nõ sicut isti sentiũt corporaliter
populũ diuidẽdo,sed bene iudicãdo & bene
viuẽdo discernere. Et hoc sine intermissio- H
ne faciebãt,ut in illa domo magna, sicut di 2 Ti.
cit Apost. alia uasa in honorẽ, alia ĩ cõtume
liã,seipsos a talibus morũ diuersitate mun-
darẽt & essent uasa in honorẽ utilia dño ad
omne opus bonũ parata. Sed bene q̃d ipsi
ex multis testimoniis,q̃ in literis suis nõ in
telligẽtes inseruerunt,quas in collatione ꝓ
tulerunt,& legerunt tãquã p̃cipuũ de Ag-
gæo Propheta testimoniũ modo post colla-
tionẽ uicti cõmemorarunt. In isto ergo ꝓ-
pheta multo euidẽtius q̃d uolumus demon
stramus,q̃a nõ corporalis sed spiritalis cõta
ctus, q̃ fit p̃ consensionẽ,ipse polluit hoĩes,
quorum cãm unã facit ipsa cõsensio. Nã q̃n
impios dñs ẽt visibili pœna p̃dere uoluit,
ipse ab eis iustos admonitione separauit. Si
cut Noe cũ domo sua ab eis quos diluuio
fuerat p̃diturus. Sicut Loth ab eis quos igne Ge.
fuerat cõsumpturus. Sicut populũ suũ a sy- Ge.
nagoga Abirõ quã fuerat extincturus. Ideo Nu.
& illũ q̃ non habebat vestẽ nuptialẽ, nõ illi
q̃ inuitauerunt,sed ipse dñs cuius erat cõui
uium ligari iussit & proiici. Neq;.n.& ipse
sicut piscis sub fluctib. erat,& sic ab inuita-
torib. qũo piscis a piscatoribus uideri non
poterat. Proinde ne putaretur, sicut isti pu- I
tãt ꝙ uelut unus ĩ turba latẽter subrepisset
ignaris,cõtinuo dñs in eodẽ ipso uno, quẽ
ligatis manibus & pedibus in tenebras exte
riores ex illo cõuiuio ꝓiici iussit, multã so
cietatẽ malorũ, esse intelligẽdã, inter quos
pauciores boni in cõuiuio dñico uiuunt, si
gnificare nõ distulit. Nã posteaquã dixit, Li- M.
gate illi manus & pedes & ꝓiicite eũ in te
nebras exteriores, ibi erit flet⁹ & stridor dẽ
tiũ,cõtinuo subiecit, Multi.n. sunt uocati,
pauci uero electi. Qũo hoc uerũ ẽ, cũ poti⁹
ẽ multis fuisset ꝓiectus in tenebras exterio
res,nisi q̃a in illo vno grãde corpus figura-
batur omniũ malorũ ante dñi iudiciũ cõui-
uio dñico p̃mixtorũ? A q̃bus se boni corde
interim ac morib. separant, simul manducã
tes & bibẽtes corpus & sanguinẽ domini,
sed cum magna distinctione,quia isti in ho
nore spõsi induti sunt ueste nuptiali,nõ sua
quærentes,sed q̃ Iesu Chr̃i, illi autem non Phi.
habent vestem nuptialem, hoc est, fidelissi-
mam sponsi charitatem,sua quærentes non
quæ Iesu Christi. Ac p̃ hoc etiã etsi in vno
eodemq;

eodemq; cõuiuio,isti mĩam manducant,illi iudicium,q̃a ipsius conuiuii canticũ est,qđ & supra cõmemoraui,Mĩam & iudiciũ cantabo tibi dñe: nec iõ tñ dormit ecclesiastica disciplina,ut corripiat inquietos. Neq;.n.a populo dei separamus, quos uel degradãdo vel excõicando ad humiliorẽ pęnitendo locum redigimus, & ubi hoc facere pacis, & trãquillitatis ecclesiæ gr̃a non ꝑmittimur, non tñ ideo ecclesiã negligimus,sed toleramus q̃ nolumus, ut perueniamus quo uolumus, utẽtes cautela ꝑcepti dñici, ne cũ uoluerimus ante tp̃s colligere zizania, simul eradicemus & triticum: Vtẽtes ẽt exẽplo & pręcepto b. Cypriani,q̃ collegas suos fęnatores,fraudatores,raptores, pacis contẽplatione pertulit tales,nec eorum cõtagione factus est talis. Vñ & nos si triticũ sumus,eiusdẽ beati martyris verba fidelissime dicimus, q̃a etsi vñr in ecclesia esse zizania, nõ tñ impediri dẽt aut fides, aut charitas nr̃a, ut q̃m zizania in ecclesia cernimus,ipsi de ecclesia recedamus. Hęc verba iustissime ac piissime dicerẽt maiores nr̃i, ẽt si Cæcilianum & aliquos ep̃os eius malos viderent, quos tñ ab ecclesia separare nõ possent ꝑ ꝑ illos quibus mali demõstrari nõ poterãt,& eos bonos & innocẽtes putabant: Hæc uerba oĩno dicerent,hoc oĩno sentirẽt,nec cũ uellẽt temere zizaniã separare,simul & triticũ eradicarẽt. Quod ergo iussus est quidam propheta nec panẽ manducare nec aquã bibere in Samaria, quo missus fuerat vt corriperet eos, qui uaccas cõstituerant adorandas more idolorum Aegyptiorum, hoc oĩno facere debuit qđ præceperat dñs, cui tunc eo modo illos corripere placuit, ut nihil ibi alimentorum tangeret propheta quẽ miserant. Nunq̃d.n. in ecclesia non fit quotidie,quãdo eos quos acrius corripimus, ẽt si in eorũ possessione sumus, nihil ibi apud eos contingimus, ut sentiant quantũ eorum peccata doleamus? Nunquid tñ ideo ẽt plebis discessio faciẽda est,ut sicut mollis herba indiscrete eradicẽtur infirmi, qui de pectorib⁹ hoĩum & ignotis factis,etiã,si nobis sint cognita, iudicare non p̃nt? Nam in ipsa Samaria & Helias & Helisæus erant,etsi ipsi in solitudine,non tñ deuitanda sacr̃orum causa, sed q̃a persecutionem ab impiis regibus patiebantur. Nã illic erant non utiq; in solitudine separata,q̃ ipse ignorabat Helias.septẽ millia uirorum, qui non curuauerũt genu ante Baal. Deniq; inter pręcipuos sanctos habitus Samuel & grauiter Saulẽ corripuit,& cũ eo tñ ad offerendũ deo sacrificiũ sine excusatione perrexit,nec peccatorũ eius contagione pollutus est,sed oĩno mundus meritorũ suorum conseruatione permãsit. Sed istã nobis q̃õnem q̃uis euidẽter & in collatione & modo soluta sit,euidentius tñ soluit Aggæus,cui testimoniũ præ cæteris elegerunt,ut solũ adhuc præ oĩbus iactent. Arguit dñs per Aggæum prophetã, populũ ex Babylonia residuum, ubi captiuus tenebãt, ꝙ domum dei negligerent,& suas domos extollerẽt,& dicit ꝑpterea se plaga sterilitatis eorũ percussisse regionem. Tunc Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus,& omnis ille populus diuinitus inspiratus operari cœpit in domo domini dei sui. Sicut enim eadem scriptura dicit, Et suscitauit dñs sp̃m Zorobabel filii Iosedech sacerdotis magni,& sp̃m residuorum oĩs populi, & introierunt & faciebant opera in domo dñi oĩpotentis dei sui quarta & uicesima die mẽsis sexti secundo anno sub Dario rege. Ecce & dies & mensis & annus definitus est, qñ intrauerunt ad operandũ in domo dñi. Credo ꝙ illi viri,& ille populus operans in domo dñi immundus, præsertim quia dixerat ei dñs, Ego uobiscum. Deniq; uidete quid sequitur, cõtexuit.n.eadẽ scriptura & dicit, Septimo mense una & uicesima die mẽsis, locutus est dñs in manu Aggæi prophetæ dicens ad Zorobabel filium Salathiel ex Iuda, & ad Iesum filium Iosedech sacerdotẽ magnum & ad oẽm populum residuũ,dicens. Quis ex uobis vidit domum hanc in claritate pristina? Et q̃uo uidetis eam modo,cum non sit in conspectu uestro? Et nunc pręuale Zorobabel dicit dominus, & præuale Iesu fili Iosedech sacerdos magne,& pręualesce oĩs populus terræ, dicit dominus omnipotens,& spiritus meus præest in medio uestrũ. Bono aĩo estote, q̃m hæc dicit dñs op̃s, Adhuc semel & commouebo cœlum & terram, mare & aridam,& concutiam oẽs gentes,& uenient oĩa electa gentiũ,& implebo domum hanc, dicit dñs op̃s: &c. quæ addidit,

Margin notes: K; Psal. 100; Matt. 13; 3 Re.; 2. Re. 19; 1. Re. 15; M

dit,etiam futura prophetans quæ dñi nostri
Iesu Christi rectius intelligi solet, cuius po
pulus verissimũ & sanctissimũ est templum
dei, non ẽt in eis qui permixti tolerant̃,sed
ẽt in eis qui nunc interim a talibus bene ui-
uendo spiritaliter separantur,post vero etiã
B corporaliter separandi sunt. Veruntamen il
lum populũ cui prophetia ista prẹnunciata
est,& qui tunc operabatur in domo dei,ubi
erãt & illi duo,Zorobabel filius Salathiel &
Iesus filius Iosedech, qũo sit exhortatus &
cõmẽdatus a dño, satis in prõptu est uidere
in his verbis prophetiæ quæ sicut dicta sunt
inseruimus. Nunquid nã ergo istum popu-
lum immundũ possumus dicere,ad quem si
quis accesserit inquinabitur, cui populo dr̃,
Et nũc præuale Zorobabel dicit dñs,& prẹ-
uale Iesu fili Iosedech sacerdos magne, &
prẹualesce oĩs populus terrẹ,dicit dominus
ops, & spiritus meus præest in medio ue-
strum? Quis dementissimus dixerit istũ esse
populum ad quem si quis accesserit inqui-
nabitur?Nunc ergo attendit quid post illam
prophetiam, quæ huic populo de Christi
tpibus annunciata est, consequenter scri-
ptura contexit, Quarta & uicesima noui
mensis anno secundo sub Dario rege, factũ
est uerbum dñi ad Aggæum prophetam,di-
C cens,Hæc dicit dñs ops, Interroga sacerdo-
Ibidem. tes legẽ dñi,dicẽs,Si sumpserit homo carnẽ
sanctificatã in sũmo uestimẽti sui & attige
rit sũmũ uestimẽti sui panẽ aut pulmẽtũ aut
uinũ,aut oẽm escã si sanctificabit̃? Et rñde-
rũt sacerdotes & dixerũt,ñ.Et dixit Aggæ⁹,
Si tetigerit inquinatus in aĩa aliqua horum,
si inquinabitur? Et rñderunt sacerdotes &
dixerunt, inquinabitur. Et rñdit Aggeus &
dixit,Sic populus hic & gens hæc in conspe
ctu meo dicit dominus, & sicut opera ma-
nuum ipsorum, & quicunq; accesserit ad il
lum inquinabit̃ pp præsumptiones eorum
matutinas a facie labiorum suorum,& odio
habebatis ĩ portis arguẽtes. Quis est iste po
pulus tam immundus, ut quisquis ad illos
accesserit,inquinet̃? Nunquid ille cui dictũ
est, Præualesce, & spũs meus in medio ue-
strũ? Absit,ut ille sit.Duo igitur erunt.Vnus
immundus & alter qui ad immundũ prohi
betur accedere,qui exhortabat̃ prẹualesce-
re,quia spiritus dei erat in medio eorum.Si
ergo duo erant,ostendantur & duo templa,
vnũ quo iste,alterũ quo ille ingrediebatur.
Ostendant̃ & duo altaria,unũ quo iste,alte-
rũ in quo ille uictimas offerebat. Ostendan
tur & sacerdotes,huius alii,& illius alij,qui
pro suo quisq; populo separatim sacrifica-
bãt.Si aũt quisquis hoc affirmare conat̃,in- D
sanit,sic erãt isti duo populi in uno populo,
sub uno sacerdote magno unũ templũ in-
trãtes,sicut erãt ẽt sub uno Moyse quidam
deũ offendẽtes,quidã deo placẽtes,de quib.
Apost.dicit, Non in oĩbus illis beneplacitũ I.Co
est deo. Neq;.n.ait,in oĩbus illis beneplaci-
tũ non est deo:tanq̃ oẽs displicerẽt deo,sed
ait,non in oĩbus illis beneplacitum est deo:
ergo in quibusdã,non de omnib. Et oẽs sub
eisdẽ sacerdotibus erãt in uno eodẽq; taber
naculo, in uno eodẽq; altari hostias offere-
bant,& tamẽ distinguebant̃ factis,nõ locis:
aĩo,nõ templo: moribus, non altarib.Sicut
alii ad alios non accedebãt, ne ab eis inqui-
narentur: hoc est,eorũ malis factis nõ con-
sentiebãt ne simul dãnarent̃.Non.n.& illos
malos Moyses tantus propheta nesciebat,
quorũ impia murmura & horrẽdas amari-
tudines quotidie sufferebat.Sed istũ nescisse E
faciamus: Nunquid & Samuel Saulẽ nescie 1R
bat, quem per os eius æterna sñĩa damna-
rat deus? Veruntamen & ipsum & sanctum
Dauid unum dei tabernaculũ intrantes in-
ter eadẽ sacrificia uidebat,sed distincte vtiq;
uidebat, quia distinctos uidebat, & unum
eorum in æternũ amabat,aliũ pro tpe tole-
rabat. Sicut & Aggæus nouerat in uno po-
pulo duos populos, unũ templũ intrantes,
sub uno magno sacerdote uiuẽtes, & alterũ
ostendebat immundũ, alterũ ad immũdum
accedere prohibebat,& tamen nec illos nec
seipsum ab eodẽ templo & ab eisdem alta-
ribus separabat.Ergo spiritalem prohibebat
accessum consensionemq; factorum, quod
& ipsa verba clamant, si aures assint quas
animositas furiosa non claudat, aut strepi-
tus uariẹ contentionis non impediat.Ait.n.
propheta, Omnis qui accesserit illò,inqui- Ag.
nabitur. Vitiũ notat quo accedi prohibuit,
non homines ab hominibus corporali di-
siunctione seclusit.Acceditur autem ad ui-
tium corruptionis,uitio cõsensionis. Ac ne
quisquam diceret illum populum, cui pri-
mo

mo dictũ est. Prẹualesce, qm̃ spũs meus praeest in medio uestrũ: paucis interpositis diebus in deterius commutatũ, ut audire meret. Sic populus iste & gens ista, oĩs qui ac-

F

cesserit illò, inquinabit: dies. n. fermè nonaginta cõputantur inter uerba illa q̃ bona in populũ dicta sunt, & ista quib. eius mũdicia uitanda praecipitur: ne q̃s ergo hoc putaret bonũ illũ populũ, q̃uis hoc paruo tp̃is interuallo tã pessimũ effectũ, uidete qđ seq̃tur, attendite q̃d dicatur eo ipso die, hoc est, uicesima & quarta noni mensis, quo die dictũ est, Si populus iste & gens ista, oĩs q̃ accesserit illò, inquinabitur: cũ. n. hoc dixisset & mala eorũ cõmemorasset, quorũ merito demonstrarẽtur immũdi, addens ẽt & dicẽs,

Amos 5.

Odio habebatis in portis arguẽtes: cõtinuo subiunxit, Et nunc ponite in cordib. uestris

Agg. 2.

a die hoc, & suprà, prius q̃ ponatur lapis super lapidẽ in tẽplo dñi, qui eratis cũ mittebatis in capsella viginti sata hordei, & fiebãt decẽ sata, & intrabatis in torculari exhaurire quinquaginta amphoras, & fiebant uiginti. Percussi uos infẹcunditate, & uẽti corruptione & grandine oĩa opera uestra, & non estis conuersi ad me dicit dñs. Constituite igitur corda uestra a die hoc & deinceps à quarta & uicesima noni mensis, & a die qua fundatũ est templũ dñi, ponite in cordibus uestris, si adhuc cognosceret in area, aut si uitis, aut malũ, aut ficus, aut malogranatũ,

G

& ligna oleae quae non fecerunt fructũ a die hoc benedicã. Ecce ipso die etiam benedici meruerunt. Benedictio ergo hẹc puto quod non p̃tineat ad illos ad quorũ immunditiã prohibet accedi, sed ad illos bonos q̃ prohibentur accedere. In uno ergo fuerũt & permixti & separari: permixti quippe corporali tactu, separati autem uolũtatis abscessu. Sed more suo scriptura loquitur, q̃ sic arguit malos, tanquã oẽs in eo populo mali sint & sic consolatur bonos, tanq̃ oẽs ibi tales sint. Pro nobis ergo ep̃i uestri, ẽt in eo qđ post collationẽ uicti subscripsisse dicũtur, Aggaei prophetiam posuerunt, unde cõmemorant euidentius probari qđ dicimus, q̃a in uno populo, in uno tẽplo, sub eisdẽ sacerdotibus, inter eadẽ sacra hoĩbus dissimili uoluntate in mentib. & diuersis moribus separantibus nec cã causae nec personae potest praeiudicare persona. Id ẽt: quod ex Apostoli epi-

1. Co. 10.

stola, scriptis suis ẽt modo commemorant, ubi ait, Nolite iugũ ducere cũ infidelibus, quae. n. participatio luci ad tenebras, &c. quẹ

H

supra cõmemorauimus & q̃uo recte intelligeretur ostendimus, q̃d aliud agunt, nisi ut nos cõmemorent quib. hoc Apostolus scripserit? In eo quippe populo Corinthiorum qđ dicimus demonstramus, ne forte arbitrentur prophetarum tm̃modo moris fuisse & non ad noui testĩ, sed ad ueteris consummationem pertinere, sic arguere reprehensibiles, quasi oẽs in eo populo arguantur, sic alloqui laudabiles, quasi oẽs ibi laudentur. Ecce & ad Corinthios. sic Apostolus loquitur, Paulus uocatus Apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ dei, & Sosthenes frater eccle-

1. Cor. 1.

siae quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis, cum oĩbus qui inuocãt nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorũ & nostro, gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Xp̃o. Gratias ago deo meo semper pro uobis, in gratia dei q̃ data est uobis in Christo Iesu, quia in oĩbus diuites facti estis in illo, in oĩ uerbo & in oĩ scĩa, sicut testimoniũ Christi cõfirmatũ est uobis, ita ut nihil vobis desit in ulla gr̃a. Quis haec audiẽs credat in ecclesia Corinthiorũ esse aliquos reprobos, quãdoquidẽ uerba ista sic sonãt, uelut ad oẽs directa sit ista laudatio? Et tamẽ paulopost dicit,

I

Obsecro aũt fratres ut idipsum dicatis oẽs, & nõ sint in uobis schismata. Rursus tanq̃ in hoc horrẽdo uitio uelut oẽs arguens atq; increpans dicit. Diuisus est Xp̃s? Nunquid

Ibidem.

Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Puto aũt eos qui in eo populo dicebãt, Ego sum Xp̃i: nõ duxisse iugũ cũ eis qui dicebãt, Ego sum Pauli, ego aũt Apollo, ego uero Cephae & tamẽ oẽs ad unũ altare accedebãt, & eadem sacramenta communicabant, qui eadẽ uitia non cõmunicabant. His. n. Corinthiis, ẽt illud dictum

1. Co. 11.

est, Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Quid enim aliud Apostolus nisi istos uaniloquos cogitabat, ut ei non sufficeret dicere, iudicium manducat & bibit, nisi adderet, sibi: ne hoc etiam ad illos pertineret, qui pariter quidem se nõ iudicium manducabant? In ipsis etiam Corin

thijs ibi erāt qui non credebāt resurrectio-
nē mortuorū,q̄ singularis fides est Chrīano-
rū. Qđ eis ita dicit Apostolus, Si aūt Chri- *1. Co. 15*
stus p̄dicat̄ ꝙ resurrexerit a morruis,qūo q̄
dā dicūt in vobis,quia resurrectio mortuo- K
rū non est? Non dixit in hac terra vel in hoc
mundo;sed,in uobis,inquit, Neq; posset de
Chr̄i resurrectione p̄scribere, nisi iā vtique
Chr̄ianus,q̄bus de ipsa resurrectione Chr̄i,
dicit, Sic prædicamus,& sic credidistis. Nūc
attendamus verba illa quibus Corinthiorū
Ecclesiā in Epistolę principio sic laudat, ut
dicat, Gratias ago deo meo sem p̄ p̄ vobis in *1. Cor. 1.*
gratia dei q̄ data est vobis ī Christo Iesu, q̄a
in omnibus diuites facti estis in illo,in om-
ni verbo & in omni scientia, sicut testimo-
niū Christi confirmatū est in vobis,ita vt ni
hil vobis desit in vlla gratia. Ecce sic erāt di
tati in Chr̄o in omni verbo & in omni sciē
tia,ita vt eis nihil deesset in vlla gratia,vt in
illis essent q̄ resurrectionē mortuorū adhu-
cusq; nō crederent. Puto aūt ꝙ isti quib. ni-
hil in vlla gratia,non ducebāt iugū cū eis q̄
resurrecturos mortuos non credebant. Ecce
qūo nō ducunt iugū cū infidelibus,q̄uis ei-
dē populo misceantur,& sub eisdē sacerdo
tibus,eisdem sacramentis imbuant̄. Deniq;
ipse Apostolus ne huic infidelitati consenti-
ret,quorū iā fides tenebat resurrectione mor
tuorū,nō eis p̄cepit corporalē separationē, L
multi q̄ppe erant,non sicut ille vnus,q̄ vxo-
rē patris sui habuit quē liberiore correptio- *1. Co. 5.*
ne & excōmunicatione iudicat dignū: Lon
ge aliter iste,aliter vitiosa curanda & sanan-
da est multitudo,ne forte si plebe separet̄,p
schismatis nefas ēt triticū eradicet̄. Eos ergo
qui iā credebāt resurrectionē mortuorū, ab
his qui eā in eodē populo non credebāt, nō
corporaliter separat sed spiritaliter separare
nō cessat, dicens, Nolite seduci, Corrūpunt *1. Co. 15*
mores bonos colloquia mala. Non eorū cō-
gressum,sed consensum timet, ne malis col
loquiis accōmodent fidem, quæ corrumpūt
bonos mores. Moribus ergo eos non altari-
bus admouet separari. Postremo anteq̄ eis
hæc Apostolus scriberet in eadem Ecclesia
erant qui resurrectionem non credebant, ī
qua erat quibus nihil deerat in vlla gratia,
illi istos infidelitate sua non inquinabant,q̄a
isti illis ad eandem infidelitatē non consen-
tiebant. Ecce qūo illò ne accedit̄, ne q̄squis
accesserit inquinetur: Ecce qūo nulla parti-
cipatio ē lumini ad tenebras. Ecce qūo quā- *2. Co.*
uis intra eadē retia natēt pisces utriq;, nec
cā causę p̄iudicat nec p̄sona p̄sonæ. Quod
cū ita sit,q̄ tam cruda stultitia, q̄s tā ferreus
cordis somnus posset non aliq̄n sentire Cæ
ciliani cām,catholico orbi terrarū,cui non
communicat pars Donati, prę iudicare non
posse, si non p̄iudicat parti Donati cā Ma-
ximiniani,ūel potius cā Feliciani & Primia
ni modo cōiunctorū,pauloante dānatorū?
Sufficit certe vt s̄m ipsos loquamur, ꝙ pi-
sces mali sub fluctibus latitantes ignaros nō
polluunt piscatores,quāuis nō sit de piscato
ribus quęstio, quos fortasse in illa similitu-
dine dn̄s angelos intelligi voluit. Magis em̄
attendendū est intra ipsa retia pisces bonos
a malis non posse maculari. Neq;.n.& ipsi
non vidēt inuicē simul natantes, sicut a pi-
scatoribus intra aquam positi nō vident̄,sed
vt dixi,sufficit causæ,noscere ꝙ mali nō pol
luunt,quorum malefacta nesciuntur.

Fuerunt quidē t p̄e Cæciliani beati pacifi
ci,qui eum ēt si innocens non esset, sciētes
pro catholica vnitate tolerarent,cū eū vide-
rent tot ignotis gentibus p̄ quas ipsa vnitas
dilatat̄, sacramentorū participandorum cō-
munione cohærere,eisque talem non posse
monstrari,qualem ipsi eum esse cognosce- A
rent,ipsiq; se contra istas calūnias defende-
rent verbis beati & pacifici Cypriani,clama
rentq; fideliter & dicerent. Ideo p̄ p̄ Cæci-
lianū non deserimus vnitatē,quia etsi vidē-
tur in Ecclesia esse zizania, non tn̄ impediri
debet aut fides aut charitas nostra, vt qm̄ zi-
zania esse in Ecclesia cernimus,ipsi de Eccle
sia recedamus. Istorū pacificæ patientiæ cō-
ueniret pręclarissima laus illa qua laudatur
angelus Ecclesię Ephesi: Eum nemo recte ī-
telligens dubitat ipsius Ecclesiæ gestare p̄so
nā,cui dicit in Apocalypsi, Scio opera tua *Ap.*
& laborem & patientiam,& quia non potes
sustinere malos, & tentasti eos qui se dicūt
Apostolos esse & non sunt, & inuenisti eos
mendaces, & patientiā habes & sustinuisti
eos p̄ p̄ nomen meū, & non defecisti. Sicut
illi laudantur qui in ista uita Cęciliani t p̄e
fuerunt, qui p̄ p̄ nomen dn̄i,quod sicut un-
guentū effusū p̄ inumerabiles gētes toto iā
orbe

orbe fragrabat, non deficerent patiẽtiſſime ſuſtinendo ẽt quem malũ noſſent, ſi malus ille eſſet, qui eorum iudicio aliis monſtrari & ab eis uelle ſeparari nõ poſſet: Noſtra alia cauſa eſt, arrogare nobis laudem huius patientiæ non debemus: Non enim poſſumus dicere nos pro pace toleraſſe quod ad noſtrã cogitationẽ prorſus nõ potuit ꝑuenire.

B

Cap. 2. Nobis Cęciliani cauſa ſub fluctibꝰ fuit, uox nr̃a talis eſt qualis chriſtianarũ gẽtium cæterarũ, cõtra quas iſti nõ inuenerũt omnino qđ dicerẽt. Veruntñ ignotã Cęciliani cãm recte credimus bonã, quẽ ſemel inimicorũ factione dãnatũ, ipſis aũt accuſantibus tertio legimus abſolutũ. Aut credant iſti cẽtum ferme Ep̃is partis Donati de criminib. Primiani, & tũc cogant nos credere ſeptuaginta maioribus ſuis de criminib. Cęciliani. Quod aũt dñt Cæcilianum obiecta ſibi illo cõcilio crimina cũ abſens fuerit tacendo firmaſſe, firmauit ergo & Primianus crimina, quæ cẽtum ep̃is ſibi obiecta nec poſtea ſaltẽ oñditur diluiſſe. Sed uidelicet nec cã cauſę prȩiudicat, nec ꝑſona ꝑſonæ, ne pars Donati minuat̃, præiudicat aũt, ut Xp̃i hr̃ditas diuidat̃. An uero Cæciliani cã non p̃iudicat vnitati catholicæ quã tenemus, & cuius ſocietate gaudemus, cũ fuerit Cęcilianus Carthaginenſis ep̃s, & præiudicat ei cã Nouelli Tyricẽſis, Fauſtini Tuturbitani, quos nec accuſandos poſtea ſicut Cęcilianũ Felicemq́; putauerũt, quorum noĩa imo uero ipſarum in quib. fuerũt ciuitatũ nec uniuerſæ Aphricę nota ſunt, aut fortaſſe nec uniuerſæ procõſulari prouinciæ? Ecce quorũ piſciculorum, ẽt ſi mali fuerũt tã in profundo latentiũ cãm uolunt præiudicare cauſæ piſcationis, cuius plena retia toto orbe diffuſa ſunt, q̃ piſcibus iuxta natantibus vix noti eſſe potuerũt. Cur aũt non credamus ẽt iſtos innocẽtes fuiſſe, qñ nec accuſari ab eis, ſicut dixi, poſtea meruerunt, & ille purgari potuit quẽ maiores eorũ malorũ oĩum fontẽ in cõcilio illius inimica conſpiratione dixerunt?

C

Cap. 3. Sed qualeſcũq; fuerint, q̃d ꝑtinet ad nos? Neq;.n. uere nõ nobis concedũt, ut iſtorum neſcio quorũ cã atq; perſona nõ prȩiudicet cauſæ atq; ꝑſonæ eccleſiæ catholicæ, uel ſi nec cã cauſæ prȩiudicat, nec ꝑſona ꝑſonæ: & tñ obiiciũt nobis ut adhuc uos ſeducant, qđ aurũ iudici dederimus, ut pro nobis contra illos ſñiam diceret, uos dicite ſi poteſtis, quantũ dare debuerimus electis defenſorib. ep̃is ueſtris, ut tãta cõtra ſe pro nobis vel dicerẽt uel proferrẽt, ut ſic agerẽt cãm noſtrã, ſic perimerẽt ſuã? Quãti emere debuimus, ut poſt uerba Primiani, quibus dixerat, Indignũ eſt ut in unũ cõueniant filij martyrũ & progenies traditorũ: uenirent tñ, & in unũ nobiſcũ, qđ indignũ dixerant, conuenirẽt?

D

Quãti emere debuimus, ut more forẽſium aduocatorũ de t̃pibus & diebus, de ꝑſonis ẽt nobis præſcribere conarent̃, & ſic oĩbus hominibus ẽt illis qui noſtras diſputationes intelligere nõ poſſent, ſatis apparere mõſtrarent q̃ malam cãm haberẽt, quã proferre & agere ſic timebãt apud eũ iudicẽ, cuius erga ſe benignitatẽ atq; iuſtitiã tãto præconio laudauerãt, & cuius motũ aduerſum ſe nullũ adhuc ſenſerãt? Quãti emere debuimus, ut ipſi deinde exigerẽt non ſecũ agi debere forenſibus formulis, ſed diuinis potius teſtimoniis, & de ſcripturis ſanctis ſimiliter ſe rñſuros eſſe promitterẽt: & cum mãdatum concilii catholici, qđ obtuleramus, recitatũ eſſet, atq; in eo ipſis ẽt confitẽtibus claruiſſet, nos eccleſiæ catholicæ teſtimoniis ſanctarũ ſcripturarũ agere voluiſſe, rurſus tanq̃ obliti q̃d ſibi placere dixiſſent, ad eaſdẽ forẽſes prȩſcriptiones perplexi & odioſis contẽtionibus remearẽt? Quanti emere debuimus, ut ſubſcriptionũ noſtrarũ quæ eodem mandato demonſtrabãtur numeroſitate cõmoti, exigerent totius concilii noſtri præſentiam, ex quo concilii non niſi decem & octo ſc̃m edictum cognitoris aderamus, & quæſtionem falſitatis inferrent ꝙ aliis ſubſcribere non potuerunt? Sic.n. peruentum eſt, ut eorum quoq; numerus recenſeretur, & ipſi in ea falſitate deprehẽderentur cuius in nos ſuſpicionem intendere uoluerunt, ita ut non ſolum quidam in eorum mandato legerentur ſubſcripſiſſe pro abſentibus, qui nec Carthaginẽ uenerãt, uerumetiam quendam recitatum & non reſpondentem eum in itinere defeciſſe dixiſſent, quæſitumq́; ab eis eſſet, quomodo apud Carthaginem ſubſcribere potuerit qui in itinere iam defecerat, poſt magnas anguſtias perturbationis atque inconſtantiæ & uariæ rñſionis ſuæ, nõ

E

uenien-

venientem, ſed poſteaq̃ ſubſcripſit ad pro-
pria remeantē in itinere defeciſſe aſſeuera-
rēt. Deniq; ſub diuina teſtificatione interro
gati, utrũ eũ cõſtaret fuiſſe Carthagini, ue-
hementius perturbati dicerēt, ꝗd ſi & alius
ſe pro eodē appoſuit? atq; ita uerbis ſuis fal
ſitatē quam nobis obiecerãt, in ſuo mãdato
F apparuiſſe, & conuictam claruiſſe firmarũt.

Cap. 24.

Quãti emere debuimus, ut cũ uellent de
numeroſitate gloriari, etiã in hoc mendacia
ſua prodiderũt? Nã cũ aliquãto amplior no-
ſtrorũ numerus affuiſſet, dictumq; a nobis
eſſet, alios centum ferme epos catholicos,
partim ſenectute, partim ualetudine, par-
tim diuerſis neceſſitatibus impeditos nõ ue
niſſe Carthaginē, illi hoc audito, multo plu
res ſuos nõ ueniſſe dixerunt: Sicut ēt nunc
pluſquã quadringentos per totã Aphricã ſe
eſſe iactãtes, obliti ſunt ꝙ in ſua notaria po
ſuerũt, uſqueadeo ſe oēs ueniſſe Carthagi-
nē, ut eis ſolis exceptis quos uel in propriis
ſedibus, uel in itinere tenuit corporis ægri-
tudo, nec grauiſſimos ſenes annoſitas & la-
bor prolixi itineris potueris impedire. Et le-
ctæ ſunt in mãdato eorũ ſubſcriptiones, ſi-
cut facta ſupputatione rñdit officiũ, ducēti
ſeptuagintatres, annumeratis ēt ijs in quib.
falſitas deprehēſa eſt, & qui pro abſentibus
ſubſcripſerãt, ꝙ ægritudine detēti nõ potue
runt venire Carthaginē. Qũo ergo uerũ eſt
plures quadringentis eos eſſe, qñ illos ſolos
Carthaginē nõ ueniſſe dixerũt, quos ualetu
do corporis impediuit, cũ & pro ipſis ꝗbuſ
dã alii ſubſcripſerint, vt nõ dicamus hoc ꝓ
oĩbus ęgrotantib. eſſe factũ? An forte ſic eos
G inuaſerat peſtilētia, ut eorũ tertiã partē repē
te proſterneret? Sic aũt a primatu ſuo ꝑ tra-
ctoriã fuerũt euocati cum illis prætermiſſis
properarēt cõuenire Carthaginē, ut ſcirent
ſe decepiſſe q̃d haberēt optimũ in cã, ut in-
gēſeorũ numerus appareret, quaſi tãto plus
proſit ad aliquid facilius inueniendũ quãto
maior fuerit quærētium multitudo eorum.
Quãti emere debuimus, ut in diē perēdinũ
vtriſq; noſtrũ conſentiētibus cognitione di
lata, pridie per notariũ peterent, ut ſibi nr̃m
mandatum ab officio æderet, quo inſtructi
adeſſe poſſent, cauſantes ꝙ conſcribēdis ge
ſtis tã anguſto tpe occurrere nõ poſſet offi-
ciũ? Sic.n. factũ eſt ut ſequēti die cognitio-
nis, q̃uis iniuſte petentes, acciperēt dilatio-
nē. Qui conſiderata cã quæ mãdato noſtro
tota continebat̃, magnas patiebantur angu-
ſtias cum uincerent̃, tñ contra ſuos uenere
conſenſus. Quid.n. iſtius q̃ petere dilationē
tãta veritatis firmitate cõturbatos? Quid his
vtinã profuiſſet, ut conſiderato mãdato nr̃o
cui rñdere minime potuerũt, corrigere po-
tius prauitatē q̃ in deterius augere maluiſ- I
ſent? Iuſte itaq; dilationē petebant. Sed pri-
die nõ debuerant in notaria ſua dicere, ideo
ſibi noſtrũ ædi debere mandatum, ut parati
ad diē conſtitutum uenirent, ꝗa exceptores
occurrere cum geſtorum conſcriptione nõ
poſſent. Nam iſtud quanti emēdum fuit ut
ipſam peterēt dilationem & acciperent ſex
dierum, ut nemo poſſit eos dicere anguſtia
tpis impeditos, non potuiſſe noſtro rñdere
mãdato dato? Ipſo uero tertio noſtræ colla-
tionis die quanti emendũ fuit, ut inaniſſi-
mis & ſuperuacuis morarũ interpoſitioni-
bus ſe oĩno ꝑuenire ad cauſam nolle mon-
ſtrarent? Et q̃ malam cãm haberēt ipſo ſuo
timore clamabant, q̃q̃ eorum timor ēt in te
ſtimoniũ manifeſtiſſimę uocis erupit, qñ di
xerunt, Senſim inducimur in cãm. Et alio
loco, Prouidet, inquiũt, poteſtas tua ſenſim
nos in cauſæ interna deduci. O uiolentia
veritatis, quolibet aculeo, quibuſlibet vn-
gulis fortior ad exprimēdam cõfeſſionem.

Cap. 25.

Congregantur ex uniuerſa Aphrica epi,
I ingrediunt̃ Carthaginem, cũ tanta ſpecioſi
agminis põpa, ut tã magnæ ciuitatis oculos
in ſe intentionēq; conuertãt. Qui loquant̃
pro oĩbus, eliguntur ab oĩbus. Locus ēt re
tãta dignus in urbe media procurat̃. Vtriq;
conueniũt, iudex pręſto eſt, tabulæ patent,
ſuſpenſa oĩum corda exitum tãtæ collatio-
nis expectant. Tũc ab electiſſimis & diſer-
tiſſimis uiris, quãtis uirib. agi debuit aliꝗd,
tantis agit̃ ut agat̃ nihil. Quærunt perſonas
forenſi more diſcutere, in qua q̃one annoſa
ēt tpa litigatores conterere conſueuerunt.
Iſta quippe actione catholicos mandatum
ſuum diuinis potius teſtimonijs q̃ forenſib.
formulis cõfeſſi ſunt, & ſimiliter ſe de ſcri-
pturis rñſuros eſſe promiſerunt. Et qm̃ mi-
rifica opitulatione deus uoluit, ut cum quæ
runt perſonam petitoris, ne ueniretur ad
cauſam, ipſa inquiſitio petitoris in medium
ſubito

ſubito mitteret cām, clamāt præclari viri ad qd agēdū videbant electi, ac ſe potius ad nō agēdū electos eſſe teſtant, & inuidioſe iudici ꝯquerūtur, ſenſim ſe in cāæ interna deduci, quaſi aliqd aliud ꝑtermiſsis oīb. agi debuerit q̃ illud qđ tāto poſt, vel ſero agi volebāt, qa nunq̃ prorſus agi volebāt vbi vinci metuebāt. Huius timoris apertiſsimā vocē, qs de illorū clauſo pectore excuteret, & nō K dico ſi eos donis largiſsimis ditaret, ſed ſi eos pęnis crudeliſsimis torqueret? Cū.n. ꝑſonā petitoris forēſi tritura ꝯqrerent, & volentes oſtdere nos eſſe petitores, vt perſonas nr̄as ꝑmitterentur iure diſcutere, & moras annoſiſsimas inuenire, legerūt libellū nr̄um aliqn̄ procōſuli datū, quo eos petimus ꝯuenire vt ipſa inter nos tūc collatio fieret, quodāmodo ab Impera. vt fieret impetrauimus, & eo libello nos quaſi petitores eſſe mōſtrarēt, rn̄ſum eſt à nobis, iō nos ſꝑ uoluiſſe fieri collationē, non vbi eis crimina obiiceremꝰ, ſed ubi ea, q̃ ſolēt obiicere purgaremus, ꝑꝑ hoc hr̄tici & ab eccleſię vnitate ſeparati, qa crimina obiiciūt, q̃ ꝓbare nō poſſunt. Deinde qa videbat cognitor ſecutus ordinē tꝑum, ut geſtis, q̃ protuleramus, ubi & ipſi apud præfectos collationē protulerant, iō præferret libellū noſtrū ab ipſis prolatū, qa geſta illa præfectoria tꝑe pręcedebāt, facillime nos atq; iuſtiſsime hac occaſione oblata à cognitore impetrauimus, ut ſi ea ꝑferret q̃ tꝑe priora eſſe ꝯſtaret, illud iuberet potius recitari, vbi ipſum apud Imperatorem Conſtantinū per Amillinū proconſulē accuſarūt Cæcilianum, cuius crimina noſtrę cōioni obiiciunt, q̃ volebamus illa collatione purgare. Proinde poſteaquā legi cœpit, qm̄ ilic apertiſsime in oībus vincebantur, clamare cęperūt, Sēſim inducimur in cām. Et iterum, Prouidet poteſtas tua ſenſim nos in cāæ interiora deduci. O magna, ſed non mirāda confuſio: Qn̄.n. dæmon ſic exorciſtā timeret qūo timuerunt ne illa legerētur, ubi apparebat Cæcilianus & ab eorū prædeceſſoribus apud Imperatorem accuſatus, & tot iudicijs non ſolū ep̄alibus ſed ēt imperialibus abſolutus? Vel quāto precio emere poſſemus, ꝙ ipſo timore turbati, redire auſi ſunt ēt ad illius tꝑis præſcriptionem, vbi dixerant, lapſam iam eſſe cām, & quatuor mēſibus euolutis agi iā oīno nō poſſe? Quid eſt hoc? Quis tā idoneꝰ iudex inueniri pōt animi eorū, q̃ timor iſte ſic expreſſus, ſic apertus, vt cū timor ſoleat adimere libertatē, iſti tā libere timuerint, vt iudiciū ſuū de mala ſua cā nec ſilētio texerint, ſed verbis apertiſſimis prodiderint? O vehementē trepidationē ad extorquendā confeſsionē. Tam fortis ex ore proſiluit timor, vt eius impetu de M fronte fugerit pudor. Sed cum legerētur ea quibus oſtendebatur Cæcilianus accuſatus atq; purgatus, petitores ꝑꝑ agendam cām inquirebantur, perſonæ diſcutiebantur. Et quanuis morarum tendiculæ ne ad ipſam cām perueniretur, tergiuerſatione nectērētur, tn̄ propter agendam cām etiam iſta poſtulari veluti iure videbantur. Poſtquam cā optima Cæciliani recitanda prolata eſt, reuocatur exploſa & conuicta præſcriptio, diem cauſæ agendæ iam tranſiſſe clamatur.

Quid adhuc expectatis, quid pro nobis pronunciauerit cognitor, cū uideatis quid contra ſeipſos Epiſcoporū ueſtrorum pronūciauerit timor? Dederat certe ipſe cognitor poteſtatē, ut alium cū ipſo quem uellent iudicē conſtituerent. Quod illi recuſarunt, qm̄ ſi aliquē delegiſſent, mentiri uobis non poſſent ēt a nobis ipſum fuiſſe corruptum. Sed fecerunt quod recuſauerunt: conſtituerunt prorſus cum illo alium iudicem, non quemlibet extraneum, ſed intimum ſuum. Ecce ipſe timor eorum alius iudex fuit, certe ipſe a nobis nihil accepit & pro nobis libere iudicauit. Non gratificatus eſt eorum perſonæ quibus internus hærebat, de quorum ſecreto cubiculo procedebat: Et antequam cā diceret prior iudicauit, quia eam prior in ipſorū corde cognouit, Deniq; proceſsit ille ut cām noſſet, ꝓceſsit iſte qui nouerat. Ille iudicauit ſtādo, audiendo, loquē A do, iſte tm̄modo mediū procedēdo, puto ꝙ melius dicerēt, ut cauſa iam non ageretur. Quanto.n. citius eā finiunt litigatoris timor q̃ cognitoris labor? Ille quærebat quid ex eorū chartulis legeretur, iſte indicauit quid in eorum cordibus ageretur. Qūo autē ad hoc venerant territi eis quæ prolata fuerāt recitanda, ut dicerent iam ipſam cauſam eſſe temporibus & agi non poſſe? Propoſuerunt nobis qđ iam fuerat ante tranſactum,

Cap. 25.

Cap. 28.

vt si de scripturis sanctis ageremus, illa minime legerent. Si aūt illa recitāda legeremus, habere se validā pscriptionē, vt lapsam tpibus cām omnino agi non sinerēt, cū ipsi nō seruauerint, qđ ante pmiserant se mandato nro, ubi nos ecclesię cām† scripturarū testimonijs rñsuros, qui petitorū discutiendas esse psonas, non more disputantiū, sed more litigantiū contēdebant. Rñdimus ergo eis, vt si nihil aliud agi mallēt nisi ut qreretur q̄ vel ubi sit catholica ecclesia, cām eius nos non nisi diuinis quibus pnunciata est, testimonijs ageremus: Si aūt hominibus aliqua crimina obijcerēt, qm̄ nec ipsi possent ea testimonijs diuinis, sed aliquibus alijs talibus documentis ostēdere, etiam nos ea documētis talib⁹ purgaturos. Sic illis assidue inania repetentibus, hęc a nobis perseuerantissime repetita sunt, si eos ueritas uicit, ut ad illa q̄ ptuleramus audienda, cōfutatos, superatosque constrinxerit. Videbant.n. si nulla crimina Cęciliani obijcerent cōmunioni nrę, nihil remanere unde suā ab unitate separationē quoquo mō excusarēt: Si aūt obiecerint crimina Cęciliani, nec a se nihil talib. documētis posse afferi, nec à nobis posse aliter defendi. Iā uero īter hos eorū cōtentiosissimos strepit⁹ q̄ti emēdū fuit, φ cū diceremus hoc nos pponere, ut crimina quę solēt obiicere nr̄a cōioni q̄ p oēs gētes dilatat, pbarēt si possēt, vt hīceorū separatio, vtrūiusta fuerit noscerēt, rñderūt alienā cām agere velle, hoc ē trāsmarinarū ecclesiarū q.b. hęc non obijcerēt, qm̄ inter Aphros esset ista cōtentio, illas vero ecclesias poti⁹ expectare debere, vt eos sibi copulēt q in hac collatione vicerint, & ipsi cū eis hēant catholicū nomē.

Cap. 28. Quid ergo adhuc qritis, qd ve dubitatis, q̄ ecclesiā tenere debeatis? Ecce habetis eā, contra q̄ ipsi epi cām se non habere cōfessi sunt, cui cōio nostra cōuincta est, unde ipsorū cōio separata est. Si.n. mō eam expectare debere dixerunt, ut qui nostrū uicerint ipsi ei copulentur, & cū illa teneant catholicum nomen, iam utique maiores nostri, maiores eorum ante uicerunt, ideo illi ecclesię copulati catholicum nomen in eius unitate tenuerunt. Isti autem si a maioribus nostris iā in suis maioribus uicti sunt, quare nobiscū adhuc usq; contendunt? Si autem uicti non sunt, quare non cōicant illi ecclesię q̄ negare catholicā non ualētes, nullā causam contra eā se habere confessi sunt? Ecce ecclesia catholica transmarina in tot gentibus dilatata q̄ debere expectare dixerunt, ut eos sibi qui uicerint copulet, qūo expectare dēt eos sibi copulare q uicerint, nisi ab eis criminibus de quibus inter nos agitur aliena sit? Porrò si ab his criminibus sicut fatent̄ aliena est, alieni & nos sumus qui eidem cōmunioni cohæremus. Nam si p p communionem nos contaminat crimen alienum, & ipsam cui cōmunicamus crimen contaminat nostrum. Sed ipsam professi sunt non pollutam crimine Aphrorum, quanuis ei sacrorum cōmunione socientur. Ibi ergo cōuicti sunt, nec nos pollui potuisse crimine eorū, quibus sacrorū communione sociamur, qa nullo nexu cōsensionis inuoluimur, quamq̄ & ipsius Cæciliani uictrix cā eisdem uerbis illorū facillime demonstrat̄. Si.n. confligentibus nobis expectare debet ecclesia trāsmarina ab istis criminibus aliena, vt eos q vicerint sibi & catholico nomini adiungat, tunc expectabat qn̄ maiores istorū cum Cæciliano acriter cōfligebāt. Ille ergo uicit quē sibi post cōflictū, illa q̄ hoc expectauerat copulauit. Aut si potuit & pollutum sibi in sacramentorū cōmunione copulare, & sicut iam confessi sunt ab his criminib. impollutā psistere, multo magis euincimus ostendētes pprīū onus quēque portare, & nec cām causæ, nec personam pręiudicare personę.

Iam vero vt mandato nostro vbi uniuersam cām complexi fueramus, nec repentinis verbis sed conscriptis literis respondendum putarent, quanti emendum fuit? Sic enim constitit eos respondere nō potuisse his omnib. quæ in nostro mandato posita, nec attingere voluerunt. Neq; enim potest aliquis dicere prosecutionem nostram memoriter eos non potuisse retinere, & propterea rebus necessarijs, non omnibus respondere voluisse. Aeditum est eis mandatum nostrū per notarium postulantibus, & hoc ipsum allegantibus, ut instructi possent ad omnia respondere. Et cum iam septem essent electi a cæteris qui omnia pro omnibus agerent, literas tamen ipsas quibus nostro mandato respondere conati sunt, totius concilij

sui

* Agimus, aut simile verbum deest.

ſui nomine ꝓtulerunt, tãquã epiſtolam ab oĩbus illis ad cognitorẽ datã. Quã ſi nollemus admittere iure optimo faceremus, neq; .n. ordinis erat ut poſt iniunctã ſeptẽ hominibus cãm, iam ꝗcquã niſi ꝑ illos ꝗ delecti fuerãt ageretur. ſed ne literis nr̃is, literas eorũ tenuiſſe uideremur, ſine ulla hæſitatione vt legerent, admiſimus. Optandũ .n. ut dixi, & emẽdũ fuit, ut poſt tot dierũ dilationẽ q̃ eis petẽtibus, cõceſſeramus, afferrent elucubratũ laborẽ, in eo mandato nr̃o non r̃ndiſſe, ſatis utraſq; literas legentibus apparet, & nos eiſdẽ literis ipſis ſine ulla dilatione mox r̃ndiſſe cõſtaret. Si .n. hoĩes tam tardo ingenio ſunt, ut eos arbitrẽtur aliꝗd dixiſſe in ꝗbus locis mandati noſtri tacere noluerũt, neminẽ puto eſſe tã ſtolidum ꝗ ẽt in his locis aliꝗd eos r̃ndiſſe exiſtimet in ꝗbus omnino tacuerũt Non .n. parua uel quaſi cõtẽnenda ſunt, cũ in his potius omnis cã cõſiſtat: Nã teſtimonia ſcripturarũ ꝗbus aſſeruimus eccleſiã cui cõmunicamus ab Hieruſalẽ cœptam, in toto terrarũ orbe diffundi, tã quã oĩno dicta non fuerint, p̃terierunt magna mole diuinæ authoritatis oppreſſi. Itẽ qđ in noſtro mãdato poſitũ ẽ de beato Cypriano, ꝗ tolerandos potius in eccleſia malos q̃ ꝑ ꝑ eos eccleſiã deſerendã, & p̃cepto admonuit, & ſuo cõfirmauit exẽplo, attingere oĩno auſi nõ ſunt. Cæterũ intelligẽtes ꝙ Cypriani authoritatẽ ſi in aliquo ſcripto eius labefactare tẽtarẽt, faterẽtur etiã recte nos authoritati eius nõ obedire, in eo qđ de iterãdo baptiſmo ſolent ꝓferre, quã nec ipſam de baptiſmo Cypriani ſentẽtiã a ꝑte cõmemorare uoluerũt, ſcientes ẽt illic ſi facerẽt ſe offenſuros eſſe naufragiũ, qm̃ Cyprianus nõ reliꝗt unitatẽ, & cũ eis in illa ꝑmanſit, ꝗ de hac re diuerſa ſenſerũt, vñ aut tunc eccleſia periſſe dicẽda eſt, & nõ iã ex qua naſceretur Donatus illorũ, aut ſi qđ uerum ẽ ꝑmanſit eccleſia, nõ ĩ ea cõtaminãt mali bonos, ſicut ẽt Cyprianus iudicauit, ꝗ cũ diuerſa ſentientibus in eadẽ diuerſitate ꝑmãſit, ac ꝑ hoc iſti ſe deteſtãdo ſacrilegio ſchiſmatis induerunt, ꝗ ꝑ ꝑ neſcio quorũ crimina non ꝓbata ẽt ſi uera eſſent, nullo mõ ſe ab vnitate toto orbe diffuſa ſeparare debuerũt. Hoc illi quãtũ intelligitur p̃uidentes, illud teſtimoniũ Cypriani qđ in noſtro mãdato cõmemoratum eſt, toto ſilẽtio trãſierunt. Illud ẽt qđ in cã Maximinianiſtarum ipſi quoq; ſuo iudicio declarauit, nõ ꝑ ꝑ malos unitatẽ deſerrendã, ꝗ Maximiniani ſocios a Maximiniano dixerunt nõ fuiſſe pollutos, & eos quos dãnauerunt in honore integro ſuſceperunt, & baptiſmũ Xp̃i licet foris ab eccleſia datũ, agnoſcẽdũ potius q̃ deſtruẽdũ eſſe mõſtrarunt, cum a Feliciano in ſchiſmate baptizatos, & cũ illo poſtea receptos iterum baptizare nõ auſi ſunt, hoc ergo cũ in noſtro mãdato legerent, tacẽdum potius & prætermittendũ, q̃ ulla ꝯ̈dictione refutandum eſſe cenſuerunt. Cãm ẽt Cæciliani a cã eccleſiæ diſtinctam, & tñ ẽt ipſam ex omni parte defenſam, reſpondendo prorſus nõ attigerunt. Quis ergo eos illi mãdato noſtro r̃ndiſſe arbitretur, qñ contra hæc omnia nullũ uerbũ facere, nec ſaltẽ qualiſcunq; r̃nſionis obumbratione conati ſunt? Qđ aũt niſi ſunt reſpondere, legat qui uoluerit & iudicet, eidem ipſi mãdato noſtro conferens literas eorum præter r̃nſionem, quã cõtinuo reddidimus, qua omnia uanitatis eorum machinamenta ſubuerſa ſunt.

Cap. 30

Iã illud ſi mõtes aureos daremus, quanto emere poſſemus ꝙ obiecta ſibi Maximiniani cã, ut intelligerent eo mõ nõ obfuiſſe Cæciliano cõciliũ, quo in eum abſentẽ ſeptuaginta ep̃i qđ uoluerunt, ꝓnunciauerũt, qũo non obfuit Primiano cũ ſimiliter abſẽtem ꝓ Maximiniano centũ ferme ep̃i damnauerũt, uehemẽtiſſime ꝑturbati, & in horrendas contruſi anguſtias r̃ñderũt, nec cãm cauſæ, nec ꝑſonam præiudicare perſonæ: His pauciſſimis uerbis totã noſtram cãm, de qua cum eis ſuperius cõfligebamus, omnino inuictã eſſe firmãtes. Quid .n. aliud agebamus tot teſtimonijs ſãctorũ eloquiorũ, tãta authoritate Prophetarũ, apoſtolorum, epiſcoporũ, ipſorum aduerſariorũ demonſtrantes bonos a malis ſacramentorũ cõionene non pollui, ſi corde, uoluntate, moribus, operibus diuerſas habeãt cauſas gerantq; ꝑſonas. Quid .n. aliud laborabamus, niſi ut appareret, nec cãm cauſæ, nec ꝑſonam præiudicare ꝑſonæ? Hoc ipſi breuiter cõpulſi ſũma neceſſitate dixerunt, ꝗa cum a nobis diu diceretur, ueritati cedere noluerunt.

Cap. 31

Illud etiam quibus theſauris, quibus opibus,

bus,q̄bus precioſorũ lapidũ aggeribus emẽ
dum fuit,ꝙ maiores ſuos Imꝑatorẽ Con-
ſtãtinũ ꝑſecutos Cęcilianũ nõ confiteri tm̃
verumetiam ꝓfiteri atq; gloriari minime
dubitarunt, eumq; ab Imꝑatore dãnatũ ẽt
mẽtiendo aſſeuerare conati ſunt?Vbi eſt il-
la uox,qua uos decipere cõſueuerũt, nobis
inuidiã cõcitãtes,ꝙ apud Imꝑatorem cãm
agamus eccleſiæ? Vbi ſunt uerba Primiani
apud acta magiſtratus Carthaginenſis ex-
preſſa?Illi portãt multorũ Imꝑatorẽ ſacra,
K nos ſola portamus euangelia.Vbi eſt illa ꝑ-
clara laudatio,qua extollunt ſeparationem
ſuã,dicẽtes eã eſſe eccleſiã ueritatis, quę ꝑ-
ſecutionẽ patitur,non q̄ facit?Nẽpe eliſa ẽ,
nempe ꝓſtrata,leguntur ꝑſecutiones eorũ,
negare nõ poſſunt,q̄a leguntur ſubſcriptio
nes eorum.Tenemus eos cõfitẽtes,ꝓfitẽtes,
gloriantes maiores ſuos Cæcilianum apud
Imꝑatorem grauiter ꝑſecutos:Tenemus ẽt
Cæcilianũ eis ꝑſequentibus ab Imperatore
dãnatum.Non ergo iam clamẽt ſegregatio
nẽ ſuam iõ eſſe eccleſiã ueritatis, q̄a ꝑſecu
tionẽ non facit ſed patitur,aut fateantur nõ
eam fuiſſe eccleſiã ueritatis,q̄n a maioribus
eorũ Cæcilianus patiebatur. Si.n.continuo
boni ſunt q̄ ꝑſecutionem patiuntur,bonus
erat Cęcilianus q̄n patiebatur. Si aũt poteſt
q̄dem fieri ut & mali ꝑſecutionẽ patiũtur,
ſed boni nõ poſſunt eſſe q̄ faciunt,nõ erant
boni maiores eorum q̄n Cæcilianũ ꝑſeque
bãtur.Porro ſi fieri põt ut & boni faciãt, &
mali patiuntur,nõ iõ nos culpandi ſumus,
nec iõ iſti laudãdi, q̄a tale aliq̄d patiuntur,
quale Cæcilianũ maioribus ſuis facientib.
L paſſum eſſe gloriantur, & tñ Cęcilianũ ab
Imꝑatore damnatũ omnino nõ cõſtitit,ſed
in eius abſolutione atq; purgatione,q̄ iudi-
cij ẽpalis,& imperialis recitatione cõſtite-
rat, nihil poſtea ꝓbari potuit immutatum.
Ita factum eſt ut remota Cęciliani dãnatio
ne,de qua ipſi mentiti ſunt,remanſerit per-
ſecutio,quã maiores ſuos feciſſe cõfeſſi ſũt.
Parum fuit ut Cæcilianũ ab Imꝑatore dam
natum,& mentiendo gloriari auderent, &
aſſerendo ꝓbare nõ poſſent,inſuper ẽt pro
bauerunt,& noſtra in eã rẽ documẽta for-
tius adiuuerunt, Cęciliani abſolutionẽ mã
ſiſſe firmiſſimam,non ſicut mentiti fuerant
Imperatoris poſteriore iudicio in contrariũ
cõmutato.Nam primo Mileuitanę eccleſiæ
catholicum epiſcopum Optatum recitan-
dũ putauerunt,pollicẽtes inde ſe ꝓbaturos
Cæcilianũ ab Imꝑatore dãnatum. Quę le-
ctio cum magis ꝯ eos recitaretur, nemo ri-
ſum potuit continere. Qui tñ riſus nõ utiq;
conſcriptioni geſtorum potuiſſet adiungi,
& oĩno latuiſſet,niſi & ipſum latere non ſi
nerent dicẽtes,audiant q̄ riſerunt,hoc ſanẽ
ſcriptũ eſt,& ſubſcriptũ. Quod.n.ꝓ ſe legi
voluerũt,ambiguũ fuit.Vñ cum rectiſſime
cognitor iuſſiſſet paulo ſuperius recitari, vt
inde ſi poſſent uerba illa clareſcerẽt, hoc re
citatum eſt q̄d nolebant.i.Cęcilianum fuiſ
ſe purgatum,quem prius legẽdum dederãt,
non ſicut iactabant damnatum , ſed Brixæ
bono pacis retentum.Hoc cum dixiſſent,il
lis verbis Optatum damnationem Cęcilia-
ni extenuare uoluiſſe,dictum eſt eis,ut eui-
dentem Cęciliani damnationem,aliunde re
citarent,ut ab Optato eam extenuatam poſ
ſet oſtendi,q̄ apertiſſime ſcripſerat Cæcilia
num fuiſſe purgatũ.Hoc.n.cum facere om-
nino nõ poſſent, interiectis atq; cõſumatis
omnium morarum ſuperfluis ambagibus,
apertiſſime nos adiuuare cœperunt. Tan-
quam.n.a nobis eſſent inſtructi, uel tanq̄ã
nobiſcum ad innocentiam Cæciliani defen
dendã declarandamq;, cum quæreretur ab
ab eis ut ſi poſſent oſtenderent q̄d dicebãt,
poſteriore iudicio Cæcilianũ ab Imꝑatore
damnatum,cuius Imꝑatoris literas legera-
mus,q̄ illum oſtenderent abſolutum,ꝓtule
runt libellum maiorũ ſuorum ad eundem
Conſtantinũ Imꝑatorem datum,quo aper-
tiſſime demõſtrarent illius iudicio ſe potius
fuiſſe damnatos. Contigit.n.eis apud impe-
ratoriam poteſtatem,q̄d inimicis ſancti Da
nielis,q̄ hoc ab eiſdem leonibus paſſi ſunt.
Hic cũ breuiter admonuiſſemus illũ libellũ
ꝓ nobis ꝯ ſe potius recitaſſe,alias addiderũt
eiuſdem Imperatoris literas ad Verinum vi
carium datas, vbi eos grauiter deteſtatur,&
dñi iudicio qui iam in eos cœperat vindica
re dimittẽs. ignominioſiſſima indulgentia
de exilio relaxauit.Ita manifeſtiſſime cõſti-
tit,non ſolũ nullã Cęciliani damnationem
fuiſſe poſtea conſecutam,verumetiam eius
abſolutionem atque purgationẽ, & pœnã
illorum & deteſtabilem indulgentiam fuiſ-
ſe fir-

se firmatã. Hæc tã excellẽtia documẽta, qđ fatẽdũ est, nõ habebam⁹ in manib⁹, sed forsi tã si alicubi esse audiremus vñ nobis gratis dari nõ possent, ꝑ q̃libet ꝓmia pueniremus vt nobis scribẽda permitterẽtur. Quantum aũt daremus, si venale proponeretur, vt pro nobis etiam ab ipsis aduersariis legerentur?

Quid vř addi iã posse vt nos cumulatius adiuuarent? Et tñ addiderũt, Cõmemoraue-rũt.n. cãm Felicis Aptugnẽsis à quo Cæcilianus fuerat ordinatus, cui Felici traditionis crimen intenderãt. Absoluto aũt Cæciliano cũ perficiendę instaretur vnitati, qõnẽ de isto Felice cõmemorant, eo mõ arbitrãtes posse Cæcilianũ iã purgatũ alienis criminibus irretiri. Cã ergo hæc Felicis discussa est procõsulari iudicio, vbi liquidissime de innocẽtia Felicis falsum se fecisse confessus est, nec puniri facile debuit ubi cã epi uerte baſ, nec facile à procõsule dimitti potuit tã ti criminis reus, nisi Impera. consulto, quo instante illa oĩa gerebantur, retulit inde ꝓconsul, & rescripsit Impera. ut ad eius comitatũ idẽ Vigentius mitteretur, uolens maiores istorũ a quib. quotidie interpellabatur in pñtia confutari, Nihil tñ dubitans de purgatione, imo eã uerborũ quoq; suorũ manifestatione cõfirmãs sicut rescriptũ eius oñdit, Hæc nos oĩa documenta cã Felicis in manibus habebamus, & disposueramus tradere recitanda. In quo ipsi nos præuenerunt, & easdẽ Impera. literas de Vigentio ad se mittendo, priores protulerunt & recitauerunt, iã fortasse nobis ea recitaturis, quia sufficere putabamus ẽt cãm Cæciliani ita peractã esse, ut nihil amplius exigi uideretur. Sed aduersariis nostris id agentibus, ut persecutio q̃ per maiores eorum apud Imper. nr̃os maioribus nostris acta est, & eorũ calumnia superata cumulatius apparuerit: quid facere mus, nisi oblata libenter accipere, & gratias dño in oĩbus agere? Cõstantini ergo literas ipsi protulerunt, ipsi recitauerunt. Incredibile vř esse ꝙ dico, sed gesta testatur Conscriptæ sunt eorum prosecutiones, tenẽtur subscriptæ. Ipsi, inquam, recitauerunt Constãtinum subscripsisse, ꝙ Heliano proconsuli in cã Felicis audientiam prębuerit competentem, & ꝙ a criminibus traditionis innocentẽ Felicem fuisse constiterit. Sed Vigentiũ ad comitatũ suum ꝑpea mitti voluisse, ut his, inquit, qui in pñtiarũ agunt, & diuturnis diebus interpellare nõ desinunt, pñtibus & corã assistentibus apparere & intimare posset, frustra eos Cæciliano inuidiã cõparasse, & aduersus eũ violẽter insurgere uo luisse. Ipsi recitauerũt, qs nr̃m hoc nõ audire optaret, vt quos iniquitas fecerit nostros impugnatores, æquitas nostros faceret defensores? Sicut & illũ Balaã quẽ tpibus antiquis ad male dicendũ dei populũ cõduxit iniq̃tas, bñdicere cõpulit veritas. Sicut aũt ordo cõsulũ oñdit, quẽ tũc cõsiderare angustia tpm nõ sinebat, neq;.n. pſto erãt libelli q̃ cõsulares uocãtur, aut quisquã eos rẽ tam inanem crederet obiecturos, ut rñdere nos uellẽt, quid misso Vigentio gestũ fuerit, uel utrũ oĩno sit missus Vigẽtius, cũ & innocẽ tiã Felicis proconsularis sñia declarauerit, & eandem sñiam rñsio Imperatoris ab ipsis prolata & recitata firmauerit. Quod magis vtique ipsi protulissent, si quid misso Vigẽtio pro se gestum fuisse considerent.

Sicut ergo consulũ ordo declarat, primo Cæcilianus epali iudicio Melchiadis est absolutus: deinde non post longum tps Felicẽ proconsulis iudicio constitit innocentẽ, ac sic postea Cæcilianus ẽt ab Imperato. inter partes cognoscente purgatus est. Deinde post annũ aduersarij eius ignominiosa illa indulgentia relaxati sunt. Nã Melchiades iudicauit Cõstantino tertium & Luciano iterum consulib. 9. Octobris, Helianus procõ sul cãm consulibus quintodecimo calẽdas Martias, i. post menses ferme quatuor. Constantinus ad Romalium uicarium de purgatione Cæciliani scripsit, Sabino & Rufino consulibus, iiij. Idus Nouemb. i. post biennium & menses prope octo. Et idem Imperа. ad Valerium uicarium de illorum exilio soluto, & eorum furore deo uindici remittendo, literas dederit Crispo & Constantino iterum consulibus tertio nonas Maias. i. post quartum annum & mensem ferme sextum. Vnde sine ullis ambagibus liquidissime constat siue misso ad comitatũ siue non misso, nihil postea contra Cæcilianũ fuisse iudicatum, imo eum iudiciis quoq; Imperatoriis uictorem aduersariorum & persecutorum suorum postea declaratum.

Nu. 23. D Cap. 33.

Cap. 34. Et nunc pars Donati totiés médax, totiens confutata, totiés modis oibus superata atq; cófusa, adhuc iactet iudicem a nobis fuisse corruptú, quasi nó vox illa victis esse cósue uerit. Prorsus iudex corrúpédus fuit, vt qd' ille bñ egerat, illi' ifirmaret authoritas. Sed nec male illos egisse dixerim: Immo vero optime egerunt, qui ꝯ suos errores ꝓ veritate tãta dixerunt. Nã si cã eorú consideret, reuera contra ipsos, si aút prosecutiones eorú legant, magis ſm ipsos iudicauit. An vero in cã, ille qui ex medius erat aduersaret nobis, in qua illi q̃ aduer so stabát dixerunt, protulerunt, recitauerunt tanta pro nobis? Quid emere ab iudice deberemus, qñ ab aduersariis illa nó emimus q̃ iudicé coegerút, ét si ab ipsis accepisset pecuniã ꝓ nobis ferre sñiam? Quanq̃ si non eú nossemus deum timenté & iustitiæ dilectorem, & ab oíbus hmói sordibus alienum, nos nullam talem suspitioné diligere deberemus, q̃ nimia patiétia cú eos videret premi veritate, nec eis videri uellet aduersus, nimiú patienter pertulit homines per inania vagátes, & tã multa superflua dicentes, & ad eadé totiens cóficta redeuntes ut gesta tantis voluminibus onerosa pene oés pigeret euoluere, & quéadmodú acta sit cã legendo cognoscere, qd' illi utrú magis inopia veritatis, an industria calliditatis egerint, nescio. Hinc tñ suã cãm tam pessimã, vtcunq; adiuuare potius, q̃ deserere putauerút. Deniq; si in illos q̃ egerút intendát cæteri accusationé, eosq; potius afferant a nobis fuisse corruptos, vt tot prosecutionib. uel a se prolatis lectionib. sic adiuuarent cãm nrãm, sic perimerét suã, nescio quéadmodú se possent defendere, & ab ista suspitione purgare, nisi forte dicant, Si corrupti essemus, cãm tam malã & per nos & per illos conuictã, cito ét finiremus, núc vero vel inde credite nos ex animo affuisse & aliquid prodesse voluisse, quod multum loquédo egimus ne quod actú est facile geretur, & nos esse victos cito cognosceret. Si hoc ab eis nó fieret, nec ipsis nec nobis iurãtibus forsitan crederétur illa quæ pro nobis contra se & tam multa dixerunt, & tã multa legerunt, gratis eos nobis oía præstitisse. Nec tamé ipsis sed Deo potius hinc agimus gratias. Vt enim illa omnia vel loquédo vel legendo pro cã nostra promererent atq; propalarent, veritas eos torsit, non inuitauit.

Cap. 35. Quapp fratres, si tñ non irascimini quia fratres vocamus, Illi. n. cú hoc a nobis audirét, iniuriã sibi fieri apud acta dixerunt, nec mãdato nro admoniti, vbi hoc ex propheta testimonium positú est, recolere potuerunt Deú præcepisse, Dicite fratres nři estis, qui uos oderunt, & qui uos detestantur, ut nomen dñi honorifice appareat illis in iocúditate, ipsi aút erubescebant. Ergo iam fratres appareat vobis nomen dñi in iocunditate, qd' super nos inuocatú est, & cuius utrique sacrum portãtes, nó immerito dicimur fratres: iam pacé amate, cósuetudinem calumniosam & litigiosam iam salté conuictam confusamq; relinquite, nec eos oderitis qñ ad nos correcti trãseunt, sed qñ in errore nefario permanentes, nos adhuc usq; seducút, nec ipsi sibi magni uideantur, ꝙ eis honoré in vnitate deferimus, qué possidebant liberandi: hunc. n. habentes extra unitaté magis sunt inde damnandi. Signa quippe militaria perniciosius ab vsurpatoribus habentur, q̃ si oíno non haberentur: nec tñ eis correctis & in castra Imperatoris redactis illa frangútur aut abolentur, sed eos quos ante prodebant atq; puniebát, iam ornare incipiunt & munire. Quid attéditis ad eorú insanas querelas, & vana mendacia? Nocte cã finita est, sed ut nox finiret erroris. Nocte dicta sñia est, sed fulgens lumine veritatis. Inclusos & tanquã in carcere se fuisse cóquesti sunt, ibi & nos eramus. Aut utrisq; facta est iniuria, aut utrisq; adhibita diligentia. Sed qúo dicamus iniuriam, qñ in tam spatioso & lucido & refrigeranti loco nos fuisse recolimus? Aut qúo erat carcer ubi erat & iudex? Postremo clausos fuisse nos nesciebamus: sed qui fugere fortasse voluerunt. Ista inania & ridenda potius, quàm refellenda de tali cognitore non dicerent, si pro sua cã possent ualidú aliquid inuenire quod dicerent. Scimus q̃ multi uestrum & forte oés aut pené oés dicere soleatis, O si in vnú locú conueniretur, ò si aliqñ conferrent, atq; illis dispu tantibus veritas appareret. Ecce factú est, ecce cóuicta est falsitas, ecce apparuit veritas. Quid adhuc cótemnitur charitas? Quid nobis est per hominú nomina diuidi? Qui nos

creauit

creauit vnus est Christus, q nos sociare debet vnus est Christus. Iam nomen dñi honoretur, & appareat vobis in iocunditate, vt cognoscatis fratres uestros in ipsius unitate. Iam in ꝑsecutionibus Episcoporũ uestrorum error q nos separabat est victus, aliquando in cordibus uestris vincatur & diabolus, & gregi suo collecto atque pacato sit propitius qui hoc pręcepit Christus.

Libri contra Donatistas post Collationem finis.

K D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, super gestis cum Emerito Sermo.

ALacritatẽ vestræ charitatis quanto gaudio suscipiamus, agnoscitis. Exultamus.n.in dño deo nostro, de quo Apostolus ait, Ipse est.n. pax nostra, q fecit vtraq; vnum. Agimus ergo eidẽ dño & saluatori nr̃o Iesu Christo gratias. Hic pręstitit nobis vt antequam habeamus fratris nr̃i Emeriti voluntatẽ, iam cognouimus, quantum diligit vnitatẽ. Quæ tñ principia deus voluerit, vt de ore ipsius audiremus, accipite. Mox vt ingressus est istã ecclesiã, illo loco stans vbi primum cœpimus cũ eo colloquium, inspirante dño qui & cor instruit, & linguam regit, ait nobis, Nõ possum nolle qđ vultis, sed possum velle qđ volo. Videte q̃d promiserit, q se dixit, non posse nolle ꝙ uolumus. Si.n.non põt nolle qđ volumus, scit q̃d velimus. Hoc.n. volumus quod & vos vultis: hoc omnes volumus, qđ vult L dñs. Quid autem velit dñs, occultum non est. Legitur.n. testamentũ eius q nos sibi fecit cohæredes, in eo recitatur, Pacẽ meam do uobis, pacem meam relinquo vobis. Siue ergo cito, siue sero, non põt nolle quod volumus: Moras autem aliquas nobis facit secunda sententia, Possum velle qđ volo, sic.n.dixit, Non possum nolle qđ vultis, sed possum velle qđ volo. Potest uelle qđ vult, sed non potest nolle qđ volumus. Illud.n. qđ se dicit posse, videmus, Nã vult modo qđ vult, ipsum autem qđ non vult, nõ vult deus. Quid.n. modo vult esse in dissensione

Ioã. 4.

a catholica eccleſesia, esse adhuc in communione partis Donati, esse adhuc in schismate, esse adhuc inter illos q dicunt, Ego sum Pauli, ego vero Apollo, ego uero Cæpha? Sed hoc nõ vult deus, dũ increpat Apostolus. Diuisus est xp̃s? Potest ergo velle quod vult, sed ad tẽpus, sed ad horã, sed ad verecundię, nõ ad rationem sapientiæ põt velle qđ vult. Nã modo hoc est qđ vult, & potest velle qđ vult. Sed q̃a non potest nolle qđ volumus, nolit deus qđ vult, & faciat quod M volumus. Non vos ergo ꝓmoueat fratres aliqua morula dum qđ vult vult, sed orate vt faciat qđ ꝓmisit, vt nõ possit nolle quod volumus. Et ab oĩb. acclamatũ est, aut hic, aut nusquã. Qui corda vestra declarastis vocibus, adiuuate nos & orationibus. Potens est dñs q præcipit vnitatẽ, mutare in melius volũtatẽ. Qđ aũt acclamauit charitas vr̃, aut hic aut nusquam: vocem in illũ uestræ charitatis agnouimus & amamus. Hoc etiã nos non nunc primum, sed semper cogitamus, semper optamus. Idem est & animus, quod præcipue necessarium est, fratris & coepiscopi nostri episcopi vestri Deuterij: Olim nobis notus est animus eius, Nobiscũ preces de hac re dño fudit, cum cõcilio vbi hoc illis q foris sunt promisimus & obtulimus. Iam de hac re subscriptiones nostræ retinentur. Nunquam.n. nos ita honorem nostrum fouemus, vt vnitati inuideamus. Minores sumus honore cum sumus maiores dilectione. Nouimus quemadmodum inuitanda sit infirmitas, vt ꝑficiatur vnitas. Nec ideo dicimus hęc fratres, quasi illi qui sub schismate remanserint, aliquam spẽ habeãt ad dominum. Multi.n. disputant parum in- A telligentes quid loquantur, & dicunt, Si schismatici sunt, si hæretici sunt, quare sic illos suscipiunt? Audite fratres mei, Si sic eos susciperemus, iam istũ susciperemus fratrẽ nostrum Emeritum, siue bonũ, siue malum, tñ fratrem. Quod ideo dico, quia & ipse nouit per prophetam nobis dictum esse, quod illis etiam in collatione diximus, Dicite, fratres nr̃i estis, his q vos oderũt. Oderũt nos, credimus finiendum esse quod odiunt. Tñ & quandiu odit frater, audit, donec finiatur odium, erit nomen in testimonium. Non ergo sic illos suscipimus vt sunt, Absit a no-

1. Co. 1.

bis. Nā hęretici sunt. Suscipimus aūt catholicos. Mutantur, suscipiuntur. Sed p̄p malū qđ habent, non in eis possumus perseq̄ bona q̄ agnoscimus. Malū. n. dissensionis schismatis, hæresis, malū suum habent. Bona vero quæ in illis agnoscimus, nō sunt sua, dñi nostri habent bona, ecclesię habēt bona. Baptismus non est ipsorum, sed Xp̄i: Inuocatio nominis dei super caput ipsorum qñ ordinantur episcopi, inuocatio ista dei est, nō Donati: Non eū suscipio ep̄m, si qñ est ordinatus, super caput eius Donatus est inuocatus. In errante & deserēte milite, crimen est desertoris, character aūt non est desertoris, sed Imp̄atoris. Sed frater noster nō deseruit vbi adhuc nunquā fuit. Siq̄dē in illo desertoris error est natus, qñ est a desertore signatus. Qui primo schisma fecit, qui se ab ecclesia catholica separauit, cum his quos secum traxit, desertor fuit. Cæteri a desertoribus signati sunt, nō tñ signo desertoris, sed signo Imperatoris, Non. n. desertor characterem suum fixit. Quid est qđ dico, desertor characterē suū non fixit? Donatus non baptizauit in noīe Donati. Nam si Donatus qñ schisma fecit, in noīe Donati baptizaret, desertoris characterem infigeret, ego qñ vocarem ad vnitatem si inuenirem desertoris characterē, exterminarem, delerem, abolerem, abijcerem, non approbarem, respuerē, anathematizarē, damnarem. Nunc vero ipse desertor characterem fixit Imperatoris sui. Deus & dñs noster Iesus Christus quærit desertorem, delet erroris crimen, sed non exterminat suum characterem. Ego quando venio ad fratrem meum & colligo errantem fratrem meum, attendo fidē in nomine patris & filij & spiritus sancti. Iste est character Imperatoris mei. De isto charactere militibus suis, vel potius comitibus suis, vt hunc imprimerent eis quos congregabant castris eius, præcepit dicens, Ite baptizate gētes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Istū characterem a domino dictū omnibus credentibus imprimendum, quia nouerat Paulus, expauescit ad eos qui volebant esse Pauli, & dicit eis, Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est? Quid vultis esse mei, & nō magis domini mei? Quid vultis esse mei, & nō potius cuius ego sum? Agnoscite aduertite characterem vestrum. Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Sic ergo eos colligim⁹, vt non sibi blandiantur illi quos non colligimus. Et ipsi colligantur, non inflentur: veniant, suscipiantur. Nō in eis odimus quod dei est: non odimus & ipsos, quia dei sunt. Et qđ hñt, dei est: dei sunt, q̄a homines sunt. Et omnis homo creatura dei est: dei est qđ habet nomē patris & filii & spiritus sancti. Baptismus trinitatis, dei est: dei est euangelium quod habent, dei est fides quā habēt. Et quid nō habent ait mihi aliquis, qui hæc habent? Tu dicis, Habent baptismum Christi. Dico, Tu dicis habent fidē Christi. Dico, Si ergo hęc habent, quid non hñt? Quid est baptismus? Sacr̄m. Audi Apostolum, Si sciero omnia sacr̄a. Multum est, scire omnia dei sacramenta. Quātacunq; sciamus sacr̄a, quis nouit dei omnia sacr̄a? Quid ait Apostolus? Si sciero oīa sacramenta, si habeam omnem prophetiam. Adde adhuc, Et omnē scientiam. Sed de fide dixeras. Audi adhuc, Si habeam omnem fidem. Difficile est habere omnem fidem, qūo difficile est nosse omnia sacr̄a. Et quid est quod dicit, omnē? Ita vt montes transferam, charitatē aūt non habeam, nihil sum. Intendite fratres, intendite obsecro vos Apostoli vocem, & videte quare cum tantis laboribus & periculis fratres nostros quæramus. Charitas eos quęrit de cordibus nostris. Propter fratres meos, & propinquos meos dicit Psalmus, loquebar pacem de te: ad sanctam Hierusalē loquēs. Videte ergo fratres mei quid dixit Apostolus, Si habuero omnia sacramenta, omnem sciētiam, prophetiam, fidem. Qualē fidem? Ita vt montes transferam, charitatem autē non habeam, nihil sum. Non dixit illa oīa nihil sunt: sed, si charitatem non habeā, nihil sum. Quis. n. demens diceret, nihil sunt dei sacramenta? Quis demens diceret, nihil est prophetia, nihil scientia, nihil fides? Nō illa nihil sunt, sed cum illa magna sint, ego magna habens si charitatem non habeam, nihil sum. Magna illa sūt, & magna habeo, & nihil sum si charitatem non habeo, per quā mihi prosint quæ magna sunt. Si enim non habeo charitatem, illa inesse possunt, prodesse non possunt. Attende ego frater, obsecro te. Dicis mihi, Quid me quæris?

Margin notes: B; C; Mat. 28.; 1. Co. 1.; D; 1. Co. 13; Psal.; E

ris? Rñdeo, Quia frater meus es. Rñdes mi
hi & dicis, Si perij, quid me quæris? Et ego
rñdeo, Si non perisses, non quærerẽ. Quid
me quæris dicis mihi, si perij, quid me q̃ris?
Cũ ego rñdeã, quæro quia peristi. Et quare
Luc. 5. quæro? Quo fructu quæro? Et aliq̃n dicatur
mihi, Frater tuus mortuus erat, & reuixit,
perierat & inuentus est. Rñdes & dicis mi
F hi. Sed hẽo sacr̃m. Habes, agnosco. Propter
hoc te quero. Magnam cãm addidisti, quare
te diligẽtius quærã, Ouis es .n. de grege dñi
mei, cũ signo errasti. Iõ quæro magis, quia
ipsum signũ habes. Quare unã ecclesiã nõ
possidemus? Vnum signum hẽmus, quare
in uno ouili nõ sumus? Iõ te quæro vt hoc
sacr̃m sit tibi in salutis adiutoriũ, non in dã
nationis testimoniũ. Nescis q̃a desertor de
charactere dãnatur, de quo militãs honora-
tur? Iõ te quæro ut nõ pereas cũ signo. Salu
tis .n. signũ est, si habeas salutẽ, si habeas cha
ritatẽ, hoc .n signum salutis extra tibi inesse
põt, prodesse nõ põt. Veni ut prosit tibi q̃d
habebas, nõ ut accipias q̃d habebas, sed vt
p̃desse tibi incipiat q̃d habebas, & accipias
q̃d nõ habebas. Habebas .n. signũ pacis, ipsã
pacem non habebas. In domo illa .i. in te di-
scordia habitabat, & in limine titulos pacis
figebat. Agnosco titulos, sed quæro habitã-
tem. Lego titulũ pacis, baptismũ in nomine
patris & filij & spũs sancti. Titulus pacis est,
lego. Quis habitat quæro, fratrem meũ attẽ
do, titulũ pacis agnosco. Ipsum & ego ha-
beo, intrare uolo. Quid est intrare uolo? Fra
trem me accipe, ut simul oremus patrẽ. Nõ
tecum oro. Tituli pacis sunt, & mihi discor-
dia p̃dicit? Planè laborabo adiuuante dño,
eiicere discordiã male possidentẽ, & intro-
ducere pacẽ tãquam legitimum possessorẽ.
Cum ergo discordiã excludo, pacẽ introdu
G co, titulos pacis quare depono? Dico plane
dño meo. O Christe qui es pax nostra, qui
fecisti utraq; unũ, fac nos unũ ut recte can-
Eph. 2. temus. Ecce quã bonum & quam iocũdum
Ps. 2. habitare fratres in unum. Introduc concor
diam, pelle discordiã, introduc te ipsum in
Luc. 3. titulos tuos. Tu mane. Non alter possideat,
& de tuis titulis fallat. Tu muta istũ contra-
dictorem, qui una hora in cruce mutasti la-
tronem. Et certe uideamus quid habes. Ha-
beo, inquit, sacramentum, habeo baptismũ.
Si dicã tibi, proba: ostendis quod acceperis;
dicis quid cõfessus fueris, dicis quid teneas.
Agnosco, non muto, nõ exufflo. Absit ut cũ
quæro salutẽ desertoris, faciã iniuriã Impe-
ratori. Ergo probasti mihi q̃d habeas sacr̃m,
exponendo sacr̃m, Probasti mihi te habere
fidẽ, proba mihi ꝙ habeas charitatem. Tene
unitatẽ, nolo mihi dicas, habeo charitatem.
Proba, unũ patrẽ habemus, simul oremus.
Quid tu dicis q̃n oras, rogo te; Pater noster *Matt. 6.*
qui es in cęlis, Deo gratias. Scd̃um magiste H
rium dñi nostri addidisti, qui es in cęlis. Sin
gulos .n. patres habebamus in terris, unum
simul in cęlis. Pater noster qui es in cęlis, ip
sum inuocans patrẽ. Pater noster unã coniu
gẽ uoluit habere. Qui ergo adoramus unũ
patrẽ, quare non agnoscimus unã matrem?
Si natũ te dicis de alia & de sinu alieno, ipsa
te peperit. Quod dixi, nõ oẽs intelligere po
tuistis. Nouimus per legitimas coniuges fa-
ctum esse, ut ẽt qui non de legitimis coniu-
gibus nascerentur, in eadẽ hæreditate socia
rentur, hoc uoluntas coniugis fecit. Nã His
mael exhæredatus est, ipsum Sara pepere-
rat, & si de utero alieno,. Sara pepererat
utero alieno, uoto suo Ipsa enim dixit, Vo-
lo enim de ista mihi filios facias. Et ideo fe- *Gen. 16.*
cit Abraham. Vxor .n. nõ habet potestatem *1. Co. 7.*
corporis sui, sed uir: Similiter uir non habet
potestatem corporis sui, sed mulier. Nam fi-
lius esset, si non superbisset. Superbus est ex
hæredatus Hismael. Erexit .n. ancilla ceruic-
cẽ, ut diceret, Eiice ancillã & filiũ eius, non *Gen. 21.*
.n. hæres erit filius ancillæ, cum filio meo
Isaac. Nam uis nosse quid ualeat pax, quid
ualeat concordia, quid ualeat humilitas, &
quid impediat superbia? Hismaelem exhæ-
redauit, Filios autem ancillarum de Iacob,
quia & illi ut nascerentur cõiugia iusta uo- I
luerunt, filios ergo ancillarũ de Iacob noui
mus in unam hæreditatẽ aduocatos. Simul
numerati sunt omnes Patriarchæ duode-
cim, Nullum ab altero uteri diuersitas se-
parauit, quia omnes charitas sociauit. Quid
interest ubi baptismum acceperis? Baptis-
mus meus est, dicit tibi Sara, Baptismus
meus est, dicit tibi Rachel. Noli superbire,
ueni ad hæreditatem, Maxime quia ipsa hę-
reditas non est illa terra, quæ data est filiis
Iacob. Filiis Israel data est terra. Quan-

to a plurib.posidebatur,tanto plus angustabatur. Hæreditas nr̃a pax vocat̃. Testm̃ lego, Pacē meā do uobis,pacē meā relinquo vobis. Simul teneamus, qđ diuidi nō pōt. Nō eā angustat numerosus possessor quanticūque uenerint,sicut ꝓmissum est. Sic erit semē tuū tanquā stellæ cœli, & sicut arena q̄ est ad labiū maris. In semine tuo bn̄dicētur oēs gentes. Et vidi,inq̄t,in Apoca. multos in stolis albis,& habētes palmas, quos numerare nemo pōt. Veniētes ex oībus gentibus ueniāt,pacē teneant. Angusta nō fit nr̃a'possessio. Angustias nō facit,nisi sola dissensio. Ecce fratres mei, ut angustias adhuc patiamur,dissensio facit fratris nostri. Cōsentiat ī pace, & facta est latitudo. Sed q̄d faciam, nisi fraternā infirmitatē feramus,& nō deficiamus? Sudor iste meus, credimus qđ erit fructuosus. Dn̄s Deus nr̄,qui uoluit ut ueniremus ad uos,q̄ iussit,ut eū quæreremus, qui fecit, ut eū interim facietenus inuenire mus, adiutos orationib. uestris faciet nos inuenire cor eius, lætari de ꝯcordia eius, gratias agere Deo de salute eius, q̄ non pōt habere,nisi ī ecclesia catholica. Extra ecclesiā catholicā totū pōt præter salutē. Pōt habere honorē,pōt habere sacr̄m,pōt cātare halleluia, pōt rn̄dere amē, pōt euangeliū tenere, pōt in nomine Patris & filij & sp̄us sancti fidē,& habere, & ꝑdicare,sed nusquā nisi in ecclesia catholica salutem poterit inuenire. Transeunt.n.oīa ista fratres mei. Mō putat, quia magnus erit apud suos si non consenserit, & dictus fuerit martyr partis Donati. Absit,tollatur in nomine Dn̄i de corde eius iste typhus. Nouit & ipse,legit & ipse, si tradidero corpus meū, ut ardeā, charitatē aūt nō habeā, nihil mihi prodest: Ego nō dico, si aliquas iniurias quasi iactet se passum esse pro parte Donati,aut aliqua damna terrena, nihil ei prodest. Ego plus dico,si patiat̃ foris inimicū Christi, non catholicū fratrem suū quærentē salutē eius,sed inimicū Xp̄i si foris patiatur, & dicat ei foras ab ecclesia Xp̄i,inimicus Christi,Pone thus idolis,adora Deos meos,& non adorans occidatur ab inimico Christi, sanguinem fundere pōt, coronam accipere non potest. Ipsi nouerūt q̄n in collatione nostra fuerunt,quam Charthagine habuimus, qūo confessi sunt, quia parentes eorū fecerunt persecutionē Cæciliano ep̄o. Tunc a catholico discordantes, schisma fecerunt, persecuti sunt illū parētes ipsorum,i. primi, qui fecerūt partē Donati, persecuti sunt Cæcilianū, perduxerunt illū persequendo vsq; ad iudiciū Impera. Miserūt crimina ipsius Imperatori,quæ vera nō existebant. Iussit audire cām Impera. Audita est apud Ep̄os, falsa illa crimina inuenta sunt,absolutus est Cæcilianus. Nec illi a persequendo destiterunt, sed Imperatorē sæpe interpellarunt, ubi postea iudicē cāæ cōstituerunt. Et ipse inter partes audiuit,& cognouit. Cognouit Impera. innocentē Cæcilianū iudicauit: Et cū hoc obiiceremus, cōtenderunt nobiscū,& dixerunt, quia Cæcilianū damnarit Impera. in exilium. Qđ falsum est. Sed tn̄ videte quid dixerunt. Quia persequētibus maiorib. suis adductus est ad Imperatorem Cæcilianus,& missus in exiliū. Gesta legimus, ꝑsecutiones ipsius sunt, manus ipsius tenentur subscribentes uerbis suis, intēdite obsecro uos, diiudicare modo cām nostram. Certe persecuti sunt maiores sui Cæcilianum,certe ad Imperatorē perduxerunt, certe ut dānaretur fecerūt. Nolo dicere,quia nō est dānatus, nolo dicere,quia innocens est pronūciatus. Sed hoc fit quod dicunt. Q̄n eum persequebantur,q̄n dānari fecerunt,tūc quid erat Cæcilianus? Q̄n persecutionē patiebatur a maiorib. istorū,quid erat? Dicat̃ mihi: q̄d erat? Christianus erat? catholicus? aut quid erat? Non dicunt, non erat catholicus, sed criminosus. Possunt ergo pati persecutionē a sanctis homines criminosi? Prorsus hoc accipiamus. Criminosus erat Cæcilianus, q̄ persecutionē patiebatur. Sic.n. non dico mētiebantur,sed fallebātur,ut & nos illis cōsentiamus. Criminosus erat. Quid faciebāt? quid erant? Quod uis elige, Si iniqui erant,defere iniquos, veni ad nos. Si aūt sancti erant, pōt ergo fieri, ut sancti persequātur iniustum. Noli nobis irasci, si persequimur, noli dicere, iniusti estis,qui persequimini. Iam.n. ostendistis, quia fieri potest, ut & iusti persequantur iniustum. Fieri potest, aut non potest? Vnum de duobus dicatur mihi. Si fieri non pōt,quare uestri persecuti sunt Cæcilianum? Si aūt fieri potest,quid miraris? Quid laudas pęnam,

& non

& non ondis causam? Beati, ait dns, qui pse cutionem patiuntur, Adde pp iustitiam. Et separasti latrones, separasti maleficos, separasti adulteros, separasti impios, separasti sacrilegos, separasti hæreticos. Tales persecutioné patiuntur, sed non pp iustitiam. Et tñ qualem persecutioné patitur frater nr qui adductus est ad nos? Ipsa est persecutio gloriosior. De illa prorsus profiteor. Reprehendat qui vult talem persecutioné profiteor. Psalmum lego, Detrahentem proximo suo occulte hunc persequebar. Si rectè psequor occultè proximo detrahentem, non rectius persequor Dei ecclesiã publice blasphemãté, qñ dicit, non est ipsa: qñ dicit, nostra est, quæ in parte est: qñ dicit, illa meretrix est? Ergo blasphemanté ecclesiã nõ persequar? Persequar plane, qa mẽbrum sum ecclesiæ: persequar planè, qa filius sum ecclesiæ. Ipsius uoce ecclesiæ vtor, ipsa ecclesia per me dicit in psal. Persequar inimicos meos & cõpræhendam illos, & non conuertar donec deficiant. Deficiant in malo, proficiãt in bonum. Fratres, ne putetis aliquid nouũ factũ esse fratri nostro. Pars Donati qñ præualebat Constantiæ laicũ nostrũ cathecumenũ, natũ de parentibus catholicis, Petilianus tenuit, vim fecit nolenti, scrutatus est fugienté, inuenit latenté, extraxit pauenté, baptizauit trementé, ordinauit nolenté. Ecce qualé violentiã fecit in nostro. Rapuit ille ad morté, nos non trahimus ad salutẽ? Hæc locutus sum charitati uestre, pp illud quod dixistis, aut hic, aut nusq̃. Hoc.n. & nos volumus, ut hic hic, sed in unitate in pace, hic hic, sed in charitatis societate, Tũc bene hic. Nam melius nusquam q̃ hic. Sed præstet dñs, vt hic potius, q̃ nusquam. Si non hic, absit vt non alibi: absit hic, aut alibi. Audistis, audiuit. Quid in eius animo deus egerit, ipse nouit. Nos.n. tm̃ auré forinsecus percutimus, ille nouit intus [illegible] ille intus prædicat pacé, nec cessat prædicare si audiat. Aderit mĩa eius, adiuuantibus orationibus uestris, vt sit fructuosus labor nr. Tñ si hodie cõicare noluerit q̃uis fatigari non debeamus, sed instare quãtum possumus debeamus, nec sic tñ fatigari debemus. Differri possumus, auferre instantiam nostram nec possumus nec debemus. Aderit ille qui huc illum ad nos perduxit, ut nos faciat cum illo in unitate vobiscum & in sua pace gaudere.

Concionis Augustini super gestis cum Emerito Donatist. Episcopi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo, Liber unus.

Gloriosissimis Impatoribus, Honorio duodecimo, & Theodosio octauo consulibus, duodecimo calendas Octobris. Cęsariæ in ecclesia maiori, cũ Deuterius Eps Metropolitanus Cæsariensis, una cũ Alipio Tagastensi, Augustino Hipponensi, Possidio Calamẽsi, Rustico Cartentiano, Palladio Tigabitano, & cęteris epis, in exedrã processissent, præsentibus presbyteris & diaconibus, & uniuerso clero, ac frequentissima plebe adesset et Emeritus partis Donati Eps, Augustinus Eps ecclesiæ catholicæ dixit, Fratres charissimi, qui ab initio catholici fuistis, & quicunq; ad catholicam ex Donatistarũ errore venistis, & pacé huius S. Ecclesiæ catholicæ cognouistis & ueraci corde tenuistis, & qui adhuc forte de catholicæ unitatis ueritate dubitatis, audite nos solicitos pura dilectione pro uobis. Qñ uenit ad hanc ciuitaté die nudiustertiana frater nr Emeritus, Donatistarum adhuc eps, perlatum est ad nos subito eũ esse præsentem. Et qm̃ charitate, quã deus uidet, desiderabamus eius præsentiã, ad eum uidendũ continuo conuolauimus, inuenimus eum stanté in platea. Facta inuicem salutatione admonuimus, q̧ durũ esset ac turpe eũ in platea remanere, ut ad ecclesiam nobiscũ ueniret. At ille nobis sine ulla recusatione consensit, ubi nos putauimus eum ita cõionem catholicam non recusaturum, queãdmodum uel spontaneum obtulit aduẽtum, uel ad ecclesiã uenire minime dubitauit. Illo auté in peruersitate hęretica q̃uis intra ecclesiam catholicam diutius remorante, allocutus sum dilectionem uestrã, sicut meminisse dignamini, Multa dixi, quæ

quæ audiſtis, & quæ ſine dubio quantũ poteſtis etiam meminiſtis. Multa de pace, multa de charitate, multa de ſanctæ eccleſiæ, q̃ deus promiſit & præſtitit, unitate. In quo meo ſermone & uos alloquebar, & illũ exhortabar, & quantũ in me poterant viſcera charitatis, oẽs in periculo aĩæ ſuæ conſtitutos in illo meo ſermone parturiebam & parere dño cupiebam, Hoc.n.& B.Paulus Apoſtolus dixit quibuſdam, Filioli mei, quos iterum parturio donec Chriſtus formetur in uobis. Sed ẽt poſt ſermonem noſtrum cum adhuc in illa ſua perduraret pertinacia, nec ſic deſperandũ putauimus, ſed nec de quoquã quandiu uiuit in hoc corpore hoĩe deſperandum putamus. Neque.n.ſic dixi nudiuſtertius me non deſperaſſe, ut hodie audeam deſperare. Sed ad hunc articulũ cauſa perducta eſt, ut qm̃ uenit, & quantũ cognouimus, ſponte uenit, nõ ſit huic eccleſiæ infructuoſus eius aduentus. Aut.n.quod magis optamus & cupimus ẽt de illius ſalute vobiſcũ in catholica pace gaudebimus, aut ſi, qđ abominamur & deteſtamur, ipſe in illa pertinacia perdurauerit, debetis uos eius præſentia melius noſſe q̃d interſit inter catholicam pacem & hereticam diſſenſionẽ, Partis.n.Donati eps̃ eſt, ſed a Donatiſtis huius ciuitatis ordinatus. Quos Donatiſtas in noĩe Chriſti in gremiũ catholicum iam magna ex parte ſuſcepimus, ita ut penè omnes cõioni catholicæ ſociatos eſſe gaudeamus. Sed qm̃ & qui iam cõicauerunt, non quidem uniuerſi, ſed quidam uidentur de ipſa, ut pauloante dixi, catholica ueritate dubitare, quidam uero non ſaltẽ dubitant, ſed adhuc corde poſiti in parte Donati, præſentiã nobis exhibẽt corporalem, ſiue uiri ſiue fœmine, carne intus, ſpiritu foris, bonum eſſe æſtimamus ep̃m ipſorum interrogare, ut ſi habet aliquid quod pro ipſa parte adhuc dicat, poſt factam apud Carthaginem oĩbus notam collationẽ, ſi habet aliquid quod adhuc dicat, dicat ſine præiudicio partis Donati, quod tñ prodeſſe exiſtimet uobis, in quorum ciuitate pro veſtra in Chriſto ſalute ſe exiſtimat ordinatũ, & nos rñdebimus ſine præiudicio catholicæ, qm̃ modo nullus partes defenſionis impoſuit: quod tñ, ſicut exiſtimamus & uolumus, prodeſſe uobis poſſit præſentibus cõtra præſentẽ, ut ſi ſeductus eſt, nõ ſeducat: ſi aũt nos ſeducebamus ipſo præſente qui foris fortaſſe multa iactitat arguamur, refellamur, conuincamur, doceamur. Hoc ꝓpea dixi, ne ideo loq̃ nolit, q̃a põt dicere, nullas mihi mõ pars mea partes defenſionis impoſuit. Non.n.poſt ipſam collationẽ nõ loquebat̃, aut poſt illã collationẽ non ad iſtã ciuitatẽ uenit, aut de iſta prouincia aliqñ diſceſſit, aut credimus eum oĩno poſt illã collationẽ nulli homini uerbũ pro parte Donati feciſſe. Noui q̃ uobis dicebant̃, eos alloquor, q̃ ex ipſa parte ueniſtis, noui q̃d dicebat̃ uobis, nos cognitoris emiſſe ſñiam. Noui dictũ eſſe uobis, ꝙ ille fuerit cõionis noſtræ, & ꝓpea iſtos loqui oĩa quæ uellent minime permiſit, & eos poteſtate potius oppreſſit, q̃ probitate, qđ loquebantur non accepit. Iſta oĩa iactata ſunt poſt collationẽ, ſiue ab ipſo, ſiue ab hoĩbus cõionis illius. Quid intereſt a quo uos perturbemini, quos volumus in catholica pace eſſe trãquillos? Si abſens eſſet, dicerẽ de illo uobis, Qui aũt conturbat uos, portabit iudiciũ quicunq; eſt ille: Hæc.n.q̃ dixi b.Pauli uerba ſunt aduerſus abſentes, a q̃b.ſimplices turbabant̃: Nũc aũt pñs eſt, modo nobis dignet̃ dicere quare aduenerit. Fr̃ Emerite, pñs es collationibus interfuiſti, ſi uictus es, quare ueniſti? Si aũt te uictum eſſe non putas, loquere unde tibi uictor eſſe uidearis. Tunc.n.uictus es, ſi ueritate uictus es. Si aũt uideris uictus ptãte, & uiciſti ueritate, non eſt hic ptãs qua uictus uideris. Audiant ciues tui, unde te uictorem præſumis eſſe. At ſi noſti aduerſus te uictricem fuiſſe ueritatem, q̃d adhuc reſpuis unitatem? Emeritus ep̃s partis Donati, dixit, Geſta indicant, ſi uictus ſum, aut uici. Si ueritate uictus ſum, aut poteſtate oppreſſus ſum. Auguſtinus epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit. Quare ergo ueniſti? Emeritus epiſcopus partis Donati dixit, Vt hoc dicerem quod requiris. Auguſtinus Epiſcopus eccleſiæ catholicæ dixit, Requiro, quare ueneris, hoc nõ quærerẽ, ſi non ueniſſes. Emeritus ep̃s partis Donati dixit notario qui excipiebat, Fac, Cũq; reticeret, Auguſtinus ep̃s eccleſiæ catholicę dixit, Si ergo ſub ueritate tacuiſti, non ſine cauſa ueniſti, niſi quia iſtos decipere uoluiſti.

Galat. 4.

Gal. 5.

luisti. Cumq; diu reticeret, Augustinus episcopus ecclesię catholicæ dixit, Videtis fr̃es diu tacentẽ, moneo vt optetis resipiscentẽ, obsecro ne sequamini ꝑeuntẽ. Veruntamẽ, qm̃ cum gesta cõmunionis nr̃ę commemorauit, vbi apparere posse dixit, vtrũ veritate sit victus, an potestate oppressus, multa sũt ꝗdem, vbi suꝑfluis & moratoris ꝓsecutionibus gesta cumularũt, nihil aliud magnis viribus agẽtes, nisi vt nihil agerẽt. Sed dño ꝑ̃sidente, & cãm suã agente, ventũ est quo noluerũt. Dicta cã atq; definita ẽ. Sed si oĩa gesta vobis legere velimus, quanquã ꝑ̃sentibus vobis fratrẽ & coepiscopũ meũ Deuteriũ obstringo, vt quemadmodum fit apud Carthaginẽ, apud Tagastẽ, apud Cõstantinã apud Hipponẽ, apud oẽs diligẽtes ecclesias, sic ẽt deinceps facere nõ pigrescat. Vt annis oĩbus per ieiuniorũ dies, i., quadragesima ante pascha, qñ vobis maxime ieiunãtibus plus vacat audire, eadẽ gesta collationis ꝑ annos singulos, vniuersa a capite in finẽ ex ordine recitẽtur. Tñ vt dicere cœperam, ꝗa non oĩa vobis mõ legere possumus dignamini prius audire ante collationẽ, quas literas dederimus ad cognitorẽ, vbi ꝓmisimus, vel quemadmodũ suscipi vellemus si victi fuissemus, vel quemadmodũ eos susciperemus si vinceremus, vt videretur nõ in cõtẽtione, sed ĩ humilitate esse victoria. Alipius Episcopus ecclesiæ catholicæ epistolã recitauit: Honorabili ac dilectissimo filio viro clarissimo & spectabili, tribuno & notario Marcellino, Aurelius Siluanus, & vniuersi episcopi catholici. Dicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collationis tranꝗllitati quietiq; seruandæ, & veritati manifestandę & muniendæ cõsultũ est, in omnibus nos cõsentire, sicut admonere dignatus es, ꝑ has intimamꝰ illa ẽt veritate cõfisi, nos vinculo conditionis obstringimus, vt si nobis hoc cũ ꝗbus agimus demonstrare potuerint, cum scd̃m dei ꝓmissa populi Christiani vsquequaq; crescẽdo, iã magnã partẽ orbis implessent, & in cæterã dilatarent implendã, subito ecclesiã Xp̃i nescio quorũ, quos isti accusant peccatorũ perisse cõtagione, & in sola remãsisse parte Donati, Si hoc vt dictũ est demõstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopatus reꝗremus, sed eorũ sequemur ꝓ sola salute cõsiliũ ꝗbus tanti gratiã beneficij ꝓ cognita ueritate debebimus. Si ãt nos potius valuerimus ostendere, ecclesiã Xp̃i omniũ, non solũ Aphricanarũ, verũetiã trãsmarinarũ ꝓuinciarum, multarũ gẽtiũ spatia, feracissima populorũ copia iã tenẽtẽ, & sicut scriptum est, toto mũdo fructificantẽ atq; crescẽtem, nullorum hominum sibi cõmixtorum peccatis perire potuisse: Si denique ipsorũ, ꝗ tunc accusare voluerunt potius q̃ cõuincere ualuerũt q̃stionẽ definitã, quamuis nõ in eis ecclesia cõsistat, & Cæcilianũ innocentẽ, illos aũt violentos & calũniosos esse iudicatos ab eo Imꝑatore, ad cuius examen criminationes suas vltro accusando miserunt. Postremo si ꝗd de peccatis quorumlibet hominũ dixerint, vel humanis documẽtis, vel diuinis ꝓbauerimus, aut eorum innocentiã falsis criminibus appetitã, aut Xp̃i ecclesiã cuius cõmunioni cohæremus, nullis eorum delictis esse destructã, sic eius nobiscũ teneant vnitatem, ut nõ solũ viam salutis inueniant, sed nec honorem Episcopatus amittant. Neq; .n. in eis diuinæ sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris. Quibus sublatis, fraternũ pectus complectemur Christiana nobis charitate cõiunctum, ꝗd̃ nunc dolemus dissensione diabolica separatum. Poterit ꝗppe unusquisq; nostrum honoris sibi socio copulato vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo iuxta considentẽ collegam hoc cum alternis basilicis vtrunq; conceditur, utroque alterum cum honore mutuo præueniente: quia ubi præceptio charitatis dilatauerit corda, possessio pacis nõ fit angusta, vt uno eorũ defuncto, deinceps iã singulis singuli pristino more succedãt. Nec nouum aliꝗd fiet. Nã hoc ex ipsius separationis exordio in eis, qui damnato nefariæ discissionis errore vnitatis dulcedinẽ uel sero sapuerunt, catholica dilectio custodiuit. Aut si forte populi Christiani singulis delectantur episcopis, & duorum consortium inusitata rerũ facie tolerare nõ possunt, vtrique de medio discedamus, & ecclesijs singulis, dãnata schismatis causa in unitate pacifica constitutis, ab his singulis in ecclesijs singulis annuentibus unitati factæ, per loca necessaria singuli constituãtur Episcopi.

Et cũ legeret. Auguſtinus Epiſcopus dixit.
Dicã charitati vr̃æ,& cõmemorẽ rẽ dulciſ-
ſimã & ſuauiſſimam, quã dño adiuuante ſu
mus experti: Cũ ante ipsã collationẽ inter
nos aliꝗ fr̃es de hac re colloqueremur, ꝗa
ꝓ pace Xp̃i Ep̃i debent eſſe, aut debẽt non
eſſe, qđ uobis fatendũ eſt, circũſpiciẽtes oẽs
fr̃es & coepiſcopos noſtros, nõ facile nobis
occurrebãt, ꝗ hoc uellẽt ſuſcipere,& de hac
humilitate dño ſacrificare, dicebamus ut fie
ri ſolet: ille p̃t, ille nõ põt, ille cõſentit hoc,
ille nõ tolerat: loquẽtes magis ꝓ ſuſpitioni
bus noſtris, ꝗ corda illorum uidere minime
poteramus. Qñ aũt uẽtũ eſt ut hoc palã fie-
ret, in cõcilio uniuerſorũ tã frequenti pene
trecẽtorũ Ep̃orũ, ſic placuit oĩbus, ſic exarſe
runt oẽs, ut parati eſſent Epiſcopatum pro
Xp̃i unitate de ponere,& nõ ꝑdere, ſed deo
tutius cõmendare. Duo ibi uix inuẽti ſunt,
ꝗbus diſpliceret. Vnus annoſus ſenex, qui
hoc ẽt dicere liberiꝰ auſus eſt, alter uolũta-
tẽ ſuã tacito vultu ſignificauit. Sed poſtea-
quã illũ ſenẽ liberius hoc dicẽtẽ obruit om

B niũ fraterna correptio, illo mutãte ſentẽtiã,
vultũ ẽt ille mutauit. Audite ergo ꝗbus mo

Luc. 14. dis ẽt ipſa exhortatio facta ẽ, ꝑꝑ illũ ꝗ ait,
Qui ſe humiliat exaltabit̃. Itẽ legit, Quid
.n. dubitemus redẽptori nr̃o ſacrificiũ iſtius
humilitatis offerre? An uero ille de cœlis in
humana mẽbra deſcendit, ut mẽbra eius eſ
ſemus,& nos ne ipſa eius mẽbra crudeli di
uiſione laniẽtur, de cathedris deſcẽdere for
midamus? Propter nos nihil ſufficientius, ꝗ̃
Chriſtiani fideles & obedientes ſimus. Hoc
ergo ſemꝑ ſumus. Epiſcopi ãt ꝑꝑ Chriſtia
nos populos ordinamur. Quod ergo Chri-
ſtianis populis ad Chriſtianam pacem pro-
deſt, hoc de noſtro Epiſcopatu faciamus.

Auguſtinus Epiſcopus dixit, Propter uos
hoc debemus eſſe quod uos. Quid debes eſ
ſe tu, cuicunq; loquor ueſtrũ? Chriſtianus
fidelis, obediens hoc tu ꝑꝑ te, hoc & ego ꝓ
pter me. Ergo quod tu ꝑꝑ te,& ego propter
me, ſemper eſſe debemus. Quod autem sũ
ꝑꝑ te, ſim, ſi tibi prodeſt, non ſim ſi tibi o-
beſt. Ecce quod dictum eſt, attendite.

Itẽ legit, Si ſerui vtiles ſumus, cur domi-
ni æternis lucris ꝓ noſtris temporalibus ſu
blimitatibus inuidemus? Epiſcopalis digni-
tas fructuoſior nobis erit, ſi gregem Chriſti
depoſita magis collegerit, ꝗ̃ retenta diſper- C
ſerit. Cumq; recitaret. Auguſtinus Epiſco-
pus dixit, Fratres mei, ſi dñm cogitamus, lo
cus iſte altior ſpecula vinitoris eſt, non faſti
gium ſuperbiẽtis. Si cũ uolo retinere Epiſco
patum meũ, diſpergo gregem Xp̃i, q̃uo eſt
damnũ gregis, honor paſtoris? Itẽ legit, Nã
qua frõte in futuro ſeculo ꝓmiſſum a Xp̃o
ſperabimus honorem, ſi chriſtianã in hoc
ſeculo noſter honor impedit unitatẽ? Hæc
ꝓpterea præſtantię tuæ ſcribẽda curauimus
& ut ꝑ te innoteſcant omnibus poſtulamꝰ,
vt in adiutorio dñi dei noſtri, quo admonẽ-
te iſta ꝓmittimus,& quo adiuuãte nos im-
plere poſſe confidimus, ẽt ante collationẽ ſi
fieri põt, corda hominũ uel infirma, uel du
ra, pia charitas aut ſanet, aut edomet ſic iam
pacificis mẽtibus nõ reſiſtamus manifeſtiſ-
ſimæ ueritati,& diſputationẽ noſtrã, uel p̃-
cedamus cõcordia, uel ſequamur. Neque .n.
deſperare debemus, ſi recolũt eſſe pacificos
beatos, qm̃ ipſi filij dei vocabuntur, multo
dignius & facilius eos velle, ut pars Donati
vniuerſo orbi chriſtiano recõcilietur, ꝗ̃ vni D
uerſus orbis Chriſtianus a parte Donati re
baptizetur, cum pręſertim de Maximiniani
ſacrilego & damnato ſchiſmate uenientes,
quos ẽt terrenarũ poteſtatũ iuſſionibus in
ſectãdo emendare curarunt, tanta diligẽtia
q̃ſierunt, ut nec baptiſmũ ab eis datum re-
ſcindere auderent,& quoſdã eorum dãna-
tos ſine ulla honoris diminutione ſuſcipe-
rẽt, quoſdã uero in illius diſciſſionis ſocie-
tate impollutos eſſe cẽſerent. Quorũ inter
ſe cõcordiæ nõ inuidemus, Sed eos opor-
tet aduertere ꝗ̃ pie ramũ a ſe fractum tanto
ſtudio radix catholica inꝗrit, ſi ramus ipſe ſi
militer a ſe paruũ fragmẽ incisũ ſic collige
re laborauit. Et alia manu. Optamus te fili
in dño bene valere. Quo recitato Auguſti-
nus Epiſcopus dixit, Audite ꝗ neſcitis, audi
te obſecro uos. Deo gratias, ꝗa ipſo præsẽte
loquor. Cauſam iſtã Maximinianiſtarum,
quam volo modo vobis exponere, vbi om
nium calumniarum ſuarum tanꝗ̃ malarũ
merciũ nauẽ fregerunt, cãm ergo iſtã Ma-
ximianiſtarũ cũ totiens obieciſſemus in no
ſtra collatione, mihi aduerſus eã dicere po-
tuerũt: id eſt, aduerſus obiectionẽ nr̃am to-
tiens inſertã, totiens repetitã, totiens eorũ
frontibus

frótib. illisam, nihil oĩno rñdere potuerũt, qa qđ rñderẽt nõ inuenerũt. Audite ergo illã dil igẽter. Ecce hic eſt, audit me, ſi mẽtior redarguat, ꝓbare me cõpellat. Geſta quidẽ ipſa hic nõ ſunt, ſed ibi ſit cã. Feramus quaſlibet dilationes, ut ad documenta neceſſaria ueniamus, ſi probauero qđ dico. Si tñ inde dubitat, aut qđ abſit dubitare ſe fingit, quod pace eius dixerim, non cõicet, ſi non probauero: ſi aũt ſcitiã me uerum dicere, & nouit

E ꝓpea rñdere noluiſſe, quia ꝗ rñderet nõ potuit inuenire, rogo uos ut ipſi iudicetis, ꝗd ſit tolerabilius in honore ſuo ſuſcipere a ſe damnatũ, an fratrẽ agnoſcere non aliqñ a ſe cõuictum. Intẽdite obſecro, audite narrationẽ. Maximinian⁹ ꝗdã diaconus fuit Carthaginẽſis, in parte Donati, ſiue merito ſuperbiæ ſuæ, ſiue ut ipſi putant merito iuſtitiæ ſuæ, offendit Ep̃um ſuum. i. Primianũ Charthaginẽſem, ſiue inique, ſi ſuperb. meliorẽ, ſiue iuſte, ſi probus improbiorẽ. Excõicatus eſt a Primiano, perrexit ad Ep̃os vicinos, cõcitauit inuidiã Primiano, accuſauit eũ apud illos. Ventũ eſt ad Carthaginẽ. Voluerũt ꝗ uenerunt multi ep̃i Donatiſtæ, ad ſe uenire Primianũ, ſicut uoluerunt maiores iſtorum ad ſe uenire Cęcilianum. Factione cognita, noluit ad iſtos uenire Primianus, ſicut ad illos noluit uenire Cæcilian⁹. Dãnatus eſt ab iſtis abſens Primianus, ſicut ab illis dãnatus eſt abſens Cæcilianus. Qualẽ imaginẽ rerũ uoluit deus ante oculos nr̃os recẽti tꝑe ponere, qm̃ nimis antiquã iã delebat obliuio. Damnatus eſt abſẽs. Ab aliis ep̃is partis Donati, Primianus cõioni eſt reſtitutus, immo qa eũ non depoſuerũt, in ſua ſede firmatus eſt. Damnati ſunt Maximinianiſtæ, ſicut à peregrinis ep̃is & trãſmarinis abſoluto Cęciliano meruit damnari Donatus. Damnat⁹ eſt Maximinianus cũ 12. ordinatorib. ſuis. factio quidẽ ipſa plurimos continebat, cẽtũ erant fortaſsis ep̃i. Sed ne maior præciſio fieret, iſti noluerunt paucis deiectis, multis imponere diſciplinã. Damnauerunt ſolos ꝗ

F affuerunt ordinationi Maximiniani, qñ ꝯ ep̃m ſuum illicite eſt eleuatus ep̃s, Cæteri in ipſa factione conſtituti, ſi redire ad eccleſiã uellent, in ſuis permitterentur honorib. Verbis quidẽ ſuis oſtendebant, eos foris eſſe ab eccleſia. Quem. n. hortaris ut intret, foris eſt. Cõſtituto ergo die, intra quẽ diẽ ſi redirent nihil eis obeſſent quæ aduerſus Primianũ dicebantur, decreto Bagaienſi firmarũt. Damnatus eſt Maximinianus cũ 22 Cœpit agi, ut dãnati de baſilicis pellerentur. Interpellãtur iudices, interpellantur procõſules, in iudiciũ allegatur ep̃ale Bagaienſe conciliũ. Dicunt̃ hr̃tici, demonſtrantur damnati,

G impetrãtur iuſsiones, auxilia cõgregantur, uenitur ad eiiciendos de baſilicis homines dãnatos & in ſua pertinacia cõſtitutos. Illis condẽnatis, populi qui fauebant reſtiterunt. Vbi non potuerunt, uicti ſunt. In locũ eorũ qui uicti ſunt & expulſi, alij ordinati ſunt. Ex quib. duos nouimus, ut de cæteris taceamus, unũ Felicianũ, alterũ Prętexatũ Aſſuritanũ. Quos poſt annos 2. aut tres, per Optatũ Gildonianũ poſt multas illis illatas perſecutiones, iudiciariis perſecutionib. & tota acrimonia poteſtatũ, in ſuis honorib. ſuſceperũt. Poſt damnationẽ ſuã, poſt eiectionẽ, poſt perſecutiones ſuſceperunt illos in honorib. ſuis, adiunxerũt ſibi ſocios atq; collegas. Nã in loco unius ipſorũ Prętexati Aſſuritani, aliũ iã ordinauerunt nomine Rogatũ, qui mõ catholicus eſt, cui exercitus iſtorũ, i. agmen Circumcellionum, linguam & manũ præcidit. Illi aũt ꝗ per ipſum tp̃s quo illi damnati foris erãt ferme per triẽniũ baptizati ſunt a damnatis, baptizati ſunt foris ab eccleſia iſtorũ, ſic ſunt ſuſcepti, Nemo dixit, nõ hẽs baptiſmũ, qa foris es baptizatus, & rebaptizat̃ ꝗ uenit de epheſo, de Smyrna, de Theſſalonica, de cæteris eccleſijs quas ſuo labore Apoſt. plantauerũt, & ad quas legimus miſſas Apoſtolorum Epiſtolas, quas audimus in eccleſia recitari. Sñia tenetur, Et quantum audiuimus ab ipſo fratre nr̃o, quem deus faciat pacatum fratrem noſtrũ, ab iſto Emerito eſt dictata ſñia vbi illi dam-

H nati ſunt. Legatur ipſa ſñia ubi illi damnati ſunt, & legatur ſententia ubi Cæcilianum damnauerũt maiores iſtorum, & uideamus qui rei peiores facti ſunt, qui grauiore ſententia puniti, qui ſtrepitu maiore damnati. Ibi dixit. Licet. n. uiperei ſeminis noxios partus uenenati uteri alueus diu texerit, & cõcepti ſceleris, ut aqualiculus in aſpidum mẽbra, tardo ſe calore euaporauerit, tamen conceptũ uirtus euaneſcẽte umbraculo oc-

Contra Creſconiũ. l. 4. cap. 2.

cultari

cultari non potuit. Nam etsi fero, publicũ tñ parricidiũ, facinus suũ fęta scelerũ uota peperunt. Qđ añ pdictũ ẽ, Parturiit iniustitiã pcepit dolorẽ, & pepit iniqtatẽ. Sed qm̃ serenũ iã fulget è nubilo, nec est cõfusa criminũ sylua cũ ad plenũ designata sũt noĩa, indulgẽtię.n.añ hac fuerat, dũ clemẽtiæ dimittimus lineã, inuenit cã quos puniat. Et inter cætera, Loquamur charissimi frẽs schismatis cãs, qa iã nõ possumus tacere psonas Maximinianũ fidei æmulũ, ueritatis adulterũ, ecclesiæ m̃ris inimicũ, Dathã, Chore & Abirõ ministrũ. Hæc uerba sũt partis Donati in Maximinianistas, isto ut audiuimus dictãte plata. Scitis ãt q̃ fint Dathã Chore & Abirõ. Ipsi primo schisma fecerũt, q̃b. pęna usitata nõ sufficit, uiuos aperta terra deuorauit Dathã Chore & Abiron ministrũ. Verba ipsius sunt. De pacis gremio sniæ fulmẽ excussit. Audite adhuc, Et φ adhuc eũ, inqt, dehiscẽs terra nõ absorbuit, ad maius iudiciũ superis reseruauit. Raptus.n. sui cõpendio lucrauerat funeris usuras, nũc grauioris colligit fœnoris cũ mortuus interest uiuis. Verba sunt ipsius Maximinianũ dãnãtis uel potius ut ipse dicit, ore ueridico fulminãtis: Et tñ collecti sũt aspides, uiperæ, parricidæ, nec exufflat baptismus quẽ dedit aspis, ui pa, parricida. Audistis q̃tus ignis exarserit eloquẽtiæ, qñ inuenit fęnũ qđ posset incẽdere. Fr̃ Emerite amplexus es fratrẽ tuũ Felicianum, tui oris fulmine cõdẽnatũ, agnosce fratrẽ Deuteriũ, tibi ẽt gñe sociatũ. Quotiescunq; frẽs mei cãm istã Maximinianistarũ, q̃ sicut potui uobis exposui, eis cũ in collatione ageremus obiecimus, plus inde tacuit, q̃ mõ in oĩb. tacet. Nõ se occultẽt tergiuersatoria, nõ defensione, sed fuga. Dñt.n. qđ dilationẽ illis dederint, & intra dilationẽ illos suscepe- rint. Hoc falsũ est, duodecim.n. cũ Maximiniano dãnati sunt, cæteri ãt nõ aderãt ordinationi eius, qñ ei manus imposita est. Illis dilationẽ dederũt, Nã uerba ipsius ista sunt. Nec solũ hũc, inquit, sceleris sui mors iusta cõdẽnat, trahit ẽt ad cõsortiũ criminis plurimos catena sacrilegii, de q̃b. scriptũ ẽ, Venenũ aspidũ sub labiis eorũ, quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est, ueloces pedes eorũ ad effundẽdũ sanguinẽ, Cõtritio & infœlicitas in uiis eorũ, & uiã pacis non cognouerũt. Nõ est timor dei añ oculos eorũ. Nolemus q̃dem tanq̃ pprii corporis secare iuncturã, sed qm̃ tabescẽtis uulneris putredo pestifera plus habet in abscisione solaminis, q̃ in remissione medicaminis, inuẽta est cã salubris, ne p cũcta mẽbra pestilens irreperet uirus, ut cõpendioso dolore natũ decidat vulnus. Famosi ergo criminis reos esse noĩat duodecim, inter quos & Felicianũ & Prætextatũ. Sed noĩa oĩum mihi non occurrũt. Et infert sic, Qui funesto ope pditionis vas sordidũ collecta feculẽtia sordidarunt: *Sed & clericos aliqñ ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori intersunt, illicito incestui præbuerũt lenociniũ, dei præsidẽtis arbitrio vniuersalis cõcilij ore uiridico dãnatos esse cognoscite. Eos ãt quos sacrilegi surculi nõ polluere plantaria, hoc est, q̃ a Maximiniani capite pprias manus uerecũdo fidei pudore retraxerũt, ad matrẽ ecclesiã redire permisimus. Volebãt pumicare faciẽ suã qua sacrilegis ignoscebãt, & aperte schismaticis uiã redeũdi cõcedebãt. Quid est hoc? Rogo mõ mihi dignẽtur exponere, qũo eos sacrilegi surculi nõ polluere plãtaria. Quare illis dilationẽ dasſi nullã partẽ in Maximiniani schismate hr̃e potuerũt? Si aũt socij sunt factionis, q̃uis non fuerint præsentes ordinationi, qũo illos non inquinat Maxinianus, & totũ orbẽ terrarũ semel absens damnatus, tertio pñs absolutus inquinat Cæcilianus? Nõ inquinat Apher Aphros, viuus uiuos, notus notos, particeps socios, & Cæcilianus inquinat transmarinos, inquinat lõge positos, inquinat nõ dãnatos? Tecũ sedit a te dãnatus, & nõ te inquinat Felicianus. Ego illũ nõ uidi, tu istũ nosti. Ego illũ innocentẽ credo, tu istũ nocentẽ dãnasti. Aut si fateris innocẽtis te fuisse receptorẽ, fateris te innocẽtis fuisse dãnatorẽ. Et tñ fratres mei nõ inuidemus cõcordiæ ipsorũ, inter se suscitata odia diabolica finierũt, qũo putãt, in pacẽ redierunt. Sed hoc dico, Si Ramus fractus q̃ruit uirgultũ a se fractum, qua diligentia debet arbor ipsa quærere ramũ ex se fractũ? Ideo sudamus, ideo laboramus, ideo inter eorum arma & cruentas furias Circumcellionũ periclitati sumus, & adhuc reliquias eorũ qualicunq; donata a deo patiẽtia toleramus, dum arbor quærit ramũ, dũ grex ex oculi Xp̃i, ouẽ perditam

Marginalia: I; Psal. 7.; Contra Cresconiũ. li. 3. c. 19. & 53.; Nu. 16.; K; Vbi supra. Psal. 90.; L; * al. nari; M; A

ditã q̃rit. Si paſtoralibus uiſceribus præditi ſumus per ſpes & ſpinas nos coarctare debemus. Membris laceratis ouem quęramus, & paſtori principiq; oium cum lætitia reportemus. Multa diximus etiam fatigati, & tñ frater noſter, ꝑꝑ quem iſta dicimus uobis, & cui pariter dicimus, & pro quo tanta agimus, adhuc pertinax conſiſtit. Conſtantẽ ſe putat fortitudo crudelis. Non adhuc de uana & falſa fortitudine glorietur. Audiat Apoſtolum dicentem, Virtus in infirmitate perficitur. Oremus pro illo, Vnde ſcimus quid uelit Deus? Multæ cogitationes ſicut ſcriptum eſt in corde viri, conſilium autem domini manet in æternum.

12.
19.

AD LECTOREM.

Huic loco congruebat liber ad Bonifacium Comitem de correctione Donatiſtarum. Cuius Auguſtinus meminit in retractationibus, ſed is excuſus eſt inter Epiſtolas, numero quinquageſima: ſatis voluminum eſt, ẽt ſi non iteretur eadem, quemadmodum factum eſt in æditione prima.

B

Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Fulgentium Donatiſtam Liber.

Libellum, quem mihi religio tua frater Fulgẽti direxit, nõ aſper natus accepi, quem utrum ipſe dictaueris, an aliunde quęſieris non ſatis admiror. Eſt.n. & hoc noſtræ religionis officiũ, non perſonas intendere, ſed ueritatem in oibus quærere, inuentam agnoſcere, & agnitam cuſtodire. Sic.n. Apoſtolus Paulus dicit, Oia probate, quod bonum eſt tenete. Ab oi ſpecie mala uos abſtinete. Bř igitur dicam qđ ingenioſius literis dilataſti. Dixiſti unum eſſe baptiſma, quod Samaritanus, i. hæreticus hr̃e non meruit. Vnum hortum concluſum, qui eſt Eccleſia, fontẽ habere ſignatum, de quo nullus alienus attingit. Vnum oleum quod eſt chriſma ſanctiſſimũ, quod morituræ muſcæ corrumpunt, & peccatores omnino nõ dabunt. Contra hæc mihi in adiutorio dñi paranda rñſio eſt, nec aliunde ſumenda, niſi ex lectione diuina. Verbi ergo principium iam ſumamus, immo ipſum uerbum principium Ieſum dñm, ducem ac principem cęleſtis militiæ teneamus, bella geramus, & eius manu ſacrata tuba petamus muros ualidiſſimos ciuitatis nefariæ Hierico, i. altitudinem mundanæ ſapientiæ teſtamentis dominicis circundemus, ueritatis & libertatis vocibus cõcrepamus, aduerſarios in domo Raab, i. eccleſiæ quę nuncios eius ſuſcepit, ꝑꝑ mundi excidium confugere compellamus: pertinaces anathemate cõdemnemus, vt hactenus uictores eſſe poſſimus. Hæc ergo ex lege aduerſus legem, ex dei teſtõ aduerſus dei teſtm̃, ex ueritatis fonte aduerſus ueritatis fontem tam obice forti prima fronte ſumpſiſti, quaſi poſſit uéritas a ſemetipſa deuinci, aut gloria luminis ſua luce fuſcari.

C

Ioan. 8.

p̃uaricationis Adæ.i. q̃ nondum ſua & pro
pria voluntate ſicut ille peccauerũt, ſed ab
illo peccatum originale traxerunt,q̃ eſt for
ma futuri,q̃a in illo conſtituta eſt forma cõ
demnationis futuris poſteris,q̃ eius propa-
gine crearentur, vt ex uno oes in condem-
nationem naſcerent̃, ex qua nõ liberat niſi
gratia ſaluatoris. Scio q̃dẽ pleroſq; Latinos
codices ſic habere. Regnauit mors ab Adã
vſq; ad Moyſen in eos q̃ peccauerunt in ſi-
militudinem p̃uaricationis Adæ,qđ ẽt ipsũ
B q̃ ita legũt ad eundem referunt intellectũ,
vt in ſimilitudinem p̃uaricationis Adæ pec
caſſe accipiant, q̃ in illo peccauerũt, ut ei ſi
miles crearent̃,ſicut ex homine hoĩes,ita ex
peccatore peccatores,ex morituro moritu-
ri,dãnatoq; damnati. Græci aũt codices, vñ
in Latinam linguã interpretatio facta eſt,
aut oẽs aut pene oẽs,id qđ a me primo poſi
tũ eſt hñt. Sed non,inq̃t,ſicut delictum, ita
& donatio. Si.n.ob unius delictũ multi mor
tui ſunt, multo magis gr̃a dei & donum in
gr̃a unius hominis Ieſu Xp̃i in multos abũ
dauit, nõ magis multos,i.multo plures ho-
mines,neq;.n.plures iuſtificantur q̃ condẽ-
nantur,ſed multo magis abũdauit: Adã q̃p-
pe ex uno delicto ſuo reos genuit. Xp̃s autẽ
ẽt quæ homines delicta ꝓpriæ uolũtatis ad
originale in quo nati ſunt addiderũt, gratia
ſua ſoluit atq; donauit,qđ euidẽtius in cõ-
C ſequẽtibus dicit. Verũ illud diligentius in-
tuere,qđ ait,ob unius delictũ multos mor-
tuos. Cur.n.ob unius illius,& nõ potius ob
delicta ſua ꝓpria, ſi hoc loco intelligẽda eſt
imitatio,non ꝓpagatio? Sed attende qđ ſe
q̃tur, Et nõ ſicut p̃ unum peccantẽ, ita eſt
& donũ. Nã iudiciũ q̃dem ex uno in con- C
demnationẽ,gratia aũt ex multis delictis in *Cap. 12.*
iuſtificationẽ. Nunc dicãt, vbi locũ habeat *Rom. 5.*
in his verbis illa imitatio. Ex uno, inq̃t, in
condẽnationem: quo uno, niſi delicto? Hoc
.n. explanat cũ adiungit, Gratia aũt ex mul-
tis delictis in iuſtificationẽ. Cur ergo iudi-
ciũ ex uno delicto in condẽnationẽ, gratia
vero ex multis delictis in iuſtificationẽ? Nõ
ne ſi nullũ eſt originale delictũ, non ſolum
ad iuſtificationẽ gratia, ſed ẽt iudicium ad
cõdemnationẽ ex mulris delictis homines
ducit? Neque.n. gratia multa delicta donat,
& nõ ẽt iudicium multa delicta cõdemnat.
Aut ſi ꝓpterea ex uno delicto in condemna
tionẽ ducuntur,q̃a oĩa delicta quæ cõdem-
nantur,ex illius unius imitatione cõmiſſa,
ſunt,eadẽ cã eſt,cur ex uno delicto ẽt ad iu
ſtificationẽ duci intelligãtur, q̃a oĩa delicta
quæ iuſtificatis remittuntur,ex illius unius
imitatione cõmiſſa ſunt. Sed hoc uidelicet
non intelligebat Apoſtolus, cum dicebat,
Iudicium q̃dem ex uno delicto in condem
nationẽ,gratia uero ex multis delictis in iu
ſtificationẽ? Imo uero nos intelligamus A-
poſtolũ, & videmus ideo dictũ iudiciũ ex D
vno delicto in condemnationem,q̃a ſuffice
ret ad condemnationem ẽt ſi nõ eſſet in ho
minibus niſi originale peccatum. Quanuis
.n. condemnatio grauior ſit eorũ, q̃ origina
li delicto ẽt propria coniunxerunt, & tanto
ſingulis grauior, quanto grauius q̃ſq; pec-
cauit, tñ etiam illud ſolum qđ originaliter
tractũ eſt,non tantum a regno dei ſeparat,
quo paruulos ſine accepta Xp̃i gratia defun
ctos intrare non poſſe illi ipſi etiam confi-
tentur verum, & a ſalute ac uita ęterna fa-
cit alienos, q̃ nulla eſſe alia põt p̃ter regnũ
dei, quò ſola Chriſti ſocietas introducit.

Cap. 13.

Ac per hoc ab Adã in quo oẽs peccaui-
mus non oĩa noſtra peccata,ſed tantũ origi
nale traduximus: a Chriſto uero in quo oẽs
iuſtificamur,nõ illius tantũ originalis, ſed
ẽt cæterorũ quæ ipſi addidimus peccatorũ
remiſſionẽ conſequimur. Ideo nõ ſicut per *Rom. 5.*
vnũ peccantem,ita eſt,& donum. Nã indi-
ciũ q̃dẽ ex uno delicto ſi nõ remittitur, id-
eſt,originali,in condemnationẽ iam põt du
cere: gratia uero ex multis delictis remiſſis,
hoc eſt,non ſolum illo originali,uerumetiã

omnibus

omnibus cæteris ad iustificationẽ ꝑducit. Si.n.ob vnius delictũ mors regnauit ꝑ unũ multo magis q abundantiã gratiæ & iustitiæ accipiunt, in uita regnabũt ꝑ unũ Iesũ Chr̃m. (E) Cur ob vnius delictũ mors regnauit ꝑ vnũ, nisi qa mortis uinculo tenebãtur in illo uno in quo oẽs peccauerunt, ẽtsi propria peccata nõ adderẽt? Alioquin non solũ ob unius delictũ mors ꝑ unũ regnauit, sed ob delicta multa multorũ ꝑ unumquenq; peccantẽ. Nam si ꝑ ꝓpea cæteri ob alterius hominis delictũ mortui sunt, qa illũ in delinquendo præcedentẽ, subsequẽtes imitati sunt. Ille quoq; & multo magis ob alterius delictũ mortuus est, quẽ diabolus delinquẽdo ita ꝓcesserat, ut ei delictũ ẽt ipse suaderet (*Gene. 3.*) Adam uero nihil suasit imitatoribus suis, & multi q eius imitatores dicuntur, eũ fuisse & tale aliqd commisisse uel non audierũt, vel omnino non credũt. Quãto ergo rectius sicut iã dixi, diabolũ principem constituisset, Apostolus, a quo uno peccatum & mortem ꝑ omnes transisse diceret, si hoc loco nõ propagationẽ, sed imitationẽ dicere uoluisse? (*Roma. 3.*) Multo.n.rationabilius Adam dr̃ imitator diaboli quẽ suasorem habuit peccati, potest quisq; imitari ẽt illum q nihil ei tale suasit vel oĩno quẽ nescit. (F) Quid est aũt ꝙ abundantiã gratię & iustitię accipiunt, nisi ꝙ non ei tantum peccato in quo oẽs peccauerunt, sed eis ẽt quæ addiderunt, gratia remissionis datur, eisq; hominibus tanta iustitia donatur, ut cum Adã cõsenserit ad peccatũ suadẽti nõ cedãt isti ẽt cogenti. Et qd est, multo magis in uita regnabunt, cũ mortis regnum multo plures in æternã pœnam trabat, nisi intelligamus eos ipsos in utroq; dici qui transeunt ab Adam ad Chr̃m, (*Rom. 5.*) idest, a morte ad uitã, qa in uita æterna sine fine regnabunt, magis q̃ in eis mors temporaliter & cũ fine regnauit. Itaq; sicut per vnius delictum in oẽs homines ad condemnationem, ita & ꝑ unius iustificationem in oẽs homines ad iustificationem vitæ. Hoc vnius delictum, si imitationẽ attendamus, non erit nisi diaboli, sed quia manifestum est de Adã non de diaboli dici, restat intelligẽda non imitatio, sed propagatio peccati.

Nam & qđ ait de Christo, Per unius iustificationem: magis hoc expressit, quàm si per unius iustitiam diceret. Eam quippe iustificationem dicit, qua Christus iustificat impiũ, quam non imitandam proposuit, sed solus hoc potest. Nam potuit Apostolus recte dicere, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: nunquã aũt diceret, iustificamini a me, sicut & ego sum iustificatus a Christo: qm̃ possunt esse, & sunt, & fuerũt multi iusti homines & imitãdi, iustus aũt & iustificans nemo nisi Christus. Vnde dr̃, Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. (*Ro. 4.*) Quisquis ergo ausus fuerit dicere, iustifico te: cõsequẽs est, ut dicat ẽt, crede in me. Qđ nemo sanctorum recte dicere potuit, nisi sanctussanctorum. (*Io. 14.*) Creditis in deũ & in me credite: ut qa ipse iustificat impium, credenti in eum qui iustificat impium, deputetur fides ad iustitiam.

Nam si sola imitatio facit peccatores per Adã, cur nõ ẽt ꝑ Christum sola imitatio iustos facit? Sicut.n.inquit, ꝑ unius delictũ in oẽs homines ad condemnationẽ, sic & per vnius iustificationẽ in oẽs homines ad iustificationẽ uitæ. Pro inde isti, unus, & unus, nõ Adã & Christus, sed Adã & Abel constitui debuerunt. Qm̃ cum multi nos in huius vitę tẽpore ꝓcesserint peccatores, eosq; imitati fuerint q posteriore tẽpore peccauerũt, ideo tñ uolunt isti non nisi Adã dictum, in quo oẽs imitatione peccauerũt, (H) qa primus hominum ipse peccauit. Ac ꝑ hoc Abel dici debuit, in quo uno similiter oẽs imitatione iustificentur, qa ipse primus hominum iuste uixit. Aut si propter quendam articulum temporis ad noui testamẽti exordiũ ꝑtinentẽ, Chr̃s est positus ꝑꝑ imitationẽ caput iustorum, Iudas eius traditor, caput poni debuit peccatorum. Porrò si ꝑ ꝓpea Chr̃s vnus est in quo oẽs iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritum regenerãs gratia, ꝑ ꝓpea & Adam vnus est in quo omnes peccauerunt, quia nõ sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnẽ generans pœna. Ob hoc ẽt dictũ est, oẽs, & oẽs: neq; enim qui generantur per Adã iidem ipsi omnes per Christum regenerantur, sed hoc recte dictum est, quia sicut nullius carnalis generatio nisi per Adam, sic spiritalis nullius nisi ꝑ Christum. Nam si aliqui possent carne generari nõ ꝑ Adã, & ali-

qui

qui regenerari ſpiritu non per Chriſtũ,non liquide oẽs, ſiue hic,ſiue ibi diceret. Eoſdẽ autẽ oẽs poſtea multos dicit: Fũt quippe in aliqua re oẽs eſſe qui pauci ſunt. Sed multos habet generatio carnalis, multos & ſpiritalis, q̃uis non tã multos hæc ſpiritalis q̃ illa carnalis. Veruntamen quemadmodum illa **I** omnes habet hoĩes, ſic iſta omnes iuſtos homines. Quia ſicut nemo præter illam hõ, ſic nemo præter iſtã iuſtus hõ,& in utraq; multi. Sicut.n.per inobedientiã vnius hoĩs peccatores cõſtituti ſunt multi,ita per obedientiam vnius hoĩs iuſti conſtituuntur multi. Lex aũt ſubintrauit,vt abundaret delictum. Hoc ad originale hoĩes addiderunt voluntate iam propria,nõ per Adã,ſed hoc quoq; ſoluitur ſanaturq; per Chriſtum, quia ubi abundauit peccatũ, ſuperabundauit & gratia,vt quemadmodũ regnauit peccatum in mortem ẽt ꝙ non ex Adã traxerunt hoĩes, ſed ſua voluntate addiderunt, ſic & gratia regnet per iuſtitiã in uitam æternam. Non tñ aliqua iuſtitia præter Chriſtum,ſicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cũ dixiſſet, quẽadmodum regnauit peccatũ in mortẽ: hic non addidit per vnũ, aut per Adam, qa ſupra dixerat ẽt de peccato illo quod ſubintrante lege abũdauit,& hoc utiq; nõ eſt originis, ſed iam propriæ voluntatis. Cũ aũt dixiſſet,ſic & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam:addidit, per Ieſum Chriſtum dñm noſtrũ. Quia generante carne illud tm̃ modo trahitur, quod eſt originale peccatũ. Regenerante aũt ſpiritu,nõ ſolũ originalis, **K** ſed ẽt volũtariorum fit remiſſio peccatorũ.

Poteſt proinde recte dici paruulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes in dãnatione oĩum mitiſſima futuros. Multum aũt fallit & fallitur, qui eos in damnatione prędicat non futuros dicente Apoſtolo, Iudicium ex uno delicto in cõdemnationẽ. Et paulopoſt per unius delictum in oẽs hoĩes ad cõdemnationem. Qñ ergo peccauit Adam nõ obediens deo, tunc eius corpus q̃uis eſſet animale atq; mortale gratiam perdidit,qua eius aĩæ oĩ ex parte obediebat. Tunc ille extitit beſtialis motus pudendus hoĩbus, quem in ſua erubuit nuditate. Tunc ẽt morbo quodam ex repentina & peſtifera corruptione cõcepto factũ eſt in illis,ut illa in qua creati ſunt ſtabilitate ætatis amiſſa, per mutabilitatem ætatum irent in mortẽ. Quãuis ergo annos multos poſtea vixerint,illo tñ die mori cęperunt,quo mortis legem,qua in ſeniũ veteraſcerẽt,acceperũt. Non.n.ſtat vel tp̃is puncto,ſed ſine intermiſſione labitur,quicquid cõtinua immutatione ſenſim currit in finem non perficientem ſed conſumentem. **L** Sic itaque impletum eſt,quod dixerat deus, Qua die ederitis, morte moriemini. Ex hac igitur inobedientia carnis, ex hac lege peccati & mortis quiſquis carnaliter generat, regenerari ſpiritaliter opus habet,ut non ſolum ad regnum dei perducatur, uerumẽt à peccati damnatione liberetur. Simul itaq; peccato & morti primi hoĩs obnoxij naſcũtur in carne & ſimul iuſtitiæ vitæque æternæ ſecundi hoĩs ſociati renaſcuntur in baptiſmo. Sic & in eccleſiaſtico ſcriptum eſt. A muliere initium factũ eſt peccati, & per illam oẽs morimur. Siue aũt a muliere,ſiue ab Adam dicatur, utrunq; ad primũ hoĩem pertinet, qm̃ ſicut nouimus, mulier ex viro eſt, & vtriuſque caro vna eſt. Vnde & illud quod ſcriptũ eſt,Et erunt duo in carne una. Igitur iam nõ duo, inquit dñs,ſed una caro. **M**

Gen. 2.

Quapp̱ qui dñt paruulos ideo baptizari, ut hoc eis remittatur quod in hac vita propriũ contraxerunt,non qđ ex Adã traduxerunt, nõ magno molimine refellendi ſunt. Qñ.n. ſecum ipſi paululũ ſine certandi ſtudio cogitauerint q̃ ſit abſurdum nec dignũ diſputatione quod dñt, cõtinuo ſnĩam commutabunt. Qđ ſi noluerint,non uſqueadeo de humanis ſenſibus deſperandũ eſt,vt metuamus ne hoc cuipiam perſuadeant. Ipſi quippe vt hoc dicerẽt alicuius alterius ſnĩæ pręiudicio,niſi fallor,impulſi ſunt:ac p̱pea cũ remitti baptizato peccata neceſſario faterẽtur, nec fateri uellent ex Adam ductum eſſe peccatum,qđ remitti fatebantur infantibus, ipſam infantiã coacti ſunt accuſare, quaſi accuſator infantię hoc ſecurior fieret, quo accuſatus ei rñdere nõ poſſet. Sed iſtos, vt dixi, omittamus, neq; enim ſermone uel documentis opus eſt,quib. innocentia probetur infantiũ, quantũ ad eorum pertinet, uitam, q̃ recẽti ortu in ſe ipſis agunt,ſi eam non agnoſcit ſenſus humanus, nullis adminiculis, cuiuſquam diſputationis adiutus.

Ezec. 25.

Quidam infantib. peccatũ perſonale tribuebant, de quo alicubi dubitat Auguſtinus quum hic uelut abſurdiſſimum explodat.

Cap. 17.

Sed

Frustra paruuli baptizantur si peccatori cãt, c. 18.
Rom. 8.

Sed illi mouent, & aliquid cõsideratione ac discussione dignum vñr afferre, qui dñt paruulos recenti uitæ æditos uisceribus matrũ, non pp remittendũ peccatũ percipe baptismũ, sed ut spirituale procreationẽ (nõ) hñtes creent in Xp̃o & ipsius regni cœlorũ participes fiant, eo modo filii & hr̃des dei, A cohæredes aũt Xp̃i. A quib. tñ cũ quæritur, utrũ non baptizati & non effecti cohæredes Xp̃i, regniq; cęlorũ participes habeant saltẽ beneficium salutis æternæ in resurrectione mortuorũ, laborant vehemẽter, nec exitum inueniũt. Quis. n. christianorũ ferat, cum dr̃ ad æternã salutem posse quenq̃ peruenire si non renascat̃ in Xp̃o, qđ per baptismũ fieri voluit, eo iam tp̃e quo tale sacr̃m cõstituendum fuit, regenerandis in spem salutis ęternæ? Vnde dicit Apostolus, Non ex operibus iustitiæ q̃ nos fecimus, sed ẜm suam mĩam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis. Quam tñ salutẽ in spe dicit esse, cũ hic uiuimus, ubi ait, Spe. n. salui facti sumus. Spes ãt quæ vr̃ non est spes. Quod. n. videt quis q̄d sperat? Si aũt quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, Sine ista ergo regeneratione saluos in æternũ posse paruulos fieri, quis audeat affirmare, tanq̃ nõ pro eis mortuus sit Xp̃s? Etenim Christus pro impiis mortuus est. Isti autẽ qui, vt manifestum est, nihil in sua propria uita impie cõmiserunt, si nec originaliter ullo impietatis vinculo detinent̃, quõ pro eis mortuus est qui pro impiis mortuus est? Si nulla originalis peccati ægritudine sauciati sunt, quõ ad medicum Christũ, hoc est ad percipiẽdum sacr̃m salutis æternæ suorũ currentium pio timore portantur, & non eis in ecclesia dr̃, Auferte hinc innocentes istos, non est opus B sanis medicus, sed male hñtibus: Non uenit Xp̃s vocare iustos, sed peccatores? Nũquam dictum est, nunquam dr̃, nunquam oĩno dicetur in ecclesia Christi tale commentum.

Ad Tit. *Rom. 8.* *Rom. 5.* *Luc. 5.*

Infantes ut credũt ita pœnitẽt. c. 19.
Mat. 19.

Ac ne quis existimet ideo paruulos ad baptismũ afferri oportere, q̄a sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt, quõ ergo quidã meritum huius ætatis a dño laudatum esse commemorant, qñ ait, Sinite paruulos ueni re ad me, talium est. n. regnũ cœlorum. Si. n. hoc non pp humilitatis similitudinẽ, quod humilitas paruulos faciat, sed pp puerorũ uitam laudabilem dictũ est, profecto & iusti sunt, Non. n. recte aliter dici potuit, taliũ est regnũ cœlorũ: cũ esse non possit nisi iustorũ. Sed forte hoc quidẽ non congruenter dr̃ qđ paruulorũ uitam laudauerit dñs dicens, taliũ esse regnũ cœlorum, cũ verax sit ille intellectus, quod humilitatis similitudinem in parua ætate posuerit. Veruntamen forsitan hoc tenendum est, quod dixi ppea paruulos baptizari debere: quia sicut peccatores nõ sunt, ita nec iusti sunt, sed cũ dicit, Non ueni vocare iustos: quasi ei rñderetur, quos ergo uocare uenisti? continuo subiunxit: sed peccatores in pñiam. Ac p hoc quõ si iusti sunt, ita etiam si peccatores nõ sunt, non eos venit vocare, qui dixit, Non ueni vocare iustos, sed peccatores. Et ideo baptismo eius qui eos non vocat, non tm̃ frustra, verumetiam improbe vñr irruere, qđ absit ut sentiamus. Vocat eos igitur medicus, qui non est opus sanis, sed ægrotantibus, nec venit uocare iustos sed peccatores ad pñiam. Et ideo q̄a suæ uitæ propriæ peccatis nullis adhuc tenent̃ obnoxij, originalis in eis ęgritudo sanatur in eius gratia qui saluos facit per lauacrum regenerationis. Dicet aliquis. Quõ ergo & ipsi vocant̃ in pñiam? Nũquid tãtillus põt aliquid pęnitere? Huic rñdetur, Si propterea pœnitentes dicendi non sunt, quia sensum pęnitendi nondum habẽt, nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi non habent. Si aũt propterea recte fideles uocãtur, qm̃ fidem per verba gestantium quodammodo profitent̃ cur nõ prius etiam pœnitentes hñr, cum per eorundem verba gestantium diabolo & huic seculo renunciare monstrantur? Totum hoc in spe fit D ui sacramenti & diuinæ gratiæ, quam dominus donauit ecclesiæ.

Eucharistia infanti necessaria post baptism. c. 20.
Esa. 59.

Cæterum quis ignorat, quod baptizatus paruulus si ad rationales annos ueniens nõ crediderit, nec se ab illicitis concupiscentiis abstinuerit, nihil ei proderit, quod paruus accepit? Veruntamen si percepto baptismate de hac uita emigrauerit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine ueritatis, quod incommutabiliter manens in æternum, iustificatos præsentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines & deum,

quæ

q̄ ſoluunt̄ Chr̄i gr̄a, per quē mediatorē reconciliamur cū iuſtificat impiū. Terrētur āt iſti ſn̄ia dn̄i dicentis, Niſi q̲s natus fuerit denuo, nō videbit regnū Dei. Qđ cū exponeret, ait, Niſi q̲s renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnū cœlorū: & p̲ p̲ea conant̄ paruulis non baptizatis innocentię merito ſalutē ac vitam æternā tribuere, ſed q̲a baptizati non ſunt, eos a regno cęlorum facere alienos, noua quadā & mirabili præſumptione, quaſi ſalus ac æterna vita poſſit eſſe p̄ter Chr̄i hæreditatem, p̄ter regnū cœlorum. Habēt enim videlicet quo cōfugiāt, atque vbi deliteſcāt, quia nō ait dn̄s. Si quis non renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, nō habebit vitam: ſed ait, non intrabit in regnum Dei. Nā ſi illud dixiſſet, nulla hinc dubitatio poſſet oboriri. Auferat̄ ergo iā dubitatio, dominū audiamus, nō ſuſpitiones cōiecturaſque mortaliū: Dn̄m audiamus, inquā, nō q̲dem hoc de ſacramento lauacri dicentē, ſed de ſacr̄o ſanctæ menſæ ſuę, quò nemo rite niſi baptizatus accedit, Niſi manducaueritis carnē meam & biberitis ſanguinē meū, nō habebitis vitā in vobis. Quid vltra q̄rimus? Quid ad hoc reſpondere potuerūt, niſi p̲tinacia pugnaces neruos aduerſus conſtantiā p̲ſpicuæ veritatis intēdat? An vero quiſquā ēt hoc dicere audebit, ꝙ ad paruulos hæc ſētentia non p̲tineat, poſſintq; ſine participatione corporis huius & ſanguinis in ſe habere vitā, quia non ait, qui non mādūcauerit, ſicut de baptiſmo, q̲ non renatus fuerit, ſed ait, ſi non mādūcaueritis, velut eos alloquēs q̲ audire & intelligere poterant, qđ vtique non valēt paruuli? Sed q̲ hoc dicit, nō attēdit, q̲a niſi oēs iſta ſn̄ia teneat, vt ſine corpore & ſanguine filij hominis vitā habere nō poſſint, fruſtra ēt ætas maior id curat. Pōt. n. ſi non voluntatē, ſed verba loquentis attendas, eis ſolis videri dictū, quibus tunc dn̄s loquebat̄, quia non ait, qui non manducauerit: ſed, ſi non mādūcaueritis. Et vbi eſt qđ eodē loco de hac ipſa re ait, Panis quē ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita? Secundum hoc. n. etiā ad nos pertinere illud ſacramentū intelligimus, qui tunc nōdū fuimus qn̄ iſta dicebat, quia non poſſumus dicere ad ſeculum nos non pertinere, pro cuius vita Chr̄s ſuam carnem dedit. Quis aūt ambigat ſeculi nomine homines ſignificatos eſſe, qui naſcendo in hoc ſeculum veniūt? Nā ſicut alibi ait, Filij ſeculi huius generant & generant̄. Ac per hoc ēt pro paruulorū uita caro data eſt, q̄ data eſt pro ſeculi vita, & ſi nō mādūcauerint carnē filij hominis, nec ipſi habebunt vitā. Hinc eſt ēt illud, Pr̄ diligit filium, & omnia dedit ī manu eius. Qui credit in filium, habet vitā ęternā: qui autē incredulus eſt filio, non habebit vitā, ſed ira dei manet ſuper eū. In quo igit̄ horū genere ponemus infantes: in eorū qui credūt ī filiū, an in eorū qui ſunt creduli filio? In neutro ait aliquis, q̲a cū adhuc credere non poſſunt, nec increduli deputandi ſunt. Nō hoc indicat eccleſiaſtica regula, q̄ baptizatos infantes fideliū numero adiungit. Porrò ſi iſti qui baptizantur p̲ p̲ virtutē celebrationemque tanti ſacr̄i, quanuis ſuo corde atq; ore non agāt qđ ad credendum confitendūque p̲tineat, tn̄ in numero credentium computantur, profectò illi quibus ſacr̄m defuerit, in eis habendi ſunt qui non credunt filio, atque iō ſi huius inanes gratiæ de corpore exierint, ſequetur eos qđ dictum eſt, non habebunt vitā, ſed ira Dei manet ſuper eos. Et vnde hoc, qn̄ eos clarū eſt peccata p̲pria nō habere, ſi nec originali peccato tenentur obnoxij? Bene autem non ait, ira Dei veniet ſuper eum: ſed, manet ſuper eum.

G

Ioan.4.

H

Inſcrutabile quur alij diſcedant fruſtrati baptiſmo, alij non.

Ab hac quippe ira, qua omnes ſub peccato ſūt, de qua dicit Apoſtol[9], Fuimus & nos aliqn̄ naturaliter filij iræ ſicut & cæteri: nulla res liberat niſi gratia dei, p̲ Ieſum Chr̄m dn̄m nr̄m. Hæc gratia cur ad illū veniat, ad illū non veniat, occulta eſſe cauſa pōt, iniuſta non pōt. Nunquid enim iniquitas apud deum? abſit. Sed prius ſanctarū ſcripturarū authoritatibus colla ſubdenda ſunt, vt ad intellectū p̲ fidē quiſq; perueniat. Neq;. n. fruſtra dictū eſt, Iudicia tua ſicut abyſſus multa. Cuius abyſſi altitudinem ueluti expaueſcens, exclamat Apoſtolus, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: pręmiſerat quippe ſententiam miræ profunditatis, dicens, Concluſit enim deus oēs in incredulitate, vt omniū miſereatur. Cuius profunditatis veluti horrore p̲cuſſus, O altitudo, inq̲t, diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̄ ī ſcrutabilia ſūt iudicia ei[9] & īueſtigabiles vię eius.

Cap.21. Epheſ.2. Rom.9. Pſal.35. Rom.11.

eius. Quis.n. cognouit ſensũ dñi, aut q̱s cõ
ſiliarius illius fuit, aut q̱s prior dedit illi &
retribuetur ei * Qm̃ ex ipſo & p̱ ipſum &
in ipſo ſunt oĩa, ipſi gloria in ſecula ſeculo
rũ amen: Valde ergo paruũ ſensũ habemus
ad diſcutiendã iuſtitiã iudiciorũ dei ad diſ-
cutiendã gr̃am gratuitã nullis meritis p̃ce
dẽtibus, non inquã, q̃ non tã mouet cũ p̃ſta
tur indignis. quã cũ æque indignis aliis de-
negatur. Nã & hi q̱bus uidetur iniuſtũ, ut
paruuli ſine gratia Chr̃i de corpore exeun-
tes, nõ ſolũ regno dei, quo ipſi fatentur, niſi
p̱ baptiſmũ renatos intrare non poſſe, uerũ
ẽt uita æterna & ſalute priuentur, q̃rentes
qũo iuſtũ ſit ut alius ab originali impietate
ſoluatur, alius nõ ſoluatur, cũ eadẽ ſit vtri-
uſq; cõditio, ipſi rñdeant ſm̃ ſuã ſnĩam qũo
identidẽ iuſtũ ſit, vt huic p̃ſtetur baptiſmus
quo intret in regnũ dei, illi nõ p̃ſtetur, cum
ſit vtriuſq; par cauſa. Si.n. mouet, cur ex his
duob. cum ex æquo ambo ſint originaliter
peccatores, alius ab hoc vinculo ſoluit̃, cui
cõceditur baptiſmus, alius nõ ſoluitur, cui
talis gr̃a nõ cõceditur, cur nõ pariter mo-
uet, qđ ex duobus originaliter innocentib.
alius accipit baptiſmũ, quo in regnum dei
poſſit intrare, alius nõ accipit, ne ad regnũ
dei poſſit accedere? Nempe in vtraq; cã ad
illã exclamationem reditur, O altitudo di-
uitiarũ. Ex ipſis deinde baptizatis paruulis
dicatur mihi, cur alius rapitur, ne malitia
mutet intellectũ eius & alius uiuit impius
futurus: Nõne ſi ambo raperẽtur, ambo in
regnũ cœlorũ ingrederẽtur? Et tñ nõ eſt ini
q̱tas apud deũ. Quid eſt illud; quẽ nõ moue
at, quẽ nõ in tãta altitudine exclamare cõ-
pellat, qđ alii paruuli ſpũ immũdo uexant̃,
alii nihil tale patiuntur, alij ẽt in vteris ma-
trũ, ſicut Hieremias ſanctificãtur, cum oẽs
ſi eſt originale peccatum, pariter rei ſint, ſi
non eſt, pariter innocentes ſint. Vnde iſta tã
ta diuerſitas, niſi quia inſcrutabilia ſuut iu-
dicia eius, & inueſtigabiles uię eius?

** All. ut retribuetur ei?*
I
K
Rom. 11
Sapiẽ. 4.
Hiere. 1
Rom. 11.
Refellit eos qui iuxta platonẽ putant aĩas ob delicta alibi comiſſa, in corpora detrudi.

An forte illud iã exploſum repudiatũq;
ſentiendũ eſt, qđ animæ prius in cæleſti ha
bitatione peccãtes, gradatim atq; paulatim
ad ſuorum meritorũ corpora veniant, ac p̱
ante geſta uita magis minus ve corporeis
peſtibus afflĩgãtur? Cui opinioni quamuis
ſancta ſcriptura apertiſſime cõtradicat, quæ
cũ gr̃am cõmẽdaret, Nondũ, inq̱t, natis, nec
q̱ aliquid egerãt boni aut mali vt ſm̃ ele-
ctionem ꝓpoſitũ dei maneret, non ex ope-
ribus, ſed ex vocãte dictum eſt, qđ maior
ſeruiet minori: nec ipſi tñ q̱ hoc ſentiunt, e-
uadũt huius q̃onis anguſtias, ſed in eis coar
ctati & hærentes ſimiliter, O altitudo excla
mare cogũtur. Vñ.n. fit ut hõ ab ineũti pue
ritia modeſtior, ingenioſior, tẽperantior, ex
magna parte libidinum victor, q̱ oderit aua
ritiã, luxuriã deteſtetur, atq; ad virtutes cæ
teras ꝓuectior aptiorq; cõſurgat, & tñ eo
loco ſit vbi ei prædicari gr̃a Chriſtiana non
poſſit? Qũo.n. inuocabũt in quẽ nõ credi-
derũt: aut qũo credent ei quẽ nõ audierũt?
Qũo aũt audient ſine prædicante? Alius aũt
tardus ingenio, libidini deditus, flagitiis &
facinoribus coopertus ita gubernetur vt au
diat, credat, baptizetur, rapiat̃, aut ſi detẽtus
hic fuerit laudabiler uiuat? Vbi duo iſti tam
diuerſa merita contraxerunt, non dico ut
iſte credat, ille nõ credat, qđ eſt ꝓprie uolũ
tatis, ſed ut iſte audiat qđ credat, ille nõ au-
diat: Hoc.n. non eſt in hominis p̱tãte: Vbi,
inquã hæc tam diuerſa merita ꝯtraxerunt,
ſi in cœlo egerunt aliquã uitã, ut ꝓ ſuis acti
bus ꝓpellerentur, vt laberentur in terras, cõ
gruiſq; ſuæ anteactæ uitæ corporeis rece-
ptaculis tenerentur: ille vtiq; melius ante
hoc mortale corpus vixiſſe credẽdus eſt, q̱
eo nõ multũ meruit prægrauari, vt & bo-
nũ haberet ingenium, concupiſcentiis eius
mitioribus urgeretur, quas poſſet facile ſu-
perare, & tñ eam ſibi gr̃m p̃dicari non me-
ruit, qua ſola poſſet a ſecũdæ mortis perni-
cie liberari: Ille aũt pro meritis deteriorib.
ſicut putant grauiori corpori implicitus &
ob hoc cordis obtuſi, cũ carnis illecebris ar
dẽtiſſima cupidine vinceretur, & p̱ nequiſ
ſimam vitã peccatis priſtinis quibus ad hoc
venire meruerat adderet peiora terrena, aut
in cruce tñ audiuit, Hodie mecũ eris in pa
radiſo: aut alicui cohæſit Apoſtolo, cuius p̃
dicatione mutatus & per lauacrum regene
rationis ſaluus effectus eſt, ut vbi abundauit
peccatum, ſuperabundaret & gratia. Quid
huic reſpondeant, omnino nõ video, q̱ vo-
lentes, humanis cõiecturis iuſtitiam dei de
fendere, & ignorãtes altitudinem gratiæ, fa
bulas improbabiles texuerunt. Multa enim
dici

Ca. 22
L
Ro. 9.
Ro. 1.
Ro.
M
Luc.
Rom.

dici possunt de miris vocationibus hominũ siue quas legimus, siue quas experti sumus, quibus eorũ opinio subuertatur, qui credũt ista corpora sua quasdam proprias vitas gessisse animas hominum, quibus ad hęc venirent pro diuersitate meritorũ, diuersa hic ex perturę, vel bona vel mala, sed terminandi huius operis cura non finit in his diutius immorari. Vnũ tamen ꝙ inter multa mirabile cõperi nõ tacebo. Quis non scd̃m istos, qui ex meritis prioris vitæ ante hoc corpus in cęlestibus gestæ animas terrenis corporibus magis minusve grauari opinantur, affirmet eos ante istã vitã sceleratius immmaniusq; peccasse, qui mentis lumen sic amittere meruerunt, vt sensu vicino pecoribus nascerentur, nõ dico tardissimi igenio, nã hoc de alijs dici solet, sed ita excordes, vt ẽt cirrati ad mouendũ risum, exhibeant cordatis delitias fatuitatis: quorũ nomẽ ex Græco deriuatum moriones vulgus appellat. Talium tamẽ quidam fuit Christianus, vt cũ esset omniũ iniuriarũ suarũ mira fatuitate patientissimus iniuriã tñ Chrĩ nominis: vel in seipso religionis reuerentia, qua imbutus erat, sic ferre nõ posset, vt blasphemantes videlicet cordatos, a quibus hęc vt prouocaretur audiebat, insectari lapidibus non desisteret, nec in ea causa, vel Dñis parceret. Tales ergo prædestinari & creari arbitror, vt qui possunt intelligãt Dei gratiã, & spm̃, q vult spirat, ob hoc omne ingenij genus in filijs misericordię nõ prę terire, itemq; omne ingenij genus in gehennæ filijs præterire, vt qui gloriatur ĩ Dño glorietur. Illi aũt qui pro vitę meritis superioris accipere quasq; animas diuersa terrena corpora affirmãt, quibus alię magis, aliæ minus grauentur, & pro eisdẽ meritis humana ingenia variari, vt acutiora sint quedã, & alia obtusiora, proq; ipsius vitæ superioris meritis diuinã quoq; gratiã liberandis hominibus dispẽsari, quid de isto potuerunt rñdere? Qũo ei tribuent teterrimam vitam superiorem, vt ex hoc fatuus nasceretur, & tã bene meritã, vt ex hoc in Christi gratia multis acutissimis præferretur? Cedamus igitur & consentiamus authoritati Sanctæ scripturę, quæ nescit falli, nec fallere, & sicut nõdum natos ad discernenda merita eorũ aliquid boni vel mali egisse non credimus, ita omnes sub peccato esse, quod per vnũ hominem intrauit in mundum, & per omnes homines pertrãsijt, a quo non liberat nisi gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum, & nasci minime dubitemus. Cuius medicinalis aduentus non est opus sanis, sed ęgrotantibus: quia non uenit vocare iustos, sed peccatores: in cuius regnũ nõ intrabit, nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu, nec præter regnũ eius salutẽ ac uitam possidebit æternam, Qm̃ qui non manducauerit carnem eius, Et qui incredulus fuerit filio non habebit uitam, sed ira Dei manet super eũ. Ab hoc peccato, ab hac ægritudine, ab hac ira Dei, cuius naturaliter filij sunt, qui etiã si per ætatẽ nõ habent propriũ, trahunt tñ originale pc̃m̃, non liberat nisi Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, nõ nisi medicus, qui nõ uenit propter sanos, sed propter ęgrotos, nõ nisi Saluator, de quo dictũ est generi humano, Natus est uobis hodie Saluator, nõ nisi Redẽptor, cuius sanguine deletur debitũ nostrũ. Nã quis audeat dicere, nõ esse Christum infantũ Saluatorẽ, nec Redemptorẽ? Vnde autem saluos facit, si nulla in eis est originalis ęgritudo peccati? unde redimit, si non sunt per originẽ primi hominis uenundati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio pręter baptismũ Christi, salus ęterna promittatur infantibus quã non promittit scriptura diuina, humanis omnibus ingenijs præferenda. Optime Punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud q̃ salutem & sacramentũ corporis Christi nihil aliud quã uitã uocant. Vnde nisi ex antiqua ut existimo, & apostolica traditiõe, qua Ecclesiæ Christi insitũ tenent, præter baptismũ & participationẽ Dominicæ mensę, nõ solum nõ ad regnum Dei, sed nec ad salutẽ, & uitam ęternam posse quenquam hominũ peruenire? Hoc.n. & scriptura testatur, secundum ea quę supra diximus. Nam quid aliud tenent qui baptismum nomine salutis appellant, nisi quod dictum est, Saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis: & quod Petrus ait, Sic & uos simili forma baptisma saluos facit. Quid aliud etiam, qui sacramentum mensę dominicę uitam uocant, nisi quod dictum est, Ego sum panis uitę, qui de cęlo descendi, & panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita: &, Si nõ manducaueritis carnem filij hominis & sanguinem biberitis non habebitis vitã in uobis? Si ergo ut tot & tan-

Rom. 7. *Ex gratia salus non ex libero arbitrio.* *Cap. 3.* *Matt. 9.* *Ioan. 3.* *Ioan. 6.* *Ioan. 3.* *Ephes. 2.*

C

Luc. 2.

Baptismus omnibus necessarius. *Cap. 24.*

Ad. Tit. *1. Pet. 3.*

D

Ioan. 6.

tanta diuina testimonia concinunt, nec salus nec vita æterna sine baptismo & corpore & sanguine dñi cuiquã speranda est, frustra sine his promittitur paruulis. Porro si a salute ac vita ęterna hominẽ nisi peccata non separant, per hæc sacramẽta non nisi peccati reatus in paruulis soluitur, de quo reatu scriptũ est, neminẽ esse mundũ, nec si vnius diei fuerit vita eius. Vnde est & illud in psalmis, Ego enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea, me in vtero aluit. Aut.n. ex persona generali ipsius hominis dicitur, aut si proprie de se Dauid hoc dicit, nõ vtiq; de fornicatione, sed de legitimo connubio natus fuit. Non itaq; dubitemus ẽt pro infantibus baptizatis sanguinẽ fusum, q priusquã funderetur, sic in sacramento datus, & cõmẽdatus est, vt diceretur, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Negant.n. illos liberari, qui sub peccato esse nolunt fateri. Nam vnde liberãtur, si nulla seruitute peccati tenentur obstricti? Ego, inquit, lux in seculũ veni, vt omnis qui crediderit in me, nõ maneat i tenebris. Hoc dicto quid ostendit, nisi in tenebris esse oẽm qui non credit in eũ, & credendo efficere ne maneat in tenebris? Has tenebras, quid nisi peccata intelligimus? Sed quodlibet aliud intelligantur hæ tenebrę, profecto qui non credit in Christum manebit in eis, & vtiq; pęnales sunt, non quasi nocturnæ ad quietem animantiũ necessariæ. Proinde paruuli si per sacramentum ꝙ ad hoc diuinitus institutum est, in credẽtium numerũ nõ transeant, profecto in his tenebris remanebunt. Quanuis eos nonnulli mox natos illuminari credant, sic intelligentes quod scriptũ est, Erat lumen verum, quod illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Quod si ita est, multum mirãdũ est, qũo illuminati ab vnico filio, quod erat in principio verbũ Deus apud Deum, non admittantur ad regnũ Dei, nec sint hęredes Dei cohęredes aũt Christi. Hoc.n. eis nõ nisi per baptismum præstari, etiam qui hoc sentiunt, confitentur. Deinde iam illuminati si ad consequendum regnum Dei nondum sunt idonei, saltem ipsum baptismum, quo ad hoc idonei fiunt, lęti suscipere debuerũt, cui tamen vos videmus cum magnis fletibus reluctari, eamque ignorantiam in illa ętate contemnimus, vt sacramenta quæ illis prodesse nouimus, in eis etiam reluctantibus compellamus. Cur.n. & Apostolus dicit, Nolite pueri esse mentibus, si iam illo lumine vero ꝙ verbũ Dei est, illuminatæ sunt eorum mentes? Itaq; illud quod in Euangelio positum est, Erat lumen verum quod illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mundũ: ideo dictũ est, quia nullus hominũ illuminatur nisi illo lumine veritatis, quod Deus est, ne quisquã putaret ab eo se illuminari a quo aliqd audit vt discat, non dico si quenquã magnũ hominẽ, sed nec si angelum ei contingat habere doctorem. Adhibetur.n. sermo veritatis extrinsecus vocis ministerio corporalis, verũtñ neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Audit quippe homo dicentẽ vel hominẽ vel angelum, sed vt sentiat & cognoscat verũ esse quod dicitur, illo lumine intus mens eius aspergitur quod ęternũ manet, quod etiã in tenebris lucet. Sed sicut Sol iste a cęcis nõ videtur, quãuis eos suis radijs quodãmodo vestiat, sic ab stultitię tenebris non comprehenditur. Cur aũt cũ dixisset, quod illuminat oẽm hominẽ addiderit, venientẽ in hunc mũdũ, vnde hęc opinio nata est, quod in exortu corporali ab vtero matris recentissimo illuminet mentes nascentium paruulorũ, quanuis in Gręco ita sit positũ, vt possit etiam intelligi lumen ipsum veniens in hunc mundum: tamen si hominem venientem in hunc mundum, necesse est accipi, aut simpliciter dictũ arbitror, sicut multa in scripturis reperiuntur, quibus etiam detractis nihil sententiæ minuatur, aut si propter aliquam distinctionem additũ esse credendũ est, fortasse hoc dictũ est, ad discernendam spiritalem illuminationem ab ista corporali, quę siue per cęli luminaria, siue quibuscunque ignibus illuminat oculos carnis, vt hominem interiorem dixerit venientem in hũc mundum, quia exterior corporeus est, sicut hic mundus: Tanquam diceret illuminat omnem hominem venientem in corpus, secundum illud quod scriptũ est, Sortitus sum animam bonam & veni in corpus incoinquinatum. Aut ergo sic dictum est si distinctionis alicuius gratia dictum est. Illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum, tanquam dictum esset, Illuminat omnem hominem interiorem, quia homo interior cum veraciter fit sapiens, non nisi

Marginalia: Iob.25. Psal.50. A — Mat.26. Mar.14. — Ioan.12. — Paruuli quo illuminẽtur. Cap.25. Ioan.1. — B — 1.Co.14 — Io.1. — C — 1.Co.3 — D — Sap.8.

nisi ab illo illuminatur qui est lumen verũ. Aut si rationẽ ipsam qua humana anima rationalis appellatur, q̃ ratio adhuc velut quieta & quasi sopita, tñ insita & quodãmodo inseminata in paruulis latet, illuminationẽ voluit appellare tanq̃ interioris oculi creationẽ, non resistendũ est, tunc eam fieri cũ anima creatur. Et non absurde debet hoc intelligi, cũ homo venit in mundum, verumtñ etiã ipse quamuis iã creatus oculus, necesse est vt in tenebris maneat, si non credat in eum, qui dixit, Ego lux in seculum veni, vt omnis qui credit in me non maneat in tenebris, ꝙ per sacr̃m baptismatis in paruulis fieri non dubitat mater ecclesia, quæ cor maternũ eis præstat, vt sacris mysterijs imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiã, nec ore proprio confiteri ad salutẽ. Nec ideo tñ eos quisquam fideliũ fideles appellare cunctatur, ꝙ a credendo vtique nomen est, quãuis hoc non ipsi, sed alij pro eis inter sacra responderint. Nimis longum fiet si ad singula testimonia similiter disputemus. Vnde cõmodius esse arbitror aceruatim cogere, quæ occurrere potuerint, vel quæ sufficere videbuntur, quibus appareat dñm Iesum Christum non aliã ob causam in carne venisse, ac forma serui accepta factũ obedientem vsq; ad mortẽ crucis, nisi vt hac dispensatione misericordissimæ gratiæ oẽs, quibus tanq̃ mẽbris in suo corpore cõstitutis caput est, ad capessendũ regnũ cęlorũ viuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret, illuminaret, qui prius fuissent in peccatorũ morte lãguoribus, seruitute, captiuitate, tenebris constituti, sub potestate diaboli Principis peccatorũ, ac sic fieret mediator Dei & hominum per quẽ post inimicitias impietatis nostræ, illius gratiæ pace finitas, reconciliaremur Deo in æternã vitã ab æterna morte quę talib. impendebat erepti. Hoc.n. cũ abundantius apparuerit, consequens erit vt ad istam Christi dispensationẽ quæ per eius humilitatẽ facta est, pertinere non possit, quia vita, salute, liberatione, redẽptione, illuminatione non indigent. Et qm̃ ad hanc pertinet per baptismum quo Christo consepeliuntur, vt incorporẽtur illi membra eius, hoc est fideles eius, profecto nec baptismus est necessarius eis, qui illo remissionis, & reconciliationis beneficio ꝙ fit per mediatorem, non opus habent. Porro quia paruulos baptizandos esse concedunt, qui contra authoritatẽ vniuersæ ecclesię proculdubio per dñm & Apostolos traditam venire non possunt, concedant oportet eos egere illis beneficijs mediatoris, vt oblati per sacr̃m charitatemq; fidelium, ac sic incorporati Christi corpori, ꝙ est ecclesia, reconcilientur Deo, vt in illo viui vt salui, vt liberati, vt redempti, vt illuminati fiant. Vnde, nisi a morte, vitijs, reatu, subiectione, tenebris peccatorum? quæ qm̃ nulla in ea ætate per suam vitam propriã cõmiserunt, restat originale pc̃tm̃. Hæc ratiocinatio tunc erit fortior, cum ea quæ promisi testimonia multa congessero. Iam supra posuimus, Nõ veni vocare iustos, sed peccatores. Item cũ ad Zachęum esset ingressus, Hodie, inquit, salus domui huic facta est, qm̃ & iste filius est Abrahæ: Venit.n. filius hominis quærere & saluare ꝙ perierat. Hoc & de oue perdita & relictis nonagintanouẽ quæsita & inuenta, hoc & de drachma quæ perierat ex decem. Vnde oportebat vt dicit prædicari in nomine eius pęnitentiam & remissionẽ peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Marcus ẽt in fine Euangelij sui dñm dixisse testatur, Euntes in mundũ vniuersum prędicate Euangeliũ omni creaturę: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condẽnabitur. Quis aũt nesciat credere esse infantib. baptizari, non credere aũt, non baptizari? Ex Ioannis aũt Euangelio quãuis iam nonnulla posuerimus, attende ẽt ista, Ioannes Baptista, inquit, de illo, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ipse de seipso, Qui de ouibus meis sunt, vocẽ meã audiunt, & ego noui illas & sequuntur me: & ego vitã æternã do illis, & non peribunt in æternũ. Qm̃ ergo de ouibus eius esse nõ incipiunt paruuli nisi per baptismũ, profecto si hoc nõ accipiunt, peribunt, Vitam.n. æternã, quam suis dabit ouibus, non habebunt. Item alio loco, Ego sum via veritas & vita: Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Hanc doctrinã suscipientes Apostoli, vide quanta cõtestatione declarẽt. Petrus in prima Epistola, Benedictus, inquit, Deus & pater dñi nostri Iesu Christi secũdum multitudinem misericordiæ suæ, qui regenerauit nos in spem vitæ æternæ per resurrectionem Iesu Christi in hæreditatem

Margin notes: I — K — L — *Congerit testimonia scripturarũ.* — *Cap. 27.* — *Luc. 5.* — *Luc. 19.* — *Luc. 15.* — *Luc. 24.* — *Mar. 16.* — *Ioan. 1.* — *Ioan. 10.* — *Ioan. 14.* — M — *1. Pet. 1.*

immortalem & incontaminatam, florétem, seruatã in cęlis, uobis qui in uirtute Dei con seruamini per fidẽ, in salutem paratã palam fieri in tẽpe nouissimo. Et paulopost, Inuenia mini, inquit, in laudẽ & honorẽ Dei Iesu Xp̃i quẽ ignorabatis, in quẽ modo non uidentes creditis, quẽ cũ uideritis, gaudebitis gaudio inenarrabili & honorato gaudio, percipientes testim̃ fidei salutẽ animarũ uestrarũ. Item alio loco, Vos aũt, inquit, genus electũ, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus in adoptione ut uirtutes enuncietis eius, qui uos de tenebris uocauit in admirabile lumen suum. Et iterũ, Xp̃s, inquit, pro peccatis nostris passus est iustus pro iniustis, ut nos adducat ad Deũ. Itẽ cũ cõmemorasset in arca Noe, octo homines saluos factos, sic & uos, inquit, simili forma baptisma saluos facit. Ab hac ergo salute & lumine alieni sunt paruuli & in perditione ac tenebris remanebunt, nisi per adoptionem populo Dei fuerint sociati tenentes Xp̃m passum, iustũ pro iniustis, ut eos adducat ad Deum. Ex Epistola et Ioãnis hęc mihi occurrerunt quæ huic qõni necessaria uisa sunt. Quod si in lumine, inquit, ambulauerimus, sicut & ipse est in lumine, societatẽ habemus inuicẽ, & sanguis Iesu filij eius purgabit nos ab omni delicto. Itẽ alio loco, Si testimoniũ, inquit, hominũ accipimus, testimoniũ Dei maius est, quia hoc est testimoniũ Dei ꝙ maius est, quia testificatus est de filio suo, Qui crediderit in filiũ Dei, habet testimoniũ Dei in semetipso: Qui non crediderit Deo, mendacẽ facit Deũ, quia non credidit in testimonium, ꝙ testificatus est de filio suo. Et hoc est testimoniũ, quia uitã ęternam dedit nobis Deus, & hęc uita in filio eius est. Qui habet filiũ, habet uitã: qui non habet filium, non habet uitã. Non solum igitur nec regnum cęlorũ, sed nec uitã paruuli habebunt, si filiũ non habebunt, quẽ nisi per baptismũ eius habere non possunt. Itẽ alio loco, In hoc, inquit, manifestus est filius Dei, ut dissoluat opera diaboli. Non ergo pertinebunt paruuli ad gratiam manifestationis filij Dei, si non in eis soluat opera diaboli. Iam nunc attende ad hanc rẽ Pauli Apostoli testimonia tanto utiq; plura, quãto plures Epistolas scripsit, & quanto diligentius curauit cõmendare gratiã Dei aduersus eos qui de operib. gloriabantur, atq; ignorãtes Dei iustitiã,

A 1. Pet. 2. — 1. Pet. 3. — 1. Ioan. 1 — 1. Ioan. 5 — 1. Ioan. 3 B — Rom. 10.

& suam iustitiã uolentes cõstituere, iustitiæ Dei nõ erant subiecti. In Epistola ad Romanos. Iustitia, inquit, Dei in oẽs qui credunt: Non.n.est distinctio: oẽs.n. peccauerunt & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionẽ quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit Deus propitiatoriũ per fidẽ in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iustitiæ eius ꝓp remissionẽ præcedentiũ peccatorũ in Dei patientia, ad ostendendã iustitiam ipsius in hoc tẽpe, ut sit iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu. Itẽ alio loco, Ei qui operatur, inquit, merces non imputatur secũdũ gratiã, sed secundũ debitum. Ei uero qui nõ operatur, credit aũt in eum, qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiã, sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus: Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dñs peccatum. Item paulopost, Non est aũt scriptum, inquit, propter illum tm̃, quia deputatũ est illi ad iustitiam, sed, & propter nos quibus deputabitur credentibus in eum, qui excitauit Iesum Christum dñm nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et paulopost, Si.n. Christus, inquit, cũ infirmi essemus adhuc iuxta tempus, pro impijs mortuus est. Et alibi, Scimus, inquit, quia lex spiritalis est ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato: Quod enim operor, ignoro, nõ.n. quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autẽ quod nolo hoc facio, consentio legi qm̃ bona est. Nũc autem iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio.n. quia non habitat in me, idest, in carne mea bonum, nam bonum uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non n. quod uolo facio bonũ, sed ꝙ nolo malum hoc ago. Si aũt ꝙ nolo, ego hoc facio, iam nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legẽ mihi uolenti facere bonum, qm̃ mihi malũ adiacet, condelector.n. legi Dei secundũ interiorẽ hominem. Video aũt aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, q̃ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia Dei, per Iesum Christum dñm nostrum. Dicant

Ro. 3. — C — Ro. 4. — Psal. — Ro. — Ro. — Ro. — D

cant qui possunt, homines non nasci in corpore mortis huius, vt possint etiã dicere, nõ eis necessariã gratiã Dei per Iesum Christũ, qua liberentur de corpore mortis huius. Itẽ paulopost, Quod.n. impossibile erat legi in quo infirmabat per carnẽ, Deus filiũ suũ misit in similitudine carnis peccati, & de peccato dãmnauit peccatũ in carne. Dicant qui audent oportuisse nasci Christũ in similitudine carnis peccati, nisi nos nati essemus ĩ carne peccati. Itẽ ad Corinthios, Tradidi.n. vobis in primis, inquit, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas. Item ad eosdẽ Corinthios in secũda, Charitas.n. Christi compellit nos iudicantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sunt: Et pro omnibus vnus mortuus est, vt & qui viuunt, iã non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos a modo neminem nouimus secundum carnẽ & si noueramus secundũ carnẽ Christũ, sed nunc iam nõ nouimus. Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia aũt Deo qui reconciliauit nos sibi per Christũ, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quemadmodũ; quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorũ, & ponens in nobis verbũ reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tãquã Deo exhortãte per nos. Obsecramus pro Christo reconciliari Deo: Eũ qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis pecccatũ fecit, vt nos simus iustitia Dei in illo, Cooperãtes aũt rogamus, ne inuacuum gratiã Dei suscipiatis. Dicit.n. tẽpore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te: Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Ad hãc recõciliationem & salutẽ, si nõ pertinẽt paruuli, qs eos quærit ad baptismũ Christi? Si aũt pertinẽt, inter hoĩes mortui sunt pro quibus ille mortuus est, nec ab eo reconciliari pñt, nisi remissa nõ deputet delicta eorũ. Itẽ ad Galatas, Gratia vobis & pax a Deo Patre, & Deo Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eximeret nos de pñti seculo maligno. Et alio loco, Lex trãsgressionis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, disposita per Angelos in manu mediatoris. Mediator aũt vnius nõ est, Deus vero vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si.n. data esset lex, q̃ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ad Ephesios etiam, Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum Principem potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in filijs diffidentię, in quibus & nos omnes aliquando cõuersati sumus in desiderijs carnis nostrę, faciẽtes volũtatẽ carnis, & affectionũ & eramus naturaliter filij iræ, sicut & cęteri. Deus aũt qui diues est in misericordia pp multã dilectionẽ qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gr̃a salui facti sumus. Et paulopost, Gratia, inquit, salui facti estis p fidẽ, & hoc non ex vobis, sed Dei donũ est. Nõ ex operibus ne forte quis extollatur: Ipsius.n. sumus figmentũ, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ prępar auit Deus, vt in illis ambulemus. Et paulopost, Qui eratis, inquit, in illo tpe sine Christo, alienati a societate Israel, & peregrini testamẽtorũ & & promissionis, spẽ nõ habẽtes, & sine Deo in hoc mũdo, nũc aũt ĩ Christo Iesu, qui aliqñ eratis longè, facti aũt estis prope in sanguine Christi. Ipse est.n. pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ, & mediũ parietẽ macerię soluẽs inimicitias, in carne sua legẽ mandatorũ decretis euacuãs, ut duos cõderet in se vnũ hominẽ nouũ, faciẽs pacẽ, & cõmutaret vtrosque in vno corpore Deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacẽ, vobis qui eratis longè, & pacẽ his q prope, quia per ipsum habem' accessum ambo in vno spũ ad Patrẽ. Itẽ alibi, Sicut veritas est in Iesu deponere vos secũdũ priorẽ conuersationẽ veterẽ hominẽ, eũ qui corrũpitur scd̃m cõcupiscẽtias deceptionis. Renouamini aũt spũ mentis vestræ, & induite nouũ hominẽ, qui secundũ Deũ creatus est ĩ iustitia, & sanctitate veritatis. Et alibi. Nolite cõtristare spiritũ sanctũ Dei, in quo signati estis in diẽ redẽptionis. Ad Colossenses ẽt ita loquitur, Gratias agẽtes Patri idoneos facienti nos in partẽ sortis sanctorũ in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum filij

charitatis suæ, in quo habemus redemptionẽ in remissione peccatorũ. Et alio loco, Et estis, inquit, in illo repleti, qui est caput omnis principatus & ptãtis. In quo ẽt circuncisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & cõsurrexistis per fidẽ operationis Dei qui suscitauit illũ a mortuis. Et vos eũ essetis mortui delictis & pręputio carnis vestrę, cõuiuificauit cũ illo donãs nobis omnia delicta, & delẽs, ꝗ aduersus nos erat chirographũ decreti, ꝗ erat contrariũ nobis, tollẽs illud de medio, & affigens illud cruci, exuẽs se carnẽ principatus & potestates exemplauit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Et ad Timotheũ, Humanus, inquit, sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundũ peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Sed ideo misericordiã cõsecutus sum, vt in me ostẽderet primo Christus Iesus omnẽ lõganimitatem ad informationẽ eorũ, qui crediturí sunt illi in vitã æternã. Itẽ dicit, Vnus enim Deus vnus & mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. In secunda ẽt ad eundẽ, Noli ergo, inquit, erubescere testimoniũ dñi nostri neq; me vinctũ eius, sed collabora Euangelio secundũ virtutẽ Dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non secundũ opera nostra, sed secundũ propositũ suum & gratiã, quę data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata aũt nũc per aduentũ dñi nostri Iesu Christi, euacuãtis quidẽ mortẽ, illuminãtis aũt vitam & incorruptionem per Euangeliũ. Ad Titũ etiã, Expectantes, inquit, illam beatã spem & manifestationẽ gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri dñi nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi nos populũ abũdantem, æmulatorẽ bonorũ operũ. Et alio loco. Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris Dei nostri, non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secundũ suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritussancti, quem ditissime effudit super nos per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati ipsius gratia hæredes efficiamur secundũ spẽ vitæ ęternæ. Ad Hebræos quoq; Epistola quanquã nonnullis incerta sit, tñ qm̃ legi quosdã huic nostrę de baptismo paruulorũ sententię contraria sentientes, ẽt ipsam quibusdã opinionibus suis testẽ adhibere voluisse magisq; me mouet authoritas Ecclesiarũ Orientaliũ, quę hanc etiã in canonicis habẽt, quãta pro nobis testimonia contineat aduertẽdũ est. In ipso eius exordio legitur, multis partibus & multis modis olim Deus locutus est patribus in Prophetis, postremo in his diebus locutus est nobis in filio suo, quẽ constituit hæredem vniuersorũ, per quẽ fecit & secula. Qui cũ sit splendor gloriæ & figura substantię eius, gerens quoq; omnia verbo virtutis suę purgatione peccatorum a se facta, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Et post pauca. Si enim qui per angelos dictus est, sermo factus est firmus, & omnis pręuaricatio & inobedientia iustam accepit mercedis retributionẽ, quõ nos effugiemus si tantam neglexerimus salutẽ? Et alio loco, Propterea ergo qui a pueri cõmunicauerũt sanguini & carni, & ipse propemodũ eorũ participauit, vt per mortem euacuaret eum, qui potestatẽ habebat mortis, idest, diabolũ & liberaret eos qui timore mortis, per totã uitã rei erant seruitutis. Et paulopost, Vnde debuit, inquit, secundũ omnia fratribus similis esse, vt misericors esset, & fidelis princeps sacerdotũ eorũ quę sunt ad Deũ propitiandum ꝓ delictis populi. At alibi. Teneamus, inquit, confessionẽ, nõ habemus enim sacerdotẽ, qui non possit compati infirmitatib. nostris. Etenim expertus est omnia secundũ similitudinẽ sine peccato. Et alio loco, Intrãsgressibile, inquit, habet sacerdotiũ, vnde & saluos potest perficere eos qui adueniunt, per ipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandũ pro ipsis. Talem enim decebat habere nos Principem sacerdotũ iustum sine malitia, incontaminatum, separatum a peccatoribus, altiorem cęlis factũ, non habentem quotidianam necessitatem sicut Principes sacerdotum primum pro suis peccatis sacrificium offerre, de hinc pro populi, Hoc.n.semel fecit offerens se. Et alio loco, Non.n.in manu fabricata sancta itroiuit Christus, quę sunt similia verorum, sed in ipsum cœlum appareat ante faciem Dei pro nobis, non vt sępius offerat semetipsum, sicut princeps sacerdotum

cerdotum intrat in ſancta, in anno ſemel cũ ſanguine alieno. Cęterum oportebat eũ ſæpius pati a mundi conſtitutione, nunc aũt ſemel in extremitate ſeculorũ ad remiſsionem peccatorũ per ſacrificiũ ſuum manifeſtatus eſt. Et ſicut conſtitutũ eſt hominib. ſemel tm̃ mori, & poſt hoc iudiciũ, ſic & Xp̃s ſemel oblatus eſt vt multorũ peccata portaret, ſecũdo ſine peccatis apparebit eis, qui eum ſuſtinent ad ſalutem. Apocalypſis ẽt Ioannis has laudes Chriſto per canticũ nouum teſtatur offerri. Dignus es accipere librum & aperire ſignacula eiꝰ, qm̃ occiſus es & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, de omni gente & lingua & populo & natione. Itẽ in Actibus Apoſtolorum inceptorem vitæ Petrus Apoſtolus dixit eſſe dñm Ieſum, increpans Iudęos ꝙ occidiſſent eũ, ita loquens, Vos aũt ſanctum & iuſtũ oneraſtis & negaſtis, & poſtulaſtis hominẽ homicidã viuere: & donari vobis, Nam inceptorẽ vitæ occidiſtis. Et alio loco, Hic eſt lapis reprobatus a vobis ædificantib. qui factus eſt in caput anguli. Nõ eſt.n. aliud nomen ſub cęlo datũ hominib. in quo oportet nos ſaluos fieri. Et alibi, Deus patrum ſuſcitauit Ieſum, quẽ vos interfeciſtis ſuſpendentes in ligno. Hunc Deus Principẽ & Saluatorem exaltauit gloria ſua, dare pnĩam Iſrael & remiſsionem peccatorũ in illo. Item alio loco, Huic oẽs Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſsionem peccatorũ accipere per manũ illius omnẽ credentem in eũ. Itẽ in eodẽ libro Apoſtolus Paulus, Notũ ergo vobis ſit, inquit, viri fratres, qm̃ per hunc vobis remiſsio peccatorũ annunciatur ab omnibus, quib. non potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari, in hoc omnis credẽs iuſtificatur. Hoc tanto agere teſtimoniorũ, cuius aduerſus veritatẽ Dei elatio non premattur? Et multa quidem alia reperiri poſſunt, ſed & finiendi huius operis cura non negligenter habẽda eſt. De libris quoq; veteris teſtamenti multas cõteſtationes diuinorum eloquiorum adhibere in hanc ſententiam ſuperuacaneum putaui, qñquidem illic ꝙ occultatur ſub velamẽto velut terrenarum promiſsionũ, hoc in noui teſtamenti prædicatione reuelatur. Et ipſe dñs librorum veterũ vtilitatem breuiter demonſtrauit & definiuit, dicens, Oportuiſſe impleri quæ de illo ſcripta eſſent in lege & Prophetis & Pſalmis, & hæc ipſa eſſe, quod oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pnĩam & remiſsionem peccatorum per oẽs gentes, incipientibus ab Hieroſolymis. Et Petrus dicit, ꝙ pauloante cõmemoraui, Huic omnes Prophetas teſtimoniũ perhibere, remiſsionem peccatorũ accipere per manum eius omnem credentem in eũ. Verumtñ cõmodius eſt ẽt ex ipſo vetere teſtõ teſtimonia pauca depromere, quæ vel ad ſupplementũ, vel potius ad cumulum valere debebunt. Ipſe dñs per Prophetam in Pſalmo loquẽs ait, Sanctis qui ſunt in terra eius, mirificauit oẽs voluntates meas in illis. Non merita eorum: ſed, voluntates meas. Nam illorum quid, niſi ꝙ ſequitur? Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum ſupra id ꝙ infirmi erant. Ad hoc & lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Sed ꝙ adiungit, Poſtea accelerauerunt, multiplicatis infirmitatibus, hoc eſt, abundante delicto alacrius medicum quæſierunt, vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundaret gratia. Denique non congregabo, inquit, conuenticula eorum de ſanguinibus, qm̃ multis ſacrificiorum ſanguinibus, cum primum in tabernaculum vel in templum congregarentur, conuincebantur potius peccatores, quã mũdabantur. Non ergo iam, inquit, de ſanguinibus congregabo cõuenticula eorum. Vnus enim ſanguis pro multis datus eſt, quo veraciter mundarentur. Denique ſequitur, Nec memor ero nominũ illorum per labia mea tanquam innouatorum. Nam nomina eorũ erant prius filij carnis, filij ſeculi, filij iræ, filij diaboli, immundi peccatores, impij, poſtea vero filij Dei, homini nouo nomen nouum, canticum nouum cantanti nouum, per teſtm̃ nouum. Non ſint ingrati homines gratiæ Dei, puſilli cum magnis, a minore vſque ad maiorẽ Totius Eccleſiæ vox, Erraui ſicut ouis perdita: Omnium membrorum Chriſti vox eſt, Omnes vt oues errauimus, & ipſe traditus eſt pro peccatis noſtris. Qui totus Prophetiæ locus apud Eſaiam quoque per Philippum ſibi expoſitus, ſpado ille Candacis reginæ in eum credidit. Vide quotiens hoc ipſum cõmendet, & tanquam ſuperbis neſcio quibus, vel contentioſis identidẽ inculcet, Homo, inquit, in plaga, & qui ſciat ferre infirmitates, propter quod nõ auertit ſe facies eius iniuriata eſt, nec magni æſtima-

Marginalia: A; Apoc. 5.; Act. 3.; Act. 4.; Act. 10; Ibid. 5.; Act. 13; B; Luc. 24.; Acto. 10.; C; Pſal. 15.; Rom. 5.; Rom. 5.; Pſ. 15.; Pſ. 118.; Eſa. 53.; D; Acto. 8.; Eſa. 53.

ta est. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in dolorib. est, & nos existimauimus illũ in dolorib. esse & in plaga & in pęna, ipse aũt vulneratus est pp peccata nostra, infirmatus est pp iniquitates nostras. Eruditio pacis nostræ super eũ, in liuore eius sanati sumus: oẽs vt oues errauimus, & dñs tradidit illũ pro peccatis nostris, & ipse qm̃ male tractatus est non aperuit os, vt ouis ad immolãdum ductus est, & vt agnus ante eũ qui tonderet fuit sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate sublatũ est iudiciũ eius, generationẽ eius quis enarrabit? qm̃ tolleẽ de terra vita eius, ab iniquitatib. populi mei ductus est ad mortẽ. Dabo ergo malos pro sepultura eius, & diuites pp mortẽ eius, ob hoc ꝙ iniquitatẽ non fecerit, nec dolũ in ore suo dñs vult purgare illũ de plaga. Si dederitis vos ob delicta vestra animã uestrã, uidebitis semen longę uitæ uestræ, & vult dñs auferre a doloribus animã eius, ostendere illi lucem, & figurare per sensum, iustificare iustũ bene seruientem pluribus, & peccata illorũ ipse sustinebit, propterea ipse hæreditabit quã plures, & fortiũ partietur spolia, propter ꝙ tradita est anima eius ad mortẽ, & inter iniquos ęstimatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & pp iniquitates eorum traditus est. Attende ẽt illud eiusdem Prophetæ, ꝙ de se cõpletum, lectoris ẽt functus officio in synagoga ipse recitauit, Spiritus dñi super me, propter quod unxit me, Euangelizare humilib. misit me ut refrigerentur, qui in pressura cordis sunt, prædicare captiuis indulgentiam, & cęcis uisũ. Omnes ergo agnoscamus nec ullus exceptus sit eorum, qui uolumus corpori eius adhærere, & per eũ in ouile eius intrare, ac ad uitã & salutem, quã suis promisit perpetuam peruenire. Oẽs, inquam, agnoscamus eum, qui pc̃m non fecit, & peccata nostra pertulit corpore suo super lignũ, ut a peccatis separati cũ iustitia uiuamus, cuius cicatricib. sanati sumus infirmi cum essemus tanquã pecora errantia. Quæ cũ ita sint, neminẽ unquã eorũ qui ad Christum accesserunt per baptismũ, sana fides & sana doctrina putauit exceptũ a gratia remissionis peccatorũ, nec esse posse alicui præter regnum eius, æternã salutẽ. Hæc.n. parata est reuelari in tẽpore nouissimo, hoc est, in resurrectione mortuorũ pertinentiũ nõ ad mortẽ ęternam, quę secunda mors appellatur, sed ad uitam æternam, quam promisit non mendax Deus sanctis & fidelibus suis, cuius uitæ participes omnes nõ uiuificabũtur nisi in Christo, sicut in Adam omnes moriuntur. Quemadmodũ.n. omnes omnino pertinẽtes ad generationem uolũtatis carnis nõ moriuntur, nisi in Adam in quo omnes peccauerunt, sic ex his omnes omnino pertinentes ad regenerationem uoluntatis spiritus, non uiuificantur nisi in Christo, in quo omnes iustificantur, Quia sicut per unum omnes ad condẽnationem, sic per unũ oẽs ad iustificationẽ. Nec est ullus ulli medius locus ut posit esse nisi cũ diabolo, qui non est cum Christo. Hinc & ipse dñs uolens auferre de cordibus male credentiũ istam nescio quam medietatem, quã conantur quidam paruulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentiæ sint in uita æterna, sed quia non sunt baptizati, non sint cũ Christo in regno eius, definitiuã protulit ad hæc ora obstruenda sententiã, ubi ait, Qui mecũ non est, aduersum me est. Constitue igitur quemlibet paruulum, Si iã cũ Christo est, ut quid baptizatur? Si autẽ, ꝙ habet ueritas, ideo baptizatur, ut sit cũ Christo; profecto nõ baptizatus non est cũ Xp̃o. Et quia non est cum Christo, aduersus Xp̃m est: neq;.n. eius tam manifestã debemus aut possumus infirmare, uel immutare sñiam. Vnde igitur aduersus Xp̃m, nisi ex pc̃tõ? neque.n. ex corpore & anima quæ utraq; Dei creatura est. Porro si ex pc̃tõ, ꝙ in illa ætate nisi originale & antiquum? Vna est quippe caro peccati, in qua omnes ad dãnationem nascuntur, & una est caro in similitudine carnis peccati, per quã omnes a dãnatione liberantur. Nec ita dictũ est omnes, uelut quicunque nascuntur in carne peccati, ijdem ipsi omnes mundari intelligantur per carnẽ similem carni peccati, Non.n. omniũ est fides, sed omnes pertinentes ad generationẽ connubij carnalis, nõ nascuntur nisi in carne peccati, & omnes pertinentes ad generationem connubij spiritalis, non mundantur, nisi per carnem similẽ carni peccati, Hoc est illi per Adam ad condemnationẽ, isti per Christum ad iustificationẽ. Tanquam si dicamus, uerbi gratia, u[illegible] est obstetrix in hac ciuitate, quæ omnes excipit, & unus est hic literarum magister, qui oẽs docet, neq; ibi intelligi posſũt omnes,

Marginalia: E; Esa. 61.; 1. Pet. 2.; F; Collegit oẽs egere morte Christi. Cap. 28.; 1. Cor.; G; Rom.; Mat.; 2. T; H

omnes,nisi qui nascuntur, neq; hic oẽs, nisi qui discunt : non tñ oẽs qui nascuntur literas discunt,sed cuius claret ingeniũ, ꝙ & illic rectè dictũ est,omnes excipit,præter cuius manus nemo nascitur,& hic recte dictũ est,oẽs docet, præter cuius magisteriũ nemo discit. Consideratis aũt omnibus diuinis testimonijs q̃ cõmemoraui , siue singillatim de vnoquoq; disputans, siue aceruatim multa congestans,vel quæcunq; similia non cõmemoraui, nihil inuenitur nisi ꝙ vniuersa Ecclesia tenet,quæ aduersus omnes prophanas nouitates vigilare debet, omnẽ hominem separari a Deo, nisi qui per mediatorem Xp̃m recõciliatur Deo, nec separari quenquã nisi peccatis intercludentib.posse. Non ergo reconciliari nisi peccatorũ remissione per vnam gratiã misericordissimi Saluatoris , per vnã victimã verissimi sacerdotis: ac sic oẽs filios mulieris , quæ serpenti credidit , vt libidine corrũperetur, non liberari a corpore mortis huius,nisi per filiũ virginis, quæ angelo credidit vt sine libidine fœtaretur. Bonum ergo coniugij nõ est feruor concupiscentiæ , sed quidã licitus & honestus illo feruore vtendi modus,propagandæ proli, non explendæ libidini accõmodatus. Voluntas ista nõ voluptas illa nuptialis est. Quod igitur in mẽbris corporis mortis huius inobedienter mouet, totumq; animũ in se deiectũ conatur attrahere,& neq; cũ mens voluerit exurgit, neq; cum mens voluerit cõquiescit,hoc est malũ peccati,in quo nascitur omnis homo. Cum aũt ab illicitis corruptionib.refrenatur,& ad sola generis humani supplementa ordinate propaganda permittitur,hoc est, bonũ coniugij , per ꝙ ordinata societate nascitur hõ , Sed nemo renascit̃ in Xp̃i corpore,nisi prius nascatur in peccati corpore . Sicut aũt bono vti male,malũ est: sic malo bene vti , bonum est.Duo igit̃ hæc,bonũ & malũ, & alia duo, vsus bonus & vsus malus sibimet adiuncta quatuor drĩas faciunt.Bene vtitur bono, cõtinentiã dedicans Deo.Male vtitur bono, cõtinentiam dedicans idolo. Male vtitur malo, concupiscentiã relaxans adulterio.Bene vtitur malo,cõcupiscẽtiã restringens cõnubio. Sicut ergo melius est bene vti bono , q̃ bene vti malo,cũ sit vtrunq; bonũ, ita qui dat virginẽ suã nuptui,bene facit,& qui nõ dat,melius facit.De qua qõne multo vberius & multo sufficientius in duob. libris, vno de bono cõiugali, altero de sancta virginitate, quantũ dñs dedit pro mearũ viriũ exiguitate disserui. Non itaq; per nuptiarũ bonũ defendant concupiscentiæ malũ, qui carnẽ & sanguinẽ præuaricatoris aduersus carnẽ & sanguinem redẽptoris extollunt:non erigantur in superbiã erroris alieni,de quorũ paruula ætate nobis dedit dñs humilitatis exemplũ, solus sine pc̃tõ natus est,quẽ sine virili cõplexu nõ cõcupiscentia carnis,sed obedientia mentis virgo cõcepit . Sola nostro vulneri medicinam parere potuit , quæ non ex peccati vulnere germen piæ prolis emisit . Iam nunc scrutemur diligentius quautũ adiuuat dñs , etiam ipsum Euangelij capitulũ vbi ait , Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu,non intrabit in regnũ Dei. Qua isti sñia nisi mouerentur , omnino paruulos nec baptizandos esse censerent.Sed quia non ait,inquiunt, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu,non habebit salutem vel uitam æternã : tantũmodo aũt dixit,non intrabit in regnũ Dei:ad hoc paruuli baptizandi sunt , vt sint ẽt cum Xp̃o in regno Dei, vbi non erunt si baptizati non fuerint , quãuis & sine baptismo si paruuli moriantur , salutẽ vitamq; æternã habituri sint , qm̃ nullius peccati vinculo obstricti sunt. Hæc dicentes, primo nunquã explicant isti , quia per iustitiã nullum pc̃tm̃ habẽs,imago Dei separatur a regno Dei:deinde videamus vtrũ dñs Iesus vnus & solus magister bonus in hac ipsa Euangelica lectione non significauerit & ostenderit , non nisi per remissionem peccatorũ fieri, vt ad regnũ Dei perueniant baptizati,quãuis recte intelligenti sufficere debuerit,ꝙ dictum est, Nisi quis natus fuerit denuo,non põt videre regnum Dei. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu , nõ potest introire in regnũ Dei. Cur.n.nascatur denuo, nisi renouandus ? vnde renouandus , nisi a vetustate? qua vetustate , nisi in qua vetus homo noster simul crucifixus est cum illo,vt euacuet̃ corpus peccati? Aut vnde imago Dei non intrat in regnũ Dei, nisi impedimento prohibente peccati? Verumtñ vt proposuimus, totã ipsam circunstantiã Euangelicæ lectionis ad rẽ de qua agitur pertinentem, intente quantũ possumus diligenterque videamus.Erat aũt homo, iquit,ex pharisæis Nicodemus nomine,Princeps Iudęorũ, hic

venit

venit ad eũ nocte,& dixit ei, Rabbi ſcimus, q a Deo uenisti magiſter, Nemo.n. põt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cũ eo. Rñdit Ieſus & dixit ei, Amen amen dico tibi: Niſi quis natus fuerit denuo, non põt uidere regnũ Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Qũo, põt homo naſci cum ſit ſenex? Nunqd põt in uterũ matris ſuæ iterũ introire & naſci? Reſpondit Ieſus, Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpũſancto, non poteſt introire in regnũ Dei. Quod natũ eſt ex carne, caro eſt, & ꝙ natũ ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi, oportet uos naſci denuo. Spũs ubi vult ſpirat, & uocem eius audis, ſed neſcis unde ueniat aut quo uadat, Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Rñdit Nicodemus, & dixit ei. Qũo pñt hæc fieri? Rñdit Ieſus & dicit ei, Tu es magiſter in Iſrael & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia ꝙ ſcimus loquimur, & ꝙ uidimus teſtamur, & teſtimoniũ noſtrũ non accipitis, Si terrena dixi uobis & non credidiſtis qũo ſi dixero uobis cęleſtia credetis? Nemo aſcendit in cęlũ, niſi qui de cęlo deſcendit, filius hominis q in cęlo eſt. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpenté in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat uitam æternam. Sic.n. dilexit Deus mundũ ut filium ſuũ vnigenitũ daret, ut omnis qui credit eum nõ pereat ſed habeat uitam æternam. Non.n. miſit Deus filium ſuũ in mũdũ ut iudicet mundũ, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eũ, non iudicatur. Qui aũt non credit iã iudicatus eſt, quia non credit in nomine unigeniti filij Dei. Hoc eſt aũt iudiciũ, quia lux uenit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem. Erant.n. eorũ mala opera. Omnis.n. qui male agit odit lucẽ, & non uenit ad lucẽ, ne arguantur opera eius: qui aũt facit ueritaté uenit ad lucem, ut manifeſtentur eius opera, quia in Deo ſunt facta. Hucuſq; eſt ad ré de qua quærimus pertinẽs totus ſermo ille contextus, deinceps in aliud narrator accedit. Cũ ergo Nicodemus quę dicebantur non intelligeret, quæſiuit a dño qũo poſſent iſta fieri. Videamus quid dñs ad hoc reſpondeat. Profecto.n. ſi ad interrogata reſpõdere dignabitur qũo poſſunt iſta fieri hoc dicturus eſt, quomodo poſſit fieri regeneratio ſpiritalis uenientis hominis ex generatione carnali. Notata itaq; paululũ eius imperitia, qui ſe cęteris de magiſterio præferebat, & omniũ talium incredulitate reprehenſa, ꝙ teſtimoniũ non acciperent ueritatis, addidit etiã ſe illis terrena dixiſſe nec eos crediđiſſe, quærens uel admirans qũo eſſent cęleſtia credituri. Sequitur tñ & reſpondet, ꝙ alij credent, ſi illi non credunt, ad illud ꝙ interrogatus erat, qũo poſſunt iſta fieri. Nemo, inquit, aſcendit in cęlum, niſi qui de cęlo deſcendit filius hominis qui eſt in cęlo. Sic inquit, fiet generatio ſpiritalis, ut ſint cęleſtes homines ex terrenis, ꝙ adipiſci non poterunt niſi membra mea efficiantur, ut ipſe aſcendat qui deſcendit, quia nemo aſcendit, niſi qui deſcendit. Niſi ergo in unitatem Chriſti omnes mutandi leuandiq; cõcurrãt, ut Chriſtus qui deſcendit ipſe aſcendat, non aliud deputans corpus ſuum, ideſt Eccleſiã ſuam, quam ſeipſum, quia de Chriſto & Eccleſia uerius intelligitur, Erunt duo in carne una, de qua re ipſe dixit, Itaque iam nõ duo, ſed una caro, aſcendere oĩno non poterunt, quia nemo aſcendit in cęlum, niſi qui de cęlo deſcendit filius hominis qui eſt in cœlo. Quamuis.n. in terra factus ſit filius hominis, diuinitatem tñ ſuam, qua in cęlo manẽs deſcendit ad terram, non indignam cenſuit nomine filij hominis, ſicut carnem ſuam dignatus eſt noĩe filij Dei, ne quaſi duo Chriſti iſta accipiantur, unus Deus, & alter homo, ſed unus atque idem Deus & homo: Deus, quia in principio erat uerbum, & Deus erat uerbum: homo, quia uerbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ac per hoc diſtantia diuinitatis & infirmitatis filius Dei manebat in cęlo, filius hominis ambulabat in terra, per unitatẽ uero perſonæ, qua utraq; ſubſtantia unus Chriſtus eſt, & filius Dei ambulabat in terra, & idem ipſe filius hominis manebat in cęlo. Fit ergo credibilior fides ex incredibilioribus creditis. Si enim diuina ſubſtantia lõge diſtantior atq; incomparabili diuerſitate ſublimior, potuit, propter nos ita ſuſcipere humanam ſubſtãtiam, ut una perſona fieret, ac ſic filius hominis qui erat in terra per carnis infirmitatem, idem ipſe eſſet in cęlo per participatam carni diuinitatem, quanto credibilius alij homines ſancti & fideles eius fiunt cum homine Chriſto unus Chriſtus, ut omnibus per eius hanc gratiam ſocietatemq;

Margin: A — Nu. 21. — B — *Deus homo, Eccleſia, vnus Chriſtus Cap. 31.* — C — *Ge.* — *M.* — *Io.* — D

temq;

temq; ascendentibus, ipse vnus Christus in celũ, qui de celo descẽdit? Sic & Apostolus ait, Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra corporis cum sint multa vnum est corpus, ita & Christus: nõ dixit & ita & Christi, idest corpus Christi, vel membra Christi, sed ita & Christus, vnum Christum appellans caput & corpus. Magna est & mira dignatio, quę quoniam fieri nõ potest nisi per remissionẽ peccatorũ, sequitur & dicit, Et sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hoĩs, vt omnis qui crediderit in eũ nõ pereat, sed habeat vitã æternã. Quid tũc in deserto factũ sit nouimus, serpentũ morsibus multi moriebãtur, tũc populus peccata sua confitẽs, per Moysen deprecatus est Deũ, vt hoc ab eis virus auferret. Ad hoc Moyses ex pręcepto dñi exaltauit in deserto ęneũ serpẽtẽ, admonuitque populũ, vt illũ exaltatũ quisquis a serpẽte morderetur attenderet: hoc facientes sanabantur continuo. Quid est exaltatus serpens nisi mors Christi, eo significandi mõ quo per efficiẽtem id quod efficitur significatur? A serpẽte quippe mors venit, qui pctm̃ quo mori mereretur homini persuasit. Dñs aũt in carnẽ suã non pctm̃ transtulit tanquã venenum serpentis, sed tñ transtulit mortẽ vt esset in similitudine carnis peccati pęna sine culpa, vnde in carne peccati, & culpa solueretur & pęna. Sicut ergo tunc, qui cõspiciebat exaltatũ serpẽtẽ & a veneno sanabatur & a morte liberabatur, sic nũc qui cõformatur similitudini mortis Christi per fidẽ baptismũq; eius, & a peccato per iustificationẽ, & a morte per resurrectionẽ liberetur. Hoc est.n.quod ait, Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitã ęternam. Quid igitur opus est vt Christi morti per baptismũ cõfirmetur paruulus, si morsus serpentis nõ est omnino venenatus? Deinde si quod consequẽter dicit, Deus sic dilexit mundũ vt filiũ suũ vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum nõ pereat, sed habeat vitam æternam, periturus erat paruulus nec habiturus vitam ęternam si per sacramentum baptismi non crederet vnigenitum filium Dei, dum interim sic venit vt non iudicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum, præsertim quia sequitur & dicit, Qui credit in eum non iudicatur, quia autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos, nisi inter fideles, sicut vniuersæ vbiq; Ecclesiæ clamat authoritas? ergo inter eos qui crediderunt, hoc.n.eis acquiritur per virtutẽ sacramenti & offerẽtium rñsionem. Ac per hoc eos qui baptizati nõ sunt, inter eos qui non crediderunt. Porro si illi qui baptizati sunt non iudicantur, isti quia carent baptismo iudicantur. Quod vero adiungit, hoc est autem iudiciũ, quia lux venit in mundũ, & dilexerunt hoĩes tenebras magis quã lucẽ. Vnde lux venit in mundũ, nisi de suo dicit aduentu, sine cuius aduentus sacramento quõ paruuli esse dicuntur in luce? Aut quõ nõ & hoc in dilectione tenebrarũ habent, qui quẽadmodũ ipsi non credunt, sic nec baptizandos suos paruulos arbitrantur, quñ eis mortẽ corporis timent? In Deo aũt dicit facta opera eius, qui uenit ad lucẽ, quia intelligit iustificationem suã, non ad sua merita, sed ad Dei gratiam pertinere: Deus est.n.inquit Apostolus, qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Hoc modo ergo fit omniũ ex carnali generatione ad Christum veniẽtiũ regeneratio spiritalis. Ipse hoc aperuit, ipse mõstrauit cũ ab eo quęreretur, quõ possent ista fieri, nemini humanam argumentationẽ in hac causa liberam fecit, vt non alienentur paruuli a gratia remissionis peccatorũ. Non aliter transitur ad Christum, nemo aliter põt Deo reconciliari & ad Deũ venire nisi per Christũ. Quid de ipsa forma sacramenti loquar? vellẽ aliquis istorum qui contraria sapiũt, mihi baptizãdũ paruulũ afferret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Ipse certe mihi fuerat responsurus pro eodẽ paruulo quẽ gestaret, quia ille pro se respõdere nõ posset, quomodo ergo dicturus erat eũ renunciare diabolo cuius in eo nihil esset? Quomodo conuerti ad Deũ, a quo non esset aduersus, credere inter cętera in remissionẽ peccatorũ, quę illi nulla tribueretur? Ego quidẽ si contra hæc eũ sentire existimarẽ, nec ad sacra cũ paruulo intrare pmitterẽ, ipse aũt in hoc qua frõte ad hoĩes, qua mente ad Deũ si ferret ignoro, nec volo aliquid grauius dicere. Falsam igitur vel fallacem paruulis tradi baptismatis formam in qua sonaret quod vtique agi videretur, & tamen nulla fieret remissio

Phil. 2.

Duplex de paruulis error.

Cap. 34.

sio peccatorũ, uiderunt aliqui eorũ nihil execrabilius ac detestabilius dici posse atq; sentiri. Proinde quod attinet ad baptismũ paruulorũ vt eis sit necessarius, redemptionẽ ẽt ipsis opus esse concedunt, sicut cuiusdã eorũ libello breuissimo cõtinetur, qui tñ ibi remissionem alicuius peccati apertius exprimere noluit. Sicut aũt ipse literis intimasti, fatentur iã vt dicis etiã in paruulis per baptismũ remissionẽ fieri peccatorũ. Nec mirũ, nõ.n. redemptio alio modo posset intelligi. Nõ tñ originaliter, inquiunt, sed in vita iã propria postea quã nati sunt, peccatũ habere cęperũt. Quãobrẽ vides iã quãtũ distet inter eos contra quos in hoc opere diu iã multũq; disserui, quorũ etiã vnius legi librũ ea cõtinẽtem, quæ vt potui refutaui. Inter istos ergo vt dicere cęperam omnino paruulos ab omni peccato & originali & proprio puros liberos esse defendunt, & istos qui eos iam natos propria putant contraxisse peccata, à quibus eos credunt per baptismũ oportere purgari, quantũ intersit uides. Proinde isti posteriores intuendo scripturas & authoritatẽ totius Ecclesiæ, & formã ipsius sacramenti, bene viderunt per baptismũ in paruulis peccatorũ fieri remissionem, sed vt originale esset quicquid illud in eis est, vel nolunt dicere, vel videre non possunt: illi aũt priores in ipsa natura humana, quæ ab omnibus vt consideretur in promptu est, bene viderunt ꝙ facile fuit ętatẽ illã in sua iã vita propria nihil peccati potuisse contrahere, sed ne peccatũ originale fateantur, nullũ esse omnino peccatũ in paruulis dicunt. In his ergo quę singula vera dicunt, prius inter se ipsi consentiãt, & cõsequenter fiet vt a nobis nulla ex parte dissentant: Nã si paruulis baptizatis remissionem fieri peccatorũ concedãt illi istis, paruulos aũt, vti ipsa natura in tacitis infantibus clamat, suæ vitę proprię nullum adhuc contraxisse peccatũ concedant isti illis, concedant utriq; nobis, nullũ nisi originale restare, qđ per baptismũ soluatur in paruulis. An vero & hoc quęsituri, & de hoc disputaturi, & tẽpus ad hoc impensuri sumus, vt probemus atq; doceamus qũo per propriã voluntatẽ, sine qua nullũ vitæ proprię põt esse peccatũ, nihil mali commiserint infantes, qui pp hoc vocantur ab omnibus innocentes? Nõne tanta infirmitas animi & corporis, tanta rerũ ignorantia, tã nulla omnino pręcepti capacitas, nullus vel naturalis vel cõscriptæ legis sensus aut motus, in alterutrã partẽ rationis vsus, hoc multo testatiore silentio, quam sermo noster proclamat atq; indicat? Valeat aliquid ad seipsam persuadendam ipsa euidẽtia, nã sic non inuenio quid dicam, q̃ vbi res de qua dicitur manifestior est, quã omne ꝙ dicitur. Vellem tñ quisquis hoc sapit diceret quod peccatũ viderit vel putari infantis recẽtis ab vtero, cui redimendo fatetur iam baptismũ necessariũ, quid mali in hac propria sua vita per animum propriũ corpusve cõmiserit. Si forte ꝙ plorat tędioq; est maioribus, mirum si hoc iniquitati, non infęlicitati potius deputandũ est. An ꝙ ab ipso fletu nulla sua ratione, nulla cuiusquã prohibitione compescitur? At hoc ignorantię est, in qua profundissima iacet, qua etiã matrẽ cũ post exiguum tempus valuerit percutit iratus, & sæpe ipsas etiam mammas, quas dum esurit, exugit. Hæc non modo feruntur, verumetiã diliguntur in paruulis, & hoc quo affectu nisi carnali, quo etiã risus iocusq; delectat, acutorũ quoq; hominũ ipsa quasi absurditatecõditus, qui si eo modo sentiretur, vt dicitur, non iam illi tanquã faceti, sed tanquã fatui riderentur? Ipsos quoq; fatuos videmus, quos vulgo moriones vocant, ad cordatorũ delitias adhiberi, & in mancipiorũ æstimatione pretiosiores esse cordatis, tantũ valet carnalis affectus etiam minime fatuorum in delectatione alieni mali. Nam cũ homini iocunda sit aliena fatuitas, nec ipse tamen talis esse voluisset, & si suũ paruulũ filiũ, a quo garriẽte talia pater lętus expectat & prouocat, talem pręsciret futurũ esse cũ creuerit, nullo modo dubitaret miserabilius lugendum esse quam mortuũ. Sed dum spes subest incremẽtorũ, & ingenij lumen accessurum creditur ętatis accessu, fit vt conuitia paruulorum etiam in parentes, nõ solum iniuriosa nõ sint, verumetiam grata atque iocunda sint. Quod quidem prudentium nemo probauerit, vt a dictis vel factis huiusmodi non tantum non prohibeantur, cum prohiberi iam possunt, verum in hęc etiam concitentur studio ridendi & vanitate maiorum. Nam plerunque illa ętas iam patrem matremque agnoscens, neutri eorum audet maledicere, nisi ab altero eorum, aut ab vtroque vel permissa vel

In paruuli non esse peccatum vitæ.c. 35.

H

I

K

L

vel iuſſa. Verum hęc eorum ſunt paruulorũ, qui iam in verba prorũpunt, & animi ſui motus qualibuſcunq; lingug ſignis promptitare iã poſſunt. Illã potius recẽtiũ natorũ profundiſsimã ignorantiã videamus, ex qua ad iſtã non permanſurã balbutientẽ fatuitatẽ, tanq̃ ad ſcientiã locutionemq́; tendentes, proficiendo venerunt. Illas, inquã, conſideremus tenebras mentis vtiq; rationalis, in quibus & Deũ prorſus ignorant, cuius ſacris ẽt cũ baptizantur obſiſtunt. In has quæro vnde & qñ ſubmerſi ſint. Itane vero eas hic cõtraxerũt, & in hac vita ſua iã propria per nimiã negligentiã obliti ſunt Deũ, prudentes vero & religioſi vixerunt vel in vteris matrũ? Dicant iſta qui auſi fuerint, audiant qui voluerint, credãt qui potuerint. Ego aũt puto, ꝙ omnes quorũ mentes nõ obnubilat defendendæ ſuę ſnīæ peruicacia, hæc ſentire non poſſunt. An nullum eſt ignorantiæ malũ, & ideo nec purgandum? Et quid ait illa vox? Delicta iuuentutis & ignorãtiæ meæ ne memineris? Etſi.n. dãnabiliora peccata ſunt, q̃ ab ſcientib. committuntur, tñ ſi ignorantiæ pc̃tã nulla eſſent, hoc legeremus ꝙ cõmemoraui, Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memineris. In illas igitur ignorantiæ denſiſsimas tenebras, vbi anima infantis recentis ab vtero vtique anima hominis, vtiq; anima rationalis non ſolum indocta, verumẽt indocilis iacet, quare, aut qñ, aut vnde contruſa eſt ſi naturæ eſt hominis ſic incipere, & non iã vitioſa eſt iſta natura? Cur non talis creatus eſt Adam? Cur ille capax præcepti & valens vxori & omnibus animalibus nomina imponere? Nã & de illa dixit, Hæc vocabit mulier: & quodcunq; vocauit Adã animã viuã, hoc eſt nomen eius. Iſte aũt neſciens vbi ſit, quid ſit, a quo creatus, a quib. genitus ſit, iã reus delicti necdũ capax præcepti, tã profunda ignorantiæ caligine inuolutus & preſſus, vt neq; tanquã de ſomno excitari poſsit, vt hæc ſaltem demonſtrata cognoſcat, ſed expectetur tp̃s quo hanc neſcio quã velut ebrietatẽ, nõ per vnã noctẽ, ſicut q̃libet grauiſsima ſolet, ſed per aliquot menſes atq; annos paulatim digerat, ꝙ donec fiat tã multa, quæ in maiorib. punimus, toleramus in paruulis, vt numerari omnino nõ poſsint, hoc tã magnũ ignorantiæ atq; infirmitatis malũ, ſi in hac vita iã nati paruuli contraxerunt, vbi, qñ, qũo magna aliqua impietate cõmiſſa, repente tantis tenebris inuoluti ſunt? Dicet aliquis, Si hæc natura pura non eſt, ſed vitioſa primordia, quia talis non eſt creatus Adã, cur Xp̃s longe excellentior & certe ſine vllo peccato natus ex virgine, in hac tñ infirmitate atq; ætate procreatus apparuit? Huic propoſitioni rñdemus. Adã propterea non talẽ creatũ, quia nullius parentis præcedente pc̃tõ eſt creatus in carne peccati, Nos ideo tales, quia illius præcedente pc̃tõ, nati ſumus in carne peccati. Xp̃s ideo talis, quia vt de pc̃tõ condemnaret peccatũ, natus eſt in ſimilitudine carnis peccati. Nõ.n. hic agitur de Adam ꝙ pertinet ad corporis quantitatẽ, quia non paruulus factus eſt, ſed perfecta mole membrorum. Poteſt.n. dici ẽt pecora ſic creata, nec tñ eorum peccato factum eſſe, vt ex eis pulli paruuli naſcerentur, ꝙ quale ſit nunc non quærimus, ſed agitur de illius mentis quadam valẽtia vſuq; rationis, quo præceptum Dei legemq́; mandati & docilis Adam caperet, & facile poſſet cuſtodire ſi vellet. Nunc autem homo ſic naſcitur vt omnino non poſsit ꝑꝑ horrendam ignorantiã atq; infirmitatem, non carnis ſed mentis, cũ oẽs fateamur in paruulo non alterius ſed eiuſdẽ ſubſtantiæ cuius in primo homine fuit, hoc eſt, rationalẽ animam degere, quanquã ẽt ipſa tanta carnis infirmitas, neſcio quid, quantũ arbitror, pęnale demonſtrat. Mouet.n. ſi primi illi homines non peccaſſent, vtrum tales eſſent filios habituri, qui nec lingua nec manibus nec pedibus vterentur. Nam ꝑꝑ vteri capacitatẽ fortaſſe neceſſe fuerit paruulos naſci, quamuis cum exigua ſit pars corporis coſta, non tñ propter hoc Deus paruulã viro coniugem fecit, quã ædificauit in mulierem, vnde & eius filios poterat omnipotentia creatoris mox editos grandes protinus facere. Sed vt hoc omittam, poterat certe ꝙ multis ẽt pecorib. præſtitit, quorũ pulli quãuis ſint paruuli neq; accedentib. corporis incrementis ẽt mente proficiant, qm̃ rationalẽ animã non habent, tñ ẽt minutiſsimi & currunt & matres agnoſcunt, nec ſugendis vberibus cura & ope admouentur aliena, ſed ea ipſi in maternis corporib. loco abdito poſita mirabili facilitate nouerũt. Cõtra homini nato nec ad inceſſum pedes idonei, nec manus ſaltẽ ad ſcalpendum habiles, & niſi opere nutrientis admotis labris pa-

pillæ

Margin notes:

A

Vn… mo / …ran in / …mi ho / …mi… .

C… 6.

ſal 4.

Gen

B

Cur Chriſtus infans natus eſt ſecus atque Adam. Cap. 37.

C

Rom. 8.

Ignorantia infantis. c. 38.

D

pillæ vberis ingerantur, nec vbi sint sentiũt, & iuxta se iacẽtibus mammis magis possint esurientes flere, quã sugere. Proinde infirmitati mentis congruit hæc omnino infirmitas corporis, nec fuisset caro Christi in similitudine carnis peccati, nisi caro esset ista peccati, cuius pondere rationalis anima sic grauatur siue & ipsa ex parentibus tracta sit, siue ibidem creata, siue desuper inspirata, quod nunc quærere differo. In paruulis certe gratia Dei per baptismũ eius, qui venit in simili tudine carnis peccati, id agitur vt euacuetur caro peccati. Euacuatur aũt non vt in ipsa viuente carne concupiscentia conspersa & innata repente absumatur & non sit, sed ne obsit mortuo, q̃ inerat nato. Nã si post baptismum vixerit, atq; ad ætatem capacem præcepti peruenire potuerit, ibi habet cũ qua pugnet eamq; adiuuante Deo superet, si non in uacuum gratiã eius susceperit, si reprobatus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili omnipotentissimi creatoris, vt lex peccati quæ inest in membris repugnans legi mentis penitus extinguatur & non sit, sed vt quicquid mali ab homine factum, dictũ, cogitatum est, cũ eidem concupiscentiæ subiecta mente seruiret, totũ aboleatur ac velut factũ non fuerit habeatur. Ipsa vero soluto reatus vinculo quo illã diabolus animã retinebat, & interclusione destructa, quæ hominem a suo creatore separabat, maneat in certamine, quo corpus nostrũ castigamus & seruituti subijcimus, vel ad vsus licitos & necessarios relaxanda, vel continentia cohibenda. Sed qm̃ diuino spiritu quimulto melius quã nos omnia generis humani nouit, vel præterita vel p̃sentia, vel futura, talis vita humana præcognita atq; prædicta est, vt non iustificetur in conspectu Dei omnis viuens, fit vt per ignorantiã vel infirmitatẽ non exertis aduersus eã totis viribus voluntatis, eidẽ ad illicita ẽt nonnulla cedamus, tanto magis & crebrius quãto deteriores, tanto minus & rarius quãto meliores sumus. Sed qm̃ de hac qõne in qua quæritur, vtrũ possit vel vtrum sit, fuerit futurusve sit homo sine peccato in hac vita excepto illo qui dixit, Ecce venit Princeps mũdi & in me nihil inueniet: aliquanto diligẽtius differendũ est, iste sit huius voluminis modus vt illud ab alio quæramus exordio.

Rom. 8. Sapien. 9.

E *Quo euacuet peccatũ per baptismũ in paruulis, similiter & in adultis, & quid inde consequatur vtilitatis. cap. 39.* Rom. 7.

I. Cor. 9. Ps. 142. F

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

De peccatorum meritis & remissione, & de baptismo paruulorum ad Marcellinum, Liber Secundus.

DE Baptismo paruulorum Marcelline charissime, quod non solum eis ad regnum Dei, verumẽt ad salutem vitamq; æternam adipiscendam detur, quã sine Dei regno, & sine Christi Saluatoris societate, in quam nos sanguine redemit, habere nullus põt, priore libro satis, vt arbitror, disputauimus. In hoc autem viuat ne aliquis in hoc seculo, vel vixerit, victurusve sit sine vllo omnino peccato, excepto vno mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu, qui dedit semetipsum redẽptionem pro omnibus, quanta ipse donat diligentia vel facultate, differendum enodandumq; suscepi, cui disputationi si se identidem aliqua necessitate vel opportunitate, inseruerit quæstio de baptismo vel peccato paruulorum, mirandum non erit, nec defugiendũ vt eis locis ad omnia, quæ responsionẽ nostram flagitant, sicut valemus respondeamus. Huius autem qõnis solutio de hominis vita sine vlla subreptione vel p̃occupatione peccati, p̃p quotidianas ẽt nostras orationes maxime necessaria est. Sunt.n. quidã tantum præsumentes de libero humanæ voluntatis arbitrio, vt ad non peccandũ nec adiuuandos nos diuinitus opinentur, semel ipsi naturæ nostræ concesso liberæ voluntatis arbitrio: Vnde fit consequens, vt nec orare debeamus ne intremus in tentationem, hoc est, ne tentatione vincamur, vel cum fallit & præoccupat nescientes, vel cum premit atq; vrget infirmos. Quã sit autẽ noxium & saluti nostræ, quæ in Christo est pernitiosum atq; contrarium, ipsique religioni qua imbuti sumus, & pietati qua Deum colimus, quã vehementer aduersum, vt pro adipiscendo beneficio Deũ non rogemus, atq; in ipsa oratione dominica, ne nos inferas in tentationem, frustra positum existimemus, verbis explicare non possumus. Acute autem sibi uidentur dicere, quasi nostrum hoc vllus ignoret, q̃ si nolumus non peccamus, nec præciperet Deus homini, q̃ esset

esset humanę impoſsibile voluntati. Sed hoc non vident ꝙ ad nonnulla superāda, vel quę male cupiuntur, vel quę male metuūtur, magnis aliqñ & totis viribus opus est voluntatis, quas nō perfecte in omnibus adhibituros prævidit, qui per Prophetā veridice dici voluit, Nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuēs. Tales itaq; nos dñs futuros præuidens, quędā salubria remedia contra reatū & vincula peccatorū etiā post baptiſmum dare ac valere dignatus est, opera, s. misericordiæ, cū ait, Dimittite & dimittetur vobis: date & dabitur vobis. Qui. n. cū aliqua spe adipiscendæ salutis æternæ de hac vita migraret, manet illa sententia, ꝙ quicunq; totā legē seruauerit, offendat autem in vno, factus est omniū reus, nisi post paululū loqueretur, Sic loquimini, & sic facite tanquā per legem libertatis incipiētes iudicari? Iudicium. n. sine misericordia, illi qui non facit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium. Concupiſcentia igitur tanquam lex peccati manens in membris corporis mortis huius, cū paruulis nascitur, in paruulis baptizatis à reatu soluitur, ad agonem relinquitur, ante agonē mortuos nulla damnatione persequitur. Paruulos non baptizatos reos innectit, & tanquā irę filios etiā si paruuli moriantur ad cōdemnationē trahit. In grandibus autē baptizatis, in quibus iā ratione vtentibus quicquid eidē concupiscentię mens ad peccandū cōsentit, proprię voluntatis est, deletis peccatis omnibus, soluto etiā reatu, quo vinctos originaliter detinebat, ad agonem interim manet, non sibi ad illicita cōsentientibus nihil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in victoria, & pace perfecta nihil ꝙ vincatur exitat. Cōsentientes autē sibi ad illicita reos tenet, & nisi per medicinā pęnitentiæ & opera misericordiæ per cęlestē sacerdotē pro nobis interpellantē sanentur, ad secundā mortē dānationeq; perducit. Propter hoc & dñs orare nos docens, inter cętera monuit vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inferas in tentationē, sed libera nos a malo. Manet. n. malū in carne nostra, nō natura ī qua diuinitus creatus est hō, sed vitio quo voluntate prolapsus est, vbi amissis viribus, nō ea, qua vulneratus est, volūtatis facilitate sanatur. De hoc malo dicit Apostolus, Scio qm̄ nō habitat in carne mea bonū. Cui malo nos nō obedire pręcipit cū dicit, Nō ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore ad obediendū desiderijs eius. Si ergo his desiderijs cōcupiscentię carnis illicita voluntatis inclinatione cōsenserimus, ad hoc sanandū dicimus, Dimitte nobis debita nostra: adhibentes remediū ex opere misericordię, in eo ꝙ addimus, Sicut & nos dimittimus debitoribus nrīs. Vt aūt nō ei cōsentiamus, dꝗ precamur adiutoriū dicētes. Et ne nos inferas intētationē: vel sicut nōnulli codices habēt ne nos inducas in tētationē. Nō ꝙ ipse Deus tali tētatione aliquē tētet, nā Deus intētator malorū est. Ipse. n. neminē tētat, sec vt si forte tētari cęperimus à cōcupiscentia nr̄a, adiutorio eius non deseramur, vt in eo possimus vincere, ne abstrahamur illecti, Deinde addimus ꝙ perficietur in fine, cū absorbebit mortale a vita. Sed libera nos à malo. Tūc. n. nulla erit talis cōcupiscētia cū qua certare, & cui nō cōsentire iubeamur. Sic ergo totū in trib. beneficijs positū breuiter peti pōt. Ignosce nobis ea in quib. sumus abstracti a cōcupiscētia, adiuua ne abstrahamur a concupiscētia, aufer a nobis cōcupiscētiam. Ad peccandū nanq; nō adiuuamur a Deo, iusta aūt agere vel iustitię pręceptū omni ex parte implere nō possumus, nisi adiuuemur a Deo. Sicut. n. corporis oculus nō adiuuatur a luce vt ab eadē luce clausus auersusve discedat, vt aūt videat adiuuatur ab ea, neq; hoc omnino nisi illa adiuuerit, pōt: ita Deus qui lux est hōis interioris adiuuat nostrę mētis obtutū, vt non scd̄m nostrā, sed secundū eius iustitiam boni aliquid operemur. Si aūt ab illo auertimur, nostrū est, & tunc scd̄m carnē sapimus, tūc cōcupiscētię carnis ad illicita cōsentimus. Cōuersos ergo Deus adiuuat, auersos deserit. Sed etiam vt conuertamur, ipse adiuuat, ꝙ certe oculis corporis lux ista nō pręstat. Cū ergo nobis iubet dicens, Cōuertimini ad me & ego cōuertar ad vos nosq; illi dicimus, Cōuerte nos Deus sanitatū nr̄arū, & Deus virtutū cōuerte nos: q̄d aliud dicimus, quā da ꝙ iubes? Cū iubet dicēdo, Intelligite ergo q̄ insipiētes estis ī populo: & nos illi dicim⁹, Da mihi itellectū ut discā mādata tua: q̄d aliud dicimus, q̄ da ꝙ iubes? Cū iubet dicēdo, Post cōcupiscētias tuas nō eas, nosq; dicimus, Scimus q̄a nemo potest esse conti-

nens

Ps. 2. I Luc. 6. Iac. 2. Mat. 6. K Rom.

Rom. 6. Mat. 6. L Iacob. 1. Voluntas hōis eget ope Dei. Cap. 5. Zach. 1. Ps. 79. M Psal. 93. Ps. 118. Eccl. 18.

nens nisi Deus det: quid aliud dicimus, quã da ꝙ iubes? Cũ iubet dicẽdo, Facite iustitiã: nosq; dicimus, Doce me iustificationes tuas quid aliud dicimus quã da quod iubes? Itẽq; dicit, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, qm̃ ipsi saturabũtur. A quo debemus petere cibũ potũ iustitiæ, nisi ab illo qui esurientibus eã & sitiẽtibus promittit eius saturitatẽ? Repellamus itaq; ab auribus & mentibus nr̃is eos qui dicũt accepto semel liberæ voluntatis arbitrio nec orare nos debere, vt Deus nos adiuuet ne peccemus, talibus.n. tenebris nec pharisæus ille cęcabatur, qui quanuis in hoc erraret, quod sibi addendũ ad iustitiam nihil putabat, seq; arbitrabat, eius plenitudine saturatũ, Deo tñ gratias agebat, ꝙ nõ esset sicut cęteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut ille publicanus, ꝙ bis in sabbato ieiunaret, ꝙ omniũ quę posside bat decimas daret, nihil sibi addi ad iustitiã iã petebat: sed tñ ex ijs quæ habebat gratias Deo agẽdo, ab illo se accepisse omnia fatebatur, & tñ improbatus est, & quia veluti saturatus nihil de alimentis iustitiæ iã rogabat accipere, & ꝙ eã publicano esurienti ac sitienti se velut insultans pręferre gestiebat. Quid ergo illis fiet, qui & si fateantur se non hr̃e, vel nõ plenã habere iustitiã, tñ a semetipsis hñdam non a suo creatore vbi horreũ eius & fons eius est, deprecandã esse pręsumũt? Nec ideo tñ de hac re solis votis agendũ est, vt non subinferatur ad bene viuendũ, ẽt nostrę efficacia voluntatis. Adiutor.n. noster Deus dicitur. Nec adiuuari põt, nisi qui aliquid sponte conatur, quia nõ sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis in quorũ natura rationẽ voluntatemq; non condidit, salutẽ nostrã Deus operatur in nobis. Cur aũt illũ adiuuet, illũ non adiuuet: illũ tantum, illum autem non tantũ: istum illo, illum isto modo, pęnes ipsum est & ęquitatis tam secretę ratio & excellentia potestatis. Nam qui dicunt esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis cõtinuo incauta temeritate obsistendum. Si.n. esse posse negauerim, & hominis libero arbitrio, q hoc volendo appetit, & Dei virtuti vel misericordiæ, qui hoc adiuuãdo efficit derogabimus. Sed alia quæstio est, vtrum esse possit: alia vtrum sit: alia si nõ est cum possit esse, cur nõ sit: alia vtrum qui omnino nunquam vllum peccatum habuerit non solum quisquam sit,

Ps. 118. *Matt. 5.* *Luc. 18.*

A

B *Homo potest absq; peccato viuere ope diuina. c. 6.*

verumetiam poterit aliqñ esse vel possit. In hac quadripartita propositione quęstionũ si a me quæratur, vtrũ homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiã & liberũ eius arbitriũ: ipsum quoq; liberum arbitriũ, ad Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona pertinere non ambigens, nec tantũ vt sit, verumetiã vt bonũ sit, i. ad facienda mãdata dñi conuertatur atq; ita Dei gratia non solũ ostendat quid faciendũ sit, sed adiuuet ẽt vt possit fieri quod ostenderit. Quid.n. habemus quod non accepimus? Vnde & Hieremias, dicit, Scio dñe, quia non est in homine via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos hinc & in Psalmis, cũ quidã dixisset Deo, Tu pręcepisti mandata tua custodiri nimis: cõtinuo nõ de se pręsumpsit, sed optauit vt faceret. Vtinã, inquit dirigãtur vię meę ad custodiẽdas iustificationes tuas, tũc non confundar, dũ inspicio in omnia mãdata tua. Quis autẽ optat quod in potestate sic habet, vt ad faciendũ nullo indigeat adiumẽto? A quo aũt id optet, quia nõ a fortuna, vel à fato, vel a quolibet alio pręter Deum in cõsequentibus satis ostendens, Itinera mea, inquit, dirige secũdum verbũ tuũ, & non dñetur mihi omnis iniquitas. Ab huius execrandæ dominationis seruitute liberantur, quib. dominus Iesus eum recipientibus dedit potestatẽ filios Dei fieri. Ab ista horrẽda dominatione liberandi fuerãt quibus dicit, Si vos filius liberauerit, tũc vere liberi eritis. His atque hmõi alijs innumerabilibus testimonijs dubitare nõ possum, nec Deũ aliquid impossibile homini præcepisse, nec Deo ad opitulandũ & adiuuãdũ, quo fiat ꝙ iubet impossibile aliquid esse, ac per hoc potest homo si velit, esse sine peccato, adiutus a Deo. Si aũt quod secũdo loco posueram, quęratur vtrũ sit, esse non credo. Magis enim credo scripturæ dicẽti, Ne intres in iudiciũ cũ seruo tuo, quoniã non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Et ideo misericordia Dei opus eũ, quæ superexaltat iudicium, quæ illi non erit qui non facit misericordiã. Et quod Propheta cũ diceret, Dixi pronunciabo aduersus me delictum meum domino, & tu dimisisti impietatem cordis mei: continuo subiunxit, Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Non ergo omnis peccator sed omnis sanctus: vox enim sanctorum est,

C *1. Cor. 4.* *Hiere. 10.* *Ps. 118.* *Ioan.* *Ioan.* *Ab homine remis.* *Ps.* *Iac.* *Ps.*

D

Si

Si dixerimus, qa pctm̃ nõ hẽmus, nosipsos seducimus,& ueritas in nobis nõ est. Vnde in eiusdẽ Apost. Apoc. illa centũ quadragin ta,& quatuor milia sanctorũ qui se cũ mulierib. non coinquinauerunt, uirgines.n.ꝑmanserũt, & non est inuentũ in ore eorum mendaciũ, quia irreprehensibiles sunt: pro-

E

fecto iõ irreprehensibiles sunt, quia seipsos ueraciter reprehenderũt. Et iõ non est inuẽ tũ in ore eorũ mendaciũ, quia si dicerent se pctm̃ non hr̃e, seipsos deciperent,& ueritas in eis nõ esset,& vtiq; mẽdaciũ esset ubi ue ritas non esset, qm̃ iustus cum in sermonis exordio accusator sui est, nõ vtiq; mẽtitur. Ac per hoc in eo qđ scriptũ est, Qui natus est ex deo nõ peccat, & nõ põt peccare, qa semen eius in ipso manet:& si qd aliud eo mõ dictũ est, multũ falluntur minus considerando scripturas. Nõ.n. aduertũt eo quosque fieri filios dei, quo esse incipiunt in no uitate spũs, & renouari in interiorẽ hoĩem ẜm imaginẽ eius qui creauit eos: Non.n.ex qua hora quisq; baptizatur oĩs vetus infirmitas eius absumitur, sed renouatio incipit a remissione oĩum pctõrum. Et inquãtum quisq; spiritalia sapit, qui iã sapit, intm̃ renouatur. Cætera uero in spe facta sunt, donec ẽt in re fiant vsq; ad ipsius corporis renouationẽ in meliorẽ statũ immortalitatis & incorruptionis, qua induemur in resurrectione mortuorũ. Nã & ipsam dñs regene rationẽ uocat, nõ utiq; talẽ qualis fit per ba ptismũ, sed in qua ẽt in corpore perficietur qđ nunc spũ inchoatur. In regeneratione, inquit, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super 12. sedes iudicantes 12. tribus Israel. Nã in baptismo quãuis tota & plena fiat remissio pctõrum, tñ si continuo tota & plena etiã hominis in æternam nouitatẽ mutatio fieret, non dico & in corpore, qđ certe manifestũ est adhuc in ueterẽ corruptionẽ atq; in mortẽ tẽdere,

F

in fine postea renouandũ qñ uere tota noui tas erit, sed excepto corpore, si in ipso animo q est hõ interior, perfecta in baptismo nouitas fieret, non diceret Apost. Et si exterior hõ noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diẽ. Profecto.n. qui de die in diẽ adhuc renouatur, nondum totus est renouatus:& inquantum nondum est renouatus, intm̃ adhuc in uetustate est. Proinde ex hoc qđ adhuc in uetustate sunt, q̃uis iã baptizati, ex hoc ẽt adhuc sunt filij seculi. Ex hoc aũt ꝙ ĩ nouitate sunt, hoc est, ex plena & perfecta remissione pctõrum,& quãtũcunq; illud est qđ spiritaliter sapiũt, eiq; congruos mores agunt, filij dei sunt. Intrin

G

secus.n. exuimus veterẽ hoẽm & induimus nouum, qm̃ ibi deponimus mendaciũ & loquimur veritatẽ,&c. quibus Aposto. explicat qd sit exui veterẽ hoẽm, & indui nouũ q ẜm deũ creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Et hoc ut faciãt, iã baptizatos fidelesq; adhortat̃, qđ adhuc monẽdi nõ essent si hoc in baptismo iã pefecte factũ esset, & tñ factũ est, sicut & salui facti sumus. Saluos .n. nos fecit per lauacrũ regenerationis. Sed alio loco dicit, quẽadmodũ hoc sit factum. Non solum, inquit, sed ẽt nosipsi primitias hñtes spũs, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectantes, redẽptionẽ corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes aũt quæ videtur, non est spes. Quod.n. uidet quis, quid sperat? Si aũt qđ non uidemus speramus, per patiẽtiam expectamus.

Ephes. 4.

Roma. 8.

Adoptio ergo plena filiorum redẽptione fiet, etiam corporis nostri. Primitias itaque spũs nunc habemus unde iã filij dei re ipsa facti sumus, in cæteris uero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filij dei: re aũt ipsa quia nondum salui ideo nõdum plene innouati, nondum ẽt filii Dei, sed filij seculi. Proficimus ergo in renouationem iustamq; uitam per qđ filij Dei sumus, & per hoc peccare oĩno non possumus, donec totũ in hoc trãsmutetur, ẽt illud per quod adhuc filij seculi sumus, per hoc.n.& peccare adhuc possumus. Ita fit ut & qui natus est ex Deo, non peccet. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Consumetur ergo quod filij

H

carnis & seculi sumus, & perficietur quod filij Dei & spũ renouati sumus. Vnde idem Ioan. Dilectissimi, inquit, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Quid est hoc, sumus & erimus, nisi quia sumus in spe, erimus in re? Nam sequitur & dicit, Scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, qm̃ videbimus eum sicuti est. Nunc ergo ei & similes esse iam cœpimus primitias ha-

Perfectio quando. Cap. 8.

1. Ioã. 3.
1. Ioã. 1.

1. Ioã. 3

hñtes spũs, & adhuc dissimiles sumus, ꝑ reliquias vetustatis. Proinde inquãtũ similes, intm̃ regenerante spũ filii dei, inquantũ aũt dissimiles, intm̃ filij carnis & seculi. Illinc ergo peccare nõ possumus. hinc vero si dixerimus qa pctm̃ nõ hẽmus nosipsos decipimus donec totũ transeat in adoptionẽ, & nõ sit peccator, & quæras locũ eius & non inuenias. Frustra itaq; nõnulli ẽt illud argumẽtantur vt dicãt, Si pctõr genuit pctõrẽ, vt paruulo eius reatus originalis peccati in baptismi acceptione soluatur, ẽt iustus iustũ gignere debuit, quasi ex hoc quisq; carnaliter gignat ꝙ iustus est, & nõ ex hoc potius, ꝙ in mẽbris eius cõcupiscẽtialiter mouet, & ad vsum ꝓpagãdi lex peccati mẽtis lege cõuertit. Ex hoc ergo gignit qđ adhuc vetustũ trahit inter filios seculi, nõ ex hoc quo in nouitatẽ ꝓmouit inter filios dei. Filij.n. seculi huius gñant & gñantur. Inde & qđ nascit̃ tale est, qa & qđ nascit̃ de carne, caro est. Iusti aũt ñ sunt nisi filij dei. In quãtũ aũt sunt filij dei, carne nõ gignunt, qa ex spũ ipsi, nõ carne nati sunt. Sed ex hoc carne gignũt quicũq; eorũ gignũt ex quo nõdũ in nouitatẽ perfectã totius vetustatis reliqas cumulauerũt, Vñ qsquis filius de hac parte nascitur vetusta & infirma, necesse est vt ẽt ipse vetustus sit & infirmus: idcirco oportet ẽ vt ipse in aliã gñationẽ ꝑ remissionẽ peccati spũ renouet̃, qđ si in eo nõ fit, nihil ei proderit pater iustus: spũ.n. iustus est quo eũ non genuit, si autẽ fit, nihil ei oberit ẽt pater iniustus. Iste n. gratia spiritali in spẽ nouitatis æternę transitum fecit: ille aũt mẽte carnali totus in uetustate permansit.

I — *1. Ioan. 1* — *Psal. 36.* — *Quare iustus nõ gignit iustũ* — *Caput. 9* — *Luc. 20.* — *Ioan. 3.*

Non igitur ɔ̃rium testimonium est illud qđ dictum est, qui natus est ex deo nõ peccat ei testimonio quo iã natis ex deo dr̃, Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus nosipsos decipimus & veritas in nobis non est. Quãdiu.n. hõ q̃uis totus in spe iã, & iã in re ex parte in regeneratione spiritali renouatus, adhuc tñ portat corpus qđ corrũpitur & aggrauat aĩam, quid quo pertineat & quid vnde dicatur ẽt in vno homine distinguendũ est. Nam ut ego arbitror non facile cuiquam scriptura Dei tam magnũ iustitiæ perhibet testimonium, q̃ trib. famulis eius, Noe, Daniel, & Iob quos Ezechiel propheta dicit ab imminente quadã iracundia dei solos posse liberari, In tribus utiq; illis viris tria quædam hoĩum liberanda genera præfigurans, in Noe, quantũ arbitror iustos plebiũ præpositos, ꝑ ꝑ arcæ tanquã ecclesiæ gubernationẽ. In Daniele, iustos continentes: In Iob, iustos cõiugatos, & si quis est forte alius intellectus, de quo nũc nõ est necesse disquirere, ueruntamen quanta isti iustitia præeminuerint, & hoc prophetico & aliis diuinis testimoniis, satis apparet. Nec ideo quisquã sobrius dixerit ebrietatẽ non esse peccatum, quæ tñ subrepsit tanto viro: nam Noe, sicut legimus, fuit aliqñ ebrius, quãuis absit vt fuerit ebriosus. Daniel vero post orationem, quam fudit deo, de seipso dicit, Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei dño deo meo. Propterea nisi fallor per supra memoratũ Ezechielem, cuidã superbissimo dr̃, Nunquid tu sapientior quã Daniel? Neq; hic dici põt, qđ quidam contra orationem dñicam argumẽtãtur, quia etsi orabant eã, inquiunt, sancti & perfecti iam Apost. nullũ omnino habẽtes peccatũ, non tñ pro seipsis, sed pro imperfectis, & adhuc peccatorib. dicebãt, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Vt ꝑ hoc, inquiũt, ꝙ dicerent nostra, in vno esse corpore demonstrarent: & illos adhuc habentes peccata, & seipsos, qui iam carebant oĩ ex parte peccato. In Daniele certe hoc non põt dici, qui, vt credo, tanquam Propheta preuidens hanc aliqñ præsumptionem futuram, cũ in oratione sæpe dixisset, peccauimus: non ita nobis exposuit, cur hoc dixerit, vt ab illo audiremus. Cum orarẽ, & confiterer peccata mea, & populi mei dño Deo meo, nec adhuc distinctione confusa, ut esset incertum ꝑ ꝑ vnius corporis societatẽ si diceret, cum peccata nostra confiterer dño deo meo: sed oĩno tã distincte, tanquã de ipsa distinctione satagens, eãq; maxime vehemẽterq; cõmẽdans, peccata inquit, mea, & peccata populi mei. Quis huic euidentiæ contradicit, nisi quẽ plus delectat defensare qđ sentit, q̃ quid sentiendum sit inuenire? Iob aũt post tam magnũ de illo iustitiæ testimoniũ Dei quid dicat ipse uideamus. In ueritate, inqt̃, scio quia ita est, quemadmodum iustus erit

Confert scripturas. — *Cap. 10.* — *1. Ioan. 3* — *1. Ioan. 1* — K — *Ezec. 14.* — L — *Gen.* — *Dan.* — *Ezec.* — *Mat.* — *Dan.* — M — *Iob*

homo ante deũ:ſi aũt velit contendere cum eo, non poterit obedire ei: Et paulopoſt, inquit, Quis iudicio eius aduerſabitẽ? Qđ ſi fuero iuſtus, os meũ impie loquetur. Iterũ paulopoſt, Scio, inquit, quia impunitũ me nõ dimittit, quia ſum impius. quare nõ ſũ mortuus? Qđ ſi purificatus niue & mũdatus fuero mũdis manib. ſufficienter in ſordib. me tinxiſti. Itẽ in alio ſuo ſermone, Quia cõſcripſiſti, inquit, aduerſus me mala, & induiſti me iuuentutis meæ peccata, & poſuiſti pedẽ meũ in prohibitionẽ, ſeruaſti omnia opa mea & in radices pedũ meorũ cõſpexiſti, q veteraſcunt ſicut vter, vel ſicut veſtimentũ à tinea comeſtũ. Homo. n. natus ex muliere parui eſt tpis, & plenus iracundia, & ſicut flos cũ floruerit & decidit, diſceſſit ſicut vmbra, non manet. Nonne & huius curã feciſti venire in iudicium tuũ? Quis. n. erit mũdus a ſordibus? Nemo, nec ſi vnius diei fuerit vita eius. Et paulopoſt, Dinumeraſti, ĩquit, neceſſitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis. Signaſti peccata mea in ſolliculo, & annotaſti ſi qd ĩuitus cõmiſi. Ecce & Iob cõfitetur peccata ſua, & in veritate dicit ſe ſcire, qa non eſt iuſtus quiſq̃ ante deũ. Et iõ iſte hoc in veritate ſcit, qa ſi nos dixerimus nõ habere peccatũ, ipſa veritas in nobis nõ eſt. Proinde ſm modũ cõuerſationis humanę, phibet ei de⁹ tã magnũ iuſtitiæ teſtimoniũ. Ipſe ãt ſe metiẽs ex regula illa iuſtitię, q̃ ſicut põt cõſpicit apud deũ, in veritate ſcit, qa ita eſt. Et adiungit, Quẽadmodũ. n. iuſtus erit hõ ante deũ? Si. n. velit cõtendere cũ eo non poterit obedire ei: id eſt, ſi iudicãd⁹ oñdere voluerit, nõ in ſe inueniri poſſe quod dãnet, non poterit obedire ei: amittit. n. etiã illã obedientiam qua obedire poſſit pcipiẽti confitenda eſſe peccata. Vnde quoſdã increpat dicens. Quid vultis mecũ iudicio cõtendere? Quod ille pcauens, Ne intres, inqt, in iudiciũ cum ſeruo tuo: qm̃ non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens. Iõ etiã dixit Iob, Quis. n. iudicio eius aduerſabitur? Quod ſi fuero iuſtus, os meũ impie loquet̃, hoc eſt. n. ſi me iuſtũ dixero cõtra iudicium eius, vbi perfecta illa iuſtitiæ regula me conuincit iniuſtum, profecto impie loquet̃ os meum, quia contra dei veritatem loquetur: Fragilitatem quoque ipſam vel potius dãnationem carnalis generationis oſtẽdẽs ex originalis trãſgreſſione peccati cũ de peccatis ſuis ageret, velut eorũ cauſas reddens, dixit hominẽ natum ex muliere parui eſſe tpis, & plenum iracundia. qua iracũdia niſi qua ſunt oẽs, ſicut dicit Apoſtolus, naturaliter, hoc eſt, originaliter iræ filij, qm̃ filij ſunt cõcupiſcentiæ carnis & ſeculi? Ad ipſam iram pertinere ẽt mortẽ hominis cõſequenter oñdẽs, Cum. n. dixiſſet, parui eſt tpis, & plen⁹ iracundia, addit ẽt, Et ſicut flos cũ floruit, & decidit, diſceſſit ſicut vmbra, nõ manet. Cũ aũt ſubiungit, Nonne & huius curam feciſti venire in iudiciũ tuum? Quis. n. erit mũdus a ſordibus? Nemo, nec ſi vnius diei fuerit vita eius, hoc vtiq; dicit, Curã hominis breuis vitæ feciſti venire in iudiciũ tuũ, Quãtumlibet. n. breuis fuerit vita eius, ẽt ſi vni⁹ diei eſſet, mundus a ſordibus eſſe non poteſt, & ideo iuſtiſſime in iudiciũ tuũ veniet. Illud vero ꝙ ait, Dinumeraſti oẽs neceſſitudines meas, & nihil te latuit đ peccatis meis, ſignaſti peccata mea ĩ folliculo, & annotaſti ſi qd inuitus commiſi: nõne ſatis apparuit ẽt illa peccata iuſte imputari, q̃ non delectationis illecebra cõmittunt̃, ſed cã deuitandæ moleſtiæ alicuius, aut doloris, aut mortis? Nã & hæc dicuntur quadã neceſſitate cõmitti, cũ omnia ſuperanda ſint amore & delectatione iuſtitiæ. Põt ẽt ꝙ dixit, Et annotaſti ſi qd inuitus cõmiſi ad illam vocem videri pertinere qua dictum eſt, Non. n. quod volo ago, ſed quod odi hoc facio. Quid qđ ipſe dñs q ei perhibuerat teſtimoniũ, cum etiã ſcriptura, hoc eſt, dei ſpiritus dixerit, In omnibus q̃ contigerũt ei; non eũ peccaſſe labijs ſuis ante deum. Poſtea tñ cum ei loqueretur increpans locutus eſt, ſicut ipſe Iob teſtis eſt dicens, Quid adhuc ego iudicor monitus, & increpationes domini audiens? Nemo autem iuſte increpatur, niſi in quo eſt aliquid quod increpatione ſit dignum.

Et ipſa increpatio qualis ẽ, q̃ ex dñi Chri pſona intelligitur, enumerat illi diuina opa poteſtatis ſuæ ſub hac ſentẽtia increpãs, ut eũ dicere appareat, Nunquid potes hæc tanta q̃ poſſum? Quo autẽ pertinet, niſi vt intelligat Iob, etiam hoc ei diuinitus credimus inſpiratũ, vt præſciret Chriſtũ ad paſſionẽ eſſe venturum? Intelligat ergo quã debeat æ-

Iob. 14. *Ephe. 2.* *Iob. 9.* *Rom 7.* *Iob. 11.* *Solus Christus vere iustus. Cap. 11.*

quo aĩo tolerare quæ pertulit, ſi Xp̃s in quo pc̃tm̃,cum ꝑꝑ nos hõ factus eſſet,oĩno nullum fuit,& in quo deo tãta potentia eſt,ne-E quaq̃ tñ paſſionis obedientiã recuſauit, ꝙ *Iob 141.* puriore cordis intentione Iob intelligens reſponſioni ſuę addidit, Auris auditu audiebã te prius,& nunc ecce oculus meus uidet te, ideo vituperaui meipſum & diſtabui,& ęſtimaui meipſum terram & cinerẽ.Quare ſibi ita in hoc tam magno intellectu diſplicuit? *Pſal. 37.* Neque.n.opus dei quo erat hõ,recte illi poterat diſplicere cum ẽt ipſi deo dicat̃,Opera manuum tuarũ ne deſpexeris: Sed profecto ſcd̃m illã iuſtitiã qua ſe nouerat iniuſtũ, ſe vituperauit atq; diſtabuit,æſtimauitq; ſe terram & cinerem, mente conſpiciens Chriſti iuſtitiá: in cuius non tm̃ diuinitate,ſed nec in aĩa nec in carne vllum potuit eſſe peccatum. Scd̃m quam iuſtitiam quæ ex deo eſt, *Philip. 3* etiam Paulus Apo.illud ſuum qd̃ ſcd̃m iuſtitiam quę ex lege eſt,fuit ſine querela,non ſolũ dãna, verũetiam ſtercora exiſtimauit.

Nemo iuſtus in oĩbus.c 12 Pſ. 142. Non igitur præclarũ illud teſtimoniũ dei quo laudatus eſt Iob, contrarium eſt ei teſtimonio quo dictũ eſt, Nõ iuſtificabit̃ in conſpectu tuo oĩs viuens: q̃a non id perſuadet prorſus in illo nihil fuiſſe qd̃ vel ab ipſo veraciter, vel a dño deo recte reprehenderet̃, q̃uis iam iuſtus & verax dei cultor & ab oĩ opere malo ſe abſtinens,non mendaciter diceret̃.Hæc.n.de illo uerba ſunt dei,An non aduertiſti in puerũ meũ Iob: non.n.eſt illi hõ ſimilis ſuper terrã,ſine querela,iuſtus,uerus dei cultor, abſtinens ab oĩ opere malo? Primis verbis ex hominũ qui ſunt in terra cõparatione laudat̃.Proinde oĩbus qui tunc in terra iuſti eſſe potuerunt excellebat.Non ergo ipſe ꝑꝑea nullũ peccatum oĩno habebat,q̃a in profectu iuſtitię cęteros anteibat. F Deinde adiungit̃,ſine querela:de cuius uita nemo iuſte quereret̃. Iuſtus qui tanta morũ probitate profecerat ut nullus ei eẽt æquandus. Verus dei cultor,quippe ẽt ſuorũ peccatorũ uerax humilisq; confeſſor,abſtinens ſe ab omni opere malo, mirũ ſi ab oĩ etiam verbo & cogitatu malo. Quantus quidem Iob fuerit ignoramus,ſed nouimus iuſtum, nouimus ẽt in perferendis horrendis tribulationũ tentationibus magnũ,nouimus non ꝑꝑ peccata,ſed ꝑꝑ eius demonſtrandã iuſtitiam illa oĩa fuiſſe perpeſſum. Veruntamẽ G hæc uerba quib.a deo laudatur,pñt ẽt de illo dici qui condelectatur legi dei ſcd̃m interiorem hoĩem: uidet aũt aliam legẽ in membris ſuis repugnantẽ legi mentis ſuæ præſertim q̃a dicit, Non qd̃ uolo facio bonũ,ſed qd̃ odi malũ hoc ago, Si aũt qd̃ odi malum hoc facio,iam non ego operor illud,ſed qd̃ habitat in me peccatũ. Ecce & iſte ſcd̃m interiorem hoĩem alienus eſt ab oĩ opere malo,quia illud non operatur ipſe,ſed quod in carne eius habitat malum, & tñ cum illud ipſum quo condelectat̃ legi dei non habeat niſi ex gratia dei,adhuc liberationis indigẽs clamat. Miſer ego hõ,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. *Ro.*

Per iuſti hum impl etia Cap. Sunt ergo in terra iuſti, ſunt magni, fortes,prudentes,continẽtes,patientes,pij,miſericordes,tẽpalia mala oĩa ꝑꝑ iuſtitiã ęquo aĩo tolerantes: Sed ſi uerũ eſt,immo quia & verũ eſt,ſi dixerimus q̃a peccatũ non habemus,noſipſos decipimus,& non iuſtificabit̃ in conſpectu tuo oĩs viuens, non ſunt ſine peccato: nec quiſquam eorũ tam arrogãter inſanit,vt non ſibi pro ſuis qualibuſcunque peccatis dñicaĩ oratione opus eſſe arbitret̃. Nam de Zacharia & Heliſabet,qui nobis ſępe in huius q̃onis diſputationibus obiiciuntur,q̃d dicamus,niſi qd̃ euidenter ſcriptura teſtat̃,eminenti iuſtitia fuiſſe Zachariam in principibus ſacerdotũ ad offerenda ueteris teſtĩ ſacrificia pertinentia. *1. Io. Pſ. Luc.* Legimus autẽ in epiſtola quæ ad Hebræos inſcribit̃,quod teſtimoniũ in libro ſuperiore iam poſui,ſolũ Chriſtũ eſſe principẽ ſacerdotũ,qui non haberet neceſſitatem ſicut illi qui ſacerdotum principes dicebantur, ſacrificiũ pro ſuis primũ offerre peccatis quotidie,deinde pro populo. *Heb.* Talem.n.decebat inquit, habere nos H principem ſacerdotũ,iuſtũ,ſine malitia,incontaminatum,ſeparatũ a peccatoribus,altiorem a cęlis factũ, non habentẽ quotidianam neceſsitatẽ ſicut principes ſacerdotũ, primũ pro ſuis peccatis ſacrificiũ offerre. In hoc ſacerdotum numero Zacharias, in hoc ipſe Aaron,a quo iſte ordo exorſus eſt,fuit, & quicunque alij in illo ſacerdotio laudabiliter iuſteq; uixerunt, qui tamen habebant neceſſitatem ſacrificiũ primitus pro ſuis of-

re

ferre peccatis, ſolo Xp̃o exiſtente, cuius vẽturi figuram gerebant, q̃ hanc neceſſitatem ſacerdos incõtaminabilis nõ haberet. Quid ãt de Zacharia & Heliſabet laudabile dictũ eſt, qđ nõ in eo comprehẽdatur quod de ſe Apoſt. cum in Xp̃m nõdum crediſſet profeſſus eſt? Dixit. n. ſe ſm̃ iuſtitiam, quæ in lege eſt, fuiſſe ſine querela: hoc & de illis ita legitur, Erant autem ambo iuſti ante deum incedẽtes in oĩbus mandatis, & iuſtificationibus dñi ſine q̃rela. Quia ergo quicquid in eis erat iuſtitię, nõ erat ad hoĩes ſimulatum, ideo dictum eſt, ante Deum. Qđ aũt de Zacharia, & eius coniuge ſcriptum eſt, In oĩb. mãdatis, & iuſtificationibus dñi: hoc ille br̃ dixit, in lege. Nõ. n. alia lex illis, alia iſtis fuit ante euãgelium, ſed una atq; eadem quam legimus p̃ Moyſen datam patribus eorum, ſcd̃m quam ẽt ſacerdos erat Zacharias, & uice ſua ſacrificabat. Et tñ Apoſtolus, q̃ ſimili tũc iuſtitia præditus fuit, ſequitur & dicit, Quæ mihi lucra fuerũt, hæc p̃ p̃ Xp̃m dãna eſſe, nõ ſolum duxi, uerumẽt & arbitror oĩa damnum eſſe p̃ p̃ eminẽtem ſciam dñi nr̃i Ieſu Xp̃i, p̃ p̃ quem oĩa nõ ſolum detrimenta credidi, verumetiã vt ſtercora exiſtimaui eſſe, ut Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non hñs meam iuſtitiam, quę ex lege eſt, ſed eam, quæ eſt per fidem Xp̃i, quæ eſt ex deo iuſtitia in fide ad cognoſcendũ eum, & uirtutẽ reſurrectionis eius, & cõicationẽ paſſionis eius, conformatus morti ipſius ſi quo modo occurram in reſurrectione mortuorum. Tm̃ ergo lõge eſt, ut p̃ p̃ illa uerba Zachariã & Heliſabet ſine ullo peccato credamus p̃fectam habuiſſe iuſtitiã, ut nec ipſum Apoſtolũ ad eiuſdẽ regulæ ſummitatẽ arbitremur fuiſſe p̃fectum, nõ ſolum in illa legis iuſtitia, quam ſimilẽ iſtis habuit, quam inter dãna & ſtercora deputat in comparatione eminẽtiſſimæ iuſtitiæ, quę in fide Xp̃i eſt, uerumẽt in ipſo quoq; euangelio ubi & tãti Apoſtolatus meruit principatum, quod dicere nõ auderem, niſi ei nõ credere nefas ducerem. Vbi ẽt ſequitur, & adiungit, Non q̃ iam acceperim, aut iam p̃fectus ſim, ſequor aũt ſi q̃uo comprehendam, in quo, & apprehenſus ſum in Xp̃o Ieſu. Fratres ego meipſum nõ arbitror apprehendiſſe: unum aũt, quæ retro oblitus, in ea q̃ ante ſunt, extenſus ſcd̃m intentionem ſequor, ad palmã ſupernæ uocationis Dei, in Xp̃o Ieſu: ipſe ſe cõfitetur nõdũ accepiſſe nõdum eſſe p̃fectum in plenitudine iuſtitiæ quã adipiſci dilexit in Xp̃o, ſed adhuc ſm̃ intẽtionem ſeq̃, & p̃terea obliuiſcẽtem in ea q̃ ante ſunt extendi, ut nouerimus ẽt ad ipſum p̃tinere illud qđ ait, Etſi exterior hõ nr̃ corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem, q̃uis iam eſſet p̃fectus uiator, etſi nondũ erat ipſius itineris p̃fectione p̃uentor. Deniq; tales vult ſecum in iſto curſu comites rapere, q̃bus cõtinuo ſubiungit & dicit, Quotquot ergo p̃fecti hoc ſapiamus, & ſi q̃d aliter ſapitis, hoc quoq; deus uobis reuelabit, verũtñ ait Apoſtolus, in quod peruenimus, in eo ambulemus: Ambulatio iſta, non corporis pedibus ſed mentis affectibus & uitæ moribus geritur, ut poſſint eſſe perfecti iuſtitiæ poſſeſſores, qui recto itinere fidei de die in diem ſua renouatione proficiente, iam perfecti facti ſunt eiuſdem iuſtitiæ uiatores.

Sic itaq; oẽs, quicũq; in hac uita diuinarum ſcripturarũ teſtimonijs in bona uoluntate atque actib. iuſtitiæ p̃dicati ſunt, & quicũq; tales vel poſt eos fuerũt, quãuis nõ in eiſdẽ teſtimonijs prædicati atq; laudati, vel nũc vſq; etiam ſunt, uel poſtea quoq; futuri ſunt, oẽs magni, oẽs iuſti, oẽs ueraciter laudabiles ſunt, ſed ſine p̃ctõ aliquo non ſunt, qm̃ ſcripturarũ teſtimonijs q̃bus de illorũ laudibus credimus, hoc ẽt credimus, nõ iuſtificari in cõſpectu dei oẽm uiuẽtem, Et iõ rogari, ne intret in iudiciũ cũ ſeruis ſuis, & nõ tm̃ uniuerſaliter fidelib. oĩbus, uerumẽt ſingulis eſſe or̃onem dñicam neceſſariam q̃ tradidit diſcipulis ſuis. At. n. dñs ait, Eſtote p̃fecti ſicut pr̃ uester cęleſtis p̃fectus eſt: q̃ nõ p̃ciperet, inq̃t, ſi ſciret fieri nõ poſſe qđ pręcipit, Non nũc quęritur utrũ fieri poſſit: ſi iſtam p̃fectionem ad hoc accipiũt, ut ſine ullo ſit q̃ſq; p̃ctõ cũ hãc agit uitã, iam. n. ſupra reſpõdimus poſſe fieri, ſed utrum aliq̃s fiat, hoc nõ quærimus. Neminem aũt eſſe q̃ tm̃ uelit, quantum res exigit, ante p̃cognitũ eſt, ſicut ſcripturarũ, quæ ſupra commemoraui teſtimonia tãta declarãt. Et tñ cum dr̃, Cuiuſq; perfectio qua in re dicatur uidendum eſt, Nam ex Apoſtolo teſtimonium pauloante poſui, ubi ſe fatetur in acceptio-

Phil. 3 — Luc. 1 — I — Phil. 3 — K — Phil. 3 — 2. Cor. 4 — Philip. 3 — L — *An ſit aliquis ſine p̃ctõ. Cap. 14* — Pſ. 142. — Matt. 5. — M — *Perfectus ſecũdũ quid. Cap. 15.*

Philip. 3 A

ne iustitiæ q̃ desiderat, nõdum esse ꝑfectũ, & tñ continuo dicit, Quotquot ergo ꝑfecti hoc sapiamus: ꝙ vtrunq; nõ diceret nisi in alia re ꝑfectus esset, in alia re nõ esset. Velut si iam sit quisquã sapiẽtiæ ꝑfectus auditor, ꝙ nondum erãt illi q̃bus dicebat, Lac vobis potũ dedi nõ escam, nõdum.n.poteratis, sed nec adhuc quidẽ potestis. Eis quippe, & illud ait, Sapientiam loquimur inter ꝑfectos. vtiq; ꝑfectiores auditores volens intelligi. Põt ergo fieri, sicut dixi, vt iam sit aliquis sapiẽtiæ ꝑfectus auditor, cuius nõdum sit ꝑfectus & doctor: põt ꝑfectus esse iustitiæ cognitor, nõdum ꝑfectus effector: põt perfectus esse, vt diligat inimicos, q nondum est ꝑfectus, vt sufferat. Et qui ꝑfectus est in eo, ꝙ oẽs hoĩes diligit, q̃ppe qui ẽt ad inimicorum dilectionẽ peruenerit, quæriť utrũ iam sit in ipsa quoq; dilectione ꝑfectus.i. vtrum quos diligit, tm̃ diligat, quãtum illa incommutabilis regula ueritatis diligendos esse p̃scripsit. Cũ ergo legiť in scripturis cuiusq; ꝑfectio qua in re dicať, non negligẽter intuendũ est, qm̃ non ideo quisq; prorsus sine peccato esse intelligiť, q̃a in aliqua re dr̃ esse perfectus, q̃q̃ & in hoc possit ita dici, ut non q̃a iam nõ est, quo proficiat, sed quia ex maxima parte profecit, hoc noĩe dignus habeať. Sicut in doctrina legis dici p̃t quisquã ꝑfectus, ẽt si eũ aliq̃d adhuc latet, sicut ꝑfectos dicebat Apost. q̃bus tñ ait, Et si q̃d aliter sapitis, id quoq; vobis deus reuelabit, ueruntñ in qđ ꝑuenimus in eo ambulemus.

1. Cor. 3 & 2.

Philip. 3

Quur deus præcipit qđ scit non obseruandum.

Cap. 15. B

Neq; negandum est hoc deum iubere, ita nos in faciẽda iustitia esse debere perfectos, vt nullum habeamus oĩno pc̃tm̃: nam neq; peccatũ erit si q̃d erit, si nõ diuinitus iubeatur, vt nõ sit. Cur ergo iubet, inquiũt, quod scit nullũ hoĩum esse facturũ? Hoc modo ẽt dici põt, cur primis illis hoĩbus iusserit, q duo soli erãt, qđ sciebat eos nõ esse facturos? Neq;.n. dicẽdum est, ideo iussisse, ut nostrum aliquis id faceret, si illi non facerent, hoc.n. ne de illa.s. arbore cibũ sumerẽt, non nisi illis solis deus iussit, q̃a sicut sciebat q̃d iustitiæ facturi nõ erant, ita ẽt sciebat q̃d iustitiæ de illis ipse erat facturus. Eo modo ergo iubet oĩbus hoĩbus, vt nõ faciant vllum peccatum, q̃uis sit præscius neminẽ hoc impleturum, ut quicunq; impie ac dãnabiliter eius p̃cepta contẽpserũt, ipse faciat in eorũ dãnatione qđ iustũ est: quicũq; aũt in eius p̃ceptis obediẽter, & pie proficiẽtes, nec tñ oĩa, quæ præcepit implẽtes, sicut sibi dimitti volũt, sic alijs pc̃tã dimiserint, ipse faciat in eorũ mũdatione qđ bonũ est. Q̃uo.n. dimittẽti dimittiť per dei mĩam, si peccatũ nõ est: aut q̃uo non uetať per dei iustitiã si peccatũ est? Sed ecce, inquiũt, Apost. dicit, Bonũ certamẽ certaui, fidẽ seruaui cursum consummaui, superest mihi corona iustitiæ: qđ nõ diceret si h̃ret ullũ peccatũ. Immò vere rñdeant, q̃uo potuit hæc dicere, cui adhuc restabat ipsius passionis, quã sibi iã impẽdere dixerat, tã magna cõflictatio, tã molestũ, & grãde certamẽ? An ad eius cõsummandum cursum parũ adhuc deerat: qñ illud deerat vbi erat futurus acrior & crudelior inimicus? Quod si ideo talibus verbis certus securusq; gaudebat, quia de uictoria futuri tãti certaminis certũ eum securumq́, iam fecerat, q eandẽ passionẽ iam illi reuelauerat imminere, nõ re plenissima, sed spe firmissima hæc dixit, & qđ futurũ esse p̃sumpsit tanq̃ factum fuerit indicauit. Si ergo his verbis ẽt hoc adderet vt diceret, nullũ habeo iã peccatũ: hoc quoq; illũ intelligeremus, nõ de rei factæ: sed de rei futuræ perfectione dixisse. Sic.n. ad ipsius cursus consummationẽ ꝑtinebat nullũ h̃re peccatũ, qđ isti putãt cum hęc diceret iã in illo fuisse cõpletũ, quẽadmodũ ad ipsius cursus cõsummationem ꝑtinebat, ẽt in certamine passionis aduersariũ superare, qđ ẽt ipsi necesse est, fateanť cum hæc diceret, adhuc in illo fuisse cõplendũ, hoc ergo totũ nos dicimus tũc fuisse adhuc perficiẽdum, qñ iam de dei promissione p̃uidẽs totũ ita dicebat tanq̃ fuisset effectum. Ad ipsius quippe cursus consummationem pertinebat ẽt, ꝙ ipse peccata dimittebat debitoribus suis, atq; ita sibi vr̃ dimitterentur orabat, qua Dñi pollicitatione certissimus erat in illo fine, quẽ adhuc futurũ iam fidendo dicebat impletũ, nullũ se habiturum esse pecccatũ. Nã vt alia omittã, miror si cũ uerba illa dicebat, per q̃ istis uisus est nullũ habuisse peccatum, iam fuerat ab illo ablatus ille stimulus carnis, de quo a se auferendo dñm terrogauerat, rñsumq; acceperat. Sufficit tibi gratia mea, virtus in infirmitate

Genes. 2.

C *Ma 6.*

2. Timo. 4.

D

persi-

pficitur. Huic tanto uiro pficiēdo necessariū fuit ab illo angelus satanæ nō auferret, a quo ppea colaphizabat, ne magnitudine reuelationū extolleret: & audet qsquā quēq̃ uel putare uel dicere positū sub onere huius uitæ ab oī oīno mundū esse pctō: sint licet hoīes tāta excellentes iustitia, ut ad eos

E

de colūna nubis loquat de⁹, qualis Moyses & Aarō in sacerdotib. eius, & Samuel in his

Psal. 8.

q inuocāt nomē eius, cuius magnæ laudes pietatis & innocētiæ scriptura ueridica pdicant, ab ineūte pueritia ex quo eū mr̄ uotū soluēs in tēplo dei cōstituit & seruū dn̄o dedicauit, ēt de talib. tn̄ scriptū est, Tu propitius eras illis & uindicās in oēs affectiones eorū. In filios quippe damnationis uindicat iratus, in filios aūt gratiæ uindicat propiti⁹, dū quē diligit corripit, & flagellat oēm filiū quē recipit. Nulla aūt uindicta, nulla correptio, nullū dei flagellū debet nisi pctō, excepto illo q in flagello paratus est ut experire-

Heb. 2.

tur oīa ₤m similitudinem sine pctō, ut esset sanctus sanctorū sacerdos interpellās ēt pro sanctis, q nō mēdaciter ēt, qq; de se dicūt, dimitte nobis debita nr̄a, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Vn̄ & ipsi qui ꝯ hæc

Mat. 6.

disputāt, cū sint casta uita, moribusq; laudabiles, nec dubitēt facere qd̄ illi diuiti ꝓ cōsequēda uita æterna cōsiliū reqrenti, cū se rn̄disset iā oīa legis impleuisse mandata, pcepit dn̄s, si uellet esse perfectus uēderet oīa q̃ haberet & daret pauperib thesaurūq; trāsferret in cęlū, nemo tn̄ eorū audet dicere se esse sine peccato, Qd̄ sicut credimus nō fallaci animo dicunt, si aūt mentiuntur eoipso incipiunt uel augere uel habere peccatum.

Mat. 6 *tant ca sita.*

Iā ergo qd̄ 3. loco posui uideamus. Cū uoluntate humana, gratia adiuuāte diuina, sine pctō in hac uita posit hō esse, cur non sit, possem facillimē ac ueracissime rn̄dere qa hoīes nolunt. Sed si ex me quærit quare nolint, imus in longū. Veruntn̄ ēt hoc sine

Vn in nob u- stit. Cap 7.

F

prȩiudicio diligentioris inquisitionis br̄ dicā. Nolunt hoīes facere qd̄ iustum est, siue quia latet an iustū sit, siue quia nō delectat. Tanto. n. quidque uehementius uolumus, quanto certius q̃ bonum sit nouimus, eoq; delectamur ardentius. Ignorantia igitur & infirmitas uitia sunt q̃ impediunt uoluntatē, ne moueatur ad faciendū opus bonū, uel ab opere malo abstinēdū. Vt aūt innotescat qd̄ latebat & suaue fiat qd̄ non delectabat, gratiæ dei est, q̃ hoīum adiuuat uoluntates, qua ut nō adiuuent in ipsis itidē cā est non in deo, siue dānandi pdestinati sint pp iniqtatē superbiæ: siue ꝯ ipsam suā superbiā iudicandi & erudiēdi si filij sint misericordiæ.

Hier. 10

Vn̄ Hiere. cum dixisset, Scio dn̄e quia nō est est in hoīe uia eius, nec uiri est ut ambulet

G

& dirigat gressus suos: cōtinuo subiunxit, Corripe me dn̄e, ueruntn̄ in iudicio, & nō in furore tuo. Tanquā diceret, scio ad correptionē meā pertinere, qd̄ minus abs te adiuuor, ut perfecte dirigātur gressus mei, uerū tn̄ hoc ipsum noli mecū sic agere, tanquā in furore quo iniquos damnare statuisti, sed tanquā in iudicio, quo doces tuos nō superbire. Vnde alibi dicitur, Et iudicia tua adiuuabunt me. Nullius proinde culpȩ humanȩ

Ps. 118.

in deū referas cām. Vitiorū nanq; oīum humanorū cā superbia est. Ad hanc conuincēdam atq; auferēdā talis medicina cœlitus uenit, ad elatū hoīem per superbiam Deus humilis descendit per misericordiā, gratiā clarā manifestamq; commendans in ipso hoīe, quē tanta præ participib. suis charitate suscepit. Neq;. n. & ipse ita uerbo dei cōiunctus vt ipsa cōiūctione un⁹ filius dei, & idē ipse unus filius hoīs fieret, præcedentib. suȩ uoluntatis meritis fecit. Vnū quippe illum esse oportebat. Essent autē & duo & tres & plures si hoc fieri posset, nō per dei propriū donum, sed per hominis liberum arbitriū. Hoc ergo præcipue commendatur, hoc in sapientiæ atq; scientiæ thesauris in Christo absconditis, quantū existimare audeo, præ-

Col. 2.

cipue docetur & discitur. Ideo quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur,

H

nunc non delectatur, ut nouerit nō suæ facultatis, sed diuini muneris esse uel qd̄ scit, uel qd̄ delectatur, ac sic ab elationis uanitate sanetur, & sciat quam uere non de terra ista, sed spiritaliter dictum sit, Dominus dabit suauitatem & terra nostra dabit fructū

Psal. 84.

suum. Tāto aūt magis delectat opus bonū, quāto magis diligitur deus summum atq; incommutabile bonum, & author qualiūcunq; bonorū omnium. Vt autem diligatur Deus, charitas eius diffusa est in cordi-

Rom. 5.

Voluntas bona a Deo. *Cap. 18.* *1. Cor. 4.*

bus nostris, nõ per nos, sed per spm̃ sanctũ qui datus est nobis. Sed laborãt hoĩes inuenire in nostra uoluntate qd boni sit nostrũ, qđ nobis nõ sit ex deo, & quõ inueniri possit ignoro, Excepto.n.qđ Apost.ait, cũ de bonis hoĩum loqueret, Quid.n. habes qđ non accepisti? Si aũt & accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Ipsa ẽt rõ, q̃ de iis rebus a talib. quales sumus, iniri põt, quẽlibet nostrũ q̃rentẽ uehemẽter angustat, ne sic defẽdamus gratiã, ut liberũ arbitriũ auferre uideamur: rursus ne liberũ sic asseramus arbitriũ, ut superba impietate ingrati dei gratiæ iudicemur. Nãq; illud Apost. qđ cõmemoraui, sic defendere quidã uoluerũt ut dicerent iõ quicquid ẽt bonę uoluntatis hẽt hõ, deo tribuendũ esse, q̃a & hoc in illo esse nõ posset, si hõ ipse nõ esset: cũ uero ut sit aliq̃d atq; ut hõ sit, non habeat nisi a deo, cur nõ authori deo tribuatur ẽt q̃cquid in illo est bonæ uoluntatis, quod nõ esset, nisi esset in quo esset? Sed hoc mõ ẽt illud dici põt, malã quoq; uoluntatẽ Deo authori esse tribuẽdã, quia nec ipsa esse posset in homine, nisi hõ esset in quo esset: vt aũt hõ sit, Deus author est: ita & eius malę uoluntatis, quę nisi hoĩem haberet in quo esset, esse oĩno non posset ad authorẽ deũ esse referendũ: qđ ne fas est dicere. Quap̃p̃ nisi obtineamus non solũ uoluntatis arbitriũ qđ huc atq; illuc liberũ flectit, atq; in eis naturalib. bonis est, quib. & male uti malus põt, sed ẽt uoluntatẽ bonã quæ iã in eis bonis est, quorum esse vsus nõ põt malus, nisi ex deo nobis esse nõ posse, nescio quemadmodum defendamus qđ dictũ est, Quid.n. habes qđ non accepisti? Nã si nobis libera quædã uolũtas ex deo est, quæ adhuc põt esse uel bona uel mala: bona uero uoluntas ex nobis est, melius est id quod a nobis q̃ quod ab illo est, quod si absurdissime dr̃ oportet fateãtur ẽt bonam uoluntatẽ nos diuinitus adipisci, quamquã uolũtas mirũ si põt in medio quodã ita cõsistere, ut nec bona nec mala sit. Aut.n. iustitiã diligimus & bona est, & si magis diligimus, magis bona: si minus, minus bona est: aut si oĩno nõ diligimus, nõ bona est. Quis uero dubitet dicere uoluntatem nullo modo iustitiam diligentem, non modo esse malã, sed ẽt pessimam uoluntatẽ? Si ergo uolũ

ἐντιθέσεις.

I

K

tas aut bona est aut mala, & utiq; malã non habemus ex deo, restat ut bonã voluntatem hẽamus ex deo. alioquin nescio cũ ab eo iustificamur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Et hinc scriptũ arbitror, Paratur uoluntas a dño. Et in psal. A dño gressus hominis dirigẽtur & uiã eius uolet. Et q̄ Apostolo ait, Deus est.n. qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uolũtate. Quocirca q̄ a deo nos auertimus, nr̃um est, & hęc est uoluntas mala: q̄ uero ad deũ nos cõuertimus, nisi ipso excitante atq; adiuuante nõ possumus, & hæc est uoluntas bona. Quid habemus qđ non accepimus? Si aũt accepimus, q̃d gloriamur quasi nõ acceperimus? Ac p̃ hoc ut qui gloriatur in dño glorietur, quib. hoc dñs donare uoluerit, eius misericordiæ est, nõ meriti illorũ: quib. aũt noluerit, ueritatis est. Iusta nanq; pc̃õrib. pęna debetur, qm̃ misericordiã & ueritatem diligit dñs deus: & misericordia & ueritas occurrerũt sibi: & uniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Et quis explicet, quã crebro hæc duo cõiuncta diuina scriptura cõmemoret? aliqñ ẽt mutatis nominib. ut gratia pro misericordia ponatur. Vnde est, Et uidimus gloriã eius gloriã tanquã unigeniti a patre plenũ gratia & ueritate. Aliqñ pro ueritate iudiciũ, sicut est, Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi dñe. Quare aũt illos uelit conuertere, illos pro auersione punire, quãquã & in beneficio tribuendo nemo iuste reprehendat misericordã, & in uindicta exercẽda, nemo iuste reprehendat ueracẽ, sicut in illis euangelicis operariis, aliis placitã mercedẽ reddentẽ, aliis ẽt non placitã largientem, nullus iuste culpauerit, consilium tamen occultioris iustitiæ penes ipsum est.

Psa. *Phi.* *1. C.* *1. Co.* *Psal.* *Psal.* *Psal.* *Ioan.* *Ps.*

M

A

Nos autem quantum concessum est sapiamus & intelligamus, si possumus, dominum deum bonum ideo ẽt sanctis suis alicuius operis iustitiam aliqñ non tribuere, uel certam scientiam, uel uictricem delectationem, ut cognoscant non a seipsis sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebræ eorum, & suauitatem qua det fructum suum terra eorum. Cum autẽ ab illo illius adiutoriũ deprecamur ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud deprecamur, q̃ ut aperiat qđ latebat, & suaue faciat

Mat. *Nihil ni ex bis, intella Cap. Psal.*

quod

qđ nō delectabat, qa & hoc ab illo esse dep candū, eius grã didicimus, dū antea lateret: eius gratia dileximus, dū antea nō delectaret, vt q gloriat̃ nō in se, sed in dño glorief. Extolli quippe in superbiā, ꝓpriæ volūtatis est hoīum, nō operis dei: neq;.n. ad hoc eos cōpellit aut adiuuat deus. Præcedit ergo in uolūtate hominis appetitus qdā ꝓprię ptā-tis, vt fiat inobediēs p superbiā. Hic aūt appetitus ēt si non esset, nihil molestū esset, & cū hoc voluit hō sine difficultate noluisset, secutū est aūt ex debita iusta pęna tale vitiū, vt iā molestū esset obedire iustitiæ. Qđ vitiū nisi adiuuante gratia superef, ad iustitiā nemo cōuertitur: nisi operāte grã sanef, iustitiæ pace nemo pfruif. Cuius aūt grã uincit & sanat, nisi illius cui dr̃, Conuerte nos deus sanitatū nr̃arum, & auerte irā tuā a nobis? Qđ etsi facit, misericordia facit, vt dicatur, Non ſm peccata nostra fecit nobis, nec ſm iniqtates nr̃as retribuit nobis. Et quib. nō facit, iudicio nō facit: Et qs dicet illi qd fecisti, cui misericordia & iudicium pia SS. mēte cantatur? Idcirco ēt sanctos & fideles suos in aliquib. vitiis tardius sanat, ut in his eos minus, q̃ implendæ ex oī parte iustitiæ sufficit, delectet bonū, siue cū latet, siue cū ēt manifestū est, vt quantū pertinet ad integerrimā regulā ueritatis eius, non iustificetur in cōspectu eius oīs viuens. Nec in eoipso vult nos damnabiles esse, sed humiles, cōmendans nobis eandē gratiā suam, ne facilitatē in oībus assecuti, nostrum putemus esse qđ eius est. Qui error multū est religioni pietatiq; contrarius. Nec iō tñ in eisdem uitiis nobis permanendū esse existimemus, sed aduersus ipsam maxime superbiam, p p quā in eis humiliamur, & nos vigilāter conemur, & ipsum deprecemur ardēter, simul intelligentes & ꝙ sic conamur & ꝙ sic deprecamur dono illius nos habere, ut in oib. non ad nos respicientes, sed sursum cor habētes, domino Deo nostro gratias agamus, & cum gloriamur, in illo gloriemur.

Quartum iam illud restat, quo explicato quantū adiuuat dñs, sermo quoq; iste tā ꝓlixus tandē terminū sumat, Vtrū qui oīno nunquā ullum peccatum habuerit, habiturusve sit, nō solū quisquam natorū hoīum sit, verumēt potuerit aliqñ esse uel possit. Hūc prorsus ꝑter unū mediatorē dei & hominū hominem Xp̃m Iesum nullū vel esse vel fuisse vel futurū esse certissimū est. Vñ iā multa diximus de baptismo paruulorū, q si nullū pc̃m hñt, nō solū sunt hoīes innumerabiles sine pc̃ō, verumēt fuerūt & erūt. Porro si veraciter illud cōstitit, vñ ſo loco egimus, neminē esse sine pc̃ō, ꝑfecto nec paruuli sine pc̃ō sunt. Ex quo conficif & si quisquā in hac uita esse potuisset, q uirtute ita ꝑficeretur, ut ad tātā plenitudinē iustitię ꝑueniret, qua nullū haberet omnino pc̃m, fuisse tñ eū antea peccatorē unde in istā nouitatē uitæ cōuerteret, non esse dubitandū. Etenim in ſo illo loco, aliud q̃rebatur, aliud in hoc quarto propositū est. Nā in illo, utrū aliquis in hac uita ad perfectā, q̃ prorsus sine ullo pc̃ō est, uitā perueniret p gratiā dei studio uoluntatis hoc requirebatur: in hoc āt quarto, utrū esset in filiis hoīum, uel esse potuisset, aut posset qui nō ex pc̃ō ad iustitiā perfectissimā perueniret, sed nullo oīno unquā peccato esset obstrictus hoc quærif, Ideo si illa uera sunt, q̃ tā multa de paruulis diximus, nec est in filiis hoīm quisquā, nec fuit, nec erit, excepto uno mediatore, ī quo nobis propiciatio & iustificatio posita est, p finitis inimicitiis peccatorū reconciliamur Deo. Non itaq; ab re est quātum præsenti cāæ sufficere videtur, ab ipso exordio generis humani pauca repetere, quib. aduersus quædā, quæ mouere possent legētis animus informetur. Posteaquā illi primi homines uir vnus Adā, & ex illo Eua uxor eius accepto dei pręcepto seruare obedientiā noluerunt, iusta eos pęna ac debita consecuta est. Sic n. comminatus fuerat dñs, ꝙ ea die qua vetitum cibum ederent, morte morerētur.

Proinde quia utēdi ad escam oī ligno ꝙ in paradiso erat acceperāt potestatē, in quo ēt lignum uitæ plantauerat deus: ab illo aūt solo eos prohibuerat, quod appellauit sciētiæ boni & mali quo nomine significaretur experientiæ consequentia, & quid boni custodita & quid mali essent transgressa prohibitione sensuri: recte profecto intelligūtur ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse cibo uetito, atque usi fuisse concessis, ac per hoc & cæteris, & pręcipue ligno uitæ. Quid enim absurdius quam ut credātur

quis vel eße poßit qui nullū habuerit peccatū. Cap. 24. 1.Tim.2.

Lignum vetitum. Cap.20. Genes.2.

tur ex alijs arborib.alimenta sumpsisse,non aũt ẽt ex illo qđ & similiter permissum fuerat,& utilitate pcipua p ætatum lapsum mutari,quanuis animalia corpora in mortẽ ueterascere nõ sinebat,tribuẽs hoc corpori humano de suo corpore beneficiũ, & mystica significatione demonstrans,qđ p sapientiã, cuius figurã gestebat conferretur animæ rõnali,ut alimento eius uiuificata nequaq̃ in labẽ mortẽq; nequitiæ uerteretur? Merito.n. de illa dr̃, Lignum uitæ est amplectentibus eã, Sicut hæc arbor in corporali,sic illa spiritali paradiso:ista exterioris,illa interioris hominis sensib.præbens uigorẽ sine ulla in deterius tpis cõmutatione uitalẽ. Seruiebant igitur deo uehementer sibi cõmendata pietate obedientiæ;qua una colit deus. Quæ p seipsam quanta sit,q̃que sola sufficiat ad tuẽdã rõnalẽ sub creatore creaturã non potuit excellentius intimari,q̃ ut a ligno ,phiberẽtur nõ malo. Absit.n.ut bonorũ creator qui fecit oĩa & ecce bona ualde, mali aliqđ in illis ẽt corporalis paradisi fertilitate plãtaret, Sed ut ostenderet homini, cui esset sub tali dño utilissimã seruitus,q̃tũ esset obedientię bonũ,q̃ solã de famulo exegerat,cui obedire nõ pp ipsius dñatũ,sed pp seruientis utilitatem potius expediret,ab eo ligno sunt ,phibiti,nihil mali oĩno paterentur, ut ꝙ illo post prohibitionẽ utẽtes passi sunt,satis ostẽderet ꝙ eis hoc nõ intulerit arbor cibo noxio perniciosa,sed tantũ obedientia uiolata.

Prou. 7.

E

Rebellio carnis vnde. Cap. 22.

Hãc ergo priusq̃ uiolassent placebãt deo & placebat eis deus,& q̃uis corpus animale gestarent,nihil inobediẽs in illo aduersũ se moueri sentiebãt, Faciebat qppe hoc ordo iustitiæ, ut qa eorũ anima famulũ corpus a dño acceperat,sicut ipsa eidẽ dño suo, ita illi corpus eius obediret atq; exhiberet uitæ illi congruum sine ulla resistentia famulatũ. Hinc & nudi erant & non confundebãtur. Animam quippe rationalẽ naturali uerecũdia nunc pudet,ꝙ in carne,in cuius seruitutem ius potestatis accepit, nescio q̃ infirmitate efficere non potest, ut se nolente non moueantnr membra,& se uolente moueantur. Quæ propter hoc in quouis casto, merito appellãtur pudenda,quod aduersus dominam mentẽ quasi suæ sint potestatis sicut libitum est excitantur. Idq; solũ iuris in his hñt frena uirtutis, ut ad immundas & illicitas corruptiones ea puenire nõ sinant. Hæc igitur carnis inobedientia,q̃ in ipso motu ẽ ẽt si habere nõ pmittatur effectum, nõ erat in illis tunc primis hominib. qñ nudi erant & nõ confundebantur. Nondũ quippe anima rõnalis dña carnis, inobediens extiterat dño suo, ut pœna reciproca inobedientem experiretur carnẽ famulã suã cũ sensu quodã confusionis & molestiæ suæ,quẽ sensum certe ipsa p inobediẽtiã suã nõ intulit deo. Neq;.n.deo pudendũ est aut molestũ si nos ei non obedimus,cuius in nos summã potestatem nullo modo minuere ualemus, sed nobis pudendũ est ꝙ imperio nr̃o caro non seruit,qa hoc fit p infirmitatẽ q̃ peccando meruimus,uocaturq; peccatũ habitãs ĩ mẽbris nr̃is, Sic estaũt hoc pctm̃ ut sit pęna peccati. Deniq; posteaq̃ est illa facta transgressio,& anima inobediens,a lege sui dñi auersa est,habere cępit ꝯ eã seruus eius, hoc est corpus eius legẽ inobediẽtię,& puduit illos homines nuditatis suę,animaduerso ĩ se motu,quẽ añ nõ sẽserãt,q̃ animaduersio aptio dicta ẽ oculorũ, neq;.n. oculis clausis inter illas arbores oberrabãt, Sic & de Agar scriptũ est, Aperti sunt oculi eius & uidit puteũ. Tunc illi homines pudenda texerunt, quæ Deus illis mẽbra,ipsi uero pudẽda fecerũt.

F

Ro

G

Gen. & 3 Nas deo Cap. Rom. & 7

De hac lege peccati nascitur caro peccati expiãda p illi⁹ sacrm̃,q uenit in similitudine carnis peccati,ut euacuetur corp⁹ peccati, ꝙ & corp⁹ mortis huius appellat uñ miserũ hominẽ ñ liberat nisi gr̃a dei p Iesum Chr̃m dñm nr̃m. Sic.n.ab eis trãsitũ fecit in posteros ista lex initiũ mortis, quẽadmodũ labor quo cuncti homines laborãt in terra, quẽadmodũ in fęminas parturitio cũ doloribus. Hæc.n.cũ đ pctõ arguerẽtur dei sẽtẽtia meruerũt,q̃ ñ in eis solis,sed ẽt in successorib.eorũ,in alijs magis,in aliis min⁹ tñ ĩ oĩbus uidem⁹ impleri. Cũ itaq; primorũ illorũ hominũ fuerit prima iustitia obedire deo & hãc in mẽbris aduers⁹ legẽ mẽtis suæ legẽ ꝯcupiscẽtię ñ haberẽt,nũc post eorũ pcm̃ nata ex eis nr̃a carne peccati ,p magno obtinetur ab his,q obediũt deo desideriis eiusdẽ cõcupiscentiæ nõ obedire,& crucifigere in se carnẽ cũ passionib. & concupiscẽtiis, ut sint Iesu Christi,qui hoc in sua cruce figurauit,

H

rauit,quibus ꝑ gratiam suam dedit ptãtem filios dei fieri. Non.n.omnib. hominibus dedit,sed quotquot receperunt eũ,vt deo renascerent̃ spũ,qui seculo nati erãt carne,Sic.n. de his dictũ est,Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis ptãtem filios dei fieri,q̃ non ex carne,non ex sanguine, nõ ex voluntate viri, nec ex volũtate carnis,sed ex deo nati sunt.

Secutus aũt addidit,Et verbũ caro factũ est & habitauit in nobis:tanq̃ dicẽs, magnũ qdẽ hoc in his factũ est,vt deo nascerent̃ ex deo,q̃ pri⁹ nati fuerãt ex carne seculo, q̃uis creati ab ipso deo, sed longe mirabilius factũ est,ꝙ cũ istis naturæ fuerit nasci de carne,beneficij vero nasci ex deo,ꝑꝑ hoc impertiendum beneficiũ ille q̃ de deo naturaliter natus est, nasci ẽt misericorditer de carne dignatus est: hoc est.n.& verbũ caro factũ est & habitauit in nobis. Per hoc, inq̃t, factũ est vt nati de carne caro,postea nascendo de spũ spũs essemus & habitaremus in deo, q̃a & deus natus de deo, postea de carne nascẽdo caro factus est & habitauit ĩ nobis:verbũ.n.ꝙ caro factũ est,in principio erat,& apud deũ deus erat. Veruntñ ipsa participatio illius in inferiora nr̃a vt nostra esset in superiora illius,tenuit quãdã & in carnis natiuitate medietatẽ, vt nos quidẽ nati essemus in carne peccati,ille autem in similitudinẽ carnis peccati:nos non solũ ex carne & sanguine, verumẽt ex volũtate viri & voluntate carnis:ille ãt tm̃ ex carne & sanguine & nõ ex volũtate viri,neq; ex volũtate carnis,sed ex deo natus ẽ. Et iõ nos ĩ mortẽ ꝑꝑ pctm̃,ille ꝑꝑ nos in mortẽ sine pctõ. Sicut aũt inferiora eius q̃bus ad nos descendit non omnimodo coæquata sunt inferioribus nostris in q̃bus nos hic inuenit, sic & supiora nr̃a q̃b.ad eũ ascendimus non coæquabunt̃ superioribus eius in q̃b. eũ illic inuẽturi sumus. Nos.n.ipsius gr̃a facti erimus filij dei,ille semꝑ natura erat filius Dei. Nos aliq̃n conuersi adhærebimus impares deo:ille nunq̃ auersus manet ęq̃lis deo, Nos participes vitæ æternæ,ille vita æterna. Solus ergo ille ẽt hõ factus manẽs deus,peccatũ nullũ habuit vnq̃,nec sumpsit carnẽ peccati q̃uis de natura carnis peccati. † Quod.n.carnis inde suscepit,id profecto aut suscipiendum mundauit,aut suscipiendo mundauit. Iõ uirginẽ matrẽ nõ lege carnis peccati, id est,nõ cõcupiscentiæ carnalis motu cõcipiẽtẽ,sed pia fide sanctũ germẽ in se fieri ꝓmerentẽ,q̃ elegerat creauit, de qua crearet̃ elegit. Quãto magis ergo caro peccati baptizãda est ꝑꝑ euadendũ iudiciũ, si baptizata est caro sine pctõ ꝑꝑ imitationis exẽplũ? Quod aũt supra rñdimus aduersus eos qui dicũt,si pctõr genuit pctõrẽ,iustus quoq; iustum gignere debuit,hoc ẽt his rñdemus, q̃ dicunt de homine baptizato natũ,iã velut baptizatũ haberi debuisse. Cur.n.nõ,inquiũt,in lũbis patris sui potuit baptizari,si s̃m Epistolã q̃ ad Hebræ.scripta ẽ,In lũbis Abrahæ Leui potuit decimari? Hoc q̃ dicũt,attẽdãt nõ ꝓpterea Leui postea nõ fuisse decimatũ, quia iã fuerat decimatus in lũbis Abrahæ,sed q̃a sic ordinatus ẽ honore sacerdotij vt acciperet decimas,nõ p̃beret,alioq̃n nec cæteri fratres eius q̃ ei p̃bebant,decimarent̃,q̃a & ipsi in lũbis Abrahæ a Melchisedech iã fuerãt decimati. Sed ne q̃s dicat ꝑꝑea recte potuisse Abrahæ filios decimari,quanuis iã fuissẽt in lũbis pr̃is sui decimati, q̃a decimatio talis res erat q̃ in vnoquoq; homine sæpe fuerat facienda,sicut Israelitæ annis omnib. immo ex fructibus omnibus decimas tota vita sua crebras solent p̃bere Leuitis, baptismũ aũt tale sacr̃m esse qđ semel dat̃, Etsi iã hoc acceperat quisq; cũ in patre suo esset, nõ nisi baptizatũ fuisse deputandum, cũ de illo q̃ baptizatus fuerat gigneretur. Qui hoc dicit: ne diu disputem,circũcisionẽ respiciat,quę semel fiebat & tñ in singulis singillatim fiebat. Sicut ergo tꝑe illius sacramenti de circunciso q̃ nasceret̃ circuncidendus fuit:sic nũc de baptizato q̃ natus fuerit baptizãdus est. At.n.ait Apostolus. Filij vestri immundi essent,nunc aũt sancti sunt:& ideo inquiũt, fidelium filij iam baptizari minime debuerunt. Miror hoc dicere qui negant peccatũ ex Adam originaliter trahi. Si enim hanc Apostoli sententiam sic accipiunt,vt credãt de fidelibus sanctificatos filios nasci, cur eos etiam ipsi baptizari oportere non dubitant? Cur denique nolunt fateri de parente peccatore aliquod peccatum originaliter trahi, si de sancto aliqua sanctitas trahitur? Et contra nostram quidem non est assertionem,etiã si ex fidelibus sancti propagantur,

quòd

M ꝙ eos dicimus ſi nõ baptizanť, pergere in
dãnationem, quib.& ipſi regnũ cœlorũ in-
tercludũt, q̃uis eos dicãt non habere vllum
vel proprium, vel originale pc̃tm̃. Aut ſi eis
indignũ vr̃ vt ſancti dãnentur, qũo erit di-
gnũ vt a regno dei ſancti ſeparẽtur? Et illud
potius attendãt, qũo non de peccatorib. pa-
rẽtibus trahať aliqđ pc̃tm̃, ſi de ſanctis ali-
qua ſanctitas trahitur & non immũditia de
immũdis. Vtrunq;.n.dixit q dixit, Alioquin
filij ueſtri immundi eſſent, nunc aũt ſancti
ſunt. Explicẽt ẽt qũo iuſtum ſit ut ſancti ex
fidelibus & immũdi ex infidelibus nati, pa-
riter tñ ſi baptizati nõ fuerint regnũ dei nõ
permittanť intrare. Quid ergo illis iſta ſan-
ctitas prodeſt? Nam ſi damnari faterẽtur im
mũdos ex infidelibus natos: ſanctos ãt filios
fideliũ in dei q dem regnum intrare nõ poſ-
ſe, niſi fuerint baptizati, non tñ damnari qa
ſancti ſunt, eſſet qualiſcunq; diſtinctio: Nũc
uero natos & de ſanctis ſanctos, & de im-
mũdis immũdos ęqualiter dñt, & qa pecca-
tum nõ habent, nõ dãnari, & qa baptiſmum
non hñt, à dei regno ſeparari. Hãc abſurdi-
tatem talia ingenia non videre quis credat?

Rom. 5.

Noſtræ autem, imo ipſius Apoſtoli ſnĩæ, q
dixit, Ex vno oẽs ad condemnationem, &
ex uno oẽs ad iuſtificationem uitæ, q̃ nõ ſit
cõtrarium hoc quod ait, cum de alia re age-

1. Cor. 7.

ret, Alioquin filij veſtri immundi eſſent,
nunc autem ſancti ſunt, paululum attende.

Sãctifica tio multiplex. Cap. 26.

Nõ vnius modi eſt ſanctificatio, Nam &
catechumenos ſm quendam modum ſuum
per ſignum Xp̃i & orationẽ manus impoſi-
tionis puto ſanctificari, & quod accipiunt
A q̃uis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tñ,
& ſanctius, q̃ cibi quibus alimur qm̃ ſacrm̃
eſt, verum & ipſos cibos qbus ad neceſſita-
tem ſuſtẽtandæ huius vitæ alimur, ſanctifi-

1. Ti. 4.

cari idem Apoſt. dixit, per uerbũ dei & ora-
tionem qua oramus vtiq; noſtra corpuſcu-
la refecturi. Sicut aũt iſta ciborum ſanctifi-
catio non efficit, vt qđ in os intrauerit non
in ventrem vadat & ſeceſſum emittatur per
corruptionem, qua oĩa terrena ſoluunť, vn
de ad aliam eſcam quę nõ corrumpitur nos
dñs exhortať: ita ſanctificatio catechumeni,
ſi non fuerit baptizatus, non ei ualet ad in-
trandum regnum cœlorum, aut ad pecca-
torum remiſſionem. Ac per hoc & illa ſan-
ctificatio cuiuſcunq; modi ſit, quam in filiis B
fidelium eſſe dixit Apoſtolus, ad iſtã de ba-
ptiſmo & de peccati origine, uel remiſſione
qõnem oĩno nõ pertinet. Nã & cõiuges infi
deles in cõiugibus fidelibus ſanctificari di-

1. Cor. 7.

cit eo ipſo loco ita loquẽs, Sanctificať.n.uir
infidelis in uxore, & ſanctificať mulier infi-
delis in fratre, Alioquin filii ur̃i immundi
eſſent, nũc aũt ſancti ſunt. Nõ opinor quiſ-
quam tam infideliter intelligit, quodlibet in
his uerbis intelligat, vt ob hoc exiſtimet ẽt
maritum nõ Chriſtianum, quia Chriſtiana
fuerit vxor eius, neq; iam baptizari oporte-
re, & ad peccatorũ remiſſionem perueniſſe,
& in regnum cœlorum eſſe intraturum, qa
ſanctificatus dictus eſt in uxore.

Quiſquis uero adhuc mouetur, quare ba C
ptizentur q iam de baptizatis naſcũtur, hoc
br̃ accipiat, Sicut generatio carnis peccati p
vnum Adã in cõdemnationem trahit oẽs q
eo modo generãtur, ſic generatio ſpũs gr̃æ
per unum Ieſum Xp̃m ad iuſtitiã uitæ æter
næ ducit oẽs q eo modo prædeſtinati rege-
nerantur. Sacr̃m aũt baptiſmi pfecto ſacr̃m
regenerationis eſt. Quocirca ſicut homo q
non uixerit, mori non poteſt: & q mortuus
nõ fuerit, reſurgere nõ poteſt: ita qui natus
nõ fuerit renaſci nõ poteſt. Ex quo confici-

Ioan. 3.

tur, neminem in ſuo parẽte renaſci potuiſſe
nõ natum. Oportet aũt vt ſi natus fuerit re-
naſcatur, qa niſi qui natus fuerit denuo, nõ
poteſt uidere regnum dei. Oportet igitur vt
ſacr̃o regenerationis, ne ſine illo male de
hac uita exeat, ẽt paruulus imbuatur. Quod
non fit niſi in remiſſione peccatorum, quod
ẽt ipſo loco Chriſtus oñdit, cum interroga- C
tus qũo poſſent iſta fieri, cõmemorauit qd
Moyſes fecerit in exaltatione ſerpẽtis. Cum
itaq; per baptiſmi ſacr̃m morti Chriſti con
formantur infantes, eos a ſerpentis morſu
fatẽdum eſt liberari, ſi a Chriſtianæ fidei re-
gula nolumus aberrare. Quem tñ morſum
nõ in ſua uita propria, ſed in illo cui primi-
tus inflictus eſt acceperunt. Neq; illud fal-
lat, ꝙ ſi nec parenti poſt conuerſionem ob-
ſunt propria peccata, quãto magis, inqunt,
filio eius obeſſe non poſſunt. Sed qui hoc
ſentiunt, non attendunt, quia ſicut parenti
per hoc ꝙ ſpiritu renatus eſt propria pec-
cata non obſunt, ita qui de illo natus eſt, niſi

eo modo renaſcatur, q̃ a parẽte tracta ſunt, D oberunt. Quia & innouati parentes non ex primitijs nouitatis, ſed ex reliquiis uetuſtatis carnaliter gignũt, & filii ex parentũ reliqua vetuſtate toti uetuſti, in peccati carne propagati, dãnationem veteri homini debitam ſacro ſpiritalis regenerationis & renouationis euadunt. Illud nanq; præcipue ꝑꝑ quæſtiones, q̃ de hac re motæ ſunt, uel moueri adhuc pñt, attendere ac meminiſſe debemus, tm̃modo peccatorũ omniũ plenam perfectamq; remiſſionẽ baptiſmo fieri: hominis uero ipſius qualitatẽ non totã continuo cõmutari, ſed ſpiritales primitias in bene proficientibus de die in diẽ nouitate creſcente commutare in ſe quod carnaliter vetus eſt donec totũ ita renouetur, ut animalis etiam infirmitas corporis, ad firmitatem ſpiritalem incorruptionemq́, perueniat.

Hæc aũt lex peccati, qđ ẽt peccatũ appellat Apoſtolus, cũ dicit, Nõ ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore ad obediendũ deſiderijs eius: nõ ſic manet in membris eorum qui ex aqua & ſpũ renati ſunt, tanq̃ nõ ſit eius facta remiſſio, ubi omnino plena & ꝑfecta fit remiſſio peccatorũ, omnib. inimicitijs interfectis q̃b. ſeparabamur a deo, ſed manet in uetuſtate carnis tanq̃ ſuperatũ & peremptũ, ſi non illicitis conſenſionibus quodãmodo reuiuiſcat, & in regnũ propriũ dñationemq; reuocetur. Ab hac ãt vetuſtate carnis, in qua eſt lex iſta peccati vel peccatũ iam remiſſum, vſqueadeo ſpũs vita diſcernit, in cuius nouitate baptizati ꝑ dei grãm renaſcunt̃, ut parũ fuerit Apoſt. dicere, tales non eſſe in pctõ, niſi ẽt diceret in ipſa illos carne nõ eſſe anteq̃ ex hac mortali uita migrarent. Qui.n. in carne, inq̃t, ſunt deo placere nõ pñt: uos aũt nõ eſtis in carne, ſed in ſpũ, ſi tñ ſpũs dei habitat in uobis. Veruntñ ſicut ipſa carne q̃uis corruptibili bene vtuntur qui membra eius ad opera bona conuertunt, in qua carne non ſunt, quia non ſcđm eam ſapiũt neq; uiuunt, ſicut deniq; ẽt morte, q̃ primi peccati pęna eſt, bene utunt̃ qui eã pro fratribus, pro fide, pro quacunq; vera & ſancta iuſtitia fortiter & patienter impendunt: ſic illa ẽt lege peccati, qđ iã remiſſum in uetuſtate carnis manet, bene utunt̃ cõiugati fideles, qui ex eo ꝙ ſunt in Xp̃i nouitate, dñari ſibi libidinẽ minime patiunt̃: ex eo aũt ꝙ adhuc trahũt Adę vetuſtatẽ, regene- F randos immortaliter filios mortaliter generant cũ ea propagine peccati, qua illi qui renati ſunt obnoxij non tenent̃, & qua illi q̃ naſcunt̃ renaſcẽdo ſoluunt̃. Quandiu ergo manet lex concupiſcentialis in mẽbris manente ipſa reatus eius ſoluitur, ſed ei ſoluit̃ q̃ ſacrm̃ regenerationis accepit, renouariq́; iam cępit. Ex illa aũt manente concupiſcentiæ vetuſtate qđ naſcit̃ renaſci indiget vt ſanetur. Quia parẽtes fideles & nati carnaliter & renati ſpiritaliter, filios carnaliter genuerunt, filii uero anteq̃ naſcerent̃, renaſci q̃uo potuerunt? Nec mireris, ꝙ dixi, manẽte concupiſcentiali lege peccati reatum eius ſolui per grãm ſacri. Sicut.n. facta & dicta & cogitata iniqua quantũ ad ipſos motus animi & corporis pertinet, iam præterierũt & non ſunt, eis tñ præteritis & non iam exiſtentibus reatus eorũ manet, niſi peccatorum remiſſione ſoluatur, ſic contra in hac nõ iam præterita, ſed adhuc manente lege concupiſcentię reatus eius ſoluitur & non erit, cũ fit in baptiſmo plena remiſſio peccatorum. Deniq; ſi continuo conſequatur ab hac uita migratio, non erit omnino qđ obnoxiũ hominẽ teneat, ſolutis omnibus quæ tenebãt. Sicut ergo nõ eſt mirũ præteritorũ dictorũ G factorũ atq; cogitatorũ reatum manere ante peccatorũ remiſſionẽ: ſic contra non debet eſſe mirũ manentis concupiſcentiæ reatũ pręterire poſt peccatorum remiſſionem.

Quæ cũ ita ſint, ex quo per unũ hominẽ peccatũ intrauit in hunc mundũ, & per peccatũ mors, & ita in oẽs homines pertranſijt uſq; in finem carnalis huius generationis & corruptibilis ſeculi, cuius filij generãt & generantur, nullo exiſtente homine de quo in hac uita conſtituto veraciter dici poſſit, ꝙ nullũ habeat omnino peccatũ, excepto vno mediatore, qui nos creatori nr̃o cõciliat per remiſſionem peccatorũ. i. ipſe dñs nr̃ hanc ſuam medelã nullis generis humani tp̃ib. ante ultimũ adhuc iudiciũ denegauit eis, quos per certiſsimam præſcientiã & iuſtiſſimã beneficẽtiam ſecũ regnaturos in uitã prædeſtinauit æternam. Nanq; ante natiuitatẽ carnis, infirmitatẽq; paſſionis, & uirtutem reſurrectionis ſuæ, earũ rerum futura-

Chriſti infantia caruit ignoran- t a.c. 29. Vbi Maria?

rum

rum fide eos qui tūc fuerant, informabat ad hæreditatē salutis ęternæ, quarū rerum pręsentiū fide informauit eos, qui cū gererent aderant atq; impleri p̄dicta cernebant, quarum ēt præteritarū rerū fide qui postea fuerunt, & nosipsos, & q̄ deinde futuri sunt informare nō cessat. Vna ergo fides est q̄ oēs saluos facit, q̄ ex carnali generatione in spiritalē renascēdo saluantur, terminata in eo, qui venit pro nobis iudicari & mori iudex viuorū & mortuorū. Sed huius vnius fidei pro significationis opportunitate per uaria tp̄a sacra uariata sunt. Idē ipse itaq; saluator est paruulorum atq; maiorum, de quo dixerunt angeli, Natus est vobis hodie saluator, & de quo dictum est ad virginem Mariam, Vocabis nomen eius Iesum, Ipse.n. saluum faciet populū suū a peccatis eorū, vbi aperte demonstratum est eum hoc nomine quo appellatur Iesus, p̄p̄ salutem quā nobis tribuit nominari: Iesus quippe latine saluator est. Quis est igitur qui audeat dicere dn̄m Christum tm̄ maioribus nō ēt paruulis esse Iesum, qui uenit in similitudine carnis peccati, vt euacuaret corpus peccati, in quo infirmissimo nulli vsui congruis vel idoneis infantilibus mēbris anima rōnalis miserabili ignorātia prægrauat. Quam plane ignorātiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo verbū caro factum est, ut inhabitaret in nobis, nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quā videmus in paruulis. Per hanc enim ēt cū motibus irrationabilibus perturbantur nulla rōne, nullo imperio, sed dolore aliq̄ vel doloris terrore cohibentur, vt oīno videas illius inobedientię filios, q̄ mouet in mēbris repugnans legi mētis, nec cū vult rō, cōquiescit. Verū & ipsa sæpe uel dolore corporis, tanq̄ vapulando cōpescitur, vel pauescēdo, uel tali aliquo animi motu, non tm̄ volūtate pręcipiēte comprimit. Sed q̄a in eo erat similitudo carnis peccati, mutiones ætatū perpeti voluit ab ipsa exorsus infantia, uel ad mortē uideatur ēt senescendo illa caro peruenire potuisse, nisi iuuenis fuisset occisus. Quæ tm̄ mors in carne peccati inobediētiæ debita redditur, in similitudine aūt carnis peccati obediētiæ uolūtate suscepta est. Ad eā quippe iturus eamq; passurus, hoc ait, Ecce uenit princeps mundi huius & in me nihil inueniet, sed vt sciant oēs quia volūtatem patris mei facio, surgite eamus hinc. His dictis perrexit ad indebitam mortem, factus obediens vsq; ad mortem.

Luc. 2. *Matt. 1.* *Rom. 8.* *Sap. 9.* *Ioan. 1.* *Rom. 7.*

Qua p̄p̄ illi qui dn̄t, si primi hoīs peccato factū est vt moreremur, Christi aduentu fieret, vt credētes in eum nō moreremur. Et addūt quasi rōnem dicētes, neq;.n. præuaricatoris transgressio plus nobis nocuit, q̄ incarnatio vel redēptio profuit saluatoris. Cur nō potius hoc attendūt, hoc audiūt, hoc sine dubitatione credūt, quod Apost. sine ambiguitate locutus est. Quia p̄ hoīem mors, & p̄ hoīem resurrectio mortuorū. Sicut.n. in Adā oēs moriuntur, sic & in Christo oēs viuificabuntur: neq;.n. aliunde q̄ de corporis resurrectione dicebat? Oīum ergo corporis mortem factā per vnū hominē dixit, & omniū corporis resurrectionē in vitam æternā per vnū Christū futuram esse promisit. Qūo ergo plus nobis nocuit ille peccando, q̄ iste profuit redimendo, cum per illius peccatum tp̄aliter moriamur, per istius aūt redemptionem nō ad tp̄alem uitam, sed ad perpetuam resurgamus? Nostrū ego corpus mortuum est p̄p̄ peccatum, Christi aūt corpus solū mortuum sine peccato, vt fuso sanguine sine culpa oīum culparum chirographa delerētur, quibus debitores qui in eum credunt a diabolo antea tenebantur. Et ideo ait, Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Ioan. 14. *Phil. 2.* *Cap.* *1. Cor.* *Coloss.* *Matt.*

Poterat autē ēt hoc donare credentibus, vt nec istius experirētur corporis mortem: sed si hoc fecisset, carni quædā fęlicitas adderetur, minueretur aūt dei fortitudo. Sic.n. hoīes mortem istam timent, ut nō ob aliud fœlices dicerēt esse Christianos, nisi q̄ mori omnino non possent. Ac per hoc nemo p̄p̄ illam vitam, quæ post istam mortē beata futura est, per virtutem etiam contēnendæ ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret, sed p̄p̄ remouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum. Plus ergo gratiæ præstitit, plus fidelibus suis sine dubitatione donauit. Quid.n. magnum erat videndo non mori eos qui crederent, credere se non moriturum? Quanto est maius, quanto fortius, quanto laudabilius, ita credere,

Q. moriatur c... fli.c. *Q. christianis n... cedat carnis morti... tas.*

credere,vt se speret moriturus, sine fine vi-
cturũ? Deniq; hoc quibusdã in fine largietur,
vt mortẽ istã repentina cõmutatione nõ sen
tiãt,sed simul cũ resurgentib.rapianẽ in nu-
bibus obuiã Chr̃o in aera, & sic semp cum
dñ̃o viuant. Et recte illis,qa non erũt iã po-
steri q p p hoc credant nõ sperando qđ nõ
vident,sed amãdo qđ vident. Quæ fides est
eneruis & debilis,nec fides omnino dicẽda,
qñdoquidẽ fides ita definita est, Fides est spe
rantiũ substantia & cõuictio rerũ,q̃ non vi-
dentur. Vñ ẽt in eadẽ vbi & hoc scriptum ẽ
ad Hebræos epistola, cũ consequenter enu-
merasset quosdã,q deo fide placuerunt, ẽm
fidẽ,inquit,mortui sunt,hi oẽs cũ non acce-
pissent promissiones, sed longe eas vidẽtes
& salutantes & cõfitentes,qa hospites & pe
regrini sunt sup terram. Et paulopost eãdẽ
fidei laudẽ ita cõclusit,Et oẽs,inqt,testimo-
niũ consecuti per fidẽ,nõ tulerũt promissio
nes dei:pro nobis enim meliora prouiderũt
ne sine nobis pfecti perficerenẽ. Hæc laus fi
dei non esset,nec omnino,vt iã dixi,fides es
set,si homines in credẽdo p̃mia visibilia se-
querenẽ:hoc est,si fidelibus merces immor-
talitatis in hoc seculo redderetur. Hinc & ip
se dñs mori voluit,vt quemadmodũ de illo
scriptũ est,p mortem euacuaret eũ,qui ptã-
tem habebat mortis,id est diabolũ,& libera
ret eos,q timore mortis p totã vitã rei erãt
seruitutis. Hoc testimonio satis ẽt illud mon
stratur & mortẽ istã corporis principe atq;
authore diabolo,hoc est,ex peccato accidis
se,qđ ille psuasit,neque.n. ob aliud ptãtem
habere mortis verissime dicereẽ: Vnde ille q
sine vllo pc̃tõ vel originali vel,ppprio morie
batur dixit, qđ paulo ante commemoraui,
Ecce ueniet princeps mundi,id est,diabol⁹,
qui ptãtẽ habet mortis & in me nihil inue-
niet.i.peccati,propter quod homines mori
fecit. Et quasi diceretur ei,quare ergo more
ris? Sed vt sciant oẽs,inquit, quia voluntatẽ
patris mei facio,surgite eamus hinc:i.vt mo
riar non habẽs mortis cãm de peccato sub
authore peccati,sed de obedientia & iustitia
factus obediens vsq; ad mortẽ. Et hoc ergo
illo testimonio demõstratum est,& ꝙ timo-
rem mortis fideles uincunt,ad agonẽ ipsius
fidei ptinere,qui profecto defuisset, si mox
esset credentes immortalitas consecuta.

Quur solus Christus resurrexit. Cap. 32.

Quãuis itaq; multa dñs uisibilia miracu-
la fecerit,vñ ipsa fides velut quibusdã primor
diis lactescentibus germinaret,& in suũ ro-
bur ex illa teneritudine coalesceret,tãto est.
n.fortior,quanto magis iã ista non q̃rit, tñ
illud qđ promissum speramus inuisibiliter
uoluit expectari,vt iustus ex fide viueret,in *Rom. 1.*
tm̃ vt nec ipse q die tertio resurrexit inter
homines esse voluerit,sed eis demõstrato in
sua carne resurrectionis exẽplo, quos huius
rei testes habere dignatus est,in cœlũ ascen
derit,illorũ quoq; se oculis auferens nihilq;
tale cuiusq̃ eorũ carni iã tribuens, quale in
carne ppria demõstrauerat,vt & ipsi ex fide
viuerent,eiusq; iustitiæ,in qua ex fide viui-
tur,p̃miũ quod postea erit visibile,nunc in-
terim p patiẽtiã inuisibiliter expectarẽt. Ad
hunc intellectũ credo ẽt illud esse referen-
dũ,qđ ait de spiritusancto, Nõ põt ipse veni *Ioan. 16.*
re nisi ego abiero:hoc.n.erat dicere, non po
teritis iuste viuere ex fide,qđ de meo dono.
i.de spiritusancto habebitis, nisi a vestris o-
culis hoc qđ intuemini abstulero vt spirita
liter cor vestrũ inuisibilia credẽdo proficiat.
Hanc ex fide iustitiam identidem loquẽs de
spiritusancto,ita commendat. Ille,inquit,ar
guet mundũ de peccato,de iustitia & de iu-
dicio. De pc̃tõ quidẽ,qa non crediderunt in
me:de iustitia, qa ad patrẽ vado, & iam non
videbitis me. Quæ est ista iustitia, qua eum
non viderunt,nisi vt iustus ex fide viueret,
& non respicientes, quæ videntur, sed quæ
non videntur, spiritu ex fide spem iustitiæ
expectaremus?

Cap. 33.

Qui aũt dicunt,Si peccato mors ista cor-
poris accidisset,nõ vtiq, post remissionẽ pec
catorũ q̃ redẽptor nobis tribuit moreremur
non intelligũt qũo res, quarũ reatũ ne post
hanc uitã obsint,deus soluit,tamẽ eas ad cer
tamẽ fidei sinit manere, vt p illas erudianẽ
& exerceanẽ proficientes in agone iustitiæ.
Posset.n.& alius hoc nõ intelligens dicere,
Si p p pc̃tm̃ dixit de⁹ homini,In sudore vul *Gen. 3.*
tus tui edes panẽ tuum,& spinas & tribulos
pariet tibi terra: quare & post remissionem
pc̃õrũ labor hic pmanet,& hęc dura & aspe
ra pariter ẽt terra fidelium? Itẽ si p p pecca-
tum dictũ est mulieri,In gemitu paries,cur
etiam post peccatorum remissionem fœmi
næ fideles eosdem dolores parturiendo pa-
tiuntur?

tiunt? Et tñ cõstat pp pctm qd admiserat, illos a deo primos hoés hæc audisse atq; meruisse, nec resistit his verbis diuini libri, q posui de labore hominis & de parturitione mulieris, nisi q prorsus alienus a fide catholica eisdẽ literis aduersatur. Verũ qa & tales nõ desunt queadmodũ eis hac qõne proposita rñdemus dicentes, ante remissionem esse illa supplicia pctõrum, post remissionẽ aũt certamina exercitationesq; iustorũ: ita & illis quos de morte corporis similiter mouet rñdere debemus, vt eã & pctõ accidisse fateamur, & post pctõrum remissionem, vt magnus timor eius a proficiẽtib. superetur, ad certũ nobis relictã esse nõ dedignemur. Si.n. parua virtus esset fidei, q per dilectionẽ operat, mortis metũ vincere, nõ esset tãta martyrũ gloria: nec dñs diceret, Maiorẽ hac charitatem nemo hẽt q vt aĩam suã ponat pro amicis suis. Qd in epistola sua Ioã. ita dicit, Sicut ille aĩam suã p nobis posuit, sic & nos debemus aĩas p fratribus ponere. Nequaquã igitur in morte pro iustitia subeunda vel contẽnenda laudaretur præcipua patiẽtia, si mortis ñ esset magna multumq; dura molestia. Cuius timorẽ q vincit ex fide, magnã ipsius fidei cõparat gloriã iustãque mercedẽ. Vnde mirandũ nõ est, & mortẽ corporis non fuisse euenturã hoĩ, nisi pcessisset pctm, cuius ẽt talis pęna cõsequeretur, & post remissionẽ pctõrum eã fidelibus euenire, vt in eius timore vincẽdo exerceretur fortitudo iustitiæ. Caro. n. quæ primo facta est, non erat caro peccati, in qua noluit hõ inter delitias paradisi seruare iustitiã. Vnde statuit deus, ut post eius peccatũ propagata caro peccati ad recipiendã iustitiã, laboribus & molestiis niteretur. Propter hoc ẽt de paradiso eiectus Adã, ꝯ Eden habitauit, i. contra sedem delitiarũ, vt significaret ꝙ in laboribus qui sunt delitiis contrarij, erudienda esset caro peccati, quæ in delitiis obedientiã non seruauit antequam esset caro peccati. Sicut ergo illi primi hoẽs postea iuste viuendo, vnde merito creduntur per dñi sanguinem ab extremo supplicio liberati, non tñ in illa vita meruerũt ad paradisum reuocari: & caro peccati ẽt si remissis peccatis hõ in ea iuste vixerit, non cõtinuo meretur eã mortẽ non perpeti q traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatũ est de patriarcha Dauid in libro Regnorũ, ad quẽ Propheta cũ missus esset eiq; pp pctm quod commiserat euentura mala ex iracundia dei cõminaretur, confessione peccati veniã meruit, rñdente Propheta, ꝙ illud ei flagitium facinusq; remissum sit, ꝙ tñ consecuta sunt q deus fuerat cõminatus, vt sic humiliaretur a filio. Quare & hic non dr, si Deus pp peccatũ illud fuerat cõminatus, cur dimisso peccato quod erat minatus impleuit, nisi quia rectissime si sic dictũ fuerit, rñdebitur remissionem illam peccati factã, ne hõ a percipienda vita impediretur æterna, subsecutũ vero illius cõminationis effectũ ut pietas hominis in illa humilitate exerceretur atq; probaretur. Sic & mortẽ corporis pp hoc pctm deus homini inflixit, & post pctõrũ remissionẽ pp exercendã iustitiã non ademit. Teneamus ergo indeclinabilẽ fidei confessionẽ. Solus unus est qui sine pctõ natus est, in similitudine carnis peccati, sine peccato vixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est pp nostra peccata, non declinemus in dexterã aut in sinistrã. In dexteram. n. declinare, est seipsum decipere dicẽdo se esse sine peccato. In sinistrã aũt per nescio q peruersam atq; prauam securitatẽ se tãquam impune dare peccatis. Vias. n. q a dextris sunt nouit dñs, qui solus sine peccato est, & nostra põt delere peccata, peruersæ aũt sunt, quæ a sinistris sunt amicitiæ cum peccatis. Tale ẽt illi 20. annorum adolescentuli figuram noui populi pręmiserunt, qui in terram promissionis intrarunt, qui nec in dexteram nec in sinistram dicti sunt declinasse. Non enim ea viginti annorum ætas comparanda est innocentiæ paruulorum: sed, ni fallor, hic numerus mysticum aliquid adumbrat & resonat. Vetus enim testamentum in quinque Moysi libris excellit, nouum autem quatuor Euangeliorum authoritate præfulget, qui numeri per se multiplicati ad vicenarium perueniunt, quater. n. quini vel quinquies quaterni viginti sunt. Talis populus, vt prædixi, eruditus in regno cęlorum per duo testamenta vetus & nouum, non declinans in dexteram superba præsumptione iustitię, neque in sinistram secura delectatione

Quur remisso peccato, pœna exigitur. *Cap. 34*

D

Gala. 5.

Ioan. 15.

1. Ioã. 3.

Gen. 3.

E

F

G

tione peccati, in terram illius promisſionis intrabit, vbi iam peccata vlterius nec nobis donanda optemus, nec in nobis punienda timeamus ab illo redemptore liberati qui non venũdatus ſub peccato, redemit Iſrael ab omnib iniquitatib. eius, ſiuè propria cuiuſq; vita cõmmiſsis ſiue originaliter tractis. Non.n. parum diuinarum ſcripturarum authoritati veritatiq; ceſſerũt. Qui etſi noluerunt literis ſuis aperte exprimere paruulis remiſsionem neceſſariam peccatorum, redemptionem tñ eis neceſſe eſſe confeſsi ſunt. Alio quippe verbo, etiã ipſo de Chriſtiana eruditionè deprõpto nihil aliud oĩno dixerunt: Nec dubitandum eſſe his qui diuinas ſcripturas fideliter legunt, fideliter audiunt, fideliter tenẽt, ꝙ ab illa carne quæ prius voluptate peccati facta eſt caro peccati, deinceps per ſucceſsionem tranſeũte in oẽs proſcriptione iniquitatis, & mortis, caro ſit propagata peccati excepta vna ſimilitudine carnis peccati, quæ tñ non eſſet, niſi eſſet caro peccati. De aĩa vero vtrũ & ipſa eodem modo propagata, reatu qui ei dimittat̃ obſtricta ſit, neque.n. poſſumus dicere, ſolam carnem paruuli, non etiam aĩam indigere Saluatoris & redemptoris auxilio, alienamq; ab ea eſſe gratiarũ actionẽ quę in Pſalmis eſt, vbi legimus & dicimus, Benedic aĩa mea dñm, & noli obliuiſci omne retributiones eius, qui propicius fuit omnib. iniquitatib. tuis, qui ſanat oẽs languores tuos, qui redemit de corruptione vitam tuã, an etiam non propagata, eoipſo quo carni peccati aggrauãda miſcet̃, iam ipſius peccati remiſsione & ſua redemptione opus habeat, Deo ꝑ ſummam præſcientiam iudicante, qui paruulorum ab iſto reatu non mereant̃ abſolui, ẽt qui nondũ nati nihil alicubi propria ſua vita peregerunt vel boni vel mali, & qũo Deus ẽt ſi non de traduce aĩas creat, nõ ſit tñ author reatus eiuſdem, ꝓꝑ quem redemptio ſacramenti neceſſaria eſt animæ paruuli, magna qõ eſt, aliamque diſputationem deſiderat, eo tñ quantum arbitror moderamine temperatam, vt magis inquiſitio cauta laudet̃, quam præcipitata reprehẽdatur aſſertio. Vbi enim de re obſcuriſsima diſputatur, non adiuuantibus diuinarum ſcripturarum certis clariſq; documentis, cohibere ſe debet humana præſumptio, nihil faciens in partem alteram declinando. Etſi.n. quolibet horum, quemadmodũ demonſtrari & explicari poſsit, ignorem, illud tamen credo, quòd etiam hinc diuinorum eloquiorum clariſsima authoritas eſſet, ſi homo illud ſine diſpendio promiſſæ ſalutis ignorare non poſſet. Habes elaboratum, vtinam tam commodum quàm prolixum pro meis viribus opus, cuius prolixitatem fartaſſe defenderem, niſi illud vererer facere defendendo prolixius.

[Margin: Ca. 36. — H — Pſa. 2. — I]

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, De peccatorum meritis & remiſsione, & de baptiſmo paruulorum ad Marcellinũ Epiſtola ſeu.

[Margin: K]

LIBER TERTIVS.

[Margin: Cap. 1.]

CHariſsimo filio Marcellino, Auguſtinus Eps ſeruus Chriſti ſeruorumq; Chriſti in dño ſalutem. De qõnib. quas mihi propoſueras vt adte aliquid ſcriberem aduerſus eos, qui dicunt Adam etiam ſi non peccaſſet fuiſſe moriturũ, nec ex eius peccato quicquam ad eius poſteros propagando tranſiſſe, maxime ꝓꝑ baptiſmum paruulorum qué more piiſsimo atq; materno vniuerſa frequẽtat Eccleſia, & ꝙ in hac vita ſint, fuerint, futuriq; ſint filii hominum nullum habentes omnino peccatum iam duos prolixos abſolueram libros, quib. mihi viſꝰ ſum non quidem omnib. omnium occuriſſe in hac cauſa motibus animorum, quod vel a me vel a quoquam v trum fieri poſsit, ignoro, immo fieri non poſſe non dubito, ſed tñ egiſſe aliquid qũo de his reb. a maiorib. traditæ fidei defenſores contra nouitates eorum qui aliter ſentiunt non inermes vſquequaq; conſiſterent. Verum poſt pauciſsimos dies legi Pelagii quædam ſcripta, viri vt audio ſancti, & non paruo profectu Chriſtiani, quæ in Pauli Apoſtoli Epiſtolas expoſitiones breuiſsimas continerent, atq; ibi cõperi cum ad illud veniſſet locum, vbi dicit Apoſtolus, Per vnum hominem peccatũ intraſſe in mũdum & per peccatum mortem, atq; ita in omnes homines pertrãſiſſe, quandam eorum argumentationem qui negant paruulos peccatum originale geſtare, quam

[Margin: L — Rom. 5.]

fateor in illis tam longis voluminibus meis non refelli, quia in mentem mihi oino non venerat quenquam posse talia cogitare, vel dicere: Quapp quoniam illi operi, quod iã certo fine concluseram, nil addere volui, & ipsam eisdem verbis quib. eam legi, & quid mihi contra videat, huic epistolæ inserendũ putaui. Si ergo illa argumentatio posita est, Hi autem, inqt, qui contra traducem peccati sunt, ita illam impugnare nituntur: Si Adæ, inquiunt, peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo & Christi iustitia etiam nõ credentib. Prodest, quia similiter, immò & magis dicit per vnum saluari, quam per vnum ante perierunt. Huic ergo, vt dixi, arguméto in illis duob. libris quos ad te scripsi nihil rñdi, neq; id mihi prorsus redarguendum proposui. Nunc ergo prius illud attende, quemadmodum cum dicunt, Si Adæ peccatum ẽt non peccantib. nocet, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest, absurdissimum vtiq; & falsissimum iudicant, vt Christi iustitia etiam non credentib. profit, vnde putant confici nec primi hominis peccatum paruulis non peccantibus nocere potuisse, sicut & Christi iustitia prodesse illis non credentibus non potest. Dicant itaque, Christi iustitia quid baptizatis paruulis profit. Dicant omnino qđ volunt: Profectò enim si se Christianos esse meminerunt, aliqd prodesse non ambigunt. Quodlibet igitur profit, ꝓdesse sicut etiam ipsi asserunt non credentib. non potest. Vnde coguntur paruulos baptizatos in credẽtium numero deputare, & authoritati sanctæ vbiq; Ecclesia consentire, q̃ fidelium nomine eos censet indignos, quib. iustitia Christi etiam secundum istos prodesse non nisi credentib. posset. Sicut ergo eorũ per quos renascunt, iustitiæ spiritus responsione sua traiicit in eos fidem, quam voluntate propria nondum hr̃e potuerunt, sic eorum per quos nascunt caro peccati traiicit in eos noxam quam nondum vita propria contraxerunt. Et sicut eos vitæ spũs in Christo regenerat fideles, sic eos corpus mortis in Adam generauerat peccatores: Illa enim carnalis generatio est, hęc spiritalis, illa facit filios carnis, hæc filios spũs, illa filios mortis, hæc filios resurrectionis, illa filios seculi, hæc filios Dei, illa filios iræ, hæc filios misericordiæ ac per hoc illa peccato originali obligatos, ista omnis peccati vinculo liberatos. Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo assequi non valemus authoritate diuina consentire cogamur, bene qđ ipsi nos admonent, iustitiam Christi nisi credentibus prodesse nõ posse, & prodesse aliqd paruulis confitentur, vnde, vt diximus, necesse est eos baptizatos in credẽtium numero sine vlla tergiuersatione cõstituant. Consequenter igit si non baptizentur, inter eos, qui nõ credunt erunt, ac per hoc nec vitam habebunt, sed ira Dei manet super eos: Qm̃ qui nõ credit filio, nõ habebit vitam, sed ira Dei manet super eũ: Et iudicati sunt, qm̃ qui non credit iam iudicatus est. Et condemnabunt, qm̃ qui crediderit & baptizatus fuerit, saluᵘ erit, qui aũt non crediderit, condemnabit. Iam nunc videant isti, qua iustitia tentent vel conentur asserere, non ad vitam æternam, sed ad iram Dei pertinere & diuinitus iudicari atq; damnari homines qui sine peccato sunt, si quem admodum proprium, ita nullum in eis est ẽt originale peccatum. Iã cæteris quæ Pelagius insinuat eos dicere, qui contra originale peccatum disputant, in illis duobus prolixi mei operis libris satis quantũ arbitror dilucideq; respondi. Quod & si quibusdam vel parum vel obscurum videbit, dent veniam & componant cum eis, qui fortasse illud non quia parum est, sed quia nimium reprehẽdunt, & qui ea quæ pro natura quæstionum dilucide dicta existimo adhuc non intelligunt, nõ mihi calumniẽtur pro negligentia vel pro meæ facultatis indigentia, sed Deũ potius pro accipienda intelligentia deprecent. Veruntamẽ nos non negligẽter oportet aduertere istum, sicut eum qui nouerunt, loquuntur bonum ac prædicandum virum, hanc argumentationem contra peccati propaginem, non ex ꝓpria intulisse persona, sed quod illi dicãt qui eam non approbant intimasse, nec solũ hoc quod modo proposui eique respondi, verũetiam cætera quibus me illis libris iam respõdisse recoli. Nam cum dixisset, Si Adæ, inquiunt, peccatum etiam non peccantib. nocuit, ergo & Christi iustitia etiam non credẽtibus prodest, quod in iis quæ respondi cernis, quam non solum non expugnet quod dicimus, sed etiam nos admoneat quid dicamus, secutus adiũxit: Deinde aiũt, Si baptismus mundat antiquum illud delictum, qui de

Refellit Pelagiũ. Cap. 2.

M

A

B

Ioan. Ibid. Mar. 6

C

Arg... Pelagian... Cap.

de duobus baptizatis nati fuerint debent hoc carere peccato, non.n. potuerũt ad posteros trãsmittere, qđ ipsi minime habuerunt. Illud quoq; accedit, inquit, qa si aĩa non est ex tra duce, sed sola caro, ipsa tm̃ habet traducem peccati, & ipsa sola pœnam mereť, iniustum esse dicentes, vt hodie nata aĩa non ex massa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienũ. Dicunt etiam inquit, nulla ratione concedi, vt Deus qui propria peccata remittit, imputet, aliena. Vides ne obsecro quemadmodũ hoc totum Pelagius, non ex sua, sed ex aliorum persona indiderit scriptis suis, vsqueadeo sciens hanc nescio quam esse nouitaté, quæ contra antiquam Ecclesiam insitam opinionem sonare nunc cœperit, vt eã ipse cõfiteri aut verecundatus aut veritus fuerit. Et

D forte hoc ipse non sentit ꝙ sine peccato nascatur homo, cui fatetur necessarium esse baptismum, in quo fit remissio peccatorũ & ꝙ sine baptismo damneť homo, quem necesse non baptizatum in non credentib. deputari, quia vtiq; scriptura euangelica fallere nõ potest, in qua apertissime legitur, Quid nõ crediderit cõdemnabiť. Postremo ꝙ sine baptismo imago Dei non admittať ad regnũ Dei, qm̃, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ, non põt introire in regnum Dei, atq; ita vel in ęternã mortem sine peccato pręcipitetur, vel qđ est absurdius, extra regnũ Dei hét vitam ęternã, cum dñs pędicens quid suis in fine dicturus sit, Venite benedicti patris mei percipite regnum, qđ vobis paratum est ab initio mũdi, manifestauerit ẽt quid sit ipsum regnũ quod dicebat, ita concludens, Sic ibũt illi in ambustionẽ æternam, iusti aũt in vitã æternam. Hæc ergo & alia quæ hũc sequunť errorem, nimium peruersa & Christianę re

E pugnantia veritati, credo ꝙ vir ille tam egregie, Christianus oĩno non sentiat. Sed fieri potest, vt etiam istorum argumentis, qui cõtra peccati traducem sentiũt, adhuc fortasse ita moueať vt audire vel nosse quid contra eos dicať, expectet, & ideo quid illi dicant q contra peccati traducem sentiũt, nec tacere voluit, vt qõ discutienda insinuareť & a persona sua remouit, ne hoc etiam ipse sentire iudicareť. Ego aũt & si refellere istorum argumenta non valeam, video tñ inhærẽdum esse iis quæ in scripturis sunt apertissima, vt ex his reuelenť obscura, aut si mens nondum est idonea, quę possit ea vel demonstrata cernere, vel abstrusa inuestigare, sine vlla hæsitatione credanť. Quid aũt apertius tot tantisq; testimoniis diuinorum eloquiorum, quibus dilucidissime apparet, nec præter Christi societatem ad vitam salutemq; æternam posse quenquam hominum peruenire, nec diuino iudicio posse aliquem in iuste damnari, hoc est, ab illa vita hac salute separari. Vnde sit cõsequens, vt qm̃ nihil agiť aliud cum paruuli baptizanť, nisi vt incorporentur Ecclesiæ, i. Christi corpori membrisq; sotientur, manifestum sit eos ad damnationem nisi hoc eis collatum fuerit pertinere, non aũt damnari possent si peccatum vtiq; non haberent. Hoc quia illa ætas nullum in vita propria cõtrahere potuit, restat intelligere, vel si hoc nondum possumus, saltem credere, trahere paruulos originale peccatum. Ac per hoc si am

F bigui aliquid habent verba Apostolica, quib. dicit, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes hoĩes pertransiit, possuntq; in aliã duci transferriq; sñĩam, nũquid & illud ambiguum est, Nisi quis renatus fuerit, ex aqua & spiritu nõ potest introire in regnum Dei? Nunquid & illud, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum? Nũquid etiam illud, Quia non est opus sanis medicus, sed ægrotantib. hoc est, quia non est necessarius Iesus eis qui non habent peccatum, sed eis qui saluandi sunt a peccato? Nunqd etiam illud, Quia nisi manducauerint homines carnẽ eius hoc est, participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam? His atque huiusmodi aliis quę nunc pręterreo, testimoniis diuina luce clarissimis, diuina autoritate certissimis, nõne veritas sine vlla ambiguitate proclamat,

G non solum in regnũ Dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam æternam posse habere præter Christi corpus, cui vt incorporentur sacro baptismatis imbuuntur. Nonne veritas sine vlla dubitatione testatur, eos non ob aliud ad Iesum: hoc est, ad Saluatorem & ad medicũ Christum piis gestantium manib. ferri, nisi vt per medicinam sacrorum eius possint a peccati peste sanari? Quid ergo cunctamur Apostoli verba de q bus forte dubitamus etiã ipsa sic intelligere, vt his congruant testimoniis, de quib. dubi-

Marginal notes: *Mat. 6.* — *Mat. 5.* — *Pelagius...* — *Rom. 5.* — *Ioan. 3.* — *Mat. 1.* — *Mat. 9.* — *Ioan. 6.* — *Baptismo paruulorum.* — *Cap. 5.*

Rom. 5.

tare nõ possumus? Quãquam toto ipso loco vbi per vnius peccatum multorum condem nationẽ, & per vnius iustitiã multorum iusti ficationem Apostolus loquiť, nihil mihi videať ambigui, nisi ꝙ ait, Adam formã futuri. Hoc.n.reuera non solum huic sñiæ cõuenit, qua intelligiť futuros eius posteros, & eadẽ forma cum peccato esse generatos, sed etiã in alios & alios intellectus pñt hæc verba de duci. Nam & nos aliud inde aliqñ diximus, & aliud fortasse dicemus, & quod tñ huic in tellectui nõ sit aduersum, & ipse Pelagius nõ vno modo id exposuit. Cætera vero quæ ibi dñr si diligenter aduertantur, atq; tractẽtur,

H

sicut in primo duorũ illorum libro vtcunq; conatus sum, ẽt si subobscurum patiunť rerũ ipsarum necessitate sermonem, non tñ pote runt alium sensum hr̃e, nisi per quem factum est, vt antiquitꝰ vniuersa Ecclesia pertineret, fideles paruulos originalis peccati remissio nem per Christi baptismũ consecutos. Vnde nõ immerito beatus Cyprianus satis ostẽdit q̃ hoc ab initio creditum & intellectũ seruet Ecclesia, qui cum paruulos a materno vtero recentissimos iam idoneos ad percipiẽdum Christi baptismum assereret, qm̃ consultus fuerat, vtrum hoc ante octauũ diem fieri deberet, q̃tum potuit conatus est eos demõstra re perfectos, nequis quasi pro numero dierum, q̄a octauo antea circuncidebanť infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. Sed cum magnum eis defensionis patrocinium præstitisset, ab originali tñ peccato eos non immunes esse confessus est, quia si hoc nega ret, ipsius baptismi causam ꝑꝑ quem percipiẽdum eos defendebat, auferret. Potes ipsã epistolam memorati martyris de baptizãdis paruulis legere si volueris, neque.n. põt dees se Carthagini. Verum in hanc etiam nostrã,

I

quantũ præsentium qõni satis visum est, pau ca inde transferenda arbitratus sum quę pru denter attende. Quãtum vero, inquit, ad cãm infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sunt constitutos, baptizari non oportere, & considerãdam esse legem circuncisionis antiquę, vt in tra octauũ diem eum qui natus est baptizandũ, & sanctificãdum nõ putares, longe aliud in concilio nostro omnib. visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus,

Pertinere, pro cõstanterte nere.

Cyprianus in epistola de baptizandis paruulis.

Gen. 17.

nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiã denegandam: Nam cum dñs in Euangelio dicat, Filius hoĩs non venit aĩas hominum perdere, sed saluare, quantum in nobis est, si fieri potuerit, nulla anima ꝑdenda est. Aduertis, nequid dicat, quemadmodum sen tiat, non tm̃ carni sed aĩæ quoq; infantis exitiabile esse atq; mortiferum sine illo salutari sacr̃o exire de hac vita? Vñ si iã nihil aliud diceret, intelligere nr̃m fuit sine peccato aĩam perire non posse. Sed vide paulopost defendens innocentiam paruulorum, quid tãdem de illis apertissime fateať. Cæterum si hoĩes, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porrò aũt si etiam grauissimis delicto rib. & in Deum multum antè peccantib. cũ postea crediderint remissa peccatorum dať, & a baptismo atq; gratia nemo prohibetur, quãto magis prohiberi nõ debet infans qui recens natus nihil peccauit, nisi ꝙ s̃m Adam carnaliter natus contagium mortis antiquę prima natiuitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam in hoc ipso facilius accedit, ꝙ illi remittuntur, non propria sed aliena peccata: Vides quãta fiducia ex antiqua & indubitata fidei regula vir tãtus ista loquať? Quia hæc documẽta certissima ideo protulit, vt illud quod erat incertum, vnde consuluerat ille cui rescribit, & vnde cõcilii decretum constitutum esse commemorat, vt scilicet etiam ante octauum diem ex quo die natus esset infans, eum si afferreť, baptizare nemo dubitaret, ꝑ hæc * figmenta probareť. Neq; enim hoc tũc quasi nouũ aut quasi aliqua cuiusquã contradictione pulsatũ conci lio statuebať seu firmabať, ꝙ obstricti originali peccato tenerenť infantes, sed cum illic illa consultatio versareť, & disceptaretur propter legem circuncisionis, vtrum eos & ante octauum diem baptizari oporteret, ideo ei qui hoc negabat, nemo consensit, quia iam non consulendum nec disputandum, sed firmum certumque habebatur, animam saluti æternæ perituram, si hanc vitam sine illius sacramenti consecutione finiret, quanuis ab vtero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti. Quare illis etsi multo facilior quòd alienorum, sed tamen etiam necessaria * remissio peccatorum.

Luc. 9.

K

a.l. mem

L

a.l.

His

His certis, illa incerta de octauo die quæstio dissoluta est, atq; in concilio iudicatū, homini nato ne in æternū pereat, omni die licere succurrere, cum etiam de ipsa carnali circūcisione ratio redderet, ꝙ vmbra esset futuri, nō ꝙ intelligeremus etiam baptismum octauo ex quo natus est homo die dari oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circūcidi, qui tertio quidem post diem passionis, in diebus tñ hehdomadarum, quibus tempora prouoluuntur octauo, hoc est post sabbatum primo die a mortuis resurrexit. Et nunc nescio cuius nouę disputationis audacia quidam nobis facere conantur incertum, quod maiores nostri ad dissoluenda q̄dam, quæ nonnullis videbantur in certa, tan quam certissimum proferebāt. Qn̄ enim primitus hoc disputari cœperit, nescio. Illud tñ scio, ꝙ sanctus Hieronimus, qui hodieq; in literis ecclesiasticis tam excellentis doctrinę fama ac labore versatur, ad quasdam soluendas in suis libris qōnes, etiam hoc certissimū adhibet sine vlla disceptatione documentū. Nam in eo quod in Ionam Prophetam scripsit, cum ad eum venisset locum, vbi cōmemorātur etiam paruuli ieiunio castigati. Maior, inquit, ętas incipit & vsq; ad minorem peruenit. Nullus.n. absq; peccato, nec si vni⁹ quidem diei fuerit vita eius & innumerabiles anni vitæ illius. Si.n. stellæ mundę nō sunt in conspectu Dei, q̄to magis vermis & putredo, & ii qui peccato offendentis Adam tenent obnoxii? Hunc doctissimum virum si facile interrogare possemus q̄ multos vtriusque linguæ diuinarum scripturarum tractatores & Christianarum disputationum scriptores cōmemoraret, qui non aliud ex quo Christi Ecclesia est constituta, senserunt, non aliud a maiorib. acceperunt, non aliud posteris tradiderunt. Ego quidem q̄uis longe pauciora legerim, non menimi me aliud audisse a Christianis qui vtrunq; accipiunt testamētum nō solū in catholica Ecclesia, verumet in qualibet hæresi vel schismate constitutis, non memini me aliud legisse apud eos, quos de his rebus aliquid scribentes legere potui, qui scripturas canonicas sequerent, vel seq se crederent credive voluissent. Vnde nobis hoc negocium repente emerserit nescio. Nā ante paruum tempus a quibusdam trāsitorie colloquētibus cursim mihi aures perstrictæ sunt, cum illic apud Carhaginem essemus nō ideo paruulos baptizari, vt remissionem accipiant peccatorum, sed vt sanctificentur, in Christo. Qua nouitate ꝑ motus, & qa opportunū non fuit, vt contra aliquid dicerem, & non tales hoīes erāt de quorum essem authoritate solicitus, facile hoc in transactis atq; abolitis habui. Ecce cōtra Ecclesiam iam studio flāmante defendit, ecce scribendo ēt memoriæ cōmēdat, ecce res in hoc discriminis adducit, vt hinc etiam a fratrib. consulamur, ecce cōtra disputare atq; scribere cogimur. Ante paucos annos Romę quidam extitit Iouinianus nomine, qui sanctimonialib. etiam ætate prouectiorib. nuptias persuasisse dr, nō illiciendo quo earū aliquā ducere vellet vxorē, sed disputādo virgines sanctimoniæ dicatas, nihil amplius fidelib. cōiugatis apud Deum hr̄e meritorum: Nunquam tñ ei hoc commentum venit in mentem, vt assererere conaret sine originali peccato nasci hoīum filios. Et vtiq; si hoc astrueret, multo procliui⁹ vellent fœminæ nubere, fœtus mundissimos parituræ. Huius sane scripta, nam & scribere ausus est, cum fratres ad Hieronymū refellāda misissent, non solū in eis nihil tale comperit, verumetiam ad quædam eius vana refutāda hoc tanq̄ certissimum de hoīs originali peccato vnde vtiq; nec ipsum dubitare credebat inter multa sua documēta deprompsit. Id agentis hæc uerba sunt, Qui dicit se, inqt, in Christo manere, dēt sicut ille ambulauit ipse ambulare. Eligat aduersarius e duob. qd̄ vult optionem ei damus, manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet vt Christus: Si aūt temerarium est similitudinē virtutum dn̄i polliceri, non manet in Chr̄o, quia non ingredit vt Christus. Ille peccatum non fecit, neq; inuētus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil, qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit Deus: Nos autem iuxta Epistolam Iacobi, Multa peccamus omnes, & nemo mundus a peccatis, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidet mundum se esse a peccatis? Tenemurque rei in similitudine prȩuaricationis Adam, Vnde & Da-

Margin: M — Hieron. sup. Ionam — Iob. 5. — A — B — Cap. 7. Iouiniani error. — 1. Ioan. 2 — C — 1. Pet. 2. — Esa. 53. — Ioan. 14. — 2. Co. 5. — Iacob. 3. — Iob. 25. — Pro. 20. — Rom. 5.

uid,Ecce,inquit,in iniquitatibus conceptus
ſum,& in delictis ↄcepit me mater mea.Hęc
non ideo commemoraui , ꝙ diſputatorum
quorumlibet ſnĩis tanquam canonica autho
ritate nitamur,ſed vt appareat ab initio vſq;
ad præſens tp̄s quo iſta nouitas orta eſt, hoc
de originali peccato apud Eccleſiæ fidē tāta
cōſtantia cuſtoditū,vt ab eis qui dn̄ica tracta
rent eloquia, magis certiſsimū proferret ad
alia falſa refutāda, q̄ id tanquam falſum refu
tari ab aliquo tentaret.Cęterum in ſanctis ca
nonicis libris viget huius ſnĩæ clariſsima &

Rom. 5.

plenißima authoritas,clamat Apoſtol⁹ , Per

D

vnum hoīem peccatum intrauit in mundū,
& per peccatum mors,& ita in omnes hoīes
pertranſiit,in quo omnes peccauerunt.Vnde
nec illud liquide dici poteſt,ꝙ peccatū Adæ
etiam non peccantib. nocuit, cum ſcriptura
dicat,in quo omnes peccauerunt. Nec ſic di
cuntur iſta aliena peccata,tanquam omnino
ad paruulos nō pertineant, ſiquidē in Adam
omnes tunc peccauerunt , qn̄ in eius natura
illa inſita,in qua eos gignere poterat, adhuc
omnes ille vnus fuerunt , ſed dicunt aliena,
quia nondum ipſi agebāt vitas proprias , ſed
quicquid erat in futura propagine, vita vni⁹

Interrogāt multi quæ ipſi nō poßūt explicare Cap. 8.

hoīs continebat.Nulla, inquiunt, ratione cō
cedit,vt Deus qui propria peccata remittit,
imputet aliena.Remittit,ſed ſpū regeneratis,
non carne generatis. Imputat vero non iam
aliena,ſed propria : Aliena quippe erant qn̄
hi qui ea propagata portarēt nondum erāt,
nunc vero carnali generatione iam eorum
ſunt quib.nondum ſpirita li regeneratione di
miſſa ſunt.Sed ſi baptiſmus,inquiunt, mun
dat antiquum illud delictū,qui de duob. ba-
ptizatis nati fuerint, debēt hoc carere pecca
to:Non.n.potuerunt ad poſteros tranſmitte-

E

re,quod ipſi minime habuerunt. Ecce vnde
plerunq; conualeſcit error, cum hoīes ido
nei ſunt his reb.interrogandis,quib intelligē
dis nō ſunt idonei.Cui.n.auditori, vel quib.
explicē verbis,qūo mortalia vitioſa primor
dia non obſint eis , qui aliis primordiis im-
mortalib.inchoati sūt,& tn̄ obſint eis,quos
iidem ipſi,quib.iam non obſunt , ex eiſdem
vitioſis primordiis generauerint, qūo id in-
telligat homo cuius tardiuſculam mentem
impedit,& ſuæ ſnĩæ præiudicium, & perui-
caciæ grauiſsimæ viculum? Veruntamen ſi
aduerſus eos mihi eſſet cauſa iſta ſuſcepta,q̄
omnino paruulos baptizari prohiberēt, aut
ſuperfluo baptizari contenderent , dicentes
eos ex fidelib.natos,parentum meritum ne-
ceſſario conſequi,tunc deberē ad hanc opi-
nionem conuincendam laborioſius fortaſsis
&operoſius excitari.Tunc ſi mihi apud obtu
ſos & contentioſos propter rerum naturæ
obſcuritatem difficultas refellendi falſa , &
perſuadendi vera reſiſteret,ad hæc forte quæ
in vſu atque in promptu eſſent exempla con
fugerem, viciſsimq; interrogarem , vt quia
eos moueret, qūo peccatum quod mūdatur
per baptiſmum , maneat in eis quos genue-
rint baptizati,ipſi explicarēt,quomodo pręputium quod per circuncifionem aufertur,
maneat in eis quos genuerint circuncifi,qūo
etiam palea,quæ opere humano tanta diligē

F

tia ſeparatur, maneat in fructu qui de purga
to tritico naſcitur . His & talib. forſitam vt-
cunque conarer exemplis perſuadere homi
nibus,qui mundationis ſacramēta ſuperfluo
filiis mundatorum crederēt adhiberi, quam
recto conſilio baptizatorum paruuli bapti-
rentur, quanquam fieri poſsit vt homini ha-
benti vtrunque ſemen, & mortis in carne,&
immortalitalis in ſpiritu non obſit regenera
to per ſpiritum,quod obeſt eius filio genera
to per carnem,ſitq; in iſto remiſsione mun-
datum,quod ſit etiam in illo ſimili remiſsio
ne,velut circuncifione,velut trituratione ac
ventilatione mundandum. Nunc vero quan
doquidem cum eis agimus , qui confitentur
baptizatorum filios baptizādos,quanto me-
lius ſic agimus vt dicamus vos , qui aſſeritis
de hominibus a peccati labe mundatis ſine
peccato naſci filios debuiſſe, cur non atten-
ditis eo modo vobis poſſe dici de Chriſtia-
nis parētib.Chriſtianos naſci filios debuiſſe?
Cur ergo eos Chriſtianos fieri debere cenſe

G

tis?Nūquid in eorum parentib. corpus Chri
ſtianū non erat,quib. dictū eſt, Neſcitis quia
corpora veſtra mēbra ſunt Chriſti? An forte
corpus quidem Chriſtianum de Chriſtianis
parentibus natum eſt , ſed non Chriſtianam
animam accepit? Hoc vero multo eſt mira-
bilius , nanq; vtrumlibet de anima ſentiatis,
quia profecto cum Apoſtolo non eam cre-
ditis antequam naſceretur aliquid egiſſe bo-
ni aut mali,aut de traduce attracta eſt,& ſimi
liter vt corpus de Chriſtianis Chriſtianū,ſic
anima etiam Chriſtiana eſſe debuit, aut a

Chriſto

Christo creata, vel in Christiano corpore, vel pp Christianũ corpus Christiana debuit seu creari seu mitti: Nisi forte dicetis Chrianos hoies Christianũ corpus gignere potuisse & ipsum Christũ aiam Christianã non potuisse procreare. Cedite itaq; veritati, & videte sicut fieri potuit qđ & vos fatemini, vt de Chrianis non Christianus: de mẽbris Chri non membrum Christi, atq; vt occurramus ẽt omnib. qui licet falso, tñ quocunq; religionis nomine detinent, de consecratis nõ consecratus, ita etiam fieri vt de mundatis non mundatus nascat. Quid rñdebitis, quare de Christianis nõ Christianus nascat, nisi quia non facit gñatio, sed regñatio Christianos? Hãc igit vobis reddite rõnem, quia similiter a peccatis nemo nascendo, sed oẽs renascendo mundant. Ac per hoc de hominib. ideo mundatis, quoniam renatis, homo qui nascitur, renascit, vt etiam ipse mundet: Potuerũt enim parentes ad posteros trãsmittere, quod ipsi minime habuerunt. Nõ solum sicut frumenta paleam, & præputium circũcisus, sed etiam quod & vos dicitis, fideles infidelitatẽ in posteros traiiciunt, quod non est iam illorum per spiritum regeneratorum, sed quo in carne generati sunt, mortalis seminis vitium. Nam vtiq; quos paruulos per sacramẽtum fidelium fideles faciẽdos esse iudicatis, infideles natos ex parentib. fidelib. non iudicatis. At enim si aĩa non ex traduce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati, & ipsa sola pęnam meret, hoc.n. sentiunt iniustum esse dicentes, vt hodie nata aĩa non ex massa Adæ tam antiquum peccatum portet alienum: attende obsecro te quemadmodum circũspectus vir Pelagius, nam ex eius libro hæc quæ modo posui verba trãscripsi, sensit q̃ in difficili de anima q̃onem versetur. Non enim ait, quia aĩa nõ est ex traduce: sed, si aĩa non est ex traduce: rectissime faciens de re tã obscura, de qua nulla in scripturis sãctis certa & aperta testimonia possumus inuenire, aut difficillime possumus cunctanter loqui potius quam fidenter. Quapp ego quoque huic propositioni non præcipitanti assertione rñdeo. Si anima non est ex traduce, ergo quæ ista iustitia est, vt reces creata & ab omni delicto prorsus immunis, ab omni peccati cõtagione penitus libera, passiones carnis diuersosq; cruciatus, & quod est horribilius etiam dæmonum incursus in paruulis sustinere cogat? Neque.n. aliquid horũ caro sic patit, vt non ibi anima potius q̃ viuit ac sentit pœnas luat. Hoc.n. si iustum ostendit, sic etiam ostendi põt qua iustitia in carne quoque peccati subeat originale peccatũ, baptismatis sacro & gratiæ miseratione mundandum. Si aũt illud ostendi nõ põt, neque hoc posse arbitror. Aut ergo vtrunque occultum feramus, & nos homines esse meminerim⁹, aut alias aliud de anima opus si necesse videbitur cautela sobria disputando moliamur. Nunc tamen illud quod ait Apostolus, Per vnum hoiem peccatum intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in omnes hoies pertransiit, in quo oẽs peccauerũt, sic accipiamus, ne tot tantisq; apertissimis diuinarũ scripturarũ testimoniis, quib. docemur pręter Christi societatem quę in illo & cum illo fit, cum sacris eius imbuimur, & eius mẽbris incorporamur, vitã salutemq; æternam adipisci neminem posse, nimis insipienter atq; infœliciter repugnare iudicemur. Neque enim alio sẽsu dictum est ad Romanos, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors atq; ita in omnes homines pertransiit, quam alio loco quo dictum est ad Corinthios, Per hoiem mors, & per hominem resurrectio mortuorũ: Sicut enim in Adã omnes moriunt, sic & in Christo omnes viuificabunt. Memo quippe ambigit hoc ibi de corporis morte dictum, quoniam de resurrectione corporis magna Apostoli intẽtione quæstio versabatur, & ideo vř ibi de peccato tacuisse, quia nõ erat quęstio de iustitia. Hic autem ad Romanos vtrunq; posuit, & vtrunq; diutissime commendauit, peccatum in Adam, iustitiam in Christo, & mortem in Adam, vitam in Christo, quę oĩa verba sermonis Apostolici quantum potui satisq; visum est in primo, vt iam dixi, duorum illorum libro perscrutatus aperui. Quãquam ibi etiam ad Corinthios locũ ipsum de resurrectione domini tractatum sic in fine concluserit, vt nos dubitare non sineret, mortẽ quoq; corporis merito accidisse peccati, cum enim dixisset, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: Cũ autem corruptibile hoc indutum fuerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem

H I K L

Aculeus mortis quid. Cap. 11. Rom. 5.

1.Co.15.

Ibidem.

Osee. 13. tũc fiet,inquit,ſermo qui ſcriptus eſt,Abſorpta eſt mors in victoria, vbi eſt mors victoria tua?vbi eſt mors aculeus tuus? Deinde ſubiecit,Aculeus aũt mortis eſt peccatũ,virtus vero peccati lex. Quia ergo ſicut Apoſtoli apertiſsima verba declarãt, eo abſorbebitur *Rom. 8.* mors in victoria,quo corruptibile, & mortale hoc induet incorruptionẽ & immortalitatẽ,i.quo viuificabit Deus & mortalia corpora noſtra, ꝑꝑ habitantem ſpm̃ eius in nobis, manifeſtum eſt & hui⁹ mortis corporis, q̃ reſurrectioni carnis contraria eſt,aculeum fuiſſe peccatũ: aculeum aũt quo mors facta eſt,nõ quẽ mors fecit: peccato.n.morimur, M non morte peccamus.Sic itaq; dictũ eſt,aculeus mortis, q̃uo lignum vitę, nõ quod hoĩs vita faceret,ſed quo vita hoĩs fieret,& q̃uo lignum ſciẽtiæ,per q̃d ſcientia fieret hoĩs, nõ q̃d per ſuam ſcientiam fecerit homo:Sic ergo & aculeus mortis, quo mors facta eſt,nõ quem mors fecerit,Sic.n.dicimus & poculũ mortis,quo aliquis mortuus ſit vel mori poſſit, non q̃d moriens mortuusve confecerit. Aculeus itaque mortis pecatum eſt, peccati punctu mortificatum eſt genus humanum. *1.Co.15.* Quid adhuc quærimus cuius mortis, vtrum aĩæ an corporis? Vtrũ primę qua nũc oẽs morimur,an ſecũdę qua tunc impij morientur? Nulla cauſa eſt exagitãdi q̃onem, nulllus tergiuerſandi locus,Apoſtoli verba quib.id agebat,interrogata r̃ndent. Cum mortale hoc, inquit,induerit immortalitatẽ, tunc fiet ſermo qui ſcript⁹ eſt,Abſorta eſt mors in victoria, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus?Aculeus aũt mortis peccatum, virt⁹ vero peccati lex. De reſurrectione corporis agebat, qua abſorbebiť mors in victoria cum mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc ipſi morti inſultabiť, quæ in victoria reſurrectiõis corporis abſorbebiť: Tũc ei A diceť,vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors acule⁹ tuus? Morti ergo corporis hoc diceť, Hanc.n.abſorbebit victorioſa immortalitas, cum mortale hoc immortalitate induetur, Morti,inq̃,corporis tunc dicet,vbi eſt mors victoria tua qua hic oẽs ſic viceras, vt ẽt Dei filius tecũ confligeret, teq; non vitando ſed ſuſcipiendo ſuperaret? Viciſti in morientib. victa es in reſurgentib. Victoria tua qua abſorbueras corpora morientium, temporalis fuit: victoria noſtra qua in corporib. abſorpta es reſurgentium,æterna cõſtabiť. Vbi eſt aculeus tuus?hoc eſt peccatũ, quo puncti & venenati ſumus,vt ẽt in noſtris corporib. fieres,& ea tam longo tp̃e poſsideres? Aculeus *1.Co. 15.* aũt mortis eſt peccatum,virtus vero peccati lex.Peccauim⁹ in vno oẽs, vt moreremur in vno oẽs, accepimus legem non vt emendatione finirem⁹ peccatũ, ſed vt trãſgſsione au *Rom. Gal.* gerem⁹.Lex.n.ſubintrauit vt abũdaret pctm̃, & ↄcluſit ſcriptura oĩa ſub peccato.Sed Deo gratias qui dedit nobis victoriam per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, vt vbi abundauit *1.Co. Rom.* peccatũ ſuperabundaret & gratia,atq; vt ꝓmiſsio ex fide Ieſu Chriſti dareť credentib. *Gal.* & vincerem⁹ mortem per immortalitatem, reſurrectionẽ, & aculeum eius peccatũ per B gratuitam iuſtificationem. Nemo itaque de *Ad ... ſacr. ta ſo. ſtific. cap.* hac re fallať & fallat. Oẽs adimit atq; aufert iſte ſanctæ ſcripturæ ſenſus manifeſtus ambages.Quemadmodum ab origine trahiť mors in corpore mortis hui⁹,ſic ab origine tractũ eſt & peccatum in hac carne peccati, ꝓpter quod ſanandum, & propagine attractum & voluntate auctum,atq; ad ipſam carnem reſuſcitandam, medicus venit in ſimilitudine carnis peccati, qui nõ eſt op⁹ ſanis ſed ęgrotantib.nec venit vocare iuſtos, ſed peccatores.Proinde quod ait Apoſtolus cum fideles *Mar.* moneret vt ſe ab infidelib. coniugib.non diſiungerẽt. Sanctificatus eſt.n. vir infidelis in *1.C.* vxore & ſãctificata eſt mulier infidelis in fratre,alioquin filii veſtri immundi eſſent,nũc aũt ſancti ſunt,aut ſic eſt accipiendum,quẽadmodum & nos alibi, & Pelagius cũ eandem ad Corinthios epiſtolam tractaret expoſuit, ꝙ exempla iã proceſſerant & virorum quos vxores,& fœminarum quas mariti lucrifecerãt Chriſto: & paruulorum, ad quos C faciẽdos Chriſtianos voluntas Chriſtiana ẽt vnius parẽtis euicerat,aut ſi,quod magis verba Apoſtoli videnť ſonare & quodammodo cogere, aliqua illic intelligenda eſt ſanctificatio, qua ſanctificabanť vir vel mulier infidelis in coniuge fideli, & qua ſancti naſcebãtur filii fidelium,ſiue quia in mẽſtruo cruore mulieris,a concubitu cõtinebat,quicunq; vir vel fęmina id in lege didicerat: nam hoc Ezechiel inter illa pręcepta ponit quæ non figurate accipienda ſunt, ſiue ꝑꝑ aliam quamlibet, quæ ibi aperte propoſita nõ eſt,ex ipſa neceſsitudine cõiugiorum atq; filiorũ ſan-

ctitatis

ꝺtitatis aſperginem, illud tñ ſine dubitatione tenendũ eſt, q̃cunq; illa ſanctificatio ſit, non valere ad Chriſtianos faciẽdos, atq; ad dimittẽda peccata, niſi Chriſtiana eccleſiaſtica inſtitutione et ſacris efficiant̃ fideles. Nã nec cõiuges infideles quãlibet ſanctis & iuſtis cõiugib. hæreant, ab iniquitate mundant̃, quæ a regno Dei ſeparatos in damnationem venire cõpellit, nec paruuli de quibuſlibet ſanctis iuſtisq; procreati originalis peccati reatu abſoluunt̃, niſi in Chriſto fuerint baptizati, pro q̃b. tanto impenſius loqui debemus, quanto pro ſe ipſi min⁹ pñt. Id magit illa diſputatio, cõtra cuius nouitatem antiqua veritate nitendum eſt, vt infantes omnino ſuperfluo baptizari videant̃. Sed aperte hoc non dicitur, ne tam firmata ſalubriter eccleſiæ conſuetudo violatores ſuos ferre non poſsit. Sed ſi pupillis opem ferre pręcipimur, quanto magis ꝓ iſtis laborare debemus, qui deſtitutiores & miſeriores pupillis etiam ſub parentib. remanebũt, ſi eis Chriſti gratia denegabitur, q̃ per ſe ipſi flagitare nõ pñt. Illud aũt quod dicũt, ſine vllo peccato aliquos hoĩes iam ratione propriæ voluntatis vtentes, in hoc ſeculo vixiſſe vel viuere, optandum eſt vt fiat, conandum eſt vt fiat, ſupplicandum eſt, vt fiat, non tñ quaſi factum fuerit confidendum eſt, hoc enim optantib. & conantib. & digna ſupplicatione deprecãtib. quicquid remãſerit peccatorũ, per hoc quotidie ſoluitur, quod veraciter in illa oratione dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quam orationem q̃ſquis cuilibet etiam homini ſancto & Dei voluntatem ſcienti atq; facienti, præter vnum ſanctum ſanctorum dicit in hac vita neceſſariã non fuiſſe, multum errat: nec põt omnino illi ipſi placere quem laudat, ſi aũt ſeipſum talem putat, ipſe ſe decipit & veritas in eo nõ eſt, non ob aliud niſi quia falſum putat. Nouit ergo ille medicus qui non eſt opus ſanis, ſed ægrotantib. quemadmodum nos curãdo perficiat in æternã ſalutẽ, qui & ipſam mortem, quanuis peccati merito inflicta ſit, non aufert in hoc ſeculo eis, quib. peccata dimittit, vt etiam cum eius timore ſuperãdo ſuſcipiant pro fidei ſynceritate certamen, & in q̃buſdam etiam iuſtos ſuos quoniam adhuc extolli poſſunt, nõ adiuuat ad proficiendam iuſtitiam, vt dum non iuſtificatur in conſpectu eius omnis viuens, actionem gratiarum ſemper intelligentiæ ipſius debeamus, & ſic ab illa prima cauſa omnium vitiorũ, hoc eſt, a tumore ſuperbiæ ſancta humilitate ſanemur. Hanc epiſtolam dum diſputatio magna breuem parturit, liber prolixus eſt natus, vtinam tam perfectus quàm tandem aliquando finitus.

E

Pſa. 142

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, De natura & gratia ad Timaſium, & Iacobum contra Pelagianos.

LIBER VNVS.

Iuſtitia Dei quæ. Cap. 1.

LIbrum quem miſiſtis chariſsimi filii Timaſi & Iacobe, ĩtermiſſis paululum quę in manibus erant, curſim q̃dem, ſed non mediocri intẽtione perlegi, et vidi hominem zelo ardentiſsimo accenſum aduerſus eos, qui cum in ſuis peccatis humanam voluntatem debeant accuſare, naturam potius accuſantes hominum, per illam ſe excuſare conant̃, nimis exarſit aduerſus hãc peſtilẽtiam, quam etiam literarum ſecularium authores grauiter arguerunt exclamantes, Falſo quæritur de natura ſua genus humanũ. Hãc etiam prorſus iſte ſnĩam quantis potuit ingenii virib. aggerauit. Veruntamen timeo ne illis potius ſuffragetur qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, Ignorantes enim Dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti. Quę ſit autem iuſtitia Dei de qua hic loquitur, cõſequenter aperit adiungens. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Hanc itaque iuſtitiam Dei, non in præcepto legis, quo timor incutitur, ſed in adiutorio gratiæ Chriſti, ad quam ſolam vtiliter, legis velut pędagogi timor ducit, conſtitutam eſſe qui intelligit ipſe intelligit quare ſit Chriſtianus. Nam ſi per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt, ſi autem non gratis mortuus eſt, in illo ſolo iuſtificatur impius, cui credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides ad iuſtitiam. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei, Iuſtificati gratis per ſanguinem ipſius. Quicunque autem nõ

F

Saluſti. in ꝓlogo Iugurthini belli.

Rom. 10.

Gala. 3.

G

Gala. 2.

Rom. 3.

Rom. 3.

putantur pertinere ad hos omnes, qui peccauerunt & egent gloria Dei, profecto nullam necessitatem habent vt Christiani fiant, quia non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus: vnde non venit ille vocare iustos sed peccatores. Ac per hoc natura humani generis ex illius vnius præuaricatoris carne procreata, si potest sibi sufficere ad implendam legem, perficiendamq; iustitiam, de præmio debet esse secura; hoc est, de vita æterna, etiam si in aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis Christi. Non enim iniustus Deus qui iustos fraudet mercede iustitiæ, si eis non est annunciatum sacramentum diuinitatis & humanitatis Christi, quod manifestatum est in carne. Quomodo enim crederent quod non audierunt, aut quomodo audirent sine prædicante? Fides enim ex auditu, sicut scriptum est, auditus autem per verbum Christi. Sed dico, inquit, Nunquid non audierunt? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed antequam hoc inciperet fieri, antequam denique vsque ad fines totius orbis terræ prædicatio ipsa perueniat, quoniam desunt adhuc vltimæ gentes, licet vt perhibetur paucissimæ, quibus hoc nondum fuerit prædicatum, quid faciet humana natura, vel quid fecit, quę vel ante non audierat hoc futurum, vel adhuc non comperit factum, nisi credendo in Deum, qui fecit cœlum & terram, a quo & se factam naturaliter sentit, & recte viuendo eius impleat voluntatem nulla fide passionis Christi, & resurrectionis imbuta? Quod si fieri potuit, aut potest, hoc & ego dico quod de lege dixit Apostolus, Ergo Christus gratis mortuus est. Si enim hoc ille dixit de lege, quam accepit gens vna Iudæorum, quanto iustius dicitur de lege naturæ, quam accepit vniuersum genus humanum. Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si autem non gratis Christus mortuus est, ergo omnis humana natura iustificari & redimi ab ira Dei iustissima, hoc est vindicta, nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi. Natura quippe hominis primitus inculpata, & sine ullo vitio creata est. Natura vero ista hominis qua vnusquisque ex Adā nascitur, iam medico indiget, quia sana non est. Omnia quidem bona quæ habet informatione, vita, sensibus, mēte, à summo Deo habet creatore & artifice suo: Vitium vero, quod ista naturalia bona cōtenebrat & infirmat, vt illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum est, sed ex originali peccato, quod commissum est libero arbitrio. Ac per hoc natura pęnalis ad vindictam iustissimam pertinet. Si enim iam sumus in Christo noua creatura, tamen eramus natura filii iræ sicut & cæteri. Deus autem qui diues est in misericordia, ꝓpter multam dilectionem qua dilexit nos, & cum essemus mortui delictis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Hæc igitur Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grādes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur propter quod gratia nominatur. Iustificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius. Vnde hi qui non per illam liberantur, siue quia audire nondum potuerunt, siue quia obedire noluerunt, siue etiam cum per ætatem audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent non acceperunt, iuste vtiq; damnantur, quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccauerunt, siue in Adam, siue in semetipsis, & egent gloria Dei. Vniuersa igitur massa pœnas debet, & si omnib. debitum damnationis supplicium redderetur, non iniuste proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorū, sed vasa misericordiæ nominanť. Cuius misericordiæ, nisi illi⁹ qui Christum Iesum misit in hunc mundum peccatores saluos facere, quos præsciuit & prædestinauit & vocauit & iustificauit & glorificauit? Quis igiť vsqueadeo dementissime insaniat, vt nō agat ineffabiles grās misericordię, quos voluit liberātis, qui recte nullo modo posset culpare iustitiā, vniuersos oīno damnātis? Hoc si secūdum scripturam sapiamus, nō cogimur contra Christianam gratiam disputare, & ea dicere quib. demonstrare conemur naturā humanam, neq; in paruulis medico indigere quia sana est, & in maiorib. sibi ipsam ad iustitiam si velit posse sufficere. Acute quippe videnť hæc dici sed in sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. Non est ista desursum sapientia descendens. Nolo

quod

Marginalia (left): *Mat. 9.* — *Nec per legē nec ꝑ naturā iustitia. Cap. 2.* — H — *1. Tim. 3.* — *Rom. 10.* — *Psal. 18.* — *Dissentit Ambrosius.* — I — *Natura cōdita & corrupta Cap. 3.*

Marginalia (right): *Eccl.* — K — *2. Ep.* — *Nec ... Cap. Rom. &* — *1. ... erat ... nat ... Cap. Rom. 1. T ... Rom.* — L — *Cap.*

quod ſequitur dicere, ne amicis noſtris, quorum fortiſsima & celerrima ingenia non in peruerſum, ſed in directũ currere volumus, facere exiſtimemur iniuriam. Quanto igitur zelo accẽſus eſt libri huius quem miſiſtis, cõditor, aduerſus eos qui peccatis ſuis patrocinium de naturæ humanę infirmitate perquirunt, tãto & multo ardẽtiore zelo nos oportet accendi, ne euacuetur crux Chriſti. Euacuaẽ aũt, ſi aliquo modo præter illius ſacr̃m ad iuſtitiam vitamq; æternam perueniri poſſe dicaẽ. Quod in libro iſto agitur, nolo dicere ab ſciẽte, ne illũ qui eum ſcripſit, ne Chriſtianum qdem habendũ iudicem, ſed qđ magis credo a neſciente, magnis ſane virib. ſed eas ſanas volo, non quales phrenetici habere conſueuerũt. Nam prius diſtinguit, aliud eſſe quærere, an poſsit aliquid eſſe, qđ ad ſolam poſsibilitatem ptinet: aliud, vtrũ ne ſit. Hanc

M

diſtinctionem verã eſſe nemo ambigit, cõſequens enim eſt, vt qđ eſt, eſſe potuerit, nõ eſt aũt conſequens, vt quod eſſe põt, etiam ſit. Quia enim dñs Lazarum ſuſcitauit, ſine dubio potuit, qa vero Iudam non ſuſcitauit, nũquid dicendum eſt non potuit? Potuit ergo, ſed noluit. Nam ſi voluiſſet, eadem etiã hoc poteſtate feciſſet, qa & filius quos vult viuificat. Sed hac diſtinctione vera atq; manifeſta, quo tendat, & quid efficere coneẽ aduertite. Nos, inquit, de ſola poſsibilitate tractamus, de qua niſi qd certum cõſtiterit, trãſgredi ad aliud grauiſsimum eſſe, atq; extra ordinem ducimus. Hoc verſat multis modis & ſermone diuturno, ne quis eum aliud, q̃ de nõ peccãdi poſsibilitate quęrere exiſtimet. Vñ inter multa qb. id agit, etiam hoc dicit, Idem iterũ repeto, Ego dico poſſe eſſe hoĩem ſine peccato: tu qd dicis? nõ poſſe eſſe hominem ſine

A

peccato? Neq; ego dico, inquit, hoĩem eſſe ſine peccato: neq; tu dicis non eſſe hoĩem ſine peccato. De poſſe & non poſſe, nõ de eſſe & nõ eſſe contendimus. Deinde nõnulla eorum quæ aduerſus eos de ſcripturis proferri ſolẽt, ad iſtam qõnem non pertinere, in qua quæriẽ, poſsit ne an nõ poſsit homo eſſe ſine peccato, ita commemorat, Nam nullus, inquid mundus eſt a ſorde, & non eſt homo q nõ peccet, & nõ eſt iuſtus in terra, & non eſt qui faciat bonum, & cętera his ſimilia, inqt, ad non eſſe, non ad non poſſe proficiũt. Huiuſmodi enim exemplis oſtendiẽ, quales homines quidam tempore aliquo fuerint, non ꝙ aliud eſſe non potuerint, vnde & iure inueniunẽ eſſe culpabiles. Nam ſi idcirco tales fuerunt, quia aliud eſſe nõ potuerunt, culpa carent. Videte quid dixerit. Ego autem dico, paruulum natum in eo loco vbi ei nõ potuit per Chriſti baptiſmum ſubueniri, morte præuentum, idcirco talem fuiſſe, ideſt, ſine lauacro regenerationis exiſſe, quia eſſe aliud non potuit. Abſoluat ergo eum, & aperiat ei contra ſententiam domini regnum cœlorum. Sed non eum abſoluit Apoſtolus qui ait, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Recte ergo ea damnatione, quæ per vniuerſam maſſam currit, non admittitur in regnum cœlorum. Quanuis Chriſtianus non ſolum non fuerit, ſed nec eſſe potuerit. Sed non damnatur, inquiunt, quia in Adam peccaſſe omnes, non propter peccatũ naſcendi origine attractum, ſed propter imitationem dictum eſt. Si ergo ideo dicitur Adam author omnium, quia ſubſecuti ſunt peccatorum, quia primus peccator in hominibus fuit, cur nõ potius Abel, quam Chriſtus ponitur caput omnium iuſtorum, quia primus in hominib. iuſtus fuit? Sed de infante non loquor. Iuuenis vel ſenex in ea regione defunctus eſt, vbi nõ potuit Chriſti nomẽ audire, potuit fieri iuſtus per naturam & liberum arbitrum, an non potuit? Si potuiſſe dicunt, Ecce quod eſt, crucem Chriſti euacuare, ſine illa quenquam per naturalem legem & voluntatis arbitrium iuſtificari poſſe contendere, dicamus & hic, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt: hoc enim omnes poſſent, etiam ſi mortuus ille non eſſet, & ſi iniuſti eſſent, quia vellent eſſent, non quia iuſti eſſe non poſſent. Si autem ſine Chriſti gratia iuſtificari omnino non potuit, etiam iſtum ſi audet abſoluat ſecundum verba ſua, quia ſi idcirco talis fuit, ꝙ aliud eſſe non potuit, culpa caruit. Sed obiicit ſibi quaſi ab alio dictum, & ait, Poteſt quidem eſſe, ſed per gratiam Dei, inquis. Deinde velut reſpõdendo ſubiungit, Ago humanitati tuæ gratias ꝙ aſſertionem meam quam dudum oppugnabas, nõ modo non oppugnare, aut confiteri ſolum contentus nõ es, verumetiam non refugis comprobare. Nam dicere, põt quidem, ſed per illud

Dãnanẽ & ĳ qui iuſtificari non potuerunt.

Cap. 8. *Ioan.* 3. *Rom.* 5.

B

Cap. 9. *Rom.* 5.

Gen. 4. *Heb.* 11.

Galat. 2.

C

citat uerba aduerſarĳ. *Cap.* 10.

aut illud,quid aliud eſt,quam non ſolũ conſentire quod poſsit eſſe, verumetiã qũo vel qualiter poſsit oſtendere?Nullus itaq; magis alicuius rei poſsibilitatem probat, q̃ qui ei⁹ etiã qualitatem fatet̃, quia neq; abſq; re eſſe qualitas poteſt. His dictis iterum ſibi obiicit. Sed tu,inquies,hoc in loco Dei gratiam,qñquidẽ eam nõ commemoras videris abnuere. Deinde rñdet,Ego ne abnuo, qui rem cõfitendo confitear neceſſe eſt,& per quod res effici poteſt:an tu qui rẽ negando & quicq̧d illud eſt per quod res efficit̃, ꝓculdubio negas?Oblitus eſt iã ſe illi rñdere,qui rem non negat,Cuius obiectionem pauloante propoſuerat dicentis, Poteſt quidem eſſe, ſed per gratiam Dei. Qũo ergo illã pro qua iſte multum laborat poſsibilitatẽ negat,qui ei iam dicit,poteſt eſſe,ſed per Dei gratiam? Veruntñ quia iſto dimiſſo qui rem iam confitet̃, agit adhuc aduerſus eos, qui negãt eſſe poſsibile hominẽ eſſe ſine peccato. Quid ad nos?Contra quos vult agat, dum tñ hoc confiteatur, quod impietate ſceleratiſsima negatur, ſine gratia Dei,hoīem ſine peccato eſſe nõ poſſe. Dicit ergo, Siue per gratiam, ſiue per adiutorium, ſiue per miſericordiam, & quicquid illud eſt per quod eſſe homo abſq; peccato poteſt, cõfitetur quiſquis rem ipſam fatetur.

Cap. 11. Fateor dilectioni veſtræ cum iſta legerẽ, lætitia repente perfuſus ſum, ꝙ Dei gratiã non negaret, per quã ſolam homo iuſtificari poteſt:hoc enim in diſputationib. talium maxime deteſtor & horreo. Sed pergens legere cætera,primo ex datis ſimilitudinib. cępi habere ſuſpectum. Ait.n. Nunc ſi dixero,homo diſputare poteſt, auis volare,lepus currere, & nõ ẽt per quæ hæc effici poſſunt commemorauero,i. linguã,alas,pedes,num ego officiorum qualitates negaui,q̧a officia ipſa cõfeſſus ſum? Vr̃ certe hæc eum cõmemoraſſe, quæ natura valent,creata ſunt enim hæc mẽbra huiuſmodi naturis lingua,alæ,pedes,nõ tale aliquid poſuit, quale de gratia intelligi volumus,ſine qua homo nõ iuſtificatur,vbi de ſanandis,non de inſtituendis naturis agit̃. Hinc iam ergo ſolicitus cœpi legere cętera, & me non falſo comperi ſuſpicatum. Quò

Cap. 12. priuſquam veniam,videte quid dixerit,cum tractaret quęſtionem de differentia peccatorum, & obiiceret ſibi, ꝙ quidam dicũt leuia quædam peccata ipſa multitudine, ꝙ ſępe irruant non poſſe cũcta vitari,negauit debere argui ne leui quidem correptione, ſi vitari omnino nõ pñt. Scripturas vtiq; nõ aduertẽs noui teſtamẽti, vbi dicimus hanc eſſe intentionem legis arguentis, vt ꝑꝑ illa quæ perperam fiunt,confugiat̃ ad gratiam dñi miſerantis,velut pędagogo concludente in eadem fide,quæ poſtea reuelata eſt, vbi & remittant̃, quæ male fiunt,& eadem gratia iuuante non fiant, proficientium eſt.n. via, quanuis bene proficientes dicantur perfecti viatores, Illa eſt autem ſumma perfectio cui nihil addatur,cum id quo tenditur, cœperit poſsideri. Iam vero illud quod ei dicitur, Ipſe tu ſine peccato es?re vera non pertinet ad eam rem de qua vertitur quæſtio. Sed quod dicit negligentiæ ſuæ potius imputari,ꝙ non eſt ſine peccato, bene quidem dicit, ſed dignetur inde & orare Deum, ne illi hæc iniqua negligentia dominetur. Quem rogabat quidam quando dicebat, Itinera mea dirige ſecundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas,ne dum ſuæ diligentiæ, quaſi propriis viribus fidit, neque hic ad veram iuſtitiam,neque illic,vbi ſine dubio perfecta deſideranda eſt & ſperanda,perueniat. Et illud quod ei a quibuſdam dicitur, nuſquam eſſe ſcriptum his omnino verbis, poſſe eſſe hominem ſine peccato, facile refellit, quia non eſt ibi quæſtio, quibus verbis dicatur quæque ſententia. Non tamen fortaſſe ſine cauſa, cum aliquoties in ſcripturis inueniatur homines dictos eſſe ſine quærela, non inuenitur qui ſit dictus ſine peccato, niſi vnus ſolus,de quo aperte dictum eſt, Eum qui nõ nouerat peccatum, Et eo loco vbi de ſacerdotibus agebatur, Etenim expertus eſt omnia, ſecundum ſimilitudinem abſque peccato, in illa, ſ. carne,quę habebat ſimilitudinẽ carnis peccati,quãuis nõ eſſet caro peccati. Quam tamẽ ſimilitudinem non haberet,niſi cætera omnis eſſet caro peccati. Iam illud quomodo accipiẽdum ſit, Omnis qui natus eſt ex Deo,non peccat, & non poteſt peccare, quia ſemen eius in ipſo manet, cum ipſe Apoſtolus Ioãnes quaſi nõ ſit natus ex Deo, aut eis loqueret̃, qui nondum nati eſſent ex Deo, aperte poſuerit, Si dixerimus quoniã peccatũ non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt:in libris quos de hac re ad Marcellinum ſcripſi, ſicut potui

expli-

explicare curaui. Et illud quod dictum est, non pōt peccare, pro eo dictum esse, acsi diceret, non debet peccare, non improbanda mihi vř huius assertio. Quis.n. insanus dicat debere peccari, cum ideo sit peccatum quia non debet fieri? Sane qđ Apostolus Iacobus ait, Linguam aũt nullus hominum domare pōt, non mihi vř ita intelligendum, vt exponere voluit, quasi per exprobrationē dictũ, tanq̃ diceret, ergo ne linguam nullus hoĩum domare pōt? tanq̃ obiurgans & dicēs, Domares feras potestis, linguam nō potestis, quasi facilius sit linguam domare, q̃ feras. Nō puto quod iste sit sensus hoc loco. Si.n. hoc sentire vellet, de facilitate domãdæ linguæ, cætera sequerent in bestiarum comparatione. Nũc vero sequit, Inquietũ malum plena veneno mortifero, vtiq; nocentiore, q̃ bestiarum est atq; sepentum. Nam illud carnem interficit, hoc vero aĩam. Os enim quod mentitur, occidit aĩam. Nō ergo quasi id esset facilius, q̃ mansuefactio bestiarum, sanctus Iacobus illam sñiam pronũciauit, aut ea voce voluit pronunciari, sed potius ostendens quantũ sit in homine lingue malum, vt a nullo homine domari posit, cum ab hominib. domẽtur & bestię. Neq; hoc iō dixit, vt huius in nos mali dominationnem ꝑ negligentiã permanere patiamur, sed vt ad domãdam linguã diuinæ gratię poscamus auxilium. Non.n. ait, linguã nullus domare pōt: sed, nullus hominum, vt cum domat, Dei misericordia, Dei adiutorio, Dei gratia fieri fateamur. Conet ergo aĩa domare linguam, & dum conat, poscat auxilium, & oret lingua, vt domet lingua, domãte illo qui dixit ad suos, Non.n. vos estis qui loquimini, sed spũs patris vestri qui loquit in vobis. Itaq; præcepto facere commonemur, quod conantes & nostris virib. non valentes, adiutorium diuinum præcemur. Proinde & ipse cum exaggerasset lingue malum inter hæc dicens, Non oportet frēs mei hæc ita fieri: continuo monuit, consummatis his quæ hinc dicebat, quo adiutorio ista nō fierent, quæ dixit fieri non oportere. Quis.n. sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona cõuersatione operationem suã in mãsuetudine sapiētiæ. Quod si zelum amarum habetis & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduesus veritatem, Non est ista sapientia desursum descendēs, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quę aũt desursum est sapientia, primum q̃dem pudica est deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordiæ & fructib. bonis, inæstimabilis, sine simulatione. Hæc est sapientia quæ linguam domat, desursum descendens, non ab humano corde prosiliēs. An & istam quisquam ab rogare audet gratiæ Dei, & eam superbissima vanitate ponit in hoĩs potestate? Cur ergo oratur vt accipiat, si ab hoĩe est vt habeatur? An & huic orationi contradicitur, ne fiat iniuria libero arbitrio, qꝫ sibi sufficit possibilitate naturæ ad implenda omnia præcepta iustitiæ? Cōtradicat ergo eidem ipsi Apostolo Iacobo admonenti & dicenti, Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, q̃ dat omnib. affluenter, & nō improperat, & dabitur ei, postulet aũt in fide nihil hæsitans. Hæc est fides ad quam præcepta compellũt, vt lex imperet & fides impetret. Per linguam enim quã nullus hoĩum domare potest, sed sapientia desursum descendens, in multis offendimus omnes Non enim & hoc iste Apostolus alio modo pronunciauit, sicut illud quod ait, Linguam nullus hominum domare potest. Nec illud quisquam istis pro impossibilitate non peccandi similiter obiecerit, quod dictum est, Sapientia carnis inimica est in Deum, legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autē in carne sunt, Deo placere non possunt. Sapientiam quippe carnis dixit, non sapientiam desursum descendentem, & in carne esse non eos qui nōdum de corpore exierunt, sed eos qui secundum carnem viuunt, significatos esse manifestum est. Non autem ibi est quæstio quæ versatur. Illud est quod expecto ab isto audire, si possim eos qui secundum spiritum viuunt, & ob hoc etiam hic adhuc viuētes iam quodammodo in carne non sunt, vtrum gratia Dei viuant secundum spiritum, an sibi sufficiant, iam data cum creantur possibilitate naturæ, & sua propria voluntate, cum plenitudo legis, non sit nisi charitas, & charitas Dei diffusa sit in cordibus nostris non per nosipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis? Tractat etiam iste de peccatis ignorantiæ, & dicit hominem præuigilare debere ne ignoret, ideoque esse culpandam igno-

Iaco. 3. — Sap. 1. — H — Mat. 10. — I — Iaco. 3. — Iacob. 1. — K — Iacob. 3. — Rom. 8. — L — Rom. 13. — Rom. 5.

ignorantiam,quia id homo neſcit negligẽtia
ſua,quod adhibita diligentia ſcire debuiſſet,
dum tñ omia potius diſputet quam vt oret
& dicat,Da mihi intellectum vt diſcam man *Pſa.118.*
data tua.Aliud eſt.n.nõ curaſſe ſcire,quę ne- *2.ſen. diſ. 22.cap. Eſt autẽ.*
gligentiæ peceata etiam per ſacrificia quędã
legis videbant expiari.Aliud intelligere vel
le,nec poſſe,& facere contra legem,non in-
telligẽdo quid fieri velit. Vnde admonemur
a Deo petere ſapientiam, qui dat omnib. af-
fluenter,vtique his omnib. qui ſic petunt, &
tantum petunt qũo & quantum res tãta pe-
tenda eſt.Diuinitus tñ eſſe expienda peccata *Cap. 18.*
commiſſa, & pro eis dominum exorandum
eſſe fatet,propter veniam, ſ.promerendam,
quia id quod factũ eſt,facere infectum mul-
tum ab iſto laudata potentia naturæ & volũ
tas hoĩs etiam ipſo fatente,non poteſt,quare
M hac neceſsitate reſtat vt oret ignoſci, vt au-
tem adiuuetur ne peccet nuſquam dixit,non
hic legi.Mirum de hac re omnino ſilentium
cum oratio dominica vtrunq; petẽdum eſſe
commoneat, & vt dimittantur nobis debita
noſtra, & vt non inferamur in tentationem,
illud vt præterita expientur, hoc vt futura vi *Mat.6.*
tentur.Quod licet nõ fiat, niſi voluntas aſsit,
tamen vt fiat voluntas ſola non ſufficit,ideo
pro hac re nec ſuperflua,nec impudens dño
immolatur oratio.Nam quid ſtultius, quam
orare vt facias, quod in poteſtate habeas? Iã
nunc videte quod ad rem maxime pertinet, *Cap. 19.*
quomodo humanam naturam tanquam om
nino ſine vllo vitio ſit,conetur oſtendere,&
contra apertiſsimas ſcripturas Dei deletur
ſapientia verbi, qua euacuetur crux Chriſti.
Sed plane illa non euacuabitur iſta potius ſa *1.Co.1.*
pientia ſubuertet. Nam cum hoc oſtenderi-
mꝰ,aderit fortaſſe miſericordia Dei,vt & ip-
A ſum hæc dixiſſet pœniteat. Primo, inquit,
de eo diſputãdum eſt, ꝙ per peccatum debi
litata dr̃ & immutata natura. Vnde ante om
nia quærendum puto,inquit,quid ſit pecca-
tum,ſubſtantia aliqua,an omnino ſubſtantia
carens nomen,quo non res, non exiſtentia,
non corpus aliquod,ſed perperam facti actꝰ
exprimitur.Deinde adiungit, Credo ita eſt,
Et ſi ita eſt,inquit,quomodo potuit humanã
debilitare vel mutare naturam,quod ſubſtan
tia caret? Videte quæſo quomodo neſciẽs ni
tat euertere medicinalium eloquiorum vo-
ces ſaluberrimas.Exo dixi,domine miſerere
mei, ſana animam meam quia peccaui tibi. *Pſ. 40*
Quid ſanatur ſi nihil eſt vulneratum, nihil
ſauciatum, nihil debilitatum atq; vitiatum?
Porrò ſi eſt quod ſanetur, vnde vitiatum eſt?
Audis confitentem,quid deſideras diſputan-
tem,Sana,inquit,animam meã.Ab illo quæ-
re, vnde vitiatum ſit, quod ſanari rogat, &
audi quod ſequitur, Quoniam peccaui tibi.
Hunc iſte interroget,ab iſto quærat quod q̃-
rendum putat, & dicat, O tu qui clamas,
ſana animam meam quoniam peccaui tibi,
quid eſt peccatum? Subſtantia aliqua,an om
nino ſubſtantia carens nomen, quo non res,
non exiſtentia, non corpus aliquod,ſed tan-
tum perperam facti actus exprimitur? Reſpõ
det ille,ita eſt,vt dicis, Non eſt peccatum ali
qua ſubſtantia, ſed tantum hoc nomine per- B
peram facti actus exprimitur. Et contra iſte.
Quid ergo clamas,Sana animam meam quo
niam peccaui tibi? Quomodo potuit vitiare
animam tuam,quod ſubſtantia caret? Nõne
ille mœrore confectus vulneris ſui,ne diſpu
tatione ab oratione auerteretur, breuiter re-
ſpõderet & diceret,Recedere a me obſecro?
cum illo potius diſputa ſi potes, qui dixit,
Non eſt opus ſanis medicus, ſed ægrotantib.
Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores, vbi *Ma.*
iuſtos vtiq; ſanos, peccatores aũt appellauit
ægrotos.Cernitis ne quo tendat, & quo ma-
nus porrigat hæc diſputatio, vt oĩno fruſtra *Ca.*
dictum putetur, Vocabis nomẽ eius Ieſum,
ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ a pec- M
catis eorum?Quomodo n.ſaluum faciet,vbi
nulla eſt ægritudo? Peccata quippe,a quibus
dicit euangelium ſaluum faciendum populũ
Chriſti,ſubſtantiæ nõ ſunt,& ſecundum iſtũ
vitiare non pñt. O frater bonũ eſt,vt memi-
neris te eſſe Chriſtianũ, Credere iſta fortaſſe C
ſufficeret,ſed tñ q̃a diſputare vis,nec obeſt,
imo etiam prodeſt, ſi firmiſsima procedat fi
des,nec exiſtimemus peccato naturã huma-
nam non poſſe vitiari, ſed diuinis,credentes
ſcripturis peccato eam eſſe vitiatam, qũo id
fieri potuerit inquiramus, quæ peccatum iã
didicimus non eſſe ſubſtantiam. Nonne at-
tenditur, vt alia omittam, etiam non mandu
care,non eſt ſubſtantiam? A ſubſtantia quip-
pe receditur, quoniam cibus ſubſtantia eſt.
Sed abſtinere a cibo non eſt ſubſtantia, &
tamen ſubſtantia corporis ſi omnino abſti-
netur a cibo,ita langueſcit, ita valetudinis in

æqualitate

æqualitate corrumpitur,ita exhauritur virib.
ita lasſitudine debilitatur & frangiť,vt ſi ali-
quo modo perduret in vita, vix poſsit ad eũ
cibum reuocari vnde abſtinendo vitiata eſt.
Sic non eſt ſubſtãtia peccatum ſed ſubſtãtia,
eſt Deus,ſummaq; ſubſtantia, & ſolus verus
rõnalis creaturæ cib.a quo per inobedientiã
recedendo, & per infirmitatẽ non valẽdo ca
pere qđ debuit & gaudere,audis quemadmo
dum dicat,Percuſſus ſum ſicut fœnũ.& aruit
cor meum, qm̃ oblitus ſum comedere panẽ
meum.Attendite autem qũo adhuc ſe vrgeat
veriſimilib.rationib.contra ſcripturæ ſanctæ
veritatẽ.Dñs Ieſus dicit, qui propterea Ieſus
vocať,quia ipſe ſaluum facit populum ſuũ a
peccatis eorum.Dicit ergo dñs Ieſus, Nõ eſt
opus ſanis medicus,ſed ęgrotantib. Non ve-
ni vocare iuſtos,ſed peccatores. Vnde dicit
& Apoſtol⁹,Fidelis ſermo & omni acceptio
ne dignus,qa Ieſus Chriſtus venit in hũc mũ
dum peccatores ſaluos facere. Et iſte contra
fidelem ſermonem & omni acceptionẽ di-
gnum,dicit non debuiſſe hanc ægritudinem
contrahi peccatis, ne ad hoc eſſet iſta pœna
peccati,vt committerenť plura peccata.Quę
riť ergo paruulis tantus medicus opitulator.
Et iſte dicit,Quid quęritis? Sani sũt pp quos
medicum quæritis. Nec ipſe primus homo
ideo morte damnatus eſt, nã poſtea nõ pec
cauit, quaſi aliquid poſtea de perfectione iu
ſtitiæ eius audierit,niſi qđ commendat eccle
ſia & ipſum dñi Chriſti miſericordia libera-
tum.Eius quoq; poſteros iſte dicit,nõ ſolum
illo non eſſe infirmiores, ſed etiam plura im
pleuiſſe præcepta, cũ ille vnum implere ne-
glexerit, Quos poſteros videt ita naſci, qũo
certe iſte factus non eſt,non ſolum præcepti
in capaces,quod omnino non ſentiunt, ſed
vix capaces papillæ cum eſuriunt, eos tamẽ
in matris eccleſiæ gremio cum ſaluos gratia
ſua facere velit, qui ſaluum facit populum
ſuum a peccatis eorum, contradicunt homi
nes,& quaſi creaturam,quę per illum condi
ta eſt, melius illo inſpicere nouerint, voce
non ſana ſanos eſſe pronunciant. Materiam
peccati dicit eſt vindictã, ſi ad hoc peccator
infirmatus eſt,vt plura peccaret. Nec cogitat
præuaricatorem legis,q̃ digne lux deſerat ve
ritatis. Qua deſertus vtiq; fit cæcus, & plus
neceſſe eſt offendat,cadendo vexeť,vexatuſ-
que nõ ſurgat, vt ideo tantum audiat vocem
legis, quo admoneať implorare gratiam Sal-
uatoris. An nulla pœna pe eorum de quibus
dicit Apoſtolus:Quia cũ cognouiſſent Deũ,
non ſicut Deum glorificauerunt aut gratias
egerũt,ſed euanuerunt in cogitationib. ſuis,
& obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ? Vtique
iſta obſcuratio vindicta & pęna iam fuit, &
tñ per hanc pœnam,i.per cordis cæcitatem,
quæ fit deſerente luce ſapientiæ, in plura &
grauia peccata collapſi ſunt. Dicentes enim
ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Grauis hæc
pœna eſt,ſi quis intelligat, & ex hac pęna vi
de quo ierunt,Et immutauerunt,inquit,glo-
riam corruptibilis Dei in ſimilitudinem ima
ginis corruptibilis hominis,& volucrum,&
quadrupedum, & ſerpentium. Iſta fecerunt
ex peccati pœna,qua obſcuratũ eſt inſipiens
cor eorum,Et propter hæc tamen,quia licet F
pœnalia etiam ipſa peccata ſunt,adiungit,&
dicit, Propterea tradidit illos Deus in deſi-
deria cordis illorum in immunditiam, Ecce
quemadmodum Deus grauius cõdemnauit,
tradens illos in deſideria cordis illorum in
immunditiam. Videte etiam ex hac pœna
quid faciant,vt contumeliis,inquit,afficiant
corpora ſua in ſemetipſis. Et quia pœna eſt
iſta iniquitatis,cum ſit & iniquitas, euiden-
tius commendat dicens, Qui tranſmutaue-
runt veritatem Dei in mendacium, & colue
runt & ſeruierunt creaturæ potius quã crea-
tori,qui eſt benedictus in ſecula:amen. Pro-
pter hoc,inquit,tradidit Deus illos in paſsio
nes ignominiæ.Ecce quoties vindicat Deus,
& ex eadem vindicta plura & grauiora pec-
cata conſurgunt.Nam fœminę eorum,inqt,
mutauerunt naturalem vſum in eũ vſum qui
eſt cõtra naturam,ſimiliter autem & maſcu-
li relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt in
appetitum ſuum in inuicem, maſculi in ma-
ſculos deformitatem operantes. Atque vt G
oſtenderet ſic eſſe iſta peccata, vt etiam pœ-
næ ſint peccatorum, etiam his adiunxit, Et
mercedem mutuam,quam oportuit,erroris
ſui in ſemetipſis recipientes. Videte quotiés
vindicet,eademque vindicta,quæ pariat pul
luletque peccata adhuc attendite, Et ſicut
non probauerũt,inquit, Deum habere in no
titia, tradidit illos Deus in reprobam men-
tem, vt faciant quæ non conueniunt, reple-
tos omni iniquitate cũ circunuentione, ma-
litia, auaritia, plenos inuidia, homicidio,
conten-

contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, cuntumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorũ, parentib. non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectu, sine misericordia. Hic nunc iste dicat, non debuit sic vindicari peccatũ, vt peccator per vindictam plura cõmitteret. Fortasse respondeat, Deum ad ista non cogere, sed dignos deseri tantum deserere. Si hoc dicit, verissime dicit, deserti quippe vt dixit luce iustitiæ, & per hoc cõtenebrati quid pariant aliud, quam hæc omnia, quæ commemoraui opera tenebrarũ donec dicat eis, si dicto obaudiãt, Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Chrs? Mortuos veritas dicit, vnde est & illud, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos ergo veritas dicit, quos iste dicit lædi & vitiari non potuisse peccato, quia videlicet didicit peccatum nõ esse substãtiam. Nemo ei dicit, sic hominem factum, vt de iustitia quidem posset in peccatum ire, & de peccato ad iustitiam redire non posset, sed vt in peccatum iret, sufficit ei liberum arbitrium, quo seipse vitiauit, vt autem redeat ad iustitiam, opus habet medico, quoniam sanus non est, opus habet viuificatore, quia mortuus est. De qua gratia omnino nihil iste dicit, quasi sola sua voluntate se pòssit sanare, quia cum potuit sola vitiare. Non enim dicimus mortẽ corporis ad peccatum valere, vbi sola vindicta est. Nemo autem peccat corpore moriendo, sed ad pecca catum valet mors animæ, quam deseruit vita sua, hoc est, Deus eius, quæ necesse est mortua opera faciat, donec Christi gratia reuiuiscat. Famẽ & sitim & cæteras molestias corporales, absit vt dicamus necessitatem habere peccandi, quibus molestiis exercitata vita iustorum splendidius enituit, & eas per patiẽtiam superãdo maiorem gloriam comparauit, sed adiuta gratia Dei, adiuta spũ Dei, adiuta misericordia Dei, non superba volũtate se extollens, sed humili confessione fortitudinem promerens. Nouerat.n. Deo dicere, Quoniam tu es patientia mea. De qua gratia & adiutorio & misericordia, sine qua bene non possumus viuere, nescio quare iste omnino nihil dicit, imo etiam velut sibi ad iustitiam sufficientem si voluntas sua assit, defendendo naturam, gratiæ Christi, qua iustificamur apertissime contradicit. Cur autem soluto per gratiam peccati reatu ad exercitationem fidei mors corporis maneat, quis venerit de pctõ, iã & hoc in illis ad sanctæ memoriæ Marcellinum libris vt valui disserui. Quod vero dñm dicit sine peccato mori potuisse: illi etiam nasci, potestas misericordiæ non conditio naturæ fuit. Sic etiam mortuus est potestate, & hoc est pretium nostrũ, qua nos a morte redimeret. Et hoc istorũ disputatio euacuare cõtendit, cum ab eis ita natura humana defendit, vt possit liberum arbitrium isto pretio nõ egere, vt a potestate tenebrarum & prępositi mortis in regnũ Christi domini transferant. Et tamẽ qñ dominus ad passionem perrexit, Ecce, inquit, veniet princeps huius mundi, & in me nihil inueniet, & vtiq; nihil peccati, vnde præpositus mortis iure suo ageret, vt perimeret, Sed vt sciant omnes, inquit, quia voluntatem patris mei facio, Surgite eamus hinc, i. quia nõ morior necessitate peccati, sed obedientiæ volũtate. Dicit nullum malum boni alicuius esse causam, quasi pęna bonum non sit, qua tamẽ multi emendati sunt. Sunt ergo mala quę ꝓsunt mirabili misericordia Dei. Nunquid ille boni aliquid passus est, qui dixit, Auertisti faciem tuam a me & factus sum conturbatus? Non vtique, & tamen hæc ei conturbatio cõtra superbiã fuit medicinalis quodammodo. Dixerat enim in abundantia sua, non mouebor in æternum, & sibi tribuebat quod a domino habebat, Quid.n. habebat quod non acceperat? Quare ostendendum ei fuerat vnde haberet vt reciperet humilis, quod superbus amiserat. Ideo, domine, inquit, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, In qua ego abundantia mea dicebam, non mouebor, cum hoc mihi esset abs te, non a me: Denique auertisti faciem tuam & factus sum turbatus. Hoc superbus animus omnino nõ sapit, sed magnus est dominus, qui persuadeat quomodo ipse nouit. Nam procliuiores sumus quærere potius quid contra ea respondeamus, quæ nostro obiiciuntur errori, quam intendere, quam sint salubria, vt careamus errore. Vnde cum istis non tã disputationibus, quam pro eis sicut pro nobis orationibus est agendum. Non enim hoc eis dicimus quod sibi iste opposuit, vt esset causa misericordiæ Dei necessarium fuisse peccatum. Vtinam non fuisset miseria, ne ista esset

Margin notes (left column): Cap. 23. — Ephe. 5. — Mat. 8. — H — I — Psal. 70.

Margin notes (right column): I — K — L

set misericordia necessaria. Sed iniquitatem peccati tanto grauiorē, quāto facilius hō nō peccaret, quē nullā adhuc tenebat infirmitas, pœna iustissima subsecuta est, vt mercedē mutuam peccati sui in semetipso reciperet, amittens sub se positā sui corporis quodāmodo obedientiam, quā præcipuam sub dño suo ipse contēpserat. Et ꝙ nūc cū eadē lege peccati nascimur, q̄ in membris nostris repugnat legi mentis, neque aduersus Deū murmurare, neque contra rem manifestissimam disputare, sed ꝓ pœna nostra illius misericordiā quærere & orare debemus.

Attēdite sanè vigilanter qūo dixerit, Adhibet quidē huic ēt parti, si qñ necessarium fuerit misericordiā suam deus, quia homini post peccatū ita subueniri necesse est, nō q̄a deus cām huiuscemodi necessitatis optauerit. Videtisne queādmodū non dicat necessariā misericordiā dei vt non peccemus, sed quia peccauimus? Deinde subiungit, Sed & medicus ad curandū iam vulneratum paratus esse debet, non debet aūt vt sanus vulnerēt optare. Si ista similitudo rebus de q̄b. agimus congruit, certe vulnerari non pōt natura humana peccato, qñ peccatū nulla substātia est. Sicut ergo vulnere, verbi grā, claudicans iō curāt, vt sanato malo ꝑterito, futurus dirigatur incessus. Sic mala nostra nō ad hoc solū supernus medicus sanat, vt illa iā nō sint, sed vt de cætero recte ambulare possimus, qđ quidē etiā sani non nisi illo adiuuāte poterimus. Nā medicus homo cū sanauerit hominē, iam de cætero sustentandum elementis & alimentis corporalibus, vt eadē sanitas apto subsidio conualescat atq; ꝑsistat, ideo dimittit, qui ꝑbet ista in carne viuentibus, cuius erāt etiā illa, q̄ dū curaret, adhibebat. Non.n. quenquā medicus ex his rebus, quas ipse creauerit sanat, sed ex illius operibus, qui creat omnia necessaria sanis atq; vitiosis. Ipse aūt deus cū per mediatorem dei & hominū, hominem Iesum Christum spiritaliter sanat ægrum vel viuificat mortuū, id est, iustificat impium, & cū ad ꝑfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitā iustitiamque perduxerit, non deserit si non deseratur, vt pie semper, iusteque viuatur. Sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus non potest cernere: sic hō etiam perfectissime iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, recte non potest viuere. Sanat ergo deus, non solum vt deleat quod peccauim⁹, sed vt præstet etiam ne peccemus.

Peccatū peccato tollitur. Cap 27.

Acute sanè tractat & versat, & quātum sibi vr̄ redarguit atq; conuincit ꝙ eis dr̄, ēt necessarium fuisse homini ad auferendā superbiæ vel gloriæ occasionem, vt absq; peccato esse non posset. Absurdissimum quippe & stultissimū putat peccatū fuisse ne peccatum esset, qm̄ & ipsa superbia vtique peccatum est quasi non & vlcus in dolore sit, & sectio dolorē operet, vt dolor dolore tollatur. Hoc si experti nō essemus, & in aliquib. terris vbi ista nunq̄ cōtigerāt, audiremus, sine dubio vtiq; deridentes, fortassis ēt verbis huius vteremur & diceremus, Absurdissimū ē dolorē necessarium fuisse, ne vlceris dolor esset. Sed deus, inquiūt, pōt oīa sanare. Hoc vtiq; agit vt sanet oīa, sed agit iudicio suo, nec ordinē sanādi accipit ab ægroto. Procul dubio q̄ppe firmissimum Apostolū uolebat efficere, cui tn̄ dixit, Virtus in infirmitate ꝑficitur: & nō ei totiens orāti auferret nescio quē stimulum carnis, quē sibi dicit datum, ne magnitudine reuelationū extolleretr. Cætera.n. vitia tm̄ in malefactis valent, sola aūt superbia ēt in recte factis cauenda est. Vnde admonent illi, ne dona dei suæ potestati tribuendo seseq; extollendo grauius ꝑeant, q̄ si nil operarentur boni, quib. dr̄, Cum timore & tremore vestrā ipsorū salutē operamini, Deus.n. est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Quare ergo cum timore & tremore, & non potius cum securitate, si deus operatur, nisi quia ꝓpter voluntatē nostram sine qua bene non possumus operari, cito potest subrepere animo humano, ut quod bene operatur, suum tm̄modo existimet, & dicat in abundantia sua, non mouebor in æternum? Ideo qui in uoluntate sua prestiterat decori eius uirtutem, auertit paululum faciem suam, ut qui hoc dixerat fieret conturbatus, quoniam ipse est ille timor sanandus doloribus.

2. Co. 12 — Phili. 2. — Psal. 26

Cap. 28

Non itaque dicitur homini, Necesse est peccare ne pecces, sed dicitur homini, deserit aliquantum deus, unde superbis, ut scias non tuum, sed eius esse, & discas superbus

tū faciant,quo nobis non donetur gratuita,
sed reddatur ex debito? Ergone ut perueniat
ad adiutoriū dei,ad deū curritur sine adiuto
rio dei? Et ut deo adhærentes adiuuemur a
deo,non adiuti nō adhærebimus deo? Quid
homini maius,quidve tale poterit grã ipsa
præstare, si iam sine ulla unus cū dño spūs
effici potuit,non nisi de arbitrij libertate?

Cap. 24. Sed uellē ut iste diceret, utrū rex ille As-
Hest. 15. syrius cuius Hester sancta mulier execraba
tur cubile,qñ cōsidebat in throno regni sui,
& oī stola illustrationis suæ indutus erat, to
tus auro uariatus lapidibusq; preciosis, &
erat formidolosus ualde, & eleuata facie
sua inflãmata in charitate intuitus est eã, tã
quã taurus impetu indignationis suæ, & ti-
muit regina & conuersus est color eius per
dissolutionē,& inclinauit se super caput de
licatæ suæ, q̄ præcedebat eam. Vellem ergo
M diceret iste nobis utrū rex ille ad deum iam
cucurrerat, & ab eo se regi cupiuerat, suã-
que uoluntatē ex eius uoluntate suspende-
rat,& ei iugiter inhærēdo unus cū illo spūs
sanctus erat, ñ nisi de arbitrij libertate? utrū
se totū deo tradiderat,oēmq; suã mortifica
uerat uoluntatē & cor suū in manu dei po-
suerat? Puto nō desipere,sed insanire homi
nē, quisquis de illo rege qualis tūc erat hoc
senserit, & tñ conuertit deus & trãstulit in-
dignationē eius in lenitatē. Quis aūt nō ui-
deat multo maius esse indignationē a ɔ̃rio
in lenitatē conuertere atq; transferre, q̄ cor
neutra affectione præoccupatum, sed inter
utrūq; medium in aliquid declinare? Legãt
A ergo & intelligant,intueantur,non lege at-
que doctrina insonãte forinsecus, sed inter
na atq; occulta mirabili ac ineffabili ptãte
operari deū in cordibus hominū, non solū
ueras reuelationes,sed ēt bonas uoluntates.

Definat itaq; iam Pelagius & seipsum &
Cap. alios fallere,ɔ̃ dei grãm disputãdo: Nō ꝑꝑ
illorū triū unū.i.ꝑꝑ possibilitatē bonæ uo-
luntatis atq; operis, sed ēt ꝑꝑ uoluntatē &
operationē bonã erga nos gratia dei prædi-
cãda est. Nã illã possibilitatē ad utrunq; ua
lere definit,& tñ non iō tribuenda sunt deo
ēt nostra peccata,sicut & ꝑꝑ eandē possibi
litatē uult tribuere bona opera nostra. Non
iō tm̃ adiutoriū diuinæ gratię cōmendetur,
quia possibilitatē adiuuat naturalē. Definat
dicere, ꝙ possumus oē bonū facere,dicere,
cogitare,illius est qui hoc posse donauit, ꝙ
uero bene uel agimus uel loquimur uel co
gitamus,nostrū est. Definat,inquã,ista dice
re,non solum.n.deus posse nostrū donauit
atq; adiuuat, sed ēt uelle & operari operat
Philip. in nobis. Nō quia nos nō uolumus,aut nos
non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio
nec uolumus aliqd boni, nec agimus. Qūo
.n.dicitur,quod possumus bene agere, Dei
est, ꝙ autē agimus, nostrum est, cum dicat
1. Co. Apostolus orare se ad Deū pro eis ad quos
scribebat ne quid mali faciant, & ut quod
bonum est, faciant? Non.n.ait, oramus ut
B possitis nihil mali facere: sed,ne qd faciatis
mali,nec ut possitis bonū facere: sed,bonū
Roma. faciatis. Qm̃ de quib. scriptū est. Quotquot
.n.spū dei aguntur,hi filij sunt dei:profecto
ut agant quod bonum est,ab illo aguntur q
bonus est: Qūo dicit Pelagius, ꝙ bene loq
possumus dei est, ꝙ bene loquimur, nostrū
est, cum dicat dñs,spūs patris uestri est qui
Mat. loquitur in uobis? Neq;.n.ait,non uos estis
qui dedistis uobis bene posse loqui: sed ait,
nō uos estis qui loquimini. Nec ait, spūs pa
tris uestri est qui uobis dat, uel dedit posse
bene loqui: sed ait,q loquitur in uobis: non
signi-

ſignificāspoſsibilitatis,pfectū,ſed exprimés
cooperationis effectū. Qūo dicit liberi arbi
trij elatus aſſertor,ꝙpoſſumus bñ cogitare,
1.C.3 dei ē,ꝙ autē bñ cogitamus,noſtrū eſt? Cui
rñdet humilis gratię prædicator, Nō qa ido
nei ſum⁹ cogitare aliquid a nobis,quaſi ex
L nobiſmetipſis,ſed ſufficientia noſtra ex deo
eſt. Non.n.ait, poſſe cogitare:ſed,cogitare.

Cap. 6. Iſtā dei gratiā in diuinis eloquiis manife
ſtā ēt Pelagius manifeſte fateatur, ſeq; tan-
diu ꝯ ſenſiſſe non operiat impudentiſsimo
pudore,ſed dolore ſaluberrimo aperiat, vt
ſctā eccleſia nō turbetur pertinaci eius ob-
ſtinatione,ſed veraci correctione lętet. Co-
1.C.8. gitationē & electionē ſicut ſunt diſcernen-
da,diſcernat,qa ſciētia inflat,charitas ædifi
cat. Et tunc ſcientia inflat qñ charitas ædifi-
cat. Et cū ſit vtrūq; donum dei:ſed vnū mi-
nus,alterū maius,non hic iuſtitiā noſtrā ſu
per laudē iuſtificatoris noſtri extollat, vt ho
rū duorū qđ minus eſt,diuino tribuat adiu
torio,qđ aūt maius eſt, humano vſurpet ar
bitrio. Et ſi cōſenſerit nos gratia dei accipe-
re charitatē,nō ſic ſentiat tanquam vlla me
rita bona noſtra præceſſerint. Nā q̄ merita
bona tunc habere poteramus, qñ deum nō
1.Ioan.3 diligebamus? Vt.n.acciperemus dilectionē
Ibidem. qua diligeremus,dilecti ſumus cū eam non
dū haberemus. Hoc Ioan. Apoſto. apertiſsi-
me dicit, Nō ꝙ nos dilexerimus deum, ſed
quia ipſe prior dilexit nos. Et alibi, Nos dili
gamus, inquit, quia ipſe prior dilexit nos.
Optime oīno atq; veriſsime. Non.n.habere
mus vnde illum diligeremus, niſi hoc ab il-
lo cū prior nos diligeret,ſumeremus. Quid
aūt boni faceremus, niſi diligeremus? Aut
qūo bonum non facimus,ſi diligamus? Et ſi
.n.dei mandatum vr̄ aliqñ non a diligentib.
ſed a timentibus fieri,tñ vbi nō eſt dilecto,
nullum bonum opus imputatur, nec recte
M bonū opus vocatur, quia oē quod nō ex fi-
de eſt,peccatum eſt. Et fides per dilectionē
Ro 14 operatur. Ac per hoc gratiam dei, qua chari
Gal.5. tas dei diffunditur in cordibus noſtris per
Ro 5. ſpm̄ ſanctum,qui datus eſt nobis ſic confi-
teatur,qui vult veraciter confiteri, vt omni
no nihil boni,ſine illa,quod ad pietatē per-
tinet veramq; iuſtitiam, fieri poſſe non du-
bitet. Nō qūo iſte,qui cum dicit,propterea
dari gratiam, vt quod a deo præcipitur faci-
lius impleatur,quid de illa ſentiat ſatis oſtē
dit.ſ.ꝙ etiam ſine illa etſi minus facile, fieri
tamen quod diuinitus præcipitur, poteſt.

cap.27. In libro quippe ad virginē ſacram,quod
& ſupra cōmemoraui,cum dicit, Diuinam
mereamur gratiam & facilius nequam ſpi-
ritui ſancti ſpūs auxilio reſiſtamus: ſignifi-
cat profecto quid ſapiat. Vt quid.n.hoc ver-
bum interpoſuit,i.facilius? An vero nō erat
integer ſenſus, vt nequam ſpūi ſancti ſpūs A
auxilio reſiſtamus? Sed quantum detrimen-
tū hoc additamento fecerit,quis nō intelli-
gat? Volens vtiq; credi tantas eſſe naturæ vi
res,quas extollēdo præcipitat, vt etiam ſine
auxilio ſpiritus ſancti, & ſi minus facile, tñ
aliquo modo nequam ſpiritui reſiſtatur.

Cap. 28. Item in 1.libro pro libero arbitrio, Cum
aūt tam forte, inquit, tam firmum ad non
peccandum liberum in nobis habeamus ar
bitriū,quod gñaliter naturæ humanæ crea-
tor inſeruit,rurſus pro eius inæſtimabili be
nignitate,quotidiano ipſius munimur auxi
lio. Quid opus eſt hoc auxilio, ſi tam firmū
eſt ad non peccandum liberum arbitrium?
Sed ēt hic vult intelligi ad hoc eſſe auxiliū,
vt facilius fiat per gratiam,quod etſi minus
facile, tamen putat fieri præter gratiam.

Cap. 29. Item in eodem lib. alio loco, Vt qđ per
liberum,inquit,homines facere iubētur ar-
bitriū,facilius poſsint implere per gratiam.
Tolle,facilius,& non ſolum plenus, verū-
etiam ſanus eſt ſenſus,ſi ita dicatur,& quod
per liberum facere iubentur homines arbi
Ioan.15. trium, poſsint implere per gratiam. Cum
Cap.30. autem, facilius,additur,adimpletio boni o-
peris ēt ſine dei gratia poſſe fieri tacita ſigni
ficatione ſuggeritur,quē ſenſum redarguit,
qui dicit, Sine me nihil poteſtis facere.

Emendet hæc omnia,ne ſi in rerum ma-
B gnarum profunditate humana errauit infir
mitas, ēt diabolica huic accedat errori vel
fallacia vel animoſitas ſiue negando quod
ſenſit,ſiue defendendo quod perperam ſen
ſit,cum id ſe non debuiſſe ſentire comme-
morata perſpicua veritate cognouerit. Iſtā
Roma.5. quippe gratiam qua iuſtificamur,i. qua cha
ritas dei diffunditur in cordibus noſtris per
ſpm̄ ſanctum qui datus eſt nobis,in Pelagij
& Celeſtij ſcriptis quæcunq; legere potui,
nuſquam eos inueni quemadmodum con-

fiten-

fitenda est, confiteri. Prorsus nunq̃ eos aduerti sicut agnoscendi sunt, agnoscere filios ꝓmissionis, de q̃bus dicit Apost. Non ij q̃ filij carnis, hi filij dei, sed filij ꝓmissionis deputant̃ in semine. Qđ.n. promittit deus, nō facimus nos ꝑ arbitrium seu ꝑ naturã, sed facit ipse ꝑ gratiã. Nã vt de Celestij opuscu lis interim taceã vel libellis eius, quos iudicijs ecclesiasticis allegauit † q̃ nobis omnia cũ aliis quas necessarias existimauimus, q̃b. omnibus diligenter inspectis, posistis aduertere, non eũ ponere dei gratiã qua iuuamur vel ad declinandũ a malo, vel ad faciendum bonũ, ꝑter naturale arbitriũ uoluntatis, nisi in lege atq; doctrina, ita vt ipsas quoq; orationes ad hoc afferat necessarias, vt oñdatur homini q̃d cõcupiscat & diligat. Vt.n. hæc interim omittã, nẽpe ipse Pelagi⁹ & literas nuꝑ & libellũ Romã fidei suæ misit, scribẽs ad beatæ memoriæ papã Innocentiũ, quem defunctũ esse nesciebat. In his ergo literis dicit esse de quib. eũ homines infamare conãtur. Vnũ qđ neget paruulis baptismi sacramentũ, & absq; redẽptione Christi aliq̃bus regna cœlorum ꝓmittat. Aliud, quod ita dicat posse hominẽ uitare pctm̃, vt Dei excludat auxiliũ, & intantũ libero confidat arbitrio, vt gratiæ repudiet adiutoriũ. Sed de baptismo paruulorum, q̃uis eis dandũ esse concedat, q̃ peruerse contra fidem Christianam & catholicã sentiat ueritatẽm, non hic locus est vt diligentius differamus, nũc.n. de adiutorio gratiæ, ꝙ instituimus peragendũ ẽ. Vnde ad id qđ proposuit quid ẽt hinc rñdeat videamus. Vt.n. omittamus eius inuidiosas de suis inimicis q̃relas, vbi ad rem uẽtũ est, ita locutus est. Ecce, inquit, apud beatitudinem tuam Epistola ista me purget in qua pure atque simpliciter ad peccandũ & ad non peccandũ integrum liberum arbitrium habere nos dicimus, qđ in omnib. bonis operibus diuino semper adiuuat̃ auxilio. Cernitis itaque ꝓ intellectu, quẽ uobis dñs dedit, hæc eius uerba soluẽdæ non sufficere q̃oni. Quęrimus.n. adhuc, quo auxilio liberũ adiuuari dicat arbitrium, ne forte sicut solet, uelit intelligi legem atque doctrinã: Si enim quæras cur dixerit semper poterit respondere, quia dictum est, Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Deinde cum de hominis cõditione, & ad peccandũ atq; non peccandum naturali eius possibilitate quædã interposuisset, adiunxit dicens, Quã liberi arbitrij ptãtẽ dicimus in oĩb. esse generaliter, in Christianis Iudæis atq; gentib. Ita oĩbus est liberum arbitriũ æqualiter ꝑ naturã, sed in solis Christianis iuuatur gratia. Iterũq̃ rimus quo gratia? Et adhuc poterit rñdere, lege atq; doctrina Christiana. Deinde quamlibet sentiat gratiã ipsis Christianis ſm merita dari dicit, cum eos q̃ hæc dicũt iã in palæstina sicut supra cõmemoraui sua illa ꝑclara purgatione dãnauerit. Nã verba eius ista sunt, In illis, inquit, nudũ & inerme est conditionis bonũ, in eis dicit q̃ Christiani non sunt. Deinde cætera contexens, In his uero, inq̃t, qui ad Christum ꝑtinẽt, Christi muniunt auxilio. Videtis adhuc incertum esse quo auxilio, secũdũ ea q̃ supra diximus. Sed adhuc seq̃tur de illis q̃ Christiani nõ sunt, & dicit, illi iõ iudicandi atq; dãnandi sunt, quia cũ hẽant liberũ arbitriũ ꝑ qđ ad fidem uenire possẽt & dei gratiã ꝓmereri, male utuntur libertate concessa; Hi uero remunerandi sunt, qui bene libero utentes arbitrio merentur dñi gratiã, & eius mandata custodiunt. Nempe manifestum est eũ dicere gratiam ſm merita dari, quãlibet eam, uel qualẽlibet significet, quam tñ aperte non exprimit. Nã cum eos remunerandos dicit, q̃ bene utunt̃ libero arbitrio, & iõ mereri dñi gratiam, debitũ eis reddi fatetur. Vbi est ergo illud Apostoli, Iustificati gratis per gratiã ipsius? Vbi est & illud, Gratia salui facti estis? Et ne putarẽt per opera, addidit, per fidem: Rursus ne ipsã fidẽ sine dei gratia sibi putarent esse tribuẽdã, Et hoc, inquit, non ex uobis, sed dei donũ est. Nempe ergo illum unde incipit omne, quod merito accipere dicimus, sine merito accipimus, id est, ipsam fidem. Aut si negatur dari, quid est ꝙ dictum est, Sicut unicuiq; deus partitus est mẽsuram fidei? Si autem sic dicitur dari, ut reddatur meritis, nõ donetur: quid est hoc quod iterum dicit, Vobis donatum est pro Christo non solum ut credatis in eum, uerumetiam ut patiamini pro eo? Vtrũq;.n. donatũ esse testatus est, & qđ credit in Xp̃m, & ꝙ patit̃ q̃sque ꝓ Xpo. Isti aũt libero arbitrio sic applicant fidẽ, ut fidei uidelicet reddi uideatur non gratuita, sed

Marginalia: Rom. 9. — C — * al. allegauit. — A — D — Pelagij defensio. Cap. 31. — Psal. 1. — E — F — Rom. — Ephe. — Rom. — Phil.

ta,ſed debita gratia,Ac per hoc iam nec gra
Rom. 1. tia,quia niſi gratuita,non eſt gratia.
Cap. 2. Sed ab his literis Pelagius ad fidei ſuæ li-
brũ vult trãſire lectorẽ,cui⁹ nobis cõmemo
rationẽ fecit. In quo ea de quib. nõ interro-
gabaẽ multa diſſeruit. Sed nos de q̃b. agim⁹
G cũ illis videamus.Cũ n.ab unitate trinitatis
vſq; ad reſurrectionẽ carnis , qđ ab illo ne-
mo q̃rebat,diſputationẽ q̃tã voluit terminaſ
ſet,Et baptiſma,inquit,vnũ tenemus, qđ iiſ
dẽ ſacri verbis infantib.q̃bus ẽt in maiorib.
dicimus eſſe celebrandũ. Hoc certe vos & a
p̃ſente audiſſe dixiſtis.Sed q̃d ꝓdeſt,qđ eiſ-
dẽ verbis in paruulis,q̃bus & in maiorib.ce
lebrari dicit baptiſmi ſacr̃m,cũ res a nobis ,
non ſola verba q̃ranẽ ? Plus eſt ꝙ vobis ore
ꝓprio interrogantibus rñdit,vbi ſcribitis,in
remiſsionẽ peccatorũ ꝑcipere baptiſmum.
Non.n & hic dicit in verbis remiſſionis pec
catorũ,ſed eos baptizari in ipſam remiſſio-
nem,confeſſus eſt, Et tñ ſi ab eo quæreretis,
quid peccati eis credatur remitti,non eos a-
liquid habere contenderet .

Cap. 3. Quis crederet ſub hac quaſi manifeſta cõ
feſſione ſenſum latere contrariũ,niſi eũ Ce-
leſtius aꝑuiſſet?Qui in libello ſuo, quẽ Ro-
mæ geſtis Eccleſiaſticis allegauit , paruulos
& baptizari in remiſſionẽ pc̃tõrũ cõfeſſus ẽ,
& negauit vllũ hr̃e originale pc̃tm̃.Sed nũc
non de baptiſmate paruulorũ, ſed de adiuto
H rio gr̃æ potius ẽt in libello fidei ſuę,quẽ Ro
mã miſit,quid Pelagius ſen ſerit attendam⁹.
Liberũ,inquit,ſic cõfitemur arbitriũ, vt di-
camus nos indigere dei ſemꝑ auxilio. Ecce
iterũ q̃rimus,quo auxilio nos indigere fatea
tur,& iterũ inuenimus ambiguũ,q̃m poteſt
Rom. rñ dere legẽ dicere doctrinãve Chr̃ianam ,
qua naturalis illa poſſibilitas adiuueẽ. Nos
aũt illã gr̃am in eorũ cõfeſsione req̃rimus,
de qua dicit Apoſtolus, Non.n. dedit nobis
deus ſpũm timoris,ſed virtutis, & charitatis
& continentiæ.Nõ eſt aũt cõſequens, vt qui
habet donũ ſciẽtiæ,quo nouerit quid agere
debeat,habeat etiam charitatis,vt agat .

Cap. 4. Illos ẽt quos in eiſdẽ literis, quas miſit ad
ſanctę memorię papã Innocẽtiũ,libros ſuos
vel ſcripta cõmemorat,legi,ꝓter vnã Epiſto
lã, q̃ ſe breuẽ miſiſſe ad ſanctũ Cõſtantinũ
Ep̃m dicit, nec alicubi potuit reperire hanc
eũ gr̃am confiteri,q̃ nõ ſolũ poſsibilitas na-
turalis voluntatis & actionis,q̃ dicit nos ha
bere ẽt ſi nec volumus nec agimus bonum,
ſed ipſa ẽt volũtas & actio ſubminiſtratio-
ne ſancti ſp̃us adiuuaẽ. Legant,inq̃t,illã Epi Cap. 35.
ſtolã,q̃ ad ſanctũ virũ Paulinũ Ep̃m añ duo
decim fere annos ſcripſimus, q̃ trecẽtis for-
te verſibus nihil aliud,q̃ dei gratiã & auxi-
I liũ cõfiteẽ,noſq; nihil oĩno boni facere poſ
ſe ſine deo.Hãc ergo Epiſtolã legi, & inue-
ni eũ pene ꝑ totã non immorari , niſi in fa-
cultate & poſſibilitate naturæ,& pene ibi tã
tũ dei gr̃am cõſtituere, Chriſtianã vero gra
tiã tanta breuitate ſola nominis cõmemo-
ratione ꝑſtringit, vt nihil aliud videaẽ q̃ eã
tacere timuiſſe. Vtrũ tñ eã in remiſſionẽ pec
catorũ velit intelligi,an ẽt in doctrina Chr̃i
vbi eſt & eius conuerſationis exẽplum qđ
aliquot locis ſuorũ opuſculorũ facit,an cre-
dat aliqđ adiutoriũ bene agẽdi adiunctũ na-
turæ atq; doctrinæ ꝑ inſpirationẽ flagrãtiſſi
mæ & luminoſiſſimæ charitatis, nõ apparet
omnino. Legant ẽt,inquit,ad ſanctũ Cõſtã- Cap. 36.
tium Ep̃m,vbi breuiter q̃dẽ,ſed plane libe-
ro hominis arbitrio dei gratiã auxiliũq; cõ-
iunxi.Hãc Epiſtolã,vt ſuperius dixi , nõ le- *Epiſtola ad Demetriadem.*
gi,ſed ſi nõ eſt diſſimilis cæteris,q̃ mihi no-
ta cõmemorat, non habet ẽt ipſa ꝙ q̃rimus. Cap. 37.
Legãt ẽt,inquit , q̃ ad ſacrã Chr̃i virginẽ
Demetriadẽ in Oriente cõſcripſimus,Et in
ueniẽt nos ita hominis laudare naturam, vt
Dei ſemꝑ gratiæ addamus auxiliũ.Iſtã ſane
legi,mihiq; pene perſuaſerat hanc illũ gra-
K tiam,de qua q̃ſtio eſt confiteri, q̃uis in mul
tis eius opuſculi locis ſibiipſi contradicere
videreẽ.Sed cum in manus meas & alia ve-
niſſent,quæ poſterius latiuſque conſcripſit,
vidi quemadmodum potuerit etiã illic gra-
tiam nominare , ſub ambigua generalitate
quid ſentiret abſcondens, gratiæ tamen uo-
cabulo frangẽs inuidiam offenſionemq; de
clinans, Nã in ipſius principio vbi ait, Pro-
poſito inſudem⁹ operi, nec mediocritati dif
fidamus ingenii,qđ credamus fide matris &
merito virginis adiuuari,gratiam qua adiu-
uamur ad aliquid agendum mihi viſus fue-
rat confiteri, nec attenderem hanc eum po-
nere potuiſſe in ſola reuelatione doctrinæ.
Itẽ in eodẽ oꝑe alio loco, Qđ ſi etiam ſine
deo, inq̃t, homines oñdũt, quales a deo fa-
cti ſunt,vide q̃d Chr̃iani facere p̃nt, quorũ
in me-

L in melius per Christum instaurata natura
est, & qui diuinæ quoq; gratiæ iuuantur au
xilio? Naturam in melius instauratã, remis-
sionẽ vult intelligi peccatorũ. Quod alio lo
co in hoc ipso libro satis demonstrauit, vbi
ait, Etiã illi qui longo peccandi vsu quodã-
modo obduruere, instaurari per pniam pñt,
Auxilium vero diuinæ grãæ potest & hic po
nere in reuelatione doctrinæ. Item alibi in

Cap. 38.

eadẽ Epistola, Nã & si ante legem, inquit, vt
diximus, ac multo ante dñi nři & saluatoris
aduentũ, iuste quidam & sancte vixisse refe
runt, quanto magis post illustrationẽ aduen
tus eius instauratos id posse credendum est,
nos q per Xpi grãm & in meliorem hoĩem
renati sumus, qui sanguine eius expiati atq;
mundati, ipsiusq; exẽplo ad pfectionem in-
citati iustitiæ, meliores illis esse debemus, q
ante legẽ fuere. Videte quemadmodũ & hic
alijs quidem verbis, sed tñ in remissione pec-
catorum, & in exemplo Xpi, adiutoriũ grãæ
constituerit. Deinde subiungit & dicit, Me-
liores ẽt q̃ fuere sub lege, dicente Apostolo,

Rom 6.

Peccatũ vobis non dñabitur, Non.n. sub le-
ge estis, sed sub grã? Et qm̃ hinc, inqt, suffi-
cienter, vt puto diximus, nũc perfectã insti-
tuamus virginem, q̃ ex vtroq; sp accensa, &
naturæ simul & grãæ bonũ, morũ sanctitate
testet. Et in his verbis debetis aduertere, iõ
illum qđ dicebat, sic voluisse cõcludere, vt
naturæ bonũ intelligamus, qđ cum creare-
mur accepimus, grãæ ãt, cum Xpi imitamur
exemplũ, tanq̃ ideo peccatũ non indultum
fuerit eis q sub lege fuerũt vel sunt, qa exẽ-
plũ Xpi siue non habuerunt siue nõ credũt.

Cap. 39.

Hoc aũt ipsum sapere & alia eius verba
M ostẽdunt, non in hoc libro, sed in tertio pro
libero arbitrio, vbi ad eũ loquens cõtra quẽ
disputat, qm̃ ille posuerat verba Apostoli di
centis, Non qđ volo ago: Et, video aliã legẽ
in membris meis repugnantem legi mentis
meæ, &c. quæ ibi dñr, iste rñdet atq; ait, Hoc

Rom. 7.

enim qđ tu de Apostolo intelligere cupis,
oẽs ecclesiastici viri in peccatoris & sub le-
ge adhuc positi asserunt eũ dixisse psona, q
nimia vitiorũ consuetudine velut quadam
teneretur necessitate peccandi, & q̃uis bo-
num appeteret voluntate, usu tñ præcipita-
retur in malum. In psona aũt, inquit, hoĩs
vnius, designat populũ sub vetere adhuc le
ge peccantem, quem ab hoc consuetudinis
malo dicit liberandũ esse per Xpm, qui cre- A
dentibus sibi primo oĩa per baptismũ pecca
ta dimittit, deinde imitatione sui ad pfectã
incitat sanctitatẽ, & uitiorũ consuetudinem
virtutũ uincit exemplo. Ecce quõ vult in-
telligi, adiuuari eos qui sub lege peccant, ut
per grãm Xpi iustificati liberentur, tanq̃ eis
non sufficiat sola lex pp nimiam peccandi
consuetudinẽ, nisi Xpi accedat nõ inspirato
charitatis per spm̃ sanctũ, sed intuendum &
imitandũ in doctrina euãgelica virtutis eius
exemplũ. Et certe maxime hic erat cã expri-
mendi, quã diceret grãm, vbi locũ ipsum de
quo rñdetur, sic conclusit Apost. vt diceret,
Infelix ego hõ, qs me liberabit de corpore
mortis huius? Grã dei p Iesum Xpm dñm
nřm. Hanc iste cũ constituat, nõ in uirtutis
eius auxilio, sed imitationis exẽplo, qd am-
plius de illo sperare debemus, ubicunq; grę
nomen sub ambigua gñalitate cõmemorat?

Cap.

Itẽ in eodẽ lib. ad virginẽ sacrã, vnde iam
ẽt supra differuimus, ubi ait, Subditi simus
deo eiusq; faciẽdo uoluntatẽ, diuinã merea-
mur grãm, & facilius nequã spũi spũssancti
auxilio resistamus. In qbus eius uerbis certe
manifestũ est, ita eũ uelle nos adiuuari grã
spũssancti, non qa sine illo ẽt p solã naturę
possibilitatẽ nõ possumus resistere tẽtatori,
sed ut facilius resistamus. Qđ tñ qualecunq;
& quantulũcunq; adiutoriũ, eũ credibile est
in hoc constituere, q nobis addit scĩa, reue
lante spũ per doctrinã, quã vel non possu-
mus vel difficile hře possumus p naturam.

Cap. B

Ista sunt quæ in libro quẽ scripsit ad uir-
ginem Xpi, aduertere potui, ubi uř gratiam
confiteri, quæ profecto qualia sint utiq; cer
nitis. Legant, inquit, ẽt recens meũ opuscu-
lum, qđ pro libero nuper arbitrio ędere cõ
pulsi sumus, & agnoscent quã iniq; nos ne-
gatione grãæ infamare gestierint, qui per to-
tũ pene ipsius textũ operis perfecte atq; in-
tegre & liberũ arbitriũ cõfitemur & grãm.
Quatuor sunt libri operis huius & hos legi,
& ex illis sumpsi, q̃ tractanda & discutien-
da proposui, & vt potui pertractaui, anteq̃
ad eius has literas, quæ Romam missæ sunt,
veniremus. Sed in istis ẽt quatuor libris, quę
cunque pro gratia vř dicere, qua iuuamur,
vt declinemus a malo bonumq; faciamus,

ita dicit,vt nullo mõ a uerborũ ambiguitate discedat,q̃ discipulis sic posit exponere, vt nullũ auxiliũ gratiæ credãt, qua naturæ posibilitas adiuuet,nisi in lege atq; doctrina,ita vt ipsas quoq; orones, vt in scriptis suis apertisime affirmat,ad nihil aliud adhibẽdas opinet,nisi vt nobis doctrina ẽt diuina reuelatione aperiatur, non vt adiuuetur

C

mẽs hoĩs,vt id qđ faciendũ esse didicerit,ẽt dilectione & actione ꝑficiat. Ab illo.n.suo manifestisimo dogmate non recedit oĩno, vbi tria illa cõstituit,posibilitatẽ, volũtatẽ, actionẽ,& solã posibilitatẽ dicit diuino ſꝑ adiuuari auxilio,voluntatẽ aũt & actionẽ, nullo dei adiutorio existimat indigere. Ipm vero auxiliũ quo posibilitatẽ naturalẽ perhibet adiuuari,in lege cõstituit atq; doctrina,q̃ nobis fatet ẽt sancto spũ reuelari,ꝑꝑ qđ & adorandũ esse cõcedit. Sed hoc adiutoriũ legis atq; doctrinæ ẽt Propheticis fuisse tꝑib.adiutoriũ aũt gratiæ,q̃ ꝓprie gratia nuncupatur,in Christi esse arbitraẽ exẽplo. Qđ nihilominus ad doctrinã pertinere perspicitis,q̃ nobis Euãgelica p̃dicatur,vt videlicet tanq̃ via demõstrata qua ambulare debeamus,iam virib.liberi arbitrij, adiutorio nullo alterius indigẽtes, sufficiamus nobis, ne deficiamus in via, q̃uis & ipsam uiã cõtẽdat ẽt sola inueniri posse natura,sed facilius si adiuuet gratia. Hæc ergo ꝓ meo captu intelligere potui in Pelagij scriptis qñ nominauit gratiã.

Cap. 2. Romo.

Videtis aũt qđ q̃ ista sentiunt, ignorãtes dei iustitiã,suã volũt cõstituere,& lõge ab illa sunt,q̃ nobis ex deo ẽ, nõ ex nobis,q̃ in scripturis ẽt sanctis maxime canonicis aduertere atq; agnoscere debuerunt.Sed qa eas ẽm suũ sensum legunt, profecto in illis nec aperte cõtuẽtur. Vtinã ergo saltẽ in catholicorũ virorũ scriptis, a quib. eas recte intellectas esse nõ dubitant,

D

quid sit de adiutorio diuinæ gratiæ sentiẽdum non negligenter attenderent, nec suæ snĩæ amore nimio præterirent.Nam iste ipse Pelagius in illo ipso recẽti opusculo suo, cuius se cõmemoratione defendit,i. in tertio lib.pro libero arbitrio S.Ambro. quemadmodũ laudet,accipite.

Cap. 3.

B.inquit, Ambro. Eps, in cuius præcipue libris Roma. elucet fides,q̃ scriptorũ inter Latinos flos quidam speciosus enituit,cuius fidẽ & purisimũ in scripturis sensum,ne inimicus quidẽ ausus est reprehendere.Ecce qualib.& quãtis prędicat laudib.quemlibet sanctũ & doctũ virũ,nequaquam tñ authoritati scripturæ canonicæ comparãdum. Quem ꝑꝑea sic iste commendat, quia vr̃ sibi in quodã loco librorũ eius eo teste vti, quo probet hominẽ posse esse sine peccato.

E

Vnde nunc non agitur,sed agitur de auxilio gratiæ,quo ad non peccandum adiuuamur iusteq; viuendum.

Cap. 44. Ambro. super. Lucam. l.2. c.12

Audiat ergo illũ venerabilẽ antistitẽ dicentẽ & docentẽ in 2.lib.expositionis Euãgelij ẽm Lucã cooperari dñm ẽt voluntatibus nostris. Vides vtique,inquit,quia vbiq; dñi virtus studiis cooperatur humanis, ut nemo posit ædificare sine dño,nemo custodire sine dño, nemo quicquã incipere sine dño,Et iõ iuxta Apostolum,Siue manducatis,siue bibitis,omnia in dei gloriam facite.

1.Co.10

Videtis quemadmodum S. Ambros. etiam illud quod solent hoĩes dicere, nos incipimus,& deus perficit,his verbis abstulit dicens,neminem quicquam vel incipere sine deo. Item in 6.lib.eiusdem operis, cum de duobus illis fœneratoris vnius debitoribus ageret,Secundũ hominem,inquit,plus fortasse offendit,qui plus debuerat,sed per misericordiam dñi cã mutatur ut amplius diligat,qui amplius debuit,si tñ gratiã consequatur.

Ambros. super Lucam. l.6.c. 31.

Ecce apertisime prædicat catholic⁹ doctor ẽt ipsam dilectionẽ, qua quisq; amplius diligit, ad beneficiũ gratiæ pertinere.

Cap. 45.

Ipsam deniq; pœnitentiam,quã proculdubio voluntas agit,dñi misericordia & adiutorio fieri ut agatur, in decimo eiusdem operis libro B.dicit Ambrosius ita loquens, Bonæ lachrymæ quæ culpam lauant. Denique quos Iesus respicit plorãt delictum. Negauit primo Petrus & non fleuit, quia non respexerat dñs, negauit secundo & nõ fleuit,quia adhuc non respexerat dominus: negauit & tertio,respexit Iesus,& ille amarisime fleuit.

Ambros. super Lucam. libr. 10. cap. 96. Mat. 29.

F

Legant isti Euãgelium,& uideant dominum Iesum tunc intus fuisse, cum a sacerdotum principibus audiretur, Apostolum uero Petrum foris & deorsum in atrio cum seruis ad focum tunc sedentem,nunc stantem, sicut ueracisima & cõcordisima euangelistarũ narratione monstratur. Vnde non potest dici,ꝙ corporalibus

bus oculis eũ dñs visibiliter admonendo respexit. Et iõ qđ ibi scriptũ est, Respexit eũ dñs: intus actũ est, in mente actũ est, in voluntate actum est. Misericordia dñs latenter subuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit, interiore gratia visitauit Petrum, interioris hoĩs vsq; ad exteriores lachrymas mouit & produxit affectũ. Ecce queadmodũ deus ad iuuãdo adest volũtatib. & actionib. nostris. Ecce queadmodũ & velle & operari operatr in nobis. Item in eodẽ lib. idem S. Ambro. Nam si Petrus, inquit, lapsus est, qui dixit, & si alij scandalizati fuerint, ego non scãdalizabor: quis alius iure de se præsumat? Deniq; Dauid, qa dixerat, ego dixi in mea abũdantia non mouebor in æternũ: suã sibi iactantiã obfuisse ꝓfiteť dicẽs, Auertisti faciẽ tuã, & factus sum cõturbatꝰ. Audiat iste tñ virũ docentẽ, imitetur credentẽ, cuius fidẽ doctrinãq; laudauit. Audiat humiliter, imitetur fideliter, nõ de se ꝑtinaciter pręsumat ne pereat. Quid in eo pelago vult mergi Pelagius, vnde ꝑ petram liberatus est Petrus?

G — *Vbi sup.* — *Psal. 29.*

Cap. 46. Audiat eundẽ antistitẽ dei in 6. lib. eiusdẽ operis dicentẽ, Cur aũt nõ receperint eum, euãgelista ipse memorauit dicens, qa facies eius erat euntis in Hieru. discipuli aũt recipi intra Samariã gestiebant. Sed deus quos dignatur vocat, & quẽ vult religiosum facit. O sensum hominis dei, ex ipso haustũ fonte gratiæ dei. Deus, inqt, quos dignatur vocat, & quẽ vult religiosum facit. Videte si non propheticũ illud est, Miserebor cuius misertus ero, & misericordiã præstabo, cui misericors fuero. Et illud Apostolicũ, Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Quia vt dicit ẽt nostrorum tꝑum homo, eius quẽ dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. Nunquid aliquis dicere audebit, nõdum esse religiosum, qui currit ad deum, ab eo se regi cupit, & volũtatẽ suam ex eius voluntate suspendit, & q ei adhærẽdo iugiter, vnus ẽm Apost. cum eo fit spũs? At hoc totũ tam magnũ religiosi hoĩs opus, Pelagius non dicit effici, nisi arbitrij libertate. Contra aũt B. Ambro. ipsius tã excellẽter ore laudatus, dñs deus inquit, quẽ dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. Ergo vt currat ad dñm, & ab eo se regi cupiat, suamq; voluntatẽ ex eius voluntate suspẽdat, eiq; adhærẽdo iugiter, vnus ẽm Apost. cũ eo fiat spũs, Deus quẽ vult religiosum facit. Et hoc totũ hõ nisi religiosus non facit. Quaꝑꝑ nisi a deo fiat vt hoc faciat, qs hoc facit? Sed quia ista qõ, vbi de arbitrio volũtatis & dei gr̃a disputatur, ita est ad discernendũ difficilis, ut qñ defenditur liberũ arbitriũ, negari dei gratia videatur, qñ aũt asseritur dei gratia, liberũ arbitriũ putetur auferri, põt Pelagius ita se latebris obscuritatis inuoluere, vt ẽt ijs q a S. Ambro. conscripta posuimus cõsentire se dicat, & ea se quoque sentire proclamet sꝑq; sensisse, atq; ita singula conetur exponere, vt etiã eius sñiæ conuenire credantur. Quaꝑꝑ quantum attinet ad istã, de diuina gratia & adiutorio qõnẽ, tria ista quæ apertissime distinxit attendite, posse, uelle, esse, i. possibilitatẽ, uoluntatẽ, actionẽ. Si ergo consenserit nobis non solam possibilitatẽ in homine, etiam si nec velit, nec agat bene, sed ipsam quoq; uolũtatem & actionem. i. ut bene uelimus, & bene agamus, quæ nõ sunt in homine, nisi qñ bene vult & bene agit, Si vt dixi, consenserit ẽt ipsam uoluntatem & actionem diuinitus adiuuari, ut sine illo adiutorio nihil bene uelimus & agamus, eamq; esse gratiã dei per Iesum Christum dñm nr̃um, in qua nos sua, non nostra iustitia iustos facit, ut ea sit vera nostra iustitia, quæ nobis ab illo est nihil de adiutorio gratiæ dei, quantum arbitror, inter nos controuersiæ relinquetur.

Lucæ 9. — *Exod. 33* — *Roma. 9.* — H — *1. Cor. 6.* — *Cap. 47.* — I

Illud autem propter quod sic laudauit S. Ambrosium, quia. s. in scriptis eius inuenit ex laudibus Zachariæ & Helizabet, posse hominẽ in hac uita esse sine peccato. Quãquam negandum non sit, si hoc uelit Deus, apud quem sunt omnia possibilia, consideret tñ diligentius quemadmodum dictum sit. Dictum enim est quãtum mihi uidetur, ẽm quandam inter homines conuersationem probabilem atque laudabilem, quam nullus hominũ iuste posset in accusationis & criminationis querelam vocare, Quam propterea in Dei conspectu Zacharias & eius uxor habuisse referuntur, quia in ea homines nulla dissimulatione fallebant, sed ut apparebant hominibus, ita noti erãt oculis Dei. Non aũt dictum est, hoc ẽm illam perfectionẽ iustitiæ, in qua uere atq; omnino immacu-

ἀμέμπτω quid. tur. — *Cap.* — K

immaculari ꝑfectiq; viuemus: nam & Apostolus Paulus dixit, ſm iuſtitiam, q̃ ex lege ẽ ſe fuiſſe ſine q̃rela in qua lege ẽt Zacharias ſine q̃rela cõuerſabatur. Sed hanc Apoſtolus iuſtitiã in ſtercoribus & detrimentis deputauit, in cõparatione iuſtitiæ q̃ ſperamus, & quã nunc eſurire ac ſitire debemus, vt ea qñque ſaturemur in ſpecie, q̃ nunc eſt in fide, quandiu iuſtus ex fide viuit. Audiat deniq; ipſum venerabilẽ antiſtitẽ, cũ exponeret Eſaiã Prophetã dicentẽ, neminẽ in hoc mundo eſſe poſſe ſine pc̃tõ, vbi nemo põt dicere, in hoc mundo eum dixiſſe, velut in dilectione huius mũdi. De Apoſtolo etenim loquebat̃, q̄ dicit, Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Hũc ergo ſenſum memoratus, Eṗs explicãs, Perfectos, inquit, ſecũ multos, ait Apoſtolus, in hoc adhuc mundo ſitos, q̄ ſi ad ꝑfectionem verã reſpicias, ꝑfecti eſſe nõ poterant. Quia ipſe dixit, Videmus nũc ꝑ ſpeculũ in ænigmate, tũc aũt facie ad faciẽ. Nunc cognoſco ex parte, tũc aũt cognoſcã ſicut & cognitus ſũ. Ita & immaculati ſunt in hoc mũdo, & immaculati erunt in regno dei, cum vtiq; ſi minutius excutias, immaculatus eſſe nemo poſſit, q̄a nemo ſine peccato. Illud ergo ſancti Ambroſij teſtimoniũ, quo ꝓ ſua ſñia Pelagius utit̃, aut ſm quẽdam modũ dictũ eſt, probabilẽ quidẽ, ſed nõ minutius excuſſũ, aut certe ſi ille vir ſanctus atq; humilis Zachariã & Helizabet ſummæ atq; omnino ꝑfectæ iuſtitiæ, cui nihil addi iã poſſet, fuiſſe exiſtimauit, ꝓfecto ſñiam ſuã minutius excutiendo correxit. Attẽdat ſane iſte in eodẽ ipſo loco vñ hoc Ambroſianũ teſtimoniũ, qđ ei placebat, aſſumpſit, ẽt illud eũ dixiſſe, qđ ab initio eſſe immaculatũ humanæ impoſſibile ſit naturæ, vbi oĩno illã naturalem poſſibilitatẽ, q̄ Pelagius nõ vult fideliter reſpicere, pc̃tõ eẽ vitiatã, & iõ iactãter extollit eneruẽ, infirmãq; teſtat̃ venerandus Ambroſius, ꝓculdubio ↄ̃ iſtius voluntatẽ, ſed ñ cõtra Apoſtolicã veritatẽ, vbi legit̃, Fuimus & nos aliqñ natura filij iræ ſicut & cęteri. Ipſa ẽ.n. ꝑ pc̃tm̃ primi hominis, qđ ex libero eius venit arbitrio, vitiata & dãnata natura. Cui ſola ꝑ mediatorẽ dei & hominũ & omnipotentẽ medicũ diuina ſubuenit gr̃a, de cui⁹ adiutorio ad iuſtificationẽ noſtrã, quo deus diligentib. eũ oĩa cooperat̃ in bonum, quos prior dilexit donans eis vt diligeret̃ ab eis, q̄a iã diu eſt vt differimus, deinceps incipiamus, quantũ dñs adiuuerit ẽt de pc̃tõ, ꝙ ꝑ vnũ hominẽ, cũ morte intrauit in mũdũ, atq; ita in oẽs homines ꝑtranſijt, aduerſus iſtos, qui in errorẽ huic ↄ̃riũ veritati, aptius eruperũt, q̃ ſatis eſſe videbuntur exprimere.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPICOPI, contra Pelagium & Celeſtium de peccato originali. Liber Secundus.

Cap. I.

IAm nunc diligenter aduertite de baptiſmate paruulorum, quam caute debeatis audire homines eiuſmodi, qui neque aperte illi ætati lauacrum regenerationis, & peccatorum remiſſionis, audẽt negare, ne hoc Chriſtianæ aures ferre non poſſint, & tamen opinionem ſuam, qua putant peccato primi hominis carnalem generationem obnoxiã nõ teneri, tueri & defenſare perſiſtunt, quãuis eis baptiſmum videantur in remiſſionem peccatorum concedere. Nempe voſipſi a Pelagio præſente ſcripſiſtis audiſſe recitare vobis de libello ſuo, quem ẽt Romã ſe miſiſſe aſſerebat, ꝙ ijſdẽ ſacr̃i verbis dicant debere baptizari infantes, quibus & maiores. Quis poſt iſta uerba putaret eis de hac re ullã mouendam eſſe qõnem, aut eis facere? Cui uero calumnioſiſſimi viderent̃, ſi nõ eorũ manifeſta uerba legerentur, ubi negant paruulos trahere originale peccatum omnes, qui ſine ullo uitio natos eſſe contendunt?

Cap. 2.

Et Celeſtius quidem in hoc extitit errore liberior, vſqueadeo, ut neque in Epiſcopali iudicio apud Carthaginẽ damnari uoluerit eos, qui dicunt quòd peccatum Adæ ipſum ſolum læſerit, & non genus humanum, & quòd infantes qui naſcuntur, in eo ſtatu ſint, in quo Adam fuit ante præuaricationem. Et in urbe Roma in libello ſuo, quem beatiſſimo papæ Zoſimo dedit, id aſſeuerauit expreſſius, ꝙ paruulorum neminem obſtringat originale peccatũ. De geſtis enim Eccleſiaſticis Carthaginenſibus hæc eius uerba deſcripſimus.

Aure-

Cap. 3. Aurelius eṗs dixit, Sequentia recitentur.
C Et recitatũ eſt, ꝙ peccatum Adę ipſi ſoli ob-
fuerit, & non generi humano. Et cũ recitatũ
eſſet, Celeſtius dixit, De traduce peccati me
dubiũ eſſe, ita tñ ut cui donauit deus grãm
peritiæ cõſentiam, ꝗa diuerſa ab eis audiui
qui vtiq; in eccleſia catholica cõſtituti ſunt
presbyteri. Paulinus diaconus dixit, Dic no
bis noĩa ipſorum. Celeſtius dixit, Sanctus
presbyter Rufinus Romæ qui manſit cum
S. Pammachio. Ego audiui illum dicentem,
ꝗa tradux peccati nõ ſit. Paulinus diaconus
dixit, Eſt aliꝗs alius? Celeſtius dixit, Audiui
& plures dicere. Paulinus diaconus dixit,
Dic noĩa ipſorum. Celeſtius dixit, Non tibi
ſufficit vnus ſacerdos? Et poſt alio loco, Au-
relius eṗs dixit, Reliqua libelli legantur. Et
recitatũ eſt, infantes qui naſcunt̃, in eo ſtatu
ſint, in quo fuit Adam ante trãſgreſſionem,
vſq; in finẽ libelli minoris ſuperius inſerti.

Cap. 4. Aurelius eṗs dixit, Docuiſti Celeſti ali-
qñ, vt dixit diaconus Paulinus, ꝙ infantes
qui naſcunt̃, in eo ſtatu ſint in quo fuit Adã
ante tranſgreſſionem? Celeſtius dixit, Expo
nat quid dixit ante tranſgreſſionẽ. Paulinus
diaconus dixit, Tu nega hoc te docuiſſe.
Vnum eſt ex duobus aut neget ſe docuiſſe,
aut iam dãnet iſtud. Celeſtius dixit, Iam di-
xi, exponat qũo dixit, ante tranſgreſſionem.
Paulinus diaconus dixit, Nega te illa docuiſ
ſe. Aurelius eṗs dixit, Rogo, ꝗd collegerim
C ego ex hmõi obiectione, dico Adam cõſti-
tutus in paradiſo, quod ante dicatur inex-
terminabilis factus, poſtea per tranſgreſſio-
nem præcepti factus ſit corruptibilis, Hoc
dicis frater Pauline? Paulinus diaconus di-
xit, Hoc dñe. Aurelius eṗs dixit, Status cer-
te infantium hodie baptizandorum, vtrum
talis ſit qualis fuit ante tranſgreſſionẽ Adæ,
an certe de eadẽ origine peccati, de qua na-
ſcitur trãſgreſſionis culpã trahat: Hoc vult
diaconus Paulinus audire. Paulinus diaco-
nus dixit, Vtrum docuit hoc, an non: neget.
Celeſtius dixit, Iam de traduce peccati dixi,
quia intra catholicam cõſtitutos plures au-
diui deſtruere, nec nõ & alios arguere, licet
quæſtionis res ſit iſta, non hæreſis, infantes
ſemꝑ dixi egere baptiſmo, ac debere bapti-
zari. Quid quęrit aliud? Nempe cernitis ſic
Celeſtium conceſſiſſe paruulis baptiſmum,
vt in eos tranſire primi hoĩs peccatum, qđ
lauacro regenerationis abluit̃, noluerit con- E
fiteri, q̃uis & negare nõ auſus ſit. Et ꝓꝑ hãc
dubitationẽ ſuã non damnauerit eos ꝗ dñt,
ꝙ pctm̃ Adæ ipſum ſolũ læſerit, & nõ genꝰ
humanũ, & ꝙ infantes ꝗ naſcunt̃, in quo
eo ſtatu ſint in Adã fuit ante ꝑuaricationẽ.

In libello aũt quem Romæ ædidit, ꝗ ge-
ſtis ibi eccleſiaſticis allegatus eſt, ita de hac
re loquit̃, vt hoc ſe credere oñdat, unde hic
dubitare ſe dixerat. Nã uerba eius iſta ſunt,
Infantes aũt, inquit debere baptizari in re-
miſſionem peccatorũ ſc̃m regulam uniuer-
ſalis eccleſiæ & ſecũdum Euangelij ſñiam
confitemur, quia dñs ſtatuit regnũ cęlorum
non niſi baptizatis poſſe conferri, quod ꝗa
uires naturæ non habent, conferre neceſſe
eſt per gratiæ libertatem. Si nihil de hac re
deinceps diceret, ꝗs non eum crederet cõfi-
teri, ét infantibus in baptiſmo originali pec
cata dimitti, dicẽdo eos in remiſſionem pec
catorum baptizari oportere? Hinc ergo eſt
& illud quod ſcripſiſtis, ſic uobis rñdiſſe Pe
lagium, quod eiſdem ꝗbus & maiores ſacr̃i
verbis baptizantur infantes, voſque lætatos
fuiſſe, id qđ cupiebatis audiſſe, & tñ adhuc
de uerbis eius nos maluiſſe cõſulere. Atten- Cap.
dite itaq; quod Celeſtius apertiſſime dixe-
rit, & ibi uidebitis ꝗd uobis Pelagius occul
tauerit, Celeſtius quippe adiungit & dicit,
In remiſſionem aũt peccatorũ baptizandos
infantes non iccirco diximus, ut peccatum
ex traduce firmare uideamur, quod longe a
catholico ſenſu alienũ eſt, ꝗa peccatum nõ F
cum hoĩe naſcit̃, quod poſtmodum exercet̃
ab hoĩe, ꝗa non naturæ delictum, ſed uolun
tatis eſſe demonſtrat̃. Et illud ergo confiteri
cõgruum, ne diuerſa baptiſmatis genera fa
cere uideamur, & hoc præmunire neceſſa-
rium, ne ꝑ myſterij occaſionem, ad creato-
ris iniuriam malum anteq̃ fiat ab hoĩe, tradi
dicat̃ homini per naturã. Hunc ſenſum ſuũ
uobis aperire Pelagius, uel timuit, vel eru-
buit, quẽ diſcipulus eius palam ſine vllius
obſcuritatis ambagibus apud ſedem apoſto
licam profiteri non timuit, nec erubuit. Sed
multũ miſericors memoriæ ſedis antiſtes,
vbi eũ vidit ferri tanta ꝑſumptione ꝑcipitẽ,
tanq̃ furentẽ, donec ſi poſſet fieri, reſipiſce-
ret, maluit eũ ſenſim ſuis interrogationib.
& il-

& illius rñſionibus colligare, q̃ diſtrictam ferendo ſnĩam in illud abruptum, quo iam pendere videbatur, impellere. Ideo aũt non dixi aperte ceciderat, ſed propendere videbat̃, quia ſuperius in eodem lib. ſuo de hmõi quæſtionibus locuturus ante prædixerat, Si forte vt hoĩbus quiſpiam ignorantiæ error obrepſerit, noſtra ſententia corrigatur.

Cap. G

Hanc eius prælocutionẽ uenerabilis Papa Zoſimus tenens, egit cum hoĩe, quẽ falſæ doctrinæ ventus inflauerat, ut ea q̃ illi a diacono Paulino fuerant obiecta dãnaret, atq; vt ſedis Apoſtolicæ literis, quæ a ſanctę memoriæ ſuo prædeceſſore manauerãt, p̃beret aſſenſum. At ille noluit quidẽ diaconi obiecta damnare, ſed b. Papæ Innocentii literis nõ eſt auſus obſiſtere, immo ſe oĩa, q̃ ſedes illa damnaret, dãnaturum ſe eſſe promiſit, atque ita uelut phreneticus, ut requieſceret tanq̃ leniter fotus, a uinculis tñ excommunicationis nõdum eſt creditus eſſe ſoluendus. Sed interpoſito duorum menſium tp̃e donec reſcriberetur ex Aphrica, reſipiſcẽdi ei locus ſub quadã medicinali ſnĩæ lenitate conceſſus eſt. Qm̃ re uera ſi depoſita peruicaciæ vanitate, q̃d promiſerat vellet attendere, & eaſdem literas, q̃bus ſe cõſenſurum eſſe rñderat, diligẽter legeret, ſanaretur. Sed poſtea quam ex Aphricano ep̃orum cõcilio reſcripta directa ſunt, q̃d fuerit cõſecutum, vt iuſtiſſime in eum ſententia proferretur, cuncta legite, quia cuncta tranſmiſimus.

Cap. H

Vnde ẽt Pelagius ſi ſeipſum & ſua ſcripta ſine dolo cogitat, non recte dicit eadem ſnĩa ſe nõ debuiſſe teneri, Fefellit. n. iudiciũ Paleſtinum, p̃p̃ea ibi ur̃ eſſe purgatus, Romanã uero eccleſiam, vbi eũ eſſe notiſſimũ ſcitis, fallere vſquequaq; non potuit, q̃uis & hoc fuerit vtrunq; conatus, ſed ut dixi, minime valuit. Recoluit. n. beatiſſimus papa Zoſimus, q̃d imitandus pręceſſor eius de ipſis ſenſerit geſtis. Attendit ẽt quid de illo ſentiret prædicanda in dño Romanorum fides, quorum aduerſus eius errorem pro veritate catholica, ſtudia cõſonantia concorditer flagrare cernebat, Inter quos ille diu vixerat, & quos eius dogmata latere nõ poterãt, Qui Celeſtiũ eius eſſe diſcipulũ ſic nouerant, ut fideliſſimũ, & firmiſſimũ poſſent de hac re teſtimoniũ perhibere. Quid ergo de Palęſtinæ ſynodi geſtis, q̃bus ſe Pelagius abſolutũ eſſe gloriatur, ſanctus papa Innocentius iudicauerit, q̃uis & in literis eius, quas nobis reſcripſit, legere poſſitis, & cõmemoratum eũ venerabili papæ Zoſimo ſynodus Aphricana rñdit, quod ueſtræ charitati cũ cęteris inſtructionibus miſimus, tamen nec in hoc opere prætereundum uidetur.

Cap. 9. I

Cum. n. nos in epiſtola, quam ei quinq; ep̃i ſcripſimus, eorumdem geſtorũ Palæſtinorum quorũ ad nos iam fama peruenerat, commemorationem feciſſemus, dicentes in Oriente, vbi degit, geſta eccleſiaſtica facta eſſe: q̃bus putatur eſſe purgatus, atq; ad hoc inter cætera ille reſcriberet, Cum ſint, inq̃t, aliqua in ipſis poſita geſtis, quæ obiecta, partim ille uitando ſuppreſſit, partim multa in ſe verba retorquendo tota obſcuritate cõfudit, aliqua magis falſa, quam vera ratione, vt ad tp̃s poterat uideri purgauit, negãdo alia, alia falſa interpretatione vertendo. Sed utinam, quod optandũ magis eſt, iam ſe ille ad verã catholicæ fidei viam ab illo ſuo errore cõuertat, & cupiat velitq; purgari, conſiderans quotidianam dei gr̃am, adiutoriumq; cognoſcens, ut uideatur vere & approbetur ab oĩbus, manifeſta rõne correctus, non geſtorum iudicio, ſed ad catholicã fidem corde conuerſo. Vnde non poſſumus illorum, nec approbare, nec culpare iudicium, cum neſciamus vtrum ſint geſta, aut ſi uera ſint, cõſtet magis ſubterfugiſſe, quã ſe tota veritate purgaſſe. Videtis certe in his uerbis, quemadmodũ papa beatiſſimus Innoc. non tanq̃ de incognito loqui videatur. Videtis qualẽ tulerit de illius purgatione ſnĩam. Videtis q̃d ſucceſſor eius S. Papa Zoſimus recolere debuerit, ſicut recoluit, ut in eo ſui p̃ceſſoris iudiciũ, remota cũctatiõe firmaret.

Cap. 10. K

Iam nunc diligẽter attendite, unde monſtretur ꝙ Palæſtinos Pelagius fefellerit iudices. Vt alia taceã, in hac ipſa qõne de baptiſmate paruulorũ, ne forte cuipiã in eo ꝙ diximus, eũ ſenſum, in quo liberior Celeſtius fuit, nobis occultaſſe Pelagiũ, cũ & ipſe nõ aliter ſentiat, calumniari potius uel ſuſpicari, quam certum aliq̃d cõprehendiſſe uideamur. Nẽpe iam ſuperius ſatis claruit, p̃p̃ea Celeſtiũ uoluiſſe dãnare, ꝙ dicit Adæ pc̃tm̃ ipſi ſoli obfuiſſe, nõ generi humano, & in-

L fantes qui nascuntur in eo statu esse, in quo Adã fuit ante prçuaricationẽ, q̃a uidebat si ista dãnaret, confirmare se in infantibus peccati ex Adã transitũ. Hæc ãt cũ fuissent obiecta Pelagio, ꝙ ea cum Celestio ẽt ipse sentiret, siue ulla retractatione dãnauit. Qđ licet vos legisse sciam, tñ q̃a non solis vobis hoc scribit, ne pigeat lectorem ad ipsa gesta recurrere, vel si ea non habet, etiam cum labore perquirere, ipsa inde verba transcribimus, quæ infra scripta sunt.

Q̃uo cõuĩctus sit Pelagius *Cap.* 11.

Synodus dixit, Nunc qm̃ anathematizauerit Pelagius incertũ multiloquium, recte rñdemus, hoĩem cum adiutorio dei & gr̃a posse esse, ἀναμάρτητον, i. sine pc̃tõ, rñdeat & ad alia capitula. Aliud capitulũ in doctrina Celestij discipuli Pelagij, ex eis quæ Carthagine à S. Aurelio Carthaginẽsi ep̃o cum alijs ep̃is audita sunt & cõmemorata: Adam mortalem factũ, q̃ siue peccaret, siue nõ peccaret, moriturus esset. Qm̃ pc̃tm̃ Adę ipsum solũ lęserit, & non genus humanũ. Qm̃ lex sic mittat ad regnũ, quemadmodũ & euangeliũ. Qm̃ ante aduẽtum Xp̃i fuerint hoĩes sine peccato. Qm̃ infantes nuper nati in eo statu sint, in quo Adã fuit ante prçuaricationem. Qm̃ neq; per mortẽ vel præuaricationem Adæ oẽ genus humanũ resurgat. Qm̃ S. Ep̃s Augustinus aduersus discipulos eius in Sicilia rñdit Hilario ad subiecta capitula, scribens librum in quo ista continent̃, Posse hoĩem sine peccato esse, si velit: Infantes, & si non baptizent̃, hr̃e vitam æternam: Diuites baptizatos nisi oĩbus abrenũcient, si q̃d boni nisi fuerint facere, non reputari illis,

M neq; regnũ dei posse hr̃e. Pelagius dixit, De posse quidem hoĩem sine peccato esse, dictũ est superius. De eo aũt quod fuerint homines ante aduentũ dñi sine peccato, dicimus & nos, qm̃ ante aduentum Christi vixerunt quidam sancte & iuste, ẽm scripturarũ sanctarum traditionem. Reliqua vero & ẽm ipsorum testimonium, quia ista non sunt pro quibus ego satisfacere debeam, sed tñ ad satisfactionem sanctæ synodi, anathematizo eos, qui sic tenent, aut aliquando tenuerunt.

Cap. 12.

Ecce vt alia omittam, videtis anathematizasse Pelagium eos, qui tenent ꝙ Adæ peccatum ipsum solũ læserit & non genus humanũ, & ꝙ infantes qui nascunt̃ in eo statu sint in quo Adam fuit ante præuaricationẽ.

A Quid ergo hic aliud ep̃i iudices intelligere potuerũt, nisi eũ confiteri ꝙ pc̃m̃ ex Adam in paruulos transeat? Quod ne confiteretur Celestius, hæc damnare noluit, q̃ iste damnauit. Proinde si ostendero, ẽt ipsum nihil aliud sentire de paruulis, nisi ꝙ sine ulla cuiusquam vitij contagione nascunt̃ q̃d inter istum & Celestiũ in hac q̃õne distabit, nisi ꝙ ille apertior, iste occultior fuit, ille pertinacior, iste mendacior: vel certe ille liberior hic astutior? Ille.n. nec in ecclesia Carthaginensi damnare voluit, quod in Romana postea se tenere confessus est, & corrigi paratũ se esse professus est, si ei tanq̃ homini error obrepsit. Iste autẽ & illud dogma damnauit tanq̃ contrarium veritati, ne ipse a catholicis iudicib. damnaretur, & id sibi defendendum postea reseruauit, aut mendaciter damnans, aut calide interpretans.

Cap. 14.

Sed video de me iam iustissime postulari, vt ꝙ promisi, vtrũ & ipse hoc sentiat qđ Celestius, demonstrare non differã. In 1. lib. recẽtioris oꝑis sui, qđ scripsit ꝓ libero arbitrio, cuius oꝑis in literis quas Romã misit, cõmemorationem fecit, Oẽ, inquit, bonum ac malũ, quo uel laudabiles vel vituperabiles sumus, non nobiscum orit̃, sed agit̃ a nobis: capaces.n. vtriusq; rei non pleni nascimur, & vt sine uirtute, ita & sine uitio procreamur. Atq; ante actionẽ propriæ voluntatis, id solum in hoĩe est qđ deus condidit. Nempe cernitis in his Pelagij uerbis, quod dogma contineatur amborum de paruulis sine ullius vitij ex Adã contagione nascentibus. Non itaq; mirũ est, ꝙ eos qui dñt Adę

B pc̃m̃ ipsi soli obfuisse & non generi humano, & infantes qui nascunt̃, in eo statu esse in quo fuit Adã ante præuaricationem, Celestius damnare noluit, sed multum mirum est, qua fronte Pelagius ista dãnauerit. Si.n. sicut dicit malũ non nobiscum orit̃, & sine vitio procreamur, atq; ante actionẽ proprię voluntatis id solũ in hoĩe est qđ deus condidit, profecto pc̃m̃ Adę, ipsi soli obfuit, q̃a nullum in prolem transitũ fecit. Non.n. peccatum non est malum, aut pc̃m̃ non est uitium, aut peccatum deus condidit. Dicit autem iste, malũ non nobiscũ oritur, & sine uitio procreamur, & hoc solum est in nascentibus

tibus

tib.quod deus condidit. Ac per hoc cũ peccatũ Adæ ipsi soli obfuisse, nõ generi humano scd̃m istã suam sñiam, verissimũ putet, cur hoc dãnauit Pelagius, nisi vt iudices catholici fallerent? Similiter & illud dici põt, Si malũ nõ nobiscũ oritur, & sine vitio procreamur, idq; solũ est in homine nascẽte, C qđ deus cõdidit, ꝓculdubio qui nascũtur infãtes, in eo statu sunt in quo Adã fuit ante ꝓuaricationẽ, cui nullũ malũ vtrunq; inerat, atq; id solũ in illo erat, qđ deus cõdiderat. Et tñ anathematizauit Pelagius, qui tenẽt aut aliqñ tenuerũt, in eo statu eẽ recẽtes ab ortu paruulos, in quo Adã fuit ante ꝓuaricationẽ, i. sine vllo malo, sine vllo vitio, id solũ habẽtes, qđ deus condidit. Vt quid ergo & hoc dãnauit Pelagius, nisi vt catholica synodus falleret, ne nou⁹ hętic⁹ dãnaret?

Quod aũt, scitis, & qđ in eo ẽt libro posui, quẽ de gestis Palæstinis ad venerabilẽ senẽ nostrũ Aureliũ scripsi, illa ergo rñsione Pelagij totã illã qõnẽ cõsumptã eẽ gaudebã, cõtessusq; mihi apertissime videbat, eẽ in paruulis originalẽ peccatũ, anathema dicendo eis, qui peccato Adæ ipsũ solũ, nõ ẽt genus humanũ crederent læsum, & in eo statu opinarẽtur eẽ paruulos, in quo ille hõ primus ante præuaricationẽ fuit. Sed postea cum legissem quatuor eius libros, de quorũ primo libro paulo ante cõmemorata verba descripsi, & inuenissẽ hominẽ adhuc cõ D tra catholicã fidẽ de paruulis sentiẽtẽ, prius mirari cœpi tã impudẽs in Ecclesiastico iudicio, & de tãta qõne mẽdaciũ. Si.n. eosdẽ libros ante iã scripserat, qũo se dixit eos anathematizare, qui sic aliqñ tenuerũt? Si autẽ postea illud opus pollicitus est, qũo anathematizauit, qui sic tenent? Nisi ridicule forte dicturus est, eos se dãnasse q̃ sic aliqñ tenuerunt & qui sic tenent, de tp̃e aũt futuro, i. eis qui sic fuerant retẽturi, nec sibi, nec aliis preiudicare potuisse, & iõ non fuisse mẽtitũ, q̃a postea deprehensus est sic tenere. Sed non hoc dicit, non solũ quia ridiculum est, sed quia verum esse non põt. In eisdẽ quippe libris, & contra peccati ex Adã in paruulos transitum loquitur, & de gestis Palæstinæ synodi gloriatur, vbi eos qui sic tenent, veraciter damnasse putatus est, & absolutionem suam fallendo furatus est.

ipsa sublimitate conspicuo, præsertim non ociosa dignitate iam fruēti, sed adhuc actib. publicis eisdemq; militaribus occupato, ali q̄d meorū opusculorū legendū nō a me petenti, non tā diligenter q̄ impudēter impingere. Si q̄d ergo tale nunc feci p̄p̄ eas quas cōmemoraui causas, dignanter ignosce, & beneuolū animū ad ea quæ sequunt̄ intēde.

C Ca.3.

Donum dei esse ēt pudicitiam coniugalē beatissimus Paulus ońdit, ubi de hac re loquens ait, Volo aūt oēs hoīes esse sicut meipsum, sed vnusquisq; propriū donū habet a deo, alius quidem sic, alius vero sic. Ecce & hoc donū esse dixit a deo, & si inferius q̄ illa continētia in qua oēs volebat esse sicut seipsum, tñ donū a deo. Vnde intelligimus cum hæc præcipiunt̄ ut fiant, nihil aliud ońdi, q̄ inesse nobis oportere ad hæc accipienda, & habenda, ēt propriā volūtatem. Cū uero dei dona esse monstrantur, a quo petenda sint discitur, si non hñr, & cui sint agendæ grãæ si hñr, nostrasq; voluntates ad hæc expetēda, sumenda, retinenda parū ualere, nisi diuinitus adiuuētur. Quid ergo dicimus, qñ & in quibusdam impijs inuenitur pudicitia côiugalis? vtrū eò peccare dicendi sunt, q̄ dono dei male utantur, non id referentes ad cultū eius a quo acceperūt? an forte nec dona dei putanda sunt ista, qñ hæc infideles agūt, ſm Apostoli sniam dicentis, Oē quod non est ex fide peccatum est? Quis audeat dicere donum dei esse p̄cm̄? Anima.n.& corpus & quæcunq; bona aīæ & corporis naturaliter insita, ēt in peccatoribus dona dei sunt, qñ deus, non ipsa ista fecerunt. De ijs autē quæ faciunt dictum est, Oē quod non est ex fide p̄cm̄ est. Cum igit̄ faciunt hæc hoīes sine fide, quę vīr ad coniugalem pudicitiam pertinere, siue hoībus placere quærētes, vel sibi vel alijs, siue in his reb. quas vitiose concupiscunt, humanas molestias deuitantes, siue dæmonibus seruientes, nō peccata coercentur, sed alijs peccatis alia peccata vinciant̄. Absit ergo pudicū veraciter dici, q̄ non p̄p̄ deum verum, fidem connubij seruat uxori.

1.Cor.7. Rom.4. D Cap.

Copulatio itaq; maris & fęminæ generandi causa, bonū est naturale nuptiarū: sed isto bono male utitur, qui bestialiter utitur, vt sit eius intentio in uoluptate libidinis, nō in voluntate propaginis. Quanq̄ in nonnullis animalibus rōnis expertibus, sicut in plerisq; alitibus, & coniugiorum quasi quædā confęderantia custodit; & socialis nidificandi solertia, vicissimq; ouorū dispertita tp̄a fouendorū, & nutriendorum opera alterna pullorū, magis eas uideri faciūt agere, cum coeunt, negociū substituendi generis, q̄ explendæ libidinis. Quorū duorū illud est in pecore simile hoīs, hoc in hoīe simile pecoris. Verū q̄d dixi ad naturā p̄tinere nuptiarum, ut mas & fęmina generandi societate iungant̄, & ita inuicem non fraudent̄, sicut oīs societas fraudulētiā sociorū naturaliter pati non vult, hoc tam euidēs bonū cū infideles hñt, q̄a infideliter vtuntur, in malum peccatumq; conuertunt. Eo modo ergo & illam concupiscentiā carnis, qua caro concupiscit aduersus spm̄, in usum iustitiæ conuertūt fideliū nuptiæ. Habēt quippe intentionē generandi regenerandos, ut qui ex eis seculi filij nascunt̄, in dei filios renascantur. Quap̄p̄ qui non hac intentione, hac voluntate, hoc fine generāt filios, ut eos ex membris hoīs primi, in membra transferant Xp̄i, sed infideles parentes de infideli prole glorientur, ēt si tanta sit obseruantia, ut ſm matrimoniales tabulas nō nisi liberorum procreandorum cā concūbant, nō est in eis uera pudicitia coniugalis. Cum.n. uirtus sit pudicitia, cui uitiū contrariū est impudicitia, oēsq; uirtutes ēt quæ per corpus operant̄, in aīo habitent, qūo vera rōne pudicum corpus asseritur, qñ a uero deo ipse aīus fornicat̄? Quam fornicationem sanctus ille psal. accusat ubi dicit, Ecce.n. qui longe se faciūt a te peribunt, perdidisti oēm qui fornicatur abs te. Vera igitur pudicitia siue coniugalis, siue vidualis, siue virginalis dicenda nō est, nisi quę verę fidei mancipatur. Cum.n. recto iudicio præferatur nuptiis sacrata uirginitas, quis non sobria mente christianus ēt non uni uiro christianas catholicas nuptas, non solū uestalibus, sed ēt hæreticis uirginibus anteponat? Tm̄ ualet fides de qua dicit Apostolus, Oē quod non est ex fide peccatū est: Et de qua item scriptum est ad Hebręos, sine fide impossibile est placere deo.

E Galat.5. Psal.72. F Rom.14. Heb.11.

Cap.5.

Quæ cum ita sint, profecto errant, qui cum uituperatur libido carnalis, damnari nuptias opinantur, quasi morbus iste de cō-

nubio

nubio fit,non de peccato. Nonne illi coniuges primi quorum nuptias benedixit deus dicēs, Crescite & multiplicamini,nudi erāt & non confundebantur? Quur ergo ex illis membris confusio post pctm̄, nisi qa extitit illic indecens motus? quem,nisi hoíes peccassent, proculdubio nuptiæ non haberent.

Gen. 1.

G An forte sicut quidā existimant, qa id quod legunt parū diligenter aduertūt, cæci creati erāt prius hoíes sicut canes,& qđ est absurdius,nō sicut canes crescendo, sed peccando adepti sunt visum? Absit hoc credere. Sed vnde mouent qui hoc putant,illud est quod legit. Sumens de fructu eius edit,& dedit viro suo secū, & ederunt, & aperti sunt oculi amborum, & agnouerunt quia nudi erant. Hinc est ꝙ parum intelligentes, opinantur antea fuisse illos oculos clausos,ꝙ eos tunc apertos diuina scriptura testat. Sed nunquid & Agar ancilla Saræ qñ sitiente & plorante filio aperuit oculos suos & vidit puteum, clausos prius oculos habuit? Aut illi duo discipuli post resurrectionē dñi in via cū illo clausis oculis ambulabant, de qbus euangelium loquit,ꝙ in fractione panis aperti sunt oculi eorū,& agnouerunt eum? Quod ergo scriptum est de hoíbus primis, Aperti sunt oculi amborū: intelligere debemus,attētos factos ad intuēdum & agnoscendum, quod nouum in eorum corpore acciderat, quod vtiq; corpus patentibus eorum oculis & nudum quotidie subiacebat,& notū, Alioquin qūo ad se adductis animalibus terrestribus & uolatilibus oíbus. Adam clausis oculis nomina posset imponere, qđ nisi discernendo

Gen. 3. & 12.

Luc. 24.

H non faceret discernere aūt nisi videndo non posset? Qūo denique ipsa mulier ei demonstrata est,qñ ait, Hoc nunc os ex ossib. meis, & caro de carne mea? Postremo si vsq; adeo quisquam fuerit cōtentiosus,ut hæc eum dicat nō cernendo, sed palpando potuisse cognoscere, qd dicturus est qđ ibi legit mulier lignum, de quo fuerat cibum sumptura,prohibitū uidisse q̄ esset speciosum oculis ad videndum? Erant itaq; nudi,& nō confundebant, non qa non videbant, sed quia nihil vnde confunderent in membris senserant, quæ uidebant. Non. n. dictum est, erant ambo nudi & ignorabant: sed, nō confundebantur. Quia. n. nihil præcesserat quod non liceret, nihil secutum fuerat quod puderet.

Gene. 2. & 3.

Rom. 7.

Ibi. n. hō primitus dei lege transgressa, aliam legem repugnātem suæ menti hr̄e cępit in membris,& inobedientię suæ malum sensit, qñ sibi retributam dignissime inobedientiam suæ carnis inuenit, Talem quippe ēt serpens oculorum apertionem seducēdo promiserat,ad aliqd videlicet sciendum,qđ melius nescíretur. Tunc in se quippe sensit hō quid fecit: tūc a bono malum,nō carendo, sed perpetiendo discreuit, Iniustum. n. erat vt obtemperaret a seruo suo,i. a corpore suo ei,qui non obtemperauerat dn̄o suo, Nam qd est ꝙ oculi, labia, lingua, manus, pedes, inflexiones dorsi, ceruicis & laterū, ut ad opera sibi congrua moueantur, positū in ptāte est,qñ ab impedimentis corpus liberum habemus & sanum vbi aūt ventū fuerit vt filij seminentur, ad voluntatis nutum membra in hoc opus creata,nō seruiunt, sed expectatur vt ea velut sui iuris libido commoueat,& aliqñ non facit aío uolente,cum aliqñ faciat & nolente? Hinc, ne nō erubesceret humani libertas arbitrij, ꝙ contēnendo imperantem deum,etiā in membra propria proprium perdidisset imperium? Vbi aūt conuenientius monstraret inobedientiæ merito deprauatam esse humanam naturam, quam in his nō obedientibus locis vnde ꝑ successionem subsistit ipsa natura? Nā ideo proprie istæ corporis partes, naturæ nomine nuncupantur. Hunc itaq; motum ideo indecentem quia inobedientem, cum illi primi homines in sua carne sensissent,& in sua nuditate erubuissent, foliis ficulneis eadem membra texerunt ut saltem arbitrio verecundātium velaretur, quod non arbitrio volentium mouebatur, & quoniam pudebat, quod indecenter libebat, operiendo fieret quod decebat.

Cap.

Gen. 3.

K

Cap.

Quia ergo nec isto adiuncto malo perire potuit nuptiarum bonum,putāt imprudentes hoc non esse malum,sed pertinere ad illud bonum. Discernit aūt non solum rōne subtili,ut uerumēt vulgatissimo iudicio naturali,qđ & in illis apparuit hoíbus primis, hodieq; tenetur ab hoíbus coiugatis. Quod enim illi postea propagatione fecerunt,hoc est connubii bonū,qđ uero prius confusione texerunt,hoc est cōcupiscentiæ malum, quod

qđ vitat ubiq; conspectū, & q̄rit pudendo secretū. Proinde nuptiæ quia ēt de illo malo aliquid boni faciunt, gloriant̄, quia vero sine illo fieri non pōt, erubescūt: tanq̄ si quispiā pede vitiato, ad aliquid bonū ēt claudicādo ꝑueniat, nec ꝓp claudicationis malum, mala est illa peruentio, nec ꝓp illius ꝑuentionis bonū, bona est claudicatio: Ita nec ꝓp libidinis malum, nuptias cōdēnare, nec ꝓp nuptiarū bonū, libidinem laudare debem⁹.

Iste quippe est morbus de quo Apost. etiā coniugatis fidelibus loquens ait, Hæc est.n. volūtas dei, sanctificatio vr̃a, abstinere vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrū suum vas possidere in sanctificatione & honore, non in morbo desiderij, sicut & gentes q̄ ignorant deū: Non solū igitur coniugatus fidelis vase non vtatur alieno, qđ faciunt à quibus vxores alienæ appetuntur, sed nec ipsum ꝓpriū in concupiscentiæ carnalis morbo possidendū sciat. L Quod non sic accipiendum est, tanq̄ prohibuerit Apostolus coniugalē, hoc est licitū honestumq; concubitū, sed vt iste sit cōcubitus, qui nihil morbidę libidinis haberet adiunctum, si non ꝓcedente peccato in eo perisset libertatis arbitriū, qđ nunc iō habet adiunctū, vt non sit voluntatis, sed necessitatis, sine qua tñ in procreādis filijs ad fructum ꝑuenire non pōt ipsius voluntatis, quæ voluntas in conubijs fidelium non eo fine determinatur, vt transituri filij nascantur in seculo isto, sed vt permansuri renascantur in Chr̄o. Qđ si ꝓuenerit, merces erit de coniugio plenæ fœlicitatis; si aūt non prouenerit, pax erit coniugibus bonæ voluntatis. Hac intentione cordis qui suum vas possidet.i. coniugē suā, proculdubio nō possidet in morbo desiderij, sicut gētes quæ ignorabant deū, sed in sanctificatione & honore, sicut fideles, q̄ sperant in deū. Illo quippe concupiscentiæ malo vtitur hō, non vincitur, qñ eam inordinatis atq; indecoris motibus æstuantem frenat & cohibet, neq; nisi propagationi cōsulens, relaxat atq; adhibet, vt spiritaliter regenerandos carnaliter gignat, non vt spiritū carni sordida seruitute M subijciat. Sic patres sanctos ex Abrahā & ante Abraham quibus deus ꝙ ei placuerint ꝑhibet testimonium, vsos fuisse coniugibus, neminē oportet dubitare Christianū, qñ quibusdam ēt singulis plures habere cōcessum est, vbi ratio fuit prolis multiplicandæ, non variandæ appetitio voluptatis.

Vnius vxores multæ, Cap. 9.

Nam si deo patrū nostrorū, qui ēt noster est, illa numerositas coniugū, ꝓpea nō displicuisset, vt copiosius se libido iactaret, ita ēt sanctæ fœminæ seruissent pluribus singulæ, quod si aliqua faceret, q̄ eā nisi cōcupiscētiæ turpitudo cōpelleret, vt plures viros haberet, qñ ista licentia plures filios non haberet? Veruntñ magis ꝓnuere ad nuptiarū bonū, nō vnum & multas, sed vnum & vnā satis indicat ipsa prima diuinitus facta coniugij copula, vt inde connubia sumerent initiū, vbi honestius attenderet exemplū. Progrediente autem genere humano, iūctę sūt qbusdā bonis viris bonæ fœminæ, singulis plures. Vñ apparet & illud dignitatis magis appetisse modestiā, & hoc fœcunditatis permisisse naturā. Nā & principatus magis naturaliter vnius in multos, quam in vnū pōt esse multorū. Nec dubitari pōt naturali ordine viros potius fœminis, q̄ viris fœminas principari. A Quod seruans Apostolus ait, Caput mulieris vir: & mulieres subditæ estote viris vestris. Et Apostolus Petrus, Quō Sara, inquit, obsequebat̄ Abrahæ, dñm illum vocans. *1. Co. 11. Ephes. 5. 1. Pet. 3.* Qđ licet ita sese habeat, vt natura principiorū amet singularitatē, facilius aūt pluralitatē videamus in subditis, tñ plures fœminæ vni viro nūquā licite iungerentur, nisi ex hoc plures alij nascerētur. Vnde si vna cōcumbat cū pluribus, quia non est ei hinc multiplicatio prolis, sed frequentatio libidinis, coniux non potest esse, sed meretrix.

Cōniugiū insolubile. Cap. 10. Colo. 3.

Quoniā sanè non tñ fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tñ pudicitia, cuius vinculum est fides, verumetiam quoddam sacrm̄ nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus, Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiā: huius proculdubio sacramenti res est, vt mas & fęmina connubio copulati, q̄diu viuunt inseparabiliter perseuerent, nec liceat excepta cā fornicationis, a coniuge ꝯiugem dirimi. Hoc.n. custoditur in Xp̄o & ecclesia, vt viuens cum viuente in æternū nullo diuortio separetur. Cuius sacramenti tāta obseruatio est in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in ecclesia Chr̄i, *Psal. 47.* B

quibusq; fidelibus coniugatis, q̃ sine dubio B mẽbra sunt Chr̃i, ut cũ filiorũ ꝓcreandorũ cã uel nubant fœminæ, uel ducantur uxores, nec sterilẽ cõiugẽ fas sit relinquere, ut alia fęcunda ducatur. Qđ si q̃squã fecerit nõ lege huius seculi, ubi interueniẽte repudio, sine crimine cõceditur cũ alijs alia copulare *Mat. 19.* cõnubia, q̃ ẽt sanctũ Moysen dñs ꝑ duriciã cordis illorũ, Israelitis ꝑmisisse testatur, sed lege euangelii reus est adulterij, sicut ẽt illa si alteri nupserit. Et usqueadeo manẽt inter uiuentes semel inita iura nuptiarũ, ut potius sint inter se cõiuges, q̃ ab alterutro separati sunt, q̃ cũ his, quib. alijs adhęserunt. Cũ alijs quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrũ coniuges ꝑmanerent. Deniq; mortuo uiro cũ quo uerũ connubiũ fuit, fieri uerũ connubiũ non põt, cũ quo prius adulteriũ fuit: Ita inter uiuentes manet quoddã uinculum cõiugale, quos nec separatio, nec cũ altero copulatio possit auferre. Manet aũt ad noxam criminis, non ad uinculũ fœderis: sicut apostata anima uelut de coniugio Christi recedens, ẽt fide perdita, sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit: Redderetur enim proculdubio redeunti, si amisisset abscedens. Habet autẽ C hoc qui recesserit ad cumulum supplicij, nõ ad meritum præmij.

Cõiugiũ perfectũ inter Ioseph & Mariam. Cap. 11.

Quibus uero placuit ex cõsensu, ab usu carnalis concupiscentiæ in perpetuũ continere, absit ut inter illos uinculũ cõiugale rũpatur, immò firmius erit, quo magis ea pacta secũ inierint, q̃ chariusconcordiusq; seruanda sunt, non uoluptarijs corporũ nexib. sed uoluntariis affectibus animorũ. Neq;.n. fallaciter ab angelo dictũ est ad Ioseph, Noli timere accipere Mariã coniugẽ tuã, Coniunx uocatur ex prima fide desponsationis, quã concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus: nec perierat nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat eius ulla carnis cõmixtio. Erat quippe illa uirgo, iõ & sanctius & mirabili' iocunda suo uiro, quia ẽt fœcunda sine uiro, prole dispar, fide compar. Propter q̃ fidele coniugium parentes Christi uocari ambo meruerunt, & non solũ illa mater, uerũ ẽt ille pater eius, sicut cõiux matris ei', utrũque mente, non carne. Siue tñ ille pater sola mente, siue illa mater & carne, parẽtes tñ D ambo humilitatis eius, nõ sublimitatis, infirmitatis, nõ diuinitatis. Neq;.n. mẽtitur Euãgeliũ, ubi legitur, Et erant pater eius & mater mirantes super his q̃ dicebantur de illo. *Luc.* Et alio loco, Et ibant parentes eius ꝑ oẽs annos in Hierusalem. Item paulopost, Et dixit *Ibidem.* mater eius ad illũ, Fili qd fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes q̃rebam' te. At ille ut ostenderet habere se præter illos patrẽ, q̃ genuit ꝓter matrẽ, respõdit eis, Quid est q̃ me q̃rebatis? nesciebatis q̃a in his quę patris mei sunt oportet me esse? Et rursũ, ne hoc dicto parentes illos negasse putaretur, Euangelista secutus adiunxit, Et ipsi non intellexerũt uerbum q̃ locutus est ad illos, & descẽdit cũ eis & uenit Nazaret, & erat subditus illis. Quib. subditus, nisi parentibus? *Phil. 2.* Quis aũt subditus, nisi Iesus Xp̃s, qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse æqualis deo? Cur ergo illis subditus, q̃ longe infra formã dei erãt, nisi q̃a semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, cuius formę parentes erãt. Sed cũ illo nõ seminãte illa pepisset, ꝑfecto nec ipsi' formę serui parẽtes ambo essent, nisi inter se ẽt sine carnis cõmixtione cõiuges essent. Vnde & series E generationũ cũ parentes Christi cõnexione successionis cõmemorantur, usq; ad Ioseph potius sicut factũ est, fuerat perducenda, ne in illo coniugio, uirili sexui atq; potiori fieret iniuria, cũ ueritati nihil periret, quia ex semine Dauid, ex quo uenturus ꝓdictus est Christus, & Ioseph erat & Maria. Omne itaque nuptiarum bonum impletũ est in illis parentib. Christi, proles, fides, sacramentũ. Prolem cognoscimus ipsum dñm Iesum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium.

Cap.

Solus ibi nuptialis cõcubitus nõ fuit, q̃a in carne peccati fieri nõ poterat sine illa carnis pudenda cõcupiscentia, q̃ accidit ex peccato, sine qua cõcipi uoluit, qui futur' erat sine pctõ, non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, ut hic ẽt doceret oẽm q̃ de cõcubitu nascitur carnẽ esse peccati, q̃n quidẽ sola q̃ nõ inde nata est, non fuit caro peccati: Quãuis coniugalis cõcubitus q̃ fit intentione generandi, non sit ipse peccatũ, q̃a bona uoluntas animi sequentẽ ducit, nõ

ducentem

ducentem ſequitur corporis voluptatē, nec humanū arbitrium trahitur ſubiugāte peccato, cum iuſte redigitur in vſum generādi plaga peccati. Huius plagę quidam pruritus in adulteriorum & fornicationū & quorūlibet ſtuprorum atq; immundiciarū fęditatibus regnat, in connubiorum uero neceſſitudinibus ſeruit. Ibi de dño tali honeſtas verecundatur. Non eſt igitur hæc libido nuptiarum bonum, ſed obſcœnitas peccantium, neceſſitas generantiū, laſciuiarum ardor, nuptiarum pudor. Cur ergo non coniuges maneant, qui ex conſenſu concūbere deſinūt, ſi manſerunt coniuges Ioſeph & Maria, qui concumbere nec cœperunt?

F

Hæc.n.propagatio filiorū, quæ in ſanctis patribus p̱p̱ generādum & conſeruandum populū dei, in quo prophetiā Chriſti pręcedere oportuit, officioſiſſima fuit, nūc iam non habet illam neceſſitatem. Patet quippe iam ex oībus gentib. ſpiritaliter gignendorum, vndecūq; carnaliter nati fuerint, copia filiorum. Et qđ ſcriptū eſt, Tp̄s amplectēdi, & tp̄s cōtinendi ab amplexu: ſu p̱ illud atq; hoc tp̄s agnoſcitur diſtributum. Illud quippe fuit amplectendi, hoc aūt continendi ab amplexu. Itaq; & Apoſtolus cū hinc loquit̄, ait, Hoc aūt dico fratres, tp̄s breue eſt, reliquum eſt vt & qui hn̄t uxores tanq̄ non habentes ſint, & qui flent tanq̄ non flentes, & qui gaudent tanquā non gaudentes, & qui emunt tanq̄ non poſſidentes, & qui utūtur hoc mundo tanq̄ non utantur. Præterit.n. figura huius mundi, volo vos ſine ſolicitudine eſſe. Hæc oīa ut exponendo aliquid hinc br̄ dicam, ſic exiſtimo intelligenda. Hoc, inquit, dico fratres tp̄s breue eſt non adhuc populus Dei propagandus eſt generatione carnaliter, ſed iam regeneratione ſpiritaliter colligendus. Reliquum eſt ergo, ut & hi qui habēt uxores non carnali concupiſcentiæ ſubiugentur: & qui flent triſtitia præſentis mali, gaudeant ſpe futuri boni; & qui gaudent p̱p̱ tp̱ale aliquod commodum, timeāt æternum iudicium: & qui emunt, ſic habendo poſſideant ut amando non hæreant: & q̱ utunt̄ hoc mundo, tranſire ſe cogitent, non manere. Præterit.n. figura huius mundi. Volo uos inquit, ſine ſolicitudine eſſe: hoc eſt, nolo ſurſum cor in his quæ non prætereūt, vos hr̄e. Deinde ſubiūgit & dicit, Qui ſine uxore eſt, cogitat ea quæ ſunt dn̄i qūo placeat dn̄o: Qui aūt matrimonio iunctus eſt, cogitat ea quæ ſunt mundi qūo placeat uxori. Atq; ita quodā modo exponit qđ ſupra dixerat, Qui hn̄t uxores, tanq̄ non habentes ſint. Qui.n. ſic habent uxores, ut cogitent ea quæ ſunt dn̄i, qūo placeant dn̄o, nec in his quę ſunt mundi cogitent placere uxoribus, tanq̄ non habentes ſunt. Quod ea fœlicitate fit * qn̄ & uxores tales ſunt, ut eis mariti non ideo placeant, quia diuites, quia ſublimes, quia genere nobiles, quia carne amabiles, ſed quia fideles, quia religioſi, quia pudici, quia uiri boni ſunt.

G

** al. quod ea facilitate fit.*

H

Verū in coniugatis, ut hæc optanda atq; laudanda, ſic alia toleranda ſunt, ne damnabilia flagitia, i. in fornicationes, vel adulteria corruatur. Propter qđ uitādum malum, ēt illi concubitus coniugum, qui non fiunt cauſa generandi, ſed uictrici concupiſcētiæ ſeruiunt, in quib. iubentur non defraudare inuicem, ne tentet eos ſatanas p̱p̱ intemperantiam ſuam, non quidem ſ̄m imperium præcipiuntur, & tn̄ ſ̄m veniam conceduntur. Sic.n. ſcriptum eſt, Vxori uir debitum reddat, ſimiliter autem & uxor uiro: Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uir. Similiter autē & uir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite inuicem fraudare, niſi ex conſenſu ad tp̄s ut uacetis orationi. Et iterum, Ad ipſum eſtote, ne tentet vos ſatanas p̱p̱ intemperantiam ueſtram. Hoc autem dico ſ̄m ueniam, non ſ̄m imperium. Vbi ergo venia danda eſt, aliquid eſſe culpæ nulla ratione negabitur. Cum igitur culpabilis non ſit generandi intentione concubitus, qui proprie nuptiis imputādus eſt, quid ſ̄m ueniam concedit Apoſtolus, niſi q̱ coniuges dum ſe non continent, debitum ab alterutro carnis expoſcunt, non volūtate propaginis, ſed libidinis voluptate? Quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, ſed propter nuptias accipit ueniam. Quocirca etiam hinc ſunt laudabiles nuptiæ, quia & illud quod non pertinet ad ſe, ignoſci faciunt propter ſe, Neque enim etiam iſte concubitus quo ſeruitur concupiſcentiæ ſic agitur, ut impediatur fœtus, quem poſtulant nuptiæ.

Intēperātia venialis.

Cap. 14.

I. Cor. 7.

I

K

Expositio & procuratus aborsus. Cap. 15.

Sed tamen aliud eſt non concũbere, niſi ſola voluntate generandi, qđ non habet culpã, aliud carnis concũbendo appetere voluptatẽ, ſed non ꝑter coniugẽ, qđ venialẽ habet culpam. Quia etſi nõ cã propagandæ ꝓlis concũbitur, nõ tñ huius libidinis cã propagationi ꝓlis obſiſtitur, ſiue voto malo, ſiue opere malo. Nã qui hoc faciunt, quãuis vocent̃ cõiuges, non ſunt, nec vllã nuptiarũ retinent veritatẽ, ſed honeſtũ nomen uelandæ turpitudini obtendũt. Produnt̃ autẽ qñ eo vſq; progrediunt̃, ut exponant filios, ꝗ naſcunt̃ inuitis. Oderunt.n. nutrire uel habere, quos gignere metuebant. Itaque cũ in ſuos ſæuit quod nolens genuit tenebroſa iniquitas, clara iniq̃tate in lucẽ ꝓmitur, & occulta turpitudo manifeſta credulitate cõuincitur. Aliqñ eo uſq; ꝑuenit hæc libidinoſa crudelitas, uel libido crudelis, ut ẽt ſterilitatis uenena procuret, & ſi nihil ualuerit, conceptos fœtus aliqñ intra uiſcera extinguat ac fundat, uolendo ſuã prolẽ prius interire q̃ uiuere: aut ſi ĩ utero iã uiuebat, occidit anteq̃ naſcat̃. Prorſus ſi ambo tales ſunt, cõiuges non ſunt. Et ſi ob initio tales fuerunt, nõ ſibi ꝑ connubium, ſed per ſtuprum potius conuenerunt. Si autem non ambo ſunt tales audeo dicere, aut illa eſt quodammodo meretrix mariti, aut ille adulter uxoris.

L

Quia igit̃ tales nuptiæ eſſe nõ pñt quales primorũ hominũ, ſi peccatum non præceſſiſſet eſſe potuerunt, ſint tales quales ſanctorũ patrũ fuerunt, ut pudenda carnis concupiſcentia, q̃ in paradiſo nec ante peccatũ fuit, nec poſt peccatũ illic eſſe permiſſa eſt, qa neceſſe eſt in corpore mortis huius ut ſit, non ei ſeruiatur, ſed ipſa potius non niſi ad propagandã prolẽ ſeruire cogat̃. Aut quia hoc

Cap. 16.

tp̃s, quod iã eſſe diximus continendi ab amplexu, non habet huius officij neceſſitatẽ, adiacente undiq; in oĩb. tanta fertilitate gignendorum ſpiritaliter filiorũ, illud potius excellentis continentiæ bonũ, qui põt capere capiat. Qui uero id capere non põt, ſi acceperit uxorẽ nõ peccat, & fœmina ſi ſe nõ cõtinet, nubat, bonũ eſt. n. homini mulierẽ non tãgere. Verum quia nõ oẽs capiunt uerbũ hoc, ſed ꝗbus datũ eſt, reſtat ut ꝑꝑ fornicationẽ unuſquiſq; ſuã uxorẽ habeat, & unaquæq; uirũ ſuũ habeat: Ac ſic infirmitas in-

1. Cor. 4.

continentiæ, ne cadat in ruinã flagitiorum excipiatur honeſtate nuptiarũ. Quod.n. ait Apoſt. de fœminis, Volo igit̃ iuniores nubere. hoc & de marib. dici põt, uolo iuniores uxores ducere: ut ad utrunq; ſexũ ꝑtineat, ſi- M lios ꝓcreare, patres & matresfamilias eẽ, nullam occaſionẽ dare aduerſario maledicti.

In nuptiis tñ bona nuptialia diligantur, proles, fides, ſacrm̃. Sed proles non ut naſcatur, tm̃, uerumẽt ut renaſcat̃. Naſcitur nãq; ad pœnam, niſi renaſcatur ad uitã. Fides ant non qualem habẽt inter ſe ẽt infideles zelantes carnẽ. Quis.n. uir quãlibet impius uult adulterã uxorem? Aut q̃ mulier quamlibet impia uult adulterũ uirum? Hoc in connubio bonũ naturale eſt quide, carnale tñ: Sed mẽbrum Chriſti cõiugis † adulteriũ coniugi debet timere, non ſibi, ſed à Xp̃o ſeparare fidei præmiũ q̃ exhibet coniugi. Sacrm̃ uero, quod nec ſeparati & adulterati amittunt coniuges, q̃ concorditer caſtèq; cuſtodiunt. Solum eſt.n. quod etiam ſterile coniugium tenet iure pietatis, iam fœcunditatis ſpe amiſſa, ꝑꝑ q̃ fuerat copulatum. Hæc bona nuptialia laudet in nuptijs, qui laudare uult nuptias. Carnis autem pudenda concupiſcẽtia non eſt nuptiis imputanda, ſed tolerãda. Non eſt.n. ex naturali cõnubio ueniens bonũ, ſed ex antiquo peccato accidens malũ. A

al. christiani

Propter hanc ergo fit ut etiam de iuſtis, & legitimis nuptiis filiorum dei, non filij dei, ſed filij ſeculi generentur, quia & ij qui generant, ſi iam generati ſunt, non ex hoc generãt ꝙ filij dei ſunt, ſed ex hoc ꝙ adhuc filii ſeculi. Dominica quippe ſententia eſt, Filij ſeculi huius generant & generantur. Ex quo itaq; ſumus adhuc filij ſeculi huius exterior homo noſter corrumpitur, ex hoc & filij huius ſeculi generantur, nec filij dei niſi regenerent̃ fiũt, ſed ex quo ſumus filij dei interior de die in diem renouatur, q̃uis & ipſe exterior per lauacrum regenerationis ſanctificatus ſit, & ſpẽ futuræ incorruptionis acceperit, propter quod & templum dei, merito dicitur, Corpora ueſtra, inquit Apoſtolus, templum in nobis ſpirituſſancti eſt, quem habetis a deo, & non eſtis ueſtri. Empti.n. eſtis precio magno, glorificate ergo & portate deum in corpore ueſtro, Hoc totum nõ ſolũ ꝑꝑ præſentem iuſtificationem,

Luc. ... 2. Co...

nã, ſed maximè propter illã ſpẽ dictũ eſt, de qua idẽ alio loco dicit. Sed & noſipſi primitias ſpiritus habẽtes, & ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus adoptionẽ filiorũ dei expectãtes redẽptionẽ corporis noſtri. Si ergo redẽptio corporis noſtri ſecũdũ Apoſtolũ expectatur, ꝑfecto ꝙ expectatur, adhuc ſperatur, nõdũ tenetur. Vnde adiũxit & dixit, Spe. n. ſalui facti ſum⁹: Spes autẽ quæ videtur nõ eſt ſpes. Quod. n. videt quis, quid ſperat? Si autẽ ꝙ nõ videmus ſperamus, ꝑ patiẽtiã expectamus. Nõ itaq; ꝑ hoc ꝙ expectamus, ſed ꝑ hoc ꝙ toleramus, carnales filij ꝓpagãtur. Abſit ergo vt fidelis homo, cũ audit ab Apoſtolo, Diligite vxores veſtras, cõcupiſcẽtiam carnis diligat in vxore, quã nec in ſeipſo debet diligere, audiẽs alterũ Apoſtolũ, Nolite diligere mũdũ nec ea quę in mũdo ſũt, quiſquis dilexerit mundũ non eſt charitas patris in illo: quia omnia quæ in mũdo ſũt, cõcupiſcẽtia carnis eſt, & cõcupiſcẽtia oculorũ, & ambitio ſeculi, q̃ nõ eſt a patre, ſed ex mũdo eſt. Et mũdus tranſibit & cõcupiſcẽtia eius, Qui aũt fecerit volũtatẽ dei, manet in ęternũ.

Ex hac igitur cõcupiſcẽtia carnis ꝙ naſcitur, vtiq; mũdo nõ deo naſcitur. Deo autem naſcitur, cũ ex aqua & ſpiritu ſãcto renaſcitur. Huius concũpiſcẽtiæ reatũ regeneratio ſola dimittit, quẽ generatio trahit. Ergo ꝙ generatũ eſt, regeneretur, quia nõ poteſt efficialiter, vt ꝙ tractũ eſt remittatur. Vt. n. ꝙ dimiſſũ eſt in parẽte trahatur in prolẽ, miris quidẽ modis fit, ſed tñ fit. Hæc inuiſibilia & infidelibus incredibilia, ſed tñ vera, vt haberent aliquod viſibile exẽplũ, & hoc in quibuſdã arbuſtis diuina prouidentia procurauit. Cur enim nõ credamus ꝑ ꝑ hoc eſſe inſtitutum, vt ex oliua naſcatur oleaſter? An credendum non eſt in aliqua re quæ creata eſt ad vſus hominum, creatorem prouidiſſe & inſtituiſſe, quod ad generis humani valeret exemplum? Mirum eſt ergo quemadmodum à peccati vinculo per gratiam liberati, gignãt tamen eodem vinculo obſtrictos, quos eodẽ modo oporteat liberari; fatemur, mirum eſt. Sed quod latent fœtus oleaſtrorum etiam in ſeminibus olearum, quando, & hoc crederetur, niſi experientia probaretur? Proinde ſicut gignitur ex oleaſtri ſemine oleaſter, & ex oleæ ſemine non niſi oleaſter, dũ inter oleaſtrũ & oleã plurimũ diſtet: ita gignitur & de carne peccatoris, & de carne iuſti vtrinq; peccator, quãuis inter peccatorẽ & iuſtum plurimũ diſtet. Gignitur autẽ peccator actu adhuc nullus, & ortu nouus, ſed reatu vetus homo a creatore, captiuus a deceptore, indigẽs redẽptore. Sed q̃rit̃ quõ trahi poſsit captiuitas ꝑ' ſis ẽt de parẽtibus iã redẽptis. Et quia nõ facili rõne indagatur, nec ſermone explicatur, ab infidelibus nõ credit̃, quaſi & illud qđ de oleaſtro & de olea diximus, vt generis diſsimilis ſit fœtus ſimilis, facile aliqua inueniat rõ, vel explicet ſermo. Sed hoc ab eo q̃ experiri voluerit, cerni põt. Sit ergo in exemplo, vnde & illud credat̃ ꝙ cerni nõ poteſt.

Etiam infantes non baptizatos, esse in potestate diaboli.

Non. n. fides dubitat Chriſtiana, quã noui hæretici oppugnare cœperũt, & eos q̃ lauacro regenerationis abluũtur, redimi de poteſtate diaboli, & eos q̃ nõdũ tali regeneratione redẽpti ſũt, etiã paruulos filios redẽptorũ ſub eiuſdẽ diaboli eſſe poteſtate captiuos, niſi & ipſi eadẽ Chriſti gratia redimantur. Ad oẽs nãque pertinere nõ dubitamus ætates, illud de quo Apoſtolus loquitur beneficiũ dei *Cap. 20.* *Colo. 1.* Qui eruit nos de poteſtate tenebrarũ, & trãſtulit in regnũ filij claritatis ſuę. Ab hac igit̃ poteſtate tenebrarũ, quarũ eſt diabolus princeps, id eſt, a poteſtate diaboli & angelorum eius quiſquis erui cum baptizantur negauerit paruulos, ipſorum eccleſiæ ſacramentorum veritate conuincitur, quæ nulla hæretica nouitas in Eccleſia Chriſti auferre vel mutare permittitur, regente atque adiuuante capite totum corpus ſuum, puſillos cum magnis. In veritate itaq; nõ in falſitate poteſtas diabolica exorcizatur in paruulis, eiq; renunciant, quia per ſua nõ poſſunt, per corda & ora geſtãtiũ, vt eruti a poteſtate tenebrarum in regnum ſui domini transferãtur. Quid ergo in eis eſt per quod in ptãte diaboli teneantur donec eruantur inde per ſacramentum baptiſmatis Chriſti, quid eſt niſi peccatum? Nõ enim aliud inuenit diabolus, vnde poſsit humanã ſuo iuri mancipare naturam, quam bonam bonus author inſtituit. Nullum autem peccatum paruuli in ſua vita commiſerunt proprium. Remanet igitur originale peccatum, per quod ſub diaboli poteſtate captiui ſunt, niſi inde lauacro regenerationis & Chriſti ſanguine rediman-

tur,& trāſeāt in regnū redēptoris ſui,fruſtrata poteſtate captiuatoris ſui, & data poteſtate qua fiant ex filijs huius ſeculi filii dei.

Bona cōiugij non ſunt ex peccato. Cap. 21.

Iam nūc ſi quodāmodo interrogemus bona illa nuptialia, vnde ab eis potuerit peccatū in paruulos ꝑpagari, rn̄debit nobis operatio ꝑpagādę prolis, Ego in paradiſo magis fęlix eſſem,ſi peccatū nō fuiſſet admiſſū. Ad me nāq; ꝑtinet illa benedictio dei, Creſcite & multiplicamini. Ad hoc opus bonū diuerſi ſexus diuerſa mēbra sūt cōdita,quæ q̄dem ante peccatū iam erāt, ſed pudenda nō erāt. Rn̄debit pudicitiæ fides. Si peccatū nō fuiſſet,q̄d me in paradiſo ſecurius eſſe potuiſſet vbi nec ſtimularet mea, nec alterius me libido tentaret? Rn̄debit etiam connubii ſacr̄m, De me ante pc̄t̄m dictū eſt in paradiſo, Relinquet hō patrē & matrē & adhærebit vxori ſuæ,& erūt duo in carne vna. Quod magnū ſacr̄m dicit Apoſt. in Chriſto & in Eccleſia. Quod ergo in Chriſto & in Eccleſia magnū, hoc in ſingulis quibuſq; viris atq; vxorib. minimum,ſed tn̄ coniunctionis inſeparabile ſacr̄m. Quid horū eſt in nuptiis vnde peccati vinculum trāſiret in poſteros? Nempe nihil. Et certe his tribus bonis perfecte ſe haberet bonitas nuptiarum, quibus bonis etiam nunc bonæ ſunt nuptiæ.

F — Gen. 1. — Gen. 2.

Libido et pudor ex peccato. Cap. 22.

Porro aūt ſi interrogetur illa carnis concupiſcentia,qua pudenda facta ſunt q̄ prius pudenda non fuerant, nonne rn̄debit ſe in membris hoīs eſſe poſt peccatum cępiſſe? Et ideo legē peccati uerbis apoſtolicis nuncupatam, ꝙ hoīem ſibi ſubditū fecerit,quia deo ſuo ſubditus eſſe noluit, ſeque eſſe de qua & primi coniugati tūc erubuerunt, qn̄ pudenda texerunt,& nunc oēs erubeſcunt, qn̄ ad concumbendum ſecreta conquirūt, neq; huius operis teſtes audent habere vel filios,quod inde genuerunt. Cui verecūdiæ naturali Cynicorū error philoſophorū mirabili impudentia reluctatus eſt,qn̄quidem hoc qm̄ licitū eſſe honeſtumq; cum cōiuge palam faciendū eſſe cenſebāt. Vnde merito immūditia huius impudētiæ caninū nomē accepit. Ex hoc q̄ppe Cynici nūcupati ſunt.

Gen. 3. — G

Cōcupiſcētia ex pc̄tō eſt, non ipſa peccatū. Cap. 23.

Hæc oīno concupiſcentia, hæc lex pc̄ti habitās in mēbris, cui lex iuſtitiæ vetat obedire,dicente Apoſt. Nō ergo regnet pc̄t̄m in vr̄o mortali corpore ad obediendū deſiderijs eius,neq; exhibeatis mēbra ur̄a arma iniquitatis pc̄tō. Hæc inq̄,concupiſcētia, q̄ ſolo ſacr̄o regenerationis expiat̄, ꝑfecto peccati uinculū gn̄atione traiicit in poſteros,niſi ab illo & ipſi regeneratione ſoluant̄. Nam ipſa quidē cōcupiſcentia iam nō eſt pc̄t̄m in regeneratis, qn̄ illi ad illicita opera non conſentitur,atq; ut ea perpetrent,a regina mente membra non dantur,ut ſi non ſit q̄d ſcriptum eſt,Non cōcupiſcas: fiat ſaltem quod alibi legitur,Poſt concupiſcentias tuas non eas. Sed q̄a modo quodam loquendi peccatum uocatur, ꝙ peccato facta eſt,& pc̄t̄m ſi vicerit facit reū, reatus eius ualet in generato. Quem reatū Chriſti gratia per remiſſionem oīum peccatorū in regenerato,ſi ad mala opera ei quodāmodo iubenti nō obediat,valere nō ſinit. Sic āt uocat̄ pc̄t̄m,quia peccato facta eſt,cū iam in regeneratis non ſit ipſa pc̄t̄m, ſicut uocatur lingua locutio, quā facit lingua,& manus uocat̄ ſcriptura, quā facit manus. Itemq; ſic vocat̄ peccatū, q̄a peccatum ſi uincit facit, ſicut uocat̄ frigus pigrū, nō ꝙ a pigris fiat, ſed q̄d pigros faciat. Hoc generi humano inflictū vulnus a diabolo,quicquid per illud naſcitur,cogit eſſe ſub diabolo, tanq̄ a ſuo frutice fructū iure decerpat,nō ꝙ ab illo ſit natura humana, q̄ non eſt niſi ex deo,ſed uitium q̄d non eſt ex deo. Non.n. ꝑꝑ ſeipſam quæ laudabilis eſt, quia opus dei eſt, ſed ꝑꝑ damnabile vitium quo uitiata eſt, natura humana damnatur. Et ꝑꝑ quod damnatur,propter hoc & damnabili diabolo ſubiugatur,quia & ipſe diabolus ſpiritus immundus eſt, & utiq; bonum quod ſpiritus,malum quod immundus, qm̄ ſpiritus eſt natura, immundus eſt vitio. Quorum duorum illud a deo eſt, hoc ab ipſo. Non itaq; tenet homines ſiue maioris ſiue infantilis ætatis propter quod homines ſunt,ſed propter quod immūdi ſunt. Qui ergo miratur quia creatura dei ſubditur diabolo, non miretur, ſubditur.n. creatura dei creaturę dei,minor maiori,quia homo angelo,nec tamē propter naturam, ſed propter uitium, quia immundus immundo. Hic eſt fructus eius ex antiqua immunditiæ ſtirpe, quam plantauit in homine,maiores quidem pœnas ultimo iudicio,quanto eſt immundior ipſe paſſurus,ueruntamē

Rom. 6. — H — Exo. 20. — Eccl. 18. — I

& qui-

& quib. in illa dãnatione tolerabilius erit,
huic sunt subditi velut principi authoriq;
pcti, qa nulla erit dãnationis cã, nisi pctm.

[...]adux [...]linis. [...].24.

Quapp natos non ex bono quo bonæ
sunt nuptiæ, sed ex malo cõcupiscẽtiæ, quo
bene qdẽ utuntur nuptiæ, de quo tñ erube-
scunt & nuptiæ, reos diabolus paruulos te-
net. Quia cũ sint ipsæ honorabiles oĩb. ad
eas pprie ptinẽtib. bonis ẽt si thorũ habeãt
immaculatũ, non solũ a fornicationibus &
adulterijs, q̃ sunt flagitia dãnabilia, verum-
etiam ab illis excessibus concũbendi, q non
fiunt causa prolis a voluntate dñante, sed cã
voluptatis vincente libidine, q̃ sunt in cõiu
gibus peccata venialia, tñ cũ ventũ fuerit ad
opus generandi, ipse ille licitus honestusq;
cõcubitus, nõ põt esse sine ardore libidinis,
vt pagi possit qđ rõnis est nõ libidinis. Qui
certe ardor siue sequat, siue præueniat volũ
tatẽ, nõ tñ nisi ipse quodã quasi suo imperio
mouet mẽbra, q̃ moueri sola voluntate non
possunt: Atq; ita se indicat non imperantis
famulum, sed inobedientis suppliciũ volũ-
tatis: nec libero arbitrio, sed illecebroso ali-
quo stimulo cõmouendũ, & iõ pudendum:
Ex hac concupiscentia carnis, q̃ licet in re-
generatis iã nõ deputetur in pctm, tñ natu-
ræ non accidit nisi de peccato. Ex hac, inquã
concupiscentia carnis tanq̃ filia peccati, &
qñ illi ad turpia consentitur, ẽt peccatorum
L matre multorũ, q̃cunq; nascitur proles, ori-
ginali est obligata pctõ, nisi in illo renasca-
tur quem sine concupiscentia virgo conce-
pit. Propterea qñ nasci est in carne dignat⁹,
sine peccato solus est natus.

Con[cu]pi-scen[tia] [...]e vis [...]cre[...]scit Ca[p.] 25.

Si aũt quærit, qũo ista cõcupiscentia car
nis maneat in regenerato, in quo vniuerso-
rũ facta est remissio pctõrum, qñquidẽ per
ipsam seminatur, & cũ ipsa carnalis gigni-
tur proles parentis etiã baptizati, aut certe
si in parente baptizato põt & esse & pecca-
tũ non esse, cur eadem ipsa in prole peccatũ
sit: ad hæc rñdetur, dimitti concupiscentiã
carnis in baptismo, non vt non sit, sed vt in
peccatum non imputetur. Quanuis autem
reatu suo iam soluto manet tñ donec sanet
omnis infirmitas nostra, proficiente renoua
tione interioris hominis de die in diem, cũ
exterior induerit incorruptionem: nõ enim

1. C[or.] 4.

substantialiter manet sicut aliquod corpus,
aut spũs, sed affectio est q̃dã malæ qualitatis
sicut languor. Non ergo aliqd remanet qđ
non remittat, cũ sit, sicut scriptũ est, Propi-
tius dñs oĩbus iniqtatib. nostris, sed donec
fiat, & qđ sequitur, Qui sanat oẽs languores
tuos, q redimet de corruptione vitã tuã: ma
net in corpore mortis huius carnalis concu
piscentia. Cuius vitiosis desiderijs ad illici-
ta perpetranda non obedire pcipimur, ne re
gnet pctm in nr̃o mortali corpore. Quæ tñ
concupiscentia, quotidie minuitur in profi
cientib. & continentibus, accedente aũt se-
nectute multo maxime. Qui vero nequiter
seruit, tantas in eis vires accipit, vt plerunq;
iam ætatæ deficientib. membris, eisdẽ parti-
bus corporis ad illud opus iã moueri minus
valẽtib. turpi⁹ & pcaci⁹ insanire nõ desinat.

Psa. 102.

M

Rom. 6.

Reatus peccati. Cap. 26.

In eis ergo, q regenerantur in Chr̃o, cũ
remissionẽ accipiunt prorsus omniũ pecca-
torũ, utiq; necesse est, vt reat⁹ ẽt huius licet
adhuc manentis concupiscẽtiæ remittatur,
vt in peccatũ, sicut dixi, non imputetur. Nã
sicut eorũ peccatorũ q̃ manere non possunt,
qm̃ cũ fiunt prætereunt, reatus tñ manet, &
nisi remittatur in æternum manebit, sic illi⁹
concupiscentiæ qñ remittitur reatus auferẽ.

A

Hoc est enim non habere peccatũ, reum nõ
esse peccati. Nã si quisquam, verbi gratia, fe
cerit adulterium, etiam si nũquam deinceps
faciat, reus est adulterij, donec reatus ipsius
indulgentia remittatur. Habet ergo pecca-
tum, quanuis illud quod admisit iam nõ sit,
quia cum tempore quo factum est præte-
rijt. Nam si a peccãdo desistere hoc esset nõ
habere peccatũ sufficeret vt hoc nos mone-
ret scriptura, Fili peccasti, non adiicias
iterum: Non autem sufficit, sed addidit, Et
de pristinis deprecare, vt tibi remittantur.
Manent ergo, nisi remittantur. Sed quomo-
do manent si præterita sunt, nisi quia præte-
rierunt actu, manent reatu?

Ecclesiastici. 21.

Concupiscentia sine reatu. Cap. 27.

Sic itaq; fieri econtrario põt, vt etiã illud
maneat actu, p̃tereat reatu. Agit. n. aliquid
concupiscentia carnis, & qñ non exhibetur
ei vel cordis assensus vbi regnet, uel mem-
bra velut arma quibus impleatur qđ iubet:
actus manet, reatus præterit: agit aũt, quid,
nisi ipsa desideria mala & turpia? Non. n. si
bona & licita essent eis obedire prohibe-
ret Apostolus, dicens, Non regnet pecca-

tu in vestro mortali corpore ad obediendũ
desiderijs eius. Non.n.ait, ad habenda desi-
deria eius:sed,ad obediendũ desideriis eius:
vt qm̃ sunt in aliis maiora,in alijs minora,
ꝓut quisq; in hominis interioris nouitate
ꝓfecerit,in hoc agonẽ iustitiæ pudicitiæq́;
seruemus,ne illis obediamus, vt tñ nec ipsa
sint desideria,velle debemus, ẽt si in corpo-
re mortis huius id obtinere nõ possumus.
B Hinc.n.& alio loco idẽ Apostolus loquens
velut ex suæ personæ introductione nos in-
stituit,dicens,Non.n.qđ volo hoc ago, sed
Rom.7.
ꝙ odi illud facio.i.cõcupisco,qa & hoc nol
let facere,vt esset omni ex parte ꝑfectus. Si
aũt qđ nolo,inqt, hoc facio, cõsentio legi
qm̃ bona est, qa hoc & illa non vult qđ &
ego nolo.Nõ vult.n.vt cõcupiscã, q̃ dicit,
Exod.20.
Nõ cõcupisces: & ego nolo concupiscere.
In hoc itaq; consentiunt, voluntas legis,&
mea.Verũ qa cõcupiscere nolebat,& tñ cõ-
cupiscebat,sed eidẽ cõcupiscentiæ nequaq̃
cõsentiendo seruiebat,adiũxit atq; ait, Nũc
aũt iã nõ ego oꝑor illud, sed id qđ inhabi-
Nõ facit qui non consentit concupiscentiæ.
tat in me pc̃tm̃. Multũ aũt fallitur hõ q con-
sentiens cõcupiscentiæ carnis suæ,& qđ il-
la desiderat decernens facere,& statuens pu
tat sibi adhuc esse dicendũ, nõ ego oꝑor il-
Cap. 28.
lud,ẽt si oderit, quia consentit. Simul.n. est
vtrunq;,& ipse odit, qa malũ esse noluit,&
ipse facit,qa facere statuit,Iã vero si & illud
addat quod scriptura ꝓhibet,dicens,Neque
Rom.6.
exhibueritis mẽbra vr̃a arma iniqtatis pc̃õ:
C vt qđ facere statuit in corde, ẽt corpore cõ-
Rom.7.
pleat,& ideo dicat, Non ego operor illud,
sed quod habitat in me peccatum:quia cum
id decernit & facit,& displicet sibi, tm̃ errat
vt nec seipsum agnoscat, qñ cũ ex toto ipse
sit & corde statuente & corpore implẽte,ad
Cap. 29.
huc seipsum esse nõ putat. Qui ergo dicit,
Rom.7.
Iam non ego operor illud,sed qđ habitat in
me peccatũ,si tm̃modo concupiscit,verũ di
cit,non si cordis cõsensione decernit, aut ẽt
corporis ministerio perficit. Deinde adiũgit
Apostolus, Scio.n.quia non habitat in me,
hoc est,in carne mea,bonũ:velle enim adia-
cet mihi, ꝑficere autem bonum non inue-
nio hoc ideo dictum est, quia tunc ꝑficitur
bonũ,quando desideria mala nulla sunt, si-
cut tunc perficitur malum,quãdo malis de-
siderijs obeditur. Qñ aũt sunt desideria, sed
non eis obedit,nec malũ ꝑficitur, quia non
eis obeditur, nec bonũ quia sunt, sed fit ex
aliqua parte bonũ,qa concupiscentiæ malæ
nõ cõsentit,& ex aliqua parte remanet ma-
lum,qa vel cõcupiscitur, iõ ergo Apost.nõ
ait facere bonũ sibi non adiacere,sed perfice
re. Multũ.n.boni facit,q facit qđ scriptũ est,
D
Post concupiscentias tuas nõ eas: sed nõ ꝑfi
Eccle. Flici. Exo.
cit,qa non implet qđ scriptũ est,Nõ concu
piscas. Ad hoc ergo dixit lex,Nõ cõcupisces
vt nos in hoc morbo iacere inuenientes,me
dicinã gratiæ quæreremus, & in eo p̃cepto
sciremus,& quò debeamus in hac mortalita
te proficiendo conari,& quò possit a nobis i
illa immortalitate beatissima ꝑueniri:nisi.n.
qñque ꝑficiendũ esset,nunquã iubendũ eẽt.

Deinde repetẽs Apostolus vt amplius cõ
Cap. Rom.
mendet sñiam superiorem: Nõ.n.quod uo-
lo,inquit,facio bonũ,sed qđ nolo malũ hoc
ago. Si aũt quod nolo ego hoc facio, iã non
ego operor illud,sed qđ habitat in me pecca
tũ. Et sequit̃, Inuenio ergo legẽ mihi volen
ti facere bonũ,qm̃ malũ mihi adiacet, hoc
est,inuenio mihi legem esse bonum volen-
ti facere,qđ lex vult,qm̃ non ipsi legi q̃ di-
cit,Nõ cõcupisces,sed mihi adiacet malũ ꝙ
nolo,quia & nolens concupisco. Condele-
ctor.n.legi dei s̃m interiorem hominẽ, vi-
deo aũt aliam legem in membris meis repu
gnantem legi mentis meæ, & captiuitatem
me sub lege peccati,q̃ est in membris meis.
Ista condelectatio legi dei secundum inte-
riorẽ hominẽ,de magna nobis venit gratia
E
Dei. In ea quippe interior homo noster re-
2. Co
nouatur de die in diem, cum in ea proficit
perseueranter. Non.n.timor est torquens,
sed amor libens. Ibi sumus veraciter liberi,
vbi non delectamur inuiti. Verum illud qđ
ait, Video aũt aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis meæ: ipsa ista est
de qua loquimur concupiscentia,lex pecca-
ti in carne peccati. Quod autem dixit,& ca-
ptiuantem me sub lege peccati: hoc est, sub
seipsa quæ est in membris meis. Aut capti-
uantem dixit,captiuare conantem, id est,ad
consentiendum implendumq́ue cogẽtem,
aut potius,quod non habet controuersiam,
captiuantem secundum carnem, quam nisi
teneret carnalis concupiscentia, quam le-
gem peccati vocat, non vtique in ea ullum

illicitum desiderium, cui mens obedire nõ
debeat, cõmoueret. Qđ aũt non ait, captiuã
tẽ carnẽ meã: sed, captiuantẽ me: hinc factũ
est, vt sensus hic alius q̄reretur, & accipere-
mus captiuãtem uelut dixisset, captiuare co
nantẽ. Sed cur non diceret, captiuantẽ me,
vbi vellet intelligere carnem suam? an non
dictũ est de dñ̃o Iesu cũ in monumento nõ
F fuisset inuẽta caro eius, Tulerunt dñ̃m meũ
& nescio vbi posuerunt eum? Nun iõ non
recte dictũ est, q̄a non dictum est, carnẽ uel
corpus dñ̃i mei, sed dominum meum?

Quanq̄ paulo superius, & ipse Apostol⁹
Paulus q̃uo recte potuerit de carne sua dice
re, captiuantem me, satis euidenter aperuit.
Cũ.n.dixisset, Scio.n.quia non habitat in
me, idipsum exponens adiunxit, & ait, hoc
est in carne mea bonũ: hæc ergo captiuatur
sub lege peccati, in qua non habitat bonũ,
hoc est caro. Carnẽ aũt nũc appellauit, vbi
est morbidus quidã carnis affectus, non ipsã
corporis conformationẽ, cuius mẽbra non
adhibenda sunt arma peccato.i.eidẽ ipsi cõ-
cupiscẽtiæ, q̄ hoc carnale nostrũ captiuũ te-
net. Nã quantum attinet ad ipsam corporalẽ
substantiã atq; naturã in uiris fidelibus, siue
coniugatis, siue continentib. iã tẽplum Dei
est, attamen si oĩno nihil carnis nostræ capti
uum teneretur, non q̄dem sub diabolo, quia
& ibi facta est peccati remissio, ut pc̃tm̃ nõ
imputetur, qđ proprie lex peccati uocatur,
tñ̃ sub ipsa lege peccati, hoc est sub concupi
scentia sua nisi aliquantum teneretur caro
nostra captiua, q̃uo esset verũ quod ait idẽ
G Apost. Adoptionem expectãtes, redemptio-
nẽ corporis nostri? Intantum igitur adhuc
expectatur redẽptio corporis nostri, in quã
tum adhuc ex aliqua parte captiuũ est sub
lege peccati. Vñ̃ & h c exclamans ait, Infe-
lix ego hõ q̄s me liberabit de corpore mor
tis huius? Gr̃a Dei p̱ Iesum Xp̃m dñ̃m no-
strum. Vbi quid intellecturi sumus nisi q̄a
corpus quod corrũpitur, aggrauat animam? *Sap. 9*
Cur ergo id ipsum corpus iã incorruptibile
recipiet, plena erit liberatio a corpore mor-
tis huius, a quo non liberantur qui sunt ad
poenã resurrecturi. Ad corpus ergo mortis
huius intelligitur p̱tinere, vt alia lex in mẽ-
bris repugnet quidem legi mentis, dum ca-
ro cõcupiscit aduersus spiritũ, & mentẽ nõ
subiuget, quia & spiritus cõcupiscit aduer-
sus carnẽ, atq; ita quamuis lex ipsa peccati
captiuũ teneat aliquid carnis, vñ̃ resistat le-
gi mentis, nõ tñ̃ regnat in nr̃o licet mortali *Rom.6.*
corpore, si non obeditur desiderijs eius. So-
lent.n.& hostes aduersus quos dimicatur, &
inferiores esse in certamine & victi aliquid
tenere captiuũ, q̄d in nr̃a carne quanuis sub
H peccati lege teneatur, tñ̃ in spe redẽptionis
est, q̄a ipsa vitiosa concupiscentia nulla om
nino remanebit, caro aũt nostra ab ea peste
morboque sanata, & tota immortalitate ve- *Rom.7.*
stita, in æterna beatitudine p̱manebit. Sub-
iũgit aũt Apost. & dicit, Igitur ego ipse mẽ-
te seruio legi Dei, carne aũt legi pc̃ti. Qđ sic
intelligendũ est, mente seruio legi dei, non
consentiendo legi peccati, carne autem ser
uio legi peccati, habendo desideria pc̃ti, q̄b.
& si nõ cõsentio, nondũ tñ̃ penitus careo.

Deniq; quid, post hæc intulerit attenda- *Lex peccati in paruulis.*
mus. Nulla ergo, inq̄t, cõdẽnatio ẽ nũc his,
qui sunt in Xp̃o Iesu: ẽt nunc inquit, qñ̃ lex
in mẽbris repugnat legi mẽtis, & captiuum *Cap. 32.*
aliquid tenet in corpore mortis huius, nulla *Rom.8.*
condẽnatio est ijs q̄ sunt in Chr̃o Iesu. Au-
di quare, Lex.n. spũs uitæ, inquit, in Chr̃o
Iesu liberauit me a lege peccati & mortis.
Liberauit, q̃uo? nisi q̄a eius reatum peccato
rũ omniũ remissione dissoluit, vt quanuis
adhuc maneat, & de die in diem, magisque
minuantur, in peccatũ tñ̃ non imputetur.
Hæc itaq; remissio peccatorũ quandiu non
fit in prole, sic ibi est lex ista peccati, vt etiã
in peccatũ imputetur, id est, vt etiã reatus
eius cũ illo sit, qui eũ teneat æterni suppli-
cij debitorem. Hoc.n.traijcit parens in pro
lẽ carnalẽ, qđ & ipse carnaliter natus, nõ q̄d
spiritaliter est renatus, q̄a idipsũ qđ carnali
ter natus est, quanuis reatu soluto nõ impe
diat fructũ eius, tñ̃ tanq̄ in semine oliuæ la
tet, ẽt si p̱p̱ remissionẽ pc̃tõrũ nihil oleo no
ceat ei.i. vitæ, qua ₰m Chr̃m, q̄ est appellat⁹ *Abac.2.*
ab oleo, id ẽ, chrismate, iustus ex fide viuit.
Hoc aũt quod in parente regenerato tanq̄
in oleæ semine sine vllo reatu, q̄a remissum
est, tegitur, profecto in prole nõdum rege-
nerata uelut ĩ oleastro cũ reatu habetur, do-
nec illic ẽt eadẽ gr̃a remittat, Ex quo.n. Adã
ex olea tali in qua nec semen erat eiusmodi
vñ̃ amaritudo nasceretur oleastri, ĩ oleastrũ

cando

peccando conuerſus eſt, q̱a tã magnũ pc̃tm̃
fuit vbi magna in deterius fieret mutatio na
turæ, totũ genus humanũ fecit oleaſtrũ, ita
vt quemadmodũ nunc in ipſis videmus ar-
borib. ſi q̱d inde in oleã gr̃a diuina cõuertit
ibi vitiũ primæ natiuitatis, ꝙ erat originale
pc̃tm̃ de carnali cõcupiſcentia traductũ &
tractũ remittat̃, tegat̃. nõ imputet̃. Inde tñ
oleaſter naſcat̃, niſi & ipſe in oleã eadẽ gr̃a
K renaſcatur. Beata itaque olea cuius remiſſæ
ſunt iniq̱tates, & cuius tecta ſunt pc̃tã; Bea-
ta cui nõ imputauit dñs pc̃tm̃, ſed illud qđ
remiſſum & tectũ eſt & nõ imputat̃, donec
fiat in æternã immortalitatẽ plena mutatio,
habet vim quandã occultã, vñ ſeminet̃ ama
rus oleaſter, niſi & illic eadẽ dei agricultura
remittat̃, tegat̃, nõ imputet̃. Nõ erit aũt oĩ-
no aliq̱d vel in carnali ſemine vitioſum, cũ
eadẽ regeneratione, q̃ nunc fit ꝑ ſacrũ laua
crũ, vſq; in finẽ cuncta mala hominis pur-
gante atq; ſanante eadẽ caro ꝑ q̃ facta eſt
anima carnalis, fiat ẽt ipſa ſpiritalis, nullam
legi mentis reſiſtentẽ concupiſcentiã carnis
habitura, nihil carnalis ſeminis emiſſura. Sic
.n. accipiendũ eſt qđ ait idẽ Apoſt. Chr̃s di-
lexit Eccleſiã, & ſeipſum tradidit ꝓ ea vt eã
ſanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in
verbo, vt exhiberet ſibi ipſe glorioſam Ec-
cleſiã non habentẽ maculã aut rugã, aut ali
q̱d eiuſmodi. Sic, inquã accipiendũ eſt, ut
eodẽ lauacro regeneratiõis & verbo ſancti-
ficationis oĩa prorſus mala hominũ regene
ratorũ mundentur atq; ſanẽtur, nõ ſolũ pec
L cata, q̃ omnia nũc remittuntur in baptiſmo
ſed ẽt q̃ poſterius humana ignorãtia vel in-
firmitate cõtrahuntur, non vt baptiſma quo
tiens peccat̃, totiens repetatur, ſed q̱a ipſo
qđ ſemel datur fit, vt non ſolũ antea, verũ-
etiã poſtea quorũlibet peccatorũ venia fide
lib. impetretur. Quid .n. prodeſſet vel añ ba-
ptiſmũ pœnitentia, niſi baptiſmus ſequere-
tur, vel poſtea, niſi p̃cederet? In ipſa quoque
dñica or̃one, q̃ quotidiana eſt nr̃a mũdatio,
quo fructu, quo effectu diceretur, Dimitte
nobis debita nr̃a, niſi ab eis q̱ baptizati ſunt
diceretur? Itẽq; eleemoſynarũ largitate, &
beneficentia quantalibet cui tandẽ ad dimit
tenda ſua peccata prodeſſet, ſi baptizatus nõ
eẽt? Poſtremo regni cœlorũ ipſa fœlicitas,
vbi nõ habebit Eccleſia maculã aut rugam,

Rom. 6.

Non eſt remiſſio ſine baptiſmo.

Cap. 33.

Ephe. 6.

Mat. 6.

aut aliquid eiuſmodi, vbi nihil reprehenſio
nis, nihil ſimulationis erit, ubi nõ ſolũ rea-
tus ſed nec cõcupiſcentia erit vlla pc̃tĩ, quo
rũ erit, niſi baptizatorũ? Ac ꝑ hoc nõ ſolum
oĩa pc̃tã, ſed omnia prorſus hominũ mala
Chriſtiani lauacri ſãctitate tollũtur, quo mũ
dat Eccleſiã ſuã Chr̃s, vt exhibeat eã ſibi, nõ
in iſto ſeculo, ſed in futuro nõ habentẽ ma-
culã aut rugã, aut aliq̱d eiuſmodi. Nã q̱ mõ
eã talẽ eſſe dicũt, & tñ in illa ſunt, qm̃ & ip-
ſi fatent̃ ſe habere pc̃tã ſi verũ dicãt, ꝑfecto
qm̃ mũdi non ſunt a peccatis, habet ĩ eis Ec
cleſia maculã. Si aũt falſum dicũt, q̱a corde
duplici loquuntur, hẽt in eis Eccleſia rugã.
Si aũt ſe dicũt habere iſta, nõ ipſam ergo ſe
non eſſe mẽbra eius, nec ſe ad corpus eius
ꝑtinere fateantur, ut ẽt ſua cõfeſſione dam
nentur. De hac autem concupiſcentia car-
nis quã curauimus a nuptialib. bonis tã ꝓ-
lixa diſputatione diſtinguere, ꝑ ꝑ nouos hæ
reticos q̱ cũ hæc reprehẽdit̃, calũniant̃, qua
ſi nuptiæ repræhendantur, vt. ſ. eã tanq̃ bo-
num naturale laudando, ſuũ peſtiferũ dog-
ma confirmẽt, quo aſſerunt prolem, q̃ ꝑ illã
naſcitur, nullũ trahere originale peccatum.
De hac ergo carnis concupiſcentia, beatus
Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, cuius
ſacerdotali miniſterio lauacrũ regeneratio-
nis accepi, ſic breuiter eſt locutus, cum ex-
ponens Eſaiã prophetã, carnalem Chriſti
natiuitatẽ, inſinuaret, Ideo, inquit, & quaſi
homo per uniuerſa tentatus eſt, & in ſimili-
tudine hominũ cuncta ſuſtinuit, ſed q̱a de
ſpiritu ſancto natus, abſtinuit a peccato: Om
nis enim hõ mendax, & nemo ſine peccato
niſi unus deus. Seruatũ eſt igitur vt ex viro
& muliere, id eſt, per illam corporũ cõmix-
tionem nemo videatur expers delicti eſſe.
Qui aũt expers eſt delicti, expers eſt etiam
huiuſmodi conceptionis. Nunquid nam &
ſanctus Ambroſius nuptiarum bonitatem,
ac nõ potius iſtorũ hæreticorũ quanuis tũc
A nondum apparẽtium, vanitatem huius ſuæ
ſententiæ veritate dãnauit? Qđ ideo cõme-
morandum putaui, q̱a Pelagius ſic laudat
Ambroſiũ, ut dicat, Beatus Ambroſius ep̃s,
in cuius præcipue libris Romana elucet fi-
des, q̱ ſcriptorũ inter Latinos flos q̱dã ſpe-
cioſus enituit, cuius fidem & puriſſimũ in
ſcripturis ſenſum ne inimicus quidẽ auſus
eſt

Eccleſia non ... ca ... re ... mala.

C. 34.

M

C. 35.

est reprehendere. Pęniteat ergo eũ qđ sensit
B aduersus Ambrosium, ne pęniteat eũ quod
sic laudauit Ambrosiũ, Habes librũ & mole
stra longitudinis, & difficultate qõnis, q̃ mi
hi fuit ad dictandũ tã tibi ad legendũ nego-
tiosum, qb. particulis tẽporũ te inuenire po
tuit aut potuerit otiosum. Quem profecto
quantũ me dñs adiuuare dignatus est elabo
ratum, inter ecclesiasticas curas meas, non
tibi ingererem inter publicas tuas, nisi ab
homine dei qui te familiarius nouit audis-
sem, ꝙ tam libenter legas, ut etiã nocturnas
aliquas horas lectioni uigilanter impendas.

Huius libri finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, ad Valerium comitem de nuptijs & concupiscentia. Kiber Secundus.

Cap. I.

INter militiæ tuæ curas & illustris personæ quam pro meritis gestas, actusq; reipublicæ necessarios, fili dilectissime & honorande Valeri, tanto studio te aduersus hæreticos in eloquia diuina flagrare satis dici nõ potest quanta mentis iocunditate delecter. C Itaq; posteaq̃ legi literas sublimitatis tuæ, quib. de libro quem ad te scripsi grãs agis, sed admones vt per fratrẽ & coepm meum Alipiũ audiã, qđ de quibusdã locis eiusdem libri hæretici disputationis assumãt, ad hoc scribendum excitatus sum. Et quia non tm̃ relatu memorati fratris id didici, uerũetiã prolatas ab eo chartulas legi, quas post eius de Rauenna profectionem Romã mittere ipse curasti, vbi aduersariorum potui vaniloquia reperire, ad ea rñdere adiuuante dño quanta possum veritate & scripturarum diuinarum authoritate proposui.

Aug. li. obie. Au. 7. Cap.

Chartula cui nunc rñdeo hoc titulo prænotat, Capitula de lib. Augustini quem scripsit, ꝯ quæ de libris pauca decerpsi. Hic uideo eũ qui tuæ pstantiæ ista scripta direxit, de nescio quib. ea libris, cã quantũ existimo celerioris rñsionis, ne tuã differret instantiã, voluisse decerpere. Qui aũt sint isti libri cũ cogitarẽ, eos esse arbitratus sum, quorũ mentionẽ Iulianus facit in epistola quã Romam misit, cuius exemplũ simul ad me usq; peruenit. Ibi quippe ait, Dñt ẽt istas q̃ mo- D do agunt, nuptias a deo institutas nõ fuisse, qđ in lib. Augustini legitur. Contra quem ego modo quatuor libellis rñdi, credo ex his libellis ista decerpta sunt, vnde melius fortasse fuerat vt vniuerso ipsi operi eius qđ quatuor voluminib. explicauit, redarguendo & refellendo nostra laboraret intentio, nisi & ego rñsionẽ differre noluissem, sicut nec tu trãsmissionẽ scriptorũ quibus rñdendũ est, distulisti, Verba ergo de libro meo tibi a me misso tibiq; notissimo ista posuit q̃ refutare conatus est, dãnatores nos esse nuptiarum operisq; diuini, quo ex maribus & fęminis deus hoĩes creat inuidiosissime clamitat, qm̃ dicimus eos q de tali cõmixtione nascũtur, trahere originale pctm̃, eosq; qui de parentibus qualibuscunq; nascant̃, non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo. In his uerbis meis testimonium Apostoli qđ interposui, prętermisit, cuius se opprimi magna mole sentiebat. Ego. n. cũ dixissem hoĩes natos trahere originale peccatum, mox hoc intuli qđ Apostolus ait, Per vnum hoĩem pctm̃ intrauit in mundum, & per pctm̃ mors, & ita in oẽs homines pertrãsijt, in quo oẽs peccauerũt, quo testimonio, ut diximus, prætermisso cę- E tera ille contexuit, q̃ suqra memorata sunt. Nouit. n. quẽadmodum soleant hæc uerba apostolica q̃ prætermisit, accipere catholicorũ corda fideliũ, q̃ verba tam recta & tan luce fulgentia tenebrosis & tortuosis interpretationib. noui hæretici obscurare & deprauare moliuntur. Deinde alia uerba mea subtexuit, ubi dixi, Nec aduertunt ꝙ ita nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non põt accusari, sicut adulteriorũ & fornicationum malum bono naturali qđ inde nascit̃ non potest excusari. Nam sicut pctm̃ siue hinc siue inde trahatur opus est diaboli, sic homo siue hinc siue inde nascatur opus est dei. Etiam hic ea prætermisit, in qb. aures catholicas timuit. Nã ut ad hæc uerba ueniretur, supra dictũ erat a nobis. Hoc ergo qa dicimus qđ antiquissima atq; firmissima catholicę fidei regula cõtinetur, isti nouelli & puersi dogmatis assertores q nihil pctĩ esse in paruulis dñt, qđ lauacro regenera-

Rom. 5.

generationis abluatur tãq̃ dãnemus nuptias & tãquã opus dei, hoc est hominẽ, q ex illis nascitur opus diaboli esse dicamus, infideliter vel imperite calũniatur. His ergo nostris prætermissis, sequunt̃ illa nostra q̃ posuit, sicut supra dictũ est. In his itaq; q̃ prętermisit hoc timuit, quia cũctæ Ecclesiæ catholicę pectori cõuenit, fidẽq; ipsã antiquitus traditã atq; fundatã, clara quodãmodo voce cõpellat, & aduersus eos vehemẽtissime ꝑ mouet ꝙ diximus, qa nihil peccati esse in paruulis dicũt, ꝙ lauacro regñationis abluat̃, Oẽs. n. ad Ecclesiã nõ ꝓꝓ aliud cũ paruulis currũt, nisi vt in eis originale pc̃m̃ generatione prima natiuitatis attractũ regñatiõe secũdæ natiuitatis expietur. Deinde ad nr̃a superiora verba reuertitur, q̃ nescio cur repetat. Eos autẽ q de tali cõmixtione nascũtur, dicimus trahere originale peccatũ, eosq; q de parẽtibus qbuscũq; nascũtur, nõ negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascãtur in Christo. Hæc verba nostra, & pau lo ãte iã dixerat. Deinde subiũgit, ꝙ de Chr̃o diximus, q de eadẽ sexus vtriusq; cõmixtione nasci noluit. Sed & hic ꝑtermisit ꝙ ego posui, vt ꝑ eius gratiã de potestate tenebrarũ eruti, in regnũ illius, q ex eadẽ sexus vtriusq; cõmixtione nasci noluit, trãsferãtur Vide obsecro te, quæ nostra verba vitauit: tã quã inimicus omnino gratiæ dei, quę venit ꝑ Iesũ Christũ dñm nostrũ. Scit. n. ab illa Apostoli sẽtẽtia, qua dixit de deo patre q eruit nos de potestate tenebrarũ, & trãstulit in regnũ filij claritatis suæ, im ꝓbissime & impijssime paruulos separari, ideo ꝓculdubio verba ista prætermittere q̃ ponere maluit. Post hæc illud nostrũ posuit, vbi diximus H ęc. n. quæ ab impudẽtibus impudẽter laudatur pudẽda cõcupiscẽtia, nulla esset, nisi homo ante peccasset, nuptiæ vero essent etiã si nemo peccasset: fieret qppe sine isto morbo seminatio filiorum. Huc vsq; verba mea ille posuit, Timuit. n. quod adiunxi, in corpore vitæ illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius. Et hic vt meã sentẽtiã nõ finiret, sedeã qu odãmodo detruncaret, illud Apostoli testimoniũ formidauit, vbi ait, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, Gratia dei ꝑ Iesũ Christũ dñm nostrũ. Nõ. n. erat corpus mortis huius in paradiso ante peccatũ, propter ꝙ diximus, in corpore vitę illius, q̃ ibi erat, sine isto morbo seminationẽ fieri potuisse filiorum, sine quo nunc in corpore mortis huius fieri non põt. Vt aũt ad istã cõmemorationẽ humanæ miseriæ & diuinæ gratiæ veniret Apostolus, supra dixerat, Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meę, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Post hæc aũt verba exclamauit, Miser ego homo qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesũ Chr̃m dñm nr̃m. In corpore igit̃ mortis huius, quale in paradiso ante peccatũ nõ fuit, profecto nõ erat alia lex in mẽbris nostris repugnãs legi mentis nostræ, qa & qñ nolumus, & qñ nõ cõsentimus, nec ei mẽbra nostra, vt impleat quod appetit, exhibemus, habitat tñ in eis, & mentẽ resistentem repugnantemq; sollicitat, vt ipse conflictus etiam si non sit damnabilis, quia non perficit iniquitatem, sit tamen miserabilis, quia non habet pacem. Satis igitur admonuerim, sic istũ verba mea velut refellenda sibi proponere voluisse, vt alicubi me diis detractis, sententias interrumperet, alicubi extremis non additis decurtaret, & cur hoc fecerit, sufficienter ostenderim.

Nunc ad ea quæ sicut voluit, nostra ꝓposuit, quæ sua opposuerit, videamus. Sequuntur enim iam verba eius, & sicut iste insinuauit, qui tibi chartulam misit, prius aliquid de præfatione conscripsit proculdubio librorum illorum, de quibus pauca decerpsit. Id autem ita sese habet, Doctores, inquit, nostri temporis frater beatissime, & nefariæ, quæ adhuc feruet, seditionis authores, ad hominum quorum sanctis studiis vtuntur, cõtumelias & exitium decreuerunt per ruinã totius Ecclesiæ peruenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam, nisi cum catholica religione non potuisse conuelli. Nam si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut deum esse nascentium conditorem dixerit, Celestianus & Pelagianus vocatur. Ne igitur vocentur hæretici, fiunt Manichæi, & dũ falsam verentur infamiam, verum crimen incurrunt, instar ferarum, quæ circundantur pinnis, vt cogantur in retia. Quibus quoniam deest ratio, in verum exitium vana formidine contruduntur.

Non

Non eſt ita vt loqueris,quicũq; iſta dixi-
ſti, non eſt ita,multũ falleris vel fallere me-
ditaris,non liberũ negamus arbitriũ:ſed,Si
vos filius liberauerit,ait veritas, tunc vere
liberi eritis:Hũc vos inuidetis liberatorẽ,q
bus captiuis vanã tribuitis libertatẽ. A quo
n.qs deuictus eſt,ſicut dicit ſcriptura, huic
ſeruus addictus eſt; nec quisquã niſi ꝑ gra
tiã liberatoris iſto ſoluiť vinculo, a quo eſt
hominũ nullus in munis. Per vnũ quippe
hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per
peccatũ mors, & ita in oẽs homines ꝑtran
ſit,in quo oẽs peccauerunt. Sic eſt ergo deꝰ
naſcentiũ cõditor,vt oẽs ex vno eãt in cõ-
dẽnationẽ, quorũ nõ fuerit renaſcentiũ li-
berator. Ipſe quippe dictus eſt figulus, ex
eadẽ maſſa faciens aliud vas in honorẽ ẽm
miſericordiã, aliud in contumeliã ẽm iudi
cium,cui cãtat Eccleſia Miſericordiã & iu
diciũ. Nõ itaq; ſicut te atq;alios fallẽs loque
ris,ſi quis aut liberũ in hominib.arbitrium,
aut deum eſſe naſcentium cõditorẽ dixerit,
Celeſtianus & Pelagianus vocatur,iſta qp-
pe catholica fides dicit.Sed ſi quis ad colen
dũ recte deũ,ſine ipſius adiutorio dicit eſſe
in hominib. liberũ arbitriũ, & quiſquis ita
dicit deum naſcentiũ conditorẽ,vt paruulo
rũ neget a ptãte diaboli redẽptorẽ,ipſe Ce-
leſtianus & Pelagianus vocať. Liberũ itaq;
in hominib.eſſe arbitriũ,& deũ eſſe naſcẽ-
tiũ conditorẽ vtriq; dicimus, nõ hinc eſtis
Celeſtiani & Pelagiani, liberũ aũt quẽquã
eſſe ad agendũ bonũ,ſine adiutorio dei, &
nõ erui paruulos a ptãte tenebrarũ, & ſic
transferri in regnũ dei,hoc vos dicitis,hinc
eſtis Celeſtiani & Pelagiani. Quid obtẽdis
ad fallendũ cõis dogmatis tegmen, vt ope-
rias propriũ crimen, vnde vobis inditũ eſt
nomẽ,atq; vt nefario vocabulo terreas im-
peritos, dicis.Ne igitur vocẽtur hr̃tici,ſiũt
Manichæi? Audi ergo breuiter quid in iſta
qõne verſetur.Catholici dicunt humanam
naturã a creatore deo bono conditã bonã,
ſed peccato vitiatã Chriſto medico indige
re.Manichæi dicunt humanã naturã non a
deo conditã bonã peccatoq; vitiatã, ſed ab
æternarũ principe tenebrarũ de cõmixtio-
ne duarum naturarũ, quæ ſp fuerunt, vna
bona & vna mala,hominẽ creatũ.Pelagiani
& Celeſtiani dicunt naturã humanã a bo-
no deo conditã bonã,ſed ita eſſe in naſcen-
tib.paruulis ſanã, vt Chriſti non habeãt ne
ceſſariã in illa ætate medicinã.Agnoſce igi
tur in tuo dogmate nomẽ tuũ, & catholi-
cis a quib.cõfutaris, deſine obiicere & dog
ma,& nomẽ alienũ. Nã veritas vtroſq; re-
darguit,& Manichęos & vos.Manichęis.n.
dicit, Nõ legiſtis qa q ab initio fecit homi-
nẽ, maſculũ & fęminã fecit eos?Et dixit,
Propter hoc relinquet homo patrẽ & ma-
trẽ,& adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in
carne vna:itaq; iã non ſunt duo, ſed una ca
ro.Quod ergo deus coniunxit,hõ nõ ſepa-
ret. Ita qppe oſtẽdit & hominũ conditorẽ,
& coniugũ copulatorẽ deum aduerſus Ma
nichæos,qui vtrũq; horũ negant. Vobis au
tẽ dicit, Venit filius hominis quęrere & ſal
uũ facere qđ perierat.Sed uos egregij Chri
ſtiani rñdete Chr̃o, Si qđ perierat q̃rere &
ſaluare veniſti,ad paruulos non veniſti.Iſti
nec perierãt & ſalui nati ſunt, vade ad ma-
iores,de uerbis tuis tibi pręſcribimus, Nõ
eſt opus ſanis medicus, ſed male habentib.
Ita fit, ut Manichęus qui homini cõmixtã
dicit eẽ naturã malã, uelit inde ſaltẽ ſaluari
a Chriſto animã bonã. Tu uero in paruulis
cũ ſalui ſint corpore,nihil a Chriſto ſaluan
dũ eſſe contendis. Ac ꝑ hoc Manichæus q-
dã naturã humanã deteſtabiliter vituperat,
ſed tu crudeliter laudas. Quicũq;.n.tibi cre
diderint laudatori, infantes ſuos nõ offerũt
ſaluatori.Tã ſcelerata ſentienti qd tibi pro-
deſt nõ metuere? Quin tibi fit ut ſalubriter
metuas,& te hominẽ facis eſſe,non beſtiã,
quæ circundatur pinnis ut cogatur in retia:
Opus erat ut ueritatem teneres,eiusq; ſtu-
dio non timeres,nunc vero ita non times,
ut ſi timeres,euaderes potius retia maligna,
quã incurreres. Mater catholica ideo te ter-
ret, quia & tibi & aliis a te timet, & ſi per
filios ſuos in aliqua poteſtate poſitos agit
ut timeas,non id agit crudelitate, ſed chari
tate. Tu autem uir fortiſsimus timere homi
nes ignauum putas,deum ergo time, & no
li antiqua fidei catholicæ fundamenta co-
nari tanta obſtinatione ſubuertere, quanq̃
iſte tuus animus animoſus utinam ſaltem
in hac cauſa homines timeret, utinam in-
quam,ſaltem paueret ignauia potius,quam
periret audacia.

recenset oĩa aduersarij & respõdet singulis. *Cap.4.*

Videamus cętera quæ connectit. Sed q̃d faciã, vtrum singula eius proponam, quibus r̃ndeam, an eis pręter missis, quæ catholica fides continet, ea sola pertractem atq; confutem, in quib. a tramite veritatis exorbitat, & hęresim Pelagianã tanq̃ venenosa virgulta, fructibus catholicis conatur inserere? Hoc quidẽ certe breuius est, sed perspiciendum arbitror, ne quisquã libro meo lecto, & non lectis oĩbus, quę ab illo dicta sunt, existimet ea me proponere noluisse, ex quib. ista eius pẽdent, & ex quib. quasi consequenter vera esse monstrant, q̃ falsa redarguo. Non itaq; pigeat vtraq; huic opusculo nr̃o indita, & B ea. s. quæ ille dixit, & ea q̃ ipse r̃ndeo, vniuersa attendere & considerare lectorẽ. Quæ sequunt, ergo ita prænotauit, q̃ tuæ dilectioni chartulã misit, Cõtra eos, inq̃t, q̃ nuptias dãnant, & fructus earum diabolo assignant.

Calũniatoris verba recitat & confutat. *Cap.5.*

Non igitur contra nos qui neq; nuptias dãnamus, quas ẽt in ordine suo debita prædicatione laudamus, nec earum fructus diabolo assignamus: nuptiarũ quippe fructus hoĩes sunt, qui ordinate inde generant, non peccata cum quib. nascuntur. Nec ideo sunt hoĩes sub diabolo, quia hoĩes sunt, vbi sunt fructus nuptiarum, sed q̃a peccatores sunt, vbi est propago uitiorum, Diabolus. n. culpæ author est, non naturæ. Attende cætera *Gene. 2.* quib. se existimat aduersus nos hoc præmisso titulo consonare. Deus, inquit, qui Adam ex limo fuerat fabricatus, Euam cõstruxit è costa & dixit, Hęc vocabitur uita, q̃m mater est oĩum viuentiũ. Non quidẽ ita scriptum est, sed q̃d ad nos? Solet. n. accidere vt memoria fallat in verbis, dum tñ sñia teneatur in libris: nec. n. Euæ nomẽ vt appellaretur uita, deus imposuit, sed maritus. Sic. n. legitur, Et vocauit Adam nomen uxoris suæ uita, q̃m ipsa est mater omnium viuentium. Sed hoc fortassis intellexerit, vt deus per Adã nomẽ illud Euę imposuisse credatur tanq̃ per prophetã. Nam in hoc q̃ appellata est uita materq; viuentium, magnũ est ecclesiæ sacr̃m, C vnde nunc differere longum est, & suscepto operi nõ necessarium. Nam & illud q̃ dixit *Ephes. 5.* Apostolus, Sacr̃m hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & in ecclesia: ipse Adã *Mat. 19.* dixit, Propter hoc relinquet homo matrem & patrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quod tñ dñs Iesus in euãgelio deum dixisse commemorat, quia deus vtiq; per hominem dixit, quod hõ prophetando prædixit. Ergo quæ sequũtur intuere. Prima, inquit, cõpellatione cui operi parata esset, oñdit & dixit, Crescite & multiplicamini & replete terram. Quis. n. nostram ne- *Gen.* gat ad opus pariendi a dño deo creatore omnium bonorũ bono præparatam fuisse mulierem? Adhuc uide q̃d adiungat, Deus igit, inquit, maris creator & fęminæ conuenientia generationibus membra formauit, & gi- D gni corpora de corporibus ordinauit, quorum tñ efficientiæ potentia dei operationis interuenit, oẽ quod est ea ad ministrans uirtute qua condidit. Etiam hoc esse catholicũ confitemur. Et quod deinde subiunxit, Si igitur, inquit, non nisi per sexum fœtus, nõ nisi per corpus sexus, nõ nisi per deum corpus, quis ambigat fęcunditatem deo iure reputari? Post hæc quæ veraciter, & catholice dicta sunt, imò in diuinis libris veraciter scripta, non aũt ab isto catholice dicta sunt, q̃a non intentione catholici pectoris dicta sunt, iam p̄ p̄ q̃d ea dixit, Pelagiana & Celestiana hæresis incipit introduci. Nanq; attende q̃d sequitur, Tu uero, inquit, q̃ dicis eos, qui de parentibus qualibuscunq; nascũtur, adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, Ostende ergo nũc q̃d suum diabolus cognoscat in sexibus, per q̃d fructũ eorum, ut dicis, iure possideat. Diuersitatem sexuũ? sed hæc in corporibus est, quæ deus facit: cõmixtionem? sed non minus benedictionis, q̃ institutionis priuilegio vendicat. *Gene* Vox. n. dei est, Relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Vox dei est, Crescite & multiplicamini & replete terram. An forte ipsam fęcunditatẽ? Sed ipsa est instituti cã cõiugij. E

Vides igitur quemadmodum nos interroget, q̃d suum diabolus cognoscat in sexibus, per quod sub illo sint, qui de parentib. qualibuscunq; nascuntur, nisi renascantur in Christo, vtrum diuersitatem sexuum dicamus ad diabolum pertinere, an commixtionem, an ipsam fœcunditatem. R̃ndemus itaq; nihil horum, q̃a & diuersitas sexuum pertinet ad vasa gignentium, & utriusque commixtio ad seminationẽ pertinet filio-

rum,& ipsa fœcunditas ad benedictionem
ptinet nuptiarum.Hæc aũt omnia ex Deo,
sed iste in his omnibus noluit nominare cõ
cupiscẽtiã carnis,q̃ non est a pr̃e, sed ex mũ
do est,cuius mũdi princeps dictus est diabo
lus,q ea in dño non inuenit, q̃a dñs hõ non
p ipsam ad homines venit, vnde dicit ẽt ip-
se.Ecce uenit princeps huius mundi,& ĩ me
nihil inueniet: nihil vtiq; peccati, nec q̃d a
nascente trahit,nec q̃d a viuente addit.Hãc
iste noluit nominare in his omnib.q̃ cõme-
morauit naturalib.bonis, de qua ẽt nuptiæ
cõfundunt,q̃ de his bonis oĩbus gloriãtur.
Nã quare illud opus coniugatorũ subtrahit
& abscondit ẽt oculis filiorũ, nisi quia non
põt esse in laudanda cõmixtione,sine pudẽ-
da libidine?De hac erubuerunt ẽt qui primi
pudenda texerunt,q̃ prius pudenda nõ fue
runt, sed tanq̃ dei opera pdicanda atq; glo-
rianda.Tunc ergo texerunt qñ erubuerunt,
tunc aũt erubuerunt, qñ post inobedientiã
suam,inobedientia mẽbra senserunt.De hac
erubuit ẽt iste laudator, Cõmemorauit eñ
sexuũ diuersitatem,commemorauit cõmix-
tionem,cõmemorauit fœcunditatem,illam
vero cõmemorare verecũdatus est.Nec mi-
rũ si pudet laudantes,q̃d videmus ipsos pu-
dere generantes.Sed adiũgit & dicit, Per q̃d
igitur sub diabolo sunt,quos deus fecit.Sibi
que veluti ex nr̃a voce rñdet, Per peccatum
inquit,non per naturã. Deinde nr̃æ rñsioni
suã referens.Sed vt non põt,inquit,sine sexi
bus fœtus,ita nec sine volũtate esse delictũ.
Ita vero,ita est. Sicut. n. per vnum hominẽ
peccatum intrauit in mũdum,& per pecca-
tum mors,& ita in omnes homines pertran
sijt,in quo oẽs peccauerunt, Per vnius illi9
voluntatem malam omnes in eo peccaue-
runt,qñ omnes illi vnus fuerũt,de quo pro
pterea singuli peccatum originale traxerũt.

Dicis.n.inquit ideo illos esse sub diabo-
lo,quia de sexus vtriusq; commixtione na-
scuntur? Dico plane pp delictum eos esse
sub diabolo,iõ aũt expertes non esse delicti,
quia de illa cõmixtione sunt nati,q̃ sine pu-
denda libidine non põt ẽt q̃d honestum, est
operari.Dixit hoc etiam beatissimæ memo-
riæ Ambrosius Ecclesiæ Mediolanensis Eps,
cum Xpi carnalem natiuitatẽ iõ diceret ex p
tem esse delicti,quia conceptus eius vtrius
que sexus cõmixtionis est expers: nullũ aũt
hominũ esse sine delicto, qui de illa cõmix-
tione conceptus est,Nã eius verba ista sunt, *Ambros.*
Ideo,inquit,& quasi hõ p uniuersa tentatus
est,& in similitudine hominum cũcta susti-
nuit, sed quia de spiritu natus, abstinuit a
peccato. Omnis enim homo mendax,& ne
mo sine peccato, nisi vnus deus. Seruatũ est
igitur,inquit, vt ex viro & muliere,id est, p
illam corporum commixtionem, nemo ui-
deatur expers esse delicti,Qui aũt expers est
delicti,expers est ẽt huiusmodi cõceptionis.
Nunquid ẽt istum o Pelagiani & Celestiani
audebitis dicere Manichæum,quod eũ dice
bat esse Iouinianus hæreticus, contra cuius
impietatem vir iste sanctus etiam post par-
tum permanentem virginitatem sanctę Ma
riæ defendebat? Si ergo illum Manichæum
dicere non audetis, nos cum in eadem cã,
eadem sententia fidem catholicam defenda
mus,cur dicitis Manichæos? Aut si & illum
fidelissimũ uirum hoc secundũ Manichęos
sapuisse iactatis,iactate, iactate, ut mensurã
Iouiniani perfectius impleatis, nos cum il-
lo homine dei,patienter vestra maledicta &
conuitia sustinemus,& tamen hæresiarches
vester Pelagius fidem & purissimum in scri
pturis sensum sic laudat Ambrosij, vt dicat
ne inimicum quidem eum ausum esse repre
hendere.Quo ergo progressi fueritis atten-
dite, & vos ab ausibus Iouiniani tandẽ ali-
quando cohibete,quanuis ille nimis laudã-
do nuptias, sanctæ illas virginitati adęqua-
uit,& tamen nuptiarum fructibus ab utero
etiam recentibus Christum saluatorem, &
de potestate diaboli redemptorem nõ nega
uit necessarium,quod uos negatis. Et q̃a uo
bis pro eorum salute,qui nondum pro se lo
qui possunt,& pro fidei catholicę fundamẽ
tis resistimus, Manichæos nos esse iactatis.
Sed iam sequentia videamus.

Cap. 6.

Rursus quippe interrogatus dicit, Quẽ
igitur paruulorum confiteris authorẽ? Deũ
verum?Rñdeo,deũ uerum. Deinde ille sub
iungit, Sed malum ille non fecit. Ac rursus
interrogat,utrum diabolũ paruulorũ confi-
teamur authorem. Rursusq; rñdet, sed natu
ram hominis ipse nõ concludit.Deinde qua
si concludit atque infert, Si mala cõmixtio
deformis, & cõditio corporũ, & iõ corpora
quoque

quoque malo a te deputantur authori. Cui rñdeo, malo authori non deputo corpora, ſed delicta, quorũ cã factũ eſt, vt cum in corporibus, hoc eſt, in dei operibus totũ placeret, acciderit tñ maſculo & fœminæ quod puderet, vt nõ eſſet cõmixtio qualis eſſe potuit ĩ corpore vitæ illius, ſed qualẽ uidemus erubeſcentes in corpore mortis huius. Deus vero, inqt, diuiſit in ſexu, quod in operatione cõiungeret. Ab ipſo igitur eſt cõmixtio corporũ, a quo eſt origo corporũ. iã ſup. rñdimus hoc ex deo eſſe, ſed non delictum, nõ membrorũ inobedientiã per carnis concupiſcentiam, quæ non eſt a patre. Deinde dicit, Tot ergo rerũ bonarũ. i. corporũ, ſexuũ,

K

coniunctionũ malos fructus eſſe nõ poſſe, nec homines ob hoc a deo fieri, vt a diabolo ſicut dicis, inquit, legitimo iure teneant. Iã dictum eſt non eos iõ teneri, quia homines ſunt, quod naturæ nomẽ eſt, cui9 author diabolus non eſt, ſed qa pctõres ſunt, quod culpæ nomen eſt, cuius diabolus author eſt.

Vbi non eſt peccatum, ibi nõ interceſſit cõcupiſcentia.

Sed inter tot nomina bonarũ rerũ. i. corporũ, ſexuũ, coniunctionũ, libidinẽ vel cõcupiſcentiã carnis, iſte nõ nominat. Tacet, qa pudet, & mira ſi dici põt pudoris impudentia, qđ nominare pudet, laudare nõ pudet. Deniq; vide quẽadmodũ magis eã circũloquẽdo maluerit ſignificare, q̃ dicere. Poſtquã aũt vir, inquit, naturali appetitu cognouit vxorem: ecce iterũ dicere noluit, carnis concupiſcentia cognouit vxorẽ: ſed naturali, inquit, appetitu: vbi adhuc poſſumus intelligere ipſam voluntatẽ iuſtã & honeſtã, qua voluit filios procreare, non illã libidinẽ de qua iſte ſic erubeſcit, vt ambigue nobis loqui malit, q̃ pſpicue quod ſentit exprime-

Cap. 7.

L

re. Quid eſt naturali appetitu? An nõ & velle eſſe ſaluũ, & velle ipſos ſuſcipere, nutrire, erudire filios, naturalis eſt appetitus, idemq; rõnis eſt, nõ libidinis? Sed quia huius nouimus intentionẽ, iõ non eũ putamus his verbis, niſi libidinẽ membrorũ genitaliũ ſignificare voluiſſe, nõne tibi videntur hæc verba folia eſſe ficulnea, ſub quib. latet quid aliud, q̃ id quod pudet? Ita quippe iſte ſibi circũlocutionis huius obſtacula, ſicut illi ſuccinctoria conſuerunt, contexat & dicat, Poſtq̃ aũt vir naturali appetitu cognouit vxorem, dicit ſcriptura diuina, Concepit Eua & pepit filium, & vocauit nomẽ eius Cain. Sed qđ, inqt, dicit Adã, audiamus, Acquiſiui hominem p deũ: Vnde conſtat opus dei eſſe, quẽ p deum acquiſitum ſcriptura diuina teſtat. Quis hinc dubitat? quis hoc neget, maxime catholicus Chriſtianus? opus dei eſt hõ, Sed carnis cõcupiſcentia, ſine qua, ſi peccatum non præceſsiſſet tranquillæ volũtati obediẽtibus ſicuti cætera membra genitalib. ſeminaretur hõ, non eſt a patre, ſed ex mundo ẽ. Verũ nunc obſecro te paulò attẽtius intuere, quod nomen nouum inuenerit quo rurſus operiret, quod erubeſcit aperire. Genuerat. n. eũ, inquit, Adã potentia membrorum, non diuerſitate meritorũ. Quid dixerit, diuerſitatẽ meritorũ, fateor non intelligo, ſed potentiã mẽbrorũ credo illud voluit dicere, quod pudet euidenter dicere, Maluit. n. dicere membrorũ potẽtiã, q̃ carnis cõcupiſcẽtiam. Planè ẽt ſi non cogitauit, ſignificauit aliquid quod ad rẽ pertinere videatur. Quid. n. potentius mẽbris hominis, qñ non ſeruiunt volũtati hominis? Quæ tametſi frenetur tẽperantia, uel continentia vſus eorũ aliquantum, motus tñ eorũ nõ eſt in hominis poteſtate. Genuit ergo Adã filios hac, vt iſte dicit, mẽbrorum ſuorũ potẽtia, de qua priuſ quã illos gigneret, erubuit poſt peccatũ. Si autem non peccaſſet, non eos genuiſſet mẽbrorũ potentia, ſed membrorũ obediẽtia. Ipſe quippe eſſet potẽs, vt eis ſubiectis uoluntate imperaret, ſi potentiori & ipſe ſubiectus eadem voluntate ſeruiret.

Gene. 3.

Gen. 4.

M

Poſt aliquãta iterũ dicit ſcriptura diuina, inquit, Cognouit Adam Euã vxorem ſuã, & cõcepit, & peperit filiũ, vocauitq; nomẽ eius Seth, dicens, Suſcitauit mihi dñs ſemẽ aliud pro Abel, quem occidit Cain. Deinde addit & dicit, ad documẽtũ inſtituti coitus, ipſum ſemẽ diuinitas dicitur excitaſſe. Non intellexit homo iſte qđ ſcriptũ eſt, putauit. n. ad hoc eſſe dictũ, Suſcitauit mihi dñs ſemen illud p Abel, vt crederetur deus illi excitaſſe libidinẽ coeundi, cuius motu excitaretur ſemen, vt gremio fęminæ poſſit infundi, Neſcit non eſſe ob aliud dictũ, excitauit mihi ſemen: niſi, dedit mihi filium. Deniq; hoc Adã nõ dixit poſt coitum ſuũ, quo ſemẽ emiſit, ſed poſt coniugls partũ, quo filiũ deo donante ſuſcepit. Nã quę gratulatio eſt,

C G

A

nifi

nisi forte libidinosorum & suũ vas in morbo cõcupiscentiæ, qđ vetat Apost. possidentium, si semen extra coeundi voluntatẽ fundatur, nec sequat̃ conceptus aut partus ubi nuptiarum verus est fructus? Neq; hoc ideo dixerim, ꝙ alius putandus sit præter summũ & verum deũ vel humani seminis, uel ipsius hoĩs creator existere, sed hoc trãquilla de hoĩe obedientia membrorũ ad nutum volũtatis exisset, si peccatũ non præcessisset.

B

Neq; nunc agit̃ de natura seminis humani, sed de vitio. Illa quippe habet authorẽ deũ, ex isto aũt trahitur originale pctm̃. Nam si semen ipsum nullũ habet uitiũ, quid est qđ scriptum est in lib. Sapientiæ, Nõ ignorans qm̃ nequam est natio illorũ & naturalis malitia ipsorũ, & qm̃ nõ poterat mutari cogitatio illorũ in perpetuũ, semen.n. illorũ erat maledictũ ab initio? Nempe de quibuscũq; dicat ista, de hoĩbus dicit, Qũo est ergo cuiuslibet hoĩs malitia naturalis & semen maledictum ab initio, nisi ad illud respiciat̃, ꝙ per unum hoĩem pctm̃ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in oẽs hoĩes pertransiit, in quo oẽs peccauerunt? Cuius aũt hoĩs mala cogitatio non potest in perpetuũ mutari, nisi quia per seipsam non põt, sed si gr̃a diuina subueniat, qua non subueniente quid sunt homines, nisi quod ait Apost. Petrus, velut muta animalia procreata naturaliter in captiuitatem & interitum. Vnde uno loco Paulus Apost. vtrunq; cõmemorans, & iram dei cum qua nascimur, & gratiam qua liberamur, Et nos oẽs, inquit, aliqñ conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, faciẽtes voluntatem carnis & affectionũ, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri.

C

Deus aũt qui diues est in mĩa ꝑꝑ multam dilectionem qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Quid est ergo malitia naturalis hoĩs, & semen maledictum nb initio, & procreati naturaliter in captiuitatẽ & interitũ, & natura filij iræ?

Nunquid in Adam natura ista sic condita est? Absit. Sed quia in illo vitiata sic per oẽs iam naturaliter cucurrit & currit, vt ab hac perditione non liberet, nisi gratia Dei per Iesum Christum dñm nr̃m. Quid est ergo qđ iste adiungit, & dicit de Noe & filijs eius, ꝙ similiter benedicti sint ut Adam & Eua, dicẽte Deo, Crescite & multiplicamini & replete terram & dñamini eius: quib. dei verbis addit sua dicens, Voluptas ergo ista, quã tu diabolicã vis videri, iã in supradictis cõiugibus habebat̃, q̃ ut institutione bona, ita ẽt benedictione permãsit? Non.n. dubitat̃ de hac ad Noe & ad filios eius corporum commixtione dictũ, cuius iam vsus inoleuerat, Crescite & multiplicamini & replete terrã. Non opus est eadẽ multis verbis repetere.

D

De uitio hic agitur, quo est deprauata natura bona, cuius uitij author est diabolus, non de natura ipsius bonitate, cuius author est deus, qui neq; ab ipsa vitiata deprauataq; natura, suã, abstulit bonitatem, vt auferret hoĩum fęcunditatẽ, viuacitatẽ, sanitatẽ, ipsamq; substantiã animi & corporis sensus atq; rõnem, alimẽta, nutrimenta, incremẽta, qui ẽt facit oriri solẽ suũ super bonos & malos, & pluit suꝑ iustos & iniustos, & quicquid boni est naturæ humanæ a deo bono ẽt in illis hoĩbus est, qui non liberabunt̃ a malo. Voluptatem tñ iste & hic dixit, q̃a põt voluptas & honesta esse, nõ dixit carnis concupiscentiã vel libidinem q̃ pudenda est: sed in consequentib. aperuit verecundiam suam, nec dissimulare potuit ab eo qđ violenter ipsa natura pręscripsit. Et illud, inquit, Propter hoc relinquet hõ patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erũt duo in carne una. Et posthęc verba dei, sua ipse subiũgens, ut exprimeret, inq̃t, fidẽ operũ, Propheta prope periculum pudoris accessit, O aperta prorsus & ui ueritatis extorta cõfessio, Propheta ergo ut exprimeret fidẽ operũ prope periculũ pudoris accessit, q̃a dixit, Erũt duo in carne vna, vbi cõmixtionem maris & fęminæ intelligi voluit.

E

Dicatur cã, cur in exprimendis operibus dei, Propheta prope periculũ pudoris accesserit. Itane vero humana oꝑa pudẽda esse nõ debẽt, sed planè glorianda, & diuina pudenda sunt? Itane vero in eloquendis & exprimendis operib. dei, non honorat̃ Prophetæ vel amor vel labor, sed periclitatur pudor? Quid.n. potuit deus facere, qđ eius prædicatorẽ pudeat dicere? Et qđ est grauius, pudeat hoĩem alicuius oꝑis qđ nõ homo, sed deus fecit in hoĩe, cũ opifices q̃to pñt labo

Marginalia: [1. Thess. 4.] [Sap. 12.] [Rom. 5.] [1. Pet. 2.] [Ephes. 2.] [Gen. 9.] [Matt. 5.]

re & industria id agant, ne de suis operibus erubescãt? Sed profecto illud nos pudet, qđ puduit primos illos hoĩes qñ pudenda texerunt. Ista est pœna peccati, illa plaga vestigiumq; peccati, illa illecebra fomesq; peccati, illa lex in mẽbris repugnans legi mentis, illa ex nobisipsis aduersus nosipsos inobedientia iustissimo reciprocatu in obedientib. reddita, huius nos pudet, & merito pudet. Nam si hoc nõ esset, quid nobis esset ingratius, quid irreligiosius si in mẽbris nostris, non de uitio vel de pœna nostra, sed dei confunderemur operibus?

Gene. 3.

Dicit ẽt iste multa frustra de Abraham & Sara, qũo ex promissione acceperint filiũ, & tandem concupiscentiam nominat, non tñ addit carnis, quia ipsa pudenda est. In concupiscentiæ aũt noĩe aliqñ gloriandum est, quia est & concupiscentia spiritus aduersus carnem, est & concupiscentia sapientiæ. Ait ergo, Certe hanc concupiscentiam sine qua nulla fœcunditas est, malũ naturaliter definisti, vnde ergo per donũ cęleste in senibus excitatr? Astrue iam hoc si potes ad opus diaboli pertinere, qđ deum vides conferre pro munere. Ita hoc dicit, quasi concupiscentia carnis ante defuerit illis, & hãc eis donauerit de⁹, q̃ pculdubio inerat incorpore mortis huius, sed fęcunditas defuit, cuius author est de⁹, & ipsa donata est qñ uoluit de⁹. Absit aũt ut dicamus qđ nos putauit esse dicturos, Isaac sine cõcubitus calore gñatum.

Cap. 10. F *Gala. 5.*

Sed ipse iam dicat, quare interiret anima eius de genere suo, si circũcisus die nõ esset octaua, q̄d ipse peccasset, & q̄d offendisset deum, ut de aliena in se negligentia iam seuera sñia puniret, si nullum esset originale peccatũ? De circuncidendis. n. deus sic mandauit infantibus, Masculus qui non circuncidetur carne præputij sui octauo die, disperiet aĩa eius de genere suo, q̄a testm̃ meum dissipauit. Dicat iste si potest qũo puer iste testm̃ dei dissipauit octo dierum, quantum ad ipsum proprie attinet innocens infans, & tñ nullo modo deus uel scriptura sancta id mendaciter diceret. Tunc ergo dissipauit testm̃ dei, non hoc de imperata circuncisione, sed illud de ligni prohibitione qñ per unum hoĩem peccatum intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in oẽs homines pertransijt, in quo oẽs peccauerunt, & hoc in illo significabatur expiari circuncisione octaui diei, hoc est, sacro mediatoris in carne venturi, q̄a per eadem fidem uenturi in carne Xp̃i morituri pro nobis, & tertio die, qui post septimum sabbati fuerat futurus octauus, resurrecturi, ẽt iusti saluabantr antiqui. Traditus est. n. p̄ p̄ delicta nostra, & resurrexit p̄ p̄ iustificati onẽ nostram. Ex quo enim instituta est circũcisio in populo dei, quod erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad significationem purgationis ualebat & paruulis originalis veterisque peccati, sicut & baptismus ex illo ualere cœpit ad innouationem hominis, ex quo est institutus.

Circũcisio loco baptismi *Cap. 11.* *Gen. 17.* G *Rom. 4.* H

Non q̄ ante circuncisionem iustitia fidei nulla erat, Nam cũ adhuc esset in præputio, ex fide iustificatus est ipse Abraham pr̃ gentium, q̃ fidem ipsius fuerãt sectaturæ. Sed superioribus tp̄ibus omnimodo latuit sacrm̃ iustificationis ex fide, eadẽ tñ fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis, non uetus testm̃ quod in seruitutẽ generat, non lex quę non sic est data, q̃ posset viuificare, sed gratia dei per Iesum Christum dñm nr̃m. Quia sicut credimus nos Xp̃m in carne uenisse, sic illi uenturũ. Sicut nos mortuũ, ita illi moriturum. Sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturũ. Et nos vero & illi ad iudicium mortuorum uiuorumq; uenturum. Non ergo iste humanam male defendendo impedit a salute naturã, quia oẽs sub peccato nascimur, & per unũ solũ, qui sine peccato natus est liberamur. Ista, inquit, corporũ cõmixtio cũ calore, cũ voluptate, cũ semine a deo facta, & pro suo modo laudabilis approbatur, quæ aliqñ etiã amplum efficitur munus piorũ. Dixit cum calore, dixit cũ uoluptate, dixit cum semine, non tamen dicere ausus est cũ libidine. Quare, nisi quia nominare erubescit, quam laudare non erubescit? Munus aũt piorum propagatio est fęcunda filiorum, non cõmotio pudenda mẽbrorum, quã nõ haberet in generandis filijs natura sana, nunc ãt habet eam natura uitiata. Ac per hoc & qui inde nascitr, indiget renasci, ut sit mẽbrum Xp̃i, & de quo nascitur si iam renatus est, indiget liberari ab ea, quæ in corpore mortis huius est lege peccati. Quæ cum ita sint,

Cap. I

quomo-

quõ adiungit & dicit? Cofitearis ergo necesse est, originale qđ finxeras, interisse pctm̃, Nõ ego finxi originale pctm̃, qđ catholica fides credidit antiqtus, sed tu, q hoc negas, fine dubio es nouus hęreticus. Sub diabolo ãt sunt iudicio dei oẽs cũ pctõ generati, si non fuerint in Xp̃o regenerati. Sed qa de Abrahã loquebaẽ & Sara, subiunxit atq; ait, Qđ si dixeris, vsus in eis uigebat, & fœtus non erat. Rñdebo quẽ cõditor, promisit, cõditor dedit, nõ cõcubitus, sed dei opus est q nasci tur. Qui. n. primũ hominẽ fecit ex puluere oẽs fabricatur ex semine. Sicut ergo tũc limus, q assumptus est, materia nõ author fuit hominis, ita nunc vis illa voluptatis confectrix, cõmixtrix seminũ, nõ explet opationis vicẽ, sed de thesauris naturæ offert Deo, vnde ille hominẽ digneẽ operari. Hæc oĩa q̃ dixit, excepto qđ ait a voluptate semina confici atq; misceri, recte diceret si in eis catholicũ sensum defendere nitereẽ. Quia vero scimus qd ex his moliatur efficere, pfecto dicit ẽt recta puerse. Illud itaq; quo excepto cætera vera esse non abnuo, iõ non est verũ, qa voluptas illa concupiscentiæ carnalis non conficit semina, sed ea q̃ iam sunt in corporib a vero deo cõdita, a quo ipso condunẽ & corpora, non fiunt voluptate, sed excitanẽ & emittuntur cũ voluptate. Vtrũ aũt vtriusq; sexus semina in muliebri vtero cũ voluptate misceãtur, viderint fœminæ qd in secretis uiscerib. sentiant, nos non decet inaniter vsq; ad ista esse curiosos. Libido tñ illa erubescenda, vnde pudenda ipsa appellata sunt membra, non fuit in corpore uitæ illius, q̃ in paradiso fuit ante pctm̃, sed cœpit esse in corpore mortis huius retributa inobedientia inobedientiæ post pctm̃. Sine qua libidine poterat opus fieri coniugũ in generatione filiorum, sicut multa opera fiunt obedientia cæterorum sine ullo ardore mẽbrorum, q̃ voluntatis nutu mouentur, non æstu libidinis concitantur. Attende cætera. Hoc ẽt, inquit, Apostoli confirmat authoritas. Cũ eñ beatus Paulus de resurrectione mortuorũ loqueretur ait, Insipiens tu, qđ seminas nõ viuificatur. Et infra, Deus aũt illi dat corpus, p ut uult, & unicuiq; seminũ proprium corpus. Si ergo deus, inquit, humano semini qđ nemo negat vel prudentum vel piorũ, pprium sicut omnib. reb. corpus attribuit vnde quenq̃ reũ natũ pbabis? Tandẽ oro respicias, quibus laqueis peccati naturalis suffocetur assertio. Verũ age, inquit, tecũ p̃cor, mitius. Mihi crede ẽt te deus fecit, sed qđ fatendũ est, grauius error infecit. Quid. n. põt prophanius dici, q̃ q deus hominẽ aut non fecerit, aut vt dicis diabolo fecerit, aut certe diabolus dei sit imaginẽ hoc est, hominẽ fabricatus, qđ non minus stultũ dignoscitur esse, q̃ impium? Ergo tam inops, inqt, tã inuerecundus deus est, vt nõ habuerit, qđ in præmium sanctis hominib. daret, nisi qđ deceptis diabolus infudit in vitio.* Vis aũt scire qđ ẽt in his, q sancti non sunt, hanc generationũ potentiã deus tribuisse pbetur. Eo igitur tpe cũ Abrahã metu percussus gentis Barbaræ, Saram quæ vxor erat, sororẽ suam dixit, refertur Abimelech rex illius prouinciæ abduxisse eã in noctis vsum. Sed Deus cui cura erat honor sanctæ mulieris, in somnis Abimelech veniens regiam frenauit audaciã, comminatus interitum, si pgeret violare coniugium. Tunc Abimelech ait, Nunquid dñe gentẽ ignorantem & iustã perdes? Nonne ipsi dixerunt se germanitate cõiunctos? Surrexit ergo mane Abimelech & accepit mille didrachmas argẽti, & oues, & vitulos, & pueros, & ancillas, & dedit Abrahę atq; a se mulierẽ remisit intactã. Orauit uero deum Abraham pro Abimelech, & sanauit deus Abimelech & vxorẽ eius & ancillas eius. Cur aũt hæc tanta prolixitate narrauerit, accipe breuiter in his quæ secutus adiunxit, Deus, inquit, orante Abraham curauit dispensationis secreta, quæ amota est uerendis vilium fœminarum, quia clauserat Deus a foris omnem vuluam in domo Abimelech. Vide ergo, inquit, vtrum naturaliter malum dici debet, quod interdum aufert exasperatus deus, redditque placatus? Ipse, inquit, facit, & piorum filios & impiorum, quoniam quod fiunt parentes, ad naturam pertinet, quæ deo gaudet authore, quod autem impij sunt, ad studiorum prauitatem, quæ vnicuique de libera voluntate contingit.

His omnibus quæ tam multa dixit, respondemus nihil diuinis testimonijs, quæ interposuit esse dictum de pudenda libidine,

[Margin notes: Cap. 3. — Gen. 2. — C — L — Gal. 5. — *al. initio? — Gen. 20. — M — A — August.]

quàm dicimus non fuisse in corpore beatorum, nudi erant & non confundebantur.

Cap. 14. Nam primũ illud Apostoli de seminibus dictũ est frumentorum, q̃ prius moriunt̃, vt viuificent̃. Quam sñiam.s.Apostolicã, quo cõsilio nescio, noluit iste complere: nã eam

1.Co. 15 hucusq; cõmemorauit, Insipiens tu, quod seminas non uiuificat̃. Apostolus aũt addidit, nisi prius moriatur. Sed iste quantũ existimo, qđ de frumentis dictũ est, de humano semine accipi voluit ab eis q̃ hæc legũt, & scripturas sanctas, vel nesciũt, vel nõ recordant̃. Deniq; non solũ istam sñiam decurtauit, vt nõ adderet nisi prius moriatur, verumẽt sequentia prætermisit, vbi aperuit Apostolus de quibus seminibus loqueretur. Ait.n.Apostolus, Et qđ seminas, nõ corpus qđ futurum est seminas, sed nudũ granum farris, tritici, aut alicuius cęterorũ. His præ-

B missis iste cõtexuit, qđ deinde dicit Apost. Deus aũt illi dat corpus prout vult, & unicuiq; seminũ propriũ corpus: tanq̃ de concumbẽte hoie dixerit Apost. Insipiens tu, qđ seminas nõ uiuificat̃: ut intelligeremus nõ ab homine concubitu filios seminante, sed a deo viuificari semẽ humanũ. Sic.n.fuerat prælocutus, q̃a voluptas illa non explet operationis vicem, sed de thesauris naturæ offert deo, vnde ille hominẽ digneť operari. Et subiunxit testimoniũ, quasi hoc dixerit Apost. Insipiens tu, qđ seminas non uiuificat̃, hoc est, a te nõ uiuificat̃, sed deus hominem de tuo semine operat̃, tanq̃ ab Apostolo media illa q̃ pręter misit iste, non dicta sunt atq; se habeat eius sñia, velut de humano semine loqueretur, Insipiẽs tu, qđ seminas nõ uiuificat̃, deus aũt illi dat corpus pro vt vult, & vnicuiq; seminum propriũ corpus. Deniq; post hęc Apostoli verba, sic infert sua, Si ergo deus, inquit, humano semini, qđ nemo negat vel prudentium, vel piorum propriũ, sicut oĩbus rebus corpus attribuit quasi Apost. de humano semine in

C illo testimonio sit locutus. De qua fraude q̃d adiuuaret̃ eius intẽtio cũ aliquãto attentus cogitarẽ, nihil potui reperire, nisi q̃a testẽ voluit adhibere Apostolũ, qđ probaret deum, qđ & nos dicimus, de humanis seminibus hoĩem operari, Et cũ ei testimonium nullũ occurreret, isto abusus est fraudulenter, timens utiq; ne forte si appareret Apostolum non de humanis seminibus, sed de frumẽtis illa dixisse, hinc admoueremus vn de refutaret̃, non religiosæ volũtatis, sed libidinosæ uoluptatis pudens noiator & impudens prædicator. De ipsis quippe seminibus q̃ in agris agricolę seminant, potest iste redargui. Cur.n. nõ credamus deũ potuisse in paradiso concedere homini beato de suo semine, ꝙ concessum uidemus agricolis de tritici semine, vt eo modo sereret̃ illud sine vlla pudenda libidine ad volũtatis nutum, mẽbris obsequẽtibus genitalibus sicut hoc seritur sine ulla pudenda libidine ad uoluntatis nutum agricolarũ obsequentibus manibus, honestiore in parentib. gignẽdorum desiderio filiorum, quã est in arantibus implendorum horreorum: ac deinde creator oṕs incõmutabili vbiq; præsentia & creatrice potẽs de seminibus hoĩum prout vellet, ꝙ & nũc facit operaret̃ in fęmina, sicut de seminib. frumẽtorum prout vult operat̃ in terra: beatis matribus sine libidinosa uoluptate cõcipientibus, sine erũnoso gemitu

D pariẽtibus, q̃nquidem in illa felicitate & in corpore nondum mortis huius, sed uitæ illius nõ esset fęminis in excipiendis seminibus ꝙ puderet, sicut nõ esset in ædendis fœtibus, qđ doleret? Quisquis aũt non credit, vel credi non vult, hominibus ante omne peccatum in illa paradisi fœlicitate uersantibus hoc potuisse dei volũtate & benignite concedi, non optandæ fœcunditatis laudator, sed pudendæ uoluptatis amator est.

Item aliud ex libro diuino testimonium quod posuit de Abimelech, Et deo uolente clausa oĩ vulua in domo eius, ne mulieres eius parerẽt atq; aperta rursus ut parerent, q̃d ad rẽ pertinet? q̃d habet de illa pudẽda libidine, de qua nunc q̃o est? Nunquid ipsam deus detraxit illis fœminis, reddiditq; cũ voluit? Sed pœna fuit ut parere nõ possent, beneficiũ uero vt parere possent more huius corruptibilis carnis. Nõ.n.tale beneficium de⁹ cõferret corpori mortis huius, quale nõ hr̃et, nisi corpus uitæ illius in paradiso ante pc̃m, & vt cõceptus ꝑuenerit sine libidine pruriẽte, & partus sine dolore cruciãte. Cur ãt nõ intelligamus, q̃nquidẽ dicit scriptura, a foris oẽs vuluã fuisse cõclusam, aliquo do

lor

lore factũ esse, vt non possent fœminæ con
cubitum perpeti, qui dolor deo succensente
fuisset inflictus, miserante detractus? Nam si
ad impedimentũ ferendæ prolis esset libido
detrahenda, viris esset detrahenda, nõ fęmi-
nis. Fœmina.n.posset voluntate concũbere
ẽt desistente libidine, qua stimularet̃ si uiro
non deesset, qua excitaret̃. Nisi forte q̃a scri
ptũ est: & ipsum Abimelech fuisse sanatum
virilem dicturus est ei libidinem redditam.
Quam profecto si amiserat, quid opus fuit
eum diuinitus admoneri, vt Abrahæ non
misceretur uxori? Sed sanatum dicit, quia
domus eius ab illa peste sanata est.

[Aug. lib. gi... contra Iu... lian. ... lib. 4. d ... in ... suũ. c. 16.]

F

Iam nunc illa tria videamus, quorũ triũ
quodlibet dixerimus, nihil ait dici posse ꝓ-
phanius, ꝙ hoĩem deus aut non fecerit, aut
diabolo fecerit, aut certe diabolus dei sit
imaginẽ, hoc est hoĩem fabricatus. Horum
triũ primũ & nouissimũ, non dici a nobis ẽt
ipse si non sit excors, aut nimium peruicax,
confitet̃. De illa qõ est qđ scđo medioq; lo
co posuit, vbi fallit̃, vt a nobishoc existimet
dici, ꝙ diabolo deus hoĩem fecerit, tanq̃ in
hoĩbus quos deus ex hominibus parẽtibus
creat, hoc intẽdat, hoc curet, hoc sui operis
rõne prouideat, ut habeat diabolus seruos,
quos ipse sibi facere non põt. Absit ut hoc
qualiscunq; puerilis pietas suspicet̃. Boni-
tate sua deus facit hoĩes & primos sine pec-
cato, & cæteros sub peccato, in vsus profun
darum cogitationũ suarũ. Sicut.n.de ipsius
Ro. 9. diaboli malitia nouit ille q̃d agat & qđ agit
iustũ est & bonũ, q̃uis sit de quo agit iniu-
stus & malus, nec eũ ꝑpea creare noluit,
q̃a malum futurũ esse præsciuit, ita de vni-
uerso genere humano q̃uis nullus hominũ
sine peccati sorde nascat̃, bonũ ille, q̃ sum-
me bonus est operat̃, alios faciens tanq̃ va-
sa misericordiæ, quos gr̃a discernat ab eis,
qui vasa sunt iræ: alios tanq̃ vasa iræ, vt no-
tas faciat diuitias gloriæ suæ in uasa mĩæ.
Eat iste nunc & aduersus Apostolum cuius

G

ista sñia est argumentetur, imo aduersus ip-
sum figulũ, cui r̃ndere prohibet Apost. di-
cẽs, O hõ tu qui es qui r̃ndeas deo? Nunq̃d
dicit figmentũ, ei, qui se finxit quare sic me
fecisti? An non habet ptãtem figulus luti ex
eadẽ massa facere, aliud vas in honorẽ, aliud
in contumeliã? Nunq̃d ergo iste negat uasa
iræ esse sub diabolo? Aut quia sub diabolo
sunt, alius ea quã ille facit, q̃ vasa misericor
dię facit? Aut aliũde & non ex eadẽ massa fa
cit? Hic itaq; dicat, Ergo deus vasa diabolo
facit, quasi nesciat deus sic eis uti ad opera
sua iusta & bona, sicut ipso vtitur diabolo.

Cap. 17. Matt. 5.

An vero filios perditionis hędos sinistræ
partis diabolo pascit, & diabolo nutrit & ve
stit, qui facit solem suũ oriri suꝑ bonos &
malos, & pluit super iustos & iniustos? Sic
itaq; creat malos q̃uo pascit & nutrit malos,
q̃a qđ eis creando tribuit, ad naturæ perti-
net bonitatẽ, & qđ eis pascendo & nutrien
do dat incrementũ, non vtiq; malitiæ eorũ,
sed eidem bonæ naturæ, quã creauit bonus,
bonũ tribuit adiumentũ. Inquantum.n.ho-
mines sunt, bonũ est naturæ, cuius author
est deus: inquantũ aũt cum peccato nascun
tur perituri, si non renascant̃, ađ semen per-
tinet maledictũ ab initio illius antiquę ino-
bedientiæ vitio, Quo tñ bene vtitur factor
ẽt vasorũ iræ, vt notas faciat diuitias glorię
suæ in vasa misericordiæ, ne meritis suis tri
buat, si ad eandem massam quisq; pertinens
gratia liberetur, sed qui gloriatur in domi-
no glorietur. Ab hac fide Apostolica atq; Ca
tholica veracissima atq; fundatissima, cum
Pelagianis iste discedens, non vult nascen-
tes esse sub diabolo, ne paruuli portẽtur ad
Christum, vt eruantur a potestate tenebra-
rum, & in regnum ipsius transferantur.

Rom. 9.

H

Cap. 18.

Ac sic accusat ecclesiam toto orbe diffu-
sam, in qua vbiq; oẽs baptizandi infantuli
non ob aliud exufflantur, nisi vt ab eis prin
ceps mũdi mittat̃ foras, a quo necesse est va
sa iræ possideant̃, cũ ex Adam nascunt̃ si in
Xp̃o non renascant̃, & in eius regnũ per gra
tiã facta vasa misericordię transferant̃. Con
tra istã fundatissimã veniens veritatem, ne
vniuersam Xp̃i ecclesiã oppugnare videat̃,
quasi me vnũ alloquit̃, & velut corripiens
atq; admonens dicit, Etiã te deus fecit, sed
qđ est fatendum, grauius error infecit. Sane
qđ deus me fecerit agnosco & gratias ago,
q̃ tñ cũ iræ vasis perissem, si tm̃ ex Adã me
fecisset, & in Xp̃o non refecisset. Quod cum
possessus Pelagiana impietate non credit, si
in tanto malo in finẽ usq; perdurat, non ipsi
sed catholici uideãt qualis & quantus eum
error non infecerit, sed plane interfecerit.

Ioan. 12.

I

Argumẽta aduersarij. Cap. 19. Rom. 1.

Attende sequentia, Quod aũt, inquit, filij ex coniugio suscepti naturaliter boni sint, Apost. dicente, discamus, qui ait de improbis, Relicto naturali vsu fœminæ exarserunt in desideria sua in inuicẽ masculi in masculos turpitudinẽ operantes. Oñdit ergo, inquit, vsum fœminæ & naturalẽ esse & pro suo modo laudabilem: flagitiũ aũt exerceri ꝯ institutionis pudorẽ. Merito itaq;, inquit, & in bene vtentibus genus concupiscentiæ modusq; laudaẽ, & in turpib. excessus eius puniẽ. Deniq; eodem tpe deus Abrahæ & Saræ marcentia æuo mẽbra uegetauit, quo in Sodomis ipse igneo imbre puniuit. Si igitur putas, inquit, accusandũ membrorũ vigorẽ, qm̃ per ipsum Sodomitæ flagitiis obligati sunt, accusabis ẽt creaturã panis & uini, qm̃ hinc quoq; eos peccasse scriptura di K uina significauit. Dicit. n. dñs per Ezechielẽ Prophetam, Veruntñ hæ iniquitates Sodomæ sororis tuæ, Superbia in saturitate panũ & abundantia vini fluebant, ipsa & filij eius: & manũ pauperis & egẽtis nõ adiuuabant, Elige iam, inquit, vtrũ mauis, aut reputa diuino operi cõmixtionem corporũ, aut creaturã panis & vini similiter malum esse defini. Qđ si feceris, aperte Manichęus esse conuinceris. Concupiscentiæ aũt naturalis, qui modũ tenet, bene vtiẽ bono, qui modũ nõ tenet, bono male vtiẽ. Quid dicis ergo, inquit, Ita nuptiarũ bonum malo originali, qđ inde trahiẽ, non põt accusari, sicut adulteriorum malũ bono naturali, qđ inde nascitur, non potest excusari? His sermonibus, inquit, qđ negaueras concessisti, quod concesseras sustulisti, & nihil magis laboras, quã ut parũ intelligaris. Oñde sine cõmixtione nuptias corporales, aut vnum aliquid huic operi nomen imponito, & vel bonũ, uel malũ coniugiũ nuncupato. Spopondisti vtiq; bona te definire coniugia. Si coniugiũ bonum, si hõ fructus coniugij bonus, si hic fructus opus dei malus esse non potest, ꝗ per bonũ ex bono nascitur, vbi igiẽ origina L le malũ, qđ tot præiudiciis interemptũ est?

Ezec. 16.

Respõsio. Cap. 20.

Ad hæc rñdeo, non solũ filios ex coniugio, verumẽt ex adulterio bonum aliquod esse, ẽm opus dei quo creati sunt. Secũdum aũt originale pc̃tm̃, in damnationem nasci ex Adam primo, non solũ si de adulterio, verumetiam si de coniugio generentur, nisi in Adam secũdo qui est Christus regenerẽtur. Quod autẽ, ait, Apost. de improbis, Relicto naturali vsu fęminæ exarserunt in desideria sua, in inuicẽ masculi in masculos turpitudinẽ operantes: non dixit vsum coniugalẽ, sed naturalẽ, eũ volens intelligi, ꝗ fit membris ad hoc creatis, ut per ea possit ad generandũ sexus vterq; misceri, Ac per hoc cum eisdem membris ẽt meretrici quisq; miscet, naturalis est vsus, nec tñ laudabilis sed culpabilis. Ab ea vero parte corporis, quæ non ad generandum est instituta, si & coniuge quisq; vtatur, ꝯ naturam est & flagitiosum. Deniq; prius idem Apost. de fęminis dixit, nam fœminæ eorũ immutauerunt, naturaralem vsum, in vsum qui est ꝯ naturã. Dein M de masculis in masculos turpitudinem operantibus relicto vsu fœmineo naturali, non ergo isto nomine, i. vsu naturali, coniugalis est laudata commixtio, sed immundiora & sceleratiora flagitia denotata sunt, quã si & illicite fęminis, sed tñ naturaliter uterentur.

Rom. 1.

Panem vero & vinum sic non reprehendimus ꝑ luxuriosos & ebriosos qũo nec aurum ꝑ cupidos & auaros. Quocirca cõmixtionem quoq; honestam coniugum non reprehendimus ꝑ pudendam corporum libidinem, Illa. n. posset esse nulla præcedente perpetratione peccati, de qua non erubescerent coniugati, hæc aũt exorta est post peccatũ, quam coacti sunt velare confusi, Vnde remansit posterioribus coniugatis, ꝗuis hoc malo bene & licite utentibus, in eiusmodi opere humanũ vitare conspectum, atq; ita confiteri qđ pudendum est, cum debeat neminem pudere qđ bonũ est, Sic insinuantur hæc duo, & bonũ laudandæ coniunctionis, vnde filij generenẽ, & malũ pudendæ libidinis vnde qui generantur regenerandi sunt, ne damnentur. Proinde pudenda libidine, qui licite concumbit, malo bene vsitur: qui autem illicite, malo male A vtitur. Rectius enim accepit nomen mali ꝙ boni, quod erubescunt & mali & boni, Meliusq; credimus ei qui dicit, Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum: quàm huic qui dicit hoc bonum: vnde si confunditur, confitetur malum, si aũt non confunditur, addit impudentiam peius malum.

Cap.

Gen.

Rom.

ſum. Recte igitur diximus, Ita nuptiarũ bonũ malo originali qđ inde trahiť nõ põt accuſari, ſicut adulteriorum malũ bono naturali, qđ inde naſciť, nõ põt excuſari, qm̃ natura humana q̃ naſciť, vel de cõiugio, uel de adulterio, dei opus eſt. Quæ ſi malũ eſſet, nõ eſſet generanda: ſi malũ nõ haberet, nõ eſſet regeneranda. Atq; vt ad unũ verbũ utrunq; concludã, natura humana ſi malũ eſſet, creãda non eſſet: ſi ei mali nihil ineſſet, ſaluãda nõ eſſet. Qui ergo dicit eã bonũ non eſſe, bonũ negat conditæ creatorẽ. Qui vero negat ei malũ ineſſe, miſericordẽ vitiatæ inuidet ſaluatorẽ. Quapp in hominib. naſcentib. neque excuſanda ſunt adulteria p bonũ, qđ inde a conditore bono creatũ eſt, nec accuſanda coniugia p malũ, qđ ibi a miſericorde ſaluatore ſanandũ eſt. Oſtende, inqt, ſine cõmixtione nuptias corporales. Non oſtendo nuptias corporales ſine cõmixtione, ſed nec ipſe oſtendit eandẽ cõmixtionẽ ſine cõfuſione. In paradiſo aũt ſi pc̃tm̃ non pceſſiſſet, nõ eſſet quidẽ ſine vtriuſq; ſexus cõmixtione generatio, ſed eſſet ſine confuſione cõmixtio. Eſſet qppe, in coeundo trãquilla mẽbrorũ obedientia, nõ pudenda carnis cõcupiſcentia. Proinde coniugiũ bonũ eſt, unde ordinate ſeminatus naſciť homo & fructus coniugij bonus eſt, qđ eſt ipſe q ita naſcitur hõ, ſed pc̃tm̃ malũ eſt, cũ quo naſciť omnis hõ. Deus quippe fecit, & facit hominẽ, ſed p unum hominẽ pc̃tm̃ intrauit in mundũ, & p peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Nouo, inquit, genere differendi & catholicũ te pfiteris, & Manichæo patrocinaris, dicendo nuptias, & magnũ bonum & magnũ malũ. Prorſus quid loquatur ignorat, ſiue ignorare ſe ſimulat. Aut. n. nõ intelligit, aut nõ vult intelligere qd dicamus. Sed ſi nõ intelligit, præoccupatiõe impediť erroris. Aut ſi non vult qd dicamus intelligere, puicaciȩ vitium eſt, quo ſuum defendit errorẽ. Et Iouinianus qui paucos ante annos nouellã conatus eſt hæreſim condere, Manichæis patrocinari dicebat catholicos, qp aduerſus eũ ſanctam virginitatẽ nuptijs præferebãt. Sed nũſurus eſt iſte non ſe quod Iouinianus de indifferentia nuptiarum virginũq; ſentire. Nec ego id dico qđ illi hoc ſentiant, verum tamen p Iouinianũ catholicis Manichæos obiiciente non eſſe hoc nouũ, noui hæretici recognoſcãt. Nos itaq; nuptias bonũ dicim⁹ eſſe, nõ malũ. Sed ſicuti Arriani Sabellianos nos eſſe criminanť, quãuis nõ dicamus unũ eundemq; eſſe patrem & filium ſpũm ſanctum quod Sabelliani dicunt, ſed dicamus vnã eãdẽq; eſſe naturã patris & filij & ſpũs ſancti, qđ catholici dicunt, ita Pelagiani nobis Manichæos obijciunt, quãuis non dicamus malũ eſſe nuptias qđ dicũt Manichæi, ſed dicamus malũ primis hominib. i. primis cõiugibus accidiſſe, & inde in oẽs homines ptranſiſſe, quod dicunt catholici. Sed ſicut Arriani dũ Sabellianos fugiunt, in peius aliquid inciderũt, qa trinitatis auſi ſunt non pſonas diſcernere, ſed naturas, ita Pelagiani dũ Manichæorum peſtem in peruerſum vitare conãtur, de nuptiarũ fructu, ipſis Manichæis cõuincũtur pniciosiora ſentire, credendo paruulos Chr̃o medico non egere.

Definis, inquit, hominẽ ſi de fornicatione naſcať reum non eſſe: ſi de cõiugio, innocentem non eſſe. Huc enim peruenit qđ dixiſti, bonũ naturale đ adulteriis poſſe ſubſiſtere, malũ originale etiam de cõiugio trahi. Fruſtra omnino conatur apud intelligentem lectorẽ, quæ ſunt recta peruertere. Abſit. n. ut dicamus hominẽ ſi de fornicatione naſcatur reum non eſſe, Sed dicimus hominem, ſiue de coniugio, ſiue de fornicatione naſcatur bonũ aliquod eſſe, pp authorem naturæ deum: malum aliquod trahere, propter originale peccatum. Quod ergo dicimus bonum naturale etiã de adulterijs poſſe ſubſiſtere: malum aũt originale etiam de coniugio trahi, non huc peruenit quod ille conatur adducere non naſci reum de adulterijs, nec innocẽtem de nuptiis, ſed ex utroque reum generatione factum, propter originale delictum, & vtrunq; regeneratione abſoluendum, propter naturæ bonũ. Vnum ex his, inquit, verum eſt, alterũ falſum. Huic eadem breuitate reſpondeo. Immò utrunq; verũ eſt, neutrum falſum. Verum eſt, inqt, quod adulteriorum culpam homo qui inde naſcitur, non põt excuſare, quia quod adulteri fecerunt, ad uitium pertinet uoluntatis, qp aũt genuerunt ad legem ſpectat fecunditatis: quia ſi quis furtiuum triticum ſe-

[Margin notes: Cap. 2. — B — Rom. — Cap. 3. — Au. 7. — C — D — Cap. 24. Iulian. — August. — Cap. 25. — E]

rat non nascit messis obnoxia. Vitupero itaque, inqt, furem, sed laudo segetē, Innocētē pnuncio, q nascit ex generositate seminum dicente Apostolo, Deus illi dat corpus put vult, & vnicuiq; seminū ppriū corpus, condēno vero flagitiosum, q ex pposita puersitate peccauit. Ad hæc adiungit & dicit, Prorsus aūt si malū de nuptiis trahitur, accusari pnt, excusari non pnt. Quia & in diaboli iure opus earū fructumq; cōstituis, qa oīs cā mali, expers boni est. Homo aūt, inquit, qui de nuptiis nascit, nō hominib. sed seminib. imputat. Seminū vero cā in cōditione corporū est, qb. corporib. q male vtit boni meritū nō genus sauciat, Liquido igit, inqt, claret bonū esse cām mali, Si ergo, inqt, trahit & de nuptiis originale malū cā mali est cōuentio nuptiarū. Et necesse est malū esse p qđ & ex quo malus fructus apparuit, dicente dño in euāgelio, Ex fructib. suis arbor cognosci t. Qūo, inquit, tu audiēdus putaris, q dicis bonū esse coniugiū, de quo nihil aliud q̄ malū pdire definis? Cōstat igit mala esse coniugia si pctm̄ inde originale deducitur, nec posse defendi nisi fructus eorū innocēs approbet: Defenduntur aūt & bona pronūciant, fructus ergo approbatur innocuus.

Ad hæc responsuris, prius uolo esse intētum lectorē, nihil agere istum nisi vt saluator non sit paruulis necessarius, qa pctā pr sus a quib. saluētur pergat habere. Hæc tāta puersitas & tantæ inimica grāe dei, q̄ data ē p Iesum Xp̄m dn̄m nr̄m, qui venit q̄rere & saluare qđ perierat, insinuare se nititur cordib. parū intelligentiū, laude operū diuinorū, hoc est, laude naturæ humanæ, laude seminis, laude nuptiarū, laude utriusq; sexus cōmixtionis, laude fœcunditatis, q̄ oīa bona sunt. Nolo. n. dicere laude libidinis, qa eā & ipse nominare confunditur, ut aliud aliqd non ipsam laudare uideatur. Ac p hoc mala q̄ acciderunt naturæ, nō discernendo ab ipsius bonitate naturæ, nō eā quia falsum est, ostēdit sanam, sed sanari non pmittit ægrotā. Et iō illud quod diximus, qp adulteriorū culpā, bonum quod inde nascitur, id est, hō non pōt excusare, verū esse concedit, & hoc vn̄ nulla inter nos qō est, ēt similitudine furis furtiuum triticū seminantis. de quo vtiq; bona messis nascit, astruit, & confirmat ut pōt. Illud aūt alterum qđ diximus nuptiarū bonū malo originali quod inde trahitur, nō pōt accusari, nō uult consentire qđ uerum sit, qa si consenserit, nō Pelagianus hæreticus, sed christianus catholicus erit. Prorsus, inqt, si malum de nuptiis trahitur, accusari pnt, excusari non pnt, & in diaboli iure opus earū fructumq; constituis, quia omnis causa mali, expers boni est. Et ad hoc cætera attexit, vt probet cām mali bonam esse nō posse, & iō nuptias quia bonum sunt, cām mali non esse, ac per hoc de illis peccatorem, q necessarium habeat saluatorem nasci, omnino non posse: quasi nos nuptias causam dicamus esse peccati, quanuis homo qui ex illis nascitur, non nascatur sine peccato. Nuptiæ quidem institutæ sunt causa generandi, non peccandi, propter quod illa a domino est benedicto nuptiarum, Crescite, & multiplicamini & replete terram. Peccatum autem quod a nascentibus trahitur, nō ad nuptias pertinet, sed ad malum quod accidit hominibus, quorum cōiunctione sunt nuptiæ. Nam malum pudendæ libidinis, & potest esse sine nuptiis, & potuerūt esse nuptiæ sine illo, ad conditionem autem corporis pertinet, non uitę illius sed mortis huius ut nunc nuptiæ non possint esse sisie illo, quanuis ipsum possit esse sine illis. Nam vtique sine nuptiis est pudenda carnis concupiscentia, quando adulteria & queq; stupra atq; immunda committit, longe contraria, pudicitiæ nuptiarum, aut quando nulla ista committit, quia homo nulla consensione permittit, & tamē surgit & mouetur, & mouet, & plerunque in somnis ad ipsius operis similitudinem, & suæ motionis peruenit finem. Hoc ergo malum nec in ipsis nuptiis malum est nuptiarum, sed habent illud in corpore mortis huius paratum etiā si nolint, sine quo non possunt implere qđ nolunt. Non igitur ab earum institutione, quæ bene dicta est ad eas venit, sed ab eo quod ex vno homine peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Quid est ergo quod ait, Ex fructibus suis arbor cognoscitur, quia hoc in euangelio dixisse dn̄m legimus, nunquid inde dn̄s loquebatur, & non potius de dua-

bus

Marginalia: 1. Co. 15; Cap. 26.; Mat. 7.; F; August.; Luc. 19.; G; Genes; H; Rom. 5.; Mat. 7.; I

bus voluntatib. hominũ bona.ſ.& mala,iſtã bonã,illam malam arborẽ dicens,q̃a de bona voluntate bona oꝑa naſcunt̃, & mala de mala,nec pñt bona de mala , & mala de bona?Qđ ſi nuptias tanq̃ arborẽ bonã ẽm iſtã q̃ cõmemoraui euangelicã ſimilitudinẽ poſuerimus,ꝓfecto ex contrario fornicationẽ poſituri ſumus arborẽ malam.Quamobrẽ ſi hõ ita dr̃ fructus nuptiarũ,tanq̃ bonus ex arbore bona,ꝓculdubio naſci homo de fornicatione non debuit,Mala quippe arbor bonus fructus non facit. Porrò ſi dixerit,nõ illic arboris loco ponẽdũ eſſe adulterium,ſed naturam potius humanam, de qua naſcitur homo,ita ẽt hic non erit arbor cõnubium , ſed natura humana,de qua naſcit̃ hõ. Nihil proinde valet ad iſtam quęſtionẽ ſimilitudo illa euangelica,quia non ſunt nuptiæ cã peccati,quod trahitur a naſcente,& expiatur in renaſcente,ſed voluntariũ peccatũ hominis primi,originalis eſt cã pc̃tĩ.Dicis iterũ,inq̃t K Nam ſicut peccatũ,ſiue hinc,ſiue inde a paruulis trahatur , opus eſt diaboli, ſic hõ ſiue hinc,ſiue inde naſcat̃,opus dei ẽ.Et dixi hoc & veriſſime dixi,Et ſi ñ Pelagian⁹ſed catholicus eſſet, nihil aliud & ipſe ĩ catholica diceret.Quid eſt ergo qđ q̃rit a nobis, ꝑ quid pc̃tm̃ inueniat̃ in paruulo,vtrũ ꝑ uoluntatẽ an per nuptias,an per parẽtes?Sic.n.loq̃tur, & tanq̃ ad omnia iſta rñdet, & a pc̃tõ quaſi cuncta illa purgando nihil vult remanere, vnde pc̃tm̃ inueniatur in paruulo. Verba deniq; iam ipſa eius attende.Per quid igitur,inquit,pc̃tm̃ inuenitur in paruulo?Per voluntatẽ?Nulla in eo fuit.Per nuptias ? Sed hæc ꝑtinent ad opus parentũ , quos in hoc actu non peccaſſe ꝑmiſeras, ſed quantũ ex conſequẽtibus apparet,non hoc vere cõceſſeras. Ipſæ ſunt igitur execrandæ nuptiæ, inquit, q̃ cãm fecerunt mali,ſed illæ ſolæ opus indicant ꝑſonarum.Parentes igitur qui cõuẽtu ſuo cãm fecere pc̃tõ,iure dãnabiles ſunt. Ambigi ergo, inquit, iã non põt,ſi tuam ſequamur ſniãm,coniuges æterno ſupplicio mancipari,quorum labore actum eſt , vt ad dñatum exercendum in homines diabolus ꝑueniret.Et vbi eſt quod pauloante hominẽ opus dixeras dei,q̃a ſi ꝑ originem malũ in hominibus,ꝑ malum ius diaboli in homines,diabolũ dicis authorẽ eſſe hominum à quo eſt origo naſcentiũ ? Si aũt credis a deo hominẽ fieri & eſſe coniuges innocentes,uide q̃ ſtare non poſſit trahi ex his originale pc̃tm̃. Ad omnia iſta huic rñdit Apoſt,q̃ neque voluntatẽ arguit paruuli,q̃ propria nondum eſt in illo ad peccandũ: neq; nuptias in quantũ nuptiæ ſunt, q̃ habent a deo nõ ſolũ inſtitutionẽ,verum ẽt benedictionẽ,neq; parentes inquantũ parentes ſunt, inuicẽ licite atq; legitime ad ꝓcreandos filios coniugati,Sed per vnum hominem,inquit, pc̃tm̃ in hunc mũdũ intrauit,& ꝑ pc̃tm̃ mors, & ita in oẽs homines ꝑtranſijt,in quo oẽs peccauerunt. Quod iſti ſi catholicis auribus mentibuſq; perciperent,aduerſus fidem gr̃amq; Chriſti rebelles animos non haberent, neq; conarent̃ inaniter ad ſuum proprium & hęreticum ſenſum,hæc Apoſtolica verba tam dilucida,& tam manifeſta conuertere, aſſerentes hoc ideo dictum eſſe, ꝙ Adam peccauerit primum, in quo de cætero quiſquis peccare voluerit,peccandi inuenit exẽplũ , vt peccatum.ſ.non generatione ab illo vno M in omnes homines,ſed illius vnius imitatione tranſiret,Cum profecto ſi Apoſtolus imitationem hic intelligi voluiſſet , non per unum hominem,ſed per diabolum potius in hunc mundum peccatum intraſſe,& ꝑ omnes homines pertranſiſſe dixiſſet,De diabolo quippe ſcriptum eſt,Imitantur aũt eum , qui ſunt ex parte ipſius. Sed ideo per unum hominem dixit,a quo generatio vtique hominum cœpit, vt per generationem doceret iſſe per omnes originale peccatũ. Quid autem aliud indicant etiam ſequentia verba Apoſtolica?Cum enim hoc dixiſſet,adiũxit,Vſque enim ad legem peccatum in mundo fuit,id eſt,q̃a nec lex potuit auferre peccatum.Peccatum autem,inquit, non deputabatur,cum lex non eſſet.Erat ergo, ſed nõ deputabatur,quia non oſtendebatur quod deputaretur.Sicut enim alibi dicit , per legẽ cognitio peccati,ſed regnauit, inquit, mors ab Adam vſque ad Moyſen:hoc eſt quod ſupra dixerat,vſque ad legem;non vt a Moyſe deinceps non eſſet peccatũ, ſed quia nec per Moyſen lex data regnum potuit mortis auferre,quæ non regnat vtique niſi per pec A catum.Regnum porro eius eſt,vt hominem mortalem in ſecundam etiam quæ ſempiter

na

Cap. 7. — Augu. — Rom. 5. — Sapien. 2 — Rom. 5. — Rom. 3. — Rom. 5.

na est ꝑcipitet mortē. Regnauit aūt, In quibus? In his, inquit, qui non peccauerunt in similitudinē ꝑuaricationis Adæ, q̃ est forma futuri, Cuius futuri, nisi Xp̄i? Et qualis forma, nisi a contrario? Qđ ēt alibi breuiter dicit, Sicut in Adam omnes moriunť, ita & in Xp̄o oēs viuificabuntur. Sicut in illo illud, ita & in isto istud. Ipsa est forma, sed hæc forma non omni ex parte conformis est, vnde hic Apostolus secutus adiunxit, Sed non sicut delictū, ita est & donatio. Si.n. ob vnius delictū multi mortui sunt, multo magis grā dei, & donū in grā vnius hominis Iesu Xp̄i in multos abundauit. Quid est, multo magis abūdauit nisi q̃a oēs qui per Xp̄m liberanť, tꝑaliter ꝑꝑ Adā moriunť: ꝑꝑ ipsum autē Xp̄m sine fine victuri sunt? Et nō, inquit, sicut ꝑ vnum hominē peccantē, ita est & donum. Nam iudicium quidē ex vno in condemnationem, gratia aūt ex multis delictis ĩ iustificationem. Ex vno ergo quid, nisi delictū? q̃a sequiť, grā aūt ex multis delictis. Dicant isti qūo ex vno delicto in cōdemnationem, nisi q̃a sufficit ad condēnationē ēt vnū originale peccatum, quod in oēs homines ꝑtransijt, Grā vero ideo ex multis delictis ĩ iustificationē, quia non solū illud unum soluit, qđ originaliter trahitur, sed ēt cætera, q̃ in vnoquoque homine motu ꝓpriæ uoluntatis addūtur. Si.n. ob unius delictū mors regnauit ꝑ unum, multo magis q̃ abundantiā grǣ & iustitiæ accipiūt, in uita regnabunt ꝑ vnum Iesum Xp̄m. Itaq; sicut ꝑ vnius delictum in oēs homines ad condemnationē, ita & per vnius iustificationem in oēs homines ad iustificationē vitæ. Adhuc ꝑmaneant in vanitate mentis suæ, & dicant vnū hominē non propaginē traiecisse, sed exemplum præbuisse peccati. Qūo ergo ꝑ unius delictū in oēs homines ad condemnationē, & non potius per multa sua cuiusq; delicta, nisi quia ēt si illud unum sit tm̄, idoneū est perducere ad condemnationē, ēt nullis additis cæteris, sicut ꝑducit paruulos morientes q̃ ex Adam nascunť, nisi in Xp̄o renascanť? Quid ergo a nobis quærit iste, qui non vult Ab Apostolo audire, per quid peccatum inueniatur in paruulo, vtrum per voluntatē, an ꝑ nuptias, an ꝑ parentes? Ecce audiat per quid, audiat & taceat. ꝑ quid pc̄tm̄ inueniatur in paruulo, Per vnius delictū, inq̃t, Apostolus, in oēs homines ad cōdemnationem. Oēs aūt dixit ad condēnationem ꝑ Adā, & oēs ad iustificationem ꝑ Xp̄m: cum vtiq; nō oēs eos qui moriuntur in Adam, transferat Chr̄s ad vitam, sed omnes dixit atque oēs, quia sicut sine Adam nullus ad mortem, ita sine Christo nullus ad vitam. Sicut dicimus de literarum magistro, si in ciuitate solus est omnes iste hic literas docet, non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab ipso. Denique aūt quos omnes dixerat, multos postea dixit, eosdem ipsos tamen omnes multosq; significans. Sicut.n. inquit, per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiā iusti constituentur multi. Adhuc quærat per quid peccatum inueniatur in paruulo. Respondeant ei paginæ sanctæ, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines ꝑtransijt, in quo oēs peccauerunt. Ob unius delictum multi mortui sunt, iudicium ex vno in condemnationem: ob unius delictum mors regnauit per vnum, & vnius delictum in omnes homines in condemnationem: per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi. Ecce per quid delictum inuenitur in paruulo. Iam credat originale peccatum, sinat venire paruulos ut saluentur, ad Christum.

Quid est quod dicit, Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, nō peccat iste qui condidit, per quas rimas inter tot præsidia innocentiæ, peccatum fingis ingressum? Quid quærit latentem rimam, cum habeat apertissimam ianuam? Per vnum hominē ait Apostolus, per vnius delictum ait Apostolus, per inobedientiam vnius hominis ait Apostolus, Quid quærit amplius? Quid quærit apertius? quid quærit inculcatius? Si peccatum, inquit, ex voluntate est, mala voluntas quæ peccatum facit, si ex natura, mala natura. Cito respondeo, Ex voluntate peccatum est. Quærit forte, vtrum & originale peccatum. Respōdeo prorsus & originale peccatum, quia & hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, vt & in illo esset, & in omnes transiret. Sed quod secutus adiunxit, Si ex natura, mala

Marginalia: 1. Cor. 15. — Rom. 5. — B — C — De natura & gratia cõ Pelagianos. — Cap. Rom. — Ibidem — D — Cap. Iuliani — Augu. — E

mala natura, quæro ab illo, vt si põt rñdeat, Sicut manifestũ est, ex voluntate mala tanq̃ ex arbore mala, fructus eius fieri oĩa opera mala, sic ipsam volũtatem malũ. i. fructuum malorũ, arborem malã unde dicat exortã, Si ex angelo, q̃d erat ipse angelus, nisi bonũ opus dei? Si ex hoĩe, q̃d erat ipse hõ, nisi bonũ opus dei? Imò q̃a volũtas mala, angelo, ex angelo ex hoĩe homini orta est, q̃d erant hæc duo anteq̃ in eis ista mala orirẽtur, nisi bonũ opus dei, & bona atq; laudãda natura? Ecce ergo ex bono orit̃ malũ, nec fuit oĩno vnde oriri posset, nisi ex bono, ipsam dicam voluntatẽ malã, quam nullũ præcessit malum, non opera mala, q̃ non sunt nisi ex voluntate mala, tanq̃ ex arbore mala, nec ideo tñ potuit ex bono oriri voluntas mala, quia bonũ factũ est a deo bono, sed q̃a de nihilo factũ est, non de deo. F Quid ergo est q̃d dicit, si natura opus est dei, per opus dei opus diaboli transire non sinit? Nonne opus diaboli, qñ primum in angelo, qui diabolus factus est, ortum est, in opere dei ortum est? Quap̃p̃ si malum quod oĩno nusq̃ erat, in dei opere oriri potuit, cur malũ q̃d alicubi iam erat per opus dei transire non potuit, præsertim cum ipso verbo vtatur Apostolus dicens, Et ita in oẽs hoĩes pertransijt? Nunquid hoĩes non sunt opus dei? Pertransijt ergo pctm̃ per homines, hoc est opus diaboli per opus dei. Atq; ut alio modo idipsum dicam, q̃a diaboli opus, i. pctm̃ per ipsum diabolũ exortũ, q̃a factura vel opus est dei, per aliud opus dei. i. hoĩem pertransiit opus operis dei per opus dei. Et ideo deus est solus immutabilis & potentissimæ bonitatis, qui & antequam esset ullum malũ, bona opera fecit omnia, & de malis quæ in bonis ab eo factis orta sunt, bene operatur per omnia.

Cap 9. Iuli 2. In vno, inquit, hoĩe iure vituperat̃ intentio, & origo laudatur, quia duo sunt q̃ contrarijs applicent̃: in paruulo aũt vnũ est natura tm̃, quia voluntas non est, Illud ergo vnũ, inquit, aut deo ascribitur aut dęmoni. Si natura, inquit, per deũ est, non põt in ea esse originale malũ. G Si à diabolo, nihil erit per quod hõ diuino operi uindicetur. *Au 7.* Perfecte itaq; Manichæus est, qui malũ originale defendit. Audiat potius aduersum ista quod verũ est, In uno hoĩe iure uituperat̃ intentio, & natura laudat̃, q̃a duo sunt q̃ contrariis applicent̃, sed ẽt in paruulo, non vnũ est tm̃, i. natura, in qua creatus est hõ a deo bono: habet. n. & vitium q̃d per vnum in oẽs hoĩes pertransiit, sicut sapit Apost. nõ sicut desipit Pelagius, vel Celestius, vel eorum quicunq; discipulus. Horũ itaq; duorum q̃ in paruulo esse diximus, vnũ ascribit̃ deo, alterum diabolo. Et q̃d utrunq; p̃p̃ vnũ horum. i. p̃p̃ vitium subiicitur ptãti diaboli, ideo non est incongruum, q̃a non fit ipsius diaboli ptãte, sed dei. Subiicitur aũt uitium vitio, natura naturę, q̃a & in diabolo vtrũq; est, vt cũ dilecti & electi de ptãte tenebrarũ eruuntur, cui iure subduntur, appareat q̃d donetur iustificatis bonis a deo, bona bene operante de malis. Quod autẽ iste sibi quasi religiose dicere visus est, Si natura per deũ est, non põt in ea esse originale malũ: nõne H religiosius sibi alius videretur dicere, si natura per deũ est, non potest in ea oriri vllũ malũ: & tñ falsum est, hoc. n. Manichæi asserere voluerunt, & non creaturã dei factam de nihilo, sed ipsam naturam dei malis oĩb. implere conati sunt. Non. n. ortum est malũ nisi in bono, nec tñ summo & immutabili quod est natura dei, sed facto de nihilo per sapientiam dei. Est itaq; per q̃d homo diuino operi vendicetur, q̃a non esset hõ, nisi diuino opere crearetur: malum aũt non esset in paruulis, nisi voluntate primi hominis peccaretur, & ex origine vitiata, peccatum originale traheretur. Nõ ergo sicut iste ait, perfecte Manichæus est, qui malũ originale defendit, sed perfecte Pelagianus est, q̃ malum originale non credit. Neque. n. ex quo esse cępit Manichæi pestilentiosa doctrina, ex illo cœperunt in ecclesia dei, paruuli baptizandi exorcizari & exufflari, vt ipsis mysterijs ostenderetur non eos in regnũ Christi nisi erutos a tenebrarũ potestate trãsferri. Aut qñ in libris Manichæi legitur, q̃ uenerit filius hoĩs quærere & saluare q̃ perierat? Aut q̃ per vnũ hominẽ pctm̃ in hunc mundũ intrauit: &c. ad eandem sententiam pertinentia, quæ supra commemorauimus? Aut quod reddit deus peccata patrum in filios: I aut quod in psalmo scriptũ est, Ego in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in utern me aluit: aut, Homo

Luc. 19. Rom. 5. Exo. 50. Psal. 50. 143. & 38.

uani-

vanitati similis factus est, dies eius velut vmbra prætereunt: aut ecce veteres posuisti dies meos, & substantia mea quasi nihil ante te est, veruntñ vniuersa vanitas, oĩs hõ viuens: aut qđ Apost. dicit, Oĩs creatura vanitati subiecta est? Aut in lib. Ecclesiaste, Vanitas vanitatũ, & oĩa vanitas: q̃ abundantia est homini in oĩ labore suo, quẽ ipse laborat sub Sole? Aut in lib. Eccl. iugum graue sup filios Adã a die exitus de ventre matris eorũ vsq; in diem sepulturæ in matrẽ oĩum? Aut ꝙ dicit Apost. In Adã oẽs moriunť: Aut qđ dicit S. Iob, vbi de peccatis suis loquitur, Hõ. n. natus ex muliere, breuis vitæ & plenus iracundiæ, sicut flos fęni decidit, fugit aũt sicut vmbra, & non stabit, nonne & huius curã fecisti, & hũc fecisti intrare in con spectu tuo in iudiciũ? Quis. n. erit mundus a sordibus? ne vnus quidem, ẽt si vnius diei fuerit vita eius super terrã? Quas. n. dixerat sordes, quia peccata intelligi voluit, ipsa lectio indicat, vbi prorsus vnde loquať apparet. Vnde est & illud apud prophetã Zachariã, vbi aufertur a sacerdote uestis sordida, & dr̃ ei, Ecce abstuli peccata tua. Puto ꝙ ista oĩa &c. hmõi, quę indicant oẽm hoĩem sub peccato & maledicto nasci, non legunť in tenebris Manichęorũ, sed in luce catholicorũ. Quid aũt dicam de ipsis diuinarum scripturarum tractatoribus, qui in catholica ecclesia floruerunt? qũo hæc nõ in alios sensus conati sunt vertere qm̃ stabiles erant in antiquissima & robustissima fide, non autẽ nouitio mouebanť errore? Quos si colligere & eorum testimonijs vti velim, & nimis longũ erit, & de canonicis authoritatibus, a quibus non debemus auerti, minus fortasse videbor præsumpsisse q̃ debui. Veruntñ ut omittam beatissimum Ambr. cui Pelagius, sicut iam commemoraui, tam magnũ integritatis in fide perhibuit testimonium, qui tñ Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis, vt haberent necessarium medicum Christum, nisi originale pc̃m. Nunquid & gloriosissimæ coronę Cyprianus dicetur ab aliquo, non solũ fuisse, sed vel esse potuisse Manichæus cũ prius iste sit passus, q̃ illa in orbe Romano pestis apparuit, & tñ in libro de baptismate paruulorũ, ita defendit originale peccatũ, ut ꝓpea dicat, & ante octauum diem si necesse sit, paruulũ baptizari oportere, ne pereat aĩa eius. Quẽ tanto vult intelligi ad indulgentiã baptismi facilius peruenire, quanto magis ei dimittunť nõ propria sed aliena peccata. Hos iste audeat dicere Manichæos, & antiquissimã ecclesiæ traditionem isto nephario crimine aspergat, qua exorcizanť, & ut dixi, exufflanť paruuli, ut in regnũ Christi a ptãte tenebrarũ, hoc est diaboli & angelorũ eius eruti transferanť. Nos ãt paratiores sumus cũ istis viris, & cũ ecclesia Xpi huius fidei antiq̃tate firmata, q̃libet maledicta & cõtumelias ꝑpeti, q̃ Pelagiani cuiuslibet eloq; ꝑdicatione laudari.

Ais iterum, inquit, & dicis, Nulla esset concupiscentia, nisi homo ante peccasset, nuptiæ vero essent etiam si nemo peccasset.

Non dixi, nulla esset concupiscentia, q̃ a est & glorianda cõcupiscentia spiritalis qua concupiscitur sapientia, sed dixi nulla esset pudenda concupiscentia. Relegantur uerba mea quæ etiam ipse posuit, vt quãta ab illo fraude commemorentur appareat. Sed quo voluerit noĩe eam appellet, Illa dixi ꝙ non esset nisi hõ antè peccasset, de qua erubuerunt in paradiso, qui pudenda texerunt, quã nemo negat, qm̃ peccatum inobedientiæ præcesserat, ideo subsecutam. Qui autem vult intelligere quid sen serint, debet considerare quid texerint. Succinctoria quippe sibi de folijs ficulneis, non vestimenta fecerunt, q̃ succinctoria Græce περιζώματα uocantur. Quid autem cooperiant perizomata, omnibus notum est, quæ nõnulli Latini campestria sunt interpretati. Quis aũt ignorat qui campestrantur, quas partes corporis contegant? Has. n. tegebant Romani iuuenes, qm̃ nudi exercebantur in campo, unde hoc genus tegminis tale nomen accepit.

Illæ ergo nuptiæ, inquit, quæ sine concupiscentia, sine motu corporũ, sine necessitate sexuũ, vt dicis, esse potuerũt a te pronuncianť laudabiles. Ista vero coniugia q̃ nunc aguntur a diabolo esse definis inuenta. Illa itaque, inquit, q̃ institui potuisse somnias, bona deliberas. Ista vero de quib. dicit diuina scriptura, Relinquet hõ patrẽ & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, profiteris mala diabolica, morbum postremo debere coniugium nuncupari.

Non

A Au[g.] 7.

Non est mirum si Pelagiani dicta nostra
in sensus quos uolũt detorquere conantur,
q̃ñ de scripturis sanctis, nõ vbi obscure ali-
quid dictum est, sed ubi clara & aperta sunt
testimonia, id facere consueuerunt, more
quidẽ hæreticorum ẽt cæterorum. Quis.n.
diceret sine motu corporũ, sine necessitate
sexuum nuptias esse potuisse? Deus.n. fecit
sexus, q̃a masculũ & fęminã fecit eos, sicut
scriptũ est. Vnde aũt fieri posset, vt qui fue-
rant cõiungendi, & ipsa cõiunctione gene-
raturi, sua corpora non mouerent, q̃ñquidẽ
nullus fit hoĩs ad hoĩem corporalis accessus
si desit corporis motus? Non ergo hic q̃õ est
de motu corporũ, sine quo nõ possent oĩno
misceri, sed de pudendo motu genitalium,
qui profecto non esset, & tñ seminatrix cõ-
mixtio non deesset, si genitalia nõ libidini,
sed uoluntati sicut cætera mẽbra seruirent.
An non ẽt nũc in corpore mortis huius im
perat̃ pedi, brachio, digito, labro, linguæ, &
ad nutum nr̃m continuo porriguntur? Hu-
mori deniq; quod est mirabilius, in uesica
intus posito, qui & q̃ñ eius copia nõ urge-
mur, imperat̃ ut profluat, & obtẽperat. Imò
ipsis additis uisceribus & neruis, quib. idem
humor continet̃, imperatur vt eum propel
lant, exprimãt, eiiciant, & si sanitas adest, si-
ne difficultate seruiũt volũtati. Quãto ergo
facilius atq; tranquillius obedientibus geni
talib. corporis partibus, & ipsum membrũ
porrigeretur ut hõ seminaret̃, nisi hoĩbus
illis inobediẽtibus, mẽbrorum istorũ inobe
dientia iusto supplicio redderet̃? Quod sup
pliciũ casti sentiũt, qui proculdubio mallẽt
si possent, iubente voluntate quã pruriente
voluptate filios seminare. Immundi aũt qui
p̄p istum morbum, nõ solum meretrices,
verumẽt coniuges amant, de hoc supplicio
carnis, grauiore supplicio mentis exultant.

B Cap. 2.

Absit ergo ut dicamus quod nos dicere iste
confingit, ista cõiugia, q̃ nunc agunt̃ a dia-
bolo inuẽta. Prorsus ipsæ sunt nuptiæ, quas
ab initio deus instituit, Hoc.n. bonũ suum
ad hoĩum generationẽ institutum ẽt dãna-
tis hominibus nõ detraxit, quib. non detra-
xit sensus carnis & mẽbra, proculdubio mu
nera sua, q̃uis iam debita dãnatione mori-
tura. Iste, inquã, sunt nuptiæ de quib. dictũ
est, excepto q̃d hic figuratũ est magno illo
Christi & ecclesiæ sacr̃o, Propter hoc relin
quet hõ patrẽ & matrẽ & adhærebit uxori
suæ, & erunt duo in carne una. Hoc.n. ante
peccatum dictum est, & si nemo peccasset,
sine pudenda libidine posset fieri in corpo-
re uitæ illius. Et nunc q̃uis sine illa non fiat
in corpore mortis huius, ipsum est tñ quod
non cessat fieri, ut adhæreat hõ uxori suæ,
& sint duo in carne una. Quamobrem & si
dr̃ nũc alias esse nuptias, alias vero si nemo
peccasset esse potuisse, non s̃m earum natu
ram, sed s̃m quandam in deterius mutatam
dr̃ qualitatem. Sicut alius dr̃, q̃uis idem ip-
se sit hõ, qui mutuauerit uitã siue in melius
siue in deterius. Aliud est enim iustus, aliud
peccator, q̃uis idem ipse sit hõ. Sic aliæ nu-
ptiæ sine pudẽda libidine, aliæ cũ pudenda
libidine, cum tñ secundum constitutionem
suam, qua legitime coniungit̃ mulier uiro,
& fides carnalis debiti ab adulterorum pec-
cato seruat̃ immunis, & hoc more legitimo
filij seminant̃ eædem sunt nuptię quas deus
instituit, q̃uis diabolus non ipsas, sed homi
nes ex quibus nuptiæ fiunt, antiqua peccati
persuasione sauciauerit, inobedientiæ p̄sua
dendo pctm̃, cui per diuinũ iudiciũ inobe-
dientię mẽbrorum reciproca redderetur, in
qua coniugati, quãuis eruberint nuditatem
suam, nuptiarum tñ a deo institutam non
omnimodo potuerũt amittere bonitatem.

C — Gene. 2. Ephe. 5.

Cap. 33.

Hinc iste pergit ab eis qui coniũguntur
ad eos qui gignuntur, p̄p quos in hac q̃õne
tantis aduersus nouos hæreticos disputatio
nibus laboramus, & occulto dei compulsus
instinctu dicit aliquid, vbi totum istum no-
dũ sua confessione dissoluit: volens.n. nobis
maiorem inuidiã commouere, q̃a dicimus
ẽt de legitimis nuptijs sub peccato paruu-
los nasci, Illos ergo, inquit, qui nunq̃ nati
sunt, bonos potuisse esse dicis, istos vero qui
mũdum impleuerunt, pro quibus Christus
mortuus est diaboli opus, & de morbo na-
tos, & ab exordio reos definis. Probaui ita-
que, inquit, nihil te aliud agere, quã vt deũ
neges horũ, qui sunt hominũ conditorem.

D

August.

Ego quidem conditorem hominum om
nium, quãuis omnes sub peccato nascantur
& pereant nisi renascantur, non dico nisi
deum. Vitium quippe inseminatum est p̄-
suasione diaboli, per quod sub peccato nati
sunt,

ſunt non natura condita qua homines ſunt. Libido aũt pudenda nõ moueat mẽbra, niſi qñ uolumus, & nõ eſt morbus, Nõ de illa erubeſcat licitus & honeſtus cõiugatorũ cõcubitus, vitãdo cõſpectũ & appetẽdo ſecretũ, & nõ eſt morbus. Nõ ꝓhibeat Apoſt. in hoc morbo poſſideri vxores, & nõ ẽ morbꝰ. Qđ.n.græcus hẽt, ἐν πάθει ἐπιθυμίας, alij Latine interpretati ſunt, in morbo deſiderij vel cõcupiſcentiæ, alij vero in paſſione cõcupiſcentiæ, vel ſi quo alio mõ in alijs atq; alijs codicib. inuenit, ſed paſsio in lingua Latina maxime vſu loquendi Eccleſiaſtico, nõ niſi ad vituperationẽ conſueuit intelligi. Quodlibet aũt de pudẽda cõcupiſcẽtia carnis iſte ſentiat de paruulis, ꝓ qb. laboramus vt ſaluatore indigere credant, ne ſine ſalute moriantur, attẽde qd dixerit, Verba eius repeto: Illos ergo, inqt, q nunq̃ nati ſunt bonos potuiſſe eſſe dicis, iſtos vero qui mundũ impleuerunt, ꝓ quib. Chr̃s mortuus eſt, diaboli opꝰ & de morbo natos, & ab exordio reos definis. O ſi nodũ ſoluat ẽt cõtentionis, qũo nodũ ſoluit iſtius q̃õnis. Nunquid.n. ſe mõ de maiorib. iſta locutũ eſſe dicturus eſt? De paruulis agitur, de naſcentib. agitur, de his nouis, qa rei ab exordio definiunt a nobis, ab illo inuidia cõmouetur, qa eos dicimus reos, ꝓ qb. Chr̃s mortuus eſt. Cur ergo pro illis Xp̃s mortuus eſt, ſi non ſunt rei? Inde ꝓrſus, inde obtinebimus cãm, vnde excitandã putauit inuidiã. Ipſe dicit, qũo rei ſunt paruuli, pro quibus Chr̃s mortuus eſt? Nos rñdemus, imò paruuli qũo rei non ſunt, pro qbus Xp̃s mortuus eſt? Iſta cõtrouerſia iudicẽ q̃rit, Iudicet ergo Xp̃s, & cui rei mors eiꝰ ꝓfecerit ipſe dicat. Hic eſt, inqt, ſãguis meꝰ q ꝓ multis effundet in remiſſione pc̃tõrũ Iudicet cũ illo & Apoſtolus, quia & in Apoſtolo ipſe loquitur Chr̃s, clamat & dicit de deo patre, Quia ꝓprio filio non pepcit, ſed ꝓ nobis omnib. tradidit eũ. Puto qđ ita dicat Chr̃m traditũ ꝓ omnib. nobis, vt in hac cã paruuli non ſeparent a nobis. Sed quid opus eſt hinc ſatagere vnde nec iam iſte cõtendit, qñquidem, non ſolũ confitetur mortuũ fuiſſe ẽt pro paruulis Chriſtũ, verumẽt inde nos arguit, q eoſdem paruulos reos dicimus ꝓ quib. mortuus eſt Chr̃s? Iã itaq; Apoſtolus qui dixit pro nobis omnibus traditũ Chriſtũ, dicat ẽt quare ſit ꝓ nobis traditus Xp̃s. Traditꝰ eſt, inquit, pp delicta noſtra, & reſurrexit pp iuſtificationẽ noſtrã. Si igit ſicut iſte & confitet & ꝓfitetur, & dicit & obijcit, in eis ſunt & paruuli ꝓ quib. traditus eſt Xp̃s, & pp delicta noſtra traditus eſt Xp̃s, habent profecto & paruuli delicta originalia, pro quib. traditus eſt Xp̃s. Habet qđ in eis ſanet, qui ſicut ipſe ait, Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentib. Habet cur eos ſaluos faciat, qui uenit in mũdũ ſicut dicit Apoſtolus Paulus, pc̃tõres ſaluos facere. Habet qđ in eis remittat, qui ſanguinẽ ſe fudiſſe teſtatur in remiſſionẽ pc̃tõrũ. Habet qđ in eis ſoluat filius dei, qui ppea venit ſicut dicit Apoſt. Ioannes, vt ſoluat opera diaboli. Habet pp qđ eos quærat qui venit ut dicit, q̃rere & ſaluũ facere qđ perierat. Huic ergo paruulorũ ſaluti inimicus eſt, qũi eorũ ſic aſſerit innocentiã, vt ſauciatis & vulneratis neget neceſſariã medicinã.

Iã qđ ſequitur & adiungit attende. Si autẽ peccatũ, inquit, p deũ creatũ eſt, unde homines naſcerentur, p diabolũ aũt unde parentes cõmouerentur, aſcriberetur ſine dubio ſanctitas naſcentib. & culpa generantibus. O q̃ manifeſtiſſime nuptias dãnas, amoueto hunc ſenſum p̃cor de Eccleſiarũ medio & vere credito, quia p Ieſũ Xp̃m facta ſunt oĩa, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Ita hoc dicit quaſi nos dicamus per diabolũ aliquid ſubſtantiæ creatũ in hominib. Perſuaſit malũ diabolus tanq̃ peccatũ, non creauit tanq̃ naturã. Sed plane naturæ perſuaſit, qua homo natura eſt, & ideo eã perſuadẽdo vitiauit. Qui.n. vulnerat, non creat membra ſed vexat. Sed uulnera quæ corporibus infligũtur, membra faciũt claudicare, vel ægre moueri, non eã virtutem qua iuſtus eſt homo: vulnus aũt quod peccatum vocatur ipſam vitam vulnerat, qua recte uiuebatur. Hoc uulnus autem tunc maius atq; altius diabolus inflixit, quam ſunt iſta hominibus nota peccata. Vnde illo magno peccato primi hominis, natura ibi noſtra in deterius cõmutata, non ſolũ facta eſt peccatrix, uerumetiam genuit peccatores. Et tñ ipſe languor quo bene uiuendi uirtus perijt, non eſt utiq; natura, ſed uitium, ſicut certe mala in corpore ualetudo, non eſt ulla ſubſtantia uel natura,

Marginalia: E; Iulian.; F; Mat. 26.; Rom. 8.; G; Rom.; Ma[t.]; I. T[im.]; I. I[oan.]; Luc.; Cap.; Iuli.; H; Aug.; Ioan.

tura,

tura, sed vitiū, & licet nō semper, tñ plerūq; I malæ ualetudines parentum, ingenerantur quodāmodo, & apparent in corporibus filiorū. Hoc aūt pctm̄ quod ipsum hoiem in paradiso in peius mutauit, q̄a multo est grauius q̄ iudicare nos possumus, ab omni nascenti trahit, nec nisi in renascente remittitur, ita ut ēt de parentib. iam renatis, in quibus remissum atque tectum est, trahatur in reatū nascentiū filiorū, nisi & eos quos prima carnalis natiuitas obligauit, scd̄a spiritalis absoluat. Cuius rei mirabilis, mirabile creator in oliua & oleastro produxit exemplum, vbi non solū ex oleastri, uerumēt ex oliuæ semine nō nisi oleaster exorit. Quapp q̄uis & in oibus natura generatis, gratia regeneratis, sit ista carnalis concupiscentia repugnās legi mentis, tñ quia remissionem peccatorū, non iam illis in pctm̄ reputatur, nec nocet aliquid, nisi eius motibus ad illicita consentiatur. Proles uero eorum q̄a nō per spiritalem, sed per carnalē concupiscentiā seminatur, velut ex illa oliua quidā nr̄i generis oleaster, sic inde reatū nascendo trahit, vt nisi renascendo liberari ab illa peste non possit. Qūo ergo affirmat iste nos ascribere sanctitatē nascentibus, & culpā generantibus, cum potius veritas monstret, & si fuerit sanctitas in generantibus, originalem culpam inesse nascentibus, quæ non aboleatur nisi in renascentibus.

Cap. 35. k Quæ cū ita sint, de ista carnis cōcupiscentia, & de libidine imperiosa impudicis domanda, pudēda tñ & pudicis & impudicis, sentiat iste qđ libet, q̄a ei sicut uideo multū placet, non eā laudare cūctetur, quā noiare cōfunditur, appellat eā sicut appellauit mēbrorū vigorē, nec castarū auriū reuereatur horrorē, appellet membrorū potentiā, nec caueat impudentiā. Dicat si nō erubescit, in paradiso si nemo peccasset, hunc ibi uigorē velut florē uirere potuisse, nec opus fuisse, vt tegeretur, qđ ita moueretur, ut inde nemo cōfunderetur, sed parata coniuge semp exerceretur, nunq̄ reprimeretur, ne aliqñ voluntas tanta, tantæ fœlicitati negaretur. Absit.n. ut beatitudo illa posset aut in loco illo non hr̄e qđ uellet, aut in suo corpore vel aio sentire qđ nollet, ac p hoc si motus libidinis voluntatē hoium præueniret, uoluntas continuo sequeretur, uterq; pp hoc nunq̄ absens esse debebat, sed siue cōceptura, siue iā grauida, illico admoueretur, & aut L ples seminaretur, aut uoluptas naturalis & laudabilis expleretur? & periret semen hoīs ne appetitus tā bonę cōcupiscentiæ fraudaretur, tm̄ nō se cōuerterent cōiuges in eum vsum, q̄ est cōtra naturā, sed quotiens delectaret, mēbris ad hoc erectis & genitalibus uterentur. Veruntñ qđ si & ille usus contra naturā forsitan delectaret, qđ si & in hāc voluptatem laudabilis illa libido adhinniret, utrū sequerētur eā qm̄ suauis esset, an repugnarent, qm̄ turpis esset? Si sequerētur, ubi esset cogitatio qualiscunq; honestatis? Si repugnarēt, ubi est pax tantæ fęlicitatis? Hinc si forte erubuerit & dixerit tantā pacē fęlicitatis illius, tm̄q; ordinem in his rebus esse potuisse, ut nunq̄ carnls concupiscentia voluntatem illorū hoium præueniret, sed cum ipsi uellent, tūc illa cōsurgeret, tūc aūt uellent, qñ ad seminandos filios opus esset, ita vt nullus seminis esset, irritus iactus, nullus fieret concubitus, quē nō sequeretur cōceptus & partus ad nutū seruiente libidine. Hoc si dicit, saltē cōsideret nūc in hominib. non esse qđ dicit, Et si non vult concedere vitiū esse libidinē dicat saltē per illorum hominū inobedientiā ēt ipsum uitiū esse carnis cōcupiscentiā, ut illa q̄ obedienter & ordinate moueretur, nūc inobedienter inordinatūq; moueatur, ita ut ipsis quoq; pudicis M ad nutū non obtemperet coniugatis, sed & qñ nō est necessaria moueatur, & qñ necessaria est aliqñ citius, aliqñ tardius, non eorū sequatur nutus sed suos exerat motus. Hāc ergo eius inobedientiā inobedientes illi tūc homines receperunt, & in nos propagine transfuderunt. Neque.n. ad eorum nutum, sed utiq; inordinate mouebatur, qñ mēbra prius glorianda, tunc iā pudenda texerunt. Sed ut dixi, sentiat de ista libidine iste qđ libet, prædicet vt libet, laudet quantum libet, sicut.n. multis locis significat multū libet, ut eius si non v.f.b. saltē laudibus Pelagiani oblectentur, quicunq; eorū proposito continētiæ carnali coniugio nō fruūtur, tm̄ paruulis parcat, nō ut eos laudet inutiliter, defendatq; crudeliter, saluos esse nō dicat, nō ad laudatorē Pelagiū, sed ad saluatorē Xpm

venire permittat. Nã vt iã liber iste claudať qm ita sermo illius terminatus est, q̃ in charA tula quã misisti, scriptus est, vt diceret, Vere *Ioan.* 1. credito, q̃a per Iesum facta sunt oĩa & sine ipso factum est nihil, concedat Iesum etiam paruulis esse Iesum, & ut per eum facta oĩa fateť per id quod est verbũ deus, ita etiam paruulos ab eo saluos fieri fateať per id qđ est Iesus, si vult esse catholicus Christianus. *Matt.* 1. Sic.n. scriptũ est in euangelio, Et vocabunt nomen eius Iesum: Ipse.n. saluum faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Ideo ergo Iesum, qm̃ Iesus, latine saluator est, Ipse.n. saluum faciet populũ suũ, in quo populo sunt vtiq; & paruuli. Saluũ aũt faciet a peccatis eorũ, Sunt ergo & in paruulis peccata originali, p̃p̃ q̃ Iesus, i. saluator possit esse & ipsorũ.

De nuptiis & concupiscentia ad Valerium, Libri secundi, finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPICOPI, contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Liber primus.

Cap. 1. B NOueram te quidem fama celeberrima prædicante: & frequentissimis atque veracissimis nuncijs, quanta esses dei gratia plenus acceperam, beatissime atq; venerande papa Bonifaci. Sed posteaq̃ te etiam præsentia corporali frater meus uidit Alipius, acceptusque a te benignissime ac sincerissime, mutua miscuit dictante dilectione colloquia, tecumq; conuiuens, & paruulo licet t̃pe, magno t̃n tibi iunctus affectu, se simul & me refudit aĩo tuo, teq; mihi reportauit in suo, tanto maior in me tuæ sanctitatis est facta notitia, quanto certior amicitia. Neq; enim dedignaris qui non alta sapis, q̃uis altius præsideas, esse amicus humilium, & amorem rependere impensum. Quid est. n. aliud amicitia, quæ nõ aliunde q̃ ex amore nomen accepit, & nusquam nisi in Christo fidelis est, in quo solo esse ẽt sempiterna ac fœlix potest? Vnde accepta per eũ fratrem, p̃ quẽ te familiarius didici, maiore fiducia, C ausus sum aliquid ad tuam beatitudinem scribere de his rebus, quæ hoc t̃pe ep̃alem curam, si qua in nobis est, ad uigilantiã pro grege dñico stimulo recentiore solicitant. Noui quippe hæretici, inimici gratiæ dei, q̃ datur pusillis & magnis, per Iesum Christũ dñm nostrum, & si iam cauendi euidentius apertiore improbatione monstrantur, nõ t̃n quiescũt scriptis suis minus cautorum uel minus eruditorum corda tentare. Quibus vtiq; esset rñdendum, ne se vel suos in illo nephando errore firmarent, etiã si non metueremus, ne quenquam catholicorum uerisimili sermone deciperent. Cum uero nõ desinãt fremere ad dñici gregis causas, atq; ad diripiendas tãto precio redemptas oues, aditus undecunque rimari, cõisq; sit oĩbus nobis qui fungimur ep̃atus officio, quãuis ipse in eo præmineas celsiore fastigio specu læ pastoralis, facio qđ possum pro mei particula muneris, quantum mihi dñs adiuuan tibus orationibus tuis donare dignatur, ut D pestilentib. & insidiantibus eorum scriptis, medentia & munientia scripta prætendam, quibus rabies qua furiunt, aut ẽt ipsa saneť, aut a lædendis alijs repellatur. Hæc aũt quæ duabus epistolis eorum rñdeo, vni. s. quam dr̃ Romam misisse Iulianus, credo ut per illam quos posset, suos aut inueniret, aut faceret: alteri autem quam decem & octo, uelut Ep̃i participes eius erroris, non ad quoslibet, sed ad loci illius ep̃m sua calliditate tentandum, & ad suas partes, si posset fieri traducendum, ausi sunt Thessalonicam scribere. Hæc ergo quæ istis, ut dixi, duabus epistolis illorum, ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda q̃ examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit, emendanda constitui. Indicauit.n. mihi frater meus, q̃ eas illi dare ipse dignatus es, quæ in tuas manus, nisi uigilantissima diligentia fratrũ nostrum, filiorum tuorũ venire non possent. Ago aũt gratias synceriss imæ in nos beneuolentiæ tuæ, q̃ eas me latere noluisti literas inimicorum gratię dei, in quib. reperisti nomen meũ calũniose atq; euidẽter expressum. Sed spero de dño deo nr̃o, q̃ non sine E mercede q̃ in cęlis est, illi me lacerant dẽte maledico, q̃b. me pro paruulis, ne fallaci laudatori Pelagio p̃diti relinquanť, sed veraci

saluatori

saluatori Xp̃o liberandi offerantur oppono.

Iam itaque Iuliani rñdeamus Epistolæ. Dicunt, inquit, illi Manichæi, quibus modo non cõicamus, i. toti isti cum quibus dissentimus, quia primi hoĩs peccato, i. Adæ, liberum arbitrium perierit, & nemo iam potestatem habeat bene uiuendi, sed oẽs in peccatum carnis suæ necessitate cogantur. Manichæos appellat catholicos, more illius Ioviniani, qui ante paucos annos hæreticus nouus, virginitatem S. Mariæ destruebat, & virginitati sacrę nuptias fideliũ coęquabat. Nec ob aliud hoc obiiciebat catholicis, nisi q̃a eos videri volebat accusatores uel damnatores esse nuptiarum. Liberum aũt arbitrium defendendo pręcipitant, vt de illo potius ad faciendam iustitiam q̃ de dñi adiutorio confidatur, atq; vt in se quisque, non in dño glorietur. Quis aũt nostrum dicat, ꝙ primi hoĩs peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quę in paradiso fuit, habendi plenam cũ immortalitate iustitiam, ꝑ ꝑ quod natura humana diuina indiget gratia, dicente dño, Si uos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis: vtiq; liberi ad bene iusteq; viuendum. Nam liberum arbitrium vsq; adeo in peccatore non periit, ut per illud peccent, maxime oẽs qui cum detestatione peccãt, & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet. Vnde & Apost. Cum essetis, inquit, serui peccati, liberi fuistis iustitiæ. Ecce oñduntur ẽt peccato minime potuisse, nisi alia libertate seruire. Liberi ergo a iustitia non sunt, nisi arbitrio voluntatis: liberi aũt a pc̃tõ non fiunt nisi gratia saluatoris. Propter quod admirabilis doctor, etiã verba ipsa discreuit. Cum .n. serui essetis, inquit, peccati, liberi fuistis iustitiæ, Quem ergo fructum habuistis, tunc in his in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorũ mors est, Nunc autẽ liberati à peccato, serui aũt facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificatione, finem vero uitam æternam. Liberos dixit iustitiæ nõ liberatos. A peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed uigilantissime maluit dicere liberatos, referens hoc ad illam dñi sententiam, Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Cum itaq; non uiuant bene homines, nisi effecti filii dei, quid est ꝙ iste libero arbitrio vult bene uiuendi tribuere ptãtem, cum hæc ptãs non detur nisi gratia dei, per Iesum Xp̃m dñm nr̃m, dicente euangelio, Quotquot aũt receperunt eum, dedit eis ptãtem filios dei fieri.

Sed ne forte dicant ad hoc esse adiutos, vt haberent potestatem fieri filij dei. Vt aũt hanc accipere mererentur, prius eum libero arbitrio, nulla adiuti gratia receperũt. Hæc est quippe intentio qua gratiam destruere moliuntur, ut eã dari ſm merita nostra contendant. Ne forte ergo hanc euangelicam sententiam sic diuidant, vt meritum ponant in eo quod dictum est, Quotquot aũt receperũt eum, ac deinde non gratis datam, sed huic merito redditam gratiam in eo quod sequitur, Dedit eis potestatem filios dei fieri: nunquid si quæratur ab eis, quid sit receperunt eum, dicturi sunt aliud, nisi crediderunt in eum? Vt igitur & hoc sciant ad gratiam pertinere, legant quod ait Apostolus, In nullo expauescatis ab aduersarijs, quæ quidẽ est illis causa perditionis, vestræ aũt salutis. Et hoc a deo, quia uobis donatum est pro Christo, non tñ vt credatis in eum, sed vt etiam patiamini pro eo. Nempe vtrunq; dixit esse donatum. Item quod ait, Pax fratribus & charitas cũ fide a deo patre & dño Iesu Christo. Legant etiam quod ipse dñs ait, Nemo potest venire ad me, nisi pater q̃ misit me, traxerit eum. Vbi ne quispiam putet aliud dictum esse, venire ad me, q̃ credere in me, paulopost cum de suo corpore & sanguine loqueretur, & scandalizati essent plurimi in sermone eius, ait, Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Deinde subiunxit Euangelista, Sciebat .n. Iesus ab initio qui essent credentes, & quis traditurus esset eũ & dicebat, Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo: sentẽtiam, scilicet iterauit qua dixerat, Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et hoc propter credentes & non credentes se dixisse manifestauit, exponens quod dixerat, Nisi pater qui misit me traxerit eum: idipsum alijs verbis repetendo in eo quod ait, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ille quippe trahitur ad Christum, cui datur ut cre-

Margin: Iuliani epist. 2. — F — Ioan. 8. — Rom. 6. — G — Ioan. 1. — Libertas ad malũ. Cap. 3. — H — Philip. 1. — Ephes. 6. — Ioan. 6. — I

credat in Christum. Datur ergo ptās vt filij dei fiant, qui credunt in eum, cū hoc ipsum dat vt credāt in eū. Quæ ptās nisi det a deo, nulla esse pōt ex libero arbitrio, q͞a nec libe rū in bono erit, qđ liberator nō liberauerit, sed in malo liberū hēt arbitriū, cui delectationem malitiæ vel occultus vel manifestus deceptor inseruit, vel sibi ipse persuasit. Nō itaq; sicut dīt nos quidem dicere, & iste audet insuper scribere, oēs in pctm̄ velut inuiti carnis suę necessitate coguntur, sed si iam in ea ætate sunt, ut propriæ mentis utantur arbitrio, & in peccato sua volūtate retinentur, & a peccato in pctm̄ sua voluntate pręcipitant. Neque.n. agit in eis ēt qui suadet & decipit, nisi vt pctm̄ voluntate committant, vel ignorantia veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel vtroq; malo & cæcitatis & infirmitatis. Sed hæc voluntas quę libera est in malis, q͞a delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est. Nec potest no boni aliq͞d velle, nisi adiuuetur ab eo qui malū non pōt velle, hoc est gr͞a Dei per Iesum Christū dn̄m nr̄m. Omne. n. qđ nō est ex fide, pctm̄ est. Ac per hoc bona voluntas q̄ se abstrahit a peccato, fidelis est, q͞a iustus ex fide viuit. Ad fidem āt pertinet credere in Xp̄m. Et nemo pōt credere in eum, hoc est venire ad eum, nisi fuerit illi datum. Nemo igitur potest hr̄e uolūtatem iustam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc est gratuitam desuper gratiam.

Rom. 14. K *Abac. 2.*

Cap. 4.

Hoc isti nolunt elati & superbi, nec purgando defensores, sed extollendo præcipitatores liberi arbitrij. Qui non ob aliud nobis hæc dicentibus indignantur, nisi q͞a gloriari in dn̄o dedignant. Timuit tn̄ Pelagius ep̄ale iudicium Palæstinū. Et cum ei fuisset obiectum, ꝙ diceret gratiam dei ſm merita nostra dari, negauit se dicere, & eos qui hoc dicerēt, anathematizando dānauit. Nec aliud tn̄ defendere inuenitur in libris quos postmodum scripsit, fraudem se putans hoībus iudicantib. fecisse mētiendo, aut nescio quo mō suū sensum verbis ambiguis obtegēdo.

Calūniæ Iuliani. Cap. 5. L

Sed iam videamus qđ sequitur. Dīt ēt, inquit, istas quæ modo agunt nuptias a deo institutas non fuisse, quod in lib. Augustini legitur, contra quem ego modo quatuor libellis rn̄di. Cuius Augustini dicta inimici nostri in ueritatis odium susceperunt. His eius calūniosissimis uerbis br̄ uideo rn̄dendum, Quia repetit ea postea, ubi vult ipse insinuare, quasi contra nostra ista q͞d dicāt, Vbi cum illo quātum res postulare uidebit, dn̄o adiuuante certandū est. Nunc ergo rn̄deo, a deo nuptias esse institutas, & tunc qn̄ dictum est, Propterea relinquet hō patrem suum & matrē suā, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: & nunc ꝑꝑ qđ scriptum est, a dn̄o iungitur viro mulier, Neq;.n aliud fit ēt nunc q̄ illud, ut adhęreat hō uxori suæ, & sint duo in carne vna. De ipsis quippe nuptiis, quæ nunc quoq; fiunt, consultus est dn̄s a Iudæis, vtrū liceret quacunq; causa dimittere uxorem. Et isto commemorato testimonio legis adiunxit, Quod ergo deus coniunxit, hō nō separet. Hoc testimonium legis adhibuit ēt Apost. Paulus, cum uiros moneret, vt ab eis diligerentur vxores. Absit ergo ut ī libro meo ꝯ hæc testimonia diuina iste aliq͞d legerit. Sed non intelligendo, vel magis calūniando, in alium sensum conatur detorquere qđ legit. Librū aūt meum, contra quem se quatuor libellis rn̄disse cōmemorat, post damnationem Pelagij Celestijq; conscripsi. Quod ideo dicendum putaui, qm̄ iste dicit ab inimicis suis in odiū ueritatis dicta mea fuisse suscepta: ne ideo quisquam existimet ꝑꝑ hunc librum meū, inimicos gratiæ Christi nouos hæreticos fuisse dānatos. In eo āt libro defensio est potius, q̄ reprehensio nuptiarū. Dicunt ēt, inquit, motum genitalium & cōmixtionem coniugum, a diabolo fuisse repertā, & ꝑpea eos q̄ nascuntur innocētes, reos esse, & a diabolo fieri, non a deo, quia de hac diabolica cōmixtione nascuntur. Hoc aūt sine aliqua ambiguitate Manichæum est. Immò sicut dicimus, a deo nuptias institutas ꝑꝑ ordinatā generationē filiorū, ita dicimus filiorū gignendorum seminationē sine motu genitaliū, & sine cōmixtione coniugū, nec in paradiso si filij gignerentur esse potuisse. Sed vtrū talis eorū motus atque commixtio fuisset, si nemo peccasset, qualis nunc est cū pudēda libidine, hinc est qō, de qua diligentius postea, si deus voluerit, disputabimus.

Gen. M *Mat.* *Ephe.*

Quid tn̄ isti velint, q͞d intēdāt, quo rē ꝑducere moliant, adiūcta istius uerba declarant,

Cap.

rant, vbi ait nos dicere ppea eos q innocẽtes nascunt̃ reos esse, & a diabolo fieri nõ a deo, qa de hac diabolica comixtione nascũtur. Cum itaque nos nec diabolicam dicamus coniugũ cõmixtionẽ, maxime fideliũ, quæ fit cã generãdorũ, qui postea regenerãdi sunt filiorũ, nec homines ullos a diabolo fieri, sed a deo inquantũ homines sunt, & tñ etiã de coniugibus fidelib. reos nasci, tanq̃ ex oliua oleastrum pp originale peccatũ, & pp hoc esse sub diabolo, nisi renascant̃ in Chro, qm̃ diabolus culpæ author est, non naturæ, contra illi paruulos dicentes, nullũ trahere originale peccatũ, & iõ non esse sub diabolo, qd efficere laborant, nisi ut illa dei gratia euacuet̃ in paruulis, qua eruit nos sicut dicit Apost. de ptãte tenebrarũ, & trãstulit in regnũ filij claritatis suę? Qñ qdẽ paruulos negant esse in ptãte tenebrarũ, ẽt ante dñi liberatoris auxiliũ, ita in eis laudantes opus creatoris, ut misericordiã destruãt redẽptoris. Quã nos, qm̃ & in maiorib. & ĩ par uulis cõfitemur, hoc dicit sine aliqua ambiguitate esse Manichæũ, cũ sit antiquissimũ catholicum, unde nouum istorum dogma euertitur hæreticum.

Dicunt, inquit, sanctos in veteri testamẽto non caruisse peccatis: id est, nec p emendationẽ a criminib. fuisse liberos, sed in reatu a morte fuisse deprehensos. Imo dicimus uel ante legẽ uel tpe ueteris testamẽti a peccatis fuisse liberatos, nõ uirtute ppria, quia maledictus hõ omnis q spẽ suã ponit in homine, & in hoc sine dubio maledicti sunt, quos ẽt Psalmus diuinus notat. Qui confidunt in virtute sua: nec vetere testõ qd in seruitutẽ generat, quãuis certe dispẽsationis gratia diuinitus datũ sit: nec in ipsa lege sancta & iusta & bona, ubi scriptũ est, Non cõcupisces: qm̃ ñ ẽ data lex q̃ posset uiuificare, sed præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, sed libera tos esse p sanguinem ipsius redẽptoris, qui est vn[9] mediator dei & hominũ, homo Xps Iesus. Isti aũt inimici gratię dei, quæ data est pusillis & magnis, p Iesum Christũ dñm nostrũ iõ dicũt antiquos homines dei pfectæ fuisse iustitiæ, ne Christi incarnatione, passione, resurrectione, cuius fide salui facti sũt credantur eguisse.

Apostolum etiam Paulum, inquit, uel omnes Apost. dicunt semp immoderata libidine fuisse pollutos. Quis hoc vel prophanus audeat dicere? Sed nimirũ isti ppea sic calumniant̃, qa cõtendunt de hoc qđ dixit Apost. Scio qa nõ habitat in me, hoc est in carne mea bonũ, Velle.n. adiacet mihi, pficere aũt bonũ non inuenio, & cætera talia non eũ dixisse de seipso, sed nescio cuius alterius, q illa pateret̃ induxisse psonam, pp qđ locus ipse in eius Epistola diligenter cõsiderãdus est & scrutandus, ne eis aliquã obscuritate delitescat error istorum. Quanuis ergo latius hinc Apostolus disputet, & magno diuturnoq; conflictu gratiã defendens aduersus eos, q gloriabant̃ in lege, tñ ad rẽ pertinentia pauca cõtingimus. Vñ ait, Quia non iustificabitur ex lege omnis caro corã illo. Per legẽ.n. cognitio peccati, Nũc aũt sine lege iustitia dei manifestata est, testificata p legẽ & pphetas, Iustitia aũt dei p fidẽ Iesu Chri, in oẽs q credunt, Non est.n. distinctio, Oẽs.n. peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis p gratiam ipsius per redemptionẽ, q̃ est in Christo Iesu. Et iterum, Vbi est gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei, Arbitramur.n. iustificari hominem per fidẽ sine operibus legis. Et iterum, Non.n. per legem promissio Abrahæ aut semini eius facta est, vt hæres esset mundi, sed per iustitiã fidei. Si.n. per legem hæredes sunt, exinanita est fides & euacuata promissio. Lex.n. irã operatur. Vbi.n. non est lex, nec præuaricatio. Et alio loco, Lex.n. subintrauit ut abundaret delictũ, Vbi abundauit delictum, supabundauit gratia. Item alio loco, Peccatum enim uobis non dñabitur: non.n. estis sub lege, sed sub gratia. Itẽq; alio loco, An ignoratis fratres, (scientibus.n. legem loquor, qa lex dominatur homini inquantum tempus uiuit? Mulier enim sub viro, viuo marito iũcta est legi, Si aũt mortuus fuerit vir eius, euacuata ẽ a lege uiri. Et paulopost, Itaq; fratres mei, & vos mortui estis legi p corpus Xpi, ut sitis alteri[9], q ex mortuis resurrexit, vt fructificem[9] deo. Cũ.n. essem[9] ĩ carne, passiões pctõrũ, q̃ per legẽ sunt, operabãtur in mẽbris nris, ut fructũ ferrent morti. Nunc uero euacuati sumus a lege mortis ĩ qua de

Marginalia: A; Col. 1.; B; Cap.; Hier. 7; Psal. 8.; Gal. 4.; Rom.; Exo. 20.; Gal. 3.; 1. Ti. 1; Cõcupiscẽtia ĩ Paulo quid. Cap. 8. Rom. 7.; C; Rom. 3.; Ibidem.; Rom. 4.; Ro. 5. 6. & 7.; D

tinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in vetustate literę, His atq; hmôi cõtestationib. doctor ille gẽtiũ, satis euidenter ostẽdit, lege nõ potuisse auferre, sed potius auxisse pcm̃, qđ aufert grã qm̃ lex iubere nouit, cui succũbit infirmitas: grã iuuare, qua infunditur charitas. Ne q̃s. n. p̃p hæc testimonia vitu p̃et legẽ, & malã esse cõtẽdat, vidit Apost. male intelligentib. q̃d posset occurrere, & eadẽ sibi ipse, p̃posuit q̃onẽ. quid ergo dicem⁹, inq̃t? Lex pcm̃ ẽ? Absit. Sed pcm̃ nõ cognoui, nisi p̃ legẽ. Hoc iã supius dixerat. Per legẽ. n. cognitio p̃cti. Nõ ergo aboli tio, sed cognitio. Hinc aũt iã incipit p̃p qđ ista cõsideranda suscepimus, introducere p̃sonã suã, & tanq̃ de seipso loq̃, vbi nolũt Pelagiani ipsũ Apost. intelligi, sed q̃ in se aliũ trans figurauerit hominẽ sub lege adhuc positũ, nondũ p̃ grãm liberatũ. Vbi quidẽ iam debent concedere, q̃ in lege nemo iustificatur, sicut alibi idẽ Apost. dicit, sed ad cognitionẽ p̃cti, & ad ipsius legis p̃uaricationem valere legẽ, vt cognito auctoq; p̃cto, p̃ fidẽ gratia requiratur. Non aũt timẽt ista de Apostolo intelligi, q̃ posset & de præteritis suis dicere, sed ea q̃ sequũtur timẽt. Hic. n. cõcupiscentiã, inq̃t, nesciebã, nisi lex diceret, Nõ concupisces. Occasione aũt accepta, pcm̃ p̃ mandatũ op̃atum est in me oẽm concupiscentiã. Sine lege. n. p̃cm̃ mortuũ ẽ. Ego aũt viuebam aliq̃n sine lege: Adueniente aũt mãdato p̃cm̃ reuixit, ego aũt mortuus sum, Et inuentũ est mihi mãdatũ qđ erat in vitam, hoc esse in mortẽ. P̃cm̃. n. accepta occasione p̃ mandatũ fefellit me, & p̃ illud occidit. Itaq; lex q̃dem sancta, & mãdatũ sanctũ & iustum & bonũ. Qđ ergo bonũ est, mihi factũ est mors? Absit. Sed pcm̃ vt appareat peccatum p̃ bonũ mihi operatum est mortẽ, vt fiat sup̃ modũ peccans p̃cm̃ per mãdatum. Hæc omnia, sicut dixi, põt videri Apostolus de sua vita cõmemorasse præterita, vt illud qđ ait, Ego aũt uiuebam aliq̃n sine lege, ętate ẽ suã primã ab infantia ante rõnales annos voluerit intelligi, qđ aũt adiunxit, Adueniẽte aũt mandato peccatũ reuixit, ego aũt mortuus sum, iam se præcepti capacem, sed non efficacẽ, & ideo præuaricationem legis ostẽderet. Nec moueat quod ad Philippẽses scripsit, Secundum iustitiam quæ in lege est, q̃ fuerit sine querela. Potuit. n. esse intus in affectionib. prauis præuaricator legis, & tamẽ conspicua opera legis implere, vel timore hominũ vel ipsius dei, sed pęnæ formidine, nõ dilectione & delectatione iustitiæ. Aliud est. n. volũtate benefaciẽdi benefacere, aliud aũt ad malefaciendũ sic voluntate inclinari vt etiam faceret si hoc posset impune p̃mitti. Nam sic profecto in ipsa intus voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat. In quibus interioribus suis talem se fuisse sciens Apostolus ante gratiam dei, q̃ per Iesum Chr̃m dñm nostrũ est, alibi hoc apertissime confitetur, scribens quippe ad Ephesios, Et vos, inquit, cũ essetis mortui delictis & peccatis vestris, in q̃b. aliq̃n ambulastis s̃m seculum mundi huius, s̃m principem potestatis aeris spiritus eius, qui nunc operatur in filijs diffidẽtiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatẽ carnis & affectionum, & eramus naturaliter filij iræ, sicut & cæteri, deus autem qui diues est in misericordia, propter multã dilectionem qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Rursus ad Titum, Fuimus enim & nos, inquit, stulti aliq̃n & increduli errãtes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, abominabiles, inuicem odio habentes, talis Saulus fuit, q̃n secundum iustitiam quę in lege est, sine querela fuisse se dicit, Nam quia non post hanc abominabilem uitam vt esset sine querela, in lege profecerat, moresque mutauerat, euidenter in his quæ sequuntur ostendit, quandoquidem mutatũ se non dicit ab his malis, nisi per gratiã saluatoris. Adiungens enim hoc ipsum etiam hic sicut ad Titum ait. Cum autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti, quem ditissime effudit super nos, per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes efficiamur secundũ spem vitæ æternæ. Quod autem ait in hoc Epistolæ loco ad Romanos, Peccatum vt appareat

Marginalia: E; Rom. 7.; Rom. 3.; Rom. 7.; Exo. 20.; F; Peccatũ reuiuiscere quid. Cap. 9.; G; Ephe; H; ad Ti; Phili; ad Ti

reat peccatum,per bonũ mihi operatum est morté: congruit superioribus vbi dixit, Sed peccatũ non cognoui,nisi per legẽ. Nã concupiscentiã nesciebam, nisi lex diceret, Nõ concupisces. Et superius. Per legẽ cognitio peccati,hoc.n.& hic dixit,ut appareat pc̃tm̃ vt illud qđ dixerat, Sine lege.n.pc̃tm̃ mortuum est:non intelligamus nisi tanq̃ nõ sit, latet,non apparet, Penitus ignoratur tanq̃ in nescio quib.ignorantiæ tenebris sit sepultum. Et qđ ait, Ego aũt viuebam aliqñ sine lege:q.d ait,nisi uiuere mihi videbar? Et qđ adiunxit. Adueniente aũt mandato,peccatũ reuixit,q.d est aliud q̃ eminuit, & apparuit? Nec tñ ait,vixit:sed reuixit. Vixerat.n.aliqñ in paradiso,qñ cõtra datũ præceptũ satis apparebat admissum. Cũ aũt a nascentibus trahitur,tanq̃ mortuũ sit latet donec repugnãs iustitiæ, malum eius prohibitione sentiaꝛ, cũ aliud iubetur atq; approbatur,aliud delectat atq; dñatur, tunc pc̃tm̃ quodãmodo in notitia primi facti hoĩs aliqñ iam uixerat.

Sed quod sequitur nõ ita expeditum est, quõ de Paulo possit intelligi, Scimus enim, inquit,q̃a lex spiritalis est,ergo aũt carnalis sum. Non ait,fui: sed,sum. Nunquid ergo Apost.cũ hæc scriberet,carnalis fuit, an ſm corpus hoc dicit? Adhuc.n.erat in corpore mortis huius,nondũ facto spiritali,quod alibi dicit,Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Tunc enim ex toto se,i.ex vtraque parte qua constat,spiritalis hõ erit, qñ etiam spiritale corpus erit. Neq;.n.absurdũ est,ut sit in illa vita ẽt caro spiritalis,si potuit esse in hac uita,in his qui adhuc carnalia sapiũt,ẽt spũs ipse carnalis. Sic ergo ideo dixit,ego aũt carnalis sum, q̃a nondum spiritale corpus habebat Apost. Sicut posset dicere,Ego aũt mortalis sum: Quod utiq; nõ nisi ſm corpus intelligereꝛ dixisse,qđ nondum fuerat immortalitate uestitũ. Item qđ adiunxit,Venundatus sub peccato:ne quisquã eum nondũ redemptum Xp̃i sanguine existimet, etiã hoc ſm illud potest intelligi quod ait,Et nos primitias habentes spũs,& ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Si.n.ſm hoc se dicit uenundatum sub peccato,qđ adhuc non est redemptum a corruptione corpus eius, vel venundatum aliqñ in prima transgressione præcepti, ut haberet corpus corruptibile quod aggrauat aĩam, q̃d prohibet hic Apostolũ intelligi de seipso dicere, quod ita dicit,ut ẽt in ipso posset intelligi,etiã si in sua persona non se solum, sed oẽs accipi, qui se nouerũt spiritali delectatione cum carnis affectione sine cõsensione confligere? An forte metuimus ea quæ sequunꝛ. Quod.n.operor,ignoro:non.n.quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio, ne forte ex his verbis quispiam consentire carnis concupiscentiæ ad opera mala suspicetur Apostolum? Sed cõsiderandum est quod adiungit, Si aũt qđ nolo hoc facio, consentio legi qm̃ bona est. Magis.n. se dicit legi consentire quam carnis concupiscentiæ, Hanc.n.peccati noĩe appellat. Facere ergo se dixit & operari, nõ affectu consentiendi & implendi,sed ipso motu concupiscendi. Hinc ergo,inquit, Consentio legi qm̃ bona est: consentio q̃a nolo quod non vult. Deinde dicit, Nũc aũt iam nõ ego operor illud,sed id qđ habitat in me peccatum. Quid est, nunc aũt,nisi iam nunc sub grã,q̃ liberauit delectationẽ voluntatis a consensione cupiditatis? Non.n.melius intelligiꝛ, non ego operor, nisi q̃a non cõsentit exhibere mẽbra sua arma iniquitatis pc̃tõ. Nam & si cõcupiscit & cõsentit & agit, quõ non ipse illud operatur, ẽt si se operari doleat & uinci grauiter ingemiscat? Iam illud quod sequiꝛ,nõne unde loquaꝛ,apertissime ostendit? Scio.n.quia nõ habitat in me,hoc est in carne mea bonũ. Si.n.non exponeret adiungẽdo,hoc est,in carne mea aliter fortasse acciperet qđ dixit, in me: Ac per hoc uersat hoc idẽ repetens & inculcans, Velle.n.adiacet mihi,perficere aũt bonũ non. Hoc est.n. perficere bonũ,qñ concupiscit, ẽt si concupiscentiæ nõ consentit ad malũ. Non.n.qđ uolo facio bonum, inquit,sed qđ nolo malum hoc ago. Si aũt qđ nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Id repetiuit inculcans,& tanq̃ tardissimos de somno excitans, Inuenio ergo legem,inquit, mihi uolenti facere bonũ,qm̃ mihi malum adiacet. Illa ergo bonum est uolenti facere, adiacet aũt malũ ex cõcupiscentia cui nõ cõsentit qui dicit, Iam nõ ego operor illud. Apertius aũt qđ sequi-

tur vtrunque declarat, Condelector.n.legi dei ſm interiorem hoíem. Video aūt aliam legem in membris meis. repugnantem legi mentis meæ,& captiuantē me in lege pecca A ti,q̃ eſt in membris meis. Sed ꝙ dixit,captiuantē me, pōt mouere,ſi nulla cōſenſio eſt. Vnde ꝑꝑ tria iſta,duo.ſ.de quib.iam diſputauimus quo ait, Ego āt carnalis ſum,& venundatus ſub peccato, & hoc tertiū captiuantē me in lege peccati quæ eſt in mēbris meis,poteſt videri Apoſt. eū deſcribere qui ſub lege adhuc viuit,nōdum ſub gratia. Sed ſicut illa duo expoſuimus ꝑꝑ carnē adhuc corruptibilē dicta,ſic & hoc pōt intelligi vt captiuantē me,dixerit carne,nō mente:motione,non cōſenſione: & ideo captiuantem me,q̃a & in ipſa carne nō eſt aliena natura, ſed noſtra. Sicut ergo expoſuit ipſe q̃d dixerit, Scio.n.q̃a non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum: ſic iam ex illius expoſitione hunc locum debemus accipere, tanq̃ dixerit,captiuantē me, hoc eſt carnē meam in lege peccati, q̃ eſt in mēbris meis. Deinde ſubiungit,ꝑꝑ quod dicta ſunt oīa,Miſer ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Xp̄m dn̄m noſtrum. Atque inde concludit, Igitur ipſe ego mēte ſeruio legi dei,carne aūt legi peccati. Carne.ſ.legi peccati,cōcupiſcentiæ nō conſentiendo. Nulla ergo condemnatio eſt nunc his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Non.n. dānantur,niſi qui cōcupiſcentiæ carnis conſentit ad malum,Lex.n.ſpūs uitæ in Chriſto Ieſu liberauit te a lege peccati & mortis, ne.ſ.conſenſionem tuam cōcupiſcentia ſibi vindicet carnis. Et ea q̃ ſequunt̄ eundē ſenſum magis magiſq; demōſtrant, Sed adhi-B bendus eſt modus. Viſum aūt aliq̃n ēt mihi fuerat,hominem ſub lege,iſto Apoſtoli ſermone deſcribi. Sed vim mihi fecerūt poſtea iſta verba, quod ait, Nunc aūt iam non ego operor illud. Ad hoc.n. pertinet illud q̃d ait & poſtea, Nulla ergo condemnatio eſt nūc his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Et q̃a nō uideo q̄uo diceret hō ſub lege, Condelector legi dei ſm interiorem hoīem: cum ipſa delectatio boni,qua ēt non conſentit ad malū, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ,hoc eſt.n. condelectari, non niſi gratiæ deputanda ſit. *Quid ſit* Nam & illud ubi ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius: quis neget Apoſt. cū hæc diceret,adhuc fuiſſe in corpore mortis huius? A quo utiq; impii nō liberantur, quib. eadē corpora ad tormenta æterna reddunt. Liberari ergo eſt a corpore mortis huius, oī ſanato languore concupiſcentiæ carnis,non ad pœnam corpus recipere, ſed ad gloriam. Huic loco & illud ſatis conſonat, Etiam noſipſi primitias habētes ſpūs, & ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus, adoptionē expectātes, redemptionem corporis noſtri. Nimirum.n.gemitu iſto ingemiſcimus in quo dicimus, Miſer ego hō,quis me liberabit de corpore mortis huius? Illud ēt ubi ait, Quod.n.operor,ignoro: q̃d eſt aliud quam nolo, non approbo,non cōſentio, nō facio, alioquin contrariū eſt his, q̃ ſuperius dixit. Per legem.n.cognitio peccati. Et pc̄tm̄ non cognoui niſi per legē. Et,pc̄tm̄ ut appareat pc̄tm̄, per bonum mihi operatū eſt mortē. Q̄uo.n.peccatum ꝑ legem cognouit quod ignorat? Q̄uo apparet peccatū quod ignoratur? Sic ergo dictū eſt ignoro,non facio, q̃a nulla conſenſione id ego ipſe cōmitto, Q̄uo dicturus eſt dn̄s impiis, Nō noui uos, quem proculdubio latere nihil pōt. Et ſicut dictum eſt, Eum qui non nouerat peccatū, quodeſt, non fecerat. Neq;.n.non nouerat quod arguebat. His atque hm̄oi in iſta ſcripturæ Apoſtolicæ circunſtantia diligēter cōſideratis, recte intelligitur Apoſt. non quidē ſe ſolū in ſua perſona, uerum alios etiā ſub gr̄a conſtitutos ſignificaſſe, ſed ſecum nondum in illa cōſtitutos pace perfecta, in qua abſorbebitur mors in uictoriā. De qua poſt dicit,Si aūt Chriſtus in uobis,corpus quidē mortuum eſt, ꝑꝑ peccatum,ſpiritus autem uita eſt ꝑꝑ iuſtitiam. Si ergo ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum ex mortuis, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Chriſtū Ieſum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora ueſtra per inhabitantem ſpiritū eius in uobis. Viuificatis igitur mortalibus corporibus noſtris, non ſolum ad peccandū conſenſio nulla erit, ſed nec ipſa cui conſentiatur carnis concupiſcentia remanebit, Quam ſpiritui reſiſtentem, non hr̄e in carne mortali, ille tm̄modo hō potuit, qui non per ipſam ad hoīes uenit. Et ideo Apoſto. q̃a hoīes erant, & corpus q̃d corrumpitur & aggrauat animam,

liber. de corpore mortis huius C *Cap. Rom.* *Matt.* *2. Cor.* D *1. Co. Rom.* *Sapi.*

mā,in huius uitæ mortalitate portabant,abſit ut dicamus,ſicut iſte calumniatur, ſemꝑ immoderata libidine fuiſſe pollutos, ſed dicimus a coſenſione prauarū libidinū liberos de cōcupiſcentia tñ carnis,q̄ moderādo frenabant,tāta humilitate & pietate gemuiſſe, vt optarent eā nō habere potius,q̃ domare.

E

Ca. 12.

Proinde iſte qđ addidit nos dicere,Xp̄m & a pc̄tis liberū nō fuiſſe, ſed carnis neceſſitate mētitū,& alijs maculatū fuiſſe delictis; viderit a q̄bus audierit, vel in quorū literis legerit,qđ q̄dē fortaſſe nō intellexit,& ī ſenſus calumnioſos malitia fallente conuertit.

Cōcupiſcētia cca[?] tā ici- tamquā ex non ſit.

Ca. 13.

Dicūt ēt,inq̄t,baptiſma nō dare oēm indulgentiā pc̄tōrum,nec auferre crimina,ſed radere, vt omnium pc̄tōrū radices in mala carne teneantur.Quis hoc aduerſus Pelagianos,niſi infidelis affirmet? Dicimus.n.baptiſma dare oīum indulgētiā pc̄tōrū, & auferre crimina,non radere,nec vt omniū pc̄tōrum radices in mala carne teneātur,quaſi raſorū in capite capillorū vnde creſcant,iterū reſecanda pc̄tā. Nā & iſtam ſimilitudinē cōperi,ſuæ illos adhibere calumniæ,tanq̃ hoc nos ſentiamus atq; dicamus. Sed de iſta cōcupiſcentia carnis falli eos credo vel fallere cū qua neceſſe eſt vt etiā baptizatus, & hoc ſi diligentiſſime ꝓficit,& ſpū dei agitur,pia mente confligat.Sed hæc ēt ſi vocatur pc̄m, non utique quia peccatū eſt,ſed quia peccato facta ē,ſic vocatur, ſicut ſcriptura manus cuiuſque dicitur,ꝙ manus eam fecerit,Peccata aūt ſunt,q̄ ſm̄ carnis concupiſcentiam uel ignorātiam illicite fiunt, dñr,cogitātur,

F

Quæ tranſacta ēt reos tenent ſi non remittātur.Et iſta ipſa carnis concupiſcentia in baptiſmo ſic dimittitur, vt quanq̃ tracta ſit a naſcentibus,nihil noceat renaſcentib.Ex q̄bus tñ ſi filios carnaliter gignunt,rurſus trahitur, rurſusq; & nocitura naſcentib. niſi eadem forma renaſcentibus remittatur, & inſit nihil obfutura uitæ futuræ,quoniā reatus eius gñatione tractus,regeneratione dimiſſus eſt,Et iō iā nō ſit peccatū, ſed hic uocetur,ſiue qđ pc̄tō facta ſit,ſiue qđ peccādi delectatione moueatur,& ſi ei uincente delectatione iuſtitiæ non cōſentiatur.Nec ꝑꝑ ipſam cuius iam reatus lauacro regñationis abſumptus eſt, dñt in oratione baptizati,Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris:ſed ꝑꝑ pc̄tā q̄ fiūt, ſiue ī eius cōſenſionib. cū ab eo qđlibet vincitur qđ placet,ſiue cū ꝑ ignorātiā malum quaſi bonū placet.Fiūt aūt,ſiue oꝑando, ſiue loquendo,ſiue qđ facillimū atq; celerrimū eſt,cogitādo.A q̄b.oīb. q̄s etiam fideliū gloriabitur caſtū ſe habere cor,aut quis gloriabitur mundū ſe eſſe a pc̄tō? Illud ſane qđ in orōne ſeq̄tur, ꝑꝑ ipſam dicitur, Ne nos inferas in tentationē,ſed libera nos a malo: Vnuſq̄ſq;.n.ſicut ſcriptū eſt,tētatur a cōcupiſcētia ſua abſtractus & illectus. Deinde ꝯcupiſcentia cum cōceperit parit peccatum.

Pro. 20.

G

Iacob. 1.

Cap. 14.

Hi oēs cōcupiſcentiæ partus,& ipſius cōcupiſcentię reatus antiquus, q̄ baptiſmatis ablutione dimiſſi ſunt, & q̄cquid parit nūc iſta cōcupiſcētia,ſi nō ſunt illi partus, q̄ nō ſolū pc̄tā, verumēt crimina nūcupantur,pacto illo quotidianæ orationis vbi dicimus, Dimitte nobis debita noſtra ſicut & dimittimus, & eleemoſynarū ſinceritate mundātur.Neq;.n.q̄ſpiā ſic deſipit,ut dicat ad baptizatos dñicū illud nō pertinere præceptū, Dimittite & dimittetur uobis, date & dabitur uobis.Nullus aūt in Eccleſia recte poſſet ordinari miniſter, ſi dixiſſet Apoſt. Si q̄s ſine pc̄tō;ubi ait,Si q̄s ſine crimine eſt.Aut ſi dixiſſet,nullū pecccatū habentes:ubi ait, Nullū crimen habentes.Multi q̄ppe baptizati fideles ſunt ſine crimine, ſine pc̄tō autē ī hac uita neminem dixerim,quantalibet Pelagiani,quia hęc dicimus,aduerſum eos inflētur & dirumpātur inſania,non quia peccati aliquid remaneat,quod in baptiſmate non remittatur,ſed quia in nobis in huius uitæ infirmitate manentib. quotidie fieri non quieſcunt,qui fideliter orantibus & miſericorditer operantibus quotidie remittantur. Hæc eſt fidei catholicæ ſanitas.quam ſanctus ubique ſeminat ſpiritus,non prauitatis hæreticæ vanitas & præſumptio ſpiritus.

Luc. 6.

1. Tim. 3

H

Iam itaq; de cætero uideamus,quemadmodū poſteaquam nobis calumnioſe putauit obijcienda quæ credimus,& fingenda q̄ nō credimus, ſuā ipſe vel Pelagianorū fidē profiteatur.Contra hæc, inquit, nos quotidie diſputamus,& iō nolumus præuaricatoribus adhibere cōſenſum,quia nos dicimus liberū arbitriū.in omnibus eſſe naturaliter, nec Adæ peccato perire potuiſſe. Quod ſcri-

Motus genitaliū a Deo.

Cap. 15.

pturarum omnium authoritate firmatur.

Hæc si quemadmodũ oportet nõ contra dei grãm diceretis, nec cõsensum p̃uaricatoribus adhiberetis, sed vestrũ sensum corrigeretis. Hinc aũt quantũ potuimus, & quantũ sufficere visum est, su p̃ius disputauimus. Dicimus, inq̃t, has q̃ nunc agunt̃ in orbe terrarũ, a deo nuptias institutas, nec reos esse cõiuges, sed fornicatores & adulteros condẽnandos. Hoc verũ & catholicũ est. Sed quod vos hinc vultis efficere de commixtione masculi & fœminæ, ꝙ nihil peccati nascentes trahant, qđ lauacro regenerationis expiet̃: hoc falsum est & hæreticum. Motũ, inquit, genitalium. i. ipsam virilitatẽ, sine qua nõ põtest esse cõmixtio, a deo dicimus institutã. Ad hoc r̃ndemus, motũ genitaliũ, & vt verbo eius vtar, virilitatẽ, sine qua non põt esse cõmixtio, deus sic instituit, vt nihil haberet pudẽdum. Nõ. n. fas fuit, vt eius erubesceret creatura de sui opere creatoris, sed inobediẽtia mẽbrorũ supplicio iusto primis hominibus inobediẽtib. reddita est, de qua erubuerunt qñ folijs ficulneis pudẽda texerũt, quæ prius pudenda nõ fuerunt. Neq;. n. sibi tunicas ut totũ corpus tegerent post pc̃m, sed succinctoria cõsuerunt, q̃ nonnulli interpretes nostri minus diligẽtes tegmina interpretati sunt. Qđ quidẽ verũ est, sed generale nomen est tegmen, quod indumentũ & operimẽtũ oẽ possit intelligi. Et iõ debuit ambiguitas euitari, vt quẽmadmodũ Græcus perizomata posuit, quib. non teguntur nisi pudendæ corporis partes, sic & Latinus, aut ipsum Græcum poneret, qa & ipsa iã consuetudo vtit̃ ꝓ latino, vel sicut quidã succinctoria, vel sicut alij melius cãpestria nominarunt. Ex illo q̃ppe hoc nomẽ est, ꝙ pudẽda iuuenes tegebãt antiquo more Romano, qñ nudi exercebant̃ in cãpo, vnde cãpestrari appellant̃ hodie, qui eadẽ mẽbra cingẽdo cooperiunt. Quanq̃ si ea quib. peccatũ est tegenda fuerant post pc̃m, ne tunicis q̃dẽ indui debuerũt, sed manũ & os tegere, quia sumẽdo & vescendo peccauerũt. Quid sibi ergo vult, ꝙ accepto ꝓhibito cibo, cũ fuisset pręcepti facta trãsgressio, in illa mẽbra aspectus intendit? Quę ibi nouitas ignota sentitur, & se compellit aduerti, quod a ꝑtione significatur oculorũ? Neq;. n. eis vel qñ ille nomina pecoribus & volucrib. imponebat, vel qñ illa pulchrũ lignũ vidit & bonũ, oculi nõ patebant, sed a ꝑti, hoc est, intenti ad intuendũ facti sunt, Sicut scriptũ est de Agar ancilla Saræ, ꝙ aperuit oculos suos, & uidit puteũ: quos clausos vtiq; nõ habebat. vt ergo nuditatis suæ, quã quotidie ꝑfecto intuebantur, nec confundebantur, eos subito sic puderet, vt mẽbra illa iã nuda ferre non possent, sed statim o p̃ire curarẽt, nonne & ille in motu a p̃to, & illa in occulto, contra suæ voluntatis arbitriũ inobedientia illa mẽbra senserũt q̃b. vtiq; nutu voluntario sicut cæteris dominari debuerũt? Qđ merito passi sunt, qa & ipsi obedientes suo dño nõ fuerunt. Erubuerunt ergo ita se creatori suo non exhibuisse seruitium, vt in eis mẽbris ex q̃b. essent filij ꝓcreandi, mererent̃ accipere dñatum. Hoc pudoris genus, hæc erubescendi necessitas certe cũ omni homine nascit̃, & ipsis quodã mõ naturæ legib. im p̃atur, vt in hoc verecũdent̃ ẽt ipsa pudica coniugia, nec q̃squã tã male turpiterq; ꝑficiat, vt qa cognouit deũ esse conditorẽ naturæ, authorẽq; nuptiarũ, iõ ẽt miscendus vxori, si quis eũ videat, non de his motibus erubescat, q̃ratq; secretum vbi nõ solũ alienorũ, verumẽt suorũ omniũ possit vitare cõspectũ. Itaq; sua culpa sibi accidens malũ, natura humana p̃mittat̃ agnoscere, ne cogat̃ aut qđ est impudentissimũ, de his suis motib. non erubescere, aut quod est ingratissimũ, de sui creatoris o p̃ibus erubescere. Quo tamesi malo propter bonum generationis filiorum, bene vtuntur pudica coniugia. Solius autem carnalis voluptatis causa, libidini consentire peccatum est, quã uis coniugatis secũdum veniam cõcedatur.

Sed constituite Pelagiani seruara honestate ac fœcũditate nuptiarum, si nemo peccasset, qualem velitis in paradiso vitam illorũ hominum cogitare, & vnũ đ his quatuor rebus eligite. Proculdubio enim aut quotiescunque libuisset, totiens concubuissent: aut frenarent libidinem, quando cõcubitus necessarius non fuisset: aut tunc ad nutum voluntatis libido consurgeret, quando esse concubitum necessariũ casta pudentia præsensisset; aut nulla ibi omnino existente libidine, vt cætera membra quæque ad opera sua, sic ad opus proprium etiã genitalia iussis vo-

Margin notes: I; Genes. 3. Cap. 16.; K; Cãpestrati qui dicantur.; Gen.; L; M; 1. Co.; An libido ante peccat. Cap. 1.

ſis volentiũ ſine vlla difficultate ſeruiſſent. Horũ quatuor qđ vultis eligite. Sed puto ꝙ duo priora reſpuetis,ꝗb.libidini,aut ſeruiť, aut repugnať. Nãq; illud primũ,tã p̃clara honeſtas,hoc aũt ſ̃m,tã magna fœlicitas non vult. Abſit.n.vt tantæ illius beatitudinis decus,aut p̃cedentẽ ſemper ſequendo libidinẽ

A

ageret turpiſſimã ſeruitutẽ, aut ei reſiſtẽdo nõ haberet pleniſſimã pacẽ. Abſit,inquã,ut carnis concupiſcentiã nõ oportune ad generandũ,ſed inordinata cõmotione ſurgentẽ, aut illi menti placeret conſentiendo ſatiare, aut illi q̃eti neceſſe eſſet diſſentiendo cohibere. Duarũ vero reliquarũ quãlibet elegeritis,nõ eſt aduerſus vos ulla cõtentione laborandũ. Et ſi.n.quartã volueritis eligere, vbi eſt oĩum obedientia mẽbrorũ, ſine vlla libidine ſumma tranquillitas,qm̃ iã vos ei ſecit veſtrarũ diſputationũ ĩpetus inimicos,illud vobis ſaltẽ placebit qđ tertio loco poſuim⁹, vt illa carnalis cõcupiſcẽtia,cuius motus ad eã poſtremã,q̃ uos multũ delectat, peruenit voluptatẽ, nunq̃ in paradiſo niſi cũ ad gignendũ eſſet neceſſaria,ad voluntatis nutũ exurgeret. Hãc ſi placet vobis ĩ paradiſo collocare,& p talẽ concupiſcentiam carnis, q̃ nec p̃ueniret,nec tardaret,nec excederet imperiũ voluntatis,vobis ur̃ in illa fœlicitate filios potuiſſe generare,non repugnam⁹. Ad hoc.n.qđ agimus,ſufficit nobis,ꝗa nunc talis in hominibus non eſt, qualẽ in illius fœlicitatis loco eſſe potuiſſe cõceditis. Qualis ꝗppe nũc ſit, ꝓfecto oĩum ſenſus mortaliũ, etſi cũ verecundia cõfiteť,ꝗa & caſtos ẽtiã nolẽtes,eãq; p tẽperantiã caſtigãtes, inꝗetudine inordinata importunaq; ſolicitat,& plerunq; ſeſe volentib.ſubtrahit, nolentib.ingerit, vt nihil aliud inobedientia ſua, q̃ illius priſcæ inobedientiæ pęnã ſe eſſe teſteť. Vñ merito de illa & tunc primi homines,qñ pudenda texerunt,& tũc ꝗ ſe vtcunq; hominẽ eſſe conſiderat, omnis pudẽs impudensque confundiť,abſit vt de opere dei,ſed de pœna primi veteriſq; pc̃tĩ. Verũ vos non pro religioſa rõne,ſed ꝓ animoſa contentione, nec ꝓ humano pudore,ſed ꝓ veſtro furore ne vel ipſa concupiſcentia carnis vitiata credatur, & ex ea trahi originale pc̃tm̃,talẽ ꝓrſus qualis nunc eſt in paradiſo conamini diſputãdo reuocare, eãq; illic eſſe potuiſſe contẽdere, quã vel ſemp ſequeretur inhoneſta conſenſio,vel aliqñ coerceret miſeranda diſſenſio. Nos aũt non multũ curamus qđ vos de illa ſentire delectet. Quicquid tñ hominũ p illam naſciť, ſi nõ renaſcať, ſine dubitatione dãnať,& neceſſe eſt eſſe ſub diabolo, ſi nõ liberetur inde a Xp̃o. Hominẽ, inꝗt,

Cap. 18.

C

dei opus defendimus,nec ex illius potentia vel in malũ vel in bonũ inuitum aliquẽ cogi,ſed ꝓpria voluntate,aut bonũ facere,aut malum. In bono vero ope a dei gr̃a ſemper adiuuari,in malũ uero diaboli ſuggeſtionibus incitari. Ad hæc rñdemus, homines eſſe opus dei,inquãtũ homines ſunt, ſed ſub diabolo eſſe, inquantũ pc̃tõres ſunt,niſi eruanť inde per eũ, ꝗ non ob aliud factus eſt inter deũ & homines mediator, niſi quia ex hominib. nõ potuit eſſe peccator,nec ex dei potẽtia,vel in malũ vel in bonũ inuitũ aliquem cogi,ſed deo deſerente ꝓ meritis ire in malũ,& deo adiuuãte,ſine meritis conuerti ad bonũ. Nõ.n.eſt homo bonus ſi nolit,ſed gr̃a dei ẽt ad hoc adiuuatur vt velit,qm̃ nõ inaniter ſcriptũ eſt, Deus eſt.n.ꝗ operatur in vobis & velle operari pro bona voluntate, Et p̃parať volũtas a dño. Vos aũt in bono ope ſic putatis adiuuari hominẽ gr̃a dei, vt in excitanda eius ad ipſum bonũ opus voluntate nihil eã credatis opari. Qđ ſatis ipſa tua uerba declarãt. Cur.n.non dixiſti, hominẽ dei gr̃a in bonũ opus excitari,ſicut dixiſti, ĩ malũ diaboli ſuggeſtionib.incitari? Sed dixiſti, in bono opere a dei gr̃a ſemp adiuuari, tanquã ſua voluntate,nulla dei gr̃a bonũ opus aggreſſus in ipſo iã opere diuinitus adiuuetur, ꝓ meritis uidelicet voluntatis bonæ,ut reddať debita gr̃a,nõ donetur ĩdebita,ac ſic gr̃a iã non ſit gratia, ſed ſit illud quod Pelagius in iudicio Palæſtino ficto corde damnauit,gratiã dei ſ̃m merita noſtra dari. Dic mihi obſecro, quid boni Paulus adhuc Saulus volebat,ac non potius magna mala, qñ ſpirans cædem pergebat ad vaſtandos horrenda mentis cæcitate ac furore Chriſtianos? Quibus meritis bonæ uoluntatis deus illum ab his malis ad bona,mirabili & repẽtina vocatione cõuertit? Quid ergo dicam, quibus meritis, cum ipſe clamet, Non ex operibus iuſtitiæ quæ nos fecimus, ſed ſecũdam ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit?

Phili. 2.

Voluntas excitatur a domino

Cap. 19.

D

Acto. 9.

Ad Tit. 3.

Ioan. 6.

Quid

Quid illud qđ iã cõmemoraui dixisse dñm, Nemo põt venire ad me, qđ itelligitur, credere in me, nisi ei datũ fuerit a patre meo? Vtrũ iã volenti credere ꝓ meritis bonæ voluntatis hoc dat an potius vt credat ipsa voluntas, sicut Sauli, desuꝑ excitat, ẽt si tã sit auersus a fide, vt credentes ẽt ꝑsequatur? Vt q̃d.n.nobis dñs p̃cepit, & oremus ꝓ eis qui nos persequũtur? Nunq̃d hoc oramus ut eis ꝓ bona eorũ voluntate gratia dei retribuatur, ac nõ potius vt mala in bonũ volũtas eorũ mutet? Sicut credimus tũc a sanctis quos ꝑsequebatur, nõ inaniter oratũ esse ꝓ Saulo vt ad fidẽ q̃ vastabat, voluntas eius converteretur. Et illius q̃dẽ conuersio desuꝑ facta, manifesto ẽt miraculo apparuit. Quã multi inimici Xp̃i quotidie, subito dei occulta gratia trahũtur ad Xp̃m. Qđ uerbũ si nõ ex euãgelio posuissem, quãta de me ꝑ ꝑ hoc iste dixisset, cũ ẽt nunc obluctetur nõ mihi, sed illi q̃ clamat, Nemo põt venire ad me, nisi pater q̃ misit me traxerit eũ? Nõ.n. ait, duxerit, vt illic aliquo mõ intelligamus p̃cedere uolũtatẽ. Quis trahitur si iã volebat? & tñ nemo venit nisi velit. Trahitur ergo miris modis ut velit ab illo, qui nouit intus in ipsis hominũ cordib. operari, non vt homines quod fieri nõ põt nolentes credant, sed vt volentes ex nolentib. fiant. Hoc verũ esse non cõiectura suspicamur humana, sed euidentissima diuinarũ scripturarum authoritate dignoscimus. Legitur in Paralipomenõ libris Et quidẽ in Iuda facta est manus dei, vt daret illis cor vnũ, vt facerent p̃ceptum regis & principũ in verbo dñi. Itẽ ꝑ Ezechielem ꝓphetã dñs dicit, Dabo eis cor aliud, & spũm nouũ dabo eis, & euellã cor eorũ lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneũ, vt in præceptis meis ambulent, & iustificationes meas obseruent & faciant eas. Quid est aũt qđ Hester illa regina orat & dicit, Da sermonẽ concinnũ in os meũ, & verba mea clarifica in cõspectu leonis, & conuerte cor eius ĩ odiũ impugnantis nos? Vt q̃d ista in orõne dicit deo, si nõ opatur deus in cordib. hominũ uoluntatẽ? Sed forte hæc mulier insipiẽter orauit. Videamus ergo vtrũ inaniter præmissus fuerit orantis affectus, & cõsecutus non fuerit exaudiẽtis effectus. Ecce ingreditur ad regẽ. Ne multa dicamus. Et q̃a non ordine suo ingrediebatur, magna necessitate cõpulsa, intuit⁹ est eã, sicut scriptũ est, velut taurus in impetu indignationis suæ. Et timuit regina, & cõuersus est color eius ꝑ dissolutionẽ, & inclinauit se suꝑ caput delicatæ suæ, q̃ p̃cedebat eã. Et cõuertit deus, & transtulit indignationẽ eius in lenitatẽ. Iã sequentia cõmemorare q̃d opus est, vbi deũ cõpleuisse qđ illa rogauerat, diuina scriptura testatur opando ĩ corde regis? Quid aliud q̃ voluntatẽ, qua iussit & factũ est, qđ ab eo regina poposcerat? Qđ de⁹ iã vt fieret, exaudierat, q̃ cor regis anteq̃ mulieris sermonẽ poscẽtis audisset, occultissima & efficacissima ptãte cõuertit, & trãstulit ab indignatione ad lenitatẽ, hoc est de uoluntate lædendi ad voluntatem fauendi, ẽm illud Apostoli, Deus est.n.q̃ operatur in uobis & velle. Nũquid homines dei q̃ hæc scripserũt, imo ipse spũs dei, quo authore ꝑ eos ista cõscripta sunt, oppugnauit liberũ hominis arbitriũ? Absit, Sed oĩpotẽtis in omnib. & iudiciũ iustissimũ, & auxilium Dei misericordissimũ cõmẽdauit. Sufficit.n. scire homini qđ non est iniq̃tas apud deũ. Iã q̃o ista dispenset, faciens alios ẽm meritũ uasa iræ, alios ẽm gratiã uasa misericordiæ. Quis cognouit sensum dñi, aut q̃s consiliarius eius fuit? Si ergo ad honorẽ gratiæ ꝑtinemus, non simus ingrati, tribuẽdo nobis qđ accepim⁹. Quid enim habemus quod non accepimus?

Dicimus, inq̃t, sanctos veteris testamenti, perfecta hinc iustitia ad ẽternam transisse uitam, id est, studio uirtutis ab omnibus recessisse peccatis, quia & illi quos legimus aliquid peccasse, postea tamen eos emendasse cognouimus. Quantælibet fuisse virtutis antiquos prædices iustos, non eos saluos fecit, nisi fides mediatoris, qui in remissionẽ peccatorum sanguinem fudit. Ipsorum enim vox est, Credidi propter quod locutus sum. Vnde ait & Apostolus Paulus, Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Quid est eundem spm̃, nisi quem iusti quoque illi habuerunt, qui ista dixerũt? Dicit ẽt Apostolus Petrus, Quid uultis iugũ imponere gẽtibus, quod neq; nos portare potuimus, neq; patres nr̃i? Sed per gratiam

Mat. 5. E

Cap. 20.

F

2. Parali p. 30.

Eze. 36.

Hest. 14

G

Phil.

Rom.

H

Ps.

2. Cor.

Act.

tiam dñi nostri Iesu Christi credimus nos
salui fieri quemadmodũ & illi: hoc vos non
vultis inimici gr̄æ Christi, ut eadẽ gr̄a Iesu
I Christi salui facti credant antiqui, sed distri
buitis tp̄a ſm Pelagium, in cuius libris hoc
legit, & ante legem dicitis saluos factos esse
per naturã, deinde per legem, postremo per
Christum, quasi hoı̄bus, duorũ superiorum
tp̄um, ante legem. s. & in lege sanguis Chri
sti non fuerit necessarius, euacuantes quod
dictum est, Vnus. n. deus, vnus & mediator
dei & hominum homo Christus Iesus.

Gratiam Christi, inquiunt, oı̄bus neces-
sariam & maiorib. & paruulis cõfitemur, &
eos qui dñt de duobus baptizatis natum nõ
debere baptizari, anathematizamus. Noui-
mus quõ non ſm Paulum Apo. sed ſm Pe-
lagium hæreticũ ista dicatis, paruulis uide-
licet baptismũ necessariũ, nõ pp̄ remissio-
nẽ peccatorũ, sed tm̄modo pp̄ regnũ cęlo-
rum. Datis. n. eis extra regnũ dei locũ salutis
& vitę ęternę, ēt si nõ fuerint baptizati. Nec
attẽditis qđ scriptum est, Qui crediderit &
baptizatus fuerit saluus erit, qui aũt non cre
diderit, condẽnabitur. Propter qđ in eccle-
sia saluatoris per alios paruuli credũt, sicut
ex alijs ea, quæ illis in baptismo remittunt
peccata traxerũt. Nec illud cogitatis eos vi-
tam hr̄e non posse, qui fuerint expertes cor
poris & sanguinis Christi, dicente ipso, Nisi
manducaueritis carnem meam, & biberitis
sanguinẽ meũ, non habebitis uitã in uobis.
K Aut si euangelicis vocibus cogimini confi-
teri, nec uitã salutemq; posse hr̄e paruulos
de corpore exeuntes, nisi fuerint baptizati,
quærite cur cõpellantur non baptizati scđę
mortis subire suppliciũ, iudicante illo, qui
neminem dãnat immeritum, & inuenietis
quod non vultis, originale pc̄tm̄. Etiam eos
qui dñt, inquit, baptisma nõ oı̄a peccata de-
lere, condemnamus, quia scimus plenam
purgationem per ipsa mysteria conferri.

Hoc dicimus & nos, sed paruulos quoq;
per ipsa mysteria primę natiuitatis, & obno
xiæ successionis uinculis solui, non dicitis
uos. Propter quod de ecclesia Christi, quæ
hoc antiquitus tenet, oportet ut sicut cæteri
hæretici segregemini & uos.

Cap. 3. Iam uero quod ita concludit epistolã ut
dicat, Nemo ergo uos seducat, nec se negẽt
impij ista sentire. Sed si uerum dñt, aut au-
dientia det, aut certe isti ipsi ep̄i, qui nunc
dissident dãnent, q̃ supra dixi, cũ Manichęis L
se ista tenere, sicut nos ista damnamus, q̃ de
nobis iactant, & sit plena concordia, qđ si
nolũt, scitote eos esse Manichæos, & ab eo-
rum uos abstinete cõsortiis, contẽnendum
est potius q̃ refellendũ. Quis. n. nr̄m dubi-
tat anathema, dicere Manichæis, qui dñt a
bono deo, nec hoı̄es, nec nuptias institutas,
nec legẽ datã, quæ per Moysen Hebræo po
pulo ministrata est? Sed & Pelagianis non
immerito anathema dicimus, qui tam sunt
inimici gratiæ dei, q̃ uenit per Iesum Chri-
stum dñm nr̄m, vt eam dicant nõ gratis, sed
ſm merita nostra dari, ac sic gratia iam non
sit gratia, tm̄q; constituunt in libero arbi-
trio, quo in profundũ demersus est hõ, ut eo
bene vtendo dicant hoı̄em mereri gr̄am, cũ
nemo bene illo uti possit, nisi per gr̄am, quę
non ſm debitũ redditur, sed deo gratis mi-
serante donat. Paruulos aũt ita contendunt
esse iam saluos, ut saluatori audeant negare
saluãdos. Et hęc execrabilia dogmata tenen
tes & seminantes, adhuc insuper flagitant
audientiam, cum damnati debeant agere
pœnitentiam.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra duas Epistolas Pelag. Liber secundus.

M

Cap. I.

IAM nunc aliam, non Iuliani
tantum, sed & cõmunem cum
pluribus Pelagianis episcopis,
quam Thessalonicam miserũt,
consideremus epistolam, eiq; dño adiuuan
te rñdeamus vt possumus. Quod opus no-
strum ne longum fiat, q̃ causæ ipsius neces-
sitas postulat, quid opus est ea quoq; refel-
lere. quæ dogmatis eorum insidiosa venena
non continent, sed tm̄ in auxilium suũ, uel
pro catholica fide contra Manichæorum si-
cut loquuntur prophanitatem, confessionẽ
orientalium episcoporum uident exposce-
re, nihil aliud nitentes, nisi ut horribili hæ-
resi obiecta, cuius se aduersarios esse cõfin-
gunt,

gunt, lateant inimici grãæ in laude naturæ. Quis.n. eis hinc cõmouit aliqñ qõnem? Aut cui catholicorũ ꝑ ꝑea displicent, q̃a dãnant eos quos p̃dixit Apost. recessuros a fide, cauteriatã habentes conscĩam, prohibentes nubere abstinentes a cibis, quos immundos putãt, nec putãtes a deo cũcta eẽ cõdita? Quis eos aliqñ negare cõpulit, ꝙ oĩs creatura dei bona sit, & nulla substãtia sit, q̃ nõ summus fecerit deus, nisi ipse deus qui non est ab aliquo factus? Non ista in eis, q̃ constãt esse catholica reprehenduntur atq; dãnantur. Impietatẽ quippe Manichæorũ nimiã, stultam & noxiã, nõ solũ fides catholica detestatur, uerumẽt hæretici oẽs, qui non sunt Manichęi. Vnde & isti Pelagiani hoc bene faciũt. Manichæis anathema dicere, & eorũ erroribus contradicere. Sed faciũt duo mala q̃b. & ipsi anathematizandi sunt, Vnũ, ꝙ catholicos Manichæorũ nomine criminant: alterũ, ꝙ ẽt ipsi hæresim noui erroris inducunt. Neq;.n. q̃a Manichęorũ morbo nõ laborãt, ꝑ ꝑea fidei sanæ sunt. Non vnũ pestilentiæ est genus, quẽadmodum in corporibus, ita & in mentib. Sicut ergo medicus corporis non continuo pronunciasset a mortis periculo liberũ, quẽ negasset hydropicũ, si alio letali morbo perspexisset ægrotum: ita istis non ideo ueritas gratulatur, quia Manichæi non sunt, si alio gñe peruersitatis insaniunt. Quaꝑꝑ aliud est quod anathematizamus cum eis, aliud qđ in eis. Detestamur.n. cum eis, quod recte displicet etiam ipsis, ita tñ vt detestemur in eis, unde recte displicent ipsi.

1.Tim.4 A — B

Confert Manichæos cũ Pelagianis. Cap. 2.

Manichæi dñt, deum bonũ non omnium naturarũ esse creatorẽ. Pelagiani, dñt, deum non esse oĩum ætatum in hoĩbus mundatorem, saluatorẽ, liberatorẽ. Catholica vtrosq; redarguit, & ꝯ Manichæos defendens Dei creaturã, ne ab illo instituta negetur ulla natura, & contra Pelagianos, ut in oĩbus ætatibus perdita requiratur humana natura. Manichæi carnis concupiscentiam non tanq̃ accidẽs uitiũ, sed tanq̃ naturã ab æternitate malã uituperant. Pelagiani eã tanq̃ nullum uitiũ, sed naturale sit bonũ insuper laudant. Catholica vtrosq; redarguit, Manichæis dicens, non natura, sed uitiũ est: Pelagianis dicens, non a patre, sed ex mũdo est. ut ea malã ualetudinẽ sanari utriq; permittant, desinendo illi tanq̃ insanabilẽ credere, isti tanq̃ laudabilẽ prædicare. Manichæi negant homini bono ex libero arbitrio fuisse initium mali. Pelagiani dñt ẽt hoĩem malũ sufficienter hr̃e liberum arbitriũ ad faciendũ pręceptum bonũ. Catholica utrosq; redarguit, & illis dicẽs, Fecit deus hoĩem rectum. Et istis dicens, Si uos filius liberauerit, vere liberi eritis. Manichæi dñt, aĩam particulam dei, naturæ malæ cõmixtione hr̃e peccatum. Pelagiani dñt, aĩam iustam, non quidem particulam, sed creaturam dei, etiã in ista corruptibili uita non habere peccatũ. Catholica vtrosq; redarguit, Manichæis dicens, Aut facite arborem bonam, & fructũ eius bonũ, aut facite arborem malam, & fructum eius malum: quod non diceretur homini, qui naturã facere non põt, nisi q̃a peccatum nõ natura, sed uitium est: Pelagianis dicẽs, Si dixerimus q̃a peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. His morbis inter se contrarijs Manichæi Pelagianiq; confligunt dissimili voluntate, simili uanitate, separati opinione diuersa, sed propinqui mente peruersa: Iam uero grãm Xp̃i simul oppugnant, baptismũ eius simul euacuant, carnẽ eius simul exhonorant, sed ẽt hęc modis causisq; diuersis. Nã Manichęi meritis naturæ bonæ Pelagiani aũt meritis voluntatis bonæ perhibent diuinitus subueniri. Illi dñt, debet hoc deus laboribus membrorum suorum: Isti dñt, dẽt hoc virtutibus seruorum suorũ. Vtrisq; ergo merces nõ imputatur ꝓm gratiam, sed ꝓm debitũ. Manichæi lauachrũ regenerationis, i. aquã ipsam dñt esse superfluã, nec prodesse aliq̃d prophano corde contendunt. Pelagiani autem quod in sacro baptismate ad expianda peccata dr̃, nihil opitulari infantibus nullũ peccatum habentibus asserunt. Ac per hoc in paruulis baptizandis, quantũ ad remissionẽ attinet peccatorum, Manichæi uisibile destruunt elementum: Pelagiani aũt ẽt inuisibile sacr̃m. Manichæi carnem Christi exhonorant, partum virginis blasphemando, Pelagiani autem carnem redimendorum carni redemptoris æquando. Propterea quippe natus est Christus, nõ utiq; in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, quia cęterorum hominum nascit caro peccati. Manichæi

C — E.7. — Io.8. — D

chæi ergo oẽm carnẽ penitus deteſtãtes, auferunt carni Chr̃i perſpicuã veritatẽ. Pelagiani vero nullã carnẽ peccati naſci aſſeuerantes, auferunt carni Chr̃i ꝓpriã dignitatẽ. Deſinant itaq; Pelagiani catholicis obiectare quod non ſunt, nec iõ ſe velint haberi amabiles, q̱a odioſo Manichæorũ aduerſantur errori, ſed merito ſe agnoſcãt odibiles, q̱a ſuũ nõ aduerſantur errorẽ. Pñt.n. duo errores inter ſe eſſe cõtrarij, ſed ambo ſunt deteſtandi, q̱a ſunt ambo cõtrarij veritati. Nã ſi ꝑ ꝑea ſunt diligendi Pelagiani, q̱a oderũt Manichæos, diligendi ſunt & Manichæi, q̱a oderunt Pelagianos. Sed abſit vt catholica mr̃ ꝑ ꝑ alterorũ odiũ, alteros eligat amare, cũ monente atq; adiuuãte dñ̃o debeat vtroſque vitare, & cupiat vtroſq; ſanare. Quinẽt Romanos clericos arguũt, ſcribẽtes, eos iuſſionis terrore ꝑculſos nõ erubuiſſe p̃uaricationis crimen admittere, vt contra priorem ſñiam ſuã, qua geſtis catholico dogmati affuerãt, poſtea ꝓnunciarent malã hominum eſſe naturã: imo Pelagiani ſpe falſa putauerunt, nouũ & execrabile dogma Pelagianũ vel Celeſtianũ ꝑſuaderi quorundã Romanorũ catholicis mentibus poſſe, qñ illa ingenia q̃uis nefando errore ꝑuerſa, non tñ contẽptibilia cum ſtudioſe corrigenda potius q̃ facile damnanda viderentur, aliqñ lenius, q̃ ſeuerior poſtulabat eccleſiæ diſciplina, tractata ſunt. Tot.n. & tantis inter apoſtolicam ſedẽ & Aphros Epiſcopos currẽtibus & recurrentib. ſcriptis Eccleſiaſticis, ẽt geſtis de hac cã apud illam ſedẽ, Celeſtio præſente & rñ̃dente confectis, q̃ nam tandẽ epiſtola venerandæ memoriæ papæ Zoſimi, q̃ interlocutio reperitur, ubi p̃ceperit credi oportere ſine vllo uitio peccati originalis hominẽ naſci: nuſquam ꝓrſus hoc dixit, nuſquam omnino conſcripſit. Sed cũ hoc Celeſtius ſuo libello poſuiſſet inter illa dũtaxat, de q̱b. ſe adhuc dubitare & inſtrui velle confeſſus eſt in homine acerrimi ingenij, q̱ ꝓfecto ſi corrigeretur, plurimis ꝓfuiſſet, voluntas emendationis, non falſitas dogmatis approbata ẽ. Et ꝑ ꝑea libellus eius catholicus dictus eſt, quia & hoc catholicæ mentis eſt, ſi qua forte aliter ſapit, q̃ veritas exigit, non ea certiſſime definire, ſed detecta ac demonſtrata reſpuere. Non.n. hæreticis, ſed catholicis Apoſtolus loquebatur, vbi ait, Quotquot ergo ꝑfecti hoc ſapiamus, & ſi quid aliter ſapitis, id quoq; deus vobis reuelabit. Hoc in illo factũ eſſe putabatur, qñ ſe literis beatæ memorię papę Innocẽtij, quib. de hac re dubitatio tota ſublata eſt, cõſentire rñ̃dit, Et hoc vt plenius & manifeſtius in illo fieret, expectabatur vẽturis ex Aphrica literis, in qua ꝓuincia eius calliditas aliquãto euidẽti' innotuerat. Quæ Romanę literæ poſteaq̃ venerũt, id continẽtes non ſufficere hominib. tardioribus & ſolicitiorib. ꝙ ſe gñ̃aliter Innocentij Ep̃i literis cõſentire fatebatur, ſed apte eum debere anaathematizare, q̃ in ſuo libello praua poſuerat, ne ſi id nõ feciſſet, multi parũ intelligẽtes, magis ĩ libello eius illa fidei venena a ſede Apoſtolica crederẽt approbata, ꝑ ꝑea ꝙ ab illa dictũ erat, eũ libellũ eſſe catholicũ, q̃ emendata, ꝑ ꝑ illud ꝙ ſe papę Innocentij literis cõſentire ipſe rñ̃derat. Tunc ergo cũ eius p̃ſentia poſceretur, ut certis ac dilucidis reſponſionib. vel aſtutia hominis vel correctio diluceſceret, & nulli ambigua remaneret, ſe ſubtraxit, & negauit examini. Nec differendũ iã fuerat, ſicut factũ eſt, qđ alijs ꝓdeſſet, ſi nimiũ ꝑuerſorũ ꝑtinaciæ dementiæq; nõ poſſet. Sed ſi quod abſit, ita tũc fuiſſel de Celeſtio vel Pelagio in Romana eccleſia iudicatũ, vt illa eorũ dogmata, q̃ in ipſis & cũ ipſis papa Innocẽtius dãnauerat, approbanda & tenenda ꝓnunciarentur, ex hoc potius eſſet pręuaricationis nota Romanis clericis inurenda. Nunc vero cũ primit' beatiſſimi papæ Innocentij literæ Ep̃orũ literis rñ̃dentes Aphrorum, pariter hunc errorẽ quem conantur iſti perſuadere damnauerint, ſucceſſor quoq; ei' ſanctus papa Zoſimus hoc tenendũ eſſe, qđ iſti de paruulis ſentiunt, nunquã dixerit, nunquã ſcripſerit. Inſuper etiam Celeſtiũ ſe purgare molientem ad conſentiendum ſupradictis ſedis Apoſtolicæ literis crebra interlocutione conſtrinxerint, ꝓfecto quicquid interea lenius actum eſt cum Celeſtio, ſeruata duntaxat antiquiſſimæ & robuſtiſſimę fidei firmitate, correctionis fuit clementiſſima ſuaſio: non approbatio exitioſiſſima prauitatis. Et ꝙ ab eodem ſacerdote poſtea Celeſtius & Pelagius repetita authoritate dãnati ſunt, paululum intermiſſæ, iam neceſſario pręfe-

rendæ

rendæ ratio ſeueritatis fuit,non p̄uaricatio-
prius cognitæ vel noua cognitio veritatis.

Damnatio Celeſtij. Cap.4.

Sed quid opus eſt nos de hac re loquẽdo diutiꝰ immorari,cũ extẽt hinc atq; inde geſta & ſcripta directa, vbi poſſint cuncta illa quẽmadmodũ acta ſint,vel cognoſci vel re cognoſci? Interrogationib.n. ſancti p̄ceſſoris tui,& Celeſtij rñſionib.quib.ſe beati papæ Innocentij literis conſentire ꝓfeſſus ẽ, q̄s nõ videat quemadmodũ ſit Celeſtius colligatꝰ & vinculo ſaluberrimo obſtrictus,ne vlterius defendere auderet ĩ baptiſmate paruulorũ non dimitti originale peccatum? Venerabilis q̄ppe Innocẽtij Ep̄i de hac re iſta ſunt verba ad Carthaginenſe,cõciliũ, Liberũ,inquit,arbitriũ olim ille ꝑpeſſus dũ ſuis inconſultius vtitur bonis:cadẽs in p̄uaricationis profunda demerſus, nihil quẽadmodum exinde ſurgere poſſet inuenit,ſuaq; in æternũ libertate deceptus, huius ruinæ latuiſſet oppreſſu,niſi eũ poſt Chr̄i ꝓ ſua gr̄a liberaſſet aduentus, q̄ p̄ nouæ regenerationis purificationem oẽ præteritũ vitiũ ſui baptiſmatis lauacro purgauit. Quid iſta ſedis Apoſtolicæ ſentẽtia clarius atq; manifeſtiꝰ? Huic ſe Celeſtins conſentire ꝓfeſſus eſt,qñ cũ illi a ſancto p̄ceſſore tuo dictũ eſſet, Illa omnia dãnas q̃ iactata ſunt de nomine tuo? Ipſe rñdit, Dãno ſm̄ ſententiã beatæ memoriæ p̄ceſſoris tui Innocentij. Inter cætera autẽ q̃ de nomine eius iactata fuerant,diaconꝰ Celeſtio Paulinus obiecerat,ꝙ diceret pc̄m̄ Adæ ipſi ſoli obfuiſſe & nõ generi humano & ꝙ infantes nuper nati,in eo eſſent ſtatu ĩ quo Adã fuit ante peccatũ. Proinde ſi obiecta Paulini ſm̄ ſn̄iam beati papæ Innocentij,veraci corde atq; ore dãnaret, quid ei remaneret deinceps vnde cõtenderet,nullum eſſe ex p̄terita primi hominis tranſgreſſione in paruulis vitiũ,qđ per nouæ regenerationis purificationem ſacro baptiſmate purgarẽtur? Sed illud ſe reſpondiſſe fallaciter nouiſſimo exitu oſtendit,cũ ſe ſubtraxit examini,ne ſm̄ Aphricana reſcripta ipſa omnino de hac q̄one uerba cõmemorare & anathematizare,q̃ in libello ſuo poſuit,cogeretur. Quid illud quod idem papa de hac ipſa cã etiam Numidiæ reſcripſit Ep̄is,quia de utroque concilio & de Carthaginenſi.ſ.& Mileuitano ſcripta ſuſceperat,nonne apertiſſime de paruulis loquitur? Hæc enim eius uerba ſunt. Illud vero,qđ eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare,paruulos æternæ vitæ p̄mijs ẽt ſine baptiſmatis gr̄a poſſe donari, p̄fatuũ eſt. Niſi.n.manducauerint carnem filij hominis & biberint ſanguinẽ eius, non habebunt vitã in ſemetipſis. Qui aũt hanc eius ſine regeneratione defendunt, videntur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare, cũ p̄dicant hos habere, qđ in eos credimus non niſi baptiſmate cõferẽdũ. Quid ad hæc dicit ingratus,cui ſedes Apoſtolica iã ſua profeſſione quaſi correcto, benigniſſima lenitate pep̄cerat? Quid ad hæc dicit,vtrũ poſt huius vitæ finẽ paruuli etiam ſi dũ viuunt,nõ baptizentur in Chr̄o,in vita æterna erunt, an nõ erunt? Si dixerit,erũt:q̄uo ergo q̃ de nomine eius iactata ſunt ſm̄ ſn̄iam beatæ memoriæ Innocentij ſe dãnaſſe rñdit: Ecce beatę memoriæ Innocẽtius papa,ſine baptiſmo Chr̄i & ſine participatione corporis & ſanguinis Chr̄i vitã non habere paruulos dicit. Si dixerit,nõ erunt:q̄uo ergo non accipiẽtes ęternã vitã,vtiq; conſequenter æterna morte dãnanť,ſi nullũ trahunt originale pc̄tm̄? Quid ad hæc dicunt iſti q̄ ſuas calũnioſas impietates ſcribere audent,ẽt Orientalib. Ep̄is mittere? Teneť Celeſtius literis venerabilis Innocentij p̄buiſſe conſenſum. Leguntur ipſę memorati antiſtitis literæ ſcribentis nõ baptizatos vitam paruulos habere non poſſe. Quis aũt negabit id eſſe cõſequens vt mortẽ habeant,qui non habent vitã? Vnde ergo in infantib.iſta miſerabilis pęna,ſi nulla originalis eſt culpa? Q̄uo igitur ab iſtis fidei deſertoribus & oppugnatorib.gratiæ, Romani clerici p̄uaricationis arguuntur ſub Epiſcopo Zoſimo quaſi aliud ſenſerint in dãnatione poſteriore Celeſtij & Pelagij, quam qđ ſub Innocentio in priore ſenſerunt? Quia vtique cũ literis venerabilis Innocentij de paruulis,niſi baptizarentur in Chriſto, in æterna morte manſuris catholicæ fidei clareret antiquitas profecto Eccleſiæ Romanæ præuaricator potius eſſet quicunque ab illa ſententia deuiaſſet: ꝙ deo propitio qm̄ factum non eſt,ſed ipſa conſtanter repetita Celeſtij & Pelagij dãnatione, ſeruata eſt, ſe intelligant eſſe vnde alios criminantur, & aliquando a fidei præuaricatione ſanentur.

tur. Malam quippe hoīum esse naturā, non dicit catholica fides, in quantum hō a creatore primitus institutus est, neque nunc ꝙ in illa deus creat, cum homines ex hominibus facit hoc est malum eius, sed quod ex illo vitio primi hominis trahit.

F pro 2. C. 5. A

Iam nunc illa uidenda sunt, quæ in Epistola sua nobis obiicientes bř posuerūt, quibus hæc est nostra rñsio, Peccato Adæ arbitrium liberum de hoīum natura perisse nō dicimus, sed ad peccandū ualere in hoībus subditis diabolo, ad bene aūt pieq; viuendū non ualere, nisi ipsa voluntas hoīs dei grā fuerit liberata, & ad oē bonū actionis, sermonis, cogitationis adiuta. Neminem nisi dñm deū dicimus nascentiū conditorē, nec a diabolo, sed ab ipso nuptias institutas, oēs tñ sub peccato nasci ꝑꝑ propaginis vitiū, & ideo esse sub diabolo donec renascātur in Christo. Nec sub noīe grę fatum asserimus, quia nullis hoīum meritis dei gratiam dicimus antecedi. Si aūt quibusdam oīpotentis dei uoluntatem placet fati noīe nuncupare, prophanas quidē uerborū nouitates euitamus, sed de uerbis contendere nō amamus.

Vnde aūt hoc eis uisum fuerit nobis obiicere, qđ fatum asseramus sub noīe gratiæ, cū aliquanto attentius cogitarem, prius eorum verba q̄ consequuntur inspexi. Sic.n. hoc nobis obiiciendum putarūt, Sub noīe, inquiunt, gratiæ ita fatū asserunt, ut dicant, q̄a nisi deus inuito & reluctanti homini inspirauerit boni & ipsius imperfecti cupiditatem, nec a malo declinare, nec bonū posset arripere. Deinde aliquanto post, ubi ipsi quæ defendant, cōmemorant, q̄d de hac re ab eis diceretur attendi. Baptisma, inquit, oībus necessariū esse ætatibus confitemur, grām quoq; adiuuare vniuscuiusq; bonum propositū non tñ reluctanti studium virtutis immittere, q̄a personarū acceptio nō est apud deū. Ex his eorum verbis intellexi, ob hoc illos uel putaret vel putari velle fatum nos asserere sub nomine gratiæ, q̄a gratiam dei non ꝫm merita nostra dicimus dari, sed ꝫm ipsius misericordiosissimā voluntatē, q̄ dixit, Miserebor, cui misertus ero & misericordiā præstabo, cui misericors fuero. Vbi ꝑnter adiunctū est, Igitur nō uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Possetetiā

B Rom. Exo. 3. Rom.

hinc quispiā similiter stultus fati assertorē Apostolū putare vel dicere. Verū hic se isti satis aperiunt. Cum.n. ꝑpea nobis calūniantur, dicentes nos fatū gratiæ nomine asserere, quia non ꝫm merita nostra dari dicimus deī grām, proculdubio confitentur qđ ipsi eam ꝫm nostra merita dari dñt. Ita cęcitas eorum occultare ac dissimulare non potuit hoc se sapere atq; sentire, qđ sibi obiectū Pelagius in epali iudicio Palęstino subdolo timore damnauit. Obiectū quippe illi est ex uerbis quidē discipuli sui Celestij, qđ ēt ipse diceret, grām dei ꝫm merita nostra dari. Quod ille detestans, uel quasi detestans ore duntaxat, anathematizare non distulit. Sed sicut eius libri posteriores indicant, & istorū sectatorum eius nudata assertio, ficto corde seruauit, donec postea quod tunc metu texerat negantis astutia, ēt in literas proferret audacia. Et adhuc non reformidant. nec saltē verecundantur epi Pelagiani literas suas catholicis orientalibus epis mittere, quibus nos assertores fati esse criminantur, q̄a nō dicimus grām dei ꝫm merita nr̄a dari, qđ Pelagius epos orientales metuēs, dicere nō ausus, & damnare compulsus est.

C

Ita ne vero filij superbiæ, inimici gratiæ dei, o noui hæretici Pelagiani, quisquis dicit, gratia dei oīa hoīs bona merita præueniri nec grām dei meritis dari, ne non sit grā, si nō gratis datur, sed debita merentibus redditur, fatum vobis uř asserere? Nonne etiā vosipsi qualibet intentione necessarium baptismum oībus ætatibus dicitis? Nonne in hac ipsa epistola vestra istam de baptismo sñiam, & de gratia iuxtā posuistis? Cur non vos baptismus qui datur infantibus, ipsa uicinitate commonuit quid sentire de gratia debeatis? Hæc.n. uerba sunt vestra, Baptisma oībus necessarium esse ætatibus confitemur, gratiam quoq; adiuuare vniuscuiusq; bonum propositū, non tñ reluctanti studiū virtutis immittere, q̄a personarū acceptio non est apud deum. In his oībus uerbis uestris de gratia qđ dixistis, interim taceo, de baptismate reddite rōnem, cur illud dicatis esse ætatibus necessariū, quare sit necessariū paruulis dicite, profecto q̄a eis boni aliquid confert, & idē aliq̄d nec paruū nec mediocre, sed magnū est. Nā si eos negatis attrahe

Cap. 6. D Rom. 2.

re quod in baptismo remittatur originale pctm̄, tn̄ illo regenerationis lauacro adoptari ex filijs hoīum in filios dei non negatis, imo ēt ꝑdicatis, dicite ergo nobis quicunq; baptizati in Xp̄o paruuli de corpore exierunt, hoc tā sublime donū q̄b. præcedentib. meritis acceperunt? Si dixeritis hoc eos parentum pietate meruisse, Rn̄debitur vobis, cur aliqn̄ piorū filijs negatur hoc bonū & filijs tribuitur impiorū? Nonnunq̄.n. de religiosis orta proles in tenera ætate atq; ab vtero recētissimo ꝑuenitur morte, anteq̄ lauacro regenerationis abluatur, & infans natus ex inimicis Xp̄i mīa christianorum baptizatur in Xp̄o, plāgit baptizata mr̄ nō baptizatū propriū, & ab impudica expositū, baptizandū casta fœtum colligit alienū. Hic certe merita parentū vacāt, vacāt vobis fatentib. ipsorū ēt paruulorū. Scimus.n. vos non de anima humana credere, qđ ante corpus terrenū alicubi uixerit, & aliq̄d operata sit uel boni uel mali, unde istā in carne differentiā mereretur. Quæ igitur cā huic paruulo baptismū procurauit, illi negauit? An ipsi fatū hn̄t q̄a meritū non hn̄t? aut in his est acceptio a dn̄o personarū? Nam vtrūq; dixistis, prius fatū, acceptionē postea personarū, ut qm̄ vtrūq; refutandū est, remaneat qđ vultis aduersus grām introducere meritū. Rn̄dete igitur de meritis paruulorū, cur alij nō baptizati de corporibus exeant, nec parentū meritis vel polleant vel careant tā excellēti bono, vt fiant filij dei ex hominū filijs, nullis parentū, nullis meritis suis. Nempe reticetis, & vos ipsos potius in eo quod nobis obijcitis inuenitis. Nā si vbi nō est meritū, cōsequēter esse dicitis fatū, & ob hoc in grā dei meritū hominis vultis intelligi, ne fatū, cogamini cōfiteri, ecce uos potius asseritis fatū in baptismate paruulorū, quorū nullū esse fatemini meritū. Si autē in baptizandis paruulis, & nullū meritū omnino præcedere, & tn̄ fatū non esse conceditis, cur nos qm̄ dicimus grām dei ꝑ ꝑea gratis dari, ne gratia non sit, & non tanq̄ debitā meritis præcedentib. reddi, fati assertores esse iactatis, non intelligētes iustificandis impiis sicut ꝑ ꝑea merita non sunt, q̄a dei gratia est, ita ꝑ ꝑea non esse fatum, quia dei gratia est, ita ꝑ ꝑea nō esse acceptionem personarum, quia dei gratia est? Fatū quippe qui affirmant de syderū positione ad tp̄s quo cōcipitur quisq; vel nascitur, quas cōstellationes vocant, nō solū actus & euenta, verunēt ipsas nostras voluntates pendere contendunt, Dei uero gratia non solū omnia sydera & oēs cælos, verumēt oēs angelos supergreditur. Deinde fati assertores & bona & mala hominum fato tribuunt, Deus aūt in malis hominū merita eorum debita retributione persequitur, bona vero per indebitam grām misericordi voluntate largitur, vtrunq; faciens non per stellarum tp̄ale consortiū, sed per suæ seueritatis & bonitatis æternū altumq; consiliū. Neutrum ergo pertinere videmus ad fatū.

E

F

Hic rn̄debitis, hāc ipsam dei beneuolentiam qua non merita sequitur, sed bona indebita gratuita bonitate largitur, fatū potius esse dicendum, cū hanc Apost. gratiam uocet dicens, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non est ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Nōne attenditis, nōne perspicitis, nō a nobis diuinæ grǽ noīe fatum asseri, sed a uobis potius diuinam grām fati noīe nūcupari? Item quę acceptio personarum ibi recte dr̄, vbi ille qui iudicat relinquens causæ meritum de qua iudicat, alteri ꝓ alterum suffragatur, q̄a inuenit aliquid in persona qđ honore uel miseratione sit dignum? Si autem quisquam duos habeat debitores, & alteri vellet dimittere debitum, alterū exigere, cui uult donat, sed neminem fraudat, nec acceptio personarum dicenda est, qm̄ iniquitas nulla est. Alioquin eis qui parū intelligunt, potest acceptio personarum videri, vbi vineæ dn̄s operarijs qui vna hora illis opus fecerunt, tm̄ dedit, quantū illis qui pertulerūt pondus diei & estus, æquales faciens in mercede, quorum tam magna distātia fuerat in labore. Sed q̄d rn̄dit de hac uelut acceptione personarū aduersus patrem familias murmurantibus? Amice, inquit, non facio tibi iniuriam, Nōne ex denario conuenisti mecum? Tolle qđ tuum est, & vade, uolo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi qđ uolo facere? An oculus tuus nequam est, q̄a ego bonus sum? Nempe hic tota iustitia est, Hoc volo: tibi, inquit, reddidi, huic donaui, neq; vt huic donarem, tibi aliquid

G

Q[uo]d acceptio personarum Cap. [illegible] Ep. 2

H

Mat. [illegible]

aliquid abſtuli, aut qđ debebam vel minui
vel negaui. An non licet mihi facere qđ vo
lo? An oculus tuus neq̃ eſt, quia ego bonus
ſum? Sicut ergo hic nulla eſt acceptio perſo
narum, q̱a ſic alius gratis honorat̃, ut alius
debito nõ fraudet̃: ſic ẽt cum ẜm propoſitũ
dei vocat̃ alius, alius nõ uocat̃: uocato dat̃
gratuitum bonũ, cuius boni eſt uocatio ipſa
principiũ: non vocato reddit̃ malũ, q̱a oẽs
I rei ſunt ex eo, ꝙ per unum hoĩem pc̃tm̃ in-
trauit in mundũ. Et in illa quidẽ operario-
rum ſimilitudine, ubi unum denariũ acce-
perunt qui una hora, & qui duodecies tm̃
laborauerunt, q̱ utiq; ẜm rõnes humanas,
ſed uanas; pro quantitate laboris ſui duode-
cim denarios accipere debuerunt, utriq; in
bono coæquati, nõ alii liberati, alii damnati
ſunt, q̱a & illi qui plus laborauerũt, & ꝙ ſic
uocati ſunt ut uenirẽt, & ſic paſti ut nõ de-
ficerẽt, ab ipſo patre familias habuerũt. Vbi
aũt dr̃, Ergo cui uult miſeretur, & quẽ uult
obdurat, qui facit aliud vas in honorẽ, aliud
in contumeliam, bonum quidem immerito
& gratis datur, quia ex eadem maſſa eſt cui
dat̃, malum uero merito & debitũ reddit̃,
quia in maſſa perditionis malum malo non
male credit̃, & ei cui credit̃ malũ eſt, q̱a ſup
plicium eſt: ei uero a quo redditur, bonum
eſt, quia recte factum eius eſt. Nec vlla eſt
acceptio perſonarum in duob. debitoribus,
æqualiter reis, ſi alteri dimittit̃, ab altero exi
git̃, qđ pariter ab utroq; debet̃. Sed ut id qđ
dicimus alicuius exẽpli manifeſtatione cla-
reſcant, cõſtituamus aliquos ab aliqua me-
retrice geminos editos, atq; ut ab aliis colli
gerentur expoſitos, horũ ſine baptiſmo ex-
pirauit unus, alius baptizatus, qđ hic fatum
fortunãue fuiſſe dicamus, q̃ oĩno nulla ſũt,
quam perſonarum acceptionem, quæ apud
deum nulla eſt, ẽt ſi in iſtis vlla eſſe potuiſ-
ſet, qui utiq; nihil habebãt, unde alter alteri
præferretur, meritaq; nulla propria, ſiue bo
na, quib. meretur alius baptizari, ſiue mala
quib. alius ſine baptiſmate mori? An aliqua
parentũ fuerũt, ubi fornicator pr̃, meretrix
mr̃? Sed qualiacunq; illa fuerint, nõ utique
iſtis tã diuerſa conditione morientibus ulla
diuerſa, ſed utiq; cõia. Si ergo nec fatum, q̱a
nullæ ſtellæ iſta decernunt, nec fortuna, q̱a
non fortuiti caſus hæc agunt, nec perſona-
rum, nec meritorum diuerſitas hoc fecerũt,
q̱d reſtat quantũ ad baptizatum attinet, niſi
gr̃a dei q̃ vaſis factis in honorẽ gratis dat̃,
quantũ aũt ad non baptizatũ ira dei, q̃ uaſis
in contumeliã pro ipſius maſſæ meritis red
ditur. Sed in illo q̱ baptizatus eſt, gr̃am dei
uos confiteri cogimus, & meritũ eius nullũ
præceſſiſſe cõuincimus: de illo aũt ſine ba-
ptiſmate mortuo, cur ei defuerit ſacr̃m, qđ
& uos fatemini oĩbus ætatib. neceſſarium,
& q̱d iſto modo in eo fuerit uindicatũ, uos L
uideritis q̱ non vultis eſſe originale delictũ.
Nobis in duob. iſtis geminis unã proculdu-
bio habẽtibus cãm, difficultatem q̃onis, cur
alius ſic', alius uero ſic mortuus eſt, uelut
non ſoluẽdo ſoluit Apoſt. Qui cũ & ipſe de
duob. geminis tale aliquid propoſuiſſet, p̱ p̱
quos nõ ex operibus, q̱a nondũ operati fue
rant aliquid boni uel mali, ſed ex uocãte di
ctũ eſt, Maior ſeruiet minori: Et, Iacob dile
xi, Eſau aũt odio habui, & huius profundi- *Rom. 9.* *Mala. 1.*
tatis horrorẽ uſq; ad hoc perduxiſſet ut di-
ceret, Ergo cuius uult miſeretur, & quem
uult obdurat: ſenſit cõtinuo q̱d moueret &
ſibi uerba cõtradicentia, q̃ apoſtolica autho
ritate coerceret, oppoſuit. Ait. n. Dicis itaq;
mihi, q̱d adhuc cõqueritur? Nam uoluntati
eius, quis reſiſtit? Rñditq; iſta dicenti, O hõ
tu q̱s es qui rñdeas deo? Nunquid dicit fig-
mentũ ei qui ſe finxit, quare ſic me feciſti?
An non hẽt ptãtẽ figulus luti ex eadã maſſa
facere, aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud in
contumeliã? Deinde ſecutus tã magnũ ab-
ditumq; ſecretũ, quantum aperiendum eſſe
hoĩbus iudicauit, aperuit dicens, Si aũt uo-
lens deus oñdere iram & demõſtrare poten
tiam ſuã, attulit in multa patientia uaſa iræ
quæ p̱fecta ſunt in perditionẽ, & ut notas
faceret diuitias gloriæ ſuæ in uaſa mĩę, quæ M
præparauit in gloria, hoc eſt, gratiæ dei non
ſolum adiutorium, uerumẽt documentum.
Adiutorium. ſ. in uaſis mĩæ, in uaſis aũt iræ
documẽtum, in eis. n. oñdit iram & demon-
ſtrare patientiã ſuã, quia tam potens eſt bo
nitas eius ut bene utatur ẽt malis, & in eis
facit diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericor-
diæ, qm̃ quod ab iræ uaſis exigit iuſtitia pu-
nientis, hoc uaſis mĩæ dimittit gratia libe-
rantis. Nec beneficium quod quibuſdã gra-
tis tribuitur appareret, niſi deus aliis ex ea-

dem massa pariter reis iusto supplicio condemnatis, quid vtrisq; deberetur, ostenderet. Quis.n.te discernit? ait idem Apost. homini tanq̃ de semetipso & de suo proprio bono gloriāti, Quis.n.te discernit? utiq; ab iræ uasis, a massa perditionis, q̃ per unum oēs misit in dānationem. Quis te discernit? Et tanq̃ rñdisset, discernit me fides mea, propositum meum, meritū meū, Quid.n. habes, inquit, quod non accepisti? Si aūt & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? hoc est, quasi de tuo sit, unde discerneris. Ergo ille discernit qui unde discernaris impertit pœnā debitā remouendo, indebitā grām largiendo: ille discernit q cū tenebræ essent sup abyssum, dixit, Fiat lux & facta est lux: & diuisit, hoc est, discreuit inter lucem & tenebras. Non.n. cū solę essent tenebræ qd discerneret inuenit, sed lucē faciendo discreuit ut iustificatis impiis dicatur, Fuistis.n. aliqñ tenebræ, nūc aūt lux in dño, ac sic qui gloriatur nō in seipso, sed in dño glorief. Ille discernit qui de nondū natis neq; qui aliqd egerāt boni aut mali, ut ẜm electionē propositū eius maneret, nō ex operibus sed ex ipso uocāte dixit, Maior seruiet minori atq; idipsum commendans postea per prophetā, Iacob, inquit, dilexi, Esau aūt odio habui, electione quippe dixit, ubi deus nō ab alio factū qđ eligat inuenit, sed qđ inueniat ipse facit, sicut de reliquiis Israel scriptum est, Reliquiæ per electionem grāe factæ sunt. Si aūt grā, iam non ex operibus: alioquin grā iam non est grā. Propter qđ profecto desipitis, q dicente veritate, nō ex operibus, sed ex uocante dictū est, uos dicitis ex futuris operibus, q̃ deus illum facturū esse prǽsciebat, Iacob fuisse dilectū, atq; ita cōtradicitis Apostolo dicēti, non ex operibus, quasi nō posset dicere, nō ex pſentibus, sed ex futuris operibus, sed ait non ex operibus, ut grām commendaret: si aūt gratia, iam nō ex operibus, alioquin grā iam non est grā. Gratia vtique, ut per illā fiant bona opa: ne si præcesserint bona opera, tanq̃ operib. reddatur grā, ac sic grā iam non sit grā, Sed ut uobis auferetur oīs uestræ caliginis latebra, ppea geminos tales proposui, qui neq; parentum meritis iuuarent, & ambo infantię primordio unus baptizatus, alter sine baptismate

A 1. Co. 4. *Gen. 11.* *Ephes. 5.* *Hier. 9.* *Mala. 1.* *Rom. 11.* *B Rom. 9. Mala. 1.* *Rom. 11.*

morerentur, ne diceretis deum, sicut de Iacob & Esau cōtra Apostolum dicitis, opera eorū futura præscisse. Qūo.n. præsciuit ea futura, q illis in infantia morituris, qa præscientia eius falli non pōt, præsciuit potius non futura? Aut qd prodest eis q rapiuntur ex hac uita, ne malitia mutet intellectū eorū, aut fictio decipiat aīam eorū, si peccatū ēt quod non est factum, dictum, cogitatum tanq̃ cōmissum fuerit, sic punitur? Quod si absurdissimum, insulsissimū, dementissimū est, quoslibet hoīes ex his peccatis quorum nec reatum ex parentibus trahere, sicut dicitis, nec ea non solum committere, sed nec saltem cogitare potuerunt, esse dānandos, redit ad uos frater ille geminus baptizati nō baptizatus, & tacitus quęrit a uobis, unde fuerit a fraterna fęlicitate discretus, cur illa infęlicitate punitus, ut illo in dei filium adoptato ipse non acciperet oībus ætatibus necessarium, sicut fatemini sacr̃m, si quemadmodum nulla est fortuna vel fatū, vel apud deum acceptio personarum, ita nullum est gratiæ meritis donū, nullum originale peccatum. Huic prorsus infanti linguam vestrā vocemq; submittitis, huic non loquenti qđ loquamini non habetis. Iam nūc uideamus vt possumus hoc ipsum qđ uolunt præcedere in hoīe, ut adiutorio gratiæ dignus habeatur, ac sic grā iā non sit gratia. Videam⁹ tamen quid illud sit, sub nomine, inquiūt, gratiæ, ita fatum asserunt, ut dicant, quia nisi inuito & reluctanti homini inspirauerit boni, & ipsam imperfecti cupiditatē, nec a malo declinare, nec bonum possit arripere.

Iam de fato & grā q̃ inania loquant̄ ostēdimus, nūc illud est qđ debemus aduertere, vtrū inuito & reluctāti homini deus inspiret boni cupiditatē, ut iam nō sit reluctans, non sit inuitus, sed cōsentiens bono & uolens bonū. Isti.n. uolunt in hoīe ab ipso hoīe incipere cupiditatē boni ut huius cœpti meritū ēt perficiendi grā consequat̄, si tñ hoc saltē uolunt. Pelagius.n. facilius dicit impleri ꝙ bonum est, si adiuuet grā. Quo additamento, i. addendo facilius, itaque significat hoc se sapere quod ēt si gratiæ defuerit adiutorium, pōt q̃uis difficilius impleri bonum per liberum arbitrium. Sed istis quid in hac re sentiunt, non de illo authore huius hære sis

C Sam. 4. *Quinte par mo Cap. D*

ſis p̃ſcribamus, ꝑmittamus eos cũ ſuo libe-
ro arbitrio eſſe liberos, & ab ipſo Pelagio,
ad quẽ iſta verba eorũ, q̃ in hac cui rñdemꝰ
Epiſtola poſuerunt, potius attẽdamus. Hoc.
n. nobis obiiciendũ putarunt, ꝙ inuito & re
luctanti homini deũ dicamus inſpirare, nõ
quanticunq; boni, ſed & ipſius im ꝑfecti cu
piditatẽ. Fortaſſis ergo ipſis eo mõ ſaltẽ ſer-
E
uant locũ gratiæ, vt ſine illa putent hominẽ
poſſe habere boni, ſed im ꝑfecti cupiditatẽ,
ꝑfecti aũt non facilius ꝑ illã poſſe, ſed niſi
ꝑ illã omnino nõ poſſe, verũ, & ſic gr̃am dei
dicunt ſcd̃m merita nr̃a dari, quod in Oriẽ-
te Pelagius Eccleſiaſticis geſtis dãnare timẽ
do dãnauit. Si. n. ſine dei gr̃a ꝑ nos ĩcipit cu
piditas boni, ipſum cœptũ erit meritũ, cui
tanq̃ ex debito gr̃æ veniat adiutoriũ, ac ſic
gratia dei nõ gratis donabitur, ſed meritum
noſtrũ dabitur, Dñs aũt vt rñderet futuro Pe
lagio, nõ ait, ſine me difficile poteſtis aliq̃d
Ioa. 5. facere: ſed ait, Sine me nihil poteſtis facere.
Et vt rñderet futuris ẽt iſtis in eadẽ ipſa Euã
gelica ſnĩa, non ait, Sine me nihil poteſtis ꝑ
ficere: ſed, facere. Nam ſi ꝑficere dixiſſet, poſ
ſent iſti dicere, nõ ad incipiendũ bonũ, qđ
a nobis eſt, ſed ad ꝑficiendũ eſſe dei adiuto-
rium neceſſariũ. Verũ audiant & Apoſtolũ.
Dñs. n. cũ ait, Sine me nihil poteſtis facere:
hoc uno uerbo initiũ finemq; cõprehendit,
Apoſtolus vero tanq̃ ſententiæ dñicæ expo-
Phil. 1. ſitor apertius vtrunq; diſtinxit, dicens, Qm̃
q̃ in uobis opus bonũ cępit, ꝑficiet uſque in
diẽ Chriſti Ieſu. Sed in ſcriptis ſanctis apud
eũdẽ Apoſtolũ iſtud vnde loquimur ampliꝰ
F inuenimus. Loquimur. n. nunc de boni cupi
ditate, q̃ ſi volũtario uis incipere, a dño per-
2. Cor. 3. fici, videant quid rñdeant dicenti Apoſtolo,
Non q̃a idonei ſimus cogitare aliquid quaſi
ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia ex deo eſt.
Cogitare ait aliquid utiq; bonũ, minus eſt
aũt cogitare q̃ cupere. Cogitamus q̃ppe oẽ
qđ cupimus, nec tñ cupimus omne qđ co-
gitamus, qm̃ nonnunquam & quod non cu
pimus, cogitamus. Cum igitur minus ſit co
gitare quam cupere, põt em̃ homo cogitare
bonum, quod nondũ cupit, & proficiendo
poſtea cupere, quod antea non cupiẽdo co-
gitauit, qũo ad id quod minus eſt, id eſt, ad
cogitandum aliquid boni nõ ſumus idonei
tanq̃ ex nobiſmetipſis, ſed ſufficiẽtia noſtra
ex deo eſt & ad id ꝙ eſt ampliꝰ, id eſt, ad cu-
piendũ aliquid boni ſine diuino adiutorio
idonei ſumus ex libero arbitrio? Neq;. n. &
hic Apoſtolus ait, nõ quia idonei ſumus co
gitare qđ perfectũ eſt, tanq̃ ex nobiſmetip-
ſis, ſed cogitare ait, aliquid cui contrariũ eſt
nihil. Vnde eſt illud dñi, Sine me nihil pote
ſtis facere: ſed nimirum quod ſcriptum eſt,
Hominis eſt præparare cor, & a dño reſpon *Ioan.* 15. *Prou.* 16
ſio linguæ: non bene intelligendo falluntur G
vt exiſtiment cor præparare, hoc eſt bonũ
inchoare ſine adiutorio gratiæ dei, ad homi
nẽ ꝑtinere. Abſit vt ſic intelligant filij pro-
miſſionis, tanq̃ cũ audierint dñm dicentẽ,
Sine me nihil poteſtis facere: quaſi conuin-
cant eũ dicentes, Ecce ſine te poſſumus cor
prępararre: aut cum audierint a Paulo Apoſt.
Nõ quia idonei ſumus cogitare aliq̃d quaſi
ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex
deo eſt, tanq̃ & ipſum conuincant dicentes,
Ecce idonei ſumus ex nobiſmetipſis p̃para
re cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare.
Quis. n. poteſt bona cogitatione ad bonum
cor p̃parare? Abſit ut intelligat, niſi ſuperbi
ſui arbitrij defenſores, & fidei catholicę de-
ſertores. Ideo quippe ſcriptum ẽ, Hominis
eſt p̃parare cor, & a dño rñſio linguæ: quia
hõ p̃parat cor, non tñ ſine adiutorio dei, qui
tangit cor. Hõ præparat cor, in rñſione aũt
linguæ, id eſt, in eo quod p̃parato cordi lin-
gua diuina reſpondit, nihil operis habet hõ,
ſed totũ eſt a dño deo, Nam ſicut dictũ eſt,
Hominis eſt præparare cor, & a domino
reſponſio linguæ, ita etiam dictum eſt, Ape-
ri os, & adimplebo illud. Quamuis. n. niſi ad *Pſal.* 80.
iuuante illo ſine quo nihil poſſumus face- H
re, os non poſſumus aperire, tamen nos ape-
rimus illius adiumento & opere noſtro, im-
plet autẽ illud dominus, ſine opere noſtro.
Nam quid eſt præparare cor & os aperire, ni
ſi voluntatem parare? & tamen in eiſdem li-
teris legitur, Præparatur voluntas a domi- *Pſal.* 50.
no: Et, Labia mea aperies, & os meum an-
nunciabit laudem tuam. Ecce dominus ad-
monet, vt præparemus uoluntatem in eo
quod legimus, Hominis eſt præparare cor,
& tamen ut hoc faciat homo, adiuuat deus,
quia præparatur uoluntas a dño. Et aperit
os, ita iubendo vt nemo poſſit niſi ipſe id
faciat adiuuando, cui dicitur, Labia mea

Aperies, Nunqd istorũ qui desipiũt vt aliud os, aliud labia esse cõtendant, & mirabili vanitate hominẽ dicant os aperire, labia hominis deũ. Quanquam deus illos & ab hac absurditate cõpescit, vbi ad Moysen famulum suũ dicit, Ego apiam os tuum & instruã te q̃ debeas loqui. In snĩa ergo illa vbi dr̃, A pi os, & adimplebo illud: quasi vnũ vr̃ ad hominẽ ptinere, alterũ ad deũ, In hac autẽ ubi dr̃, Ego apiam os tuum & instruã te, vtrunque ad dñm. Quare hoc? Nisi qa in uno istorum cooperatur homini facienti, alterũ solus facit, Quapp multa deus facit in homine bona, quę nõ facit homo: nulla vero facit homo, quæ non facit deus, ut faciat homo.

Exod. 4.

I

Secundũ propositũ quid sit.

Proinde cupiditas boni nõ homini a domino, esset, si bonũ non esset, si aũt bonũ est non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. Quid.n. boni cupiditas, nisi charitas de qua Ioannes Apostolus sine ambiguitate loqtur dicẽs, Charitas ex deo est. Nec initiũ eius ex nobis & pfectio eius ex deo, sed si charitas ex deo, tota nobis ex deo est. Auertat.n.deus hanc amẽtiã, vt in donis eius nos priores faciamus, posteriorẽ ipsum, qm̃ misericordia ei⁹ p̃ueniet me, & ipse est cui fideliter ueraciterq; cantatur, qm̃ p̃uenisti eũ in bñdictione dulcedinis, & qd hic aptius intelligit̃ q̃ ipsa de qua loqmur cupiditas boni? Tunc.n. bonũ cõcupisci incipit, qñ dulcescere cœperit, qñ aũt timore pœnæ, non amore iustitiæ fit bonũ, nõdum bene fit bonũ, nec fit in corde quod fieri vr̃ in ope, qñ mallet homo non facere, si posset impune. Ergo bñdictio dulcedinis, est gr̃a dei, qua fit in nobis vt nos delectet & cupiamus, hoc est amemus qd̃ p̃cipit nobis, in qua si nos non p̃uenit deus, non solũ nõ pficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Si.n. sine illo nihil possumus facere, pfecto nec incipere, nec pficere: qa vt incipiamus, dictũ ẽ, Misericordia eius p̃uenit me: vt perficiamus dictũ est, Misericordia eius subsequetur me. Quid ergo quod in consequẽtib. ubi ea q ipsi sentiunt, cõmemorant, dicunt se cõfiteri gratiam quoq; adiuuare uniuscuiusq; bonũ propositũ, non tamen reluctanti studium virtutis immitteret? Hoc quippe ita dicunt, uelut homo a seipso sine adiutorio dei habeat propositũ bonũ studiũq; virtutis quo merito p̃cedẽte dignus sit adiuuari dei gratia subsequente, putant.n. fortasse ita dixisse Apostolũ, Scimus quia diligentib. deũ oĩa cooperantur in bonũ, ijs q scd̃m propositũ vocati sunt, ut propositũ hominis vellet intelligi, qd̃ ppositũ tanq̃ bonũ meritũ sequatur misericordiam vocantis dei, ignorãtes ideo dictũ esse, q scd̃m propositũ vocati sunt, vt dei, non hominis propositum intelligatur, quo eos quos p̃sciuit & p̃destinauit cõformes imaginis filij sui, elegit añ mundi cõstitutionẽ. Non.n. oẽs vocati, scd̃m ppositũ sunt vocati qm̃ multi vocati pauci electi. Ipsi ergo scd̃m ppositũ vocati, qui electi ante cõstitutionẽ mundi. De hoc pposito dei dictũ est & illud, qd̃ iã cõmemoraui, de geminis Esau & Iacob, ut scd̃m electionẽ ppositũ dei maneret, non ex opib. sed ex uocante dictũ est. Maior seruiet minori. Hoc propositũ dei & illo cõmemoratur loco, vbi ad Timotheum scribens ait, Collabora Euangelio scd̃m virtutẽ dei saluos nos facientis & vocãtis vocatione sua sancta, nõ scd̃m opa nostra, sed secundũ suum ppositũ & gratiã q̃ data est nobis in Xp̃o Iesu ante secula æterna, manifestata aũt nunc p aduentũ saluatoris nostri Iesu Christi. Hoc est ergo propositum dei vnde dicitur, Omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositũ uocati sunt. Hominis autem propositum bonũ adiuuat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia. Studium quoque hominis quod dicitur bonum quãuis cum esse cœperit adiuuetur gratia, non tamen incipit sine gratia, sed ab illo inspiratur, de quo dicit Apostolus, Gratias autem deo qui dicit idem studium pro nobis in corde Titi. Si studium quisque vt pro alijs habeant deus dat, ut pro seipso habeat, quis alius est daturus?

Cap. 9.
1. Ioã. 4.
Psal. 50.
Psal. 20.
K
Psal. 63. & 22.
Ib.
M.
L
2.
Ro.
M
1. C

Quæ cum ita sint, nihil in scripturis sanctis homini a domino video iuberi, propter probandum liberum arbitrium, quod non inueniatur uel dari ab eius bonitate, vel posci pp adiutorium gratiæ demonstrandum. Nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initium fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia dei. De qua suam cogitationem recolens quidam sicut legimus in Psalmis, Nunquid

Ex... Etis ... clusi... Cap...

obli-

obliuiſcetur,inquit,miſereri deus,aut continebit in ira ſua miſericordias*ſuas? Et dixi, nunc cępi, hæc mutatio dexteræ excelſi. Cũ ergo dixiſſet,nunc cępi: non ait,hæc mutatio arbitrij mei:ſed,dexterę excelſi,Sic itaq; dei gr̃a cogitetur, ut ab initio bonæ mutationis ſuæ uſq; in finem conſummationis, qui gloriatur in dño glorieť. Quia ſicut nemo poteſt bonum inchoare ſine dño, ſic nemo perficere ſine dño. Sed hic ſit huius voluminis terminus, vt legentis reficiatur intentio, & ad ſequentia reparetur.

Libri ſecundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra duas Epiſtolas Pelagianorum, ad Bonifacium, Liber Tertius.

ADhuc ea ſequũtur*quæ calumnioſe nobis obiiciũt,nondum ea quæ ipſi ſentiunt pertexere incipiunt. Sed ne prolixitas voluminũ offenderet,hæc ipſa q̃ obiiciunt in duos libros partiti ſumus, quorũ ſuperiore finito,qui totius huius operis liber ſecũdus eſt,hinc ordimur alterũ,& eum tertiũ primo ſecundoq; cõiungimus. Legem veteris teſti nos aiunt dicere, nõ ob hoc datã fuiſſe,vt iuſtificaret obediẽtes, ſed ut grauior fieret cã peccati. Prorſus non intelligunt q̃d de lege dicamus, q̃a ad q̃d dicit Apoſto. quem non intelligunt,dicimus, Quis.n.dicat non iuſtificari eos qui ſunt legi obedientes,q̃ñ ſi non iuſtificarentur, non poſſent eſſe obedientes? Sed dicimus lege fieri,ut deus q̃d fieri velit,audiatur: gr̃a uero fieri,vt legi obediať. Non.n.auditores legis,ait Apoſt.iuſti ſunt apud deũ,ſed factores legis iuſtificabuntur. Lex ergo auditores iuſtitiæ facit,gr̃a factores. Quod.n.impoſſibile erat legi, ait idem Apoſto.in quo infirmabatur per carnẽ, miſit deus filiũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatũ in carne,vt iuſtitia legis impleretur in nobis,qui non ſm̃ carnem ambulamus,ſed ſm̃ ſpm̃. Ecce q̃d dicimus,orent vt aliq̃n intelligant,nõ litigent ut nunq̃ intelligant. Impoſsibile eſt.n.legẽ impleri per carnem,hoc eſt per carnalẽ præſumptionẽ, qua ſuperbi ignorantes dei iuſtitiã,i. quæ ex deo eſt homini,ut ſit iuſtus,& ſuã volentes conſtituere,tanq̃ per eorum, non adiutum diuinitus arbitriũ,lex poſſet impleri, iuſtitię dei nõ ſunt ſubiecti. Ideo iuſtitia legis in eis impletur, qui non ſm̃ carnem ambulant,i. ſm̃ hoiem ignorantem dei iuſtitiam & ſuã uolentem conſtituere, ſed ambulant ſm̃ ſpm̃. Quis aũt ambulat ſm̃ ſpm̃,niſi quiſquis agitur dei ſpũ Quotquot.n.dei ſpiritu agũtur, hi filij ſunt dei.Ergo litera occidit, ſpũ aũt uiuificat. Nec litera malũ eſt,q̃a occidit,ſed malos præuaricatione conuincit.Lex.n.ſancta,& mãdatum ſanctum & iuſtũ & bonũ. Quod ergo bonũ eſt, inquit, mihi factũ eſt mors?Abſit, Sed peccatum vt appareat peccatum,per bonũ mihi operatum eſt mortẽ, ut fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum.Ecce quid eſt,litera occidit.Aculeus.n.mortis eſt peccatum, virtus aũt peccati lex. Auget quippe prohibendo peccati deſideria, & inde occidit, niſi ſubueniendo viuificet gr̃a.Ecce quod dicimus.Ecce vnde nobis obiiciũt, ꝙ ſic legem dicamus datam vt grauior ſit cauſa peccati, non audientes Apoſt.dicentem, Lex.n.iram operatur:ubi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Et, lex præuaricationis gr̃a poſita eſt, donec ueniret ſemẽ cui promiſſum eſt. Et,Si data eſſet lex quæ poſſet viuificare, oĩno ex lege eſſet iuſtitia.Sed concluſit ſcriptura oĩa ſub peccato, ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Hinc eſt ꝙ uetus teſtm̃ ex mõte Sina, ubi lex data eſt in ſeruitutem generans quod eſt Agar. Nos aũt,inquit,nõ ſumus ancillæ filii,ſed liberæ.Nõ ſunt itaq; liberæ filii qui legẽ acceperũt literę,qua poſſent nõ ſolũ peccatores, verumẽt pręuaricatores inſuper demonſtrari,ſed qui ſpm̃ gr̃ę, quo lex ipſa ſãcta & iuſta & bona poſſit impleri. Ecce q̃d dicimus, Intẽdant,& nõ contendant, illuminenť, & non calumnientur.

Baptiſma quoque inquiũt, non vere homines nouos facere aſſerunt,i. non plenam dare remiſſionem peccatorum, ſed ex parte filios dei fieri,ex parte aũt filios ſeculi,i.diaboli remanere contendunt. Mentiuntur,inſidiantur, tergiuerſantur.Non hoc dicimus, Omnes enim homines q̃ ſunt filii diaboli,

etiam filios feculi non aũt oẽs filios feculi ẽt filios diaboli dicimus. Abſit.n.vt filios diaboli dicamus fuiſſe ſanctos patres, Abraam, Iſaac & Iacob, & alios hmõi, qñ per nuptias generabant, & eos fideles qui vſq; nunc & E deinceps adhuc generant. Nec tñ poſſumus *Luc. 20.* dño contradicere dicenti, Filij ſeculi huius nubunt & tradunt ad nuptias. Quidam ergo filij ſeculi huius ſunt, & tñ filij diaboli non ſunt: Quãuis.n.diabolus ſit author & princeps oĩum peccatorũ, non tñ filios diaboli faciunt quæcunq; peccata. Peccant.n. & filij dei, qm̃ ſi dixerint ſe non hr̃e pc̃tm̃, *1.Ioan.1* ſeipſos ſeducunt & veritas in eis nõ eſt. Sed ea conditione peccant, qua ſunt filij adhuc huius ſeculi. Qua vero gratia ſunt filij dei, non utiq; peccant, quia oĩs qui natus eſt ex *1.Ioan.3* deo, non peccat. Filios aũt diaboli infidelitas facit, quod pc̃tm̃ proprium vocat̃, quaſi ſolum ſit ſi non exprimatur quale pc̃tm̃ ſit, Sicut Apoſt. cum dr̃, ſi non exprimatur quis Apoſtolus, non intelligitur niſi Paulus, q̃a pluribus eſt epiſtolis notior, & plus oĩb. illis laborauit. Vnde ꝙ ait dñs de ſpũſancto, ipſe arguet mundũ de peccato: infidelitatem intelligi voluit, Hoc.n.cum exponeret ait, de peccato, quidem, ꝙ non crediderunt in me. Et ubi ait, Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem, pc̃tm̃ non haberent. Non.n.peccatum antea non habebant, ſed ipſam voluit intelligi diffidentiã, qua nec pñti & loquenti crediderunt pertinentes ad eum, de quo *Ephes. 2.* dicit Apoſt. Scd̃m principem ptãtis aeris, q̃ nunc operatur in filijs diffidentiæ. Ergo in quib. non eſt fides, filij ſunt diaboli, quia nõ hñt in interiore hoĩe cur eis dimittat̃ quicquid hoĩs vel infirmitate vel ignorantia, uel F oĩno aliqua mala voluntate cõmittitur. Illi aũt filij dei, qui utiq; ſi dixerint ſe non hr̃e peccatum, ſeipſos decipiũt, & ueritas in eis non eſt. Profecto quod ſequitur, Cum confitentur peccata ſua, quod filij diaboli non faciunt, vel non ſ͡m fidem quæ filiorum dei propria eſt faciunt, fidelis eſt & iuſtus qui dimittat eis peccata, & mundet eos ab oĩ iniquitate. Vt aũt plenius intelligatur, quod di*Matt. 7.* cimus, audiatur ipſe Ieſus qui filijs dei vtiq; loquebatur dicẽs. Si aũt vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quanto magis pr̃ ueſter qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? Si.n.filij dei non eſſent, nõ eis diceret, pr̃ ueſter qui in cœlis eſt. Et tñ eos malos eſſe dicit, & noſſe bona dare filijs ſuis. Nunq̃d inde mali, vnde filii dei? Abſit, Sed inde mali, vnde adhuc filii ſeculi, iã tñ filii dei facti pignore ſpũſſancti. Baptiſmus G igitur abluit quidẽ peccata oĩa, prorſus oĩa, factorũ, dictorũ, cogitatorũ, ſiue originalia, ſiue addita, ſiue q̃ ignoranter, ſiue q̃ ſcienter admiſſa ſunt, ſed non aufert infirmitatẽ cui regeneratus reſiſtit, qñ bonũ agonem luctatur, conſentit aũt, qñ ſicut hõ in aliquo delicto præoccupat̃, ꝑꝑ illud gaudens in actione gratiarum ꝑꝑ hoc aũt gemens in allegatione orationũ, ibi dicens. Quid retribuam dño pro oĩb. quæ retribuit mihi? Hic dicẽs, Dimitte nobis debita noſtra: Propter illud dicens, Diligam te dñe virtus mea: ꝑꝑ hoc dicens, Miſerere mei dñe, qm̃ infirmus ſum. Propter illud dicens, Oculi mei ſemper ad dñm, qm̃ ipſe euellet de laqueo pedes meos: ꝑꝑ hæc dicens, Turbatus eſt præ ira oculus meus. Et innumerabilia, quib. diuinæ literæ plenę ſunt, q̃ alternis vicibus, vel exultando de dei bonis, uel mętendo de nr̃is malis a filijs dei dñr ex fide, quandiu adhuc filij ſunt ẽt ſeculi pro uitæ huius infirmitate. quos tñ deus a filiis diaboli non ſolũ lauacro regenerationis, ſed ipſius ẽt quæ per dilectionem operat̃, fidei probatæ diſcernit, q̃a iuſtus ex fide viuit. Hæc eſt aũt infirmitas cũ qua vſq; ad corporis mortẽ defectu & profectu alternante cõtendimus, magniq; intereſt, q̃d vincat in nobis, donec regeneratione alia conſumet̃, De qua dñs dicit, In regñatione cũ ſederit filius hoĩs in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuꝑ ſedes duodecim. Regenerationẽ q̃ppe hoc loco ambigente nullo, H nouiſſimã reſurrectionẽ vocat, Quã Paulus quoq; Apoſt. & adoptionẽ & redẽptionem nũcupat dicẽs, Sed ẽt noſipſi primitias ſpũs hñtes & ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus adoptionẽ expectantes, redẽptionem corporis nr̃i. Nunq̃d non per lauacrũ ſanctũ regenerati, adoptati & redempti ſumus? Et tñ reſtat regeneratio, adoptio, redemptio, quã in in fine uenturam nunc patienter expectare debemus, vt tunc filii huius ſeculi ex nulla parte iã ſimus. Quiſq̃s igit̃ baptiſmati derogat, q̃d modo ꝑ illud percipimus, corrũpit fidem,

Margin notes: *1.Ioan.1* — *Infidelitas antho nemaſticè dicitur peccatum.* — *1.Co. 15* — *1.Ioã. 16* — *Ioan. 15*

fidē, Quiſquis aūt iam nunc ei tribuit qđ q̄ dē ꝑ ipſum, ſed tñ poſtea accepturi ſumus, amputat ſpē. Nā ſi a me quiſquā q̄ſierit, utrū ꝑ baptiſmū ſalui facti fuerimus, negare nō potero, dicente Apoſtolo, Saluos nos fecit ꝑ lauacrum regeneratiōis & renouationis ſpiritusſancti. Sed ſi q̄ſierit, vtrū ꝑ idē lauacrū omni ꝓrſus modo iā nos fecerit ſaluos, rñdebo, nō ita eſt. Idē quippe item dicit Apoſtolus, Spe.n. ſalui facti ſumus, Spes aūt q̄ vr non eſt ſpes: quod.n. videt quis qđ ſperat? Si aūt quod non videmus ſperamus, ꝑ patiētiam expectamus. Salus ergo hominis in baptiſmate facta eſt, q̄a dimiſſum eſt qđ peccatū a parētib. traxit: vel q̄cq̄d ēt propriē añ baptiſmū peccauit, Salus vero hominis tāta eſſe poterit, vt peccare omnino non poſſit.

Quib. ita ſe habentib. ex his ēt illa q̄ deinceps nobis obijciunt refellunt. Quis.n. catholicus dicat, qđ nos dicere iactitant, ſpiritumſanctū adiutorē virtutis in veteri teſtō non fuiſſe, Niſi cū vetus teſtamentū ſic intelligimus, quēadmodū Apoſtolus dixit, A monte Sina in ſeruitutem generans? Sed q̄a in eo ꝑfigurabatur nouū, qui hoc intelligebant tunc homines dei ſ̄m diſtributionē tēporū, veteris q̄dē teſtamenti diſpēſatores & geſtatores, ſed noui demonſtrantur hęredes. An vero illum ad teſtamentū nouū negabimus ꝑtinere, q̄ dicit, Cor mundum crea in me deus, & ſpūm rectū innoua in viſcerib meis? Aut illum q̄ dicit, Poſuit ſupra petrā pedes meos, & direxit greſſus meos, & immiſit in os meū canticum nouum, hymnū deo noſtro? Vel illum ante teſtamētū uetus, qđ eſt a monte Sina, patrē fideliũ, de quo dicit Apoſtolus, Fratres, ſ̄m hominē dico, tamen hominis confirmatū teſtamentū nemo irritum facit, aut ſuperordinat, Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius, Nō dicit, & ſeminibus, tanq̄ in multis, ſed tanq̄ in vno, & ſemini tuo quod eſt Xp̄s? Hoc aūt dico, inquit, teſtamentū confirmatū a deo, q̄ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex non infirmat ad euacuandā promiſſionē, Si.n. ex lege hæreditas, iam non ex ꝓmiſſione, Abrahæ autem per promiſſionem donauit deus. Hic certe ſi quæramus utrum hoc teſtamentum quod dicit confirmatum a deo, non infirmari a lege, q̄ poſt quadringentos, & triginta annos facta eſt, vtrū nouū, an uetus intelligēdū ſit, Quis rñdere dubitet nouū, ſed propheticis latebris occultatū, donec veniret tp̄s quo reuelaret in Xp̄o. Nā ſi dixerimus, vetus, q̄d erit illud a monte Sina in ſeruitutē generans? Ibi.n. facta eſt lex poſt quadringentos, & triginta annos. Qua lege hoc teſtamentū ꝓmiſſionis Abrahæ infirmari non poſſe cōfirmat, & hoc qđ factū eſt ad Abraham, vult potius ad nos ꝑtinere, quos vult eſſe filios liberæ, non ancillæ, hæredes ex ꝓmiſſione, non lege, cū dicit, Si.n. ex lege hæreditas, iam non ex ꝓmiſſione: Abrahę aūt ꝑ promiſſionē donauit deus vt ꝙ facta lex ē poſt quadringētos & triginta annos, ad hoc ſubintrauerit, ut abundaret delictū, cū per peccatum præuaricationis cōuincitur hominis ſuperbia de ſua iuſtitia p̄ſumentis. Et vbi abundauit delictum, ſuper abundauit & gratia, per fidem iā humilis hominis in lege deficientis, & ad dei miam fugientis. Ideo cum dixiſſet, Si.n. ex lege hęreditas, iā non ex promiſſione, Abrahæ aūt ꝑ promiſſionem donauit deus: tanq̄ ei diceretur, vt quid ergo poſtea facta eſt lex, ſubiunxit atq; ait, Quid ergo lex? Cui mox interrogationi reddidit, Præuaricationis gratia propoſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſſum eſt. Hoc identidē ita dicit. Si enim qui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides, & euacuata eſt ꝓmiſſio: Lex enim iram operatur: Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Quod ait in illo teſtimonio. Si.n. ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione, Abrahæ aūt per promiſſionem donauit deus: hoc in iſto ait. Si enim per legem hæredes ſunt, exinanita eſt fides & euacuata promiſſio: ſatis oſtendit ad fidem noſtrā pertinere: quæ noui utiq; eſt teſtamenti, quod per promiſſionem donauit deus Abrahæ. Et quod ait in illo teſtimonio. Quid ergo lex: atq; rñdit, Præuaricationis gratia propoſita eſt, hoc non in iſto ſubdidit ſimiliter, Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Si igitur Abraham, ſiue ante illū iuſti, ſiue poſt eum uſque ad ipſum Moyſen, per quē datum eſt teſtamentū a monte Sina in ſeruitutē generans, ſiue cæteri Prophetæ poſt eū & ſancti homines dei vſq; ad Ioānē Baptiſtā, filij ſunt promiſſionis, & gratiæ ſecun-

Galat. 3. L Rom. 5. Galat. 3. Rom. 4. K M

dũ Iſaac filiũ liberæ,non ex lege,ſed ex pro
miſſione hæredes dei, cohæredes aũt Chr̃i.
Abſit.n. vt Noe iuſtũ & prioris tp̃is iuſtos,
& quicunq; ab illo vſq; ad Abraham iuſti eſ
ſe potuerunt,vel cõſpicui vel occulti, nege
mus ad ſupernã Hieruſalẽ,q̃ mr̃ noſtra eſt,
ptinere quanuis anteriore tp̃e inueniant̃ eſ
ſe q̃ Sara,q̃ ipſius liberæ matris ,pphetiam fi
Gen. 17. guramq; geſtabat. Quanto euidentius ergo
poſt Abrahã,cui ſic declarata eſt iſta ,pmiſ-
ſio,vt pr̃ multarum gentium diceretur,qui-
cunq; deo placuerunt filij promiſſionis ha-
bendi ſunt?Nõ.n.ex Abrahã & deinceps iu-
A ſtorũ generatio verior,ſed ,pphetica mani-
feſtior reperitur.Ad teſtm̃ aũt vetus,qđ eſt à
monte Sina in ſeruitutem generans,quod ẽ
Agar,illi ptinent,qui cũ acceperint legẽ ſan
ctã & iuſtã & bonã, putant ſibi ad vitam li-
Rom. 10. terã poſſe ſufficere. Et ideo quaſi ñt factores
legis diuinã miſericordiã nõ q̃rũt,ſed igno-
rantes dei iuſtitiã,& ſuã iuſtitiã volentes cõ
Exo. 16. & 32. ſtituere,iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti.Ex hoc
genere fuit illa multitudo,q̃ aduerſus deum
in eremo murmurauit & idolũ fecit, & illa
q̃ iam in ipſa terra promiſſionis fornicata eſt
poſt deos alienos.Sed hæc quoq; in ipſo ue-
tere teſtõ valde reprobata eſt multitudo.Illi
ẽt.quicunq; ibi erant, ſola quæ ibi deus pol
licetur terrena promiſſa ſectantes,& q̃d pro
nouo teſtamẽto ea ipſa ſignificent ignoran-
tes,eorũ adipiſcendorũ amore & amittẽdo-
rũ timore,dei p̃cepta ſeruabant, imo nõ ſer
uabant, ſed ſibi ſeruare videbant̃.Neq;.n.fi-
des in eis p dilectionẽ opabat̃, ſed terrena
cupiditas metusq; carnalis. Sic aũt p̃cepta q
facit ,pculdubio inuitus facit, ac p hoc in
animo nõ facit,Mauult.n.omnino non face
re,ſi ſm̃ ea q̃ cupit & metuit,pmittatur im-
B pune,Ac p hoc in ipſa voluntate intus ẽ re⁹
vbi ipſe qui p̃cipit inſpicit deus. Tales erant
Galat. 4. filij terrenæ Hieruſalẽ, de qua dicit Apoſt.
Seruit.n.cũ filiis ſuis,pertinens ad teſtm̃ ve-
tus a monte Sina in ſeruitutẽ gñans, qđ eſt
Agar.Ex ipſo genere fuerunt qui dñm cruci
fixerunt,& in eadẽ infidelitate manſerunt.
Inde ſunt adhuc ẽt filij eorũ in ingenti mul-
titudine Iudæorũ,q̃uis iã nouo teſtõ, ſicut
,pphetatũ eſt per Chriſti ſanguinem patefa
cto atque firmato,& a flumine vbi baptizat⁹
magiſteriumq; profeſſus eſt,vſq; ad termi-
nos terræ Euãgelio diffamato. Qui Iudæi ſe
cundũ prophetias quas legũt p oẽs ſunt ter-
ras vbiq; diſperſi, vt ex eorum quoq; codi-
cibus Chriſtianæ non deſit teſtimoniũ veri
tati,Et vetus igitur teſtm̃ deus condidit,quia
deo placuit vſq; ad plenitudinem tp̃is, pro-
miſſis terrenis tanq̃ in pręmio conſtitutis ,p
miſſa velare cęleſtia, & populo terrenis bo-
nis inhianti,& ppea durũ cor habenti,quã
uis ſpiritalẽ,tñ in tabulis lapideis legẽ dare.
Exceptis quippe librorũ veterum ſacramen
tis,quæ ſola ſignificandi rõne p̃cepta ſunt,
quanq̃ & in eis ſpiritaliter intelligenda ſũt,
recte lex dr̃ ſpiritalis.Cætera certe q̃ ad pie- C
taté bonosq; mores pertinentia, non ad ali-
quã ſignificationem vlla interpretatione re
ferenda, ſed prorſus vt ſunt dicta, facienda
ſunt.Profecto illam dei legẽ,nõ ſolũ illi tũc
populo,verumẽt nunc nobis ad inſtituendã
recte vitã neceſſariam nemo dubitauerit.Si
enim Chriſtus nobis abſtulit illud grauiſſi-
mum multarum obſeruationum iugũ, ne
carnaliter circuncidamur, ne pecorũ uicti-
mas immolemus, ne ſabbato ſepteno dierũ
volumine redeunte ab operibus ẽt neceſſa-
rijs quieſcamus,& cætera huiuſmodi,ſed ea
ſpiritaliter intellecta teneamus,remotisque
vmbris ſignificantib.in rerum ipſarum quæ
ſignificantur luce uigilemus,nunquid pro-
pterea dicturi ſumus, non ad nos pertinere
quod ſcriptum eſt,vt alienum quodcunque
perditum quiſquis inuenerit reddat ei qui
perdidit & alia multa ſimilia, quibus pie re-
cteq; uiuere diſcitur,maximeq; ipſum deca
logum,qui duabus illis lapideis tabulis cõti
netur,excepta ſabbati obſeruatione carnali
quæ ſpiritalem ſanctificationẽ quietẽq; ſi-
gnificat?Quis.n.dicat non debere obſeruare
Chriſtianos,vt vni deo religionis obſequio
ſeruiatur,vt idolum non colatur,ut nomen
dñi non accipiatur in uanum,ut parentes ho
D norentur,ne adulteria,homicidia,furta,fal-
ſa teſtimonia perpetrentur,ne uxor,ne om-
nino res ulla concupiſcatur aliena?Quis eſt
tam impius,qui dicat ideo ſe iſta legis non
cuſtodire præcepta,quia eſt ipſe Chriſtian⁹,
nec ſub lege,ſed ſub gratia conſtitutus?Ve-
rum hæc plane magna diſtantia eſt, quod fa
ciũt iſta ſub lege poſiti, quos litera occidit,
terrenã fœlicitatẽ vel cupiditatem adipiſcẽ

di, vel timore amittendi, & iō non vere faciunt, qm̄ carnalis cupiditas, qua pctm̄ augetur, cupiditate alia nō sanatur. [Gal. 4.] Hi ad uetus p̄tinent testm̄, qđ in seruitutē generat, q̄a facit eos carnalis timor & cupiditas seruos, nō Euāgelica fides, spes & charitas liberos. Sub [Gal. 5.] grā vero positi quos uiuificat spirit⁹, & fide ista faciunt, q̄ per dilectionē operatur in spe bonorū, nō carnaliū, sed spiritaliū: non terrenorū, sed cęlestiū: non tēporaliū, sed æternorū. p̄cipue credentes in mediatorē p̄ quē sibi nō dubitant, & spiritū grǣ subministrari, vt bene ista faciant, & ignosci posse cum peccant. Hi p̄tinent ad testamentū nouū filij p̄missionis, & regenerati a deo patre & libera matre. [E] Hui⁹ generis fuerūt antiqui oēs iusti, & ipse Moyses testamēti minister veteris, hæres noui q̄a ex fide qua nos uiuimus vna eadēq; vixerunt, incarnationē, passionē resurrectionemq; Chr̄i credentes futurā, q̄ nos credimus factā vsq; ad ipsum Ioannem Baptistā tanq̄ p̄teritæ dispensationis limitē quendā, qui mediatorē ipsum nō aliqua vmbra futuri vel allegorica significatione, uel vlla p̄phetica p̄nunciatione venturum esse significans, sed digito demonstrans ait, Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit pctm̄ mundi. Tāquā [Ioan. 1.] dicens, Quē multi iusti videre concupierūt, in quē venturū ab ipsius humani generis initio crediderunt, de quo Abrahę dictæ sunt p̄missiones, de quo scripsit Moyses, de quo lex & Prophetæ sunt testes, Ecce agnus dei, [Gal. 3.] ecce q̄ tollit pctm̄ mundi. [Gen. 22.] Ab hoc Ioanne & deinceps cœperunt de Chr̄o fieri p̄terita velut p̄sentia. Quæ ab illis omnib. anterioris tp̄is iustis credebant, sperabantur desiderabātur futura. Eadē igitur fides, & in illis qui nondum nomine, sed re ipsa fuerunt antea Chr̄iani, & in istis q̄ non solū sunt, verumēt [F] vocantur, & in vtrisq; eadē grā p̄ spiritumsanctum. [2. Cor. 4.] Vnde dicit Apostolus, Habētes aūt eundem spm̄ fidei, s̄m quod scriptum est, Credidi p̄p̄ qđ locutus sum, & nos credim⁹ [Psal. 115.] p̄p̄ quod & loquimur. aliter itaq; dr̄ iā obtinente loquendi consuetudine vetus testm̄, lex & Prophetæ oēs, q̄ vsq; ad Ioannē prophetauerunt, qđ distinctius vetus instrumētū, q̄ vetus testamentū vocatur. Aliter autē sicut Apostolica appellat autoritas, siue hoc nomen exprimēs siue significans, Exprimit enim vbi dicit, vsq; in hodiernū diē quādiu legit Moyses, idipsum velamen in lectione [2. Co. 3.] veteris testamenti manet, Quod non reuelatur q̄a in Christo euacuatur. Sic.n. vtiq; vetus testamētū ad Moysi retulit ministerium. Itē dicit, Vt seruiamus ī nouitate spūs & nō [Rom. 7.] in vetustate literæ: idipsum significans testamentū nomine literæ. Idem dicit alio loco, Qui & idoneos nos fecit ministros noui te- [2. Co. 3.] stamēti nō litera, sed spū: Litera.n. occidit, spūs aūt viuificat. Et hic p̄ cōmemorationē noui, illud vtiq; vetus intelligi voluit. Multo aūt euidentius, q̄uis non dixerit, aut vet⁹ aut nouū, duo ipsa testā distinxit p̄ duos filios Abrahæ, vnum de ancilla, aliū de libera, quod iā superius cōmemorauimus. Quid.n. expressius q̄ vt diceret, [G] Dicite mihi sub lege volentes esse, legem nō audistis? Scriptū est .n. quoniā Abrahā duos filios habuit, vnum [Galat. 4.] de ancilla, & unū de libera. [Gen. 21.] Sed ille q̄dē q̄ de ancilla, s̄m carnē natus est; q̄ aūt de libera, p̄ repromissionē q̄ sunt ī allegoria. Hæc.n. sūt duo testā, vnū quidē in monte Sina in seruitutē generans, qđ est Agar. Sina.n. mons est in Arabia q̄ coniuncta est huic quæ nunc ē, Hierusalē. Seruit.n. cū filijs suis. Quæ autē sursum est Hierusalē, libera est, quæ est mater nostra. Quid clarius, quid certi⁹, quid ab omni obscuritate atq; ambiguitate remotius promissionis filijs? Et paulopost. Nos autem fratres, inquit, s̄m Isaac promissionis filij sumus. Itē paulopost, Nos autem fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Eligamus igitur vtrum antiquos iustos ancillæ filios dicamus, an liberæ? Absit autem vt ancillæ, ergo filij liberæ ad nouum pertinent testa- [H] mentum in spiritusancto, quem viuificantem literæ occidenti opponit Apostolus. Nam quo pacto ad gratiam noui testamenti non pertinent hi, de quorum dictis & libris istos eiusdem gratiæ dementissimos & ingratissimos inimicos refellendo conuincimus? Sed dicit aliquis, Quomodo vetus appellatur, quod post quadringentos & triginta annos factum est per Moysen, & nouum dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham? Qui ex hoc non litigiose, sed studiose mouetur, intelligat primū, q̄a ex anteriore tp̄e dr̄ vetus, ex posteriore aūt nouum reuela-

reuelationes eorũ considerent in his homi-
nib.non institutiones, Per Moysen quippe re-
uelatũ est testm̃ vetus, p quẽ data est lex sã- *Rom.7.*
cta & iusta & bona, p q̃ fieret nõ abolitio,
sed cognitio peccati, qua cõuincerent sup-
bi suã iustitiã volentes constituere, quasi di
uino adiutorio nõ egentes, & rei facti literę
confugerent ad grę spiritũ, nõ sua iustitia iu
stificandi, sed dei hoc est, q̃ illis esset ex deo.
Nam sicut idẽ Apostolus loquitur, Per legẽ
cognitio peccati, Nunc aũt sine lege iustitia
dei manifestata est, testificata p legẽ & Pro- *Rom.3.*
phetas. Lex quippe eo ipso quo in ea nemo
iustificatur, testimoniũ perhibet iustitiæ dei.
Qđ in lege nemo iustificatur apud deũ, ma-
nifestũ est, Quia iustus ex fide uiuit. Sic ergo *Abac. 2.*
I cum lex non iustificat impiũ de p̃uaricatio-
ne conuictũ, mittat ad iustificantẽ deũ, atq;
ita iustitiæ dei perhibet testimoniũ. Prophe-
tæ vero testimoniũ phibent iustitię dei, prę
nunciando Chr̃m, q factus est nobis sapien
tia a deo & iustitia & sanctificatio & redẽ- *1. Co.1.*
ptio, vt queẽadmodũ scriptũ est, Qui gloriat
in dño glorietur. Erat aũt occulta ista lex ab *Hier.9.*
initio cũ homines iniquos natura ipsa cõuin
ceret, alijs faciẽtes quod sibi fieri noluissẽt. *Tob.4.*
Reuelatio aũt noui testamẽti in Xp̃o facta ẽ
cũ est manifestatus ĩ carne, in quo apparuit
iustitia dei. i. quæ hominibus ex deo est. Sic.
n. ait, Nunc aũt sine lege iustitia dei manise *Rom.3.*
stata est. Ecce qua cã illud dr̃ vetus testm̃, qa
priore, hoc autem nouũ, quia posteriore tpe
reuelatum est. Deinde, quia testamẽtũ vetus
ptinet ad hominem veterem, a quo necesse
est hominem incipere, nouum aũt ad homi
nem nouum, quo debet homo ex uetustate
transire, ideo in illo sunt promissa terrena,
in isto pmissa cœlestia, qa & hoc ad dei mi
sericordiã ptinuit, ne quisq̃ vel ipsam terre
nã qualẽcunq; fęlicitatẽ, nisi a dño creatore
vniuersitatis putet cuiquã posse cõferri. Sed
K si p p illã colat deus, seruilis est cultus, perti
nens ad filios ancillæ. Si aũt p p ipsũm deũ,
vt in æterna vita sit deus omnia in omnib. li
beralis est seruitus, ptinens ad filios liberæ, *Gala. 4.*
q̃ est mr̃ nostra æterna in cœlis, q̃ prius tan
quam sterilis apparebat, qñ perspicuos filios
non habebat. Nunc aũt videmus qđ de illa
prophetarũ est, Lætare sterilis q̃ non paris,
erumpe & clama quæ nõ parturis, qa multi *Esai. 54.*
filij desertæ magis q̃ eius q̃ habet uirũ. i. ma
gis q̃ illius Hierusalẽ, q̃ legis quodãmõ vin
culo maritata est, & seruit cũ filijs suis. Tpe
igiť veteris testamenti spiritum sanctũ in eis
qui ẽt tunc s̃m Isaac promissionis filij erãt,
non solum adiutorem, qđ isti suo dogmati
sufficere existimant, verũ etiã largitorem di
cimus fuisse uirtutis, qđ isti negant, libero eã
potius arbitrio tribuentes, cõtradicentib. illis
patribus q sciebãt ad dñm veraci pietate cla
mare, Diligã te dñe virtus mea. Aiunt ẽt, qđ *Psal.*
oẽs Apostoli vel Prophetæ nõ plene sancti *Pers[...] iusti[...] quæ.*
definiant a nobis, sed in comparatione peio
rũ minus eos malos fuisse dicamus, & hanc *Cap.*
esse iustitiã cui deus testimoniũ phibet, vt *L*
quõ dicit propheta, Iustificatã Sodomã cõ- *Exo.*
paratione Iudæorũ, sic ẽt nos criminosorũ
cõparatione dicamus aliquos sanctos exer-
cuisse virtutẽ. Absit vt ista dicamus, Sed aut
nõ valent intelligere, aut nolunt aduertere,
aut calumniandi studio dissimulant se scire
qđ dicimus. Audiant ergo, vel ipsi, vel potiꝰ
ij quos idiotas & ineruditos decipere moliũ
tur. Nostra fides, hoc ẽ, catholica fides iustos
ab iniustis, non operũ sed ipsa fidei lege di-
scernit, Quia iustus ex fide uiuit; Per quam
discretionem fit, vt homo ducens vitam si-
ne homicidio, sine furto, sine falso testimo- *Aba[...]*
nio, sine appetitu rei vllius alienæ, parentib.
honorẽ debitũ reddens, castus vsq; ad conti
nẽtiã ab omni omnino cõcubitu, ẽt cõiuga-
li, eleemosynarũ largissimus, iniuriarũ patiẽ
tissimus, qui non solum auferat aliena, sed
nec sua reposcat ablata, vel ẽt venditis omni
bus suis erogatisque ĩ pauperes, nihil suum
proprium possideat, cum suis tamen istis ve
lut laudabilibus moribus, si non in deum
fidem rectam & catholicam teneat, de hac
vita damnandus abscedat. Alius autem ha- *Gala.*
bens quidem opera bona ex fide recta, quæ
per dilectionem operatur, non tamen ita
vt ille benemoratus incontinentiam suam
sustentat honestate nuptiarum, coniugij *M*
carnalis debitum & reddit & repetit, nec
sola propagationis causa, verum etiam vo-
luptatis, quanuis cum sola vxore concũbit,
quod coniugatis secundum veniam cõcedit
Apostolus, iniurias tamen non patienter *1. C[...]*
accipit, sed vlciscendi cupiditate fertur ira-
tus, quanuis ut possit dicere, sicut & nos *Mat.*

dimittimus debitoribus nr̃is, rogatus igno-
scat, possidet rem familiarẽ, faciẽs inde qui-
dẽ eleemosynas, nõ tam largas, quã ille, non
auferat aliena, sed quãuis ecclesiastico iudi-
cio, nõ forensi, tñ repetit sua. Nẽpe iste qui
morib. illo vr̃ inferior, ꝓp rectam fidem q̃
illi est in deum, ex qua viuit, & ſm quam in
oĩbus delictis suis se accusat, in oĩbus bonis
operibus deũ laudat, sibi tribuẽs ignominiã,
illi gloriã, atq; ab ipso sumens & indulgen-
tiã peccatorũ & dilectionẽ recte factorum,
de hac uita liberandus, & in consortiũ cum
A Xp̃o regnaturorum recipiendus, emigrat.
Quare, nisi ꝓp fidẽ? Quæ licet sine operibus
neminem saluat, ipsa.n. est non reproba fi-
des, q̃ per dilectionẽ operaẽ, tñ per ipsam ẽt
peccata soluuntur, quia iustus ex fide uiuit,
Sine ipsa vero ẽt quæ vr̃ bona opa, in pec
cata vertuntur. Oẽ.n. quod non est ex fide,
peccatum est. Et fit ꝓp hanc maximam dif-
ferentiã vt dubitante nullo, perseuerans vir
ginalis integritas coniugali castitate sit po-
tior, tñ mulier ẽt bis nupta, catholica, pro-
fessæ uirgini hæreticæ præferaẽ. Nec ita ꝑse
ratur, vt ista melior sit in dei regno, sed vt il
la ibi oĩno non sit. Nam & ille quem velut
melioribus descripsimus moribus, si assit ei
fides recta, superat illũ alterũ, si ambo illic
erunt. Si aũt fides ei desit, sic ab illo superaẽ,
vt ipse ibi non sit. Cũ itaq; iusti oẽs & anti-
quiores & Apostoli ex fide vixerint recta, q̃
est in Xp̃o Iesu dño nostro, moresq; tam san
ctos cũ fide habuerint, ut licet nõ tam ꝑfe-
ctę virtutis in hac uita esse potuerint, q̃ post
hanc uitam q̃ futura est, tñ quicquid pecca-
ti ex humana infirmitate surrepserit, pietate
ipsius fidei continuo deleretur. Vnde fieri
põt, ut in comparatione iniquorũ, quos dã-
naturus est deus, iustos eos fuisse dicendũ
sit, cũ per piam fidẽ tam in contrariũ ab illis
B impiis sint remoti, ut clamet Apostolus. Quæ
pars fideli cũ infideli? Sed uidelicet noui hę
retici Pelagiani, religionis amatores & lau-
datores vr̃r sibi esse sanctorũ, si non audeãt
dicere imperfectæ illos fuisse uirtutis, cum
hoc confiteaẽ vas electionis, q considerans
vbi adhuc esset, & qa corpus qđ corrumpi-
tur, aggrauat aĩam, Non qa iam acceperim,
ait, aut iã ꝑfectus sim, Fratres ego meipsum
nõ arbitror apprehendisse. Et paulopost tñ

Gal. 5. Abac. 2. Rom. 14. 1. Cor. 6. Sap. 9. Philip. 3.

qui se negauerat esse perfectum. Quotquot
ergo perfecti, inquit, hoc sapiamus ut oñde
ret, ſm istius uitæ modũ esse quandã perfe-
ctionẽ, eiq; perfectioni hoc quoq; deputa-
ri, si se quisq; nouerit nõdum esse perfectũ.
Quid.n. excellentius in veteri populo sacer
dotibus sanctis? Et tñ eis pręcepit deus sacri
ficium primitus pro suis offerri peccatis. Et
qd sanctius in nouo populo Apostolis? Et tñ
præcepit eis dñs in oratione dicere, Dimit-
te nobis debita nr̃a. Oĩum igitur piorũ sub
hoc onere corruptibilis carnis, & in istius
uitę infirmitatę gemẽtiũ spes una est, ꝙ ad-
uocatũ habemus apud patrẽ Iesum Xp̃m iu
stũ, & ipse est exoratio peccatorũ nostrorũ.

Matt. 6. C 1. Ioan. 2

Istum aduocatum non hñt illi, qui sunt
a iustis, ẽt si sola ista esset differentia, in con
trarium longeq; discreti. Quem iustum ad-
uocatum absit, ut dicamus, sicut isti calum-
niaẽ, carnis necessitate mentitũ, sed dici-
mus eum in similitudine carnis peccati de
peccato dãnasse peccatũ. Quod fortasse isti
non intelligentes & calũniandi cupiditate
cæcati, q̃ diuersis modis peccati nomen in
scripturis sanctis poni soleat ignorãtes, pec
catũ Christi affirmare nos iactant. Dicimus
itaq; Xp̃m, & nullum habuisse pc̃m̃, nec in
aĩa, nec in carne, & suscipiendo carnem in
similitudine carnis peccati, de peccato dam
nasse pc̃m̃. Quod subobscure ab Apostolo
dictũ duob. modis soluitur, Siue qa rerum
similitudines solent earũ rerũ noĩbus nun-
cupari, quarũ similes sunt, ut ipsam simili-
tudinem carnis peccati voluisse intelligatur
Apost. appellare pc̃m̃, Siue qa sacrificia pro
peccatis peccata appellabanẽ in lege, q̃ om-
nia figurę fuerunt carnis Christi, qđ est ve-
rum & vnicũ sacrificium pro peccatis, non
solũ his quæ uniuersa in baptismate diluun
tur, uerumẽt his q̃ post ex huius uitæ infir-
mitate surrepunt, ꝓp quæ quotidie uniuer
sa in oratione ad deum clamat ecclesia, Di-
mitte nobis debita nostra, & dimittunẽ no-
bis per singulare sacrificium pro peccatis,
Quod Apost. ſm legem loquens, non dubi-
tauit appellare peccatum. Vnde est etiam il
lud eius multo euidentius, nec aliquo biuio
cuiusquam ambiguitatis incertum, Obse-
cramus pro Christo reconciliari deo, Eum
qui non nouerat peccatum, pro nobis pec-
catum

Christus quõ in similitudine pc̃ti. Cap. 6. Rom. 8. D Matt. 6. 2. Co. 5.

catum fecit,ut nos ſimus iuſtitia dei in ipſo. Nam qđ ſuperius commemoraui, de pc̃tõ, dãnauit pc̃tm̃, quia nõ dictũ eſt de peccato ſuo, põt quiſpiã ſic intelligere, ut dicat eum de pc̃tõ Iudæorũ dãnaſſe pc̃tm̃, q̱a de pc̃tõ eorũ, qui eũ crucifixerunt, factũ eſt ut ſanguinẽ ſuum in remiſſionẽ funderet peccatorũ. Hoc uerbo ubi dr̃ deus ipſum Xp̃m, q̱ nõ nouerat pc̃tm̃ feciſſe pc̃tm̃, nõ mihi cõniẽtius vr̃ intelligi, q̃ Xp̃m factũ ſacrificiũ pro pc̃tĩs, & ob hoc appellatum eſſe pc̃tm̃.

E

Qũo perficitur iuſtitia in uita futura.

Cap. 7.

Quis aũt ferat eos obijcere nobis, quod poſt reſurrectionem tales proceſſus futuros eſſe dicamus, ut ibi incipiant homines, quæ hic noluerint, dei mandata cõplere, qm̃ dicimus, ibi oĩno nullũ futurũ eſſe pc̃tm̃, nec cum aliqua peccati cupiditate conflictum, tanq̃ ipſi audeant hoc negare? Sapientiam quoq; & cognitionẽ dei tunc perfici in nobis, & in dño tantã exultationẽ, ut ea ſit plena & uera ſecuritas, quis negabit, niſi tam auerſus ſit a uero, ut ob hoc ad eadẽ peruenire non poſſit? Verũ hæc non erunt in pręceptis, ſed in eorũ quæ hic obſeruanda ſunt præmio præceptorum. Quorũ quidẽ pręceptorum contemptus illò non perducit ad præmiũ, ſed hic ſtudium pręcepta ſeruandi gratia dei tribuit. Quæ ſi q̱d ẽt in eis præceptis minus ſeruatur, ignoſcit, p̱p̱ qđ orando dicimus, Fiat uoluntas tua: &, Dimitte nobis debita noſtra. Hic ergo præceptum eſt, ut non peccemus: ibi præmiũ nõ poſſe peccare. Hic præceptũ eſt, ut deſiderijs peccati non obediamus, ibi præmiũ, vt deſideria peccati nõ habeamus. Hic pręceptũ eſt, Intelligite ergo qui inſipientes eſtis in populo, & ſtulti aliqñ ſapite: ibi præmium eſt, plena ſapientia & perfecta cognitio. Videmus.n.nunc per ſpeculum in ænigmate, ait Apoſt. tunc aũt facie ad faciẽ: nunc ſcio ex parte, tũc aũt cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Hic præceptũ eſt. Exultate deo adiutori noſtro: &, Exultate iuſti in dño: Ibi præmiũ eſt, exultare perfecto & ineffabili gaudio. Poſtremo in præcepto poſitum eſt, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã: In præmio aũt, Qm̃ ipſi ſaturabuntur. Vnde quæſo ſaturabuntur, niſi ꝙ eſuriunt & ſitiunt? Quis igitur ita, non ſolum a diuino, ſed a ſenſu quoq; abhorret humano, qui dicat in hoĩe tantam eſſe poſſe iuſtitiam, cũ ab illo eſuritur & ſititur, quanta erit, cum ex illa ſaturabitur? Qñ eſurimus aũt ſitimusq́; iuſtitiã, ſi fides Chriſti vigilat in nobis, q̱d nos niſi Xp̃m eſurire ac ſitire credendum eſt? Qui factus eſt nobis ſapientia a Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redẽptio, ut quemadmodũ ſcriptũ eſt. Qui gloriatur, in dño glorietur, Et q̱a modo in eum nõ uidentes credimus, ideo ſitimus eſurimusq́; iuſtitiã. Quãdiu.n. ſumus in corpore, peregrinamur a dño: per fidem.n.ambulamus, non per ſpeciẽ. Quem cum inuenerimus peruenientes utiq; ad ſpeciem, exultabimus gaudio inenarrabili, & tunc iuſtitia ſaturabimur, q̱a nũc ex deſiderio dicimus, Saturabor cũ manifeſtabit̃ gloria tua. Quàm uero eſt, nõ dico impudens, ſed inſana ſuperbia, nondũ eſſe æquales angelis dei, & putare ſe iam poſſe hr̃e iuſtitiã æqualẽ angelis dei, nec intueri tam magnũ & ſpiritalem uirum, qui utiq; ipſam iuſtitiæ perfectionem eſuriebat atq; ſitiebat, qñ magnitudine reuelationũ noluit extolli. Nec tñ vt nõ extolleretur arbitrio ſuo uoluntatiq́; cõmiſſus eſt, ſed accepit ſtimulum carnis angelum ſatanæ, qui eum colaphizaret? Propter quod dñm ter rogauit, ut diſcederet ab eo. Et dixit ei dñs, Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficit̃. Quę uirtus, niſi ad quam pertinet non extolli? Et q̱s dubitat hoc ad iuſtitiã pertinere? Huius igitur iuſtitiæ perfectione ſunt prędití angeli dei, qui ſemp̱ uident faciem patris, ac per hoc totius trinitatis, q̱a per filium vident in ſpirituſancto. Nihil eſt aũt iſta reuelatione ſublimius, nec tñ angelorum quiſquam illa contemplatione lætanciũ neceſſariũ habet angelũ ſatanæ, quo colaphizetur, ne illum tanta magnitudo reuelationis extollat. Hãc perfectionem uirtutis vtiq; nondũ habebat Apoſt. Paulus, nondum æqualis angelis dei, ſed inerat illi extollendi ſe infirmitas, q̃ per angelum ẽt ſatanæ fuerat comprimenda, ne reuelationũ magnitudine extolleret̃. Quãq̃ itaq; ipſum ſatanam elatio prima deiecerit, tñ ſummus ille medicus, qui bene uti nouit ẽt malis, de angelo ſatanę adhibuit ꝯ elationis uitiũ, ſalubre, q̃uis moleſtũ medicamentũ, ſicut fieri cõſueuit antidotũ, ẽt de ſerpentibus ꝯ venena ſerpentium. Quid eſt ergo,

Suffi-

Matt. 6. *Pſal. 93.* *1. Co. 13* *Pſal. 80.* *Pſal. 32.* F *Matt. 5.* H G H

Sufficit tibi gratia mea, nisi ne dificiẽdo suc
cũbas sub colapho angeli satanæ? Et q̃d est,
Virtus, infirmitate ꝑficiẗ: nisi q̃a in isto loco
infirmitatis hactenus ꝑfectio p̃t esse virtutis
vt in ipsa infirmitate pręsẽte elatio reprima
tur? Quæ vtique infirmitas futura immor-
talitate sanabitur. quomodo.n. dicenda sa-
nitas plena, vbi ẽt de angeli satanę colapho
adhuc est necessaria medicina? ex quo factũ
est. virtutẽ, quæ nũc est in homine iusto, ꝑ-
fectã hactenus nominari, vt ad eius ꝑfectio
nẽ ꝑtineat etiã ipsius im ꝑfectionis & in ue-
ritate cognitio, & in humilitate confessio.
Tũc.n. est ẽm hanc infirmitatẽ ꝓ suo modu
lo ꝑfecta ista parua iustitia, qñ etiam qđ sibi
desit intelligit. Ideoq; Apostolus & imper-
I fectũ se dicit. Im ꝑfectũ.s.cogitãdo quãtum
illi ad iustitiã desit, cuius plenitudinem ad-
huc esurit ac sitit. Perfectũ autẽ, ꝙ & suam
imperfectionẽ cõfiteri.nõ erubescit, & ut ꝑ-
ueniat bene ꝓcedit, Sicut possumus dicere
perfectũ esse uiatorẽ, cuius bene promoue-
tur accessio, quamuis non ꝑficiaẗ intẽtio, ni
si fuerit facta peruẽtio, Propterea cũ dixisset,
secũdum iustitiã quę in lege est, qui fuerim
sine q̃rela, mox addidit, Quæ mihi lucra fue
runt, hæc ꝓpter Xp̃m damna esse duxit Verũ
tamẽ & arbitros omnia damnũ esse propter
eminẽtẽ scientiam Xp̃i Iesu domini nostri,
Propter quem non solũ detrimenta credidit;
uerum etiam stercora æstimaui esse ut Chri
stũ lucrifaciam, & inueniar in illo nõ habẽs
meã iustitiã, quæ ex lege est, sed eam quæ est
per fidẽ Christi, q̃ est ex deo iustitia in fide,
Ecce Apostolus ẽm iustitiã quæ ex lege est?
sine querela se fuisse non utique mendaciter
dicit, & tamẽ hæc quæ illi lucra fuerũt, abij
cit propter Christũ, & damna & detrimenta
& stercora existimat, nõ solũ hæc, sed & cæ-
tera omnia quæ supra cõmemorauit, ꝓpter
nõ qualẽ liber, sed eminentem, sicut ipse di
K cit, scientia Christi Iesu domini nostri, quã ꝓ
culdubio adhuc in fide habebat nõdũ in spe-
Col. 3. cie. Tunc.n.erit eminens Christi sciẽtia quã
do fuerit ita reuelatus, vt q̃d creditur, uidea
tur: Vñ alio loco ita dicit. Mortui.n.estis, &
uita uestra abscondita est in Xp̃o in deo. Cũ
Christus apparuerit, uita uestra tunc & uos
apparebitis cũ illo in gloria. Hinc & ipse do-
mini, Qui diligit me, inq̃t, diligetur a patre
meo, & ego diligã eũ, & manifestabo meipsũ
illi. Hinc Ioãnes euangelista, Dilectissimi, *Ioan. 3.*
inquit filij dei sumus, & nondum apparuit ꝙ
erimus, Scimus autem quia cum apparuerit
similes ei erimus, quoniam videbimus eum
sicuti est. Tunc erit eminens Christi. scientia,
Nunc.n. est quidem absconditain fide, sed nõ
dũ eminens apparet in specie. Abijcit ergo il
la beatus Paulus præterita iustitiæ suæ tanq̃
detrimenta & stercora, ut Christum lucrifa-
ciat, & inueniatur in illo non habẽs suã iusti
tiam, quę ex lege est, Neque.n. lex illa dei nõ
est. Quis hoc nisi Marcion & Manichæus &
aliæ similes pestes dixerint? Cũ ergo lex illa,
vt dixi, dei sit, iustitiam suã dicit esse quæ ex
lege est, Quam iustitiã suã noluit habere, sed
proiecit vt stercora. Cur ita? nisi quia hoc ẽ, L
quod etiã superius demonstrauimus, eos es-
se sub lege, qui ignorantes dei iustitiã & suã
volentes constituere, iustitiæ dei non sũt su- *Rom. 10.*
biecti? Putant.n. se arbitrij sui uiribus imple-
ri legem iubentem, & ista implicati superbia
ad gratiam non conuertuntur iuuantem. sic
eos litera occidit, aut aperte etiã sibi reos, nõ
faciendo ꝙ præcipit, aut putando se facere ꝙ
spiritali, quæ ex deo est, non faciũt charitate,
ita remanent aut aperte iniqui, aut fallaciter
iusti, in aperta iniquitate euidenter elisi, in fal
laci iustitia insipienter elati, ac per hoc miro
quodam modo, sed tamen vero iustitiã legis
nõ implet iustitia, quę in lege est, vel ex lege,
sed quæ in spiritu gratiæ. Iustitia quippe le-
gis impletur in eis sicut scriptum est. Qui nõ
ẽm carnẽ ambulant, sed scđm spiritũ. Secun
dũ iustitiam uero q̃ in lege est, se fuisse sine
querela in carne nõ in spiritu dicit Aposto-
lus, & iustitiã quæ ex lege est, suam dicit fuis *Rom. 8.*
se, non dei. Intelligẽdum est igitur iustitiam
legis nõ impleri scđm iustitiã q̃ in lege est,
vel ex lege, id est, secundum iustitiam homi M
nis. sed secundum iustitiam, quæ est in spiri-
tu gratiæ. Ergo scđm iustitiã dei, hoc est, quę
homini ex deo est. Quod planius & breuius
ita dici potest, iustitiam legis dei non imple-
ri cum lex iubente & homo quasi suis virib.
facit, sed cum spiritus adiuuat, & hominis
non libera, sed dei gratia liberata voluntas
facit. Leges itaque iustitia est iubere quod
deo placet, uitare quod displicet, In lege au-
tem iustitia est, seruire literæ, & extra eam
nullum

nullũ dei adiutoriũ ad rectè viuendũ requirere. Cũ.n.dixisset, Non habens meã iustitiã quæ ex lege est, sed eã q̃ est per fidẽ Chri: addidit, quæ est ex deo. Ipsa est ergo iustitia dei, quam superbi ignorantes, suã uolunt cõstituere. Nõ enim ꝓpea iustitia dei dicit, qm̃ deus iustus est, sed, quia homini ex deo est. Secundum hanc autẽ iustitiã dei, hoc est quæ ex deo nobis est, nunc fides operat̃ p dilectionẽ, id est, operat̃ quomodo perueniat homo ad eũ, in quẽ modo nõ uidẽs credit, quẽ cũ viderit tunc qđ erat in fide ꝑ speculũ in enigmate, iã erit in specie facie ad faciẽ, tunc perficietur & ipsa dilectio. Nimis quippe insipienter dicitur, tantũ amari deũ antequã videatur, quantum amabitur cũ videbit̃. Porrò si in hac uita pio nemine dubitante, quãto amplius diligimus deum, tãto sumus utiq; iustiores, quis dubitet, piam veramq; iustitiam cũ fuerit dilectio dei perfecta, tũc perfici? Tunc ergo lex ita vt nihil omnino desit implebitur, cuius legis, secundũ Apostolum, plenitudo dilectio est, Ac per hoc cũ dixisset, non habẽs meã iustitiã, quæ ex lege est, sed eã quæ est ꝑ fidẽ Christi, quæ est ex deo iustitia in fide. Deinde subiunxit, Ad cognoscendũ eũ, & uirtutẽ resurrectionis eius, & cõmunicationem passionũ eius. Hæc oĩa nondũ plena & perfecta in Apostolo erant, sed tanquã in via positus ad eorũ plenitudinẽ ꝑfectioneq; currebat. Nã qũo iam ꝑfecte cognouerat Xp̃m qui dicit alio loco, Nũc scio ex parte, tũc autẽ cognoscã, sicut & cognitus sum? Et quomodo iam perfecte cognouerat virtutem eius resurrectionis, cui restabat eam plenius tempore resurrectionis carnis experiendo cognoscere? Et quomodo iã ꝑfecte cognouerat cõmunicationẽ passionum eius, nondũ pro illo passionem mortis expertus? Denique addit & dicit, Si quomodo occurram in resurrectionẽ mortuorũ. Ac deinde ait, Nõ quia iã acceperim, aut iã perfectus sim. Quid ergo se cõfitet̃ nõ dũ accepisse, & in quo nondũ esse perfectũ, nisi ex ea iustitia, quę ex deo est q̃ cõcupiscẽs noluit suã habere quæ ex lege est? Hinc enim loquebatur, & hæc fuit causa vt hæc diceret, resistẽs inimicis gratiæ Christi, ꝓ qua largiẽda crucifixus est Christus. Ex quorũ genere etiam isti sunt. Nam ex quo loco suscepit hęc dicere, sic exorsus est, Videte canes videte malos operarios, videte cõcisionẽ. Nos enim sumus circũcisio, qui spiritu deo seruimus, vel sicut nõnulli codices habẽt, qui spiritui deo, vel spiritui dei seruimus, & gloriamur in Christo Iesu, & nõ in carne fidentes. Hinc manifestum est aduersus Iudæos eũ agere, q carnaliter obseruãtes legẽ, & suã iustitiã volẽtes cõstituere, occidebãtur litera, nõ viuificabãtur spiritu, & in se gloriabantur, cum Apostoli & omnes ꝓmissionis filij glorientur in Christo. Deinde subiecit, Quãq̃ ego habeã fiduciã in carne, Si qs alius in carnẽ putat se fiduciã habere, magis ego, Et enumerans omnia quæ ꝟm carnẽ habẽt gloriã ad illud terminauit, vbi ait, Secundũ iustitiam quæ in lege est, qui, fuerim sine querela. Et cum hæc sibi omnino damna & detrimenta & stercora fuisse dixisset, ut Christũ lucrifaceret, adiecit. Et inueniar in illo nõ habẽs iustitiam meã, quæ ex lege est, sed eã quæ est ꝑ fidẽ Christi, quæ est ex deo. Huius ergo iustitiæ ꝑfectionẽ, quæ nõ erit nisi in illa eminẽti scientia Christi, ꝑ ꝑ quam sibi dixit omnia damnũ esse, nõdũ accepisse cõfessus est, & ꝓpea nõdum esse ꝑfectũ. Sequor aũt, inqt, si apprehendam, in quo & apprehensus sum à Christo Iesu. Tale est apprehendam in quo & apprehensus sum: quale est, Cognoscam sicut & cognitus sum. Fratres, inquit, ego meipsum non arbitror apprehendisse. Vnum autem, quæ retro sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Ordo verborum est, Vnum autem sequor: De quo vno bene intelligrtur & dñs admonuisse Martham, vbi ait Martha Martha solicita es, & turbaris circa plurima. Porrò unum est necessarium. Hoc iste volens apprehendere, tanquam in via constitutus, sequi se dixit ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Quis autem cunctetur cũ hoc quod sequi se asseuerat apprehenderit, tunc habiturum eum iustitiam æqualẽ iustitiæ sanctorum angelorũ, quorũ neminem vtique ne magnitudine reuelationum extollatur, satanæ angelus colaphizat? Deinde admonens eos, qui possent illius iustitiæ plenitudine iam se putare perfectos, Quotquot ergo, inqt, ꝑfecti hoc sapiamus, tanquam

Galat. 5. — 1. Co. 13. — Rom. 13 — Philip. 3 — 1 Co. 13. — Philip. 3 — Phil. 3 — 1. Co. 13 — 2. Co. 12 — Phil. 3 — Luc. 10 — Phil. 3

A B C D

tanq̃ diceret, Si ſm hoīs mortalis capacitatem pro huius vitę modulo perfecti ſumus, ad ipſam perfectionē hoc quoq; pertinere intelligamus, ut angelica illa q̃ in Xp̄i manifeſtatione nobis erit iuſtitia, nondū nos pfectos, eſſe ſapiamus. Et ſi q̇d aliter ſapitis, inquit, hoc quoq; uobis deus reuelabit. Qūo, niſi ambulantibus & proficientib. in uia rectæ fidei, donec iſta peregrinatio finiat̃ & ad ſpeciē ueniatur? Vnde conſequenter adiunxit, Veruntñ, inquit, in id quod peruenimus, in eo ambulemus. Deinde cōcludit ut caueant̃ illi, de q̇b. hic locus ſermonis eius ſumpſit exordiū, Imitatores mei, inq̇t, eſtote fratres, & intendite eos qui ſic ambulant, ſicut & habetis formā noſtram. Multi.n.ambulant, de quib. ſæpe dicebā uobis, nunc ēt flens dico inimicos crucis Xp̄i, quorū finis eſt interitus &c. Illi ipſi ſunt, de quibus incipiēs dixerat, Videte canes, videte malos operarios: & ſequentia. Oēs itaq; ſunt inimici crucis Xp̄i, qui uolentes cōſtituere ſuā iuſtitiā, quæ ex lege eſt, idē litera tm̄ iubente, non ſp̄ū implente, iuſtitiæ dei nō ſunt ſubiecti. Si.n.qui per legē hæredes ſunt, exinanita eſt fides, Si per legē iuſtitia, ergo Xp̄s gratis mortuus eſt, ergo euacuatū eſt ſcandalū crucis, Ac per hoc illi inimici ſunt crucis eius, qui per legē dn̄t eſſe iuſtitiā, ad quam iubere pertinet, non iuuare, Gratia uero dei per Ieſum Xp̄m dn̄m nr̄m in ſp̄ūſancto, adiuuat infirmitatē noſtrā. Quamobrē qui ſm iuſtitiam, q̃ in lege eſt ſine fide gr̄æ Chriſti uiuit, ſicut le Apoſt ſine querela uixiſſe cōmemorat, nullam ueram putandus eſt hr̄e iuſtitiā, non quia lex uera & ſancta non eſt, ſed quia obedire uelle literæ iubenti, ſine uiuificante ſpiritu dei, veluti ex uiribus liberi arbitrii, iuſtitia uera nō eſt. Iuſtitia uero, ſm quam iuſtus ex fide uiuit, qm̄ per ſpiñ gratiæ homini ex deo eſt, uera iuſtitia eſt. Quæ licet non immerito in aliquibus iuſtis pro huius uitæ capacitate perfecta dr̄, parua tñ eſt ad illā magnā, quā capit æqualitas angelorum. Quam qui nondū habebat, & p p illam, q̃ iam inerat perfectum: & p p iſtam, quæ adhuc deerat, imperfectū ſe eſſe dicebat, Sed planè minor iſta iuſtitia facit meritū, maior illa fit prēmiū. Vnde qui iſtam nō ſequit̃, illam non aſſequitur. Quocirca poſt reſurrectionem hoīs, futurā negare iuſtitiæ plenitudinē, & putare tantā futuram eſſe iuſtitiā in corpore uitæ illius, quanta eſſe pōt in corpore mortis huius, dementię ſingularis eſt. Non aūt illic incipere hoīes, q̃ hic noluerint dei mandata cōplere, ueriſſimū eſt, Erit.n.perfectiſſimæ plenitudo iuſtitiæ, non tñ hoīum mādata ſectantiū, & ad eā plenitudinē proficiendo nitentiū, ſed in ictu oculi, ſicut ipſa futura eſt reſurrectio mortuorum, qm̄ illa pfectæ magnitudo iuſtitiæ, eis q̇ hic mandata fecerūt, præmiū dabitur, nō & ipſa facienda mandabitur. Sed ita dixerim, mādata fecerunt, ut ipſa mādata meminerimus ptinere ad orationē, in qua quotidie ueraciter dn̄t ſc̄ti filii pmiſſionis, Fiat uoluntas tua: Et, Dimitte nobis debita nr̄a.

Cum igitur Pelagiani, his atq; hm̄oi ueritatis teſtimoniis & uocibus urgeantur, ne negent originale pc̄tm̄, ne gratiam dei qua iuſtificamur, non gratis, ſed ſm merita nr̄a dari dicant, ne in hoīe mortali quantolibet ſancto, & bene agente tantā dicant eſſe iuſtitiā, ut ei non ſit neceſſaria ēt poſt regenerationis lauacrū, donec iſtā uitā finiat remiſſio peccatorū. Ergo cū urgentur ne iſta tria dicant, & per hæc hoīes, q̇ eis credunt a gr̄a ſaluatoris alienent, & elatos in ſuperbiā, in iudiciū diaboli præcipites ire perſuadeant̃, immittunt aliarum nebulas quæſtionum, in quibus eorum apud hoīes ſimpliciores, ſiue tardiores, ſiue ſanctis literis minus eruditos impietas deliteſcat. Hæ ſunt nebulæ de laude creaturæ, laude nuptiarū, laude legis, laude liberi arbitrii, laude ſanctorū, quaſi quiſquam nr̄m iſta uituperet, ac non potius oīa in honorē creatoris & ſaluatoris debitis laudibus prædicet. Sed neque creatura ita vult laudari, ut nolit ſanari, Et nuptiæ quāto magis laudandæ ſunt, tāto minus eis imputāda eſt pudenda carnis concupiſcētia, q̃ non eſt a patre, ſed ex mūdo eſt: Quā profecto inuenerunt in hoībus nuptiæ, non fecerunt: q̇a & illa in plurimis ſine ipſis eſt, & ipſæ ſi nemo peccaſſet, ſine illa eſſe potuerunt. Et lex ſancta & iuſta & bona, nec ipſa eſt gr̄a, & nihil ex ea recte fit ſine gr̄a, q̇a non eſt data quę poſſit uiuificare, ſed pręuaricationis cā poſita eſt, ut cōuictos cōcluderet ſub pc̄tō, & promiſſio ex fide Ieſu Xp̄i daretur credētibus.

E Rom. Gal. 2. Philip. 2. F G Matt. 6. Cap. 8. H 1.Ioan.2 Galat.3.

tibus. Et liberũ arbitrium captiuatũ nõ nisi ad pctm̃ valet, ad iustitiam vero nisi diuinitus liberatũ adiutumq́; nõ valet. Ac per hoc & sancti oẽs, siue ab illo antiquo Abel, vsq; ad Io. Baptistam, siue ab ipsis Apostolis vsq; ad hoc tp̃s, & deinceps vsq; ad terminũ seculi, in dño laudandi sunt, nõ in seipsis, q̃a & illorũ anteriorũ vox est, In dño laudabit aĩa mea: Et istorum uox est: Gratia dei sum qđ sum: Et ad oẽs pertinet, Vt qui gloriat, in dño glorieť. Et confessio cõis est oĩum, Si dixerimus, q̃a pctm̃ non habemus nosipsos seducimus & ueritas in nobis non est.

Psal. 33. 1. Co. 15. 1. Co. 1. 1. Ioan. 1

Confert Manichæos, pelagianos, & catholicos. Cap. 9.

I Sed qm̃ in his quinq; rebus quas proposui, in quib. quærunt latebras, & de quib. connectunt calũnias diuinis documẽtis, produnť atq; vincuntur, excogitauerũt Manicheorũ detestabili noĩe imperitos, quos potuerint deterrere aduersus eorũ peruersissima dogmata aures accõmodent ueritati, q̃a s. Manichæi quinq; istorũ tria priora blasphemãdo condemnant, dicentes, neq; humanã creaturam, neq; nuptias, neq; legẽ a summo & uero deo esse instituta. Non aũt accipiunt qđ veritas dicit, a libero arbitrio exordiũ sumpsisse peccatum, & ex illo esse oẽ vel angeli vel hoĩs malum, quia mali naturam sp̃ malam & deo coæternam nimis a deo exorbitantes credere maluerunt. Sanctos quoque Patriarchas & prophetas, quantis pñt execrationibus insectantur. Ecce unde se putãt hæretici noui Manichæorum noĩe obiecto vim subterfugere veritatis, sed non subterfugint, Insequiť quippe illa & simul Manichæos Pelagianosq́; subuertit. Hõ. n. dum nascitur, quia bonũ aliquid est, inquantum hõ est, Manichæum redarguit, laudatq; creatorẽ: inquantũ vero trahit originale pctm̃, Pelagium redarguit, & habet necessariũ saluatorem. Nam & qđ sanãda dr̃ ista natura, vtrunq; repercutit, quia nec medicina opus haberet si sana esset, quod est ꝯ Pelagiũ: nec sanari posset oĩno, si æternũ atq; immutabile malum esset, quod est ꝯ Manichæũ. Item ꝙ nuptiis, quas laudamus a dño costitutas, K concupiscentiã carnis imputandam esse nõ dicimus, & ꝯ Pelagianos est, qui eam in laudibus ponunt: & contra Manichæos, q̃ eam malæ naturæ tribuunt, cum sit nostræ naturæ accidens malum, nõ dei distinctione separandum, sed dei miseratione sanandum. Item ꝙ dicimus legem sanctã, iustam & bonam, nõ iustificandis impiis, sed conuincendis superbis, præuaricationis gratia positã, & ꝯ Manichæos est, quia s̃m Apost. laudatur & ꝯ Pelagianos, quia s̃m Aposto. nemo ex lege iustificatur. Et ideo iustificandis eis, quos litera occidit, i. quos lex bona præcipiens præuaricatione reos facit, spũs gratiæ gratis opitulať. Item & arbitriũ sui in malũ liberum dicimus, ad agendum bonum gr̃a dei esse liberãdum, contra Pelagianos est, ꝙ aũt dicimus ab illo exortum, quod antea nõ erat malum, contra Manichæos est. Item ꝙ sanctos Patriarchas & Prophetas debitis in deo laudibus honoramus, aduersum est Manichæis: ꝙ uero & ipsis quãuis iustis & deo placentibus propitiationem dñi fuisse dici- L mus necessariam, aduersum est Pelagianis. Vtrosque igitur catholica fides sicut & cæteros hereticos aduersarios inuenit, vtrosq; diuinorum testimoniorum authoritate & luce veritatis conuincit.

Cap.

Addunt sane ad latebrarũ suarũ nebulas Pelagiani, de origine aĩæ non necessariam quæstionem, ad hoc, vt res manifestas aliarum rerũ obscuritate turbando, molianť latendi locum. Aiunt. n. nos aĩarum traducẽ, cum peccati traduce contueri. Quod ubi & qñ in eorum, q̃ defendunt aduersus istos catholicã fidẽ, uel sermonibus audierint, vel literis legerint, nescio. Quia & si inuenio a catholicis de hac re aliq̃d scriptum, nondũ contra istos fuerat ueritatis suscepta defensio, neq; id agebať ut eis rñderetur. Sed hoc dico tam manifestum esse s̃m scripturas sanctas originale pctm̃, atq; hoc dimitti lauacro regenerationis in paruulis, tãta fidei catholicæ antiquitate atq; authoritate firmatum, tã clare ecclesiæ celebritate notissimũ, ut quicquid de aĩæ origine cuiuslibet inquisitione uel affirmatione differiť, si ꝯ hoc sit, verum esse non possit. Qua p̃p̃ quisquis vel de aĩa, uel de quacũq; re obscura id astruit, vnde hoc quod uerisimum, fundatissimũ, notissimũ est destruat, siue sit ille filius, siue M inimicus Ecclesiæ, aut corrigendus est, aut cauẽdus. Sed hic sit huius uoluminis finis, ut aliud habeant quæ sequuntur exordium.

Libri tertij finis.

DIVI

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI.

contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium, Liber Quartus.

Cap. I.

POſt hæc quæ tractauimus quibusq; reſpondimus, eadē repetūt quorū redarguimus Epiſtolā, ſed diuerſo modo, Nā prius ea propoſuerāt nobis obiicientes, quę velut perperam ſentiamus, poſtea
A
uero quid ipſi ſentiant exponētes, eadem à cōtrario reddiderūt, addētes duo quæ iam quæ nō dixerāt. baptiſmū ſe dicere omnibus ętatis neceſſarium: & per Adam mortē ad nos trāſiſſe, nō crimina Quę ſuo loco & ipſa tractāda ſunt. Proinde quia ſuperiore libro, quem modo explicauimus, quinq; rerū eos obtendere obſtacula, diximus, in quibus eorum dogmata inimica gratiæ dei & catholicæ fidei deliteſcant, laude ſcilicet creaturæ, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude ſanctorū, cōmodius eſſe arbitror omnia quę defendūt, quorū cōtraria nobis obijciunt, gñatim diſtinguere, & quę illorum ad quid illorum quinq; pertineāt demōſtrare, ut dilucidior & probabilior ipſa diſtinctione poſſit eſſe nr̄a rn̄ſio.

Laudē creaturę, quod ad genus humanū attinet, unde nūc quæſtio eſt, his ſentētijs exequūtur, ꝙ naſcentium cōditor deus ſit,
Cap. 2.
filijq; hominum opus ſint dei, & peccatū omne nō de natura, ſed de volūtate deſcendat. Huic laudi creaturæ applicāt, quod oībus ętatibꝰ dicūt eſſe baptiſmū neceſſariū, vt ſcilicet illa creatura in dei filios adoptet, non ꝙ aliqd ex parētibus trahat, quod ſi lauacro regenerationis expiandū. Huic laudi adiūgūt, & ꝙ Chriſtū dominū nulla dicūt macula peccati fuiſſe reſpsū, q̄tū attinet ad eius infantiā, qa eius carnē ab omni pecca-
B
ti contagione purisſimam, nō excellētia ꝓpria & gratia ſingulari, ſed cōmunione naturæ, quæ oībus ineſt infantibus aſſeuerāt. Eo pertinet etiā ꝙ de animę origine inſerūt quæſtionem, ſic animæ Chriſti coæquare moliētes omnes animas paruulorū, quas volunt eſſe ſimiliter nulla peccati macula aſperſas. Propter hoc etiam dicunt ex Adā nihil mali tranſiſſe per cæteros, niſi mortē, quæ non ſemper eſt malū, inquiūt, cum & martyribus ſit cauſa præmiorū, & vel bonā vel malā mortē dicit faciat nō reſolutio corporū, quæ excitabūtur in omni genere hominum, ſed meritorū diuerſitas, quæ de humana libertate cōtingit. Hæc ſcribūt in hac epiſtola de laude creaturæ. Nuptias vero ſcd̄m ſcripturas laudant, qa dn̄s in euangelio loquit, Qui fecit ab initio, maſculū & fœminā fecit eos, & dixit, Creſcite &
Mat. 19
multiplicamini & replete terram. Quanuis
Gene. 1.
hoc nō in eo loco euāgelij, ſed tn̄ in lege ſit ſcriptū. Addūt etiā. Quod ergo deus coniūxit, homo nō ſeparet. Quæ verba euange-
Mat. 19
lica agnoſcimus. In laude legis dicūt veterē legē ſcd̄m Apoſtolū iuſtā & ſanctā, & bonā cuſtodientibus mandata, ac ꝑ fidē iuſte viuentibus, ſicut Prophetis & Patriarchis omnibusq; ſanctis vitam potuiſſe cō-
C
ferre perpetuā. In laude liberi arbitrii dicūt liberum arbitrium nō periiſſe, cū loquatur dn̄s per Prophetam, Si volueritis & audieritis me, quæ bona ſunt terræ edetis: ſi no-
Esaiæ. 1.
lueritis & nō audieritis, gladius vos comedet. Acꝰ ꝑ hoc & gratiā vniuſcuiuſq; bonū propoſitū adiuuare, nō tn̄ reluctāti ſtudiū virtutis immittere, qa ꝑſonarum acceptio nō eſt apud deū. Laude ſanctorū ſeſe cōte-
Rom. 12.
gūt, dicentes babtiſma ꝑfecte homines innouare. Siquidem Apoſtolus teſtis ſit, q ꝑ lauacrū aquę Eccleſiā de gētibus ſanctam fieri immaculatamq; teſtatur, Sāctū quoq; ſpūm mētes bonas in antiqs adiuuiſſe tꝑibus, dicēte Propheta ad deū, Spūs tuus bo-
Ephe. 8.
nus deducet me in viam rectā. Oēs quoq;
Psal. 142
Prophetas & Apoſtolos uel ſanctos tā noui q̄ veteris teſtamenti, quibus dn̄s teſtimoniū ꝑhibet, nō in cōparatione, ſceleratorū, ſed regula uirtutum iuſtos fuiſſe, in futuro autē tꝑe mercedē eſſe tā bonorū q̄ malorum. Cæterum neminē poſſe quæ hic contēpſerit illic mādata perficere, quia dixerit Apoſtolus, Oportet nos manifeſtari ante tribunal Chriſti, ut reportet unuſquiſq;
1. Co. 5
D
ꝓpria corporis ſcd̄m qd̄ geſſit, ſiue bonū, ſiue malum. In his omnibus quicquid dicūt de laude creaturæ atq; nuptiarum, ad hoc referre conant̄, ut non ſit originale pctm̄. Quicqd de laude legis & liberi arbitrii, ad

hoc, ut gratia non adiuuet nisi meritū, ac sic gr̄a iā non sit gr̄a. Quicquid de laude sanctorū, ad hoc, vt vita mortalis in sanctis videat nō habere peccatum, nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis suis precari deum.

Liberum arbitriū. Cap. 3.

mus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis nõ est. Si aũt cõfessi fuerimus pc̃tã nr̃a, fidelis & iustus est qui nobis pc̃tã dimittat. Merito & ad Quirinũ de hac re, absolutissimam sentẽtiã suã ꝓposuit, cui testimonia diuina subiũgeret, neminẽ sine corde & sine pc̃tõ esse, vbi ẽt illa testimonia posuit, qb. cõfirmat̃ originale pc̃tm̃, q̃ conat̃ isti in nescio quos alios nouos sẽsus prauosq; cõuertere. Si ue ꝙ ait sãctus Iob Neminẽ eẽ sine sorde, nec cuius sit vita diei uni⁹ sup terrã: siue ꝙ in Psalmo legit̃, In facinore cõcept⁹ sũ, & in peccatis me mater mea in utero aluit. Quib⁹ testimoniis p p eos ẽt q iã in ẽta te maiori sũt sancti, qa nec ipsi sũt sine sorde atq; pc̃tõ, adiũxit ẽt illud beatissimi Ioãnis, qđ multis & aliis locis sæpe cõmemorat, Si dixerimus qa pc̃tm̃ nõ habemus, & cætera eiusdẽ sẽtẽtiæ, q̃ ab omnibus catholicis nõ tacẽtur aduersus istos, q seipsos decipiũt, & in eis veritas nõ est. Dicãt si audent Pelagiani hũc hominẽ dei, Manichæorũ errore ꝑuersũ, qa ita laudat sanctos, vt tñ fateat̃ neminẽ in hac uita ad tãtã ꝑfectionẽ ꝑuenire iustitiæ, vt nullũ habeat omnino pc̃tũ, sẽtentiã suã testimoniorum canonicorũ ꝑspicua veritate & diuina authoritate cõfirmans. Nunquid.n. negat in baptismo vniuersa pc̃tã, dimitti, qa fatetur manere fragilitatẽ atq; infirmitatẽ, vnde nos dicit peccare post baptismũ & vsq; in huius vitæ finẽ cũ carnalibus vitijs indesinenter habere cõflictũ? Aut ideo nõ meminerat, qd de immaculata Ecclesia dixisset Apostolus, qa prꝯcepit neminẽ sic sibi de puro atq; immaculato pectore debere blãdiri, vt innocẽtia sua fretus, medicina nõ putet adhibẽdã esse vulneribus? Puto ꝙ cõcedãt noui hꝯretici huic homini catholico, scire spiritũ sanctũ mentes bonas etiã antiqs tẽporibus adiuuisse, imo etiã, qđ ipsi nolunt, nec mentes bonas eos nisi p spm̃sãctũ habere potuisse Puto ꝙ oẽs ꝓphetas & Apostolos vel quoslibet sãctos, qui domino quocũque tp̃e placuerũt, nõ in cõparatione sceleratorũ, sicut nos isti dicere calumniant̃, sed regula virtutũ, sicut se dicere gloriãtur iustos fuisse nouerat Cyprianus, q tamẽ dicit, Nemo esse sine pc̃tõ potest: & quisquis se inculpatũ dixerit, aut superbus, aut stultus est. Nec p p aliud intelligi scriptũ, Quis gloriabit̃ castũ se habere cor, aut quis gloriabitur mundũ se esse a peccatis? Puto ꝙ non ab istis docendus fuerat Cyprianus, quod optime sciebat, in futuro tp̃e mercedẽ esse bonorũ operũ, malorũ aũt supplicium, cæterum neminẽ posse, quæ hic contempserit mandata perficere, & tamen ipsum Apostolum Paulum mandatorum diuinorũ nõ utiq; cõtẽptorẽ, non ob aliud intelligit asseritq; dixisse, Mihi uiuere Xp̃s est, & mori lucrum, nisi quia lucrũ maximũ cõputabat iam post hanc uitã secularibus laqueis nõ teneri, iã nullis peccatis & vitijs carnis obnoxiũ fieri. Sẽsit ergo beatissimus Cyprianus, atq; in diuinarum scripturarum ueritate perspexit, etiã ipsorũ Apostolorum quanuis bonã sanctã iustãque vitam, nõnullos nexus secularibus laqueorum nisi fuisse perpessam nonnullis peccatis & uitiis carnis obnoxiam, & ideo eos mortẽ desiderasse, vt his malis carerẽt, & vt ad illã, quæ ista nõ pateretur, nec iam in mandato faciẽda, sed in premium percipienda esset, perfectã iustitiam ꝑuenirẽt. Neq; enim cum uenerit quod oramus dicentes, Adueniat regnũ tuum, non erit in illo dei regno ulla iustitia, cũ dicat Apostolus, Non enim regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiũ in spũ sancto. Nempe ista tria inter cætera præcepta diuina præcipiuntur. Hic nobis præcipit̃ iustitia cũ dicitur, Facite iustitiã, Præcipitur pax cũ dicitur, Pacẽ habere inter uos. præcipitur gaudium cum dicitur, Gaudete in dño semꝑ. Negẽt ergo Pelagiani hæc futura in regno dei, ubi sine fine uiuemus, aut usque adeo si uidetur insaniãt, ut iustitiam, pacem, gaudiũ, qualia sunt hic iustis, talia & illic futura esse contendãt. Quod etsi erunt, & nõ talia erunt, ꝑfecto eorũ hic in præcepto curãda est actio, illic in p̃mio speranda perfectio, vbi sæcularibus vllis laqueis non erũt retẽti, nullisq; peccatis & vitiis carnis obnoxij. Propter qđ Apostolus, sicut hoc testimoniũ accepit Cyprianus, mori lucrũ sibi esse dicebat, Perfecte diligimus deum, cuius erit facie, ad faciẽ cõtẽplatio. Perfecte diligemus & ꝓximũ, cũ manifestatis cogitationib⁹ cordis nulla ullũ de ullo mali ullius possit sollicitare suspitio.

Sed et iã gloriosissimo martiri Cypriano ad

Marginalia: M — *Iob.* 5. — *Ps.* 50. — *Eph.* 5. — A — *Pro.* 20. — B — *Phili.* 1. — *Matt.* 6. — *Ro.* 14. — *Esai.* 56. — *Marc.* 9. — *Phili.* 4. — C — *Phil.* 1. — *Ambrosij testimonia.*

ad iſtos cumulatius redarguẽdos beatiſſimũ addamus Ambroſium, qm̃ & ipſum Pelagi⁹ ita laudauit, vt ne ab inimicis quidẽ in eius libris quod reprehenderet, diceret inueniri. Qm̃ ergo Pelagiani dicunt, non eſſe originale peccatũ, cum quo naſcãtur infantes, & catholicis qui eis pro antiquiſſima Eccleſiæ fide reſiſtũt hæreſis Manichææ crimẽ obijciũt

D

Reſpondeat eis de hac re hõ dei catholicus, & ab ipſo Pelagio in veritate fidei laudatus Ambroſius, q cũ Eſaiã prophetã exponeret, ait, Idcirco Xp̃s immaculatus, quia nec ipſa quidẽ naſcendi ſolita conditione maculat⁹ eſt. Et alio loco in eodẽ ope, loquẽs de Apoſt. Petro. Ipſe ſe, inquit, obtulit quod ante putabat eſſe peccatum, lauari ſibi non ſolũ pedes ſed & caput poſcens, ꝙ illico intellexiſſet lauacro pedum, qui in primo lapſi ſunt homine, ſordẽ obnoxiæ ſucceſſionis aboleri. Item in eodẽ opere, Seruatũ eſt igitur, inqt, vt ex viro & muliere, id eſt, per illã corporũ commixtionẽ nemo videatur expers eſſe delicti, qui aũt expers eſt delicti, expers etiam huiuſmodi cõceptionis. Itẽ cõtra Nouatianos ſcribens, Oẽs hoĩes, inquit, ſub pc̃tõ naſcimur, Quorum ipſe ortus in vitio eſt, ſicut habes lectum dicente Dauid, Ecce. n. in iniquitatib. conceptus ſum, & in delictis peperit me mr̃ mea. Itẽ in apologia Prophetæ Dauid. Anteq̃ naſcamur, inquit, maculamur cõtagione, & ante vſurã lucis, originis ipſius excipim⁹ iniuriã, in iniquitate concipimur. Itẽ de dño loquens, Dignũ etenim fuit, inquit, vt q non erat habiturus corpore peccatũ prolapſionis nullũ ſentiret generationis naturale cõtagiũ. Merito ergo Dauid flebiliter in ſe deplorauit ipſa inquinamenta naturæ, & ꝙ prius inciperet in homine macula q̃ vita, Itẽ de arca Noe, Per vnum igitur, inquit, dñm Ieſum ſalus ventura nationibus declaratur, qui ſolus potuit iuſtus eſſe, cũ generatio oĩs erraret, niſi eſſet natus ex virgine, qui generationis obnoxiæ priuilegio minime teneretur. Ecce inqt, in iniquitatibus cõceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea, dicit is q iuſtus præ cæteris putabatur. Quẽ igitur iam iuſtũ dixerim, niſi horũ liberũ vinculorũ, quẽ naturæ cõmunis vincula nõ teneant? Ecce vir ſanctus, Pelagij quoq; teſtimonio in fide catholica probatiſſimus, Pelagianos negantes originale peccatũ tãta manifeſtatione redarguit, nec tñ cũ Manichæis vel deũ naſcenriũ conditorẽ negat, vel nuptias quas deus inſtituit & bene dixit, accuſat. Pelagiani dicũt ab homine incipere meritũ p liberũ arbitrium, cui deus ſubſequẽs gratię retribuat adiumẽtũ. Etiã hic eos refellat venerandus Ambroſius dicẽs in expoſitiõe Eſaiæ pphetæ, Quia humana natura ſine diuina ope imbecilla ẽ, ad medendũ deũ auxiliatorẽ requirit. Itẽ in libro qui inſcribitur de fuga ſeculi, Frequẽs nobis inquit, de effugiendo ſeculo iſto ſermo, atq; vtinã q̃ facilis ſermo, tam cautus & ſolicitus affectus. Sed quod peius eſt, frequẽter irrepit terrenarũ illecebra cupiditatum & vanitatũ offuſio mẽtẽ occupat, vt quod ſtudeas vitare, hoc cogites animoq; voluas. Qđ cauere difficile eſt homini, exuere aũt impoſſibile. Deniq; voti magis eã eſſe rẽ q̃ effect⁹, teſtatur Propheta dicendo, Declina cor meũ in teſtimonia tua & non in auaritiã. Nõ. n. in ptãte noſtra eſt cor nr̃m & noſtræ cogitationes; quæ improuiſo offuſæ mentẽ animũque confundunt, atq; alio trahunt q̃ tu propoſueris. Ad ſecularia reuocant, mundana inſerunt, voluptaria ingerunt, illecebroſa intexunt, ipſoq; in tpe, quo eleuare mentem paramus, inſertis inanib. cogitationib. ad terrena plerunque deijcimur. Quis aũt tam beat⁹ qui in corde ſuo ſemper aſcendat? Sed hoc ſine auxilio diuino, qui fieri põt? Nullo profecto modo. Deniq; ſupra eadẽ ſcriptura dicit, Beatus vir cuius eſt auxilium eius abs te domine, aſcenſus in corde eius.

Pſal. 50.

E

Ambroſ. in apologia Dauidica, capite 11.

F

Am. in li. fug. culi.

Pſ.

Quid aptius & ſufficientius dici põt? Sed ne Pelagiani forte rñdeant, eo ipſo quo diuinũ auxiliũ poſſit præcedere hominis meritũ, idipſum meritũ eſſe dicentes, qa orãdo fit dignus, cui gr̃a diuina ſubueniat, attẽdãt qd idem vir ſanctus dicat in expoſitione Eſaiæ. Et orare Deum, inqt, gr̃a ſpiritalis eſt. Nemo. n. dicit dñm Ieſum, niſi in ſpũ ſancto. Vnde & exponẽs Euangeliũ ſm Lucam. Vides vtique, inquit, qa vbique dñi virtus ſtudijs cooperatur humanis, vt nemo poſſit ædificare ſine domino, nemo cuſtodire ſine dño, nemo quicquam incipere ſine domino. Nunquid quoniam hæc dicit vir tantus Ambroſius & gratiam dei ſicut filio promiſſionis conguit, grata pietate commendat, ideo deſtruit

G

I. C

liberum

liberũ arbitriũ, aut eam vult intelligi grãm,
quã diuersis locutionibus Pelagiani nolunt,
nisi legẽ videri, vt videlicet non ad faciendũ
H qđ cognouerimus, sed ad agnoscendũ quid
faciamus nos, deus adiuuare credatᷣ? Si hoc
istum hominẽ dei sapereexistimant, q̱d de ip
sa lege dixerit, adiuuant in libro de fuga se-
culi, Lex, inquit, os omniũ potuit obstruere,
non posuit mentẽ conuertere. Itẽ alio loco
in eodẽ libro, Lex, inquit, factum dãnat, non
aufert malitiã. Videant fidelẽ & catholicum
virũ Apostolo consentire dicenti, Scimus au
tem, quia quæcunq; lex loquitur, his qui in
lege sunt loquitᷣ, vt oẽ os obstruatᷣ, & re⁹ fiat
oĩs mundus deo, q̱a nõ iustificabitᷣ ex lege,
oĩs caro corã illo. Ex hoc.n. Apostolico sen
su illa sumpsit & scripsit Ambrosius. Iã vero
qm̃ Pelagiani dicunt, iustos in hac vita ideo
vel esse vel fuisse, qui sine ullo pc̃tõ vixe-
rũt, intantũ vt vita futura, q̃ in præmio spe-
randa est, ꝓuectior & ꝑfectior esse non pos-
sit, ẽt hic eis rñdeat, eosq; refutet Ambrosi⁹,
Nã exponẽs Esaiã prophetã ꝑꝑ id quod scri
ptum est, Filios genui & exaltaui, ipsi aũt me
I spreuerunt; suscepit de generationib. quæ ex
deo sunt disputare, atq; in ipsa disputatione
cõmemorauit testimoniũ Ioãnis, vbi ait. qui
natus est ex deo, non peccat. Et eandẽ q̃õnẽ
difficillimã tractans, Cũ in hoc mundo, in-
quit, nullus sit, qui immunis sit a pc̃tõ, cum
ipse Ioannes dicat, Si dicimus, quia nõ pec-
cauimus, mendacẽ facimus illum, si autẽ ex
deo nati non peccant, & de his intelligimus
qui in mundo sunt, innumeros necesse est ę-
stimemus, qui ꝑ lauacri regenerationẽ Dei
grãm cõsecuti sunt, Sed tñ cũ dicat Prophe-
ta, Omnia a te expectant, vt des illis cibũ in
tempore, dãte te his, colligẽt sibi: Aperiente
manũ tuã, vniuersa implebuntur bonitate:
Auertente autẽ te faciem, turbabuntur, aufe
res spũm eorũ, & deficient, & in puluerem
suũ conuertentur, Emittes spũm tuũ & crea-
buntur, & innouabis faciẽ terræ, possunt nõ
de quocunque tempore videri dicta, sed de
futuro, quo erit noua terra & nouũ cœlum
Turbabuntur ergo vt principium sumant,
atque aperiente te manũ tuam implebuntur
vniuersa bonitate, quæ non facile huius se-
culi est. Nam de hoc seculo scriptura quid di
cit? Non est qui facit bonitatem, non est vsq;
ad vnum. Si igitur diuersæ generationes sũt,
& hic introitus in hãc vitam receptor est de
lictorum, intantum vt spernatur etiam ipse
qui genuit, alia autem generatio peccata nõ
recipit, videamus ne qua sit post huius vitæ K
curriculum nostra regeneratio, de qua dictũ
est, In regeneratione cum sederit filius ho- *Mat. 19*
minis in throno gloriæ suæ. Sicut enim rege
neratio lauacri dicitur, per quam detersa pec
catorum colluuione renouamur, ita regene
ratio dici videtur, per quam ab omni corpo-
reæ concretionis purificati labe, mundo ani
mæ sensu in vitam regeneramur ęternã, eo
qđ purior quædam qualitas sit regeneratio-
nis q̃ lauacri istius, vt nõ solum in actus ei⁹,
sed ne in ipsas quidem cogitationes nostras
aliqua cadat suspitio peccatorum. Item alio
loco in eodem opere, Videmus, inquit, im-
possibile esse, vt perfecte quis immaculatus
esse possit in corpore constitutus, cum etiã *Phili. 3.*
Paulus impetfectum se dicat, sic enim habet,
Non ꝙ iam acceperim, aut iã perfectus sim.
Et tamen post paulum ait, Quicunque ergo
perfecti sumus. nisi forte quia est perfectio
alia in hoc mundo, alia post hanc vitam. Il-
lud perfectũ de quo dicit ad Corinthios. Cũ *1.Co. 15*
venerit quod perfectum est: & alibi, Donec *Ephe. 4.* L
occurramus omnes in vnitatem fidei & agni
tionem filij dei in virum perfectum, in men
suram ætatis plenitndinis Christi. Vt ergo ꝑ
fectos secum multos ait Apostolus in hoc
mundo sitos, qui si ad perfectionẽ veram re-
spicias, perfecti esse non poterant, quia ipse
dixit, Videmus nunc per speculum in ęnig- *1.Co. 13*
mate, tunc autem facie ad faciem. Nunc co-
gnosco ex parte, tunc autem cognoscam si-
cut & cognitus sum, ita & immaculati sunt
in hoc mũdo, & immaculati erunt in regno
dei: cum vtiq; si minutias discutias, immacu
latus esse nemo possit, quia nemo sine pecca
to. Item in ipso, Videmus, inquit, dũ in hac
viuimus vita quòd nos mundare debemus,
& quærere deum & incipere ab emundatio
ne animæ nostræ, & quasi fundamenta con-
stituere virtutis, vt peefectionem purifica-
tionis post hanc vitã mereamur adipisci. Itẽ *Rom. 7.*
que in ipso, Grauatus aũt & ingemiscẽs, in-
quit, q̱s non loquatᷣ, Infœlix ego hõ, q̱s me
liberabit de corpore mortis huius? Ita eodẽ
magistro omnes varietates interpretationis

absoluimus. Nã si omnis infœlix q̃ e corporis implicatũ molestijs recognoscit, vtique omne corpus infœlix, neq; enim fœlicẽ dixerim illũ, q cõfusus q̃buidã mẽtis suę tenebris cõditionẽ suã nescit. Illud quoque nõ absurdum ad intellectũ accessit. Si enim homo qui se cognoscit, infœlix est, infœlices profectò omnes, q̃a vnusquisq; suã infirmitatẽ, aut per sapiẽtiã recognoscit, ut p insipientiã nescit. Idẽ in libro de bono mortis, Operetur, inquit, mors in nobis, ut operet & vita bona, uita post mortem: hoc est bona uita post victoriam, bona vita absoluto certamine, vt iam lex carnis, legi mentis repugnare nõ nouerit, vt iã nobis nulla sit cum corpore mortis cõtentio. Rursus in eo dẽ. Ergo, inq̃, q̃a iusti hanc remunerationẽ habẽt, vt videant faciem dei, & ut lumẽ quod illuminat omne hominẽ, ab hinc induamus huiusmodi studium, vt appropinquet anima nostra deo, adhæreat illi desiderium nostrũ, nõ separemur ab eo. Et hic quidem positi meditando, legẽdo, quærẽdo copulemur deo, cognoscamus eum, vt possumus. Ex parte enim hic cognoscim⁹, q̃a hic imperfecta, illic perfecta omnia, hic paruuli illic robusti. Videmus, inq̃t, nunc p speculũ in ænigmate, tũc autẽ facie ad faciem. Tũc reuelata facie gloriam domini specular licebit, q̃ nũc animæ corporis huius cõcretis visceribus inuolutę, & q̃buſdã carnis huius maculis & colluuionibus obũbratæ, sincere videre, non pñt. Quis.n. inquit, videbit vultũ meũ & viuet? Et recte, Nã si solis radios oculi nostri ferre nõ possunt & si q̃s diutius è regione solis intẽderit, cęcari solere phibet. Si creatura creaturã sine fraude atq; offẽsione sui nõ põt intueri, qũo potest sine piculo sui vibrãtem cernere vultũ creatoris ęterni, c.pis huius optus exuuiis? Quis.n. iustificat in cõspectu dei, cũ vnius quoq; diei infans mundus esse nõ possit, & nemo possit de s[u]i cordis integritate & castim onia gloriari.

Ambrosius de bono mortis, capit. 3.
De bono mortis, capit. 11
Ioan. 1.
1. Co. 13
Exo. 33.
Iob. 25.

Cap. 12.

Nimis lõgũ erit si omnia velim commemorare, quæ sanctus Ambrosius aduersus hãc hæresim Pelagianorũ tãto post exortã, nõ eis quidem respõdẽs, sed prædicãs catholicã fidẽ, atq; in ea homines ædificãs dixit & scripsit. Sed nec illa omnia cõmemorare potui vel debui, quæ gloriosissimus in domino Cyprian⁹ posuit in Epistolis suis, q̃bus demõstrat, qũo sit hæc q̃ tenemus fides, uera uereq; Christiana atque catholica, sicut p scripturas sãctas antiq̃tus tradita, sic à patribus nostris, & usque ad hoc tẽpus, quo isti eã cõuellere tẽtauerũt, retẽta atque seruata, & deinceps ꝑpitio deo retinẽda atque seruanda. Nã sic Cypriano & à Cypriano tradita hęc atque huiusmodi ex eius literis testimonia ꝓlata testãtur, Sic autẽ usque ad tẽpora nostra seruata, ea quæ de his rebus anteq̃ isti ebullire cœpissẽt. Ambrosius conscripsit, ostẽdũt, & ꝙ eorũ ꝓphanas nouitates catholicæ aures quæ ubiq; sunt, horruerũt, sic porrò deinceps esse seruãda, satis salubriter istorum partim damnatio, partim correctio declarauit. Quodlibet.n. mutire audeãt aduersus sanã fidẽ Cypriani & Ambrosii, nõ eos puto in tã magnũ ꝓrupturos furorẽ, ut memoratos & memorabiles homines dei audeãt dicere Manichæos. Quid est ergo qđ rabiosa mẽtis cæcitate nunc iactant toto penitus Occidẽte, nõ minus stultũ q̃ impiũ dogma susceptũ? Quãdoq; dẽ domino miserãte suãq; Ecclesiã misericorditer gubernãte, sic uigilauit catholica fides, ut nõ minus stultũ q̃ impiũ dogma, quẽadmodũ Manichæorũ, ita etiã nõ susciperet istorũ. Ecce sancti & docti uiri fama totius Ecclesiæ contestante catholici, & creaturã dei, & nuptias ab illo institutas, & legẽ p sãctũ Moysen datã, & liberũ arbitriũ naturę hoĩs insitũ, & sanctos Patriarchas & Prophetas debitis ac cõgruis prędicationib. laudant, quæ omnia inique Manichæi, partim negãdo, partim ẽt detestãdo cõdemnãt. Vnde apparet istos doctores catholicos lõge à Manichæorũ sẽsibus alienos, tñ asserũt originale peccatũ, asserunt gratiã dei super liberũ arbitriũ, omne antecedere meritũ, ut uere gratuitũ diuinũ præbeat adiutoriũ. Asserũt sanctos ita iuste ĩ hac carne uixisse, ut eis esset necessariũ, quo dimittuntur quotidiana peccata, orationis auxiliũ, perfectãq; iustitiã, quæ nõ possit habere peccatum, in alia uita futurã eis, q iuste hic uixerũt præmium. Quid est ergo ꝙ dicunt de simplicibus Episcopis, sine congregatione synodi in locis suis sedẽtib⁹ extorta subscriptio ẽt?

Nunquid beatissimis & in fide catholica ex cellentissimis viris Cypriano & Ambrosio ante istos, aduersus istos extorta subscriptio est, qua eorũ impia dogmata tãta manifestatione subuertunt, vt quæ contra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possimus? Aut vero cõgregatione synodi opus erat, vt aperta pernicies damnaretur quasi nulla heresis aliq̃do nisi synodi cõgregatione damnata sit cũ potius rarissimę inueniantur, ꝓpter quas damnandas necessitas talis extiterit, multoq́; sint atq; incõparabiliter plures, q̃ vbi extiterũt, illic improbari damnariq́; meruerũt, atq; inde ꝑ cæteras terras deuitãdæ innotescere potuerũt. Verũ istorũ suꝑbia, quæ tãtũ se extollit aduersus deũ, vt nõ in illo velit, sed potius in libero arbitrio gloriari, hãc etiã gloriã captare intelligitur, vt ꝑ ꝑ illos Oriẽtis & Occidẽtis synodus cõgreget. Orbẽ quippe catholicũ, qm̃ dño eis resistẽte ꝑuertere nequeũt, saltẽ cõmouere conantur, cũ potius vigilãtia & diligẽtia pastorali post factũ illis cõpetẽs, sufficiẽs q́; iudiciũ vbicũq; isti lupi apparuerint, cõterendi sint, siue vt sanẽtur atq; mutẽtur, siue, vt ab aliorum salute atque integritate vitentur, adiuuante pastore pastorũ, q ouẽ ꝑditã & in paruulis q̃rit, q oues sanctas & iustas gratas facit, q eas quãuis sanctificatas & iustificatas, tñ in ista fragilitate atq; infirmitate ꝓ quotidianis peccatis, sine quibus hic non viuitur, etiam cum bene viuitur, quotidianam remissionem, vt petant prouidenter instruit, & petentes clementer exaudit.

Libri quarti finis.

REDDIT CAVSAM QVVR denuo respondeat Iuliano.

BEatissimo fratri, & coepiscopo Claudio, Augustinus in dño salutẽ. Qm̃ mihi fraterno excitatus affectu Iuliani quatuor libros, quos aduersus vnũ meũ scripsit, priusquã peterẽ, ipse misisti, nihil cõueniẽtius putaui esse faciẽdũ, q̃ vt ea quę rñdeo, potissimũ tu legẽs iudices, vtrũ recte cõgruẽterq́; rñderim. Nã de his quatuor libris nõnulla decerpta scripserat nescio q̃s, ad Illustrẽ & religiosũ virũ, comitẽ Valeriũ aduersus eũdẽ librũ meũ, quẽ me aduersus illũ scripsisse cognouerat, q̃ cum in manus meas eodẽ sublimi viro curãte venissent, illi primo nõ distuli ſm volumẽ adiungere, in quo illa omnia sicut potui refutaui. Sed nũc cũ eosdẽ libros diligẽtius inspicerẽ, cõperi illũ q nõnulla ĩde se legerat, nõ oĩa ita posuisse, vt in his libris legũtur. Vñ videri poterit Iuliano, vel cuilibet illorũ me potius fuisse mẽtitũ, q̃a nõ vtiq; sicut hi quatuor libri, ita illa q̃ de his excerpta, & memorato comiti missa sunt, innotescere potuerũt. Quisq̃s ergo & illũ ſm librũ meũ ad comitẽ identidẽ Valẽriũ sicut primũ cõscriptũ legit, nouerit me in q̃busdã nõ rñdisse Iuliano, sed ei potius q de libris eius illa selegit, & nõ ita posuit, vt inuenit, sed aliquãtũ putauit esse mutãda, fortasse vt eo mõ quasi sua faceret, quę aliena esse cõstaret. Nũc ãt veriora credens exẽplaria, q̃ tua sanctitas misit, ipsi authori video rñdẽdũ, q vnũ meũ quatuor libris suis refellisse se iactat, & vsquequaq; spargere fidei venena nõ cessat. Aggressus sũ igit̃ hoc opus in adiutorio saluatoris pusillorũ atque magnorũ, & scio te vt id implerẽ orasse pro me, & pro ijs q̃bus huiuscemodi labores nostros ꝓfuturos credimus & optamus. Attende ergo iam rñsionẽ meã, cuius principium hanc epistolam subsequetur. Vale in domino memor nostri beatissime frater.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, cõtra Iulianũ, Liber Primus.

Cap. I.

COntumelias tuas & verba maledicta Iuliane, quę ardens iracundia libris quatuor anhelasti, si me contemnere dixero, mentiar. Quõ enim possum ista contẽnere, vbi testimoniũ conscientiæ meæ cogitans, vel gaudere me video debere ꝓ me, vel dolere ꝓ te, & pro eis q decipiũtur abs te? Quis aũt contẽnat siue exultationis suæ materiam, siue mœroris? Nam vnde partim lætamur, partim contristamur, nulla ratione contemnimus. Meorum quippe causa gaudiorum est promissio domini dicentis. Cum dicunt omne malum aduersum vos mentientes propter me gaudete & exul

Matt. 5.

tate qm̃ merces vestra multa est in coelis. Et rursus mei causa mœroris est Apostoli affectus vbi lego, Quis infirmatur & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur, & ego non vror? Sed hęc pro tuo dogmate, qđ veritatẽ putas, ẽt tu potes dicere, Auferamus itaq; de medio si placet, ista cõia quæ dici ex vtraq; parte possunt, quãuis veraciter ex vtraq; parte dici non possunt. Primũ abs te quæro, cur libro meo saltẽ specietenus te rñdisse glorieris, cũ tuis libris quatuor vnius mei partem nec quartã repræhendẽdo tetigeris, eosq; saltus in prætereundis meis disputationibus feceris, quasi omnino desperares vtriusq; operis, & mei s. & tui quenq̃ esse posse lectorẽ, q̃ ista deprehenderet? Deniq; ẽt pauca ipsa, in q̃bus vix est, vt dixi, quarta pars voluminis mei, quæ velut infirmiora existimans, quatuor tuorũ grandiorum voluminũ strepitu, quasi quadrigarũ impetu ꝓsternere & conculcare molitus es, cõsideratione multo pluriũ cæterorũ, quæ attingere timuisti, inconcussa manere mõstrãtur. Quod oñdere penè superfluũ est. Admonẽdi.n.sunt potius, qui hoc nosse desiderãt, vt nõ eos pigeat vtrũq; legere, & quod scripsi, & quod rñdere voluisti, Ita.n.fere res ipsa declarat atq; indicat, vt nimiũ tardi sint, qui hoc a nobis postulent demonstrari. Nunc ergo quia video te a veritate desertũ, ad maledicta esse conuersum, ita distribuam disputationẽ meã, vt ostendam prius quãtis & qualibus Ecclesiæ catholicæ doctoribus nomine Maniheorũ intolerabilẽ facere nõ cũcteris iniuriã, & cum me appetis, in quos tela sacrilega iaculeris. Deinde mõstrabo, ꝙ tu ipse sic adiuuas Manichæorum damnabilem & nefandæ impietatis errorem, vt nullũ talem patronũ nec in suis dilectoribus valeãt inuenire. Tertio loco q̃tũ breuiter potuero sentẽtijs non meis, sed eorũ q̃ fuerũt añ nos, & aduersus impios fidẽ catholicã defenderunt, inanes argutias tuas & elaborata argumẽta conuincã. Postremo quoniã si te non correxeris, necesse tibi erit etiam illos Ecclesiæ catholicæ oppugnare doctores, atque cõtendere, nec ipsos in hac quęstione catholicam tenuisse veritatem, defendam contra te deo adiuuante & ipsorum & nostram fidem, vbi etiam id poterit apparere, non solum tu verbis tuis, quod secũdo loco me demõstraturũ esse ꝓmisi, sed ipsũ dogma Pelagianũ, quod cõe est omnibus vobis, quantum adiuuet Manichæos.

1.Co.11 — H — I — *Distributio operis*

Primã itaq; partem distributionis meæ, quemadmodũ exequar parũ ꝑ aduerte. Nẽpe inter nos, quantũ attinet ad intẽtionẽ libri mei, cui te respõdisse quatuor tuis factas ista vertitur quæstio, ꝙ ego dico sic nuptias esset laudãdas, vt nullo mõ ad eorũ culpam vituperationẽq; ꝑtineat, ꝙ oẽs hoĩes primorũ illorũ hominũ peccato nascant̃ obnoxij. Hoc.n.q̃ negat ipsa Christianæ fidei subuertere firmamẽta conatur. Hinc quippe factũ est, vt de nuptijs & concupiscientia librum scriberẽ, nuptiarũ scilicet bonũ discernens ab eo malo, vnde trahitur originale peccatũ. Tu autẽ dicis nuptias sine dubitatione damnari, nisi quod ex eis nascitur, ab omni sit liberũ obligatione peccati. Propter quod libris quatuor te vnũ meũ refutasse gloriaris. In quibus libris volens homines auertere à fide catholica fundatissima, & ad nouitatem vestri erroris adducere, sæpe incutis legentium sensibus Manichæę pestis erorem, qua si malum naturale cum Manichæis sapiat, q̃ dicit infantes secundũ Adam carnaliter natos, contagiũ mortis antiquæ prima natiuitate contrahere, & ob hoc secunda indigere, vt per lauacrum regenerationis prius peccati originalis remissione purgentur, & in dei filios adoptati in regnũ vnigeniti trãsferãtur, Hoc de Manichæorum nomine & crimine faciebat ẽt Iouinianus, negans Mariæ sanctę virginitatem, quæ fuerat dũ conciperet, ꝑmansisse dum pareret, tanq̃ Christum cũ Manichæis phantasma crederemus, si matris incorrupta virginitate deceremus exortum. Sed in adiutorio ipsius saluatoris, sicut spreuerunt catholici velut acutissimũ, qđ Iouinianus exeruerat argumentum, & nec sanctã Mariã pariẽdo fuisse corruptã, nec dominum phantasma fuisse crediderunt, sed & illam virginem mansisse post partum, & ex illa tamen verum Christi corpus exortum, sic spernent vestra calumniosa vaniloquia, vt neque cum Manichæis astruant mali naturale principium, & secundum antiquam, & veram Catholicam fidem nullo modo dubitent Christum, in euacuando chirographo paterni debiti liberatorem credere

K — C — L

dere paruulorū. Sed tu qui tam crebro nobis Manichæorū nomen opponis, quos & quales viros & quantos fidei catholicæ defensores tā execrabili criminatione appetere audeas si euigilas intuere. Nō q̄dē omnium de hac re sententias, nec oēs eorū, quos cōmemorabo, me congregaturū esse polliceor, qa nimis longū est, & necesse esse non arbitror, sed ponā pauca paucorū, quib. tñ nostri contradictores cogant erubescere & cedere, si vllus in eis vel dei timor, vel hominū pudor tātū malū ꝑuicaciæ superauerit. Irenæus Lugdunēsis Eps, non longe a tꝑibus Apost. fuit: Iste ait, nō aliter saluari homines antiqua serpentis plaga nisi credant in eum, qui ẜm similitudinē carnis peccati in ligno martyrij exaltatus a terra, & oīa traxit ad se, & viuificauit mortuos. Itē idem ipse, Quemadmodū astrictū est, inquit, morti genus humanū per virginē, soluatur per virginē, æqua lance disposita virginalis inobedientia ꝑ virginalem obedientiā. Adhuc.n. protoplasti pc̄tō ꝑ correptionē primogeniti emendationem accipiente, serpentis prudētia deuicta ꝑ simplicitatē columbæ, vinculis illis resoluti sumus, ꝑ quæ allegati eramus morti. Videsne antiquū hominē dei, quid de antiqua serpētis plaga sentiat? Quid de similitudine carnis peccati, ꝑ quā sanatur plaga serpētis in carne pc̄ti? Quid de protoplasti pc̄tō, per quod alligati fueramus? Multo aūt apertius de eadem fide beatissimus martyr & Eps Cyprianus. Si homines, inquit, impedire aliquid ad consecutionē gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu possent impedire pc̄tā grauiora. Porrò aūt si grauissimis delictoribus & in deū multo ante peccantibus, cū postea crediderint remissio pc̄torū datur, & a baptismo atq; grā nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recēs natus nihil peccauit, nisi ꝙ ẜm Adam carnaliter natus, contagiū mortis antiquæ, prima natiuitate contraxit? Qui ad remissionē peccatorū accipiendā hoc ipso facilius accedit, ꝙ illi remittuntur, nō propria, sed aliena peccata. Reticium ab Augustuduno Epm magnę fuisse authoritatis in Ecclesia tꝑe Episcopatus sui, gesta illa ecclesiastica nobis indicāt qñ in vrbe Romana Melchiade apostolicę sedis Episcopo præsidente, cum alijs iudex interfuit, Donatumq; dānauit, q̄ prior author Donatistarum schismatis fuit, & Cæcilianū Epm Ecclesiæ Carthaginensis absoluit. Is cū de baptismo ageret, ita locutus est, Hanc igitur esse principalē in Ecclesia indulgentiam neminem præterit, in qua antiqui criminis oē pondus exponimus, & ignorantiæ nostrę facinora prisca delemus, ubi & veterē hominē cum ingenitis sceleribus exuimus. Audis antiqui criminis pondus, audis prisca facinora, audis cū sceleribus ingenitis hominē veterem, & audes aduersus hæc ruinosam construere nouitatem? Olympus Hispanus Eps vir magnæ ī Ecclesia & in Xp̄o glorię, ī quodā sermone Ecclesiastico. Si fides, inquit, vnquā in terris incorrupta māsisset, ac vestigia defixa tenuisset, quæ signata deseruit, nunq̄ protoplasti mortifera transgressione vitium sparsisset in germine, vt peccatum cum homine nasceretur. Habesne aliquid quod aduersus nos tibi dicere videaris, quod non ē in istū dicere compellaris, vel poti⁹ in istos? Vna est enim omnium catholica fides, qui per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, in quo omnes peccauerunt, uno corde credunt, ore vno fatentur, & vestras nouitias pręsumptiones catholica antiquitate subuertunt. Audi adhuc quod te possit amplius commouere, atque turbare, & vtinam in melius commutare. Ecclesiæ catholicæ aduersus hæreticos acerrimum defensorem venerandum quis ignorat Hilarium Episcopū Gallum? Qui cum de Christi carne ageret, attende quid dixerit. Ergo cum missus est, inquit, in similitudinem carnis peccati, non sicut carnem habuit & peccatum. Sed quia ex peccato omnis caro est, a peccato scilicet Adam parente deducta, in similitudine peccati carnis est missus, existente in eo non peccato, sed peccati carnis similitudine. Rursus idem ipse in expositione centesimi duodeuigesimi Psalmi, cum ad id venisset quod scriptum est, Viuet anima mea, & laudabit te: viuere se, inquit, in hac vita non reputat, quippe qui dixerat, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Scit sub peccati origine, & sub peccati lege esse se natum. Sentisne quid audias? Querisne quid dicas? Hunc virum tāta in Episcopis catholicis laude præclarum.

M — Irenæus Eps.
Cyprianus.
A
Reticius Eps.
B — Olimpius Eps.
Hilarius Eps.
C
Ps. 118.
Psal. 50.

tāta notitia famaq́; cōspicuū, de pctō originali aude si quid tibi frontis ē criminari. Sed adhuc audi aliū excellentē dei dispēsatorē, quē veneror vt patrē, in Xp̄o.n. Iesu ꝑ Enangeliū ipse me genuit, & eo Xp̄i ministro lauacrū regenerationis accepi, beatū loquor Am

D

brosium, cuius ꝓ catholica fide gratiā, cōstātiā, labores, pericula, siue operib. siue sermonib. & ipse sum expertus, & mecū nō dubitat orbis p̄dicare Romanus. *Ambros. super Lucam.* Hic vir cum ſm Lucā exponeret Euāgeliū, Iordanis, inquit, conuersus est retrorsum: significauit salutaris lauacri futura mysteria, ꝑ quæ in primordia naturæ suæ, q̄ baptizati fuerint paruuli a malitia reformant. Rursus idē ipse in eodē opere, Non.n. virilis coitus, inq̄t, vuluę virginalis secreta reserauit, sed immaculatū semen inuiolabili vtero spūs sanctus infudit. Solus .n. ꝑ omnia ex natis de fœmina sanctus dn̄s Iesus, qui terrenę cōtagia corruptelę immaculati partus nouitate non senserit. & cælesti maiestate depulerit. Ideq́; in eodem ipso, *Rom. 5.* Oēs, inquit, in Adā morimur, q̄a ꝑ vnū hominē pc̄tm̄ intrauit in mundū, & per pc̄tm̄ mors, & ita in oēs homines ꝑtransijt, ī quo oēs peccauerunt. Illius igiť culpa, mors omniū est. Itē loco alio in eodē euāgelio, Caue ergo, inquit, ne ante nuderis, sicut Adā nudatus est, mandati cœlestis custodia destitutus, & exutus fidei vestimento, & sic letale vulnus accepit, in quo oē genus occidisset humanū, nisi Samaritanus ille descēdens vulnera eius acerba curasset. Rursus in opere ipso alio loco, Fuit, inquit, Adam & in illo fuim⁹ oēs. Perijt Adā, & in illo oēs ꝑierunt. *Ambros. in apologia David, c. 11* Rursus idē ipse in apologia Prophetę Dauid, Anteq̃ nascimur, inquit, maculamur cōtagio, & ante vsurā lucis, originis ipsius excipimus iniuriam & in iniquitate concipimur. Nō expressit, inquit, vtrū parentū an nostris, & in delictis vnūquenq; generat mr̄ sua. Nec hic declarauit, vtrū in delictis suis pariat, an iā sint aliqua delicta nascentis: Sed vide ne vtrunq; intelligendū sit. Nec conceptus exors iniquitatis est, qm̄ & parentes nō carent lapsu. Et nec vnius diei infans sine peccato, multo magis nec illi materni conceptus dies sine peccato sunt. Cncipimur ergo in pc̄tō parētū,

E

& in delictis eorū nascimur. Sed & ipse partus habet contagia sua, nec vnum tātummodo habet ipsa natura contagiū. Idem ipse in expositione libri Tobiæ. Quis iste peccati est fœnerator nisi diabolus, a quo Eua maculata pc̄tō, obnoxiæ successionis vsuris oē gen⁹ defœnerauit humanū? Rursus in eodē, Diabolus, inquit, Euam decepit vt supplantaret virū, obligaret hęreditatē. Idē ipse in expositione Psalmi quadragesimi octaui, alia est, inquit, iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adā dente serpētis est vulneratus, & obnoxiā hæreditatē successionis humanæ suo

F

vulnere dereliquit, vt oēs illo vulnere claudicemus. I nūc & mihi obiice originale peccatū, dissimula ab istis, finge te nescire quid dicant, & sanctæ Ecclesiæ tot tātosq́; doctores, qui vita optime gesta, debellatisq́; suorū tēporū erroribus, gloriosissime de hoc seculo, anteq̄ vos ebulliretis exierunt, velut eis nō visis, in me impetū faciens, & velut nesciens, ꝙ illi sub meo nomine lacerentur tāquā securus insulta. Crederē te, fateor, q̄d mali facias ignorare, nec impudētiæ, sed imprudentiæ tuæ tribuerem, ꝙ hæc lumina ciuitatis dei audes hostiliter insectari, q̄ sectari fideliter debuisti. Crederē te, inq̄, hoc tm̄ nefas committere nescientē, nisi in eo libro cui te rn̄dsse vel existimas, vel existimari cupis, apertissimū testimoniū de sancti Ambrosij disputatione posuisses. An ibi non legisti, ꝙ cum Chr̄i natiuitatem de virginis partu supradictus insinuaret Ep̄s, Iō, inquit, & quasi hō per vniuersa tentatus est, & in similitudine hominū cuncta sustinuit, sed quasi de spi

G

ritu natus abstinuit a peccato. Omnis.n. hō mendax, & nemo sine peccato nisi vnus de⁹. Seruatum est igitur vt ex uiro & muliere, id est, per illā corporum cōmixtionē nemo videatur expers esse delicti. Qui aūt expers delicti, ex ꝑs ēt huiusmodi cōceptionis Si hæc ibi verba venerandi Ambrosii nō legisti, qūo redarguendum librum, in quo ea sunt posita suscepisti? Si autem legisti, quid aduersus me furis & illum in me primitus carpis? Quid nomē dilaniare niteris meum, & Ambrosiū facis tacito eius nomine Manichæum? Cernis nempe cum quibus tua maledicta sustineam, cernis cum quibus mihi sit causa cōmunis, quam nulla consideratione sobria pulsare calumniis & expugnare conaris? Cernis quam tibi perniciosum sit, tam horri

bile crimē obiicere talibus, & q̃ mihi glorio ſum ſit, qđlibet crimen audire cũ talibus? Si cernis cerne, & tandē tace Pelagianā linguā tot linguis catholicis deprime, tot venerādis oribus ꝓterua ora ſummitte. Si ſcolam Xenocratis ſicut Polemo ex antelucano ↄuiuio temulentus intraſſes, nō tāta quāta in iſto cętu tot ſc̄tōrũ, deberes verecundia coerceri. Hic. n. certe tāto maior dēt eſſe verecũdia, q̃to verior addiſcit ſapientia. Tāto amplius reuerē di ſunt tot memorabiliũ Ep̄orum, q̃ vni⁹ Xenocratis vultus, quanto Platone Xenocratis doctore, doctor iſtorum maior eſt Chriſtus. Ego. certe beatę memorię Memoris p̄ris tui nō immemor, q̄ mecũ nō paruam inierat amicitiā colloq̄o literarum, teq; ipſum mihi chariſſimum fecerat, cum te viderē in libris tuis nō antelucano cōuiuio temulentũ, ſed inſano cōuitio turbulētum, introduxi te ſedandum atq; ſanandum, nō in alicuius philoſophi auditorium, ſed in ſanctorũ patrum pacificum honorādũq; conuentum. Sit operæprecium obſecro te, aſpice illos quodammodo aſpicientes te, & māſuete ac leniter dicētes tibi, itane nos fili Iuliane Manichæi ſumus? Rogo quid r̃ndebis? Quibus eos oculis intueberis? Quę tibi argumēta ſuccurrēt? Quæ Ariſtotelis cathegoriæ, quib. vt in nos velut artifex diſputator inſilias, videri appetis elimatus? Quę tuorũ argumētorũ vel acies vitrea, vel plumbei pugiones in illorũ cōſpectu exeri audebunt? Quæ abs te arma nō fugient nudumq; deſtituent? An forte dicturus es, neminē illorũ te ĩ iſto crimine nominaſſe? Et quid facies cũ tibi dixerint, tolerabilius dēte maledico noĩna conſideres noſtra, quā fidē noſtrā, cuius merito in cœlo noĩa ſcripta ſunt noſtra? An forte dices eis. nec fidē v̄ram vllo tali crimine violaui? Sed qua cōfidētia id dicere audebis homo, q̄ dicis Manichæum eē ſenſum, cōfiteri ex Adā trahere naſcentes originale pc̄tm̃, qđ iſta cōfeſſi atq: profeſſi ſunt, qđ in Xp̄i eccleſia ſuorũ rudimentorũ tp̄e didicerunt, qđ Xp̄i eccleſiā ſuorũ bonorũ tp̄e docuerunt, q̄ per ſpm̃ ſanctũ tā multa peccata oĩbus, quos babtizare potuerũt tā multis paruulis ſola originalia remiſerũt? Iterum te admoneo, iterũ rogo aſpice tot ac tales eccleſiæ catholicæ defenſores atq; rectores, vide quibus tā grauem, tanq; nefariam irrogaris iniuriā. An id eo contemnendos putas, quia occidentalis Eccleſię ſunt omnes. nec vllus in eis ē cōmemoratus à nobis Oriētis Ep̄s? Quid ergo faciemus cum illi Græci ſint, nos Latini? Puto tibi eā partē orbis ſufficere debere, in qua primum Apoſtolorum ſuorũ voluit dn̄s glorioſiſſimo martyrio coronare. Cui Eccleſię p̄ſidētem beatum Innocētiũ ſi audire voluiſſes, iam tunc periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid. n. potuit vir ille ſanctus Aphricanis reſpōdere cōciliis, niſi qđ antiq̄tus apoſtolica ſedes & Romana cũ cęteris tenet ꝑſeuerāter Eccleſia? Et tñ eius ſucceſſorem crimine p̄uaricationis accuſas, doctrinæ apoſtolicæ & ſui decceſſoris ſnīæ noluit refragari, Sed de hoc interim tace, ne animũ tuũ, quē ſanare potius cupio, q̃ irritare, laudibus tui dānatoris exulcerē. Sancto Innocētio vide q̄d reſpōdeas, qui nihil aliud de hac re ſapit, q̃ quod iſti in quorũ te conuentum, ſi tñ prodeſt aliquid introduxi, cũ his ēt ipſe conſidet, etſi poſterior tēpore, prior loco, de miſeris paruulis ab originali malo, ꝙ trahitur ex Adā per Chriſti gratiam liberandis, vnā cum eis tenet Chriſtianam veramq; ſententiam. Qui omne pręteriti vitium primi. ſ. hominis, qui libero arbitrio eſt in profunda demerſus, Chriſtum dixit ſui lauacro purgaſſe baptiſmatis. Qui denique paruulos definiuit, niſi māducauerint carnē filij hominis, vitā prorſus hr̄e nō poſſe. Huic reſponde, imo ipſi dño, cuius ille antiſtes vſus eſt teſtimonio, & dic vnde imago dei tam capitali ſupplicio puniatur, vt vita priuetur, ſi peccatum a naſcentibus originale nō trahitur. Sed q̄d dicas, aut quid r̃ndeas, qui ēt ſi beatum audeas Innocentium, non audebis tñ Chriſtum dicere Manichæum. Non eſt ergo cur prouoces ad Orientis antiſtites, q̄a & ipſi utiq; Chriſtiani ſũt, & vtriuſque partis terrarum fides iſta vna eſt, quia & fides iſta Chriſtiana eſt, & te certe occidentalis terra generauit, occidentalis regenerauit Eccleſia. Quid ei quæris inferre, quod in ea non inueniſti quando in eius membra veniſti? Imo quid ei quęris auferre, quod in ea tu quoque accepiſti? Nam peccatum originale quod in aliorũ perniciē paruulorũ negas, quacunque ætate ſis baptizatus, aut ipſũ

Marginalia: H; I; K; Innocen.; Ioan. 6.; L

tibi remiſſum eſt, aut & ipsũ. Sed ſi verũ eſt, ꝙ audiuimus te infantulũ baptizatũ, ẽt tu q̃uis a tuis proprijs peccatis innocens, tñ q̃a ex Adã carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate traxiſti, & in iniq̃tate cõceptus es, ꝑfecto exorcizatus & exufflatus es, vt a ptãte erutus tenebrarũ tranferreris in regnũ Xp̃i. O fili male ex Adã nate, ſed bene in Xp̃o renate, ſacrã quib. te peperit, tuæ matri conaris auſerre. Nunquid Manichæa fuit qñ iſto modo te peperit qũo iã non vis vt pariat, & ingeris ei natiuitatis opprobria, vt in ea cæteris claudas, ex quib. ipſe natus es, viſcera pietatis? Diuidis ei nomẽ viri ſui, vt ad regenerandos paruulos tantũmodo Xp̃s ſit. ad maiores aũt, Xp̃s Ieſus, q̃a Ieſus ſaluator interpretat̃. Qđ eũ paruulis eſſe nõ vultis, quia nihil eos hr̃e, vnde illos ſaluos faciat ꝓdicatis. Sed nõ tibi deerit magni nominis & fama celeberrima illuſtris Ep̃s ẽt de partib. Orientis, cuius eloquia ingẽtis merito gr̃æ, ẽt in linguã Latinam translata vſquequaque claruerũt. Sedeat ergo cũ iſtis patrib. ẽt ſanctus Gregorius, & cũ eis tuę criminationis inanẽ patiatur inuidiã, dũ tñ cũ eis contra nouitiam peſtẽ veſtrã medicinalẽ proferat & ipſe ſententiam. Audi ergo quid dicat. Imago, inq̃t, dei labem corporeæ inũdationis expurget, & coniunctã ſibi carnem verbi dei ſubleuet pẽnis. Et quamuis melius fuiſſet, ne egere quidẽ huiuſcemodi expurgatione, ſed in illa prima dignitate permãſiſſe, ad quã & refeſtinamus poſt prӕſentẽ emẽdationem, & melius fuiſſet non excidere a ligno vitæ guſtu amariſſimo pc̃ti, tñ in ſecũdo loco expedit emẽdari, & corrigi poſt lapſum, quã in nequitijs ꝑmanere. Itẽq; idem ipſe, Sicut in Adã oẽs, inquit, mortui ſumus, ita & in Chr̃o oẽs viuificemur. Cum Xp̃o ergo naſcamur, & cum Xp̃o crucifigamur, & conſepeliamur ei in mortem, vt cum ipſo etiã reſurgamus ad vitam. Neceſſe eſt. n. nos ꝑpeti vtilem hanc & neceſſariam viciſſitudinem, vt ſicut ex bonis ad triſtia deuoluti ſumus, ita ex triſtib. ad meliora reparemur. Vbi. n. abundauit peccatum, ſuperabũdauit gratia. Vt quos guſtus ligni vetiti condẽnauit, Chriſti crux gr̃a largiore iuſtificet. Idem rurſus, Venerare, inquit, natiuitatẽ, per quã terrenæ natiuitatis vinculis liberatus es. Honora Bethleem puſillã & minimã per quã tibi regreſſus ad paradiſum patefactus eſt. Itẽq; alibi de baptiſmo loquens, Perſuadeat, inquit, tibi de hoc quoque ſermo Xp̃i dicentis neminem poſſe introire in regnũ cęlorũ, niſi renatus fuerit ex aqua & ſp̃ũ. Per hunc primæ natiuitatis maculæ purgãtur, ꝑ quas in iniquitatibus concipimur, & in delictis genuerũt nos matres nr̃æ. Nunquid & iſtum Manichæi ſapere vel iacere venena dictur[9] es? Audis oẽs vno corde, vno ore, vna fide id ipſum dicere, & hanc eſſe catholicã fidẽ nõ diſſonante conteſtatione firmata. An tibi parua in vno Gregorio Ep̃orum orientaliũ uidet̃ authoritas? Eſt quidẽ tanta ꝑſona, vt neque ille hoc niſi ex fide Chr̃iana oĩb. notiſſima diceret, nec illi eum tam clarum haberent atq; venerãdũ, niſi hæc ab illo dicta ex regula notiſſimæ veritatis agnoſcerent. Sed ſi vis addim[9] huic & ſanctũ Baſiliũ, imo vel nolis addendus eſt, maxime quia & tu de libro eius, quẽ ſcripſit aduerſus Manichæos, ĩ quarto volumine hui[9] operis tui aliquid putaſti eſſe ponendũ, quod ad cãm peccati originalis per vnũ intrantis in mundum, & per oẽs homines tranſeuntis omnino non ꝑtinet. Ibi quippe agit, ne malũ ſubſtantiale credatur, habẽs ſuam quãdam materiam, ſicut ſapiunt Manichæi. Dicit ergo non eſſe ſubſtantiã, ſed cõuerſationẽ, quæ de ſola volũtate cõtingat, non his qui contagium mortis antiquæ prima natiuitate traxerunt, ſed ijs qui ægritudinẽ conuerſationis de voluntate propria collegerunt. i. iam maioribus ratione vtentibus & arbitrio voluntatis. Hãc cõuerſationem ex accidenti venientem facillime dicit poſſe ab ægrotantium voluntate ſeparari. Dicit ẽt ſi eueniſſet malũ, ita vt non valeret vlterius a voluntate remoueri. i. quãuis accidiſſet, ſi ita accidiſſet vt ſeparari vlterius a voluntate non valeret, merito dici poſſet, ſubſtantiale quidẽ malum non eſſe, ſed ipſam ſubſtantiam ſine malitia quæ accidit, iam eſſe non poſſe. Si aũt acceſſit, inquit, & principium acceſſionis non ſubſtantiã habuit, ſed voluntatem, facile poteſt malum a ſubſtantia ſeparari, vt & ſubiecta voluntati ſubſtantia, munda poſsit per omnia poſſideri, ita vt nullius mali vel ſigna remaneant.

Iſta ita recte dixit S. Baſilius, vt etiam de ipſo

Margin: M — Gregor. — 1. Co. 15 — A — Rom. 5 — Io. 3 — D — B — Pſal. 50 — Baſil. — C

pso malo, quod per Adã intrauit in mundũ, & p oẽs homines pertransijt, bene possit intelligi, qa & ipsum accessit naturæ humanę. Non.n.sic est primitus cõdita, & principiũ D accessionis non substantiã habuit, sed volũtatẽ, siue mulieris, q̃ a serpente seducta est, siue viri eius, qui seductæ ad peccandũ cõsensit vxori. Sed qđ ait, facile posse malũ a volũtate, vel a substantia separari, non humanæ facile est volũtati, sed misericordiæ dei. Qđ aduersus Manichæos vtiq; sufficit, qui putãt esse impossibile mutari in bonũ naturã mali. Ideo non ait Basilius, ipsam voluntatẽ hominis, siue substantiã, vel naturã, malũ a se posse facile separare, sed, ab ea posse facile separari: sic verba sua librãs, vt & Manichęos contra quos agebat refelleret, & contra diuinã grãm humanã superbiã nõ extolleret. Ille quippe omnipotens cui ẽm Euangeliũ facile est, quod hominib. impossibile est, malũ qđ nobis accidit, vel ex primi hominis, vel ex nr̃a insuper voluntate, ita suæ gratiæ largitate cõsumet, vt subiecta substantia volũtati queãdmodũ cõmemorasti dixisse Basilium, munda possit p oĩa possideri, sic omnino, vt nulli⁹ mali vel signa remaneãt. Fiet hoc, & ipsa spes est indubitata fideliũ. Sed qñ pficiatur ĩ promptu est catholicæ fidei. Tũc 1.Cor.15. enim dicet nouissime inimicæ morti. Vbi ẽ contentio tua, vbi est aculeus tuus? Item q̃ commemoras dixisse Basiliũ, si castitas virt⁹ E est, corpus vero substãtialiter malũ esset, impossibile erat castũ corpus inueniri, qa corpus turpitudinis, virtutis nõ fieret corpus, cũ aũt sanctificat, virtutis efficitur: & ita cõmunicat virtus corpori, corpusq; virtuti, p quã & templũ efficit dei. Vnde si oẽ corpus fornicationis esset, impossibile vtiq; erat castitatẽ in corporib. inueniri, tumq; demum naturæ corporum possemus malum substãtiale deputare. Si vero eousq; corporis merita processerunt, tantoq; honore decoratũ est, ac tale indumentũ pudicitiæ suscepit, vt domus sui factoris esse mereretur, ac fieret thalamus filij dei, vt venientes pr̃ & fili⁹ habitationem corporũ eligere dignarent: quõ nõ execrabilis & ridendus Manichæi sermo conuincitur? Quid potuit dici verius & catholicæ regulæ cõuenientius? Dictum est.n. aduersus Manichæos, putantes atq; affirmãtes de gente tenebrarum, quam malã naturã dicũt, deo bono coæternam habere originẽ corpora, & esse ẽt ipsa immutabilia mala, nõ aduersus eos, q tenentes verã & vere Christianã fidẽ, nunc quidẽ corruptibile esse corpus & aggrauare animã cõfitentur, sed nec tale primitus cõditũ, atq; in paradiso cõstitutum, nec tale semper futurũ, sed incorruptiõe atq; immortalitate mutãdũ, & nũc iam esse incipere templũ dei, coniugali, vel viduali, vel etiã virginali pudicitia decoratũ. Qñ etsi caro cõcupiscit aduersus spiritũ, sic tñ spiritus cõcupiscit aduersus carnẽ, vt nec ipsius corporis mẽbra exhibeat iniquitatis arma peccato. Sed audi quod ad rẽ præsentẽ spectat, quid de peccato primi hominis ad nos ẽt ptinẽre dicat, iste sanctus sine vlla ambiguitate Basilius. Qđ etsi reperi interpretatũ, tñ pp diligentiorẽ veri fidẽ, verbũ e verbo malui transferre de Græco. In sermone de ieiunio, Ieiuniũ, inq̃t, in paradiso lege cõstitutum est, Primũ.n. mãdatũ accepit Adã, A ligno sciendi bonũ & malũ non mãducabis. Non mãducabis aũt, ieiuniũ est & legis cõstitutiõis initiũ. Si ieiunasset a ligno Eua, nõ isto indigeremus ieiunio. Nõ.n. opus hãt valentes medico, sed male habẽtes. Aegrotauimus p pc̃m, sanemur p pęnitentiã. Pęnitentia sine ieiunio vacua est. Maledicta terra, spinas & tribulos pariet, Cõtristari ordinatus es, nũquid delitiari? Et paulopost in eo dẽ sermone, idẽ ipse, qa nõ ieiunauimus, inquit, decidimus de paradiso. Ieiunem⁹ ergo vt ad eũ redeam⁹. Hæc atq; huiuśoi alia sancti Basilij si legisses, vel si lecta fideliter cõsiderare voluisses, nunq̃ pfecto de literis eius ad offudendas nebulas ignorãtib. ea, quæ nihil ad qõnem, quæ inter nos vertit, ptinẽt, in his tuis libris, nescio qua mente posuisses. Audis q̃ isto nõ indigeremus ieiunio, si homo ieiunij legẽ non fuisset in paradisi foelicitate trãsgressus, & negas pc̃ő illorũ hominũ obnoxios cæteros nasci? Audis adiunctũ, nõ.n. sani indigẽt medico, & negas nos sanitatẽ, in qua nos creati sumus, peccato illorum hominum perdidisse? Audis sententiam, quæ prolata est in primum hominem G peccatorem, Spinas & tribulos terra pariet tibi: ad nos ẽt ptinere, & negas obnoxios esse peccato, quos eidem cernis obnoxios esse

Sapien.9.

F

Galat.5.

Rom.6.

Basilius magnus.

Genes.2.

Mat.9.

Genes.3.

August.

ſententię. Audis ad paradiſum nos,uñ deci-
dimus,redire debere,& negas ad nos eorum
pctm̃,qui ſoli tunc homines in paradiſo fue
rant,in qb.& nos fuim⁹ ptinere. Quid hinc
plura?Vide iã utrũ ſufficiant tibi ex Oriẽtis
partib.duo iſti tã inſignes uiri,& tã clara p̃-
diti ſanctitate,& ſicut fertur ẽt carne germa
ni. Sed dic nõ ſufficere. Habemus alios oriẽ-
tales Ep̃os quatuordecim, Eulogiũ,Ioannẽ,
Ammonianũ, Porphyriũ, Eutoniũ,Porphy
rium, Fidum,Zozinum,Zoboenum, Nym
phidiũ.Ebromatiũ,Iouinũ,Eleutheriũ,Cle-
matiũ, quos uno loco ſimul inuẽtos in iſtũ
cõſeſſum introducere ualeamus,illos ipſos,
qui Pelagio iudices p̃ſederũt,eũq; ut homi-
nes nullo ex altera parte urgẽte aduerſario
H putãtes catholicũ,tanq̃ catholicũ pronũcia-
runt. Niſi.n.in eorũ cõſpectu audituq; dam
naſſet eos,qui dicũt ꝙ pctm̃ Adæ ipſum ſo
lum læſerit,& non genus humanũ, & ꝙ in-
fantes nuꝑ nati in eo ſtatu ſint, in quo Adã
fuit ante pctm̃,& infantes etiam ſi nõ bapti-
zantur,habere vitã ęternã,nullo mõ inde ni
ſi dãnatus exiſſet. Quid.n.uobis ꝓdeſt,ꝙ ne
ſcio quas anſas atq; uncos, arte neſcio cuius
ꝑplexitatis inſeritis,ne ſimplicia pateant, &
clara luceant?Quis.n.non uideat,qũo iſta il
li iudices accipere potuerunt.ſ. ſm catholi-
cam fidẽ,quæ vbiq; paruulos exorcizãdo &
exufflando de poteſtate eruit tenebrarũ,non
ſicut exponuntur, vel potius cõponuntur a
vobis?Et tamen dicere potuiſtis Adæ pecca-
tũ non propagatione, ſed imitatione læſiſſe
genus humanũ,& infantes nuꝑ natos nõ in
eo ſtatu eſſe,in quo fuit Adam ante pctm̃,ꝙ
ille præcepti capax fuerit,iſti adhuc non ſint
his nebulis illud iudicium ſe putat illuſiſſe
Pelagius, voſq; ad hoc nefas toto capite an-
I nuitis,& tot ab illo Ep̃os irriſos eſſe ridetis.
Sed nunquid infantes ẽt ſi non baptizentur,
habere vitã ætern ãulla calliditate in aliud de
torquere,uel ullis folijs ficulneis operire po
tuiſtis?Eos.n q hoc dicunt,non potuit apud
catholicos iudices niſi damnare Pelagius: Et
quod ſentiebat,damnauit corã hominibus,
damnari metuens ab hominibus.Nam ſi hoc
non ſentitis,nobis utiq; conſentitis, Sed qa
nobis nõ conſentitis, illud ſine dubitatione
ſentitis. Ac per hoc orientales nos iudices
damnent,a quibus Pelagius dãnari timens,
eos,qui ſentiunt iſta dãnauit, cũ eis quos dã
nauit profecto dãnandus, quia id qđ nega-
uit ore,corde ſeruauit. Nã quod uerbis eius
anathematizatur,in literis eius inuenit̃. Sed
nunc cũ illo ago, Tu qd dicis, cũ quo mihi
nũc res eſt?Eece aſſunt tot iudices oriẽtales,
leguntur geſta eccleſiaſtica, q̃ apud eos ſunt
habita. Legit̃ obiectũ eſſe Pelagio,ꝙ dicat ĩ-
fantes ẽt non baptizatos habere uitã æternã.
Legit̃ Pelagius eos dãnaſſe,qui hoc dicunt. K
Neque.n.illos iudices aliter potuiſſet euade
re. Nunc ipſe qd dicis?Habebũt uitã æternã
paruuli ẽt ſi nõ babtizati ex hac uita emigra
uerint,an nõ habebunt? Si dixeris,habebũt.
Pelagij tui te uerba damnabunt, & illi oẽs a
quibus timuit ipſe dãnari. Si aũt dixeris,non
habebunt,q̃ro qua cã innocẽs imago dei ui
tæ priuatione punietur,ſi nullum pctm̃ ex
humana propagatione contrahit̃?Si uero cõ
trahit̃,cur manichæi dñr,qui hoc ſentiunt,a
quib⁹ Pelagius damnatus fuiſſet, niſi hoc ſe
ſentire finxiſſet? Tu interim habes in cõſpe-
ctu,non ſolũ Occidentis,uerumetiã Orien-
tis Ep̃os. Nã qui nobis deeſſe uidebãtur plu-
res Orientis inuenimus. Oẽs uno eodemq; Rom.
mõ credunt,per unum hominẽ pctm̃ intraſ
ſe in mundũ,& per pctm̃ mortẽ,& ita ĩ oẽs
homines pertrãſiſſe,in quo oẽs peccauerũt.
Qui modus hic eſt? Vt peccato illius primi
vnius hominis oẽs naſci credantur obnoxij.
Si hoc qđ dicit Manichæus,abs te dr̃,iſtos a-
ſpice,iſtos erubeſce, iſtis parce,uel tibi po-
ti⁹,ne rector & habitator illorũ tibi forte nõ
parcat. Si aũt iſtos Manichæos eſſe non dicis
nec me poteris inuenire cur dicas. Neq;.n.
me ob aliud eſſe dicis,niſi qa de peccato pri
mi hominis,cui omnis carnalis natiuitas ob-
ligauit,nec inde quemq̃ niſi ſpiritalis natiui L
tas ſoluit,qđ credunt,credo:quod tenent,te
neo:quod docent,doceo:qđ prædicant,p̃di-
co. Iſtis cede,& † mihi cedes. Acquieſce iſtis *al. n. cede
& qeſcis a me. Poſtremo ſi mihi ꝑ eos ami-
cus fieri non uis,ſaltẽ peto,ne ꝑ me illorũ ef
ficiaris inimicus. Sed qũo nõ efficieris, ſi in
iſto errore permanſeris? Quanto ergo meli⁹
ut his accedas,ab illo recedas? Tantũne apud
te poſſunt Pelagius & Celeſtius, vt a ſolis
ortu vſque ad occaſum tot ac tantos catholi
cæ fidei doctores & defenſores antiquos,&
noſtræ ætati contiguos,dormientes,& ma-

nentes

nẽtes, nõ solũ deserere, uerumẽt Manichæos audeas appellare? Miror si hoc aliqñ ex tuo poterit ore ꝓcedere, quod te tñ clamare pra uitas tui cõpellit terroris. Sed mirũ si in facie hominis tm̃ interuallũ est inter frontẽ & lin guã, ut in hac cã frons nõ cõprimat linguã. Sed quid mussites, noui. Dic iã, dic audiam⁹, in extremo tui operis, de quo nunc agimus .i. in quarti libri parte nouissima est, Sanctus Ioãnes, inq̃s, Cõstantinopolitanus, negat esse in paruulis originale pc̃tm̃. In ea quippe homilia, q̃ de baptizatis habuit, Bñdictus, inquit deus, q fecit mirabilia solus, q fecit uniuersa, & cõuertit uniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruunt, qui tenebãtur pauloante captiui, & ciues Ecclesię sunt, q fuerunt i peregrinationis errore, & iustitiæ in sorte uersantur, q fuerunt in confusione peccati. Nõ .n. tm̃ sunt liberi, sed & sancti, non tm̃ sancti sed & iusti, non solũ iusti, sed & filij: non solũ hæredes, sed & fratres Christi: nec tm̃ fratres Xpi, sed & cohæredes: nõ solũ cohæredes, sed & mẽbra, nõ tm̃ mẽbra, sed & templum, nõ tantũ tẽplum, sed & organa spũs. Vides quot sunt baptismatis largitates: & nõ nulli deputãt cœlestem grãm in peccatorũ tantum remissione consistere. Nos aũt honores cõputauimus decẽ. Hac de cã ẽt infantes baptizamus, cũ non sint coinquinati pc̃tõ, vt eis detᷓ uel addatur sanctitas, iustitia, adoptio hæreditas, fraternitas Christi, ut eius mẽbra sint. Ita ne ista uerba sancti Ioannis Epi audes tanq̃ econtrario tot taliumque sententijs collegarũ eius opponere, eumq; ab illorũ cõcordissima societate seiungere, & eis aduersarium ꝯstituere? Absit, absit hoc malũ de tãto uiro credere aut dicere. Absit, inquam, ut Constantinopolitanus Ioannes de baptismate paruulorũ eorũ q̃ a paterni chirographi liberatione per Christum, tot ac tãtis coepiscopis suis, maximeq; Romano Innocẽtio, Carthaginẽsi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanensi resistat Ambrosio. Alia sunt in q- bus inter se aliqñ ẽt doctissimi atque optimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei cõpage non consonant, & alius alio de una re melius aliquid dicit & uerius. Hoc aũt unde nunc agimus, ad ipsa fidei ptinet fundamẽta. Quisquis in Christiana fide uult labefactare, qđ scriptũ est, Per hominẽ mors, & ꝑ hominẽ resurrectio mortuorũ. Sicut .n. in Adã oẽs moriuntur, ita & in Xpo oẽs uiuificabũtur, totũ quod in Xpm credimus auferre molitur. Omnino & paruulorũ saluator ẽ Xps, Omnino, nisi ab illo redimantur peribunt, qm̃ sine carne eius, & sanguine uitã habere non pñt. Hoc sensit, hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Ioannes. Sed tu eius uerba in urm̃ dogma conuertis. Peccata dixit paruulos non habere, sed ꝓpria, Vnde illos innocentes merito nuncupamus, ſm id quod ait Apostolus, Nondũ natos nihil egisse boni siue mali, nõ ſm id qđ ait, Per uni⁹ inobedietiã pc̃tores constituti sunt multi. Poterat ẽt nr̃ Cyprianus hoc dicere de paruulis qđ Ioãnes, qñquidem ait, quod infans natus nihil peccauerit, & ꝙ ei remittantur nõ propria, sed aliena peccata. Cõparans ergo eos Ioãnes maioribus, quorũ propria peccata dimittuntur in baptismo, dixit illos nõ hr̃e peccata, non sicut uerba eius ipse posuisti, non coinquinatos eẽ pc̃tõ, dũ vis utiq; intelligi, nõ eos peccato primi hominis inquinatos. Verũ hoc non tibi tribuerim, sed interpreti, q̃q̃ in alijs codicib. eadẽ interpretationẽ hñtibus, non pc̃tũ, sed peccatis legatᷓ. Vñ miror si non aliquis ex numero uestro singularem maluit numerũ scribere, vt illud acciperetur unũ. Vñ dicit Apostolus, Nã iudicium quidẽ ex uno in condẽnationẽ, gratia aũt ex multis delictis in iustificationẽ. Ibi quippe unũ, non nisi unũ delictũ uult intelligi, quo nolentes credi paruulos inquinatos, nõ eos peccata nõ habere, quod ait Ioannes, ne intelligerentur propria, uel peccatis, sicut habet in alijs codicibus eadẽ interpretatio. Sed pc̃tõ nõ inqnatos dicere maluistis, vt unũ primi hominis pc̃tm̃ ueniret in mentẽ. Sed suspitionibus non agamus, & hic uel scriptoris error, uel uarietas putetur inrerpretis. Ego ipsa uerba Græca, quæ a Ioanne dicta sunt ponam. διὰ τοῦτο καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν καίτοι ἁμαρτήματα ἔχοντα. Quod est Latine, iõ & infantes baptizamus quãuis pc̃tã non habentes. Vides certe non ab eo dictum esse paruulos non coinquinatos esse peccato, siue peccatis, sed non habere peccata, intellige propria, & nulla cõtẽtio est. At inquies, Cur non ipse addidit ꝓpria? Cur putamus,

Io. Episco. — M — A — B — C

Eucharistia in paruulis. — Rom. 9. — Rom. 5. — Ibidem. — Rom. 5. — Ioã. Episcopus.

nisi

nisi q̃a disputans in catholica ecclesia, nõ se aliter intelligi arbitrabatur, tali q̃õne nullus pulsabaṫ, vobis nondũ litigantib. securius loquebaṫ. Nã vis audire quid ẽt ipse de hac re apertissime dixerit, Ecce ẽt ipsum numero illi adiungo sanctorũ, Ecce testes, vel inter nostros cõstituo iudices, quem putasti patronũ tuum, Ecce & ipsum dicturus es Manichæum. Ingredere sancte Ioannes ingredere, & conside cũ fratribus tuis, a quib. nulla rõ, nulla tentatio te separauit. Opus est tua, & maxime tua sñia, qm̃ in tuis literis iste iuuenis inuenisse se putat, vnde tot tantorũ que coep̃orũ tuorũ se arbitratur p̃cellere & euacuare sententias. Quòd si vere tale aliq̃d inuenisset, & quod ipse sentit, te sentire claruisset, nunq̃ te vnum, pace tua dixerim, tot & talib. præferre in ea cã possemus, de qua nunq̃ fides Christiana & ecclesia catholica variauit. Sed absit vt tu aliud saperes, & in ea tã p̃cipuus emineres. Dic ergo & tu aliq̃d vnde iste iuuenis confundaṫ & reuereatur, qui q̃rit maculam meã, & ignosce mihi, q̃a cũ illi de hac re quid sentias demonstrauero q̃siturus est & tuã. Dicit.n. sensum eẽ Manichæum, credere paruulos indigẽtes esse Xp̃i liberatoris auxilio, vt a dãnatione liberenṫ, q̃a ex pc̃tõ primi hominis obligati sunt. Ac per hoc cũ te hoc sentire cognouerit, aut ipse se corriget ab errore Pelagij, aut & tibi crimen obijciet Manichæi. Sed vt cõferam⁹ ei verũ beneficium, falsum eius non curem⁹ opprobriũ. audi iã Iuliane quid ẽt Ioannes cũ cęteris catholicis doctorib. dicat, ad Olympiam scribens, Qñ.n. Adã peccauit, inquit, illud graue peccatũ, & oẽ genus hominũ in cõmune dãnauit, de mœrore pœnas luebat. Itẽ de resuscitatione Lazari flebat Xp̃s, inq̃t, cur vsque ad hoc mortalitas deliquisset, vt excussa de perẽnitatib. inferos adamaret. Flebat Xp̃s, ꝙ eos qui immortales esse potuerũt diabolus fecit esse mortales. Quid dici posset expressius? Quid ad ista rñdes? Si Adã grãdi pc̃tõ suo, oẽ genus humanũ ĩ cõmune dãnauit, nũquid nisi dãnatus paruulus nasciṫ? Et per quem, nisi p̃ Xp̃m ab ista damnatione liberatur? Si & in Lazaro dr̃ excussa de perẽnitatibus mortalitas inferos adamasse, quis mortalium nõ ad istã culpã casumque pertineat, quo cecidit primus homo de vitæ perẽnitate, quam si non peccaret, acceperat? Si diabolus oẽs, q̃ immortales esse poterant, fecit esse mortales, vnde ẽt paruuli moriunṫ, si obnoxij peccato primi illius hominis non sunt? Nunquid ergo, nisi p̃ eũ in quo oẽs viuificabunṫ, ẽt paruuli de regno mortis eruũtur? Tractat idem Ioannes in sermone quodã huiusmodi q̃õnẽ, cur bestiæ vel lædãt homines, vel interimant, cũ sententia dñi manifesta sit, qua eas homini subdidit, vt earũ habeat potestatẽ? Quã q̃õnem sic soluit, vt dicat ante pc̃tm̃ oẽs bestias homini fuisse subiectas, ꝙ aũt nunc hominib. nocent, pœnã primi esse peccati. Prolixa tractatio est, ideo huic operi nõ a me inseritur, sed tamen aliquid inde oportet vt ponã. Timemus, inquit bestias & pauemus, non cõtradico. Et a principatu decidim⁹, & hoc dico ipse ẽt. Sed nõ hoc ostendit legem dei esse mendacẽ. Ab initio.n. non ita res erant dispositæ, sed timebant, & tremebant, & subijciebanṫ domino. Et qm̃ a fiducia decidimus, p̃fecto & ab honore. Vnde hoc manifestum est, Adduxit bestias ad Adã videre quid eas vocaret, & non resiluit Adam tanq̃ timẽs. Et paulopost, Hoc vnum, inquit, signũ, qđ non fuerint homini ab initio terribiles bestiæ, ſm aliud isto manifestius, quæ fuit ad mulierem per serpentẽ disputatio. Si.n. essent terribiles hominib. bestiæ, non vtiq; mulier viso serpente mansisset, non accepisset consilium, nõ ei cum tãta sermocinaretur fiducia, sed statim ad ipsũ & expauisset & resiluisset aspectũ. Nũc autẽ & disputat & non timet. Nondum.n. erat timor iste, sed quia pc̃tm̃ ingressum est, ablata sunt ea, q̃ honoris erant. Itẽq; post paululũ. Quandiu quidẽ, inquit, habebat ad deũ fiduciã, terribilis bestijs erat, sed q̃a offendit extremos ẽt cõseruorum suorũ iã pauet. Quòd si hoc nõ est, inquit, tu mihi oñde añ pc̃tm̃, ꝙ terribiles erant hominib. bestiæ, sed non habebis. Si autem post tãta ingressus est timor, tutela dñi est. Si.n. mãdato vel qđ datũ est moto ab homine & soluto, honor qui ei datus erat a deo, mansisset immobilis, nõ facile resurrexisset. Nẽpe manifestũ ẽ sanctum Ioã. hac disputatiõe mõstrasse illud, qđ per vnũ hoĩem peccatũ ingressũ ẽ, cõe oĩb. hoĩbus factũ eẽ peccatũ, q̃nquidẽ in oĩbus terror cõis est bestiarũ, q̃ vtiq; nec infantibus

Margin notes: D; E; *Idem ad Olimpiã.*; *August.*; *Gen.*; F; *Ioan.*; *scop.*; G

parcunt. Quos profectò ſm iſtum tractatũ Ioannis, nullo modo læderent, ſiue terrerẽt, niſi eſſent veteris illius peccati obligationi conſtricti. Dic Iuliane, dic ẽt iſtum, quid.n. iam dubitas dicere, Manichæum, qui tantã naturę cuius innocentiam defenditis, fecit mihi iniuriam, & propagationẽ dãnationis aſſeruit. Imo vero cohibe teipſum, ſi qd tibi eſt ſanabilis mẽtis, & corrige, & aliqñ intellige, qũo potuerit dicere Ioannes paruulos nõ habere peccata. Nõ ꝙ pctõ primorũ hominũ non teneantur obſtricti, ſed ꝙ ſua nulla commiſerint. Et hoc quidẽ in eadẽ ipſa homilia ſi totã legiſſes, inuenire potuiſti. Aut ſi legiſti, neſcio quemadmodũ te potuit ꝓterire. Aut ſi præterire nõ potuit, miror cur

H

te nõ correxeris, ſi tñ aliquid apud te valet Ioannis authoritas. Aut ſi illo ſermone plectò, eoq; loco eius quẽ cõmemoraturus ſũ, cognito atq; perſpecto in opinione tua manendũ putaſti, vt quid inde verba q̃libet inſeruiſti operi tuo? An forte vt nos totũ legere cõmoneres, & inuenire vnde tuas deprehẽderemus & cõuinceremus inſidias? Quid enim apertius, q̃ id quod tibi dixit, Venit ſemel Xp̃s, & paternis nos cautionibꝰ inuenit aſtrictos, quas cõſcripſit Adã, Ille initiũ obligationis oſtendit, peccatis noſtris fœnus accreuit. Audiſne hominẽ in fide catholica & eruditũ & erudientẽ, diſtinguentem debitũ paterni chirographi, quod hæreditariũ nobis inhæſit, ab eis debitis, quorum ꝓ noſtra pctã fœnus accreuit? Audis quid paruulis relaxaretur in baptiſmo, qui nondũ ꝓpria debita cõtraxerunt, nec tñ a paterno chirographo immunes eſſe potuerunt? Verba quippe eius non interpretata ſic leguntur in Græco ἔρχεται ἅπαξ ὁ χριστος, εὗρεν ἡμῶν χειρογραφον πατρῷον, ὅτι ἔγραφεν ὁ ἀδαμ, ἐκεῖνος τὴν ἀρχὴν τις ἤγαγεν τοῦ χρέους, ἡμεῖς τὸ δανεισμὸν

I

ηὐξήσαμεν τοῖς μεταγενεστέροις ἁμαρτίαις Quæ verba e verbo interpretata ſic ſe habent, Venit ſemel Xp̃s, inuenit noſtrũ chirographũ paternũ quod ſcripſit Adã. Ille initium induxit debiti, nos fęnus auximus poſterioribus peccatis. Nunquid contentus fuit dicere, pr̃num chirographũ, niſi adderet, noſtrum? Vt ſciremus anteq̃ fęnus peccatis noſtris poſterioribus augeremus, iã illius chirographi pr̃ni ad nos debitum pertinere. Lege etiã quẽadmodum exponat idem ipſe vir ſanctus eũdẽ ipſum Apoſtoli locũ vbi ſcriptũ eſt, Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mundum. *Rom. 5.* Ibi.n. luce clarius in huius fidei catholicę veritate verſat̃. Quod totũ quia longũ ẽ huic operi intexere, pauca inde contingã. Manifeſtum eſt, inquit, qm̃ non ipſum pctm̃, qđ ex legis trãſgreſſione, ſed illud pctm̃, qđ ex Adæ inobediẽtia, hoc erat ꝙ omnia cõtaminauit. *Ioã. Ep̃s.* Et paulopoſt, Regnauit, inqt, mors ab Adã vſq; ad Moyſen, & ĩ eos q nõ peccauerũt. Qũo regnauit? In ſimilitudine trãſgreſſionis Adę, qui eſt forma futuri, ꝓ ꝓea & forma eſt Chr̃i Adã. Qũo forma eſt aiunt? Qm̃ ſicut ille ex ſemetipſo naſcẽtib. q̃uis nõ mã ducauerint de ligno, factus eſt cã mortis, q̃ ꝓ cibũ inducta eſt, ita & Xp̃s ijs, qui ex ipſo ſunt, tametſi nihil iuſte egerint, factus eſt ꝓuiſor iuſtitiæ, q̃ per crucẽ nobis omnib. condonauit. K Alio loco in eodẽ ſermone, Vt cum dixerit tibi Iudæus, inqt, qũo vnius virtute Xp̃i mũdus ſaluatus eſt, poſſis ei dicere, quẽadmodũ vno inobediente Adã, mundus dãnatus eſt, quãq̃ nõ ſint æqualia, gr̃a atq; peccatũ, neque paria ſint, mors atq; vita, non æqualis deus, ac diabolus. Itẽ poſt paululum, Sed non quemadmodũ delictũ, inquit, ita & gratia. Si.n. vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chr̃i in multos abũdauit. Quod.n. dicit, inquit, huiuſmodi eſt, Si peccatũ valuit, & peccatũ vniꝰ hominis, gratia, & dei gratia & non ſolũ patris, ſed ẽt filij quemadmodũ non amplius pręualebit. Multo.n. hoc rationabilius. Nã alium pro alio dãnari nõ valde videtur habere rationem, aliũ autem pro alio ſaluari, & decentius magis & rationabilius apparet. Si igitur illud factum eſt, multo magis hoc. Itemque alibi in cõſequentibus. Iudicium, inquit, ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. L Hoc idem, inquit, ꝙ dicitur, quoniam quidem mortem & damnationem potuit peccatum inducere, gratia autem non vnum illud tantummodo interfecit peccatum, ſed etiam poſt illud introeũtia peccata. Et paulopoſt de hoc ipſo. Qũo ergo, inquit, plura introducta ſunt bona, & nõ ſolum illud interfectum eſt peccatũ, ſed etiã omnia reliqua, oſtendit dicens, Gratia

autem

autē ex multis delictis in iustificationē. Et
post paululū ait, Primo.n.dixit, qm̄ si vnius
peccatum interfecit omnes, multo magis
& vnius gratia, poterit saluare. Post hæc aūt
ostēdit, inqt, qm̄ nō illud solū interfectū est
pctm̄ p gratiā, sed ēt oīa reliqua. Et nō solū
M peccata interfecta sūt, sed ēt & tributa iusti-
tia ē. Et nō tātū solū pfuit Xp̄s, q̄tū nocuit
Rom.6. Adā, sed multoamplius atq; magis. Post hęc
in eodem cum de baptismo ageret, interpo-
suit verba Apostoli dicentis, An ignoratis,
inqt, fratres, qm̄ quicunq; in Xp̄o baptizati
sumus, in morte eius baptizati sumus? Cōse
pulti ergo sumus illi p baptismū in morte.
Quid est, in morte illius baptizati sumus? Vt
& ipsi moriamur sicut & ille, Crux.n.est ba-
ptisma. Qđ est crux Xp̄o & sepulchrū, hoc
nobis baptisma factū est, tametsi nō in eisdē
ipsis. Ipse nanq; carne & mortuus est & se-
pultus, nos aūt pctō in vtroque, quapp non
dixit, Cōplantati morti: sed, similitudini mor
tis. Mors nanq; & hoc & illud, sed nō eidē ip
si subiacet: sed hęc qdem carnis Chr̄i, nostra
aūt peccati. Quemodmodū ergo illa vera, &
hæc. Nūquid dubitare iā poteris sanctū Ioā-
nem tam longe esse a sensu vr̄o, q̄ non rece
dit a sensu catholico? Nūquid in eius dispu-
tatione qua exponit Apostoli locū huic qō-
ni, quæ inter nos vertitur pnecessariū, vbi
Rom.5. scriptū est, Per vnū hominem pctm̄ intrauit
in mundū, & cætera q̄ connexa sunt, alicui
redolet, quod vos dicitis, pp carnalem nati-
uitatem? Nōne illo vno peceato contamina
ta dicit esse omnia, & sic illud distinguit a cæ
teris postea cōmissis introductisq; peccatis,
q̄ vos dicitis ad imitationē, non ad propagi-
nē pertinere, vt non illa tm̄, sed hoc & illa p
gratiam Christi dicat interfici? Nonue de ba
ptismate Apostoli verba, vbi ait, Quicunq;
baptizati sumus in Xp̄o, in morte illius ba-
ptizati sumus: sic exponit, vt dicat ita eum
pctō mori, qui baptizatur in Chr̄o, sicut car
ne mortuus est Chr̄s, Quia in morte Christi
A baptizari, nihil est aliud quā pctō mori? Cui
ergo pctō paruulus moritur, si originale nō
traxit? An forte non in Christi morte paruu-
li baptizantur, cum Apostolus non dixerit q
dam, sed quicunq; baptizati sumus in Xp̄o,
in morte ipsius baptizati sumus? An qñ ba-
ptizantur baptismate Christiano, dicturi e-
stis, q non baptizentur in Chr̄o, ne vos Ep̄s
Ioannes sua diffinitione suffocet, q dicit hoc
esse baptismū eis, q baptizantur in Xp̄o, qđ
crux & sepulchrū fuit Xp̄o, vt quēadmodū
ille mortuus est carne, sic & istos intelliga-
mus mortuos esse pctō? Ecce cui viro q̄ ma-
gno christianæ fidei, atq; huius catholici do
gmatis defensori, voluisti vestrum dogma
supponere, quasi dixerit, paruulos primi ho
minis non inquinatos esse peccato, cū dixe-
rit eos non habere peccata, q̄ non eū intelli-
gi, nisi ppria voluisse, eius tā multa testimo
B nia tamq; manifesta declarant. Quid te igit
adiuuit, qđ Ioannis Constantinopolitani tā
quā tibi suffragaret testimoniū posuisti? An
vt vnum verbū quasi ab eo ptermissum, ve-
lut acuta calliditate captares, & tot verborū
eius quib. obruereris, tam ingentem tibi age
rē cōmoueres? Intantum improuidus & in-
cautus, vt nec in ipsa homilia, vbi vix vnum
de quo male intellecto decepti deeiperetis,
testimoniū reperire potuistis, aduerteres san
ctum Ioānem Cōstantinopolitanū satis eui
denter expressisse, oēs homines exceptis de-
bitis proprijs paterni esse chirographi debi-
tores, & tn̄ posteaq̄ verba eius interposuisti,
quib. intētionē tuā putasti aliquid adiuuari,
sequeris & dicis, Cū igitur liquido clareat Verba Iuliani
hanc sanam & veram esse sententiam, quam
primo loco ratio, deinde scripturarū muni-
uit authoritas, & quam sanctorū virorū sem
per celebrauit eruditio, qui tn̄ veritati autho
ritatem non suo tribuere consensu, sed testi
monium & gloriam de eius suscepere cōsor
tio, nullum prudentum conturbet conspi-
ratio perditorum.

Aug. Hæc verba tua quo proficiunt, nisi vt ap-
pareat, vel quomoeo de hac causa scire ne-
glexeris catholicorum sententias sermones
que doctorum, uel si eos nosse curasti, qua
fraude coneris circumuenire nesciētes? Nā
de ratione, & sanctarum scripturarum au-
C thoritate, ut nunc interim taceam, hanccine
sententiam qua negatis peccato primi homi
nis obnoxios paruulos nasci, sanctorum ui-
rorum semper celebrauit eruditio? Non hoc
istis tot tantorumque sanctorum & erudito
rum, quæ commemoraui testimonijs indi-
catur, imo econtrario puto quòd iam uideas
quantum te opinio ista fefellerit, si tn̄ non
dolo

dolo agis atq; id ante iam noueras. Sed vt me lius de te credã, si nunc primũ ista cognoscis si de pctõ primi hominis, ꝙ eo sint obligati, qui carnaliter generantur infantes, nec eo ni si spiritali regeneratione soluũtur. Nunc pri mum perspicis hoc didicisse & docuisse tot sanctos, quod & nos didicimus & docemus, muta iam istã mẽtẽ, obliuiscere huius erro- ris, & propemodum furoris, quo in tot ac ta les patres Manichæũ iaculabaris opprobriũ. Si nesciens hoc fecisti, cur non miseram re- spuis imperitiam? Si sciens, cur non sacrile- gam deponis audaciam? Conuinceris vndi- que, luce clariora sunt testimonia tanta san- ctorum, In quorum conuentũ te introduxe rim conspice. Hic est Mediolanẽsis Ambro- sius, quẽ magister tuus Pelagius tanta prædi catione laudauit, vt diceret in libris eius ꝑci pue fidẽ lucere Romanã, qui scriptorũ inter latinos flos quidã speciosus enituit, ita vt ei[9] fidẽ & purissimum in scripturis sensum re- prehendere nec inimicus auderet. Hic est & Constantinopolitanus Ioannes, quem tu in numero eruditorum ac sanctorũ excellentis simũ in hac ipsa tua, cui respondeo disputa- tione posuisti. Hic est Basilius, cuius te ver- bis ad id, quod nunc agitur non ꝑtinentib. putasti aliquid adiuuari. Hinc sunt & cęteri quorum te mouere debet tanta consensio. Non est ista, sicut stylo maledico scribis, cõ- spiratio ꝑditorũ. In ecclesia catholica doctri næ sanè studijs claruerunt, spiritalibus armis muniti & accincti, strenua contra hæreticos bella gesserunt, perfunctis fideliter suæ dispẽ sationis laborib. in pacis gremio dormierũt. Vnum dicis egressum, meipsum significans qui in se summã prælij sitam optat intelligi. Ecce nõ ego vnus, sed tot ac tanti sancti eru ditique doctores, tibi pro me vel mecum ꝓ- que omniũ nostrũ & tua ipsius, si sapis salu- te rñdẽt. Nõ tibi sicut calumniaris solum po puli murmur opponimus, q̃q̃ & ipse popu- lus aduersus vos ꝓ ꝑea murmuret, q̃a nõ est talis qõ, q̃ possit ẽt cognitionẽ fugere popu- larẽ. Diuites & pauperes, excelsi atq; infimi, docti atq; indocti, mares & fœminæ noue- rũt, quid cuiq; ætati in baptismate remittať. Vnde ẽt matres quotidie toto orbe terrarum nõ ad Christũ tantum, id est ad vnctum: sed ad Christum Iesum, id est, etiam saluatorem cũ paruulis currunt. Sed ecce quò te intro- duxi, cõuẽtus sanctorum istorũ nũ est multi tudo popularis, nõ solũ filij, sed & patres Ec- clesiæ sunt. de quibus prædictũ est, Pro patri bus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos prin cipes super oẽm terram. Ex qua filij regene- rati sunt, vt hæc discerent, eius patres facti sunt, vt docerẽt. Quid est quod vos gaudere iactas, ꝙ ista veritas, quã tu errorem putas, vel putari cupis, de tanta multitudine asser- torẽ non potest inuenire, quasi parua sit eius assertio, ꝙ in hoc fidei firmissimo & antiq̃s- simo fundamento ipsa tota orbe diffusa non a se discrepat multitudo? Si aũt assertores eos flagitas, quorũ aliq̃d ẽt literarũ inueniri po- test, illustrisque doctrina est. En adest asser- torũ eius memorabilis & venerabilis cõfes- sus atq; cõsẽsus. S. Irenæus dicit, antiquã ser pẽtis plagã fide Xp̃i & cruce sanari, & ꝙ ꝓ- toplasti peccato fuimus tanq̃ vinculis alliga ti. Sed Cyp. dicit, ꝑire paruulũ, nisi fuerit ba ptizatus, q̃uis ei non ꝓpria dimittantur, sed aliena pctã. Sãctus Reticius dicit, veteris ho minis quo ꝑ lauacrum regenerationis exui- mur, non tm̃ vetera, sed ingenita esse pctã. Sanctus Olympius dicit vitiũ de protoplasto in germine sparsum, vt pctm̃ cũ homine na sceref. Sãctus Hilarius dicit, ex pctõ esse om nẽ carnẽ, ꝑter illius, qui venit in similitudi- ne carnis peccati sine pctõ. Dicit sub pecca- ti origine, & sub peccati lege natũ esse, cui[9] vox est, Ego in iniquitate conceptus sum. S. Ambr. dicit eos, qui baptizati fuerint, paruu los in primordia naturæ suæ a malitia refor- mari: Dicit solũ ex natis de fœmina sanctũ dñm Iesum, nulla terrena contagia corrupte lę immaculati partus nouitate sensisse, Dicit ꝙ in Adã oẽs morimur, q̃a ꝑ vnum hominẽ pctm̃ intrauit in mũdũ, & illius culpa mors omnium est. Dicit ꝙ in eius vulnere omne genus occidisset humanum, nisi Samaritan[9] ille descendens vulnera eius acerba curasset. Dicit fuisse Adam, & in illo fuisse oẽs, perijs- se Adã, & in illo perisse oẽs. Dicit nos conta gio maculari; anteq̃ nascimur, nec humanũ conceptũ esse iniquitatis exortẽ, q̃a concipi mur, inquit, in peccato parentũ, & in deli- ctis eorũ nascimur. Sed & ipse partus habet contagia sua, nec vnũ tm̃mõ habet ipsa na- tura contagium. Dicit diabolum fœnerato- rem,

Margin notes: D; Psal. 44.; F; Irenæus.; Cypria.; Reticius; Olymp.; Hilario.; Psal. 50.; Ambros.; G

rē,a quo Eua maculata obnoxiæ successionis vsuris,oē genus defęnerauit humanū.Dicit a diabolo Euā deceptā,vt supplantaret virū,obligaret hæreditatē.Dicit Adā ita morsu vitiatum esse serpētis, vt oēs illo vulnere claudicemus.Dicit per corporū viri & fęminæ cōmixtionē neminem expertē esse delicti. Qui aūt expers delicti est, idē dñs Xp̄s, ēt huiusmodi esse conceptionis expertē.Dicit sanctus Innocentius, lauacro regenerationis p̄teriti vitiū oē purgari, qđ per illū accidit,q̄ libero arbitrio cadens, in ꝓfunda demersus est.Dicit, nisi manducauerint carnē filij hominis,idest dñi, & sanguinē biberint vitā paruulos habere nō posse. S. Gregorius dicit,melius fuisse non excidere a ligno vitę gustu amarissimo p̄cti,sed emendari nos debere post lapsum.Dicit nos ex bonis ad tristia deuolutos,& vult a tristibus ad meliora reparari,vt quos gustus ligni vetitus condēnauit,Xp̄i crux gr̄a largiore iustificet. Dicit venerandā esse natiuitatē,p̄ q̄ terrenæ natiuitatis vinculis liberamur.Dicit regeneratione ex aqua & sp̄ū purgari maculas primæ natiuitatis,p̄quas ī iniquitatib.concipimur. Dicit tibi sanctus Basilius, nos ægritudinem contraxisse peccati,qm̄ Eua noluit a ligno ꝓhibito ieiunare.Dicit postremo nos de paradiso decidisse,quia non ieiunauimus,atq; vt illò redeamus, p̄cepit vt ieiunemus,Dicūt tibi ore vno tot sancti Ep̄i,Eulogius, Ioannes Ammonianus,Porphyrius,Fidus,Zozinus, Zoboenus,Nimfidius,Chromatius, Iouinus, Eleutherius,Clematius.Nos Pelagiū non ab soluimus,nisi quia dānauit eos,q̄ dicunt paruulos ēt si non baptizentur habere vitā æternā. Iā tu r̄nde, vtrū deus iustus nulli obnoxiā p̄ctō imaginē suā priuare vita possit ęternā?Postremo sanctus Ep̄s Ioannes dicit,quē tu honorabiliter cōmemorasti, quem tu sicut sanctū eruditūq; laudasti,quē tu testimoniū & gloriā de cōsortio veritatis suscepisse dixisti,ēt ipse dixit Adā sic peccasse illud graue p̄ctm̄,vt oē genus humanum in cōmune damnaret.Dixit in Lazari morte ideo fleuisse Christum,quia de perennitatibus excussa mortalitas inferos adamauit, & quia eos qui immortales esse poterant, diabolus fecit esse mortales.Dicit ante peccatum primi hominis omnimodo bestias homini fuisse subiectas,posteaquā vero p̄ctm̄ illud intrauit, cępisse a nobis bestias formidari.Vsq; adeo peccatū illud primi hominis intelligi voluit ad oēs homines pertinere,vbi quis nō videat esse consequens,vt nulla bestiarū paruulos læderet,nisi & ipsos illius p̄cti vinculo natiuitas carnalis obstringeret. Dicit in eodē sermone,ex quo tu incautus obrepere voluisti, ꝙ nos Xp̄s inuenerit ī paterno chirographo nostro qđ scripsit Adā,& posterioribus proprijs debitis obligatis. Exponit Apost.locū ī quo tota ista cā cōsistit, vbi scriptū est, Per vnū hominē peccatū intrauit in mundū, & cætera huic sn̄iæ coherentia. Nec in tā prolixa sua disputatione qđ dicitis, dicit nō propagatione generis hoc p̄ctm̄ ī oēs hoīes, sed imitatione transisse,imo econtrario q̄ se res aliter habeat in coepiscoporū suorū sententijs nō dissentiendo demonstrat. Dicit.n.oīa p̄ctō primi hominis eē cōtaminata,& ne hoc nōn generatione carnali,sed imitatione mortali factū putetur, dicit Adam propterea dictū formā futuri,quia sicut ille ex semetipso nascētibus,q̄uis nō manducauerint de ligno factus est cā mortis,quæ per cibū inducta ē, ita & Xp̄s ijs qui ex ipso sunt, tametsi nihil iuste egerint, factus est prouisor iustitiæ, q̄ per crucem nobis omnib.condonauit. Dicit Iudæū negantem virtute vnius Christi,mūdū posse saluari, de ipsius primi hoīs peccato refutandū,quo vno inobediente damnatus est mundus.Dicit nō valde videri habere rōnē,vt alius ꝓ alio dānetur,& tñ factum esse per Adā.Vnde magis persuadet esse credēdum,quod decentius & rationabilius apparet,saluari alium pro alio, quod impletur in Christo. Quis autem non videat si peccatū primi hominis non propagatione, sed imitatione per omnes homines pertransijt,neminem pro alio,sed suo damnari vnumquemque peccato,quod non alius in eo generando transmisit, sed ipse imitando sua voluntate commisit? Dicit per gratiam non illud vnum tantummodo primi hominis, sed etiam post illud introeuntia interfecta esse peccata. Vbi satis vtique distinguit peccata posteriora, quæ dici possunt imitatione commissa, ab illo vno, quod propagatione pertransijt,& ostendit vtraque interfecta esse per gratiam,vt secundum apostoli intentionem

tionē plus appareat profuiſſe regeneratio, q̃ nocuerat generatio. Sic. n. exponit qđ dictū eſt, Et non ſicut delictū, ita eſt & donū. Nā iudiciū q̄dē ex vno in cōdemnationē: gratia aūt ex multis delictis in iuſtificationē. Qua ſententia imitatio illa veſtra, qđ eſt nouitiū Pellagiani erroris machinamētū Paulo Apoſtolo ſcribente, & Ioanne Epiſcopo exponēte ſubuertit. Dicit ēt de ipſo baptiſmo, exponens qđ ait Apoſtolus, Quicunq; baptizati ſumus in Xp̄o, in morte ipſius baptizati ſumus, nihil eſſe aliud in morte Xp̄i batizari, q̃ peccato mori, ſicut ille mortuus eſt carne. Vnde neceſſe eſt, paruuli aut in Xp̄o baptizentur, aut ſi baptizantur, in morte eius baptizentur, ac ſic peccato ipſi quoq; moriantur, & q̄a nō hn̄t ꝓpriū, ab alieni illius .i. originalis. qđ omniū cōmune factū eſt, cōtaminatione mūdentur. His tot ac tātis molibus virorū ſanctorum doctorumq; vallatus, ad huc causā noſtrā putabis nullū aſſertorem de tanta multitudine inuenire potuiſſe? An tantā cōſenſionē ſacerdotū catholicorū, cōſpirationē dicturus es perditorū? Nec ſanctū Hierony. q̄a persbyter fuit cōtemnēdum arbitreris, q̄ Græco & latino inſuꝑ & Hebręo eruditus eloquio, ex Occidētali ad Orientalem trāſiēs eccleſiā, in locis ſanctis atq; in literis ſacris, vſque ad decrepitā vixit ætatē. Hic oēs vel q̄ ante illū ex vtraq; parte orbis de doctrina Eccleſiaſtica ſcripſerāt, legit, nec aliā de hac re tenuit prōpſitq; ſentētiā. Qui cū exponeret Ionā Prophetā apertiſſime dixit, ꝙ ēt paruuli peccato offēdētis Adā tenētur obnoxij. Ita ne tuū ſic amabis errorē, in quē iuuenili cōfidētia & humano lapſu incautius decidiſti, vt ab iſtis catholicæ vnitatis & veritatis ſacerdotibus, ex diuerſis orbis terrarū partibꝰ tāta inter ſe fidei cōcordia cōgruētibus, in tā magna cauſa, vbi chriſtianę religionis ſumma cōſiſtit, nō ſolū diſsētire, ſed eos audeas Manichęos inſuꝑ nūcupare. Quod ſi hoc nō facis, nec mihi hoc iuſte facis, quē cernis in eadē cauſa diſputationibus meis, q̄bus aduerſus me ferociter irritaris, illorū ſecutū fuiſſe veſtigia. Si āt me ſolū tali aſpergis opꝓbrio, nō aliud, q̄a niſi đ peccato primi hominis qđ ſentiunt, ſentio: qđ tenent, teneo: quod prædicant, prędico: quis te nō videat in me apertū iactare cōuitiū, de illis occultnm q̄dē, ſed tamē ſimile habere iudiciū? Et tamen cōſideratis, vt alia taceam, vel Ioannis epiſcopi verbis de noſtro paterno chirographo, quod ſcripſit Adam, quę verba in eo ſermone, vnde qđ voluiſti, protuliſti, inueniſſe te credo, vel epiſcopi Ambroſij, ꝙ de cōmixtione maris & fœminæ nullus poteſt expers eſſe peccati, quæ in meo libro legiſti, ſed in tuis attingere timuiſti, et ſi coram hominibus ſit dura frons tua, erubeſcit corā deo mens tua. Ego q̄dē pro dilectione, quę mihi eſt erga te, quam deo ꝓpitio q̄buslibet cōuitijs abſit, vt de medullis mei cordis extirpes, malem fili Iuliane, vt iuuentute meliore atque fortiore te vinceres, & animoſitatem quid aliud q̃ humanā, qua cupis tuā qualiſqunque ſit, quoniā tua iam facta eſt, præualere ſententiā, potētiore pietate ſuperares. Et ſicut Polemo luxurię coronis ſenſim capite detractis, eiſq; abiectis, manum pallio ſubdidit, os & vultum formauit ad verecundiam, ad extremum totum ſe illi, ad quem deridendum venerat, diſcipulum tradidit, ſic & tu loquētibꝰ tibi tot venerabilibus viris, maximeq; Ep̄o Ambroſio in integritate catholicæ fidei, etiā tui mali doctoris & deceptoris ore laudato, & epiſcopis Baſilio & Ioanne, quos tu quoq; in ſanctis eruditis veridica atteſtatione poſuiſti, tā quam coronas ebrioſorū abijceres laudes Pelagianorum, quibus tanquam magnus eorū defenſor extolleris, & ſtylum, vt mitius dixerim, contumelioſum non tanquam pallio pudoris abſconderes, ſed tanquam manu emendatiore confringeres, tuumq; pectus veritate cōplendum, non Platonico Xenocrati, ſed iſtis ſacerdotibus chriſtianis, vel potius in eis ipſi domino Chriſto, nō velut qui nunc primum veneris, traderes, ſed velut qui receſſeras, redderes, Quod ſi tibi conſilium meum diſplicet, age vt placet. Ego. n. etſi correctus fueris, in quo maiora vota mea ſunt, abundātius cumulatiuſque gaudebo, et ſi quod abominor, in hac prauitate ꝑmanſeris, ex opprobrijs tuis fructuoſum habebo, & pro me cęleſtis mercedis augmentum, & de te miſericordis doloris aculeum.

Quā Pelagiani adiuvent Manicheos. Cap. 3.

Sed q̄m iā oſtendi quot & quales & q̄tos viros fidei catholicę defenſores atq; doctores falſos facias Manichæos, audi iā parumper, ineru-

inerudita temeritate quantũ veros adiuues,
Manichæos. Hoc.n. me secundo loco dispu
tionis meç demõstraturum esse promisi. Ma
nichæi ꝙ ēt te satis nosse indicasti, duas na-
turas, vnā boni, alterā mali ex diuersis atq;
inter se aduersis coęternisq; principijs, va-
nitate sacrilega nephandi erroris inducunt.
Contra quos catholica fides tantũmodo sine
initio naturā prædicat, summi.s. atq; incõ-
mutabilis boni, hoc est illius ineffabilis tri-
nitatis, a quo summo, vt dictum est, atq; in-
cõmutabili bono vniuersam conditā dicit
esse creaturā, naturasq; oēs bonas, quāuis
impares creatori, qa ex nihilo creatas, iõq;
mutabiles, ita vt omnino nulla natura sit, q̄
nõ aut ipse sit, aut ab ipso facta sit, vt quanta
D cũq; aut qualiscũq; natura sit, & in quantũ
natura est, bonũ sit. Quęrũt itaq; a nobis, vn
de sit malũ, Rñdemus ex bono, sed non sum
mo & incõmutabili bono. Ex bono igitur,
inferioribus atq; mutabilibus orta sunt ma-
la. Quæ mala licet intelligamus non esse na
turas, sed vitia naturarũ, tñ simul intelligi-
mus ea, nisi ex aliquibus & in aliquibus na-
turis esse nõ posse, nec aliquid esse malũ, ni-
si a bonitate esse defectũ. Sed cuius defectũ,
nisi alicuius sine dubitatione naturæ? Quia
& ipsa voluntas mala, non nisi alicuius vo-
luntas est ꝑfecto naturæ. Et angelus quippe
& homo naturę sunt. Nõ.n. põt esse nullius
voluntas, qñ est volũtas, Et tantũ valēt eędē
voluntates, vt earũ naturarũ quarũ sunt, fa-
ciant qualitates. Nā si quæratur, qualis sit an
gelus vel homo malæ voluntatis, rectissimè
rñdetur malus, magis accipiēs qualitatis no
mē ex voluntate mala, quā ex natura bona,
Qm̄ natura est ipsa substantia & bonitatis,
& malitiæ capax. Bonitatis capax est, partici
patione boni a quo facta est, Malitiam vero
capit nõ participatione mali, sed priuatione
E boni.i. nõ cõmiscetur naturæ, q̄ aliqd malũ
est, qa nulla natura inquantũ natura est, ma-
lũ est, sed quia deficit a natura, quæ summũ
atq; incõmutabile est bonũ, ꝑpterea qa nõ
de illa, sed de nihilo facta est. Alioquin nec
malā voluntatē habere posit, nisi mutabilis
esset. Mutabilis porrò natura non esset, si de
deo esset, non ab illo de nihilo facta esset.
Quapropter bonorũ author est deus, dum
author est naturarũ. Quarũ spontaneos defe
ctus a bono, nõ indicat a quo factæ sunt, Sed
vñ factæ sũt. Et hoc nõ est aliqd, qm̄ penitus
nihil ē, & iõ nõ põt authorē habere qđ nihil
ē. Quapp sicut aduersat catholicæ fidei Ma-
nichæus, hoc est fidei veritatis, veręq; pieta-
tis, qui bonum & malũ sic inter se dicit esse
contraria, vt nõ naturā, cũ deficit a bono, di-
cat fieri malā, ipsumq; defectũ eius esse ma
lũ eius, sed potius ipsum malũ dicat esse na-
turā, & quod est insanius, sine initio sempi-
ternā, eamq; appellat corpus & spiritũ, cor-
pus videlicet, vnde spiritus operetur, spiritũ
vero, qui operetur ex corpore, ita hũc aduer
sariũ fidei dici nõ potest quãtum adiuuet, q
mala ex bonis oriri negat, & in eundē sen-
sum accipit quod ait dominus, Arbor bona
fructus malos nõ facit, cũ ille magister de- *Mat. 7*
us, non vtique naturā cõstituat arborē, ex F
qua fructus de qua loquebat, existat, sed vo-
luntatē seu bonā seu malā, fructus autē ope-
ra, quæ nec bona voluntatis malę, nec mala
possunt esse volũtatis bonę. Hoc est.n, quod
ait, Arbor mala fructus bonos non facit, &
arbor bona fructus malos non facit: tanq̄ di
ceret, Nec opera bona voluntas mala, nec
mala opera facit voluntas bona. Nam ipsa-
rũ arborũ .i. ipsarum voluntatũ si quærant
origines, quæ occurrunt nisi naturæ, quas
bonas deus cõdidit? Ac per hoc ex bonis or-
ta sunt mala, nõ ex bonis voluntatibus ope-
ra mala, sed ex bonis naturis volũtates malę.
Quid ergo sic optat audire Manichęus, nisi
ex bonis mala esse nõ posse, vt quoniā nega
ri nõ potest esse mala, nihil restet nisi vt ex
malo sint, si ex bonis naturis esse nõ possũt?
Ac sic sine initio habeāt originē suā, mala
naturā mali, quæ sine initio sēper fuerit, &
sint duæ naturæ, vna boni, altera mali. Ne-
cesse est enim, vt aut nulla sint mala, aut ex G
bonis naturis sint, aut ex malis. Si dixerimus *Mat.*
nulla esse mala, frustra dicimus deo, Libera
nos à malo. Si autē dixerimus nõ oriri mala
nisi ex malis, Manichæa pestilētia triũpha-
bit, totũq; vastabit, & ipsius dei tanq̄ mutabi
lē naturā malæ naturæ cõiugatione viola- *Iulia.*
bit. Relinquit ergo, vt mala ex bonis esse fa-
teamur, qa si hoc negauerimus, ex malis e-
rũt, & Manichęis vtiq; suffragabimur. Tu ita
que vbi dicis, cũ secũdũ sententiam euāge-
lij, ex fructib. suis arbor debeat cognosci, hic

audiendus putetur, qui dicit bonũ esse cõiugiũ, de quo nihil aliud, q̃ malum prodire definit. Vis vtiq; arborem bonam coniugiũ deputari, de qua velut fructũ malũ nasci non vis, hominẽ contagio pcti originalis obstrictum, nec vides necesse tibi esse adulteriũ cõstituere arborẽ malam, si coniugiũ est arbor bona, Ac per hoc si de coniugio, qui nascit̃, coniugij fructus est, & iõ debet esse sine vitio, ne fructus malus nascat̃ ex arbore bona, sequitur, vt qui de adulterio nascitur, nõ debeat nasci sine vitio, ne fructus bonus nascatur ex arbore mala, qm̃ dñs nec a bona arbore fieri fructus malos, nec a mala bonos diuina authoritate definit. Vt ergo hinc exeas, q̃a nec de adulterio dicis hominẽ nasci posse cũ vitio, negabis adulterium esse arborẽ malã, ne ille qui ſm te sine vitio de adulterio nascit̃, contra definitionem dñi, bonus fructus nasci de mala arbore videatur. Nega ergo ẽt coniugiũ esse arborem bonã, & errasse te vt hoc diceres, confitere. Sed dicturus es, nõ de adulterio nasci hominẽ, qui per adulterinũ conubitũ gignitur. Vnde igitur? De natura, inquis, humana, quæ in adulteris quoq; Dei opus est, non ipsorũ. Cur ergo eodẽ mõ non intelligis, nec de coniugio nasci hominẽ, qui per concubitũ gignitur coniugalẽ, sed de natura similiter humana, quæ in coniugib. quoque dei opus est, non ipsorũ, atq; ita bonitati non tribui nuptiarũ, quod malum nascentes trahunt de vitio naturæ, sicut non tribuit iniquitati adulterorũ, quod bonũ nascentes trahunt, de institutione naturæ? Tu autem intelligis arborẽ bonam, non quam Xp̃s intelligi voluit. i. hominis voluntatẽ bonam, sed ipsum opus dei. i. hominũ, uel nuptias, uel naturam. Et quia bona sunt hæc opera dei, malum inde nõ posse dicis existere, quia malũ fructum bona arbor non potest facere. Ac sic aduersus te ratiocinationem suã concludit, pro suo dogmate Manichæus, quem verbis istis tuis sic adiuuas, vt nihil magis optet audire, q̃ mala ex bonis esse non posse: hoc enim accepto infert, & dicit tibi, Si malũ esse non põt ex bono, vnde erit, nisi ex malo? Neque enim mala per seipsa repente authore nullo existere potuerunt. Tu aũt dicis malum ex bono esse non posse, ne contra euangelij sententiã, arbor bona faciat fructus malos, Remanet, inq̃t, vt mali natura fuerit sempiterna, q̃ potuerit mala gñare, quia ex bonis ea nõ posse fateris existere, Placetne tibi iã mutare sñiam, q̃ non Manichæis fauẽdo, sed quid loquaris nesciendo, ad adiuuãdum Manichæorum pestilentiã protulisti? Qũo. n. diceret Xp̃s, Aut facite arborẽ bonã & fructũ eius bonũ, aut facite arborẽ malã, & fructum eius malum: qñquidẽ hoc dicebat hominibus, quos ipse creauerat, si ex eius opere bono, quod est hõ, malum non posset existere, sicut tu sapis, arborẽ bonam constituẽs bonũ opus dei, id est, nuptias hominum, vel naturã, & ideo dicens, malum nasci non posse, quia si ex bono malũ nasci dixerimus, resistemus vt putas, ei qui dixit, Arbor bona fructus malos non facit, cum scias ex angeli & hominis naturis bonis, quas nulli parẽtes mali genuerant, sed deus summe bonus de nullis parentibu, fecerat, non fructus malos, sed ipsas malas arbores extitisse, ex quibus fructus nascerent̃ mali? Dñs aũt Iesus & Manichæos vincit, quia vnus hõ, hoc est una natura potest vtranque arborem, facere, & te vincit, quia ex natura bona potest mala arbor existere. Ex quo falsum esse monstratur, quod in Manichæorum suffragium dicis, mala ex bonis esse non posse, vt nisi ex natura mali, quam nefarius illorum error inducit, non putentur mala esse potuisse. Neque eñ uno tantum loco tibi ex euangelio arborem bonam commemorandam putasti, sed alijs etiam locis disputationis tuæ ista peruersitate suffragatus es Manichæis, sicuti est illud, vbi rursus dixisti, trahi peccatum per naturam non potest, quia per opus diaboli transire non finitur. Ad quod tibi ego respondeo, quomodo in opere dei opus diaboli manere finitur, si per opus dei transire non finitur? Quis. n. putet peius esse vt illic maneat, quã vt illinc transeat? Quæris fortasse, quomodo opus diaboli maneat in opere dei, Noli alibi quærere, ipsum diabolum recole opus dei esse, natura vtique angelica, Inuidia vero op⁹ est ipsius diaboli, quod opus & processit ex illo, & manet in illo: vanum est igitur quod dixisti, opus diaboli per opus dei non transire, ubi perspicis & manere. Manichæus autem quantas tibi gratias agat, itane nondum respicis, nondum expergisceris? Laborat eñ

Mat. 12

Mat. 7.

Manichæus, vt oſtendat ex bono dei opere malũ oriri non poſſe, vt quod ipſe vult, malum niſi ex malo eſſe non poſſe credat. Hic tu mirabilis eius adiutor, per opus, inqs, dei malũ tranſire non ſinitur, vt ille tota facilitate cõcludat, multo minus inde oriri non poſſe, per qđ nec tranſire ꝑmittitur. Audi tale aliud, imò grauius, vbi Manichæis identidem ſuffragaris. Euanuit, inquis, originale peccatũ, quia non põt mala radix in eo qđ donũ dei vocas, locari. Quod ego vide quã manifeſta veritate conuincã. Nonne ſenſus hoĩs donũ dei eſt? Et tñ ibi locauit inimicus ſeminator radicẽ mali, qñ peccatũ homini ſerpentina fraude perſuaſit. Niſi.n. radicẽ mali humanus tunc reciperet ſenſus, nullo modo tale ſuadenti accommodaretur aſſenſus. Quid dicam de radice oĩum malorum auaritia? Et vbi eſt hæc, niſi in hominis anima? Et quid eſt hominis anima niſi donum dei? Quomodo ergo tu dicis, niſi non conſiderãdo quid dicas, radicem mali locari nõ poſſe in dono dei? Sed Manichæus cui per iſtas inconſideratas ſentẽtias tuas plurimum ſuffragaris, quid tibi dicat attende. Si etiam eſſe rationalẽ creaturam, dei donũ eſt, & dicis locari non poſſe radicẽ mali in dono dei, quanto probabilius dicitur, oriri non poſſe radicem mali ex dono dei? Ac ſic te ſuffragatore introducit Manichæus, radicẽ mali ex illa quã non à deo creatam, ſed deo coæternã fingit naturam mali. Quoniam ſi dixeris ex libero arbitrio naturæ bonæ à deo creatæ, ortã mali radicẽ, quod catholica veritas dicit, illis verbis tuis te facillime ſuperat, vbi ais, radicẽ mali locari non poſſe in dono dei, quia & liberum arbitriũ proculdubio eſt donũ dei. Ac per hoc cũ mali radicẽ in dono dei locari non poſſe dixiſti, Manichæo qđ cõtra te diceret, tu dediſti. Quia ſi non põt in bono locari malũ, qđ tu dicis mihi, multo minus poteſt oriri ex bono malũ, qđ ille dicit tibi. Ac ſic cõcludet nõ eſſe malũ niſi ex malo, vbi victor videbit̃ ſibi, & erit ꝑfecto, niſi & illi reſiſtatur & tibi: veritas ergo fidei catholicæ in his verbis veſtris ideo vincit Manichæũ, qa vincit & teipſum. Nã ſi te nõ vinceret dicentẽ, non poſſe in dono dei locari radicẽ mali, multo minus Manichæũ poſſet vincere dicẽtẽ, non poſſe ex dono dei oriri radicẽ mali. Sed vt vincat ambos, nec aliũde oriri, nec alicubi eſſe poſſe dicit radicẽ mali, niſi ex natura & in natura rõnali, cui eſſe naturã rõnalẽ, non eſt niſi donũ dei. Sed qm̃ à ſummo atq; incõmutabili bono de nihilo facta eſt, vt eẽt quãuis mutabile tñ bonum, deficere à bono, à quo facta eſt, hæc eſt ex illa, uel ĩ illa radix mali, quia nihil eſt aliud malũ, niſi priuatio boni. Iã porrò ubi dicis rerũ ratio non finit, vt de bono malũ, & de iuſto iniquũ aliquid proferatur, prorſus Manichęorũ uerba dicis, hoc.n. aſſerunt non poſſe malũ proferri niſi de malo, & ibi tota eorũ nefanda ſecta conſiſtit, quia prius contendunt malũ proferri nõ poſſe de bono. Quod ſi eis te authore conceſſerimus, nihil nobis penitus remanebit, vnde illorũ nefaria dogmata redarguere valeamus. Hoc eſt aũt iniquum de iuſto, ꝙ eſt lũ de bono. Catholica igitur fides, vt & tibi & illis reſiſtat, hoc dicit, non prolatũ eſſe malũ niſi de bono, & iniquũ niſi de iuſto. Quia prius angelus & homo, de qbus iſta prolata ſunt, boni erãt vtiq; & iuſti, Non igitur reſiſtimus Manichæis, niſi obtineamus, non eſſe mala orta niſi ex bonis, nec ea mala ſubſtantias eſſe, ſed ſubſtantiarũ vitia creatarũq;, quibus deficiunt à bono qm̃ mutabiles ſunt, eo ꝙ ex nihilo factæ ſunt. Hæc eſt doctrinæ catholicæ ſanitas, qua Manichęæ peſtilentię virus expellitur. Vnde ille doctor meus, tui ẽt mali doctoris ore laudatus Ambroſius, in eo libro quẽ de Iſaac & anima ſcripſit. Quid ergo eſt, inqt, malitia, niſi boni indigentia? Et iterũ ait, Ex bonis igitur mala orta ſunt. Nõ eñ ſunt mala niſi q̃ priuantur bonis, per mala tñ factũ eſt, vt bona eminerent, Ergo indigẽtia boni radix malitiæ eſt. Vides quã vera catholicæ fidei ratione redarguit beatus Ambroſius Manichæos. Vides quemadmodum eos, quanuis in eadẽ diſputatione non nominauerit, tñ iſta ſentẽtiarũ ueritate ac breuitate cõiecerit. Ecce cui homini dei ꝑ ꝑ originale pctm̃, qđ catholic⁹ catholice aſſeruit, obijcis noĩe Manichęorũ iſtinctu, maledici furoris opprobriũ, q ꝯtra ſuffragiũ, qđ eis tu præſtas, tã inuictũ ad eos debellãdos, catholicis diſputationibus ꝓbet auxilium. Ille quippe aduerſus Manichæos clamat, Ex bonis mala orta ſunt: & aduerſus eum, pro Manichæis tu reclamas, Neceſſe eſt malum eſſe

ex quo

Gene. 2.

M

B

Ambroſ. lib. de Iſaac & anima.

C

Ex quo & per quod malus fructus apparuit, & per opus dei opus diaboli transire non sinitur,& in dono dei radix mali locari nō potest,& rerū ratio non finit,vt de bono malū, ac de iusto iniquū proferatur.Hæc clamas ꝓ Manichæis contra vocē per sacerdotē dei ꝓlatā catholicæ ueritatis,ut si tu audiaris, Manichæi uincant,vt alia taceā dicentes, Si rerū ratio non sinit, ut de bono malū aliqđ ꝓferatur, non ergo ex bonis sicut dicit Ambr. sed sicut nos dicimus, ex mali natura orta sunt mala: ecce in quantā voraginē decidisti male intelligendo dominū dicētem, Arbor bona fructus malos non facit: cū hoc nō sit dictum de natura,vel de nuptijs, quas instituit deus,sed de volūtate hominis, à qua nō fiunt opera mala.Sed ne forte vel tu,vel quispiā dicat, qui modo de arbore quā facit homo.i. vt uoluntate bona non fiūt fructus mali,& fiunt de natura,quā fecit deus, ipsa quæ faciat fructus malos,nascitē arbor mala, qua si aliquid melius faciat homo, vnde non possit malus fructus existere, quā est illud quod facit deus, vnde possit mala arbor existere? Ne quis ergo sic erret: audiat diligenter Ambrosi.dicentē,Quid est malitia,nisi boni indigentia? Non.n. sunt mala nisi quæ priuantur bonis,quia indigētia boni, radix malitiæ est. Et hinc intelligat ideo esse arborē malā, uoluntatē malā,quia defectus est a summo bono, vbi bonum creatum bono creante priuatur,vt sit in eo radix mali, nil aliud quā indigentia boni. Arbor aūt bona iō est uoluntas bona, quia per ipsam ɔuertitur homo ad summum atq; incōmutabile bonū, & impletur bono,ut faciat fructū bonū. Ac per hoc deus author est omniū bonorū,hoc est & naturæ bonæ,& uoluntatis bonæ,quā nisi deus in illo operetur,non facit homo,quia præparatur uoluntas a dño.Sed iā ordinē dispositionis meæ video postulare,ut faciā deo donante,qđ tertio loco me facturū eē promisi, hoc est ut catholicorum, qui fuerunt ante nos Episcoporum sententiis,quascunq; rebus de quibus agitur, cōgruentes potero reperire, vitreas argutias tuas, & fragilia, quibus tibi multū uideris acutus & nitidus, argumenta confringā. Quod ab alio aggrediemur exordio, hic istius libri prolixitate conclusa.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum, Liber Secundus.

NVnc iam mihi aggrediendū est quod tertio loco posui disputationis meæ, ut sententijs Episcoporū,qui scripturas sanctas ingenti gloria tractauerunt,tua Iuliane, domino adiuuante machinamenta subuertam. Non ut eos ostendā secundū catholicā fidem de originali sensisse peccato, hoc.n. iam primis huius operis partibus feci,vt inde monstrarem, quot & quantis uiris ecclesiæ, sanctis clarisq; doctoribus, Manichæorū crimen impingas. Et cū me cupis, apud imperitorū decolorare iudicia, eos qui catholicā fidē contra hæreticos defenderūt, hæresis nefariæ nomine accuses.Sed nunc argumenta ipsa vestra quibus agitis, ne hoīum prima natiuitas originali peccato credatur obstricta, eloquijs sunt redarguenda sanctorū.Quos oportet, ut populi Christiani, vestris prophanis nouitatibus anteponāt, eisq; potius eligāt adhærere quā uobis. Hæc sunt certe uelut capita argumentorū, quasi formidanda uestrorū, quibus terretis infirmos, & minus quā contra uos expedit, sacris literis eruditos. Dicitis.n.uos asserendo originale peccatū, diabolū dicere hominū nascētiū cōditorē,damnare nuptias,negare in baptismo dimitti uniuersa peccata, deū crimine iniquitatis arguere, desperationē perfectionis ingerere.

Quæ obijciūt Pelagiani.

Hæc quippe oīa consequentia esse contenditis,si credamus nasci paruulos,peccato primi hoīs obligatos,& ob hoc esse sub diabolo,nisi renascātur in Christo, Diabolus.n. creat dicitis,si ex hoc vulnere creantur, qđ diabolus naturæ,quæ primū cōdita est, inflixit humanæ,& dānantur nuptiæ,si aliqđ vnde dānabiles generātur,habere credātur,nec omnia peccata dimittūtur in baptismo, si aliquid in baptizatis coniugibus remanet malū,ex quo generātur mali. Quemadmodum autem non est iniquus deus, qui cum baptizatis dimittat peccata propria, paruulū damnat,quia cum ab illo crearetur, nesciens nec volens etiā ex illis parētibus,quibus remissa fuerant,traxit aliena. Nec virtus, cui vitiosi-

tas intelligitur esse contraria, posse creditur perfici, quia ingenerata vitia incredibile est posse consumi, q'iã nec vitia deputanda sũt, Non. n. peccat qui non põt aliud esse quam creatus est. Hæc si fideli diligẽtia quæreretis, nec ea q̃ catholicæ fidei veritate atq; antiquitate fundata sunt, infideli oppugnaretis audacia, in ea quæ abscondita sunt sapientibus & prudentibus, & reuelata sunt paruulis, nutriti Xp̃i gr̃a veniretis. Multa. n. multitudo dulcedinis dñi, quam profecto non inuidit, & tamen abscondit timentibus eum, perfecit autem sperantibus, non in seipsos, sed in eum.

H *Mat. 11.* *Psal. 30.*

Catholicorũ sententia. *Esa. 7.*

Nos ergo dicimus q̃d ea fides habet de qua scriptũ est, Nisi credideritis nõ intelligetis: nec diabolum, sed deum verum & vere bonum esse hominum conditorẽ, munda de immundis ineffabiliter operantem, quanuis hominũ nemo mundus nascat̃, & iõ donec mundet̃ spũsancto, sub spũ immũdo esse cogatur. Nec quantamcunq; immunditiã naturarum, vllũ crimen esse nuptiarum. Bonum quippe discernitur proprium nuptiarum, a quolibet vitio naturarum. Nec ullius reatum remanere pc̃ti, qui non ea, quæ in Xp̃o fit, regeneratione soluatur, quanuis infirmitas restet, contra quam in seipso cõstitutã, regeneratus si proficit pugnet. Nec iniquus est deꝰ, cũ pc̃tis, siue originalib. siue proprijs digna retribuit, magisq; iniquus aut infirmus ostẽditur, si iugum graue super filios Adã, a die sicut scriptum est, natiuitatis eorũ vsq; in diẽ sepulturæ, in matre omnium, sub quo iugo imago eius atteritur, aut ipso nullo uel originali pc̃tõ, vel proprio præcedente, aut quilibet alius ipso imponit inuito, Nec pfectio est desperanda virtutis, per eius grãm, qui ex origine vitiatã mutare põt & sanare naturã. Aggrediar igit̃ implere pollicitationẽ meã. Nec ista quinq; argumenta vr̃a, ex quib. cũcta connectitis, quæ & in hac qõne aduersus catholicam fidem multipliciter disputatis, singillatim testimoniis sanctorũ refutãda suscipiam, sed quantũ potuerit eorũ pcuti, & deijci, ẽt cum a me de literis catholicorũ Episcoporum singula proferent̃, tñ percutiet̃ atq; deijciet̃, siue unum eorũ, siue duo, siue plura sint omnia, sicut valuerit q̃d profert. Veluti est illud in libro quẽ de arca Noe conscripsit beatus Ambrosius, Per vnũ, inquit,

I *Eccl. 40.*

Ambros. de Arca Noe.

dñm deum salus ventura nationib. declarat, qui solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi natus ex virgine generationis obnoxiæ priuilegio minime teneretur. Ecce, inquit, in iniquitatib. conceptus sũ & in delictis peperit me mater mea, dicit is q iustus præ cæteris putabatur. Quẽ igit̃ iam iustum dixerim, nisi horũ liberum vinculorum, quẽ naturæ cõis vincula non teneant? Oẽs sub pc̃tõ ab Adã, in oẽs regnabat mors. Veniat solus iustus in conspectu dei, de quo iam non cum exceptione dicatur, non peccauit in labijs suis, sed peccatum non fecit.

P *K*

Huic dic si audes, ꝙ diabolũ fecerit hominum conditorem. qui vtriusq; sexus cõmixtione nascuntur, qñquidem solum Christũ quia sit natus ex virgine, a vinculis obnoxiæ generationis excepit, omnib. cæteris ex Adã sub peccati obligatione nascentibus, quod vtique peccatum diabolus seminauit. Hunc damnatorem redargue nuptiarum, qui sine peccato natum solum dicit virginis filium, istum negatorem percipiendę criminare virtutis, qui asserit ingenerare vitia generi humano in ipso conceptionis exordio, & dic ei q̃d aduersus me in primo tuo volumine uideris tibi satis alte acuteq; dixisse, nec peccare eos omnino, qui peccare dñr. Si quidem a quocunque creati sunt, s̃m id q̃d creati sunt necesse hñt viuere, nec suæ repugnare naturæ. Hæc omnia dic Ambrosio, siue de Ambrosio, quæ mihi tam superbe, tam contumeliose, tam procaciter & petulanter obiectas. Nam his verbis suis infamare etiam baptismatis sacramentũ, quod in eo plena non fiat remissio peccatorum, & iniquum deum facere, qui peccata in filijs damnat, aliena que in parentibus relaxauit fortasse non potest dici, quonãi cum hæc loqueretur, non de baptizatorum propagine loquebatur. Porro si sanctus Ambrosius non ex his erat, qui diabolum faciunt hominum creatorem, uel nuptias damnant, uel in capacem uirtutis naturam opinantur humanam, sed ex his potius qui deum summum ac summe bonum totius hominis, id est, totius animæ, totiusque corporis agnoscunt & confitentur authorẽ, & honorant in sui gradus bonitate coniugia, nec hominem perfecte iustificari posse desperant, hæc interim tria vestra argumenta tan-

A *L*

ta tan-

ta tanta illius viri authoritate ſubuerſa ſũt,
nec vlteri⁹ obiicieda ſũt nobis, q̃ de originali
pctõ ea dicimus, q̃ dixit ille q̃ neq; hoĩs crea-
tionem diabolo attribuit, neq; nuptias con-
dẽnauit, neq; iuſtitiæ perfectionẽ in natura
hoĩs deſperauit. De duobus vero reſiduis ar-
gumentis veſtris, quæ ad baptiſmũ ptinẽt.
mox videbimus quid ille vir ſenſerit, & quo
mõ vos ingẽti mole auhoritatis obtriuerit,
Dicit.n. in libro contra Nouatianos, Oẽs ho-
mines ſub pctõ naſcimur, quorũ ipſe ortus
in vitio eſt, ſicut habes. Lectũ dicẽte Dauid,
Ecce.n. in iniquitatibus cõceptus ſum, & in
delictis peperit me mater mea. Iõ Pauli caro
corpus mortis erat, ſicut ipſe ait, Quis me li-
berabit de corpore mortis huius. Xpi aũt ca-
ro dãnauit pcm̃, quod naſcendo nõ ſenſit, q
moriẽdo crucifixit, vt in carne nr̃a eẽt iuſtifi-
catio p grãm, vbi erat añ colluuio p culpã.

Hic ſane omnia ſimul vr̃a argumẽta ſub-
uerſa ſunt. Si.n. omnes hoĩes ſub peccato na-
ſcimur, quorum ipſe ortus in vitio eſt, cur
mihi ex hoc obiicis, q dicam diabolum ho-
minum creatorẽ, cum hoc me dicere videas
quod ille dixit, qui hominũ creatorem dia-
bolum eſſe non dixit? Si quoniam hominis
ortus ĩ vitio eſt, iõ dicit Dauid, Ecce in iniq-
tatibus cõceptus ſum, & in delictis peperit
me mater mea: nec accuſat vox iſta nuptiale
conſortium, ſed originale peccatũ, cur me
damnatorem dicis eſſe nuptiarum quod di-
cere non audebis Ambroſium? Si qm̃ omnes
homines ſub peccato naſcimur, & ipſe or-
tus nr̃ in vitio ẽ, iõ Pauli caro corpus mor-
tis erat, ſicut ipſe ait, Quis me liberabit de
corpore mortis huius? iam tandem perſpicis
ẽt ſeipſum in his ſuis verbis voluiſſe intelli-
gi Apoſtolum. Ipſius ergo interior homo cũ
condelectaretur legi dei, videbat aliam legẽ
in membris ſuis, repugnantem legi mentis
ſuæ, & propterea carnem ſuam corpus mor-
tis eſſe dicebat, In ipſius ergo carne non ha-
bitabat bonum, propter quod non quod vo-
lebat, faciebat bonum, ſed malum quod ode-
rat, hoc agebat. An non tota veſtra cauſa im-
pulſa, proſtrata, contrita, & ſicut puluis quẽ
proiicit ventus a faciæ terræ, ſic a cordibus
eorum quos decipere cœperatis, ſi hæc vo-
luerint depoſito ſtrdio contentionis cogita-
re, proiecta eſt? Nunqd.n. Paulus Apoſt. non
erat baptizatus? aut, aliquid ei vel originaliũ
vel ppriorũ, vel ignorantiæ, uel ſcientię re-
miſſum non fuerat peccatorum? Vnde ergo
talia loquebatur, niſi quia id quod dixi in li-
bro meo, cui reſpondiſſe gloriaris, omnino
verum eſt? Lex quippe iſta pcti, quæ in mẽ-
bris eſt corporis mortis huius, & remiſſa eſt
regeneratione ſpiritali, & manet in carne
mortali. Remiſſa.ſ. quia reatus ſolutus eſt in
ſacramento, quo renaſcuntur fideles, manet
aũt, quia operatur deſideria, cõtra quæ dimi-
cant & fideles. Hoc eſt omnino q funditus
ſubruit hareſim veſtram. Quod vſq; adeo vi-
detis & timetis, vt nõ aliter ex his Apoſtoli-
cis uocibus exire conemini, niſi q̃ta poteſtis
cõtentione aſſeueretis, nõ illic ipſius Apoſto-
li accipẽdã eẽ perſonam, ſed adhuc ſub le-
ge, nõdũ ſub grã poſiti cuiuſpiam Iudæi, cõ-
tra quẽ ſuæ malæ cõuerſationis conſuetudo
pugnaret, quaſi uis ipſa cõſuetudinis depo-
nat in baptiſmo, & nõ aduerſus eã cõfligãt
ẽt baptizati, tanto fortius atq; uehemẽtius,
q̃to magis placere ſtudẽt oculis eius, cuius
grã adiuuant, ne ĩ tali certamine ſupentur.
Quod ſi attẽte ſine peruicacia cõſiderare uo-
luiſſes, pfecto in ipſa ẽt ui cõſuetudinis in-
uenires qũo cõcupiſcentia remittatur in rea-
tu, & maneat in actu. Neq;.n. nihil in hoĩe
agitur quãdo, cõcupiſcẽtiarum ſuarũ etiã,
quibus nõ cõſentit, ſtimulis inquietat. Sed
tamẽ nõ propter uim cõſuetudinis appella-
bat carnẽ ſuã corpus mortis Apoſtolus, ſed
pp quod rectiſſime intellexit Ambr. quia
omnes ſub peccato naſcimur, & ipſe ortus
in uitio eſt, huius vitij reatum, iam ſibi in
baptiſmate fuiſſe dimiſſum dubitare nõ po-
terat, ſed cõtra eius inquietudinẽ pugnãs pri-
mũ ab eo vinci ſubiugariq; metuebat. Dein-
de licet inuicte nõ diu pugnare, ſed hoſtem
non habere malebat, quando dicebat, Mi-
ſer ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum. Sciebat.n. gratia
nos ſanari ab iſto concupiſcentiali motu, q
nos ab eius originali reatu, ſpiritali regene-
ratione ſanauit. Hoc bellum quod in nobis
ipſis aduerſum noſipſos gerendum ſuſci-
pimus, experiuntur in ſe, neque negare
poſſunt libidinis accerrimi expugnato-
res, non impudentiſsimi laudatores. De-

niq; dicit ēt victoriosissimus Cyprianus in Epistola de oratione dñica, Fieri aūt petim⁹ voluntatem dei in cęlo & in terra, qđ vtrūque ad cōsummationē nr̄æ incolumitatis ꝑtinet & salutis. Nā cū corpus e terra, & spm̄ possideamus e cęlo, ipsi terra & cęlū sumus, & in vtroque. i. in corpore & spū, vt dei voluntas fiat, oramus. Est. n. inter carnē & spm̄ colluctatio, & discordantib. aduersus se inuicē, quotidiana cōgressio, vt nō ea q̄ volum⁹ ipsa faciamus, dū spūs cœlestia & diuina q̄rit, caro terrena & secularia concupiscit. Et iō petimus inter duo ista, ope & auxilio dei concordiā fieri, vt dū & in spū & in carne voluntas dei gerit̄, q̄ per eū renata est anima seruetur. Qđ aperte atq; manifeste Apostolus Paulus sua voce declarat. Caro, inquit, ꝯcupiscit aduersus spm̄, & spiritus aduersus carnē. Hęc. n. inuicē aduersantur sibi, vt non ea q̄ vultis, illa faciatis. Vide queādmodum instruat baptizatum populū doctor egregi⁹. Qđ ad baptizatū. n. pertineat oratio dñica, qs Chr̄ianus ignorat, vt humanā voluntatē, incolumitatē, salutemq; naturæ in hoc esse intelligant constitutā, nō ut caro & spūs, tāquā inter se naturaliter inimica, sicut Manichæus desipit, separentur, sed potius tanquā ex vitio discordiæ sanata, cōcordēt. Hoc est. n. liberari a corpore mortis huius, vt vitæ fiat, qđ mō corpus est mortis, ipsa in ea morte moriēte, finita discordia nō natura. Vñ dr̄ ēt illud, Vbi est mors contentio tua? Qđ nō in hac uita ꝑfici, idē quoq; testis est martyr in Epistola de mortalitate, vbi Apost. Paulū ꝓ pea dicit concupiscere dissolui, & esse cū Xp̄o, vt nullis iā fieret peccatis & uitijs carnis obnoxius. Quā vero vigilanter aduersus illud dogma vestrum, quo in vestra uirtute confiditis hoc in oratione dñica exponit. Sic. n. docet petendū, id potius a dño, q̄ de proprijs uirib. prȩsumendū, vt inter carnē & spiritum non humana uirtus, sed gratia faciat diuina concordiā, cōsonans omnino Apost. dicenti, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Xp̄m dñm nostrum. His & sanctus Gregorius attestat̄ dicens, Anima nanq; cum in laboribus fuerit, & in angustijs cū hostiliter urget̄ a carne, tūc ad deū refugit & cognoscit vnde debeat auxiliū poscere. Ac ne q̄squā in his verbis Epi Gregorij hostiliter vrgerī carnē tanquam ex contraria natura mali, ſm Manichæorū insaniā suspicet̄, ēt ipse vide, quem admodū suis fratrib. & condoctorib. concinat, docens non ob aliud aduersus carnē spiritum concupiscere, nisi vt suo utrūq; reuocetur authori, post grauissimū in hac vita rei vtriusq; conflictū, in quo laborat oīum vita sanctorū, in libro quippe apologetico, illorum vero, inquit, uerborū nondū facio mentionē, quibus intra nosmetipsos propriis vitis ac passionib. impugnamur, & die noctuque ignitis stimulis corporis humilitatis huius, & corporis mortis vrgemur, nunc latenter, nunc ēt palā prouocantib. ubiq; & irritātibus rerū uisibiliū illecebris, luto huius fecis, cui inhæsimus, sensim fœtorē uenis capacioribus exhalante, Sed & legi p̄cti q̄ est in mēbris nostris repugnante legi spūs, dum imaginē regiam, quę intra nos est, captiuam ducere studet, vt spolijs eius cedat, q̄cquid illud est, qđ in nos beneficio diuinæ ac primę illius conditionis influxit, unde vix aliquis fortasse longa se & districta regens philosophia, & paulatim nobilitatē animæ suæ recolens naturam lucis quę in se est, humili huic & tenebroso loco coniuncta, reuocet, ac reflectat ad deum, vel si certe ꝓpitio deo agat, utrunq; pariter reuocabit, si tñ longa & assidua meditatione insuescat sursum semper aspicere, & deorsum male trahentem ac degrauantem materiā sibimet astrictam, frenis arctioribus subleuare. Agnosce fili Iuliane consonas catholicas voces, & ab eis desine dissonare. Cum dicit beatus Gregorius, intra nosmetipsos propriis vitijs ac passionibus impugnamur, & die noctuq; ignitis stimulis corporis humilitatis huius, & corporis mortis vrgemur: baptizatus loquitur, de baptizato loquitur. Cū dicit, lege peccati q̄ est in mēbris nostris legi spūs repugnante: baptizatus loquit̄, de baptizatis loquit̄, Xp̄ianorū est ista pugna fidelium, non infideliū Iudæorum. Crede si non pugnas, agnosce, si pugnas, & in ista pugna rebellem quoque superbiam Pelagiani erroris expugna. Iam ne discernis, iam ne perspicis, iam ne respicis, & in baptismate fieri omniū remissionē peccatorū, & cū baptizatis quasi ciuile bellū interiorū remanere uitiorū? Non. n. talia sunt

uitia,

Marginalia: Cyprian. in Epistola de oratione dominica. — Galat. 5. — August. — D — 1. Co. 15 — Cypria. — Rom. 7. — Gregorius. — E — Aug. — Gre. rius apolog. co. — F — Aug. — G

vitia,quæ iam pctā dicenda ſint,ſi ad illicita
opera ſpūm cōcupiſcentia non trahat & cō
cipiat,pariatq; pctm̄.Nec tñ extra nos ſunt,
quib.vincēdis,cū in hoc certamine proficiē
ter laboramus,inſtandū eſt,noſtra ſunt,paſ-
ſiones ſunt,vitia ſunt frenanda,cohibenda,
ſanāda ſunt,ſed dū curanẽ infeſta ſunt, Et ſi
nobis ad meliora proficientib.magis magiſ-
que minuuntur,tñ dū hic viuitnr,eſſe nō de
[H] ſinunt, Diſcedente hinc anima pia peribūt,
in reſurgente corpore non redibūt, Ergo ad
beatū redeamus Ambroſiū. Etiā Pauli,caro,
[Ambroſ.] inquit,corpus mortis erat ſicut ipſe ait.Quis
me liberabit de corpore mortis huius? Ita in
[Rom.] tellexit Ambroſ.ita Cyprianus,ita Gregori⁹
vt de alijs interim taceā ſimili præditis au-
[1.Cor.15] thoritate doctorib.Huic morti diceẽ in fine,
Vbi eſt mors contentio tua? Sed regenerato-
rū eſt hæc gr̄a,non generatorum, Xp̄i.n.ca-
ro qđ adiungit Ambroſius,damnauit pecca
tū,quod naſcendo non ſenſit , qđ moriēdo
crucifixit, naſcēdo nō ſenſit in ſe , moriēdo
crucifixit,in nobis.Lex itaq; pctī repugnans
legi mentis,quæ in tanti quoq; Apoſtoli mē
bris erat,remittitur in baptiſmate,non finiẽ.
Ex hac lege carnis repugnante legi mentis ,
nihil Xp̄i corpus attraxit,quia non ex illa vir
go concepit.Ex hac lege carnis repugnante
legi mentis, eādē legē prima natiuitate ne-
mo nō traxit,qa niſi ex illa mulier nulla cō-
[Hilarius] cepit.Et iō venerandus Hilarius, ex peccato
eſſe oēm carnē non cunctatus eſt dicere,Sed
nunquid iō negauit ex deo ? Qūo dicimus ,
& ex carne carnē,& ex homine carnē, nun-
quid ēt ſic negamus,generamur ex deo? Er-
[Ioan.1] go & ex deo,qa creat:& ex homine, qa ge-
nerat:& ex pctō,qa vitiat. Sed deus qui ge-
nuit filiū ſibi coæternum,quod in principio
erat verbū,quod creauit oē quod non erat ,
ēt ipſum creauit hominē ſine uitio,nō ex ſe
mine hominis per virginē natū,in quo rege
nerat hominē generatū,ſanatq; vitiatū,a rea
[2.Cor.12] tu ſtatim,ab infirmitate paulatim,Contra q̄
regeneratus ſua ratione vtitur, illo ſpectan-
te atq; adiuuante velut in agone cōfligit, qa
[I] virtus in infirmitate perficitur , dum contra
hoc noſtrum,quod a iuſtitia deficit, illo no-
ſtro quod ad iuſtitiā proficit dimicatur , ut
vincēte profectu,totū ſurgat in melius, nō
vincēte defectu,totum uergat in peius.Par-
uulus vero in quo adhuc rōnis nullus ē vſus
voluntate quidē propria nec in bono ē,nec
in malo,qa nulla alterutro cogitatione uer
ſatur , ſed vtrunq; in illo conſopitū vacat , [K]
& ab omni naturale rōnis,& malū origina-
le pctī,Sed annis accedētib.euigilante rōne
venit mandatū,& reuiuiſcit peccatum , qđ
aduerſus creſcentem cū pugnare cœperit ,
tunc apparebit , quid in infante latuerit, &
aut vincit & dñabiẽ,aut vincitur & ſanabiẽ.
Non tñ ideo malū hoc nihil nocuiſſet , etiā
ſi priuſq̄ in illo apparere cœpiſſet, paruulus
hac vita exiſſet,qa reatus eiuſdem mali,nō
quo reū malū eſt,ſed quo reū facit in quo ē,
ſicut generatione cōtrahiẽ, ita niſi regenera
tione non ſoluiẽ.Hoc eſt p̱p̱ qđ paruuli ba-
ptizātur, vt nō ſolū regni Xp̄i fruanẽ bono ,
verum & a malo regni mortis eruantur.Ne
que hoc fieri pōt,niſi p̱ eū, q̱ pctm̄ ī ſua car
ne dānauit,qđ naſcendo nō ſenſit, ꝙ moriē
do crucifixit, vt ī carne nr̄a eēt iuſtificatio p̱
gr̄am,vbi erat ante colluuio p̱ culpā.His ita
que beati Ambroſij verbis,nec diabolus bo-
nitate hominē creauit , ſed hominem mali-
gnitate vitiauit,nec concupiſcentię malum
nuptiarum abſtulit bonū,nec in baptiſmatis
ſacro pctī alicuius reatus relinquiẽ inſolu-
tus. Nec iniuſtus eſt deus,q̱ eū dānat lege iu
ſtitiæ,qui pctī lege fit reus, ēt ſi ex illa natus
eſt,q̄ parentē eius p̱ p̱ea iā reum facere non
poteſt,quia renatus eſt. Virtus porro q̄ in in- [L]
firmitate perficitur,quare ſi hęc vera ſunt,de
ſperanda eſt, cum per carnem Chriſti , quæ
damnat peccatum,quod naſcendo non ſen-
ſit,quod moriendo crucifixit, fiat etiam in ea
carne noſtra iuſtificatio p̱ gr̄am, in qua erat
ante colluuio per culpā? Ac per hoc quinq,
iſta veſtra,in quibus maxime terretis homi-
nes argumenta,nec alios poteruut perturba
re,nec vos,ſi credatis Ambroſio,Cypriano,
Gregorio,aliiſque catholicis ſanctis clariſ-
que doctoribus,imo vero etiam vobiſipſis,
legem peccati quæ ineſt hominis membris,
repugnās legi mētis,qua caro cōcupiſcit ad
uerſus ſpiritum,ēt baptizatis ſanctis ingere- [Galat. 5.]
re pugnandi neceſſitatem,cōtra qđ? niſi con
tra malum, non ſubſtantiam, ſed ſubſtantiæ
vitium,dei gr̄a nos regenerante non impu-
tandū,dei gratia iuuante frenandum,dei gra
tia remunerante ſanandum ? Sed ne forte

dicas cõtra hoc potius pugnare baptizatos, qđ ſibiipſi prioris vitæ mala cõſuetudine fecerunt nõ cõtra id cũ quo nati ſunt. Quanq̃ ſi hoc dicis, iam ꝓculdubio cernis atq; cõcedis eſſe in hoĩe aliq̃d mali, qđ nõ ipſum, ſed reatus qui ex illo cõtractus ſuerat, auferat in baptiſmo. Tñ q̃a parũ eſt, ad huius q̃õnis abſolutionem, niſi nobis ex pctõ primi hoĩs ingeneratũ eſſe mõſtret, audi q̃d inde in alio loco expresſius dicat ſctũs Ambroſius in expoſitione Euangelij ſcđm Lucam, cũ diuerſis modis ab vna tñ regula fidei nõ abhorẽtibus tractaret illum locũ, vbi dñs ait, in vna domo diuidi tres aduerſus duo, & duo aduerſus tres poſſunt ẽt videri inq̃t, caro atq; aĩa ab odore, tactu, guſtuq; luxuriæ ſeparate in vna domo ſe aduerſus incurſantia uitia diuidentes, ſubijcientes ſe lege dei, remouẽtes ſe a lege pctĩ, quorũ licet diſſentio ꝑ præuaricationẽ primi hoĩs ſe in naturã uerterit, vt nequaq̃ ſibi paribus ad virtutẽ efficaciam ſtudijs cõuenirẽt, tñ ꝑ crucem dñi ſaluatoris, tam inimicus q̃ ẽt mandatorum lege vacuatis, in ſocietatis cõcordiã congruerunt, poſtq̃ Chriſtus de cœlo pax nr̃a deſcẽdẽs, fecit vtraq; vnum. Rurſus in eodẽ opere, cũ de ſpiritali atq; ĩcorruptibili loqueret̃ cibo, Et.n. miſericors cibus mentis eſt, inq̃t, præclaraq; alimonia ſuauitatis rõ, quæ membra nõ oneret, neq; in naturæ pudẽda, ſed ornamẽta conuertat, cũ libidinũ volutabrũ commutatur in dei tẽplum, diuerſoriũ vitiorũ, ſacrarium incipit eſſe virtutũ. Qđ vtiq; tũc facit, cũ caro in naturã regreſſa vigoris ſui agnoſcit altricẽ, atq; auſu depoſito cõtumaciæ, moderatoris aĩæ cõiugatur arbitrio, qualis fuit cũ in habitanda paradiſi ſecreta ſuſcepit, antequã veneno peſtiferi ſerpentis infecta, ſacrilegam famem ſciret, diuinorumq; memoriam præceptorum animæ ſenſibus inhærentẽ, edacitatis ſtudio præteriret. Hinc peccatum manaſſe proditur, tanquã corpore animaque genitoribus, dum corporis natura tentatur, anima male ſana compatitur. Quæ ſi appetentiam corporis refrenaſſet, in ipſo ortu eſſet extincta origo peccati, quam velut virili infuſa corporis motu male fœta anima, etiã vigore corrupto alienis grauis onerib. parturiuit. Hic certe aptiſſime atq; ſatiatiſſime, ille tam excellenter tui doctoris ore laudatus doctor Ambroſius declarauit, & q̃d eſſet, & vnde eſſet originale pctm̃, & & unde contigerit illa prima cõfuſio, quę in obediẽtia carnis fuit diſſentientis ab anima, q̃ diſcordiã ſanat dei gratia ꝑ Ieſum Chriſtum dñm noſtrum. Vides Vnde caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, vides vnde ſit lex in mẽbris repugnans legi mẽtis. Vides vertiſſe ſe in naturã, animæ carniſq; diſcordiã, & ꝑ has inimicitias nobis abundare miſerias, nõ niſi de mĩa finiendas. Noli mihi iam aduerſari. Nam ſi adhuc facis, cui vel q̃bus ſimul aduerſeris, aduertis. Me nẽpe dixiſti nihil magis laborare, q̃ vt nõ intelligar. Et in quibuſdã locis ſenſus meos ad tuũ potius interpretatis arbitriũ, abutens tardiuſculis cordibus hoĩum, qui te nõ intelligũt tacere potius noluiſſe, quã rñdere potuiſſe vni meo, quatuor voluminibus tuis. Ecce fundit eloquẽtiæ lucidum ac ꝑſpicuũ flumen Ambroſius. Non eſt vt hæreat lector, vbi caliget auditor. Manifeſtiſſime đt Apoſt. iõ dixiſſe, Quis me liberabit de cꝑe mortis huius, q̃a oẽs ſub pctõ naſcimur, & ipſe ortus in vitio eſt. Manifeſtiſſime dicit dñm Chr̃m ꝑꝑea fuiſſe ſine pctõ, ꝙ natus ex virgine, vinculis obnoxiæ gñationis naturæq; cõmunis minime teneret, & dãnaſſe pctm̃, ꝙ naſcendo non ſenſit. Apertiſſime dicit, ꝙ diſſentio carnis & aĩæ præuaricationẽ primi hoĩs in natura ſe verterit. Apertiſſime dicit, carnem libidinũ volutabrum diuerſorumq; vitiorum ita mutari in dei templum, ſacrariumque virtutum, cum in naturã regreſſa vigoris ſui agnoſcit altricẽ atque auſu depoſito contumaciæ moderatoris animæ coniugatur arbitrio, qualis fuit cum in habitanda paradiſi ſecreta ſuſcepit, antequam eſſet veneno peſtiferi ſerpentis infecta. Quod ſi adhuc quod aduerſus meos libros moliaris, inquiris, illum aſpice, aduerſus illum alliquid aude, qui hæreſis veſtræ venenis antequam naſcerentur occurrit, & vnde poſſunt expelli, hæc antidota præparauit. Quæ ſi ſatis non ſunt, adhuc audi. In libro de Iſaac & anima idem dicit, Bonus ergo rector malos equos reſtringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi ſunt quatuor prudentia, temperantia, fortitudo, iuſtitia. Mali equi, iracundia, concupiſcentia, timor, iniquitas. Nunquid ait, Bonus

rector

Luc. 14. Ambroſius ſuper Lucam. Cap. 58

M

Ephe. 2.

Auguſt.

A

B

Ambr. in li. de Iſaac & anim.

C

rector bonos equos habet, malos nõ habet? Sed ait, bonos incitat, malos restringit & reuocat. Vñ isti sunt equi? Nempe si eos substãtias dicimus vel putamus, Manichæorũ fauemus vel hæremus insaniæ, ꝙ vt absit a nobis catholice istos equos intelligimus vitia nostra, quæ legi mentis ex lege pcti resistunt. Non a nobis hæc vitia separata, alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt. Verũtñ: quare nõ in baptismate perierũt? An nondũ fateberis ꝙ reatus eorũ perierit, infirmitas manserit, nõ reatus quo ipsa rea fuerãt, sed quo nos reos fecerãt in malis operibus, quo nos traxerant. Nec ita eorũ mãsit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, q̃ infirmãtur, sed nr̃a infirmitas ipsa sunt. Nec ĩ his equis malis iniqtatẽ nominasse putãdus est illam? q̃ deletur in baptismo, illa nãq; pctorũ q̃ fecimus, fuit, q̃ cuncta remissa sunt, atque oĩno iã nõ sunt, quorũ reatus manebat, qñ ipsa fiebãt atq; transibãt. Istã vero legẽ pcti, cuius manẽtis reatus in sacro fonte remissus est p pea vocauit iniqtatẽ, qa iniquũ est, vt caro concupiscat aduersus ipm̃, quãuis assit
D
in nostra reuocatione iustitia, qua iustũ est, vt aduersus carnẽ spiritus cõcupiscat, vt spiritu ambulemus, & concupiscẽtias carnis nõ perficiamus. Hanc quippe iustitiã nostrã inter bonos equos inuenimus nominatã. Audi adhuc quid dicat in libro, quẽ scripsit de paradiso, Fortasse, inquit, ideo dixit Paulus, quæ nõ licet homini loqui, qa adhuc in corpore cõstitutus, hoc est videbat istius corporis passiones, videbat legẽ carnis suæ repugnantem legi mentis suæ. Itemque in eodẽ. Cũ dicit, inquit, sapientiorẽ serpentẽ, intelligis quẽ loquatur. i. illum aduersariũ nostrũ, qui tamẽ habet huius sapientiã mundi. Sed & voluptas & delectatio bene sapiens dicitur, quia & carnis appellatur sapiẽtia, sicut habes, qa sapiẽtia huius carnis inimica est deo. Et ad exquirẽda delectationũ genera astuti sunt; qui appetentes sunt voluptatũ. Sique ergo, inquit, delectationẽ intelligas, quæ dã est diuino aduersa mandato, & inimica sensibus nostris. Vnde sanctus Paulus ait. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Qualem voluptatem di-
E
cat hoc loco iste doctor, in prõptu est, quia

in lib. de parad. in lib. de parad. ca. 12. Rom. 8. Rom. 7.

vt intelligeremus adhibuit Apost. testimoniũ dicẽtis. Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege pcti. Hæc est voluptas illa suscepta tua, quis & tu reprehendas eius excessum. Vbi qualis sit plane fateris, sed tãtis verborũ ornamẽtis eã moderatã defendis & laudas, quasi istũ modũ sibi ipsa cõstituerit, & nõ spiritus q aduersus eius impetũ cõcupiscit. Aduersus quẽ fortiter stabat ille, qui clamabat, Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ. Iste repugnãtis impetus si laxetur, in quæ declinabit immũda? In quæ nõ ptrahet, & præcipitabit abrupta? Verũ nunc ꝙ potius instat, ecce nõ ſm vos quicũq; Iudæus, sed ſm beatissimũ Ambrosium de seipso Paulus Apostolˢ dicit, Video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati. Rursus in eodem opere alio loco, doctor idem, impugnatur, inquit, Paulus, & videt legem carnis suę, repugnantẽ legi mẽtis suæ, & captiuantẽ se in lege peccati, nec de consciẽtia sua præsumit, sed per Christi gratiam confidit se a mortis corpore liberandũ, & tu quẽquam opinaris scientẽ non posse peccare. Paulus dicit. Non. n. quod volo facio bonũ, sed quod nolo malum hoc ago: & tu arbitraris homini prodesse sciẽtiã quæ delicti augeat inuidiã. Itẽque in ipso opere, idem ipse Eṗs ad omnes nos referens eloquium, causamq; cõem sedulo agens, Repugnat. n. lex carnis inquit, legi mẽtis, & laborandũ nobis est ac desudandũ, vt castigemus corpus & seruituti redigamus, & quę sũt spiritalia seminemus. In alio quoq; libro suo de sacro regñationis, vel de Philosophia quæ scripsit, ita loquit, Beata igitur mors q̃ nos pctõ eripit, vt reformet deo. Qui. n. mortuˢ ẽ, iustificatus est a pctõ. Nunqd naturæ sine, inquit, iustificatur a pctõ aliq? Nõ vtiq;, qm̃ qui peccator moritur, in pctõ manet, ille aũt iustificatur a pctõ, cui p baptismũ peccata remittũtur oĩa. Habes ad ista qd dicas? Vides ne quẽ admodũ expresserit vir venerabilis in baptismo fieri hoĩs mortẽ beatã, vbi remittunt pctã omnia? Sed attẽde aliud, attẽde qđ nõ vis. Aduertimus, inquit, cuius modi sit mors mistica, nũc cõsideremus cuiusmodi sepultura esse debeat, Nõ ergo satis
G
est

Ambro. in lib. de paradis. cap. 12. in fine. Rom. 7.
F
Ambros. vbi sup. cap. 15.
Idem in lib. de sacramẽto regenerationis.
August.
Ambro.

H est vt moriant vitia, nisi marcescant corporis luxus,& omniũ vinculorũ carnaliũ compago soluatur,oĩs nodus corporei laxet vs. Nemo sibi blandiat, ꝙ aliã figurã induerit, mystica pcepta acceperit,ad cõtinẽtię disciplinã applicuerit animum,Non ꝙ uolumus hoc agimus,sed qđ odio habemus hoc facimus.Multa opatur in nobis pctm̃, Nobis reluctantib.rediuiuæ plerunq; voluptates resurgunt.Luctandũ nobis aduersus carnẽ est, luctatus est aduersus eã Paulus, deniq; ait, Video aũt aliã legẽ ĩ mẽbris meis,repugnãtẽ legi mentis meæ,& captiuantẽ me in lege pcti,Nunqd tu,inquit,fortior Paulo?Nec tã quã sedulæ carni tuæ confidas, & te ei credas,cũ Paulus clamet, Scio.n.quia nõ habitat in me.i.in carne mea bonũ:Nã velle adiacet mihi,perficere aũt bonum non inuenio. Non.n.qđ volo facio bonũ,sedqđ nolo malũ,hoc ago.Si aũt quod nolo hoc ago, iã nõ ego operor illud,sed qđ habitat in me pctm̃. Quãtalibet feratis animi obstinatione Iuliane,quantalibet aduersus nos pvicacia ꝓ Pelagiano errore cõsistas,tanta per beatũ Ambrosiũ circũuallaris rerũ euidentia,tanta verborũ eius manifestatione contunderis, vt ꝓfecto si nulla te rõ, cogitatio, consideratio religionis,pietatis,humanitatis,aiq; in te ipso aduertendæ ueritatis a ptinaci intẽtione reuocauerit,ostendas quantũ in malis humanis valeat,eo quenq̃ fuisse progressum, ubi manere nẽ libeat,vnde iã redire pudeat. Sic I .n.te credo affici,cũ ista legeris. Sed o si pax Xpi in tuo corde uincat, & bona pœnitẽtia de mala verecũdia palmã ferat. Sed iã nunc parũper attẽde,qũo ex ista lege peccati, cui motũ mortalitas ẽt continentium cogit ferre, cui modũ castitas nuptiarum laborat imponere, vbi concupiscentia carnis voluptasque,quã laudas,contra propositũ voluntatis agit suos impetus,cũ excitatur,ẽt si actus nõ peragit, cũ frenat.Attende ergo paulisper, qũo ex hac lege peccati oẽm generari hominẽ,& ideo trahere originale peccatum,sanctus eloquatur Ambrosius in eo ipso de sacramẽto regenerationis siue de philosophia libro suo,Est,inquit, domus q̃ sapientia edificat,& mensa cœlestibus referta sacramẽtis in qua iustus cibũ diuinæ uoluptatis epulatur,suauẽ grãæ potum bibens, si perpetuorũ meritorũ uberi posteritate lætet. Hos filios generãs Dauid partus illos corporeæ cõmixtionis horrebat,& iõ mundari sacri fontis irriguo desiderabat,vt carnalẽ ac terrenam labẽ gr̃a spiritalis ablueret. Ecce,inquit,in iniquitatib. conceptus sum,& in delictis peperit me mr̃ mea. Male Eua parturiuit, vt partus relinqueret mulierib. hæreditatẽ, atque vnusquisque concupiscẽtię uoluptate cõcretus,& genitalibus viscerib. infusus,& coagulatus in sanguine,in pãnis inuolut, prius subiret delictorũ contagiũ,q̃ uitalis spũs munus hauriret. Si te non deseruit qualiscũque saltẽ sensus humanus, vides quid de cõcupiscentiæ voluptate hac ipsa, cui præbes impudentissimũ patrociniũ, pronunciauerit, tui quod sæpe dicendũ est doctoris testimonio prædicatus tã memorabilis doctor Ambros. ꝙ ea quisq; cõcretus,ea genitalibus visceribus infusus,& coagulatus in sanguine,& in pannis,non vtique laneis,aut lineis,aut huiuscemodi talib. qualib. iã nati obuoluunt infantes,sed pannis uitiatæ originis tanq̃ hęreditarijs inuolutus, prius subeat cõtagium delictorum,q̃ vitalis huius aeris aurã spirãdo pcipiat, in quẽ veluti immensũm fontẽ communis & non desistentis alimenti, post occulta spiramenta viscerum maternorũ, q̃ nascit,funditur, in ortu ploraturus reatum, quẽ contraxit ante ortũ. Ergo ne ex huius ꝯcupiscentiæ motu illi non erubescerent homines primi, quo & ipsi apparebant noxij, & eorũ filij peccato parentum pronunciabãtur obnoxij? Vtinam sicut illi erubuerũt eas partes corporis, in quibus libidinis inobedientiam sentiebant, nudas relinquere, ita tu fidei catholicæ obediens erubesceres eru bescenda laudare.Quid autem etiam de ipso ficulneorum tegmine filiorum in libro de paradiso idem ipse scripsit doctor aduerte. Quod ergo grauius est,inquit, hac se Adam interpretatione succinxit eo loco,vbi fructu magis castitatis se succingere debuisset. In lumbis.n.quibus præcingimur,quædam semina generationis esse dicuntur,Et ideo male ibi succinctus est Adã folijs inutilib. vbi futuræ generationis non fructum, sed quædã peccata signaret. Hic certe frustrauit iste vir sanctus tã elaboratam disputationẽ tuã nimisque solicitam, ne post peccatum Adã

&

Rom.7. | Auguſt. | Amb. in lib. de ſacramẽto regenerationis. | Pſal. 50. | K | Au | Gen | L | Am. in lib. de paradiſo. | Au

& Eua oculis apertis lũbos pcinxisse credã-
tur. Vt.n.tanta ibi loquacitate laborares, cõ-
tra sensus veniebas omniũ, & eos multilo-
quij strepitu pstringere cupiebas. Quid.n.tã
ĩ promptu est, q̃ succinctoriis, vel pcinctoriis
q̃ Græce περίζωματα nuncupantur, lũbos ho
minũ contegi vel pcingi, quas vulgus ẽt mu
nituras vocat? Neq; hoc ille hõ dei, cuius te
vrgemus eloquio, tanquã obscurũ esset ex-
posuit, sed qđ oẽs intelligebant, qđ significa
ret ostendit. In lũbis.n.quib. præcingimur,
ait, quædã semina generationis esse dñr, &
iõ male ibi succinctus est Adã foliis inutili-
bus, Quare male? Sequitur & dicit, vbi futu
ræ generationis, nõ fructũ futuræ generatio
nis, nõ fructum futurũ, sed quedã pctã signa
ret. Habes ne ad ista quod dicas? Ecce vnde
illa confusio, ecce vnde contexio & succin-
ctio foliorũ, ecce vnde in posteris originale
pctm̃. Sanctus vero Ioannes Cõstantinopoli
tanus Eps, quãtũ verecũdia pmittere potuit
totũ illud primorũ hominũ erubescentiũ fa
ctũ, duobus verbis euidẽter expressit dicẽs,
Foliis aũt ficus erant cooperti, tegentes spe-
ciem peccati. Cui nõ apparet, quæ vel qualis
peccati species a confusis tegenda fuerat in
regione lũborũ, qui de sui corporis nudita-
te nõ confundebãtur ante pctm̃? Obsecro in
telligite, imo vero pmittite homines, qđ no
biscum intelligunt intelligere, & nolite nos
cogere de pudendis pene impudenter diuti⁹
disputare. Merito idem beatus Ioãnes, ẽt ip-
se sicut martyr Cyprianus, circuncisionem
carnis, in signo pręceptam cõmendat esse ba
ptismatis. Et uide qũo Iudæus, inquit, circũ-
cisionem non differt pp comminationem,
quia omnis anima, q̃cunq; non fuerit circũ
cisa die octauo, exterminabitur de populo
suo. Tu aũt, inquit, non manufactam circun
cisionem differs, q̃ in expoliatione carnis in
corpore pficitur, ipsum dñm audiẽs, Amen
amen dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex
aqua & spiritu, non introibit in regnum cœ
lorum. Cernis quemadmodũ circuncisionẽ
circuncisioni, cõminationem cõminationi
vir Ecclesiastica doctrina pręditus cõparuit.
Quod ergo est, octauo die non circuncidi,
hoc ẽ in Xpo nõ baptizari. Et qđ est, perire
de populo suo, hoc est, non intrare in regnũ
cœlorum. Et tñ vos in baptismate paruulo-
rum expoliationẽ carnis, hoc est circuncisio
nem non manufactã, celebrari negatis, cum
nihil eos, quo expoliari debeant, habere cõ-
tenditis. Non.n. eos fatemini mortuos in p-
putio carnis suæ, quo pctm̃ significatur, ma-
xime qđ originaliter trahitur, p hoc.n.ẽ cor
pus nrm̃ corpus peccati, qđ euacuari dicit
Apost. per crucem Christi. Sed nunc senten
tijs Epõrum qui fuerunt ante nos, & hæc di
uina eloquia fideliter & memorabiliter tra-
ctauerũt, vrgere te institui. Proinde ad Epm̃
Ambrosium reuertamur. Qui cũ homines,
id est, & animas & corpora hominũ, op⁹ dei
esse non dubitet, & nuptias honoret, & in
baptismo Xpi prædicet omnia pctã dimitti,
& deum nocuerit esse iustũ, & capacẽ uirtu
tis atq; perfectionis, per dei gratiam huma-
nam non neget esse naturã, q̃ vestra quinq;
facitis argumenta, intendẽtes nullũ istorum
quinq; verũ esse posse, nisi falsum sittrahere
nascentes originale pctm̃, tñ hoc ipsum, ꝙ
his quinq; argumẽtis auferre conamini, sic
ille vbi opus est, in suis sermonibus ponit,
vt cuiuis satis eluceat, qđ catholica ueritas
soleat pdicare, quid prophana nouitas cone
tur euertere. An forte ipsum quoq; Ambro-
siũ scisse ac docuisse dubitabis, deũ esse ho-
minẽ, †eruditorẽ & animæ & corporis? Au
di ergo quid dicat in libro de philosophia
contra Platonẽ philosophum, qui hominũ
animas reuolui in bestias asseuerat, & ani-
marum tantummodo deum opinatur autho
rem, corpora aũt diis minoribus facienda
decernit. Ergo sanctus Ambrosius. Miror, in
quit, tantum philosophum, qũo animã, cui
potestatem cõferendæ mortalitatis attribuit,
innoctuis includat, aut ranulis, feritate quo
que induat bestiarũ, cũ in Timæo eã dei op⁹
esse memorauerit, inter immortalia a deo fa
cta, corpus autẽ nõ videri opus summi dei
asserit, qa natura carnis humanæ, nihil a na-
tura corporis bestialis differt. Si ergo digna
est quæ dei opus esse credatur, qũo indigna
est quæ dei opere uestiatur? Ecce nõ solum
aĩam, ꝙ & illi dñt, uerumẽt corpus ꝙ illi ne
gant contra platonicos dei opus esse defen-
dit Ambr. An dicturus es, quod nuptiis in-
gerat crimen, quia & inde quod nascitur cõ
cupiscentiæ voluptate concretum, dicit su-
bire ꝯtagiũ delictorũ? Audi ergo de nuptiis
Ambro-

*Forte hominũ erudi.

Platonis opinio.

Ambr. in libro de philosophia contra Platonem.

August.

Ambrosij sñiam in apologia sancti Dauid, Bonũ, inquit, coniugiũ sancta copula. Sed tñ qui habent vxores, ita sint ac si nõ hñtes, Ipse est totus incoinquinatus, & nemo alterũ fraudare dẽt eo, nisi forte ad tẽpus, vt vacent orõni. Tñ ſm Apost. nõ vacat orationi, q eo tpe vsũ corporeę illius ꝯiũctionis exercet. Audi & alterã in lib. de philosophia, Bona, inqt, ꝯtinẽtia q̃dã velut crepido pietatis: Nãq; in pcipitijs vitæ huius labẽtiũ, statuit vestigia speculatrix sedula, ne qd obrepat illicitũ. Mr aũt uitiorũ oĩum incontinentia, q̃ ẽt licita vertat in vitiũ, Ideoq; Apost. nõ solũ a fornicatiõe nos retrahit, verũetiã ĩ ipsis cõiugiis modũ quendã docet, & tẽpora præscribit orandi, Intẽperans.n.in cõiugio, quid aliud nisi quidã adulter vxoris est?

Ambrosius in apologia Dauid capit. 11.

C

1. Cor. 7

Idem in l. de philosophia

Cernis quẽadmodnm velit etiã inter se ipsũ vera & honesta esse cõiugia? Vides quẽadmodum dicat incotinẽtiam etiã licita vertere in vitiũ, ubi, & licitũ demonstrat esse cõnubium, & in ipso nõ vult incõtinentia fœdari quod licitũ est? Aduertis qũo intelligere nobiscum debeas, in quo morbo desiderij uoluerit Apostolus vnumquẽque vas suum possidere, sicut gentes quæ ignorant deũ? Tibi aũt libido nõ nisi præter vxorem, videtur esse culpabilis. Quid ergo de Ambrosio iudicabis, qui intemperantem in coniugio, adulterum quẽdã appellat vxoris? Tu ne melius nuptias honoras, in quibus libidini licentiossimũ spatiũ præbuisti ne fortassis offensa defensorẽ sibi alium prouideret? Neque. n. quod ego cõmemoraui, ſm veniam coniugibus concedere Apostolum, vbi proculdubio notatur, etsi ignoscitur culpa, saltẽ verbotenus attingere voluisti, aut ꝙ ab illo tẽpore, vt orationi vacent, cessare coniuges admonentur, quod ego totum commemoraui, ausus es in tua respõsione refricare, credo formidans, ne tua videretur pręuaricata defensio, si & te confitente apppareret, quod per libidinem, cui te patrocinari non pudet, etiam coniugum impediretur oratio. Ita cum mihi pro illa respondere cuperes, sed Apostolo resistente non auderes, nec in aliam sentẽtiã, sicut soletis, ipsum Apostolicum testimonium detorquere potuisses, omnino indetacere maluisti. Tu ergo melius honoras nuptias, quarum dignitatem tanquã omnino irreprehẽsibili volutabro carnalis cõcupiscẽtiæ, decoloras, an ille qui cũ dicat nõ solũ licitũ, sed ẽt bonũ coniugiũ, sanctamq; copulã, tñ cessante libidinis voluptate, tẽpora orandi ab Apostolo præscripta cõmemorat, atq; iam ita nõ vult illi morbo esse debitos coniuges, vnde trahitur originale peccatũ, vt eos q habẽt vxores, ſcđm eundẽ Apostolũ, ita esse uelit, ac si non habentes. Nec vocare dubitat ẽt vxoris adulterũ, intẽperantẽ maritũ; omne cõnubii bonũ pensans nõ cupiditate carnis, sed fide potius castitatis: non morbo passionis, sed fœdere cõiunctionis: nõ voluptate libidinis, sed voluntate propaginis. Nam mulierem viro nõ nisi generãdi causa perhibet institutã, vnde tamdiu frustra, quasi quisquã hoc nostrũ negaret, disputãdũ putasti, Hæc eñ sunt, de hac re verba eius in libro de paradiso, Si igitur uiro, iqt, culpæ author est mulier, quẽadmodum pro bono uidetur adiecta? Verum si consideres, quia deo vniuersitatis est cura, inuenies plus placere dño debuisse id, in quo esset cã vniuersitatis, quã condẽnandũ fuisse illud, in quo esset causa peccati. Ideo qa ex viro solo nõ poterat humani esse gñris propagatio, pnunciauit dñs, non esse bonũ solũ hominẽ esse. Maluit.n. deus plures esse, quos saluos facere posset, quibus donaret peccatum, q̃ vnum solũ Adã, qui liber esset à culpa. Deniq; quia idẽ, inqt, utriusq; author ẽ operis, venit in hũc mundũ, vt saluos faceret pctõres. Postremo nec Cain parricidij reũ priusq̃ generaret filios, passus est interire. Ergo, inqt, propter gñationẽ successionis humanæ, debuit mulier adijci viro. Habes ecce Ambrosiũ doctorẽ meũ, & à tuo mirabiliter pdicatũ, & opus dei esse oẽm hoĩem atq; hominis carnẽ, & bonas eẽ nuptias, inq̃tũ sunt nnptiæ, non solũ fatentẽ verũetiã differẽtẽ, vel defendẽtẽ. Iã vero qđ per originale peccatũ sacro baptismati nihil deroget supius demõstraui, qñ eius posui verba, vbi dicit illũ iustificari à pctõ, cui per baptismũ pctã remittunt̃ omnia, Iustũ porro ille deũ vbi nõ pdicat, aut qs de hoc põt catholicus dubitare xpianus quod pene & oẽs impij cõfitẽtur? Quintũ illud restat, vtrum videatur Ambrosio humanã capacẽ iustificationis & pfectionis esse naturã, nec ab hac sñia pp

Adulterium in coniugio August.

D

1. Th. 4.

Cap. 24.

E

F

Gen. 1. 2

ea reuocetur, quia sæpe ac multis modis dicit oẽm hominẽ sub pctõ nasci & esse ipsum G ortũ eius in vitio. Verũ & hoc iã supra docui vbi eũ loco ipso paulopost dixisse memoraui, a Xpi carne dãnatũ esse pctũ, qđ nascendo non sensit, qđ moriendo crucifixit, vt in carne nostra esset iustificatio per grãm, ubi erat ante colluuio per culpã. Ibi.n. naturã demonstrauit humanã ẽt istam, quæ sub peccato nascitur, & cuius ortus in vitio est, esse iustificationis capacẽ, sed sane per grãm, quod inimicũ est uobis eidem grãe crudelibus inimicis, Verũ si hoc parũ est, rursus quid dicat attende in expositione Esaiæ Prophetæ, Videamus, inquit, ne qua sit post hui⁹ vitę curriculũ nostra regeneratio, de qua dictũ est, In regeneratione cũ sederit filius hominis in throno gloriæ suæ. Sicut.n. regeneratio lauacri dr̃, per quã detersa colluuione pctõrum, in regeneratione cũ sederit filius hominis renouamur, ita regeneratio dici vr̃ per q̃ ab oĩ corporeæ concretionis purificati labe, mundo animę sensu in uitã regeneramur ęternã.

Ambros. in Esa. Matt. 19. de regeneratione dis- ... Ambrosi.

Nempe distinxit uir sanctus & uerax, iustificationẽ uitæ huius, quæ fit per lauacrũ regenerationis, & illius pfectionem cum & nostra corpora fuerint immortalitate renouata. Non itaq; fuit Ambrosio, q̃uis fateret nascentis originis uitiũ, iustificationis desperata perfectio. Quia sicut est humana natura creatori deo formabilis, ita sanabilis redemptori. Sed uos festinatis, & p̃sumptionẽ uestram festinando præcipitatis. Hic.n. uultis hominẽ perfici, atq; utinã dei dono, & non libero, uel potius seruo propriæ uolũtatis arbitrio. A qua perfectione quidẽ lõge uos esse sentitis. Sed dolus est in ore ur̃o, siue peccatores uos esse dicatis, & iustos credi uelitis, siue profiteamini perfectionẽ iustitiæ, q̃ H profecto in uobis non esse sentitis. Iustificatio porro in hac uita, nobis ẽm tria ista confertur. Prius lauacro regenerationis, quo remittuntur cuncta peccata. Deinde congressione cum uitijs, a quorũ reatu absoluti sumus. Tertio dũ nr̃a exauditur oratio, qua diMatt.6. cimus. Dimitte nobis debita nr̃a: Qm̃ quamlibet fortiter contra uitia dimicemus, homines sumus, dei aũt grã sic nos in hoc corruptibili corpore adiuuat dimicantes, ut nõ desit p̃ p̃ qđ exaudiat ueniã postulantes. Istã su

per nos dei mĩam, uobis necessariã non putatis, qm̃ ex eo numero estis, de quib. in Psalmo dictũ est, Qui confidunt in uirtute sua. Sed quanto melius audimus Ambrosiũ, in libro de fuga seculi dicentẽ, Frequens nobis de effugiendo isto seculo est sermo, atque utinã quã facilis sermo, tã cautus & solicitus affectus. Sed quod peius est frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatũ, & uanitatũ I offusio mentẽ occupat, ut qđ studeas uitare, hoc cogites, animoq; uoluas. Qđ cauere difficile est homini, exuere aũt impossibile. Deniq; uoti magis eã esse rẽ quã effectus, testatur Propheta dicẽdo, Declina cor meũ in testimonia tua, & non in auaritiã. Nõ.n. in potestate nr̃a est cor nostrũ, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ, mentẽ animũq; cõfundunt, atq; alio trahunt quã tu proposueris, ad secularia reuocant, mundana inserunt, uoluptalia ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoq, in tpe quo eleuare mentẽ paramus, insertis inanibus cogitationib. ad terrena plerunq; deiicimur. Hęc si uos nõ patimini, ignoscite, nõ uobis credimus, & in his potius sancti Ambrosij uerbis quoddã speculũ, & hoc si pficimus, cõis humanæ infirmitatis agnoscimus. Vobis aũt ẽt si credamus & dicamus, orare p nobis, ut ne nos ista patiamur, ita uos inuenimus elatos & alta sapientes, ut rñdeatis nobis, nõ solũ ista uos nõ pati, uerumẽt in hominis esse ptãte, ne ista patiat, nec esse cãm, cur ad hoc dei poscat auxiliũ. Quãto ergo melius identidẽ audiuimus Ambrosiũ dei grãm cõfitentẽ, nec de sua uirtute cõfidẽtẽ, q cũ hæc dixisset, adiecit. Quis aũt tã beatus, q in corde suo semp ascẽdat? Sed hoc sine auxilio diuino q fieri põt? Nullo profecto mõ. Denique, inqt, supra eadem scriptura dicit, Beatus uir cuius est auxilium eius abs te dñe, ascensus in corde eius. Itẽq; idẽ ipse in libro de sacro regñationis, Quis igitur est, inquit, qui carne utitur ad operandũ, nisi anima? Ergo princeps & dña carnis naturaliter anima est, quæ domare carnem debet & regere. Ideoq; spiritussancti fulta p̃sidio, dicit in psalmo, non timebo quid faciat mihi caro. Ipsa eadẽ dicit in Paulo, Sed castigo corpus meum, & seruituti redigo. K Castigat ergo Paulus, quod ipsius est, non quod ipse est, Castigat q ipsius est, ut mortẽ in se

Psal. 48. Ambros. in l. de fuga seculi Cap. 1. Psal. 118 Psal. 83. Ambros. in l. de sacramento regenerationis. Psal. 55. 1. Co. 9.

in se lasciuiæ corporalis iustus operetur.

August. Nunquid sanctus Ambrosius qn̄ ista dicebat, nō cū uitiis ꝯfligebat? nō uitia uincebat, Non exercitū quendā uariarū cupiditatū intra semetipsum, tanquā Christi miles egregius debellabat? Non corpus propriū castigabat? Nunq̄d non superatis & oppugnatis diaboli operibus, opus dei cū opere dei, hoc est anima cū carne pacē iustitiæ requirebat, ut non in sua uirtute cōfidēs, sed sicut ait, spiritus sancti fulta ꝓsidio diceret, Nō timebo q̄d faciat mihi caro? Ecce quō natura humana capax iustificationis ostēditur, Ecce quō uirtus ī infirmitate perficitur. Sed audiamus de hac re etiā uictoriosissimū martyrē Cyprianum in Epistola de mortalitate. Cū auaritia nobis, inquit, cū impudicitia, cū ira, cū ambitione congressio est, cum carnalibus uitijs, cum illecebris secularibus assidua & molesta luctatio est. Obsessa mens hominis, & undique diaboli infestatione uallata, uix occurrit singulis, uix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido cōpressa est, succedit ambitio. Si ambitio contēpta est, ira exasperat, inflat superbia, uinolentia inuitat, inuidia cōcordiā rumpit, amicitiā zelus abscindit, Cogeris maledicere, quod diuina lex ꝓhibet, compelleris iurare, q̄d non licet. Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgeť, & delectat hic inter diaboli gladios diu stare, cū magis concupiscendū sit, & optandum, ad Christum subueniente uelocius morte properare.

L

2. Co. 12

Cipria-nus.

M

August. Absit autē ut sanctū Cyprianum, aut auarum existimemus fuisse, quia cū auaritia: aut impudicū, quia cum impudicitia: aut iræ subditū, quia cū ira: aut ambitiosum, quia cum ambitione: aut carnalē, quia cū carnalibus uitijs: aut seculi huius amatorē, quia cū illecebris secularibus: aut libidinosum, quia cū libidine: aut superbū, q̄a cū superbia: aut uinolentū, quia cū uinolētia: aut inuidū, q̄a cū inuidia cōfligebat: Imo uero ideo nihil eorū erat, q̄a his malis motib⁹ partim de origine, partim de ꝯsuetudine uenientibus fortiter resistebat, nō acquiescēs esse, q̄d eū esse cogebāt. Nec ideo tñ in tā periculoso laboriosoq; certamine nullo telo feriebať hostili, cum dicat ī Epistola sua de eleemosynis, Ne q̄squā sic sibi de puro atq; immaculato pectore blandiať, ut innocētia sua fretus, medicinā nō putet adhibendā esse uulneribus, cū scriptū sit, Quis gloriabitur castū se habere cor? Aut q̄s gloriabitur mundū se esse à peccatis? Et iterū in Epistola sua Ioānes ponat & dicat, Si dixerimus quia pctm̄ nō habemus nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Si aūt nemo esse sine peccato pōt, & quisq̄s se inculpatū eē dixerit, aut superbus, aut stultus est, q̄ necessaria, quā benigna est diuina clementia, q̄ cū sciat non deesse sanatis quædā postmodū uulnera, dedit curandis denuo sanandisq; uulnerib⁹ remedia salutaria. O doctor ꝓclarissime & testis gloriosissime, sic docuisti, sic eminuisti, uel monuisti, sic te audiēdū imitandūq; ꝓbuisti. Merito finitis alijs oīum cupiditatū certaminibus, sanatisq; uulneribus cū extrema & oīum maxima uitę huius cupiditate, ꝓ Chr̄i ueritate pugnasti, & eius in te gratiæ largitate uicisti. Secura est cordna tua, uictoriosa est doctrina tua, in qua & istos uincis, qui ꝯfidūt in uirtute sua, Ipsi.n. clamāt, Perfectio nobis uirtutis a nobis est: tu aūt reclamas, Nemo suis uiribus fortis est, sed dei indulgētia & misericordia tutus est. Audi & beatissimū Hilariū, ubi speret hoīs ꝑfectionē. Cū.n. loqueret de pace Euāgelica, ubi dn̄s ait, Pacē meā do uobis: Quia lex, inq̄t, umbra est futurorū bonorū, idcirco ꝑ hāc ꝓfiguratā significationem docuit nos in hoc terreni & morticini corporis habitaculo mūdos esse non posse, nisi ꝑ ablutionē cęlestis misericordiæ emūdationē ꝯsequamur, post demutationē resurrectionis terreni corporis nr̄i, effecta gloriosiore natura. Rursus ī eodē sermone, Ipsis, inq̄t, Apostolis uerbo licet iam fidei emendatis atq; sanctificatis, nō deesse tñ malitiā, ꝑ cōditionē cōis nobis originis docuit dicens, Si uos cū sitis mali nr̄is bona data dare filijs uestris. Vides queādmodū uenerabilis catholicus disputator, nec in hac uita mundationē nostrā neget, & tñ humanam perfectionem speret, id est, perfectioris mundationis in ultima resurrectione naturam. In quadam uero homilia de libro sancti Iob, attende quid dicat, quemadmodum ipsius diaboli aduersus nos indesinens bellum ex hoc fieri asserat, cū ea mala, quę ī nobis sunt excitat contra nos, quod in nostram fieri utilitatem uult docere, cōuertente. s. diuina

Pro. A

1. Io.

Au.

Hil.

Ioa.

B

Mat.

Cypria-nus.

uina misericordia malitiã diaboli ad purgationem nostrã. Tanta.n.& tã admirabilis, inquit, in nos misericordiæ dei bonitas est, vt ꝑ quẽ in Adæ offensa generositatẽ primæ & beatæ illius creationis amisimus, ꝑ eũ rursum id qđ amisimus, obtinere mereamur. tũc.n.diabolus inuidẽs nocuit, nunc aũt cũ nocere nititur, vincitur. Mouet.n.ꝑ infirmitatẽ carnis nr̃æ omnia potestatis suæ tela, cũ ad lasciuiã accẽdit, cũ ad ebrietatẽ illicit, cũ ad odia stimulat, cũ ad auaritiã prouocat, cũ ad cædes instruit, cũ ad maledicta exacerbat. Sed cũ per infirmitatẽ animi horũ omnium surrepentia incentiua reprimũtur, emundamur a peccato per huius uictoriæ gloriã. Dictũ enim ita est, Aut qũo se emũdabit natus ex muliere? Quia nõ extante hoste non erit bellũ, cessante deinde bello, victoria deerit. Collidentiũ aũt aduersus nos vitiorũ uictoria non adepta, non erit emũdatio vlla vitiorũ, quia his insidijs corporis nostri pirata victo, colluctantiũ aduersus nos passionũ concertatione purgamur. Memores igitur, inqt, & conscij, illa ipsa corpora nr̃a oĩum vitiorũ esse materiẽ, pro qua polluti & sordidi nihil ĩ nobis mundũ, nihil innocẽs obtinem⁹, gaudeamus nobis esse hostẽ in cuius cõcertatione, quodã concertationis nostræ bello dimicemus. In expositione aũt primi psalmi idẽ doctor non dubitat dicere naturã nostrã vtiq; istã, quæ de morbo morbum trahit, ad peccandũ ferri, ac sic ne peccemus, aduersus eã nos quodãmodo fieri religione pugnare. Plures.n.sunt, inquit, q cũ per cõfessionẽ dei ab impietate discreti sint, non tñ a pc̃tõ per id liberi sunt, Ecclesiæ disciplinã nõ tenentes, vt auari, ebriosi, tumultuosi, procaces, superbi, æmulatores, mẽdaces, & rapaces. Et ad hæc quidẽ nos vitia naturæ, inqt, nr̃æ ꝓpellit instinctus, sed utile est nos a uia hac ad quã ferimur, abscedere, neq; consistere illic, adhibito decedendi ex ea nõ morose recursu. Et idcirco, Beatus vir qui in uia peccatorũ non stetit, Natura quidẽ in uiã hanc ferẽte, sed ex uia hac fidei religione referẽte. Nũquid nã istũ putabimus accusatorẽ fuisse naturæ, quã cõdidit deus? Nõ vtiq;. Nõ.n.dubitabat homo catholic⁹ humanã dei opus esse naturã, sed ꝑfecto vitia, cũ quibus nascimur accusauit, Apostolicũ illud tenẽs, Fuimus.n. & nos natura filij iræ, sicut & cæteri Verũtamen hæc uerba, quæ de sermone sancti Hilarij posui, si mea essent, quãta in me diceres, Manichæorũq; nomen & crimẽ, quãto buccarũ strepitu uentilares? Nũc ergo ne tui stomachi follis indigesta maledictorũ cruditate rũpatur, in hunc euome, si audes, calũniosas tuas vanitates, & insanias mendaces. Ad hæc, inquit, nos vitia naturæ nostræ ꝓpellit instinctus. Quæ ista natura est? Nunqd gens tenebrarũ, quã Manichæorũ fabula inducit? Absit, Catholicus loquitur, insignis Ecclesiarũ doctor loquitur, Hilari⁹ loquitur. Nostra ergo natura est primi hominis ꝑuaricationẽ uitiata, non ab alia natura ulla diuisione separanda, sed ipsa sananda, cui diabolũ a nobis constitui calumniaris authorẽ, dum tu ei Christũ inuides saluatorẽ, & eius hic uitam, ita ut sine ullo oĩno peccato, ꝑfectã duci posse contendis. Sed audi quid ẽt hinc te admoneat beatus Hilarius. Cum.n.exponeret Psalmũ quinquagesimumprimũ, Spes, inquit, in misericordia Dei, in seculũ & in seculum seculi est. Non.n.ipsa illa iustitiæ opera sufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, nisi misericordia Dei etiã in hac iustitiæ uolũtate, humanarũ demutationũ & motuum non reputet vitia. Hinc illud Prophetæ dictũ est, Melior misericordia tua super uitã. Videsne hominẽ dei, ex illo numero esse beatorũ, de quibus prædictũ, Beatus uir cui non imputauit dñs peccatum, neq; est in ore eius dolus? Confitetur.n.etiam peccata iustorũ, magis eos asserens in dei misericordia spem ponere, quãm de iustitia sua fidere, & ideo non est in ore eius dolus, imo in ore illorum omnium, in quibus huius ueracis humilitatis, uel humilis ueritatis perhibet testimonium. Qui dolus abundat in ore uestro. Vbi enim uirtus non est, & tanta iactantia est, hypocrisis est: Et ubi hypocrisis, utiq; dolus: prorsus quantum sancti de misericordia dei, quæ magna est, tantum uos de uestra, quæ nulla est uirtute præsumitis. Et quantum ipsi aduersus ingenerata uitia bellum gerunt, adiuti per dei gratiam, tantum uos bellum geritis aduersus ipsam dei gratiam. Sed utinam sicut uos uincit in suis, ita suos faciens, uos quoque ipsos uincat in uobis. Ita ne ĩ corde uestro dicere audetis, quod cum uos audiũt, accen-

Marginalia: C; D; Psal.; Eph. 2.; E; Hilari 9. Esa. 51.; Psal. 62. & 31.; F

accēduntur homines ad uirtutem, cũ autem iſtos audiunt tantos ac tales uiros, Cyprianũ, Hilariũ, Gregoriũ, Ambroſium, cæteroſque ſacerdotes dñi, deſperatione franguntur ac renunciant ſtudijs perfectionis? Hæccine monſtra cogitationũ aſcendunt in cor urm̃, & non elidunt frontem ueſtram? Ergone uos honoratis ſanctos dei patriarchas, prophetas, Apoſtolos laude naturæ, & decolorant eos iſta lumina Eccleſiæ uituperatione naturæ: quia eos dicunt in corpore mortis huius, ut tenerent caſtitatis bonũ, dimicaſſe contra ingenitum cõcupiſcẽtiæ malũ, per dei grãm prius conflictatione uincendũ, poſtea nouiſſima regeneratione ſanandum? Tu intelligis Iudæum eſſe qui dicit, Non.n.qđ uolo bonũ hoc ago: & hoc p̃claro intellectu, nec cõuerſationis ſordes in naturæ refundit inuidiam, nec earum obſcœnitates Apoſtolorum, & ſanctorum omniũ conſolaris iniurijs, & hęc mala quæ nõ tu facis, faciebat Ambroſ. cum collegis ſuis eadem ſentientib. qui beatum Apoſt. de ſeipſo dixiſſe intelligit, Non ꝙ uolo facio bonum, ſed qđ nolo malũ hoc ago: Et, Video aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: & cætera huiuſmodi. Iſti ergo ſancti talia docẽdo ſuffodiũt ſicut mihi obijcis, murũ pudoris, & uos ob ꝑfectionis prædicationẽ patimini inuidiã? Sed te, ut ſcribis, plurimum conſolaris, qm̃ laudis genus eſt ei diſplicuiſſe, qui Apoſtolis non pepercit. Si ergo Apoſt. dicendo talia nõ peperci, ergo nec Ambroſius pepercit Apoſtolis, nec coepiſcopi eius eadem ſentiẽtes, Si aũt illi & ex apoſtolis iſta didicerunt, & ẜm Apoſtolos iſta docuerunt, quid me unũ appetis? Ipſos aſpice, ipſos etiam atq; etiã depoſito pauliſper tumore ceruicis intuere. Itane tandem iuuenis confidentiſſime, conſolari te debes, quea talibus diſplices, an lugere? Sed iam quid egerimus, per totũ iſtum librũ in ſummã, ſicut poſſumus breuiter colligamus. Propoſuimus hic authoritatis molẽ ſanctorum, qui Epiſcopi ante nos, non ſolũ ſermone, cum hic uiuerent, uerumetiam ſcriptis, quæ poſteritati relinquerent, fidẽ catholicam ſtrenue defenderunt, ut ueſtra argumẽta confringerent, quibus dicitis, Si deus homines creat, non poſſunt cũ aliquo malo naſci; Si nuptiæ bonũ ſunt, nihil ex eis orit̃ malí, Si in baptiſmate p̃ctã omnia remittuntur, non põt nati de renatis trahere originale peccatum. Si iuſtus eſt deus, non põt in filijs parentũ dãnare p̃ctã, cũ ipſis parentib. dimittat & propria; Si perfectæ iuſtitiæ capax eſt humana natura, habere non põt uitia naturalia. Ad hæc nos dicimus, & deum eſſe hominũ creatorem, hoc eſt & animæ & corporis, & bonum eſſe nuptias, & per baptiſma Xp̃i oĩa peccata & dimitti, & iuſtum eſſe deũ, & ꝑfectæ iuſtitiæ capacem humanam eſſe naturã, & tñ cum hæc omnia uera ſint, obnoxios naſci homines origini uitiatæ, quæ trahitur ex homine primo, & iõ ire in dãnationẽ, niſi renaſcant̃ in Xp̃o. Hoc autem probauimus catholicorũ authoritate ſanctorũ ꝗ & hoc aſſerunt, qđ de originali p̃ctõ dicimus, & illa quinque eſſe uera omnia confitentur. Ac per hoc nõ eſt ꝯñs, ut hoc falſum ſit, quia uera ſunt illa. Tales quippe ac tanti uiri ẜm catholicã fidẽ, quę ubique toto orbe diffundit̃, & hoc, & illa uera eſſe confirmant, ut ueſtra fragilis, & quaſi argutula nouitas ſola authoritate conteratur illorum, p̃terquam ꝙ ea dicunt, ut ſe per eos loqui ueritas ipſa teſtet̃. Sed nunc authoritate primitus eorum, urã eſt contumacia cõprimenda, ut a p̃ſumptionis impetis repercuſſi, & quodammodo ſauciati, dũ tales homines dei ſic in fide catholica errare potuiſſe non creditis, ut aliquid dicerent, unde eſſet ꝯñs, deũ non eſſe hominũ creatorem, nuptias eſſe dãnandas, in baptiſmo non omnium remiſſionẽ fieri p̃ctõrum, deum eſſe iniuſtũ: nullam ſpem nobis remãſiſſe uirtuti perficiendæ, quæ omnia uel aliquid eorum nefas eſt opinari, auſus præcipites refrenetis, & tanq̃ ex furore reſipiſcẽtes, incipiatis in qua nutriti eſtis, recolere & aduertere & reſumere ueritatem. Dicit beatus Ambroſius, unũ ſolum hominem mediatorẽ dei & hominũ, eo ꝙ ſit natus ex uirgine, nec ſenſerit naſcendo p̃ctm̃, generationis obnoxiæ uinculis non teneri. Oẽs aũt homines ſub p̃ctõ naſci, quorum ipſe ortus in uitio eſt, quia concupiſcentiæ uoluptate concreti, prius ſubirẽt cõtagia delictorum, quã uitalẽ de hoc aere ſpm̃ ducerent, ipſamq; cõcupiſcẽtiã tanq̃ legẽ peccati in corpore mortis huius, legi mẽtis uſq; adeo repugnare, ut aduerſus eã, nõ ſolũ ꝗcunq; boni fideles, ſed

apo-

apostolicæ ẽt virtutis magnitudo pugnauerit, ad hoc vt per Christi grãm caro aię subiugata, in concordiã reuocet. Quorũ duorũ q̃ primitus sine peccato creata sunt, ex primi hoĩs transgressione facta discordia est. Et quis hæc dicit? Hõ dei catholicus, & catholicæ veritatis aduersus hæreticos vsq; ad periculum sanguinis defensor acerrimus, si tui doctoris testimonio prædicat, ut diceretur, ꝙ eius fidẽ & in scripturis purissimum sensum, ne inimicus quidẽ ausus est reprehendere, aut creatorẽ deũ nõ solũ animarũ, verumẽt corporum, aduersus Platonicorũ philosophorum asseuerauit errorẽ: qui nuptiarũ bonum, & cã propagandi generis humani diuinitus institutũ, & pudicitia coniugali sanctã eius copulã prædicauit. Qui neminẽ dixit iustificari a pctõ, nisi cui fuerint ꝑ baptismũ dimissa oĩa peccata. Qui coluit iuste iustũ deũ, Qui perfectionem hoĩs in virtute atq; iustitia, absit ut impediat desperãdo, sed eam tñ perfectionẽ: cui nihil adijciendũ sit, in alia vita, sperat, q̃ implebitur resurrectione mortuorũ. In hac aũt uita humanã iustitiã in quadã militia belloq; constituit, non solum aduersus æmulas aereas ꝑtãtes, sed aduersus nostras cupiditates, per quas & illi exteriores inimici nos deiicere, vel penetrare moliũtur. In hoc bello & ipsam carnẽ aduersariam grauem dicit, cuius vtique natura sicut primitus condita est nobiscum concordissima permaneret, nisi primi hominis præuaricatione vitiata, suo nobiscum languore confligeret.

In hoc bello ille uir sanctus monet nos seculũ effugere, & in ea fuga quãta sit difficultas, immo impossibilitas, nisi dei gr̃a opituleť, oñdit. Dicit mortua quędam uitia, per remissionẽ in baptismate oĩum peccatorũ, sed eorũ nos curare debere quodãmodo sepulturã. Et in hoc ipso opere talẽ describit, cũ uitiis mortuis nos hr̃e conflictũ, ut non quod uolumus agamus, sed qđ odio habemus, hoc faciamus, Multi in nobis pctñ nobis reluctantib. operari, rediuiuas plerunq; resurgere voluptates, Luctandũ nobis esse aduersus carnẽ, aduersus quam luctatus est Paulus qñ dicebat, Video aliã legẽ in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ. Præcipit ne carni nr̃æ cõfidamus, ne nos ei credamus, cũ Apost. clamet, Scio q̃ nõ habitat in me. i. in carne mea bonũ: V elle. n. adiacet mihi, perficere aũt bonum non inuenio. Ecce quantã nos pugnã cũ mortuis hr̃e peccatis, ille strenuus Xp̃i miles, & ecclesię fidelis doctor oñdit. Qũo. n. pctñ mortuũ est, cũ multa opereť in nobis, reluctãtibus nobis. Quæ multa? nisi desideria stulta & noxia, q̃ cõlententes mergunt in interitũ & perditionem, q̃ utiq; perpeti, eisq; nõ consentire, certamen est, cõflictus est? Quorũ pugna? nisi boni & mali nõ naturæ aduersus naturam, sed naturæ aduersus uitiũ iã mortuũ, sed adhuc sepeliendũ. i. oĩno sanandũ. Qũo ergo mortuũ dicimus hoc pctñ in baptismate, sicut ẽt iste uir dicit, & qũo habitare in membris fatemur, & multa operari desideria reluctãtibus nobis, quib. non consentiendo resistimus, sicut ẽt hic uir fateť, nisi quia mortuũ est in eo reatu, quo nos tenebat, & donec sepulturæ ꝑfectione sanetur, rebellat & mortuũ? Quanuis iam non eodẽ modo appelleť pctñ, quo facit reum, sed ꝙ sit reatu primi hoĩs factum, & qđ rebellando nos trahere nititur ad reatũ, nisi adiuuet nos gr̃a dei per Iesum Xp̃m dñm nr̃m, ne sic ẽt mortuum pctñ rebellet, ut uincendo reuiuiscat & regnet. In hoc bello laborantes, quandiu uita humana tentatio est super terram, non ideo sine peccato non sumus, q̃a hoc qđ eo modo pctñ dr̄, oꝑatur ĩ mẽbris repugnãs legi mẽtis, ẽt non sibi ad illicita consentiẽtib. nobis. Quantum. n. ad nos attinet, sine peccato semper essemus, donec sanaretur hoc malũ, si ei nunq̃ consentiremus ad malum. Sed in quibus ab illo rebellante, etsi non lætaliter, sed uenialiter, tñ vincimur, in his contrahimus. vnde quotidie dicamus, Dimitte nobis debita nostra, Sicut coniuges qñ modum generationis necessarium, causa solius uoluptatis excedũt: sicut cõtinentes, qñ in talib. cogitationibus cum aliqua delectatione remorantur, non quidem decernentes flagitium, uel gerentes decernẽtis, sed intentionem mentis, non sicut oportet, ne illõ incidat inde auertentes, aut si inciderit inde rapientes. De hac lege peccati, q̃ alio modo ẽt peccatum uocatur, quæ repugnat legi mentis, de qua multa b. Ambrosius dicit, attestantur ẽt sãcti Cyprianus, Hilarius, Gregorius alijq;

Margin notes: L; M; Rom. 7; 1. Tim. 6; A; Iob. 7; Matt. 6.; B

Galat. 5.

alijq; plurimi. Qui ergo gñatur ĩ Adã, regenerandus in Christo, mortuus ĩ Adã, viuificandus in Christo, iõ peccato est obstrictus originis, quia de malo nascit, quo caro cõcupiscit aduersus carnem. Quid ergo mirũ est, si renasci dẽt homo ex illo malo natus, cõtra quod pugnat homo renatus, quo reus & ipse teneretur, nisi renascendo liberaret? Nõ est hoc malũ materies dei creantis, sed vulnus diaboli eandẽ materiã vitiãtis. Non est hoc malũ nuptiarũ, sed primorũ hominum pctõ, in posteros ꝓpagatione traiectũ. Etiã

C

huius mali reatus, baptismi sanctificatione remittitur. Deus aũt iustus, si tanta paruulis mala, quãta nũc dicere nõ sufficio, nihil peccati trahentib. irrogaret, magis appareret iniustus. Iustitiæ vero perfecta capacitas hominis non negat, quia nec vitiorũ omniũ plenissima sanitas sub omnipotẽti medico desperatur. Propter q̃ catholicã veritatẽ sancti ac beati, & in diuinorum pertractatione clarissimi sacerdotes, Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Ioannes, Basilius, q̃bus addo ꝑsbyterũ velis nolis Hieronymum, vt omittã eos qui nondũ dormierunt, aduersus vos proferunt de oĩum hominũ pctõ originali, obnoxia successiõe sñiam, vnde nemo eruit, nisi quẽ sine lege peccati repugnãte legi mẽtis, virgo cõcepit.

Hieronymus viti mus.

Quid est qđ exultas & mihi si in conspectu iudicũ essemus, quasi victor insultas, tanquã non inuenirẽ quid facerẽ, quò cõfugerẽ, si iudicũ ꝑmerer ꝑtãte, si in medio eruditorũ cõsisterẽ tecũ, si vere q̃ dicis rõnis tuba, a te. s. magno tubicine inflata, si auditorũ arma circũstantiũ & tibi fauentiũ concreparent? Ita. n. tibi ponis ante oculos, nostrũ in disputatione certamẽ, & te argumẽtãte, me quid rñdeã nõ habentẽ, fingis vt placet. Sic tecũ vana & i anatui cordis imaginatio fabulat, quasi me ante Pelagianos iudices tecũ constituas, quib. plaudẽ

D

tibus tibi liceat exaltare tanq̃ tubã vocẽ tuã & prædicare contra catholicã fidẽ, & contra grãm Christi, qua pusilli cũ magnis liberantur a malo cõem tibi & illis nouitiæ huius impietatis errorem. Tales iudices in ecclesia dei, nec sine aduersario ex parte altera stante potuit eruditor vester Pelagius inuenire. De quo iudicio, ipse quidem, quantũ ad hominũ conspectũ attinet, velut absolutos, vestro tñ palam dãnato dogmate egressus est. At ego vbicunq; sis, vbicunque legere ista, poteris, te ante istos in tuo corde constituo quos non amicos meos & inimicos tuos, aliqua in meã partem gratia propendentes, aliquo abs te merito tuæ offensionis auersos, & ob hoc tibi aduersos, in hac nostra disceptatione constitui cognitores, Nec eos q̃ nũquam fuerunt, aut nõ sunt, aut quorũ sentẽtiæ, de hoc quod inter nos disputatur, incertæ sunt, inani cogitatione cõfinxi, sed sanctos, & in sancta ecclesia illustres antistites dei, nõ Platonicis & Aristotelicis & Zenonicis alijsq; huiuscemodi, vel græcis vel latinis, quanquã & istis aliquos eorũ, verum

E

oẽs sacris literis eruditos, nominatim, sicut sicut oportebat expressi, eorũq; sñias, quantum sufficere videbatur, sine ulla editas ambiguitate digessi, vt in eis timeas nõ ipsos, sed illũ qui sibi eos vtilia vasa formauit, & sancta tẽpla cõstruxit, qui tunc de ista causa iudicauerunt, qñ in eos nemo potest dicere perperam cuiquã, vel aduersari, vel fauere potuisse. Nondũ. n. extiteratis, ꝓ quos susciperemus de hac q̃õne conflictũ, Nondũ. n eratis q̃ diceretis, quod in libris tuis ponis, quia de vobis multitudini mẽtiti fuerimus, & ꝙ Celestianorũ, vel Pelagianorum nomine homines terreamus, & qđ terrore ab oĩbus extorqueamus assensum. Certe ipse dixisti, quod oẽs iudices ab odio, amicitia, ira vacuos esse deceat, pauci tales potuerũt inueniri, Sed Ambrosiũ aliosq; collegas eius, quos cũ illo commemoraui, tales fuisse credendũ est, Verum & si tales nõ fuerũt in his causis, quas ad se delatas, & inter partes cognitas, cũ hic viuerent, suo iudicio definierunt, ad hanc tamen causam tales erant, quando de illa sententias protulerunt, nullas nobiscũ amicitias attenderũt, vel inimi-

F

citias exercuerũt. Neq; nobis neq; vobis irati sunt, neq; nos, neque vos miserati sunt. Qđ inuenerũt in ecclesia, tenuerũt: qđ didicerũt docuerũt, quod a patribus acceperũt, hoc filijs tradiderunt. Nondũ vobiscũ apud iustos iudices aliquid agebamꝰ, & apud eos acta est cã nostra. Nec nos, nec uos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos sententias recitamus, nondum vobiscũ

certabamus, & eis pronũciãtib. vicimus. Dicis me si sub potestate iudicum ꝑmerer, quales tibi ipsi cõponis, nõ habiturũ fuisse, q̃d facerẽ, quo cõfugerẽ, cũ tuis augmentationibus vnde occurrerẽ, repire non posśẽ. Ego plane haberẽ q̃d facerẽ, haberẽ quo cõfugerẽ, a Pelagianis eñ tenebris ad hęc tã clara catholica lumina ꝓuocarẽ, qđ & nũc iã facio. Tu ergo r̃nde, q̃d facias, quo cõfugias. Ego a Pelagianis ad istos, tu ab istis ad quos? An q̃a nõ numerandas, sed põderãdas cẽses esse sentẽtias, & addis, qđ q̃dẽ & ego verum esse cõsẽtio, ad aliq̃d inueniẽdũ, multitudinẽ nihil ꝓdesse cæcorũ, ẽt istos cęcos dicere audebis? Et vsqueadeo ꝑmiscuit imis summa lõgus dies, vsqueadeo tenebrę lux, & lux tenebrę esse dicũtur, vt videãt Pelagius, Celestius, Iulianus, & cęci sint Hilarius, Gregorius, Ambrosius? Sed qualiscunq; homo sis, tñ q̃a homo es, videre mihi videor verecũdiã tuã, si tñ nõ in te spes est omnis emortuæ sanitatis, & quodãmodo audio vocẽ tuã: r̃ndes, Absit vt audiã cæcos istos viros, vel cogitare, vel dicere. Eorũ ergo appẽde sentẽtias. Nolo esse plures, vt eas te pigeat numerare. Sed nõ sunt leues, vt eas dedigneris appẽdere, imo tã sunt graues, vt te videã sub earũ onere laborare. Nũq̃d & de istis dicturus es, me imbellẽ tibi opinionẽ cõsortis opponere, & velut consternatũ motu, cõscios nominare? Dicis, in causa iudicandi amodo strepitu turbarum de omni ordine cõuersationis hominũ, siue sacerdotũ, siue administrantiũ, siue ꝑuaricatorũ, ad discussionẽ taliũ rerũ nõ sola noĩa, sed eligẽdã esse prudẽtiã, & honorãdã esse paucitatẽ, q̃ ratio, eruditio, libertasq; sublimat, Ita vero est, vt dicis, Sed nec ego te vllius multitudinis numerositate ꝑturbo, q̃uis ꝓpitio deo, de hac fide, cui cõtradicis, catholica sanũ sapiat ẽt multitudo. In qua vsquequaq; plurimi vbi p̃nt, qũo p̃nt, sicut diuinitus adiuuantur vana vestra argumenta confutant. Vnde absit a me ista, quam mihi obijcis arrogantia, vt me istam causam contra vos, vnũ pro omnibus agere pollicerer. Quod cum tu inter Pelagianos facis, non erubescens dicere & scribere maioris tibi esse apud deum gloriæ destitutam veritatem tueri, multum ab iecti & vere destituti sunt, multumque obstupendi, si hãc intolerabilẽ arrogãtiam esse nõ iudicãt, qua te ẽt ipsis Pelagio s. & Celestio vestrũ omniũ doctoribus anteponis, quasi & illi iã cesserint, & tui remãserint, q̃ destitutã tuearis, q̃ veritatẽ putatis. Verũ q̃a te delectat non numerare multitudinẽ, sed appendere paucitatẽ, exceptis iudicibus Palæstinis, q̃ hæresim vestram in absoluto Pelagio damnauerunt, quem timore cõpressum, Pelagiana ipsa dogmata damnare coegerunt, decẽ ep̃os iã defunctos, & vnũ p̃sbyterũ tibi huius causę opposui iudices, qui de illa cũ hic uiuerent, iudicauerunt. Si vestra consideretur paucitas, multi sunt, si multitudo catholicorum episcoporum, ꝑpauci sunt. Ex quibus papam Innocentium, & p̃sbyterum Hieronymum retrahere fortasse tẽtabis, istum, q̃a pelagium Celestiumq; damnauit, illum, q̃a in oriente contra Pelagiũ catholicam fidem pia intentione defendit. Sed lege, quę dicat in laudem beatissimi papę Innocentii Pelagius, & vide vtrum tales facile possis iudices inuenire. De illo autem sancto bresbytero qui secundum gratiam q̃ data ẽ ei, sic ĩ ecclesia laborauit, vt eruditionẽ catholicã multũ ĩ Latina lĩgua, multis & necessariis literis adiuuaret, nõ solet Pelagius iactitare, nisi ꝙ ei tanquam æmulo inuiderit. Sed nolo ex hoc tibi videatur de istorũ iudicum numero retrahẽdus, Nõ. n. eius sententiam posui, quã tp̃e inimicitiarum contra vestrũ tenuit & defendit errorem, sed q̃ posuit in scriptis suis, liber ab omni studio partium, antequam uestra damnabilia dogmata pullularẽt. De reliq̃s sanẽ nõ habes oĩno qđ dicas, Nunquid Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olimpius, Hilarius, Gregorius, Basilius, Ambrosius, & Ioãnes de plebeia fece Sellulariorũ, sicut Tulliane iocaris, in vestrã inuidiã cõcitati sunt? Nunquid milites, uunquid scholastici auditoriales? Nunquid nautæ, tabernarij, cetarij, coqui, lanij? Nunquid adolescentes ex monachis dissoluti? Nunquid postremo de qualiuncunque clericorũ turba isti sunt, quos vrbana exagitatos dicacitate, vel potius vanitate contemnis, quia non possunt secundum categoreias Aristotelis de dogmatibus iudicare? Quasi tu, qui maxime quereris examen vobis & ex episcopale iudicium denegari, peri

Hieronymus.

pateticorum possis inuenire consilium, ubi de subiecto & his q̄ sunt ini subiecto contra originale pctm̄ dialectica snia proferat. Isti epi sunt, docti, graues, sancti, ueritatis acerrimi defensores aduers⁹ garrulas vanitates, in quorū ratione, eruditione, libertate, quæ L tria bona iudici tribuisti, nō potes inuenire qđ spernas, si epalis synodus ex toto orbe congregaret, mirū si tales possent illic facile sedere tot, qa nec isti uno tp̄e fuerūt. Sed fideles & multi, excellentiores pavcos dispensatores suos deus per diuersas ætates, tp̄um locorūq; distantias, sicut ei placet atq; expedire iudicat: ipse dispensat. Hos itaq; de alijs atq; alijs tp̄ibus, atq; regionibus ab oriente & occidente congregatos vides, non in locū quò nauigare cogātur hoīes, sed in librū qui nauigare possit ad hoīes. Quāto tibi essent iusti iudices optabiliores, si teneres catholicam fidem, tāto tibi sunt terribiliores, qa oppugnas catholicā fidem, quā in lacte suxerunt, quā in cibo sumpserunt, cuius lac & cibum paruis magnisq; ministrauerunt, quam ꝯ inimicos ēt uos tunc nondum natos, unde nūc reuelamini, apertissime ac fortissime defenderunt. Talibus post Apostolos sancta ecclesia plantatoribus, rigatorib. ędificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Ideo prophanas uoces ur̄æ nouitatis expauit, & cauta ac sobria ex admonitione apostolica, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & mens eius corrūperetur a castitate, q̄ in Christo, catholicæ fidei uirginitati insidias uestri dogmatis surrepentis exhorruit, & tanq̄ caput colubri calcauit, obtriuit, abiecit. His igit̄ eloquijs & tāta authoritate sanctorum, profecto aut sanaberis dei mīa donante, qđ quātum tibi optem uidet qui faciat, aut si qđ abominor, in eadē quæ tibi ur̄ sapiētia, & ẽst magna stultitia, perdurateris nō tu iudices quæsiturus es, ubi causam tuā purges, sed ubi tot sanctos doctores egregios atq; memorabiles catholicæ ueritatis accuses, Iræneum, Cyprianū, Reticiū, Olympiū, Hilariū, Gregoriū, Ambrosium, Basiliū, Ioānem, Innocētium, Hieronymū, cæterosq; socios ac participes eorū, insuper & uniuersā Xp̄i ecclesiā cui diuinæ familię dn̄ica cibaria fideliter ministrātes, ingēti in dn̄o gloria claruerūt. Aduersus hanc aūt miserabilem quam deus auertat insaniā, sic respondendum esse uideo libris tuis, ut fides quoq; aduersus te defendat̄ iustorum, sicut contra impios & Christi professos inimicos, etiam ipsum defenditur euangelium.

[2. Co. 11. M]

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum, Liber III.

[A]

Tam nunc qa sine dubio tot tantorumq; sanctorum & in sacris eruditorum, & in ecclesię regimine tam clara memoria, & laude pollentium authoritati si nō cesseris, nec acquieueris, siue contumeliosissime sicut me, sicut illos uerecundius & mitius cū aliqua personarum acceptione tractaueris, tū ēt ipsos errare dicturus es, ita tibi dilecte fili Iuliane, dn̄o donante, rn̄dere debeo, & sic tuos libros atq; argumēta refellere, vt si possis intelligas male tibi fuisse persuasum, qđ alijs persuadere moliris. Teq; salubriter pœniteat incautæ ac temerarię, iuuenilis progressionis & prolapsionis tuæ, non tm̄ tibi tua correctione, verumetiam pluribus profutura, cognoscentibus uobis atque fatentibus quam non inaniter, quamq; veraciter tot & tanti Christianorum rectores doctoresq; populorum, hoc in ecclesia dei didicerint & docuerint, quod uerisimili nouitate decepti, cupiebatis euertere. Si aūt, quod abs te dominus auertat, uel sic tenebratum cor habueris, ut intelligere ista non possis, uel ex numero fueris, quos in sanctis Psalmis ueritas notat dicens, Noluit intelligere, ut bene ageret: uel ex eo, de qualibus item scriptum est, Verbis non emendabit̄ seruus durus: si.n. & intellexerit, non obaudiet: nec sic erit̄ infructuosus labor, uel meus, uel aliorum fratrū, qui per Christi gr̄am cōtra hunc errorē, catholicā defendunt̄ fidē. Multo amplius.n. erūt, quos antiqua ueritas vel instruat defensa, uel corrigat, si non defuerunt, quos irrepens error insolutus aut subuerteret, aut moueret. Ac ne longū faciam, non omnia uerba tua ponam, sed si dn̄s adiuuerit, tuarum uelut acutarum argumētationum

[B Psal. Pro.]

tionũ,nihil non solutũ destructumq; dimit
tam.De iudicib.apud quos ꝑ ꝑea dicis nõ po
tuisse vos agere cãm vestram,q̃a nemo de re
bus dubiis bene cõsultat,nisi q̃ ab odio,ira,
& amicitia,vacuũ pectus attulerit,quales nõ
fuisse dicis,q̃ de cã vestra iudicauerunt, q̃a
prius eã cœperunt odisse quã nosse, iam q̃-
dẽ superiore libro rñdi, quia si tales iudices,
quales definiũt unde hoc dixisti,salubrius q̃
reretis,S.Ambrosio & coepiscopis eius,qui
de hac re ab odio vestri uel amicitia,uel ira,
vel qđ tu non posuisti, sed salubrius posuit
misericordia ꝓ vobis, vel contra vos vacuũ
pectus habuerunt,q̃n de hac re veras tranq̃l
lasq; sñias ꝓtulerunt, vtiq; cederetis, Quos
nunc vobis parum est iudices nolle,nisi etiã
reos facere insuper audeatis. Sed obsecro te
q̃uo cãm vestram qui dãnauerunt,ante cœ-
perunt odisse quã nosse? Quia eã ꝓculdubio
nouerant,oderant. Nouerant.n.vos dicere,
nihil mali paruulos habere nascendo,q̃ pur
gari debeat renascendo.N ouerant vos dice-
re,grãm dei ₰m merita nostra dari, vt iã grã
non esset gratia,quia nongratis daretur,sed
₰m debitum redderetur.Nouerunt uos dice
re, hominẽ in hac vita posse nullum habere
pctm̃,vt non ei sit necessariũ,qđ in oratione
dñica tota dicit Ecclesia,Dimitte nobis debi
ta nostra.Hæc in vobis nouerant,& rectissi-
me oderant.Denique si ab eis vos correctos
nouerint,& amabunt. Qm̃ non sicut dicis,
Si quis aut liberum in hominibus arbitriũ,
aut deum esse nascentiũ cõditorem dixerit,
Pelagianus & Celestianus vocabitur, sed q̃
libertatem,in quã uocati sumus, non gratię
dei tribuerit, & qui paruulorum liberatorẽ
Xp̃m negauerit,& qui cuiquã in hac uita iu
sto aliquã in dñica oratione petitionẽ, non
ꝓꝑ ipsum dixerit necessariam,ipse huius er
roris accipit nomen, quia errori cõmunicat
crimen.Iam vero Manichæorum crimine,q̃
catholica lumina audeas, vel nescias vel te
nescire fingas,infamare, non opus est & hic
dicere. Sane vt dicis, si pro uobis potius ab
Imperatore rñsum est,cur non in mediũ ꝓ-
silitis, & hoc vltro publicis potestatib.alle-
gatis,vos esse monstrantes, quorum Chria-
nus princeps approbauit fidem? Verũ si dei
legẽ non sicut sese habet, sed sicut vobis pla
cet intelligitis: quid mirum si & de lege Im
peratoris hoc facitis? Sed hæc te alias execu-
turũ plenius polliceris.Qđ si feceris,aut re-
darguetur sicut insidiosum,aut contẽnetur,
sicut inane, qđ fateris. Quã vero lauta & le
pida est gratulatio tua, q̃ vnũ dicis egressũ,
q̃ in se summã ꝑlij sitam optat intelligi,vide
licet vt Pelagianis tu videaris Dauid,ego ãt
Golias Videris, si tu hoc induxisti,pactũ &
placitũ cum Pelagianis, vt si victus fueris,ni
hil vlterius illi audeant. Ego aũt, absit, vt ad
monomachiam vos prouocem, quos vbicũ
que apparueritis, vbique diffusus Xp̃s debel
lat exercitus, q̃ debellauit apud Carthaginẽ
Celestium, q̃n illic ipse non eram, & rursus
Cõstãtinopolim tã longe a regionib.Aphri-
canis,qui debellauit in Palæstina Pelagium,
vbi cãm vestrã suæ dãnationis timore dãna
uit:ibi.n. omnino cecidit hæresis uestra. Et
q̃a ille, cuius figura erat Dauid, contra suos
aduersarios,in suis omnibus oppugnat erro
rem vestrum,etiam Pelagij linguam tanquã
prostrati & iacentis, gladio detruncauit. Nã
quod tu dedignaris, propterea voces nouos
hæreticos dici,quia omne malum quod pec
catum definitur,asseritis,non in natura, sed
in sola voluntate consistere, iam vobis Pela
gius,imo per linguam Pelagij dominus am
putauit.Timens q̃ppe ille damnari, damna-
uit eos qui dicunt infantes etiam si non ba-
ptizentur,habere vitam æternam. Qui ergo
negatis esse in paruulo malum, quod baptis
mate diluatur, dicite quo merito paruulus
non baptizatus, æterna morte plectatur? Sed
quid estis dicturi nisi forte Pelagio maledi-
catis? Qui tamen si vobis male dicentibus di
cat,Et quid uelletis, vt facerem? An dicen- *Ioan. 6.*
te Xp̃o, Si non manducaueritis meã carnem
& biberitis meum sanguinem, non habebi-
tis vitam in vobis: dicturus fueram paruu-
lum habiturum uitam,qui sine isto sacramẽ
to finisset hanc vitam? Puto quòd vos male
dixisse homini pœnitebit.Iã vos ergo totius
pœniteat huius erroris, ne argumento mise
rimo vtamini,quo vniuersi vtuntur hæreti-
ci,quos a perniciosa licentia leges Impera-
torum catholicorum premunt. Omnes q̃p-
pe huiusmodi dicunt, quod ipse dixisti, la-
borare illam partem rationis inopiæ,quæ in
differendo cum terrorem surrogat, nullum
a prudentibus impetrat,sed secum a metico

losis extorquet assensum. Noui deniq; hæretici vos estis, sed istã pene oĩum hæreticorũ ueterẽ vocẽ cũ cæteris agnouistis atq; tenuistis, nec vos & alios decipiatis, velut talẽ vocẽ habentes aduersus vos, qualẽ nos aduersꝰ Donatistas, quos ad collationẽ nobiscũ venire per imperialia Iussa cõpulimus. Illorũ.n. furor occupauerat Aphricam totam, nec p̃dicari a catholicis veritatẽ, contra suũ patiebantᷤ errorẽ, violentis aggressionib. latrocinationib. itinerũ obsidionib. rapinis, ignibus, cædibus multa vastantes, cuncta terrentes.

G Cũ quibus apud Ep̃os, quos cõmunes nõ habemus, nihil agere poteramus. Quod vero ante centũ ferme annos maiores nostri, cum eis egerant, iã populorũ memoria non tenebat. Hęc igitᷤ necessitas cõpulit, vt saltẽ gestis nostra collatione confectis eorũ contunderemus inuerecundiã, & reprimeremus audaciã. Vestra vero apud competens iudiciũ cõmuniũ ep̃orum, modo cã finita est. Nec amplius vobiscũ agendũ est, quantũ ad ius examinis pertinet, nisi vt prolatam de hac re sententiam cum pace sequamini. Qđ si nolueritis, a turbulenta vel insidiosa inquietudine cohibeamini. Similes aũt estis potius Maximinianistis, qui cupientes exiguitatẽ suam nomine saltẽ certaminis consolari, & iõ uideri aliquid apud eos, quib. contemptibiles erant, quia inire nobiscũ sinerentᷤ examen, interpellãtes eos, & libellũ dantes, ꝓuocantesq; cõtẽpsimus. Magis.n. de certamine nominari desiderabant, q̃ formidabant in certamine superari. Nec sperabant victoriæ gloriam, sed famã requirebãt collationis, quia multitudinis nõ habebant. Si ergo putatis, iõ vos esse victores, quia non vobis datũ est, quale desideratis examen. Maximinianistæ

H vos ad ista vaniloquia p̃cesserũt, quanuis dederit vobis Ecclesia catholica iudiciũ, quale debuit, vbi cã vestra finita est: illis aũt nullũ dare dignata est, qa non a nobis sicut vos, sed a Donatistis fuerant segregati. Si aũt in Maximinianistis videtis non esse cõsequens, vt qui conferre in aliquo iudicio non sinuntᷤ, putari debeant de veritate confidere, nolite vlterius hæc vana iactare, vobisq; sufficiat, ꝙ vos Ecclesia catholica & materna lenitate sustinuit, & iudiciaria seueritate, vel potius medicinali necessitate dãnauit. Sed ne superfluis immoremur, omitto tumultus maledictorũ & cõuitiorũ tuorũ, siue q̃ in principio congessisti operis tui, siue q̃ ꝑ oẽs eosdẽ quatuor libros pene nusq̃ spargere destitisti ne grauib. hominib. neuter nr̃m disputator grauis, sed leuis vterq; litigator appareat. Videamus iã potius quid afferas, vñ me sicut ꝓmittis, oñdas homines & nuptias diabolo authori tribuere. Certe redarguẽda tibi mea verba ꝓponis, quib. ꝓpositis velut rñdens ꝑsuadere conaris, contra meipsum locutũ me fuisse. Qui cũ ꝑꝑ meã defensionẽ dixerim,

I ab hæreticis nouis dici, nos dãnatores eẽ nuptiarũ operisq; diuini, postea id abstulerim, dicendo in senis vncijs possideri hominẽ nascentẽ a deo & a diabolo, vel potius totum a diabolo possideri prorsus excluso deo, velut ab vniuersa sua possessiõe, qđ est homo. Vbi est acumen tuũ, quo tibi videris & categorias Aristotelicas assecutus, & aliam dialecticæ artis astutiã? Itane non attẽdis hoc, qđ mihi de paruulis obiecisti, de q̃buslibet maiorib. malis hominibus, vtriq; nostrũ obiici posse ab aliquo aduersario veritatis? Interrogo.n. te, quid de nondũ regenerato homine pessimo quocunq; rñdeas, saltẽ istũ confiteris esse sub diabolo, nisi renascatur in Xp̃o, an & hoc negas Si negas, q̃ sunt ergo, quos deus eruit de potestate tenebrarũ, & trãsfert ad regnum filij claritatis suæ? Si aũt confiteris, q̃ro utrum in tali homine in potestate adhuc posito, tenebrarũ habeat deus aliquã potestatẽ. Si dixeris, non habet, rñdebitur tibi, Ergo deus de sua possessione a diabolo exclusus est. Si dixeris, habet: rñdebitur tibi, Ergo deus & diabolus in senis unciis hominẽ possident; & tibi ab imperitis talis inuidia ꝯcitabitur, qualem tu mihi, qui uis peritus putari, de paruulis ab ortu recentibus concitare uoluisti. Ecce primum argumentum tuũ, quanta facilitate destructum est, dum attendere negligis, sic esse homines sub diaboli potestate, antequam redimantur a Christo,

K ut tamen dei potestati, non solum hi, sed ne ipse quidem diabolus subtrahatur.

De baptismi sane quæstione, quam uobis apud ignaros inuidiosam mendacijs nostris factam fuisse conquestus es, uix dici potest, quam eleganter existi, hanc a uobis amolitus inuidiam, eo quod paruulos baptizandos

Ad [...] mũ li[...] ni. [...] Cap.

Colo.

De ba[ptis]mo. Cap.

dos esse fateamini, qui grām baptismatis dicitis, non ꝓ causis esse mutandū, ꝙ ipsa dona sua ꝓ accedentiū capacitate dispēsat. Jōque Xp̄s q̄ est sui o ꝑis redēptor, auget inq̄s, circa imaginē suā continua largitate beneficia, & quos fecerat cōdendo bonos, facit innouando adoptādoq; meliores. Hoccine est totū, cur vobis de baptismate paruulorū faciendā non existimatis inuidiā, quasi quisq̄ nr̄m vos dixerit negare, paruulos baptizari oportere. Non eos dicitis nō debere baptizare, sed ꝓ magnitudine sapientiæ vestræ, res mirabiles dicitis, In sacrō saluatoris baptizātur, sed nō saluanť: redimunť, sed non liberātur: lauantur, sed nō abluūtur: exorcizantur & exufflātur, sed a potestate diaboli nō eruūtur. Hæc sunt sniarū portenta vestrarū, hæc inopinata mysteria dogmatū nouorū, hęc paradoxa Pelagianorū hæreticorū, mirabiliora q̄ Stoicorū philosophorū, Vt.n. hæc dicatis, timetis audire, Si saluanť, q̄d in eis ægrotabat? Si liberanť, quid in eis seruitutis vinculo tenebať? Si abluunť, q̄d in eis latebat immūdū? Si eruuntur, quo merito erant sub diaboli potestate, q̄ propria iniquitate nō erant rei nisi q̄a trahunt, q̄d negatis, originale pc̄tū? Et ad hoc negatis, non vt eos saluos, liberos, mūdos, nulli hosti subditos asseratis, non.n. aliq̄d eis opitulatur vestrū testimoniū falsū, ante iudicē verum, sed vt illis in mala vetustate remanentib. vos nouā sectemini vanitatē. Non.n. vestra, sed illius est vera sentētia qui dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū, nō pōt intrare in regnū dei. Verū vos excellentissimi amatores illius vitæ, q̄ futura ē æterna cū Xp̄o, nullā pœnā putatis esse imaginē dei in æternū exulare a regno dei, cum si paruā pœnam esse diceretis, non esset hæc vox beata amatoris illius regni, sed miseri cōtēptoris. Porro aūt, si quod huic sufficit causę, paruā saltem pęnā fatemini esse, q̄ magna est, vt imago dei non sinať intrare in regnū dei, obsecro aperite qualescunq; oculos, & videte, qua iustitia pęna ista infligēda sit paruulo, quē clausis oculis originali obnoxium negatis esse peccato. Omitto cōmemorare, q̄ mala in hac ipsa transitoria vita, pene omnes patiantur infantes, & qūo expliceť, ꝙ dictū est, Graue iugū super filios Adā a die exitus eorū, de ventre matris eorū, vsq; in diem sepulturæ in matrē omnium. Quæ vtiq; mala sub iusto, & omnipotente deo non irrogarētur eius imagini, quib. malis in virtute exerceri infantilis ætas non pōt dici, si nulla ex parentib. mala merita traherenť. Hæc aūt mala paruulorū, non ea quæ habere negantur a vobis, sed q̄ perpeti cernūtur ab omnib. nobis, tu prætermittis omnino, nec respicis, expatiaris ibi vir disertissimus, & exerces ingeniū ac linguā tuam in laude naturæ. Natura ista in tantas & tā manifestas collapsa miserias, saluatorē, liberatorē, mundatorem, redēptorem Xp̄m habet necessarium, non Iulianū, non Celestium, nō Pelagium laudatorē. Quā quidē redimi nō fatereris in paruulis, nisi quia hoc Celestius apud Carthaginē gestis ecclesiasticis, ora Christiana nō sustinēs, fassus est. Cæterum rogo, te qūo pōt intelligi ista redemptio, nisi a malo redimēte illo q̄ redimit Israel ab omnibus iniquitatibus ei⁹? Vbi.n. redemptio sonat, intelligitur & precium, Et quod est hoc, nisi preciosus sanguis agni immaculati Iesu Christi? De hoc autē præcio quare sit fusum, quid interrogamus alium? Redemptor ipse respondeat, dicat ipse mercator. Hic est, inquit, sanguis meus, q̄ pro multis effundetur in remissionem pc̄tōrū. Pergite, adhuc ꝑgite, & sicut dicitis in sacrō saluatoris baptizantur, sed nō saluanť, redimuntur, sed non liberantur: lauantur, sed non abluuntur: exorcizantur & exufflātur, sed a ptāte diaboli non eruuntur: sic ēt dicite funditur pro eis sanguis in remissionem peccatorum, sed nullius peccati remissione mūdantur. Mira sunt quæ dicitis, noua sunt quę dicitis, falsa sunt quæ dicitis, mira stupemus, noua cauemus, falsa conuincimus.

Nonne ipse dixisti, administrationem corporis sic animo esse commissam, vt fructus operis fieret vtrique communis, & uel virtutis exercitæ gaudia, vel insolentiæ pœnas cum eis quam hic non bene rexerat, carnis afflictione sentiret? Responde igitur, quare in hac ipsa uita, afflictione carnis anima crucietur infantis, cuius ei meritum, quia non bene rexerit carnem, adhuc non potest imputari? Naturam dicis humanam in exordiis nascentinm innocentiæ dote locupletem, Fatemur sane, quantum ad peccata pertinet propria. ſ Cum autem etiam origina-

[Marginalia: M; Ioan 3.; Ecc. 40.; A; Psa. 129; Ma. 26.; Morbi infantiū vnde. Cap. 4.; B]

li negatis obnoxios, respódere quod merito tanta innocētia nōnunquā cæca, nōnunquā surda nascatur? Quod uitiū etiam ipsam impedit fidē, Apostolo teste qui dicit, igitur fides ex auditu. Iam uero quis ferat, quod ad ipsum spectat animū, imaginē dei innocētię sicut asseris dote locupletē, fatuam nasci, si nulla ex parentibus mala merita in paruulos transeūt? An ita est quisquā uestrū fatuus, ut fatuitatē nullum malū putet, cum scriptura dicat, mortuū septē diebus, fatuū uero omnibus diebus esse lugendū? Quis aūt nesciat, quos uulgo moriones uocant, natura ita fatuos. ut quibusdā eorū penè sensus pecorū cōferatur? Et non uis fateri genus humanū ex initio, quo deseruit deū, trahere damnatæ originis noxam his omnibus dignissimam pœnis, nisi ubi parcit rōne dispositionis occultæ inscrutabilis sapiētia cōditoris, q nec ab ipsa uniuersa massa pditionis abstinet sui operis bonū, ut ex malis uitiorū condat, licet cum malis, inq̄tum bona est, rōnalē mortalemq; naturā, cuius nemo esse potest conditor, pter ipsū, & in gñatione damnata, præbeat uasis misericordiæ regñationis auxiliū.

Rom. 10. *Ecclesiastici. 22.* C

Cap. 5. Frustra itaq; putas ideo in paruulis nō esse delictū, quia sine uoluntate, quæ in eis nulla est, esse nō potest. Hoc.n. rectè dicitur propter propriū cuiusque peccatū, non propter primi peccati originale contagiū. Qđ si nullum esset, profecto nulli malo paruuli obstricti, nihil mali uel in corpore, uel in anima, sub tanta iusti dei potestate paterentur. Quod tamen & ipsum a mala uolūtate priorum hominum sumpsit exordium. Sicut uoluntas mala ipsa est origo peccati.i.a uoluntate mala peccatum exortum est, & peccati origo uoluntas mala est, ita nisi uoluntas mala, non est cuiusquā ulla origo peccati. Hæc si sapias, simpliciter & ueraciter gratiā Christi erga paruulos confiteberis. Nec cogeris res impiissimas atque absurdissimas dicere, aut baptizandos nō esse paruulos, quod quidē postea etiā fortasse dicturi, aut tam magnū sacrm sic in eis esse ludibriū, ut in saluatore baptizentur, sed non saluētur: a liberatore redimātur: sed non liberētur: lauacro regenerationis lauentur: sed nō abluentur: exorcizentur & exufflentur, sed a potestate tenebrarum non eruantur: sic eorum preciū sanguis, qui in remissionem fusus est peccatorum, sed nullius peccati remissione purgentur. Hoc totū propterea, quia timetis dicere, non baptizentur, ne non solum facies uestræ sputis oblinātur uirorū, uerūetiā capita sandalijs mulierculará cōmitigentur. Nos certe causam, cur sub diabolo sit, qui nascitur, donec renascatur in Christo, peccato ex origine dicimus esse contagiū, Vos aūt qui hoc negatis, ea saltem quæ apta sunt intuemini, cur nōnulli etiā dæmonē patiātur infantes, nisi forte & ipsos, aut esse, aut sub diabolo esse negabitis. Nec uos euangeliū commouebit, at forsitā pp uos interrogauit dñs quod sciebat, ut pater pueri rñderet filiū suū ab infantia sua dæmonio tam graui grauiterq; uexari, ut a Christi discipulis nō posset expelli. Ecce ergo, ut sint paruuli in diaboli ptāte, cām nuptias esse non dico, qđ me dicere calumniaris. Nuptiæ quippe habēt ordinē suū, & benedictionē suā, bonumq; suū nec sub intrante peccato amittere potuerūt. Tu aūt quare sit subdiabolo ille saltē infans, q manifestissime uexaī a diabolo, ita ut aliqñ ipsa uexatione moriaī, respōde si potes, Non uis enim quēquam ullam pænam pro alienis subire peccatis. Ne hinc fiat credibile, etiam contagia peccatorum in nascentē ex gignentibus posse transire.

D E *Luc. 9.*

Cap. Si uidelicet ut egregius dialecticus non me patieris elabi, sed presse interrogabis & breuiter in paruulis actionē reā, an naturā putē; Et ad utrumq; respōdes, Si actionē, inquis, ostēde quid fecerint. Si naturā, ostēde quis eos fecerit. Quasi & actio mala faciat nisi naturā rea†. Actione qppe q reus ē, homo est, hō autem natura est, homines igiī sicut pcti actione maiores, ita minores maiorū cōtagione sunt rei. Isti ex eo ꝙ faciūt, illi ex qbus originē ducūt. Quo circa paruuli bonū est, ꝙ hoīes sunt, ꝙ omnino nō essent, nisi eos ille q summe bonus ē. creauisset. Malū uero, si nullū ex origine traherēt, nunq̄ cū uitiis uel corporalibus nascerētur. Deus n. qui est aīarum, ipse est ēt corporū cōditor, qui utiq; humanæ in ipsa cōditione naturæ uitia nō infligit immeritæ. Neq; .n. de innumerabilibus paruulis, q & in aīo & in corpore cū tanta uitiorū uarietate nascuntur, hoc dici potest, quod dominus ait de il-

** al. faciat naturā* F

lo,qui

6. lo,qui cæcus est natus , nō ꝓ ꝑ pctm̄ ipsius, vel parentū id esse factū,sed vt manifestarē-tur opera dei in illo. Multi quippe nec sanā-tur oīno,sed cū eisdē vitijs, siue in qualibet ætate,siue in ipsa moriūtur infantia. Nōnul lis ēt paruulis iā renatis vel ꝑmanent cū qui bus sunt nati,vel accidunt hmōi mala, Absit vt dicamus indigne , sed hinc potius intelli-gamus eis ad alterū seculū ꝓdesse, ꝙ rena-scuntur. Huius aūt seculi dispositionē, ꝑ ꝑ initiū suꝑbiæ hominis,per qđ apostatauit a deo diuersis malis hoīum peragi iniugo gra ui suꝑ filios Adā,a die exit⁹ de vētre mr̄is eo rū, vsq; in diem sepulturæ in mr̄em omniū.

G Quod autē hoc opere tuo,qūo fiant a dia lecticis sylogismi,vnde qōnē tibi nullus ob-iecit,docere conaris, quantū tibi places , tm̄ grauibus lectoribus displices. Et quod est pe ius,fingis, me dicere ꝙ non dico,cōcludere sicut non cōcludo, cōcedere quod non cōce do,& cōcludis tibi ipse,quod renuo. Quādo enim ego negaui naturam hominū esse lau-dabilem , inquātum homines sunt? Quādo dixi ob hoc ipsum reos esse, quia sunt,cū ꝑ fecto essent,nec rei essent,si nemo peccasset? Qn̄ dixi, fœcunditatē esse reprobandā, cum ad bn̄dictionem ꝑtineat nuptiarum? Qūo a te peterem vt hoc ipsum cōcederes , ꝙ ipse nō dixi ? Iam vero quod me dicis assumere, omnis cōmixtio corporū mala, nihil minus est,quā vt dicas me ēt vini & aquæ accusasse cōmixtionē,qn̄ pot⁹ nobis tēperat, qa & ibi corporū est sine dubitatione cōmixtio. Et si oēm ꝯmixtionē corporū malā dixi,neq; hāc vtiq; prætermisi. Sed nec ipsam cōmixtionē sexus vtriusque reprehendi, si legitima atq; nuptialis est. Sine hac.n.non fieret hominū

H gn̄atio,etiam nullo cuiusq̄ præcedēte pctō. Proinde illud aliud qđ me dicere adiungis , Filij aūt de corporum cōmixtione nascunt, dico sanè. Sed cōclusio q̄ velut meā inferre voluisti,non est mea. Non.n.dico,nequā igi tur filij , qui de mala opatione ꝓcedūt qn̄-

I quidē ipsam coniugum opationē,quæ fit gi gnēdorum gratia filiorum , non dico malā, sed potius bonā,quia bene vtit libidinis ma lo, ꝑ qđ gn̄ant homines, bonū opus dei nō sine malo, propter quod regenerandi sunt , vt liberentur a malo. Deinde contexis alte-rum sylogismum tuū,qm̄ tuus est, & prior iste non meus. Dicis ergo,causa sexuum cō mixtio corporū,& vis vt hoc cōcedam tibi. Ecce concedo. Pergis inde,& adiungis,mala semper cōmixtio,deformis etiā cōditio cor-porū,in sexuū diuersitate positorū,Hoc si es set cōsequens,me nō premeret, qui cōmix-tionem nuptialem. i. liberorū procreandorū causam, nō solā malam nō dico,verumetiā bonā dico. Huc accedit,qa & cōsequens nō est,vt si semꝑ est mala sexus vtriusq; cōmix tio, ꝑ ꝑea sit deformis etiā cōditio corporū, in sexuū diuersitate positorū. Profecto.n. si intantū hoīes essent malo libidinis subiuga

I ti,vt remota honestate nuptiarū , omnes in-differēter ac passim canino more cōcumbe-rent, non iō deformis esset conditio corpo-rū,cuius deus author est,qm̄ mala esset om-niū hoīum maris fœmineæq; cōmixtio; si-cut ēt nunc de adulterina cōmixtione vtiq; mala, bonū est in corporum cōditione opus dei. Vides nēpe, quā dialectice nihil dixeris & nulla quidē culpa est dialecticæ discipli-næ,quantū a tramite eius exorbitaueris. Vi-deris illius artis verbis ad hoc te vti,vt eis in flatus attonitos facias imperitos, volendo vi deri eē, quod nō es. Quod & si esses, ad eum modū quo ista disputanda sunt,nihil esses,& ineptus & imperitus, tūc aūt ineptus artifex esses,& tn̄ dialecticorū , quasi iaculis onera-tus acutis,in certamē procedis,& iactas plū-beos pugiones,dicens, Si mala semꝑ cōmix tio, deformis etiā cōditio corporū in sexuū diuersitate positorū. Nec uides quā nō sit cō sequens , qđ pro argumento necessario po-suisti,adiungis & dicis,Quod cū negare neq ueris. Quid ē quod nequeo negare? Hoc nē-pe,quod tu iam si uel sero sapis,nō potes ni si negare , quia non utiq; si mala est cōmix-tio adulterorū propterea ex illis nascētium conditio de formis est hominū. Illa quippe est hominum, male operantiū de membris bonis : ista uero dei est,bene operantis de ho minibus malis, Quod si dixeris , etiam cum

K fit adulterium, bona est per ipsam commix-tio , quia naturalis est , sed ea male utuntur adulteri. Cur non uis acquiescere posse esse libidinem malam , qua bene tamen utantur gignendi gratia coniugati ? An potest bono rum esse usus malus, & non pōt malorū bo-nus ? Cum inueniamus ipso satana , q̄ bene

Plūbeus pugio.

sus

visus fuerit Apost. tradens ei hominē in interitum carnis, vt spiritus saluus esset in die dñi, & alios vt discerent nō blasphemare.

1.Co.5. 2.Thi.1. Cap.8.

Quod vero superaddis & dicis, Rei aūt malæ deus author nō potest esse, quomodo id dicis,cum sint quædā mala,quorū author est deus? Melius enim loqui nouit ipse q̃ tu, qui per prophetā dicit, creare se mala. Deinde quōlibet sese habeat hæc supadditio tua, quid ad me pertinet,cū illud cui cōnectitur, nō concesserim, eo ꝙ incōsequens esse mōstrauerim,vt deformis sit cōditio corporū,ēt si oēm cōmixtionē corporū,vel vtriusq; sexus malam esse concederem? Vt.n.concedamus deum nullius esse authorē mali nunqd ideo nō est author cōditionis corporum, q̃ nullo modo malam esse cōcessi, quia nulla me ad hoc superius concessa cogebant? Inanis ergo & ridenda tua remansit illatio, qua cōcludis & dicis, Omnia igitur corpora,malo reputanē authori, Multo enim verius ita concluditur, vt dicamus, Si nec mala cōmixtio adulterorū, facit esse malā cōditionē corporum, aut si bona est & in adulteris sexus vtriusq; cōmixtio, sed ea mali vtuntur male,qm̄ multo magis ex hoc nō potest corporum mala esse cōditio: Recte igitur corpora deo reputātur authori. Nulla est itaq; fouea, quā metuens quasi, reuertar in viā, quo videris me velle reuocare. Dic tamē quæ nam illa via sit,& explica ratiocinationem tuam.

Esa. 45.

Cap.9.

Deus,inquis bonus, ꝑ quē facta sunt omnia, ipse corporis nostri membra formauit. Hoc verissimum esse concedo. Sequeris & adiungis, Qui autem corpora fecerat,diuisit & sexum,diuisit in specie,quod in operatione coniungeret,fecitq; causam coniunctionū dissimilitudo membrorum. Et hoc assentior. Deinde infers, Ab ipso igitur cōmixtio corporū, a quo est origo corporū. Quis hoc negauerit? Quod cū ingratis,inquis, cōcesseris, sequitur tot rerū bonarum, corporū,sexuū cōiunctionū malos fructus esse non posse. Et hoc verū dicis,horū.n.bonorū fructus hō est, qđ ingtū hō ē,bonū est,qđ autē in illo malum est, a quo sanandus est per saluatorem, & liberandus per redemptorem, & abluendus per lauacrum & eruendus per exorcismum, & absoluendus per sanguinem, qui in remissionem fusus est peccatorū,non est fructus corporum,sexuū,coniunctionū, sed originalis veterisq; peccati. Sicut. n. de prole adulterorum, si ego dicerē, tot malorū.i.lasciuiæ, turpitudinis, criminis bonus fructus esse nō potuit, recte mihi responderes,hominē qui de adulteris natus est, nō esse fructum lasciuiæ,turpitudinis, criminis, quorū malorū author est diabolus, sed corporū,sexuū,coniunctionū,quorū bonorum author est deus deus, Sic ergo tibi rectissime dico,malum cū quo nascitur hō, nō esse fructum corporū,sexuū,cōiunctionū quorū bonorum author est deus, sed primæ præuaricationis,cuius author est diabolus. Absit aūt vt quemadmodū calumniaris, dicamus homines ad hoc a deo fieri, vt a diabolo legitimo iure teneantur,quamuis enim & hoc diuinæ sit magis,quam diabolicæ potestatis,vt immundo principi generatio immunda subdatur,nisi regeneratione mundetur, tamen nō ad hoc facit deus homines, vt familiam quodammodo diabolus habeat,sed ea bonitate, qua naturis oībus præstat vt sint,qua ēt ipsum facit subsistere diabolū, Quā bonitatē si rebus subtraheret, continuo nihil essent. Sicut non ideo creat pecora in armentis & gregibus impiorum, vt demonibus immolentur,quamuis hoc eos nouerit esse facturos: sic ēt vbi gn̄ationē pc̄ō cernit obnoxiā,ꝺm pulcherrimū,quē disposuit ordinē seculorū,suā nō abstinet eius ꝑditiōe bōitatē.

Sed post hanc argumētationem qua tu fallis,& confecisse te aliquid arbitraris,ingeris solitum maledictum,ac deinde subnectis, ꝙ forsitan dicam scripturarū,non syllogismorū debere testimonio comprobari, filios de corporum cōmixtione nascētes,reputari diuino operi: quasi qui hoc negauerit, possit esse Christianus. Proinde rem quam prōptissime confitemur, & libentissime prædicamus,velut habeat inter nos controuersiam, ita per scripturarum testimonia conaris ostēdere, & laboras inaniter, nō vt rn̄dere nobis,sed vt libros possis implere. Verumtn̄ ꝙ dixisti, vt exprimeret fidē operū Propheta, ꝑpe periculum pudoris accessit quia dixit, Erunt duo in carne una, satis te debuit admonere, nihil pudendum futurum fuisse in operibus dei, nisi præcessisset, cur natura humana deberet de sui meriti deformi-

Gen.

tate

te confundi. Dicit ĕt in laude libidinis hanc fuisse redditā dei munere Abrahæ & Saræ, senio cōfectis emortuisq; corporib. & inuidiosa uoce proclamas, ut asserā si possim, ad opus diaboli ptinere, qđ deū uideā interdū conferre ꝓ munere. Quasi uero claudū hominē resuscitet deus, uiuentibusq; restituat, qui utiq; mortuus iā claudicare nō poterat, ĕt claudicationē dēt uideri ꝓ munere cōtulisse. Ita ergo si restitutus est, q̃ fuerat in uiridiorib. corporū uigor, sic utiq; restitutus est ut se hēt cōditio corporis mortis huius. Non .n. eos ad illū statū reuocari oportebat ī quo Adā fuit ante pc̄tm̄, vt possent sine lege in mēbris, q̃ repugnat legi mētis filios procreare. Quāuis ad hoc intelligendū sit, emortuū fuisse corpus Abrahæ, ut non ualeret de omni fœmina filios gignere, quæ parere posset. Dicitur .n. facere hoc ætatis accessus, ut ex fœmina generare senex possit adolescētula, cū iam de grandiore non possit, quanuis illa de iuuene possit. Qui .n. tā prolixo tp̄e tunc uiuebant, proculdubio serius fiebant ita decrepiti, ut ad concubitū moueri omnino nō possent, si tñ cuiq̃ uiro sano pōt id accidere per ætatē. Nā cū hoc opus in manib. haberē, nūciatus est nobis senex octoginta & quatuor agens annos, q̃ religiose cū coniuge religiosa iā uigintiquinq; annos uixerat cōtinēter, ad libidinē sibi emisse Lyristriā, q̃ utiq; pro modulo, quo isto tempore uiuunt homines, grauioris senectutis est, qua fuerat Abrahā in annis centū adhuc uicturus alios septuaginta. Vnde prudentius credit fœcunditatē q̃ defuit, suis deū famulis pstitisse. Duæ q̃ppe causæ dicūtur, pp quas parere Sara non poterat, & erat vulua ei⁹ emortua. Vna est sterilitatis, q̃ ab ipsa inerat iuuentute. Altera ætatis, non q̃a nonaginta annos agebat, sed q̃a iā destiterant ei fieri muliebria. Constat .n. si mulierū menstrua secreta cessauerint per ætatem, non eas iā posse concipere, etsi fœcundæ fuerunt, anteq̃ illa cessassent. Et iō scriptura noluit hoc tacere, vt augeretur miraculi gloria, ꝙ erat deus in eorū prole facturus. Qñ aūt suo uiro ancillam dedit, de qua uoluit, quia de se non poterat suscipere filios, non ætate fuerat, sed sua sterilitate permota. Sic .n. ait scriptura, Sara autem uxor Abrahā non pariebat illi. Et uerba eius ad uirum ista sunt. Ecce cōclusit me deus, ut non pariam. Tunc aūt si ætatē consideremus amborū, decrepiti essent, si nostri tp̄is homines essent. Erat .n. Abrahā annorū circiter octogintaq̃nque, Sara aūt annorū septuagintaquinque. Scriptū est .n. Abrahā aūt erat octogintasex, cū peperit Agar Hismael Abrahæ. Proinde ante annū ferme mixtus inuenitur ancillæ, qñ conceptus est Hismael, q̃a tandē coniuges in hac ætate generant tp̄ibus nostris, nisi diuinitus fiat tale miraculū, & tñ illi poterant, si Sara sterilis non fuisset, quia & ille potuit de Agar, & illa nondū erat sic ætate progressa, ut ei cessarent fieri muliebria. Ad hoc ergo erat Abrahæ corpus emortuū, ut de Sara iā generare non posset, ĕt si esset illa ita fœcūda, ut tñ iā propinquaret ætati, qua cruor ille menstruis interuallis uenire desisteret, Quib. n. iā omnino non fluit, eas ab authoribus medicinæ definitū est, nō posse concipere. Qđ si falsum esset, nullo mō dicere scriptura curaret, Defecerunt aūt Saræ fieri muliebria, cum superius iam dixisset, Abraham aūt & Sara seniores ꝓgressi in dieb. suis. Pro mō ergo tp̄is, cuius longe prolixiore spatio tunc uiuebant, generare iam illa ætate poterant, cū esset Abrahā centenarius, Sara nonagenaria, ĕt si sterilis non fuisset, & ante annū concūberent qñ adhuc ei fluebant fortasse muliebria. Et ideo adhuc concipere posset, si iuuenis esset maritus, tunc aūt non posset, propter corpus Abrahæ sic emortuū senectute, ut ex illius ætatis fœmina gignere non ualeret, qui tñ & ipse de adolescentula ualeret, sicut postea de Cethura ualuit, quanuis & illic dici possit, fœcunditatis munus in eodem perseuerasse, quod acceperat ut nasceretur Isaac. Pro modo autem nūc temporis, quo longe breuiore spatio uiuunt homines, intra centum annos amborum cōiugum, generare posse dicuntur. Si uero in summam ducti amborum anni, centenariū numerum excesserint, sic asseuerantur non posse filios procreare, etiam si fœcunda sit mulier, & fluentibus adhuc muliebribus possit ex iuuene, Vt iure fuerit etiam constitutum, ne quisquam ius liberorum haberet, nisi cum amborum anni computati & simul ducti, centum non transisse docerentur. Miraculū ergo dei factū est, ut conciperetur Isaac.

Gen. 11. Rō. 4. — C — *Quæ Sara parere nō potuit* — D — *Ge 16* — E — *Abrahæ corpus emortuū* — *Gen. 18.* — *Gen. 15.* — H — *Aetas cōiugum.* — F — *Ius liberorum.*

Iſaac,nõ parentib.eius libidine reddita, ſed fœcunditate donata,Nã illa eſſe poterat ẽt ĩ illis annis,hæc vero non poterat, tot impedientib.cauſis. Quanq̃ & libido, ſicut ſuperius diſſeruimus,ſi emortuis mẽbris ſenilib. munere dei quodammõ reuiuiſcentib.ẽt ipſa reuiuiſceret, conditionẽ profectò carnis corruptibilis ſequeret̃, vt eẽt ĩ corpore mortis huius,q̃ in paradiſo eſſe non poſſet ante pctm̃ in corpore vitæ illius.Secundũ conditionẽ aũt pœnalibus huius corporis,munus fœcunditatis nunc deus vnicuiq; largitur, G non ſm̃ illã fœlicitatẽ,vbi nihil erat in carne,qđ aduerſus ſe ſpũ frenaretur,qa in natura hominis ante pctm̃,pacẽ decebat eſſe, nõ bellum.In ea vero parte ratiocinationis tuæ fruſtra laboraſti,tanq̃ dicere poſſemus,Iſaac ſine cõcupiſcẽtia carnis, vel ſemine viri fuiſſe ꝓcreatũ,hoc.n.non dicimus.& iõ quicqđ inde diſputaſti prætereundo contemnimus.

Cap. 12. Quod aũt tibi p̃claro acumine uiſus es inueniſſe, vt diceres, ẽt ſi diabolus crearet homines,nulla culpa ſua mali eſſent,& ideo iã nec mali eſſent,quia eſſe quiſq̃ niſi quod natus eſt, non põt, nec ab eo iuſtũ eſt, aliquid amplius flagitare quam põt, Solemus & nos aduerſus Manichæos iſta dicere,q non vitia tam bonã dicũt eſſe naturã,ſed ſine initio & immutabiliter malã, quam ſm̃ ſuas fabulas opinantur malam. Natura vero humana ſm̃ catholicam fidem bona inſtituta, ſed vitiata pctõ meritoq; damnata eſt. Nec mirum aũt nec iniuſtum eſt,qđ admirabilis radix ꝓfert damnata damnatos,niſi cui manus non defuit creantis,non deſit & miſericordia liberantis, q̃ vos miſeri inuidetis cũ malum par H uulos, a quo liberentur,habere non dicitis. Sed certe vos q miſeriam falſa defenſione premitis, & ꝑniciosa laude oppugnatis infantiam,quare nihil mali merentes,tot ĩ paruulis imagines dei,ſi non baptizent̃, non admittitis ad regnũ dei?Nunqđ ipſi ſibi defuerunt, vt priuent̃ regno,vt tam luctuoſo puniant̃ exilio,cũ id non fecerint,qđ facere oĩno non poterant? Vbi ẽt ponis, quia, & uita carebunt,qm̃ non manducauerunt carnem, nec biberunt ſanguinẽ filij hominis, Vnde *Eucharistia.* Pelagius,qđ ſupra cõmemoraui, eos q dicunt infantes, ẽt ſi non baptizent̃,habere uitam æternã, in Eccleſiaſtico iudicio niſi dam naſſet,dãnatus exiſtet.Qua iuſtitia q̃ſo,a regno dei,aut a vita dei alienatur imago Dei, in nullo trãſgreſſa lege dei? Nõne audis quẽ admodũ deteſtet̃ Apoſt.quoſdam,quos dicit alienos a uita per dei ignorantiã q̃ eſt in illis ꝑ ꝑ cæcitatem cordis eorũ? Tenebitur hac I ſnia non baptizatus paruulus, an non tenebitur?Si dixeritis, non tenebitur, Euangelica veritate, lingua ẽt Pelagij teſte vincemini atq; puniemini. Vbi eſt.n.vita dei, niſi in *Io.* regno dei,quo niſi renati ex aqua & ſpũ,intrare non poſſunt?Si aũt dixeritis,tenebit̃,fatemini ſuppliciũ,meritũ dicite,Nihil in veſtro dogmate reperitis, qđ proferre poſſitis. Iam igitur aliqñ ſi vllus eſt Chriſtianus ſenſus in vobis, etiam in paruulis propaginem mortis & damnationis agnoſcite, debita iuſtitia puniendam, gratis gratia dei liberandam. In quorũ redemptione laudari dei miſericordia poteſt, in quorum perditione accuſari dei veritas non poteſt, quia uniuerſæ vitæ domini miſericordia & veritas. *Ps.*

Ca. Diuidis,definis, diſſeris quaſi medicinaliter de genere,& ſpecie, ꝙ modo. & exceſſu concupiſcentię,huius genus eſſe aſſerens in igne uitali,ſpeciẽ in motu genitali,modum in opere coniugali, exceſſum in intẽperantia fornicandi, & tñ poſt iſtam totam, quaſi ſubtilem atq; prolixam diſputationem tuã, cum te breuiter & aperte interrogauero,cur ignis iſte vitalis bellũ in homine radicauerit, vt eo caro concupiſcat aduerſus ſpm̃, & K ſpiritui neceſſe ſit cõcupiſcere aduerſus carnem,cur vulnere feriatur mortali,qui voluerit igni conſentire vitali,puto ꝙ ipſum libri tui atramentum erubeſcendo conuertetur in miniũ.Et ignis vitalis,qui noſtræ animæ quæ uita eſt uera carnis, nõ ſolũ ad arbitriũ non obſequitur, ſed plerunque contra eius arbitrium inordinatis, & turpibus motibus excitatur: & niſi aduerſus eum ſpũs concupiſcat, bonam uitam nr̃am ignis iſte vitalis occidit.Poſt longam diſputationẽ velut concludens,merito igitur, inquis, concupiſcentiæ origo definitur in igne vitali quo collecto neceſſe eſt, vt ei reputetur concupiſcentia carnalis, per q̃ conſtituta eſt uita carnalis. Ita hoc dicis, quaſi probare poſſis. An vero cuiuſcunq; frontis ſis, audeas ſuſpicari, ĩ prima hominũ cõſtitutione, priuſquam cul

pam

pam debita dãnatio sequeretur, istã carnalẽ
concupiscentiam aut extitisse in paradiso,
aut inordinatis, sicut eã nũc videmus moti-
bus, pugnas aduersus spm̃ fœdissimas ædidis-
se. Deinde subnectis & dicis, Huius itaq; ap
petitus nõ in genere suo, nõ in specie, nõ in
mõ culpa est, sed in excessu, q̃a genus ei⁹ &
species ad cõditoris operã ꝑtinent: modus
eius ad arbitriũ honestatis: excessus ad vitiũ
volũtatis. Quã cõcinne tibi verba inania so-
nuerunt, vtiq; homini, q̃ non cogitas quid
dicas. Si modus appetitus huius ad arbitriũ
ꝑtinet honestatis, cuius tandẽ honesti arbi-
triũ cõiugati vult hũc appetitũ, nisi q̃n op⁹
est cõmoueri, & tñ q̃d vult nõ põt? Cui⁹ ho (L)
neste cõtinentis arbitriũ velit aliq̃n hunc ap
petitũ moueri, & tñ q̃d vult nõ põt? Vñ cla- (Rom. 7.)
mat hõ, Velle adiacet mihi, ꝑficere aũt bonũ
nõ inuenio. Cũ ergo in ipso motu pro nr̃æ
voluntatis arbitrio nõ habeat vllũ modũ, in
effectu aũt nõ sit ipse moderatus, sed ei mo-
dũ vigili certamine spũs honestus imponat,
quid est quod laudatis homines mali, & ad
deum non clamatis, Libera nos a malo? (Mat. 6.)

Quid te aũt iuuat q̃d dicis, intercipi debi (Cap. 14.)
litate libidinẽ, quasi nõ morte prorsus extin
guatur, q̃n iã homini, qui ab illa fuerit supe-
ratus & subiugatus, nõ certamen indicitur,
sed victo reddit, quod debetur? Hoc est ama
rius, hoc est ubi non intelligis, contẽdentis
propaginẽ mortis, ꝙ q̃n sani sumus, tũc est
iste motus insanus. Aut in coniugibus, inq̃s,
cũ honestate exercet̃, aut in castis virtute fre
nat̃. Itane vero, ita tu expertus es? Ergo ne a
coniugibus nõ frenatur hoc malũ, vel hoc
tuũ bonũ? Prorsus cũ libitũ fuerit, sternũt se
coniuges, & inuadunt q̃ñcunq; titillauerit,
nec ad horã cubandi appetitus iste differtur,
sed tunc vr̃ legitima corporũ esse cõmixtio,
q̃n istud naturale tuũ bonũ fuerit sponte cõ
motũ. Si talẽ duxisti vitã cõiugalẽ, desine te
tuis experimentis in disputatione cõmittere
& de alijs potius queadmodũ sit ducẽda, vel (M)
docenda, perquire. Miror tñ si adulterina sal
tẽ desideria nõ frenasti, nec frenãda sensisti.
Si uero ẽt pudicitia coniugalis, & ꝑ ꝑ immo
derata in ipso quoq; cõnnubio volutabra li
bidinis, & ꝑ ꝑ dãnabiles cõcupiscentias, ne
ꝓter cõiugis naturalẽ vsum aliquid ꝑpetret̃,
frenat hanc pestẽ, quid est q̃d dicis, in coniu
gibus cũ honestate exercet̃, quasi honestus
sit appetitus iste semper in cõiuge, & nihil ei
saltẽ s̃m veniã, sicut dicit Apostolus conce-
dat? Quanto melius diceres, in coniugũ mo (1. Co. 7.)
deratione cũ honestate exercet̃? An timuisti
ne illic quoq; intelligatur malũ, cui ẽt cõiu-
ges frenũ cura moderationis imponũt? Po-
stremo nunc saltẽ iã cõtinenter viuẽs, agno
sce in quadrigis illis Ambrosianis equũ ma-
lũ, & noli corde vel ore laudare, quẽ cogeris
virtute frenare. Quartũ, inquis, a lasciuienti- (Iulian.)
bus ꝑpetratur, id est, illius voluptatis exces
sus, & quia de insolentia, nõ de natura con- (A)
tingit, inquis, iure dãnatur. De cuius q̃so in-
solẽtia ꝯtingit? Lasciuię, an cõcupiscẽtię? Ne (August.)
offendas susceptam, respõdebis lasciuiæ. Sed
oẽs homines iudicant lasciuiæ nõ esse pcm̃,
nisi quia concupiscentiæ consentitur. Nul-
lumne ergo malũ est, cui consentiendo pec-
catur? At hoc malũ inest in carne cõtra spm̃ (Gala. 5.)
concupiscente, etiã si non sit in spiritu nõ cõ
sentiente; & contra etiã concupiscente, Ex- (Matt. 6.)
clama ergo, Libera nos a malo, & noli ma-
lũ falsæ laudis, & huic addere malo. Diserte
sane inter lasciuiẽtes & continentes tanq̃ in
medio pudicitiam constituis coniugalẽ, quę
illos illicita commisisse indignatur.

Hos ẽt licita contempsisse miratur vltimi (Cap. 15.)
limitis sortitus regionem, vltra se prouen- (Iulian.)
tium execrata barbariem, supra se micantiũ
venerata fulgorem, q̃ verecundis manibus,
& confouet ęstuantes, & laudat tali remedio
non egentes. Multum delector eloquentis-
sima veritate, sed obsecro te, nempe sicut
dicis, & disertissime ac verissime dicis, pro-
pterea continentes laudat pudicitia coniu-
galis, ꝙ tali remedio non egeant, quo se ip-
sam perspicit eguisse. i. vt s̃m Apostolum, (1. Co. 7.)
qui se non cõtinet nubat. Cur ergo q̃n ego
istã cõcupiscẽtiã morbũ esse dico, tu negas, (B)
q̃ tñ ei necessarium remediũ cõfiteris? Si a-
gnoscis remedium agnosce morbum. Si ne-
gas morbum nega remedium. Rogo cede ali
quando etiã ꝓ os tuum tibi loquenti verita-
ti, Nemo prouidet remedium sanitati.

Illud etiam recte dicis, examinate nõ pos (Cap. 16.)
se placere connubium, si mali comparatio-
ne laudetur. Hoc verum est. Omnino.n. in
genere suo nuptiæ bonum sunt, sed ideo bo-
nũ quia fidẽ tori seruant, quia ꝓlis suscipiẽ-

dæ cã, sexum vtrunq; cõmiscent, q̃a impietatẽ separationis exhorrẽt. Hęc sunt bona nuptialia, quib. nuptiæ bonũ sunt, q̃ sæpissime diximus eẽ potuisse, etiã si nemo peccasset. Post pctũ aũt accessit eis, nõ de fœlicitate, sed de necessitate certũ, vt sub bono pugnẽt ẽt ipsæ cõtra cõcupiscẽtiæ malũ ad nihil eã sinẽtes illicitũ ꝑuenire, q̃uis ipsa in hæc nũc remissiorib. nũc cõcitatiorib. motib. instigare nõ cesset, & eius malo bñ vtẽtes, in ꝓpagatione filiorũ, Illud vero q̃s neget malum, nisi q̃a nõ audit Apostolũ monẽtẽ. Hoc aũt dico ẽm veniã, nõ ẽm imperiũ. Qñ cõiuges nõ prolis suscipiendæ, sed carnalis voluptatis explẽdæ victi cupiditate concũbunt, hoc nõ laudat, sed ignoscit in cõparatione peioris, interuenientib. & deprecantibus nuptijs.

C

1. Co. 7.

Cap. 17.

Post hæc aũt ad exemplũ Abrahæ & Saræ, nescio qua rõne reuerteris, de quo iã satis rñdisse me existimo. Sed nescio q̃d te fugerat, q̃d addere voluisti, cũ postea venisset in mentẽ, Humanũ est, solet euenire. Quid ergo illud est audiamus. Dicis factũ fuisse ꝓpheticũ, quod tunc ostensum est in regione Aphricæ, pulchræ & sanctæ mulieris, q̃ Ecclesiæ formã tenebat, tutũ non esse, vel coniugem, vel pudorẽ, & q̃a ibi diuinitus intacta seruata est. Ne in omnib. tuis verbis frustra immorer, ad eũ cui scribis, te conuertis & dicis, Orandus est hic deus frater beatissime Turbanti, cõsacerdos dilectissime, vt parib. ẽt hac tẽpestate virtutib. Ecclesiam catholicam filij sui sponsam, maturam, fœcundã, castam, decoram a Manichæorum constupratione in Aphrica, vel ex Aphrica latrocinantiũ eruere non moretur. Hæc nr̃a potius oratio est aduersus Manichæos, & Donatistas, & alios hęreticos, vel quoslibet Christiani & catholici nominis inimicos, in Aphrica constitutos. Cõtra vos autẽ, quia nobis estis pestilentia trãsmarina, Christo saluatore vincenda. Ideone latrocinamur ex Aphrica, q̃a vnum martyrem hinc opponimus Cyprianum, per quẽ probemus antiquã nos defendere fidem, contra vestri erroris, vanam prophanamq; nouitatem? O nefas. Defuerunt. Ecclesiæ dei quę in Aphrica cõstituta est, defuerunt orationes tuæ, qñ ista quæ pugnas, Cyprianus beatissimus prædicabat? Quando ilic dicebat, multo magis a baptismate prohiberi non dẽt infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi ꝙ ẽm Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, vt ei remittant̃ nõ ꝓpria, sed aliena peccata, qñ hæc Cyprianus didicerat & docebat, defuit auxilium precum tuarum, quo Sara in regione Aphricæ seruaret̃ intacta & a Manichæorum constupratione, qui ẽm intellectum tuum, antequam Manichęi nomen Romanis sonuisset in terris, ẽt ipsum deceperant Cyprianum, liberaretur Ecclesiæ pulchritudo? Vide quæ monstruosa & furiosa dicas contra antiquissimã catholicam fidem, non habendo quid dicas. Sed quantũlibet tergiuerseris o hæresis Pelagiana, quæ contra muros antiquissimæ ueritatis, nouas construis machinas, nouas moliris insidias, Pęnus inqua, disputator, q̃d me cõtumeliose tuus defensor appellat. Pęnus, inquã disputator nõ ego sed Cyprianus, Pęnus te hoc vulnere, Pęnus immolat, & pęnã scelerato ex dogmate sumit. Quid si tot Epos ex Aphrica nominassem, quot ex alijs orbis partibus nominaui, aut quid si in eis ipsis plures Aphri essent? Vnus hinc est, cæteri aliunde, quorum ab Oriente & Occidente cõsensione cõfoderis, & tñ tanta obstinatione cœcaris, vt non uideas, te potius uelle corrũpere antiquum Ecclesiæ decorem, id est, antiquã fidẽ, anq̃ Saræ aniculæ pulcherrimæ castitatẽ, Si. n. ꝑ sanctos antistites dei, memorabilesq; doctores Ireneum. Cyprianũ, Reticiũ, Olympiũ, Hilariũ, Ambrosiũ, Gregoriũ, Basiliũ, Ioannẽ, Innocentẽ, & Hieronymũ constuprauerunt Ecclesiã Manichęi, dic mihi Iuliane quæ te peperit? Vtrum te casta, an vero meretrix in lucem, quã deseruisti per vterũ gratiæ spiritalis enixa est, an ut dogmata Pelagiana defendas, coniugis Christi & matris tuæ viscera, instinctu nefario non erroris, sed furoris infamas? Vsq; adeo em̃ contra vetustam pulchritudinem Saræ non inuenit, q̃d nouitia deformitas mentiatur, vt tot Epõrũ gloriosorum, catholicorum in tanta suarum sententiarum manifestatione consensum, in quibus sunt qui Manichæi nec nomen audierunt, Manichæorum blasphemia criminetur. Sed ab hoc digressu, quo te impetus non vt dicis doloris, sed perditi pudoris abstulerat, ad ea quæ institueras deliberare reuerte-

D

E

F

Iulian.

August.

reuerteris, & adhibito ex Apostolo testimonio illud, q đ de Abrahæ & Sarę emortuis mẽbris dixeras, cõfirmare conaris. Vñ iã superius quãtũ satis visũest, me disseruisse suffecerit. Quis aũt Xp̃ianus ignorat, qđ ille, ꝗ primũ hoĩnem fecit ex puluere, oẽs fabricet ex semine? Sed ex semine iã vitiato atq; dãnato, ꝗ partim ꝑ veritatẽ remaneat ĩ supplicio, partim per misericordiã liberet̃ a malo. Non igit̃ vt putas atque concludis, vllis laqueis tuis peccati naturalis suffocatur assertio. Deprauatã ꝗppe primi trãsgressoris volũtate tua naturã, nõ tua defensio verbis inanib. purgat, ꝑ nouitiũ dogma vestrũ, sed gr̃a dei per Iesum Xp̃m dominum nostrum.

Rom. 4. — G — Cap. 18.

Quamobrẽ nec puto, sicut calumniaris, ꝙ coniuges sine corporũ calore generauerint, nec puto ꝙ hominẽ deus non fecerit, aut diabolo fecerit, aut diabolus fecerit, ꝗa nec ipsi parẽtes pñt hoĩem facere sed ex parẽtib. deus. Cuius ptãti nec seipsũ diabolus subtrahit, quãto minus naturã humanã, q̃ sibi ꝑ pc̃ti meritũ illo dãnante subiecit. Quæ cũ ita sint, tu potius & si nõ cultor, ꝙ esse dicis me, tñ quantũlibet eũ accusare videaris, diaboli adiutor esse cõuinceris, ꝙ oẽs paruulos ab eo malo, ꝑ quod tenent̃ a diabolo, sanari per Xp̃m non debere cõtẽdis, cũ doctrina nõ sana sanos esse defendis. Ego aũt ẽm sanã fidẽ ex eadẽ cõcupiscẽtiæ voluptate cõcretũ ẽt Isaac dico, ex qua & homines cæteri, vno solo excepto ab hoc malo, ꝗ quẽ liberamur à malo, pc̃torũ quoque genitalib⁹ manũ diuinæ ꝓuidentię interesse nõ nego: Attingit. n. à fine vsq; in finem fortiter, & disponit omnia suauiter, & nihil inquinatũ in eã incurrit. Et iõ ẽt de immundis & cõtaminatis, quæ voluerit operatur, mũda tñ ipsa & incõtaminata ꝑsistẽs. Nec opus est, vt anfractibus longis ea quæ concedo, mihi probare coneris, sed ad hoc rñde si potes, cur ipse Isaac, nisi baptismatis Christi signo circũcis⁹ die octauo fuisset, perisset anima eius de populo suo. Explica si potes, tanta pœna quo merito plecteretur, nisi ab hac illo sacramento liberaretur? Emortuam vuluam Saræ ad remissionem seminis, & emortuum corpus Abrahæ ad generandum sicut iuuenes generant, deũ viuificasse negari non potest, vt proles de illa parentum nasceretur ætate.

H — Sap. 8

Sed Isaac quantũ ad propria peccata, ẽt si ex adulteris nasceret̃ innocẽs natus, ꝗd meruerat, vt anima eius de populo suo periret, nisi circũcisio subueniret? Noli euagari ꝑ multa obscura, ꝑplexa, superflua, ad hoc vnũ aꝑtũ, simplex, necessariũq; rñde. Interponis Apostoli testimoniũ, nõ ad qđ ab ipso positũ est, sed ad qđ ipse arbitraris. Vñ nũc qm̃ nõ inde agimus, & lõgũ & suꝑuacaneũ est disputare, interponis vbi ait. Et qũo iudicauit deus mũdũ? Si. n. veritas dei in meo mendacio abũdauit in gloriã ipsi⁹, ꝗd adhuc, & ego tanq̃ peccator iudicor? Ac deinde subũgis, ꝑ hæc sua verba Apostolũ oñdere, amisisse deũ authoritatem iudicandi, si modũ nõ tenuit imperandi. Si ergo sicut putas, ad hoc ista dixit Apostolus, vt sese cohiberent, ꝗ asserebãt laudi dei proficere peccato mortaliũ, eũq; iõ impossibilia p̃cepisse, ut miserendi sibi materiã p̃parare, & ꝑ hãc Apostolicã sentẽtiã, sicut existimas demonstrat̃, ꝓpterea recte iudicare homines, ꝗa p̃cepta possibilia nõ fecerũt, iniuste autẽ iudicarent̃, si ea nõ fecissent, quæ impossibilia iuberẽtur, quid de Isaac dicturus, cui ꝗcq̃ nec possibile, nec impossibile est imperatũ, & tñ perditionis animæ suę pœna feriret̃, si octauo die nõ circũcideretur. An uero nec sic tãdẽ respicis illud primitus in paradiso datum possibile ac facile fuisse prǫceptũ, quo cõtẽpto atque uiolato omnes ex uno homines, tanquã in massa originis commune illud habere pc̃m, & hinc esse iugũ graue suꝑ filios Adã, à die exit⁹ de uẽtre matris eorũ, usq, in diẽ sepulturæ in matrẽ omniũ. Et quoniã ex ista in Adam generatione damnata nemo liberat̃, nisi regeneret̃ in Christo, ꝓpterea signũ eiusdẽ regenerationis Isaac nisi accepisset, periisset, nec immerito perisset, ꝗa ex hac uita, quo per generationem damnatam damnatus intrauerat, sine signo regenerationis exisset. Aut si non est ista causa dic alterã. Bonus est deus, iustus est deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest quenquam sine malis meritis damnare, quia iustus est, Nullum meritum malum octo dierum infans de proprijs peccatis habebat, quare damnaretur, nisi circuncideretur, si ex origine non trahebat? Perge ad cætera, & vanis vaniora contexe, non scripturarum sanctarum eloquia, quæ commemo-

I — Rom. 3. — K — Eccle. 4 — Cap. 19

Gen. 20. ras, dico, sed ex his quæ conficere niteris. Q̃nquidem dicis, ex hoc intelligi debere ꝑfectam ignorantiã, iustitiã noĩari, quia dixit deus ad Abmilech, qui cũ Sara erat concubiturus ignorãs qđ uxor esset aliena, Et ego L sciebã, q̃a in corde mundo fecisti hoc, & iõ nascentiũ statũ, generantium uoluptate nõ lædi. Quia etsi mala esset, inquis, tñ ad illorũ nullo genere sciam ꝑuniret. Cur ergo eos non noĩas iustos, si ꝑfecta ignorantia iustitiæ noĩe nuncupanda est? Nihil est nanque perfectius ignorantia paruulorũ, nihil ergo uocetur & iustius, Vbi est qđ superius asserendũ putasti, nec iustos nasci paruulos, nec iniustos, qđ futuri sunt actibus suis, sed tñ modo infantiã innocẽtiæ dote locupletem? An non uerba tua sunt vbi dicis, Hõ igitur innocentia quidẽ plenus, sed uirtutis capax nascitur, aut laudẽ, aut reprehensionem ex proposito accedẽte meriturus? Nunquid virtutẽ dicturus es nõ esse iustitiã? Q̃uo igitur infans nondũ plenus est uirtute, sed capax, cũ plenus sit ignorantia, quã dicis esse iustitiã, nisi uirtutẽ neges esse iustitiã? Itane nõdum euigilabis hac absurditate percussus, & te hoc dixisse pęnitebit? Nam dñi uerba uigilãt, sed tu dormis. Neq;.n. ait regi, Sciebã q̃a cor habes iustum: aut, q̃a cor habes mun- Matt. 5. dum: cũ scriptum sit, Beati qui mundo sunt corde, q̃m ipsi deũ uidebunt: tu aũt iustum Abimelech ad peccatoris proponis exemplũ. Sed sciebã, inquit, deus, q̃a in corde mũdo fecisti hoc: Non omnia uel quęcũq; alia, sed hoc, in quo adulterij conscientiã nõ habebat. Miror tñ qđ isto exẽplo a te commemorato, qđ nõ potes, conaris efficere, & nõ vis audire. Conaris.n. vt credat orante Abra- Gen. 20. ham, libido reddita esse mulieribus, q̃a scri- M ptũ est, Concluserat deus a foris oẽm uuluã in domo Abimelech, ꝑꝑ Sarã uxorẽ Abrahæ. Hanc.n. conclusionem sic vis intelligi, tanq̃ libido fuerit illis fęminis deo indignãte detracta, cũ magis indicetur his uerbis, aliqua ualetudine uulua cõclusa, vt aut impręgnãda concũbere fęmina, aut parere im prægnata nõ posset: & nõ attendisti hõ, qui nõ uis iudicio diuino quẽq̃ non alienis, sed suis plecti posse peccatis, q̃uo fieri potuerit ut Abimelech peccaret, q̃uis nec ipse adulterino corde peccauerit, & deus quantulũcunq; peccatum eius in mulieribus ad eum pertinentibus vindicaret. Vides contagionẽ transire peccati de uiro in fęminas, quib. miscebatur, uel quib. dñabatur, & in prolẽ de parẽtibus non uis, ex quorũ seminib. propagatur. Considera igit, quã sit inscrutabilis al- Rom. 11. titudo iudiciorum sapientiæ & sciẽ dei, & A garrire desine ꝯ originalis secreta peccati.

Deinde incipis disputare de excessu con- Cap. cupiscẽtiæ, quem reprehensibilẽ dicis, quasi in eius moderatione cũ ea bene utit coniugatus, equus ipse qui malus est, & nõ potius sit eius auriga laudandus. Quid ergo te adiuuãt testimonia de scripturis, quib. oñditur, queadmodum deus uel prohibeat libidinis uel damnet excessum, Illud potius intuere, quicquid in quorumlibet flagitiorũ turpitudine, q̃ genitalibus mẽbris perpetrat, horremus concupiscentiã carnis, nisi teneatur efficere ipsis motibus suis quos in corporibus ẽt castorum vsq; ad ingemiscendũ effectum perducit in somnis. Si autẽ dicis, qua rõne quæreret iustos in Sodomis deus, si illos tales natura faciebat: tanq̃ nos dicamus mẽtis excellentiore natura, concupiscentiã carnis non posse frenari. Sed dicimus, usqueadeo malũ est, ut repugnãs expugnãdo uincatur, donec sicut vulnus in corpore, ita perfecta curatione sanetur. Si aũt putas Apostolũ ex Rom. 1. hoc laudasse libidinẽ, q̃a vsum fœminæ dixit esse naturalẽ, ubi ait, quosdã relicto naturali vsu fœminæ, exarsisse in appetitũ suũ in inuicẽ, oẽm profecto usum fœminæ laudare cõpelleris, ac per hoc & ea q̃ cũ fœminis cõmittuntur stupra, laudabis, q̃a & illic vsus utiq; naturalis est, q̃uis dãnandus, q̃a legitimus non est. Vnde & filij non legitimi, sed naturales uocantur, q̃ inde nascun- B tur. Non utiq; concupiscentiam carnis, illo verbo laudauit Apost. sed naturalẽ appellauit usum, unde natura humana põt nascendo subsistere, Dicit ẽt Sodomitas, & in panis ac uini peccasse creatura: atq; ita uis intelligamus libidinẽ bonam, sed hoĩes qui ea male utuntur, esse culpabiles, sicut bona est natura panis & uini, q̃uis ea male utẽdo peccetur. Ita.n. non intelligis quid loquaris, ut non uideas creaturã panis & uini, non concupiscere aduersus spiritum, sed ipsam potius inhoneste a male utentib. cõcupisci, &

eam

eā forinsecus in nostrū corpus intrare. Qua iō parcius & restrictius est vtendū, ne ipsa quoq; cōcupiscētia, qđ malū intus ac nr̄m est, mentē corruptibili corpore ex abūdatiore materia, multo magis aggrauāte, aduers⁹ nos uehemētius & inuictius cōcitetur. Hoc igitur malo, qđ indicat malum esse, siue qui aduersus illud dimicat, siue quem subiugat, & parens bene utitur, cū pudice filium gignit: & deus, cum prouide hominem cōdit.

Nunc ergo considera, rogo te, Nunc, inq̄, ut te salubriter ueritas uincat deposita uincendi cupiditate, considera utrū nostræ, an tuæ sententiæ debeas acqescere. Bene ꝙ breuiter admonere te dicis, ut lectoris pectori hæreat, qđ toto libro abs te gestū est, Et quæ sit ipsa breuis admonitio, subinferens, Concupiscentiæ naturalis q̄ modū tenet, inquis, bono bñ utitur; q̄ modū nō tenet, bono male vtit: q̄ aūt et ipsum modū sanctæ uirginitatis amore contēpserit, bono melius nō utitur, Confidentia quippe suæ salutis, inquis, & roboris cōtēpsit remedia, ut gloriosa posset exercere certamina. Ego uero sic ad tua ista rn̄deo, Cōcupiscentiæ carnalis q̄ modū tenet, malo bene utitur, qui modū nō tenet, malo male utitur, qui āt et ipsum modū sanctæ uirginitatis amore contempserit, malo melius nō utitur. Confidentia quippe diuinæ opitulationis & muneris contempsit infima remedia, ut gloriosa posset exercere certamina. In hac controuersia de bene utendo isto, utrū bono an malo tota inter nos causa uersatur. In qua uellem quidem egregios iudices non repudiares, quos tibi meis superioribus libris sana doctrina eruditos, sine ullo studio partium, de hac cā sententias protulisse monstraui. Sed qm̄ si te non correxeris, ipsorū quoq; accusationem, uel ut mitius dixerim, reprehēsionem sine dubio ꝑparabis, te potius utar iudice, pro mea sententia contra tuā, non alicubi alibi sed in eodem libro tuo, nec eius alio sed eoipso loco. Dixisti.n. sanctā uirginitatē cōfidētia suæ salutis & roboris cōtempsisse remedia, ut gloriosa posset exercere certamina. Quæro q̄ remedia cōtēpserit? Rn̄debis nuptias. Quæro, Ista remedia, contra quē morbū sint necessaria? Remediū quippe a medendo. i. a medicando nomen accepit. Simul itaq; uidemus ambo remediū nuptiarū. cur laudas tu libidinis morbū, quo pueniri cernis ad mortē, si ei nō resistat, aut cōtinētiæ retinaculū, aut cōiugale remediū? Iā hoc & superius egi tecū, ubi disertissime pudicitiā coniugalē inter lasciuientes & cōtinētes ita posuisti, q̄ uerecundis manib. & cūfouet æstuātes & tali remedio non egentes. Eadē itaq; repeto, Iterū audi, quod illic tibi breuiter dilucideq; rn̄di. Qn̄ ego istā cōcupiscētiā morbū esse dico, quare tu negas, qui tn̄ ei necessariū remediū confiteris? Si agnoscis remedium, agnosce morbū. Si negas morbū, nega remediū. Rogo cede aliqn̄ etiā per os tuū tibi loquenti ueritati, nemo ꝓuidet remediū sanitati. Quę sunt aūt sanctarum uirginū, sicut appellas gloriosa certamina, nisi quia nō uincuntur a malo, sed uincūt in bono malū? Quæ nō gloriosa ego, sed gloriosiora dicere malui, Habet.n. palmā de huius mali subiectione, q̄uis minorē pudicitia et cōiugalis, Belligerat.n. ipsa contra carnalē cōcupiscētiā, ne limites tori nuptialis excedat, Sed belligerat, ne definitū ex cōsensu coniugū orandi tp̄s irrūpat. Et si tātas uires habet ista pudicitia cōiugalis, tm̄que dei donū est, ut faciat qđ ꝑscribunt tabulæ matrimoniales, in ipso quoq; toro cōiugali conflictu fortiori belligerat, ne ultra q̄ generandis filijs satis est, et ipsum coniugis corpus attractet. Talis pudicitia nec menstruatis nec grauidis utit̄ fœminis, nec eius ætatis, qua certū est eas iam concipere non ualere. Nec eā ꝓrsus cōcumbendi uincit affectus, sed tunc relaxatur, cū sperat̄ regenerationis effectus. Si quid uero fit in coniuge, nō quidē contra naturā, sed tn̄ quod tabularum matrimonialiū limitē trāseat, ueniale apud Apostolū reperitur, qa nequaq̄ limes coniugalis carnis excedit, sed tn̄ ut et ipse non excedatur, contra malum concupiscentiæ dimicatur. Quod usqueadeo malum est, ut ei ne noceat pudicitię certamine resistatur, & tu nisi fallor, in isto es certamine constitutus. Et quia te fideliter pugnare existimas, uinci times. A quo quæso te uinci times? A bono, an malo? An forte a me uinci times, ut adhuc malum neges, & tanquā bonum laudes a quo uinci times? Inter duos aduersarios cōstitutus in magnas coartaris angustias, & me uis uincere per eloquentiam, & libidinē

per continentiã, ſed pugnando aduerſus eã
confiteris malũ, laudando eã deſeris verita-
tis bonũ. Sed ego te uinco, & expugnatorẽ
& laudatorẽ mali. Conſtitues te ante iudicẽ
non aliũ, ſed teipſum. Vis.n. vincere cõcupi
ſcẽtiã expugnatione eius, me vero laude ei⁹.
Sed ego rñdeo, Vt vincatur qui laudat, iudi-
cet q pugnat. Si.n. malũ eſt, cur laudat? Si bo
nũ eſt, cur expugnat? Si aũt nec bonũ nec ma
lũ eſt, vt quid laudat? vt qd expugnat? Quan-
diu igit̃ expugnator libidinis eris, tandiu ꝓ
me contra teipſum iudex eris. An forte ad-
G uerſus libidinẽ nõ certabis, ne in iſto ꝙ me
cũ habes certamine ſupereris, dicẽs tibiipſi,
melius non pugno, q̃ oſtendo pugnãdo ma-
lũ eſſe qđ laudo. Noli obſecro te, Quid.n. ſũ
ego, quẽ ꝓ magno deſideras vincere? Vincat
te potius veritas, vt tu libidinẽ vincas. Nam
ſi aduerſus eã pugnare deſtiteris, vinceris, &
ad immunda oĩa ꝑtraheris. Quod cũ ſit hor
rendũ malũ, nec ad hoc, quod deſideras tibi
ꝓderit hoc ẽt, ſic.n. vinceris a me, immo ab
ipſa, q̃ prædico, veritate. Sed cõcupiſcentiæ
debellator ẽt tuo iudicio vinceris, cũ id ma-
lũ laudas, de cuius debellatione gloriaris. Si
aũt ne certamine dimicantis vincatur lingua
laudantis, pugnare iã deſinis, captiuũ cõcu-
piſcẽtiæ, deſertorẽ continentiæ vincã, nõ iã
ſuo, ſed iudicio ſapientiæ, Cã vtiq; noſtra fi-
nita eſt. Quantũlibet.n. laudes cõcupiſcentiã
carnis, quandiu pugnas aduerſus eã, cernis
q̃ verũ de illa, nec niſi de illa dixerit Apoſt.
1.Ioan.2 Ioannes, ꝙ nõ eſt a patre. Nã ſi vt dicis, qui
modũ eius non tenet, bono male vtit̃, etiã
in male vtentib. bonũ eſt ipſa. Quæ igitur ẽ
illa, q̃ non eſt a patre? An ẽt ipſam qũolibet
H intelligas, laudare diſpones? Porrò ſi malũ
eſt ipſa, vbi erit qñ erit, qñquidẽ iſta ẽt ſi ma
le quis vtatur, bonũ erit. Nec ipſa, vt dicis,
ſed ille erit malus q bono vtitur male, ac per
hoc fruſtra dixit Ioannes, concupiſcentiam
carnis nõ eſſe a patre. Hanc enim tu bonam,
& ob hoc a patre eſſe contendis etiam, cum
ea quiſq; male vtitur, quia bono male vtit̃.
Nec dicere poteris, qñ moderata eſt, a patre
eſt, qñ immoderata eſt, non eſt a patre, quia
& tũc, vt dicis bonũ eſt, quo male vtitur ma
lus. Sed ab his anguſtijs liberaberis, ſi credi-
deris non linguæ tuæ, ſed pugnæ tuæ, Cõti-
nentia eſt.n. a patre, qua non expugnaret
concupiſcentia, niſi non eſſet a patre. Hęc ip
ſa ergo contra q̃ ſi continenter viuis, acriter
pugnas, non eſt a patre. Non.n. contra eam
pugnares, niſi repugnaret. Nec uero repugna
ret tibi agenti, quod donat̃ & amatur a pa-
I tre, ſi eſſet a patre. Ex iſta & cũ iſta naſcitur
hõ, bonũ dei opus, non ſine malo, qđ trahit
origo generationis, & ſanat gr̃a regeneratio
nis. Ac per hoc recte a me dictũ eſt, ita nup-
tiarũ bonũ malo originali, quod inde trahit̃
non põt accuſari, ſicut adulteriorum & for-
nicationũ malũ, bono naturali, qđ inde na-
ſcitur, non põt excuſari. Bonũ.n. naturale di
xi, quod mecũ ipſe collaudas, malũ aũt ori-
ginale dixi, cuius motibus mecũ repugnas,
& cuius contra me laudib. pugnas. Hoc nõ
eſt malũ, ꝙ natus es. ſed cũ quo natus es, &
contra qđ ſpiritaliter dimicas, quia renatus
es. Qđ natus es, pertinet ad dei conditionẽ,
parentum fœcunditatẽ, contra quod aũt di-
micas, qa renatus es, pertinet ad p̃uaricatio-
nẽ, q̃ diaboli aſtutia ſeminauit, vnde te Xp̃i
gr̃a liberauit, ut prius hoc malo bene vtere-
ris in coniuge, nunc illi aduerſeris in te, non
iam reus ex illo, ſicut eras natus, ſed ab eodẽ
reatu non erutus, niſi quia renatus, ut poſſis
redemptus regnare cũ Xp̃o, ſi tñ iſta hæreſis
non te faciat perire cũ diabolo. Sed qđ po-
tius cupimus, confitearis malũ, contra quod
bellũ geris, ut eo non ita ſeparato, quaſi alia
K natura ſit, ſed in te omni ex parte ſanato, in
ꝑpetua pace læteris. Nõ igitur ſum pharma-
copolæ ſimilis ut dicis, qui ꝓmittebat beſtiã
quæ ſeipſam comeſſet, ſed obſerua ne beſtia
lis iſte motus, cõtra quem uideris in tua car
ne confligere, ſicut te peruertit laudatus, ſic
te conſumat poſtea relaxatus. Non.n. ut ca-
luminaris, ego dixi nuptias & magnũ bonũ,
& magnũ malum tanquam eo modo ſeipsã
commendat iſta ſententia, ſed dixi in uno
homine naturam bonam, uitium malum, ꝙ
eſſe tuipſe certe in adulteris confiteris, nec
propter eorum uitium improbãs naturam,
nec propter eorum naturam approbans ui-
tium. Bonum dixi nuptias, ex quibus es na-
tus, malum autem de nuptijs, ſed de uitiata
origine attractum, contra quod geris bellũ
renatus. Ridiculum eſt autẽ, quod me dicis
Epicuti uias gradientem, habenas omnes,
quibus cupiditates frenantur incidere.

Quid

Quid ſi ego laudarẽ corporis uoluptaté, hoc .n. tu ſatis eloquenter facis, quod inerudite atq; impolite faciebat Epicurus, quaſi ꝓpea ſis eius aduerſarius, quia diſerte dicere non nouerat ille, q̃ dicis, Rurſus ut ſentio laboraturus es, q̃uote oſtẽdas, & laudatorẽ uoluptatis eſſe, & Epicureũ non eſſe. Sed noli laborare, ego te iſta cura liberabo. Nõ es Epicureus, qa ille totũ hominis bonũ in corporis poſuit uoluptate, tu aũt magnã partẽ humani boni ponere in uirtute conaris, q̃ uerã .i. ueræ pietatis ignoras. Dixit .n. homini deus, Ecce pietas eſt ſapientia. Et hæc unde homini, niſi ille det, de quo ſcriptũ eſt, Dñs ſapiẽtes facit cæcos, & de quo itẽ legitur, Siquis ĩdiget ſapientia rpoſtulet a deo? Verũ ſi tu nõ es Epicureus, q ex illo aliquã partẽ in uoluptatis laude ſumpſiſti, quãto minus ego, qui de uoluptate carnis hoc ſentio, quod ſentit Ambroſius, inimicã .ſ. eſſe iuſtitiæ, & qđ hõ cõcupiſcentiæ uoluptate concretus, priuſq̃ naſcit̃, ſubeat contagia delictorũ. Qđ autẽ ad mores pertinet noſtros, quẽadmodũ uiuamus in promptu eſt eis, cũ qbus uiuim⁹. Nunc de catholico agit̃ dogmate ac fide, ꝑfidia nõ ſit deſertoris in te. Nã tua me nõ terret, uelut lingua cẽſoris. Fateor me docere homines, qđ in apoſtolicis literis didici, qa ſi dixerimus qđ pctm̃ nõ habemus, noſipſos decipimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Fateor me in populo, & cũ populo dei pectus tũdere, & ueraciter dicere, Dimitte nobis debita nr̃a. Nec inſultetis hinc nobis. Inde qppe eſtis hæretici, qa hæc diſplicẽt uobis. Nos in dei uera mĩa, uos in ueſtra falſa uirtute cõfiditis. Vos gr̃am dei ſm̃ merita ueſtra dari dicitis, qđ tñ niſi damnaſſet Pelagius, a catholicis Ep̃is dãnaretur. Nos uero eã gratis dari & propterea gr̃am nuncupari, & ex illa eſſe omnia ſanctorũ merita confitemur, dicente Apoſtolo, Gratia dei ſum, id qđ ſum, Ideo nos irridetis, & præ uobis alta ceruice cõtẽnitis, Facti .n. ſumus opprobriũ iis q abũdãt, & deſpectio ſuperbis. Cõſiliũ quippe inopis confudiſti, cũ dñs ſpes eius eſt. In hac tñ re, unde nunc agimns, non uideo cur dicas me habenas oẽs, quibus cupiditates frenantur incidere, qui omni uirtute ſm̃ gr̃am dei, q̃ datur hominib. oẽs cupiditates frenandas eſſe decerno. Sed abs te quæro utrũ bonæ an malæ ſint iſtæ cupiditates, quas eſſe frenandas ꝓdicas, & uelut a me relaxẽtur, accuſas? Puto .n. non eas equorũ uel quorũcunq; animaliũ præter nos eſſe, ſed nr̃as. In nobis sũt ergo malæ cupiditates, quas bñ uiuendo frenamus. Habenas igitur, quib. non bonæ, ſed malæ frenantur cupiditates, me ꝓcidere criminaris. Harũ eſt una cõcupiſcentia carnis, ex qua & cũ qua naſcuntur, & ꝓꝑ quã renaſcuntur infantes. Eo malo coniuges caſtos dico bene uti, adulteros male, tu contra eo bono adulteros dicis uti male, caſtos coniuges bene, cõtinentiã melius eo nõ uti ambo dicimus, ſed ego eo malo, tu eo bono. Ac per hoc q̃uis deo nr̃a conſcientia, cõuerſatio uero ẽt hominib. inter quos uiuimus nota ſit, tñ ambo continentiã profitemur. Et ſi qđ ꝓfitemur agimus, iſtã concupiſcentiã ꝓfecto ambo frenamus, aduerſus eius repugnantes motus ambo bellamus, ambo eã ſi proficim⁹ debellamus, Verũ hoc intereſt, ꝙ ego dico me malũ frenare, tu aũt te bonũ. Ego dico mihi malũ repugare, tu tibi bonũ. Ego bello aduerſus malũ, tu aduerſus bonũ. Ego cupio malũ debellare: tu bonũ. Vnde putari poteſt, quod iſtã concupiſcentiã magis incitare laudando, q̃ frenare ſtudes continendo. Glorioſa te ꝑ continentiã profiteris exercere certamina. Contra quid rogo? Quid dicturus es, niſi cõtra carnis cõcupiſcẽtiã? Sed utrũ amicã, an aduerſariã? Nunquid niſi aduerſariã rñdebis? Caro .n. cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ & ſpiritus aduerſus carnẽ. Hæc enim inuicẽ aduerſantur ſicut Apoſtolus teſtis eſt. Fortaſſis ergo eã laudare te fingis, ſi pugnare non fingis. Nam quomodo fideliter ſimul agas duo iſta, non uideo, ut & laudes uelut amicam & expugnes uelut inimicam. Vnum eorum credimus, ſed elige quid credamus, Si ex animo pugnas, non ex animo laudas. Si autem ſimpliciter agis in præconio, colludis in prælio. Ego ſane quia inimicus tibi non ſum, ſicut inimicum tibi eſt illud, quod habitat in carne tua malum: quamuis potiſſimum cupiam, ut hoc malum & doctrinæ ſanitate uituperes, & uitæ ſanctitate debelles, tamen ex his duobus, quorum putari potes unum ex animo facere, alterum fingere, malim te fallaciter laudare concupiſcentiã, quã fallaciter impugnare. Tolerabilius .n.

Iob 28. — Iac. 1. — L — Ambroſ. — 1. Io. 1. — Matt. 6. — 1. Cor. 15. — Pſal. 122. — M — A — Galat. 5. — B

lingua tua, q̃ uita mētitur, tolerabilius sñia q̃ cōtinentia simulatur. Fingis q̃ppe laudē, qua sis aduersarius sñiæ meæ, si nō fingis caritatē, qua es aduersarius cōcupiscētiæ tuæ. Ita fiet, vt nec contra me diutius proferas fallaciter uerbū si ueraciter geris cōtra libidinē bellū. Sed siue unū horū fingas, siue utrunq; qđ nescio, quēadmodum possis ex animo facere. i. sine ulla simulatione, & pugnes cōtra qđ laudas, & laudes cōtra q̄ pugnas, ego tñ id qđ est mitius de te credēs, uelut cū debellatore libidinis ago, & nuptias nō dico ma-C las, sed bñ uti malo, quas tu dicis bñ uti bono, bonā esse dicēs cōcupiscentiā carnis, q̃ tñ in te debellando malū esse cōuincis. Qūo aūt cum illa etiam, qui ea bene utuntur, belligerant coniugati, iam superius disputaui.

Cap. 22. Quæ cum ita sint, & coniugium bonum inquantum cōiugium est, & hō siue de coniugio, siue adulterio nascat̃, inquātum hō ē, bonū est, q̃a inquātum hō est, opus dei est, & tñ q̃a cum illo & ex illo malo generat̃, quo bñ pudicitia cōiugalis utitur, necessariū illi est, vt ab eius mali nexu regeneratione soluat̃. Quid ergo ex me q̃ris, ubi sit origina-D le malū, cū in teipso uerius tibi loquatur libido, cōtra q̃ pugnas, q̃ tuipse, q̃n eā laudas? Quid q̃ris, uñ sit hō sub diabolo, quē Deus fecit? Vñ. n. ē in morte, q̃ de⁹ nō fecit? Quid ibi cognoscit, inq̃s, diabolus suū si nec qđ factū, nec uñ factū est, ipse condidit? Plane q̄ factū est, hō est, Vnde factū est, semen est hominis, utrunq; bonū est, nihil horū diabolus cōdidit, sed uitiū seminis ipse seminauit. Nō ibi cognoscit suū bonū, q̃a non est eius, qđ ambo laudamus, sed cognoscit suū malū contra quod ambo pugnamus. Ne recte laudatur ab altero nostrum, contra qđ ab utroque pugnatur. Vide sane quēadmodū q̃ras a me inter tot bona, unde sit in paruulis malū, & taceas qđ ego posui in eodē libro, cui rñdes & inter ipsa uerba, quibus nunc rñdes, quod ait Apostolus, Per vnum hominē peccatum intrauit in mundum, & per peccatū

Rom. 5. mors, & ita in oēs homines pertrāsijt, ĩ quo oēs peccauerunt, Hoc. n. non uis ut audiant uel legant homines isto loco, ubi maxime opus erat, ne agnoscant fidem suam, & cōtēnant argumentationem tuam.

Cap. 23. Definisse me dicis hominem, si de fornicatione nascatur, reum non esse, si de cōiugio, innocētē nō esse, Hæc uero nimia est & apta calumnia. Imo definiui hominē undecunque nascatur ſm catholicā fidē, q̃ patres cōtra uos anteq̃ nasceremini, euidentissime defenderunt, & innocentē esse paruulū per proprium, & reum p̄ originale pc̄m, Naturæ autem substantiā, cuius author est deus, B ēt in grandibus esse pc̄torib. bonam, q̃ utiq; p̄ p̄ peccata ēt sua propria mali sunt, q̃ illi malo cū quo nati sunt addiderunt. Cur autē timerē ne mihi obiiceretur ut dicis, q̃ pc̄tā omnium parētū, omnib. filijs imputarē, cū ēt si hoc uerum sit, non quantum attinet ad uiuentes iam suæ uoluntatis arbitrio, sed q̃tum attinet ad nascentes, nullo modo naturę substantia malum esset, cuius author de⁹, sed ea quæ insunt ei uitia, contra quę tu quoque, ut uerbis tuis utar, exerces gloriosa certamina? Sicut autē quēadmodum dicis, q̃ñ adulteri gignunt, nascitur homo de uirtute seminum, non de turpitudine flagitiorum, ita q̃ñ coniuges gignunt, nascitur homo de honestate nuptiarum, Aut si hic de utroque, & ibi de utroque, fructus autē nuptiarū est, quantum ad ipsas prorsus attinet nuptias, nō hominum generatio, qui possunt etiā de adulteris nasci, sed ordinata susceptio filiorum, cur ergo sententiæ meæ pars falsissima est, qua dixi, nuptiarum bonum malo originali, q̄ inde trahitur, non pōt accusari, cum eo malo, contra quod pugnas, & quo bene usi fuerint coniugati ut nascereris, & hoc in de abs te tractum reum teneret nisi renascereris? Itaque nec accusandi sunt coniuges, q̃ bene utuntur malo, & regenerandi sunt filij ut liberentur a malo. Si enim nuptiarum bonum non esset, nisi bonus usus boni, tunc mirandum esset, quomodo inde traheretur malum, cum uero sit bonum nuptiarum bonus usus mali, quid mirum si de ipso malo, quo bene utitur bonitas nuptiarum, trahitur malum quod est originale peccatum? Illud mirabile est, quod cum essent Apostoli bonus odor Christi, trahebatur inde bonum, trahebatur & malum, Alijs enim erant odor uitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem, cum odor ille non esset usus mali, sed boni. Ideo quippe bonus odor erant Christi, quia bene utebantur gratiā

Chri-

Xpi. Falſum eſt igitur quod dixiſti, ſi malum inde trahitur, accuſari põt, excuſari non poteſt, quia trahitur inde originale malũ, cum trahatur inde ẽt bonũ, ordinata. ſ. propagatio filiorũ. Nec malũ illud inde iõ trahitur, q̃a bonę ſunt nuptiæ, ſed quia non; bonis earũ eſt ẽt uſus mali. Non. n. copula nuptialis, ſicut putas ꝑꝑ carnis cõcupiſcẽtiã, ſed ꝑꝑ bonum, qđ de iſto malo fit, inſtituta eſt, Qđ q̃dẽ bonũ, ſine iſto malo fieret, ſi nemo peccaſſet. Nunc ergo ſine iſto malo eſſe nõ põt, ſed non iõ malũ eſt. Sicut e contrario nullũ malũ ſine aliquo bono eſſe põt, nec iõ bonum eſt, Opus, n. dei bonũ eſt in natura, ſine quo tñ eſſe nõ põt voluntas mala. Ac per hoc, ſicut adulteriũ non põt eſſe ſine bono naturę, nec iõ bonũ eſt, ita connubiũ non põt eſſe ſine malo cõcupiſcẽtiæ, nec iõ malũ eſt. Quaꝑꝑ ẽt ſi tibi concedatur, oẽm cãm mali eſſe exꝑtẽ boni, nihil hinc refertur ad nuptias, q̃ non ſunt cauſa mali. Neque enim concupiſcentiæ malum, nuptiæ fecerunt, ſed quo bene uterentur paratum inuenerunt.

G

C. 24. Non euadit inquis, res illa ſuppliciũ, cuius participatione ẽt alia trahũt reatũ. Hoc ſi de cõcupiſcẽtia carnis ſentis, nõ abſurde ſentis. Hoc. n. malo bñ utuntur fideles cõiugati, & ex hoc qui generantur reatũ trahunt, iõq; & ipſi regenerandi ſunt, Id aũt malũ nõ euadit ſupplicium, hoc eſt. n. eius ſupplicium ut eo generati ſi regenerati non fuerint, puniatur: in regeneratis aũt cũ ex omni parte ſanati fuerint, cõſumatur. Si trahitur, inq̃s, & de nuptiis originale malũ, cã mali ẽ cõuẽtio nuptiarũ. Quid ſi alius dicat ſi trahitur de natura uoluntas mala, cã mali eſt conſtitutio naturarum, nonne falſiſſimum eſt? Sic ergo & qđ ipſe dixiſti, quamuis originale malũ non de nuptiis trahatur, ſed de carnali concupiſcentia, contra quod malũ & ipſe confligis, quo malo coniugati bene utuntur, ſi ſola cõiuges propagationis gratia miſceantur, & ſi peccatũ nõ præceſſiſſet, qđ in oẽs homines pertranſiit, nec fuiſſet profecto malũ quo bene uterentur, & tñ vt procrearẽt filios, miſcerentur. De arboribus aũt bona & mala, quãtum erraueris, puto me ſatis demonſtraſſe in primo huius operis libro, Et cũ eoſdem nodos repetis, qui iam ſoluti ſunt, non eſt in ſuperfluis immorãdum. Quæris ꝑ quid peccatũ inueniatur ĩ paruulis, & enumeras multa bona, tacens de malo, contra ꝗ pugnas, ſed cũ taces clamas, Parentes, inquis, qui cõuentu ſuo cãm fecere pctõ, iure dãnabiles, quorũ labore actũ eſt, vt ad dominatũ exercendũ in homines diabolus perueniret, Potes hoc & ipſi deo dicere, nõ dico, q̃a creat homines trahẽtes originale pctm̃, quia id tu negas, ſed q̃a nutrit & ueſtit innumerabiles impios, ẽt quos nouit in ipſa impietate manſuros. Quod ꝓfecto ſi nõ feciſſet, ſeruos homines diabolus nõ haberet. Sed forſitã dicas, Deus in eis paſcendis nõ attẽdit, niſi bonũ, cuius ipſe author eſt, quo homines sũt. Sic ergo & parentes in filiis gignẽdis, nõ attendũt niſi bonũ, qđ homines ſunt, maxime neſcientes quales futuri ſunt. Nẽpe ꝗ ẽt tu cõfiteris, pctm̃ nullũ eſſet, ſi nulla ꝑ̃ceſſiſſet uoluntas mala, q̃a & originale pctm̃, qđ nos dicimus, uos negatis, nullũ eſſet utiq; niſi natura ex primi hominis mala uoluntate uitiata: Sed nulla eſſet ẽt uoluntas mala, ſi nulla ꝑ̃ceſſiſſet natura, uel angelica, uel humana. Nunq̃d ꝑꝑ hoc deũ cãm dicturus es pctõrũ, q̃a uolũtas eius cã eſt mutabiliũ naturarũ? Sicut ergo creanti deo nõ imputatur, qđ rõnales naturæ a bono deficiunt, ſed qđ bonum ſunt, ſic parẽtib. gignẽtib. & malo concupiſcẽtiæ bene utẽtib. non imputandũ eſt, ꝗ cũ eo malo filij naſcuntur, ſed qđ bonum ſunt. Nõ aũt iõ ſicut putas, a diabolo ducit origo naſcentiũ, inquantũ homines ſunt q̃a dr̃ a diabolo eẽ origo peccati, ſine quo nullus naſcitur hominũ. Neq;. n. q̃a origo mortis a diabolo ẽ, iõ ab illo eſt origo mortaliũ. Rimã q̃ris inter tot innocẽtiæ ꝑ̃ſidia, qua potuerit intrare pctm̃, cũ tibi oñdat Apoſt. Paulus, non rimã, ſed apertiſsimam ianuam dicens, Per unũ hominẽ pctm̃ intrauit in mundũ, & ꝑ pctm̃ mors, & ita in oẽs homines ꝑtranſijt. Sed hęc tacens uerba, dicis tua, q̃a ꝑ opus de., opus diaboli tranſire non ſinitur, cũ homines ſint opus dei, pctm̃ aũt opus diaboli tranſire non ſinitur, cum homines ſint opus dei, pctm̃ aũt opus diaboli, quod dicit Apoſtolus in oẽs pertranſiſſe, Clamas, ſi natura per deũ eſt, non poteſt in ea eſſe originale malum, quaſi non alius religioſius ſibi clamare uideatur, Si natura per Deum eſt, non poteſt ex ea naſci ullum malum,

H

I

L

Obuiatio.

Reſpõſio.

K

Rom. 5.

aut non poteſt in ea eſſe vllum malum, Et tamen falſum eſt, qa nec oriri malũ põt niſi ex natura, nec vbi ſit habet niſi fuerit in natura. Confiteor igit̃ opus dei eſſe qui naſcit̃, ẽt trahẽs originale malũ, qm̃ quod ĩ illo dei opus eſt, bonũ eſt, quia bonũ eſt opus dei ẽt cum malo, nõ ſolũ in paruulis verumẽt in q̃buslibet ętatibus, hoc eſt, ſubſtãtia, forma, vita, ſenſus, rõ cæteraq; oĩa bona ẽt in quocũque homine malo. Quis aũt operat̃ vt viuat homo, niſi in quo viuimus, mouemur & ſumus? Id autem operatur occulto quodã ope beneficentiæ ſuæ, exceptis alimentis perſpicuis, quibus extrinſecus ſuſtinemur. Qui ergo operatur, vt viuat homo, quanuis conuerſatione vitioſa, ipſe operatur vt naſcatur homo, quanuis origine vitiata.

Quid eſt aũt quod ꝓpoſitis alijs, ex libro meo verbis meis, fingis, ꝙ dixerim aliã fuiſſe nuptiarũ inſtitutionẽ ante pc̃tm̃ Adæ, q̃ ſine concupiſcentia, ſine motu corporũ, ſine neceſſitate ſexuũ eſſe potuiſſent? Detrahe nuptijs cõcupiſcentiã, quia caro cõcupiſcit aduerſus ſpũm, detrahe malũ cõtra qđ pugnas glorioſa exercens continentiæ virtute certamina, & non opus eſt vt cætera detrahas, Si nuptias q̃ris, quales ante pc̃tm̃ primorũ hominũ eſſe docuerũt, ſine motu corporũ, & ſine neceſſitate ſexuũ, quis unq̃ vllas nuptias cogitauit? Sed bellũ qđ in ſe caſti ſentiunt, ſiue cõtinentes, ſiue ẽt coniugati, hoc dicimꝰ in paradiſo ante pc̃tm̃ nullo mõ eſſe potuiſſe. Ipſæ ergo ẽt nunc ſunt nuptiæ, ſed in generandis filijs, tunc nullo mõ vterent̃, nunc cõcupiſcentiæ malo bene vterent̃. Quo malo ſua bona non ꝑdiderũt in caſtitatis fide, ĩ cõiunctionis fœdere, in propaginis germine. Adhæreret ergo tunc ẽt vir vxori vt gignerent filios, non tñ haberẽt in carne motũ libidinis turbidæ, ſed tranquillæ tm̃ modo voluntatis, q̃ ſpectamus in cæteris membris. Arguis me, ꝙ eos paruulos q̃ mũdũ impleuerũt, pro quib. Chr̃s mortuus eſt, diaboli opꝰ & de morbo natos, & ab exordio reos definiã. Paruuli opus diaboli ſubſtantialiter non ſunt, ſed opere dei originaliter rei ſunt. Et iõ Chr̃s, qđ & ipſe confiteris, ẽt pro paruulis mortuus eſt, quia & ad ipſos pertinet ſanguis, qui in remiſſionẽ fuſus eſt pc̃tõrũ. A quo illo ſanguine facitis alienos, cũ eos negatis trahere originale peccatũ. Nec ſuccenſeas, ꝙ cõcupiſcẽtiã dixi morbũ, cui & & tu confeſſus es ꝓuiſum fuiſſe remedium. Exordiũ vero paruulorũ, ex quo naſcerentur, in Adam fuit, quo ꝑ pc̃tm̃ vitiato atque damnato, alterum eis Chriſtus, ex quo renaſcerentur inſtituit. Si ante peccatũ, inquis, ꝑ deũ creatum eſt vnde homines naſcerẽtur, ꝑ diabolũ aũt vnde parentes commouerent̃ aſcribitur ſine dubio ſanctitas naſcentib. & culpa generantibus. Quid dicis, parẽtes cõmouerentur? Si pietate voluntatis, q̃ † optat filios quiſq; ſuſcipere, & hoc per deũ inſtitutũ, ſi aũt ꝑturbatione libidinis, cui nec excitandæ nec auferendæ ſufficit voluntatis arbitrium, naturæ vulnus eſt de p̃uaricatione, q̃ diabolus perſuaſit, inflictũ. Recte itaq; a me dictũ eſt, fieret ſine iſto morbo ſeminatio filiorũ in corpore vitæ illius, ſine quo, nunc fieri non põt in corpore mortis huius. Qđ aũt argumentaris ad bonũ fęcũditatis paruulos ꝑtinere quæ dei benedictione ante morbũ libidinis, inſtituta eſt, non ad ipſum libidinis morbũ, q̃ poſtea peccantibus accidit, atq; iõ ſanctitatẽ aſcribendã eſſe naſcẽtibus, & generantib. culpã, non attendis pc̃tõ illo magno, vniuerſam in deterius mutatã fuiſſe naturã, vnde fuerat propago ducenda. Sic.n. poſſes dicere Euã ſolã, non cæteras fęminas dolores parturitionis ſentire debuiſſe, quoniã benedictio qua dictũ ẽ, Creſcite & multiplicamini & replete terrã ex qua filij procreamur, ante facta eſt, quã fuiſſet muliebris ſexus illa maledictione punitus. Sed ſi hoc dixerimus, vtiq; rñdebit̃ ſicut ex pc̃tõ illo. ita & ex maledicto in peius totã mutatã fuiſſe naturã, vnde trahit̃ originale peccatũ, & iugũ graue ſuper filios Adã. Nõ.n. ſicut tu argumentaris, Iudæũ ſub lege poſitũ, deſcribit Apoſtolus dicentẽ, Scio quia nõ habitat in me, hoc eſt in carne mea bonũ: &, Non ego operor illud, ſed qđ habitat in me peccatũ: &, Mihi malũ adiacet: &, Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mentis meę: ſed deſcribebat humanã in hac corruptibili carne naturam, non opere dei cum vitio primitus inſtitutam, ſed ex voluntatis arbitrio venientẽ, priorum hominum vitio ſauciatam. Cuius enim vox eſt, Infelix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gr̃a Dei

per

per Iesum Christũ dñm nostrũ. Nũqd Iudęi?
Absit, sed sine dubitatione Chriani. Eius er-
go voces sunt ẽt illę superiores, ex quib. hęc
consequẽter expressa est. Ipse.n. dixit, Gratia
me liberabit de corpore mortis huius, ꝑ Ie-
sum Xp̃m dñm nostrũ, q̃ dicebat, Video aliã
legẽ repugnãtẽ legi mentis meæ. Sed ne for
te istã cathecumeni existimes vocẽ, lauacrũ
regenerationis adhuc sperantis, post qđ la-
uacrũ nullã legẽ peccati resistentẽ legi mẽ-
tis, habiturus esset in mẽbris, q̃quam tuipse,
siquid de te tibi credimus, aduersus huius
cõcupiscẽtiæ malũ, per cõtinẽtiæ bonũ, glo
riosa certamina post lauacrũ regeneratiõis
Gal. 5. exerceas, recole tñ qd scribat ad Galatas,
certè hoĩes baptizatos. Dico aũt, inquit, spi-
ritu ambulate & cõcupiscẽtias carnis nõ ꝑ
C feceritis. Nõ ait, ne feceritis, qa eas nõ hẽre
nõ poterãt: sed, ne ꝑfeceritis. i. ne opera ea-
rũ cõsensu voluntatis impleatis. Caro.n. in-
quit, cõcupiscit aduersus spm̃, & spiritus ad
uersus carnẽ. Hæ.n. inuicẽ aduersãtur, vt nõ
Rom. 7. ea q̃ vultis faciatis. Vide si nõ hoc ẽ ad Ro-
manos, Non. n. ꝙ volo facio bonũ, sed ꝙ
Gal. 5. nolo malũ, hoc ago. Deĩde ad Galatas addit
& dicit, Qđ si spiritu ducimini, nõ adhuc est
is sub lege. Vide si nõ hoc est ad Romanos,
Rom. 6. & 7. Iã nõ ego operor illud; & Cõdelector dei
ſm interiorẽ hoĩem: &, Non regnet pc̃tm̃ in
vestro mortali corpore, ad obediẽdũ deside-
rijs eius. Si.n. nõ obediatur cõcupiscentijs,
quas necesse ẽ esse in carne pc̃ti, atq; in cor-
pore mortis huius, nõ ꝑficietur ꝙ perfici ve
Gal. 5. tat Apost. dicẽs, Cõcupiscentias carnis ne ꝑ
feceritis. Ipsa qppe sũt opera, de qb. totũ mi
re seqtur, & dicit, Manifesta aũt sũt opa car
nis, q̃ sũt fornicationes, immũditiæ luxuriæ,
idolorũ ſuitus, & cætera. Si ergo nõ consen
tiatur cõcupiscentijs carnis, quãuis agantur
motibus, non tñ perficientur operibus. Pro-
inde cũ caro concupiscit aduesus spiritũ, &
spiritus aduersus carnẽ, vt nõ ea quæ volu-
mus faciamus, nec carnis perficiuntur cõcu
D piscẽtiæ quamuis fiant, nec nr̃a perficiũtur
bona opera, quãuis fiant. Sic.n. tunc perfici-
tur carnis cõcupiscẽtia, cũ cõsentit ei spiri
tus ad operãda, vt nõ cocupiscat aduersus
illam, sed cum illa, sic & bona opera nostra
tunc perficiuntur, qñ ita spiritui caro con-
senserit, vt aduersus eum etiam ipsa nõ con
cupiscat. Hoc.n. volum⁹ cũ ꝑfectione iusti-
tiæ ꝯcupiscim⁹. Hoc, ĩtẽdere cõcupiscẽtijs
carnis ñ ꝑficiẽdis, & bonũ ꝑficere ñ ĩuenio,
hoc ĩtẽtiõe nõ ĩtermissa velle debem⁹, sed
qa id ꝑficere ĩ ista corruptibili carne ñ pos
sum⁹, iõ dixit ad Rom. Velle adiacet mihi,
ꝑficere ãt bonũ nõ inuenio. Vel, sicut hẽt co
dices Gręci, Velle adiacet, ꝑficere ãt bonũ ñ
.i. nõ mihi adiacet ꝑficere bonũ. Nõ ait face
re, sed ꝑficere bonũ, qa facere bonũ ẽ post ꝯ
E cupiscẽtias nõ ire. Perficere aũt bonũ est, nõ
cõcupiscere. Qđ ergo est ad Galatas, Cõcu-
Quid interfit inter facere bonũ et perficere bonũ. piscẽtias carnis ne ꝑfeceritis, hoc ecõtrario
est ad Roma. Perficere aũt bonũ non inue-
nio. Quia nec illæ ꝑficiuntur in malo, qñ eis
nõ accedit nostræ volũtatis assensus, nec no
stra volũtas ꝑficitur in bono, quãdiu illarũ
cui nõ cõsentimus ꝑmanet motus. Ipse aũt
cõflictus, in quo ẽt baptizati velut in agone
decertant, cũ caro cõcupiscit aduersus spm̃,
& spũs aduersus carnẽ, vbi & spiritus facit
bonũ opus, nõ consentiendo concupiscẽtię
malæ, sed nõ ꝑficit, quia ipsa mala desideria
non absumit, & caro facit malũ desiderium,
sed nec ipsa ꝑficit, qa nõ sibi cõsentiẽte spũ
& ipsa ad opa dãnanda nõ ꝑuenit. Iste ergo
cõflictus nõ Iudæorũ, nec quorũlibet alio-
rũ, sed plane Chrianorũ fideliũ, & bñ viuen
do hoc certamine laborãtiũ breuiter ostẽdi
Rom. 7. tur ad Rom. vbi ait, Igitur ipse ego mẽte ser
uio legi dei, carne aũt legi pc̃ti. Si ergo hæc
est conditio in corpore mortis huius, q̃ utri-
que non fuit in paradiso, in corpore vitæ il
lius, proculdubio satis euidenter apparet, vn
de trahant paruuli obligationem peccati, cũ
carnaliter nascuntur, quæ non soluitur nisi
cum spiritaliter renascuntur, Non.n. hanc
trahunt ex opere, quo humanam deus natu-
ram fecit, sed ex vulnere, quod naturæ hu-
manæ hostis inflixit. Non hostis ſm Mani-
chæos prosiliens ex natura mali, quam non
condidit deus, sed hostis angelus quondam
ex ope dei bonus, ex ope suo factus malus.
F Qui se primũ vulnerando prostrauit, vt eli-
sus elideret, & per malam suasionem præua
ricationis vulnus infligeret, vnde genus hu
manũ etiam in his, qui uiam dei ambulant,
claudicaret. Et tñ succenses mihi quia dixi,
Hæc.n. quæ ab impudentibus impudenter
laudatur, pudenda concupiscentia, & ira-

tus impudentius multa dicis, vos extollens, tanquam scripturis sanctis, & rationi certissimæ congruentes, eo proposito nõ esse in natura malũ defendatis, vt ad virtutũ studia homines incitetis, inculcãtes nullũ culmẽ ita arduũ esse virtutis, vt non ad illud adiuuante deo, mens queat fidelis euadere. Atq; ob hoc dicatis, non esse in carne mali necessitatẽ, vt erubescat vnusquisq; laudabiliter cõditus, deformiter viuere, ac si pudor turpi occurrat ignauiæ de cõmendatione nobilitatis ingenitæ, & cætera hmõi, q̃ satis eloquẽter ĩ vr̃a prædicatione iactasti, nos cõtra deprimẽs & dicẽs, ꝙ dubiũ nõ sit euersionẽ sanctitatis, cõtaminationẽ pudicitiæ, morũ labem nr̃is conuenire immo inesse dogmatib. neq; id esse me negaturũ, qui iõ sicut dicis, in naturæ inuidiã malæ cõuersationis sordes refundo, vt peccantib. metũ demã, quorũ obscœnitatẽ, Apostolorũ & sanctorũ omnium cõlolor iniuriis, eo ꝙ vas aureũ Apost. Paulũ sæpe dixisse cõmemorẽ, Non.n. qđ volo bonũ hoc ago, sed qđ odi malũ illud facio, & cætera huiusmodi, Veruntñ vos laudans, nos arguẽs, aduersus cõcupiscẽtiæ malũ pugnas, & pugnãdo cõfiteris qđ loquẽdo negas. Atq; ita vis videri culmẽ ascẽdisse virtutis, vt in ipso culmine, quo te existimas euasisse, cũ persequente cõcupiscẽtia, tanq̃ in arce cõfligas, & quantũlibet ex loco superiore, tñ cũ hoste ĩterno dimicare nõ desinas. Nec erubescis cõcupiscentiã, q̃ te amplius pudet sine dubitatione si vicerit, laudare aduersus eũ, qui te perditũ ẽt cũ vincit, ingrit, Maxime quia in fine eiusdẽ libri tui dicis, ꝙ nõ sit alia mei sensus intẽtio, q̃ ad inferendũ virtutib' bellũ, vitiorũ sacr̃a iuuare, & ad excidiũ ciuitatis dei oĩ astu, omni furore conari, adipiscẽdæ castitatis desperatiõe, repugnãtes turpitudini territare, mentiri tantas obscœnæ libidinis vires, vt eã rõ regere ac frenare nõ possit, cui nec Apostolorũ legio repugnauerit. Hæc de me prorsus ipse mentiris. Ego.n. non infero virtutibus bellũ, sed vitijs, quantũ adiuuor infero, & inferẽdũ esse proclamo. Quod si & tu facis, qd est qđ laudas? cũ qb. pugnas? Qũo virtute hostes debellare te credã, quos verbo lacerare non audes? Si ambo cõcupiscentiã debellamus, quare nõ ambo vituperamus? Quã te iactas expugnare continẽtia, quare non vis dãnare sñia? Mentiris me dicis tantas libidinis vires, vt eã rõ regere ac frenare non possit. Ecce ego non dico tãtas libidinis vires, vt humana rõ diuinitus accensa & adiuta, eã regere ac frenare non possit. Sed tu quare negas malũ esse, qđ si nõ frenetur occidit? Ecce ego voce qua possum qđ me negare asseris clamo, Apostolorũ legionẽ repugnasse libidini, vti repugnãte. Tu qui nos fecisse Apostolis calũniaris, & velut indignaris iniuriã, cur & illorũ & tuã exornas laudibus inimicã? Quis eã defendat, cui legio repugnauit Apostolorũ, nisi hostis apostolorũ? Ita ne habere tecũ libido & amicitiã meretur & bellũ, vt abs te & expugnetĩ te, & defendatur aduersus me? Bellũ vestrũ latet, amicitia patet. Ex hoc ꝙ patet suspectũ facis esse quod latet. Quid.n. vis credamus de bello, qđ geritis in occulto, quorũ amicitiã cernimus in aperto? Qũo vis vt arbitremur aduersus aculeũ te dimicare libidinis, cũ libros impleas laude libidinis? Verũ ecce vinco suspicionẽ meã, Expugnare te credo qđ laudas, sed laudare te doleo ꝙ expugnas. Ex isto igit̃ & cũ isto malo, qđ a te quoq; credimus expugnari, hõ generatur, quẽ negas regeneratione saluari. Isto.n. cõiugati bñ vtuntur, quo continentes melius nõ vtunt̃. Porro si malum est, quo caro concupiscit aduersus spm̃, cui malo sicut fateris, Apostolorum legio repugnauit, hoc vtẽtes cõiugati, procul dubio non bono bene vtuntur, sed malo. Ex hoc igitur, & cũ hoc filij generati regenerãdi sũt, vt liberentur a malo. Hoc.n. originali malo ẽt parẽtes illorũ renati sunt, etsi ab hoc reatu renascẽdo sunt liberati. Quid aũt vellemus vt gignerent, nõ vnde renati sed vñ nati sunt, nisi ꝙ & ipsi nati sunt? Reos ergo, qa & ipsi dei nati sunt, & generãtes inde vnde nati sunt, nõ aliud potuerunt generare q̃ nati sunt. Vnde aũt renati, inde a reatu, cũ quo nati sunt liberati. Ac p hoc & illi, quos reatu liberati generauerunt, eadẽ sunt regeneratione liberandi. Ex hoc.n. malo rei nati sunt, quo bene vtunt̃ renati, vt nascant̃ regenerãdi. Contra qđ malũ si non pugnas, pugnantibus crede, si pugnas aduersarium confitere, & noli laudando morbum habere amicũ quem pugnando experiris inimicum.

Libri Tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, contra Iulianum, Liber Quartus.

C. I.

IAm nunc ab alterius volu-
minis exordio cætera videa
mus, quibus librũ meũ re-
fellere niteris, omittẽtes si-
cut instituimus ea, q̃ nodos
nõ faciũt qõnũ, quib. soluen
dis, curã nos oportet impẽdere, nec immo-
rãdo su pfluis, ipsã plixitate operis, a labo-
rioso negocio deterrere lectorem. Superiore
igiẽ libro satis egimus, quo recte iudicantib.
appareret, cũ deus verus & bonus sit homi-
nũ cõditor, bonæq; sint nuptiæ quas & cõdi
tione atq; copulatione vtriusq; sexus insti-
tuit, & fœcunditatis munere bñdixit, malũ
tñ esse cõcupiscentiã carnis, qua cõcupiscit
aduersus spm̃, eoq; malo bene vti pudicitiã
coniugalẽ, meliusq; non vti cõtinẽtiã san-
ctiorẽ, quod malũ non ex alia substantia, q̃
deus non cõdidit, sicut Manichæus insanit,
nobis esse pmixtũ, sed p inobedientiã vnius
hominis exortum atq; traductũ, & p obediẽ
tiã vnius hominis expiandũ atq; sanãdũ, cu
ius obligatione implicat debita pœna nascẽ
(L) tẽ, soluit indebita gratia renascentẽ. Hoc ma
lũ contra me laudando, aduersarius meus vi
deris, sed in te debellãdo, meus testis es, si au
tẽ hoc non debellas, tuus hostis es. Proinde
qa primo tuo libro sufficiẽter me rñdisse exi
stimo, q̃uis ibi tota cã finita sit, tñ ne cæteris
tribus respondere nõ potuisse videamur, in
eis etiã q̃ vana dixeris intuere. Propositis ex
meo libro verbis meis exultas, qđ teste Apo
stolo dixerim, donũ dei esse pudicitiã coniu
(Gal. 5.) galem, quasi p pea laudauerit Apostolus ma
lũ quod tu laudas, quo caro concupiscit ad-
uersus spũm, quo malo vtiẽ bene pudicitia
cõiugalis, sicut iã in libro superiore mõstra-
ui. Non itaq; paruũ donũ dei est, ita frenari
hoc malum, vt ad nihil relaxetur illicitum,
sed generationi tm̃ regenerandorũ seruiat fi
liorum. Eius qppe impetus nõ sua spõte mo
deratus est, A nullo nanq; illicito sese absti-
net, si mẽbra desiderio eius inseruiant. Ac p
hoc eius modus, nõ in ipso cuius inquietus
est motus, sed in refrenante ac bene vtente
laudatur. Itaq; isto malo cũ bene vtunẽ con
iugati fideles, a cuius reatu soluti sunt mu-
nere saluatoris, pfecto quicunq; inde nascũ
tur, eiusdẽ munere creatoris, nõ sicut nobis
obijcis in regnũ diaboli pparantur, sed ab il
lo potius eruendi, & in regnũ vnigeniti trã-
(M) ferendi. Hæc.n. est, & esse debet piorũ coniu
gũ intentio, vt regenerationi generatio ppa
retur. Si autẽ hoc malum, quod in seipsis pa
rẽtes sentiunt, cui malo, vt tuis verbis vtar,
Apostolorũ legio repugnauit, non pertine-
ret ad filios, sine illo vtiq; nascerenẽ. Nunc
vero qñquidẽ cum hoc nascanẽ, quid mira-
ris, quia p p hoc renascuntur, vt ab eius obli
gatione soluanẽ, & aut ex ista vita ab illo li
berati rapiantur, aut in ista vita aduersus il-
lud liberi, prælientur, victoresq; in fine re-
munerenẽ, Quis aũt nostrum suspicatus est
vsum cõiugũ a diabolo fuisse repertũ? Quis
commixtionem corporum, per malum præ
uaricationis credit accidisse, cũ sine his nu-
ptiæ prsus esse nõ possent? Sed malum quo
bene vtuntur, nullum esset, si nemo peccas-
set. Quod dixi, mihi obijce vt purgem, Nam
si & quod nõ dixi, mihi obijcis, qñ finimus?
Consequẽs putas esse, vt munus dei noceat,
si hõ cũ malo nascitur, Nemo enim nisi dei
munere nascitur. Audi ergo & intelige, Mu
nus dei nulli nocet, quo quisq; est & viuit,
sed concupiscentiæ malũ non potest esse, ni
si in eo quod est & viuit. Qua p p põt eẽ ma
(A) lum in munere dei, sanãdũ alio munere dei.
Põt igiẽ in homine, q munere dei est, vt vi-
uat, malũ esse generatione contractũ, rege-
neratione sanandũ. Nã vtiq; nullus infans
cũ dæmone nasceretur, si nõ nasceretur, nec
iõ mali huius ipsa est cã, qua nascitur. Nasci
tur ergo munere dei, cũ dæmone aũt, iudi-
cio dei sanè occulto, sed nunquid iniusto?

(Cap. 2.) In eo quod dixi, bonum coniugale etiam
si non habetur, a dño esse poscendum, qui-
bus vtiq;, nisi quibus est necessarium, visus
sum tibi dicere, pro concũbendi viribus sup
plicandum, Sed ego pro ipsa pudicitia con-
iugali dixi rogandum deum, in qua est in-
concumbendi nõ liber vsus, sed licitus mo
dus, Nam homo si concumbere non potest,
potius non quærat vxorem, quandoqui-
(1. Cor. 7) dem apostolica sententia vbi ait, Si se non
continet nubat, remedium voluit esse nu-

ptias,

ptias,qđ & ipse confessus es,cõtra morbum
cõcupiscentiæ, qđ cõfiteri non vis,q̃ reme-
diũ cõfiteris. Hoc aũt remediũ est, nõ vt sit
concupiscẽtiã,si nõ est,sed vt nõ rapiat ad il
licita,cuius motus infrenis est. Pertinet.n.ad
hoc quoque petitionis genus,qđ in oratio-
ne dñica dr̃, Ne nos inferas in tentationem: *Matt. 6.*
quoniã vnusquisq; tẽtat a cõcupiscẽtia sua,
sicut ait Apost. Iacobus, Cõuenit huic & qđ *Iaco. 1.*
dicimus, Libera nos a malo. Dicunt.n.hoc
de hac re cõiuges, vt interim mente liberi a
B
malo,bene vtanť malo, quod habẽt in car-
ne. Sicut.n.q̃a in carne eorũ nõ habitat bo-
nũ,vt omni postea corruptibilitate sanata,
nullũ in eis quo vtanť,remaneat malũ. Quid
est qđ triumphas tanq̃ de hoste victo? Inter
nũ potius vince quod laudas, Nã victoria de
te mea, illo malo tecũ pugnante secura est.
Neque.n.dicere audebis eum vinci qui ve-
rũ dicit, ab eo qui falsum dicit. Ego aũt con
cupiscentiã,contra quam pugnas, malũ di-
co,tu bonũ, sed pugna tua malũ fatetur, qđ
bonũ lingua mentitur, augens mendacium
alio mendacio,quo affirmas & a me illã di-
ctam bonã. Neq; enim concupiscentiã car-
nis,q̃ Ioannes Apost. dixit a patre non esse, *1. Ioan. 2*
ego dicerẽ bonũ, sed bonũ dixi esse pudici-
tiã coniugalẽ,quæ resistit malo concupiscẽ
tiæ,ne ad illicita rapiat cũ mouetur, Verum
sciens q̃ inaniter argumẽtatus fueris,pulsas
vt dicis alterũ definitionis meæ latus, & in-
quis, Sic calor genitalis coniugalis honesta-
tis minister ab immoderatis ꝓcursib. tã stu-
dio fidelium q̃ doni virtute retinetur,nec ex
tinguitur ꝑ grãm, sed frenatur,probabilis ẽ
in genere suo & in mõ suo, & solis accusa-
tur excessib. Hæc dicens, non attendis cõiu-
gũ conuentionẽ cã generandi, iõ bonũ esse
laudabile,q̃a in eo limes ꝓfigitur licitus ma-
lo concupiscẽdi. Cur.n.non potius malum
vocetur,quod fateris esse frenandũ? Cur q̃-
C
so frenandum,nisi ne noceat,nisi ne ad illici
ta,quę desiderat,relaxetur? Et vtiq; desiderij
mali malũ est, ẽt si ei non consentiatur, do-
nec eo veniamus,vbi nec habeatur. Nõ igi-
tur quid boni de concupiscentia carnis fiat,
sed ipsa quid mali faciat, cogitãdũ est. Nam
pudicitia coniugalis inhiantẽ concupiscen-
tiã,siue de illicito,siue de licito ꝑcipere vo-
luptatem,frenat ab illicito, permittit ad lici-
tũ,hoc est bonũ non tñ eius, sed bene vtẽtis
bonũ est. Qđ aũt ipsa concupiscentia facit,
siue ad licitũ, siue ad illicitũ indifferenter ar
descere,vtiq; malũ est. Hoc itaq; malo bene
vtitur pudicitia coniugalis, melius non vti-
tur cõtinentia virginalis. Si posset, inq̃s, ca-
lor genitalis malũ esse, naturaliter extirpan-
dus erat,non cõponendus. Vide quẽadmo-
dũ noluisti dicere,qđ supra dixeras frenan-
dus,sed maluisti cõponendus. Sẽsisti.n.ꝙ eũ
nemo frenaret,nisi cui repugnaret, & ob hoc
mutato verbo timore ipso fassus es malũ,qđ
repugnat bono. Appellas ẽt calorẽ genitalẽ,
q̃a pudet appellare libidinẽ, siue sicut eã di-
uinus sermo appellare consueuit,carnis cõ-
cupiscẽtiã. Sic ergo loquere & dic, Si posset
carnis concupiscentia mala esse naturaliter
extirpanda erat,nõ cõponenda, Sic.n.pñt, q̃
latine sciunt tardiores intelligere q̃d loqua
ris. Sed ita hoc dicis,quasi non tã mallẽt ex-
tirpare si possent,oẽs qui ꝑ ꝓea cõiugantur,
q̃a continentiæ laborẽ, quo huic malo resi-
stitur,non ferunt, & iõ malunt eo bene vti,
q̃ melius omnino non vti. Sed si in corpore
mortis huius hoc malũ necessarium est con
iugatis,quia sine illo fieri non põt bonũ ge-
nerationis, continenter extirpent concupi-
scentiam carnis. Tu ipse,tu qui loqueris,nec
quid loquaris attendis, extirpa libidinẽ de
membris tuis, Non enim & tibi necessaria
est,aut bona sunt eius desideria, quibus si cõ
senseris vel cesseris,interibis. Porrò si malũ
est in te cui repugnas,quod oppugnas,cum
vincis expugnas, hoc malo melius non vte-
ris,quo malo bene vtuntur, in quibus hoc
bonum esse contendis, vbi profecto menti-
ris,aut falleris. Neque enim dicturus es in
cõiugibus bonum esse libidinem, in sanctis E
autem, vel virginibus, vel continentibus
malum. Iam sententiam teneamus tuam,
vbi aisti, Concupiscentiæ naturalis,qui mo
dum tenet,bono bene vtitur: Qui modum
non tenet,bono male vtitur: Qui autem etiã
ipsum modum sanctę virginitatis amore cõ
tempserit, bono melius non vtitur. Confi-
dentia quippe suæ salutis, inquis, & roboris
contempsit remedia, vt gloriosa posset exer
cere certamina. His verbis tuis sine ambigui
tate declaras, concupiscentiam carnis hoc
esse in vtrisq; id est, & coniugatis & conti-
nentibus.

nentib. Quo.n.coniugati bene vtũtur, & cõ
F tinentes melius nõ vtunt̃,bonũ tu dicis,ego
malũ,sed in sanctis virginib.& continentib.
carnis concupiscentia malũ se esse manife-
stat,cõtra q̃ fateris eos gloriosa exercere cer
tamina,proculdubio ergo non bono,sed ma
lo melius non vtuntur. Hoc igit̃ vtentes cõ-
iuges,nec ipsi vtiq; bono,sed malo qñ vtun
tur. Proinde tota cõtrouersia nõ remansit,si
tñ remansit aliqua,nisi vtrũ in eis qui conti
nentiã deo vouerunt,bonũ sit ista,de qua di
sputamus concupiscentia carnis,an malum.
Qđ.n.horũ duorũ repertũ in his fuerit,hoc
& in coniugibus apparebit, quoniã hoc illi
bene vtunt̃,quo isti melius nõ vtunt̃. Colli
ge itaq; totas vires acuti tui cordis,ac libere
frontis, & aude r̃ndere si potes,hoc bonũ es-
se,cui sicut libro superiore cõfessus es,Apo-
stolorũ legio repugnauit,mihi.s.exprobrans
q̃ tãtas esse dixerim libidinis vires,vt ei nec
Apostolorũ legio repugnauerit,cũ potius ꝑ
cã mea faciat,q̃ ei malo qđ tu bonũ dicis,
legio nõ qualiumcunq; sanctorũ,sed ipsorũ
quoq; repugnauit Apostolorũ, Cui malo tã
tum licere posse,q̃s crederet, vt sibi laudato
rẽ ẽt de suis expugnatorib. prouideret? Absit
quidẽ vt antiquiorũ aliquẽ,vel Apostolorũ,
vel quorũcũq; sanctorũ,mirabiliter tñ,si vel
quenquã hæreticorũ nouorũ,qui simul vtrũ
que se esse profiteatur inexplicabilibus mo-
G dis expugnatorẽ.s. defensoreq; libidinis, &
conet̃ ostendere manens in hæresi. Pelagia-
na,& ex animo se laudare,quod ipsum eius
animũ nisi expugnet̃ occidit,& ex animo ex
pugnare qđ eius dogma nisi laudet̃, absu-
mit. Rogo si est in vobis vllus sensus huma-
nus,non pôt,& malũ esse peccatũ, & bonũ
esse desiderare peccatũ. Quid aũt agit in car
ne sanctorũ continentiũ ista cõcupiscentia,
nisi peccandi desideria,quib.non consentiẽ
tes exercent vt confiteris gloriosa certami-
na? Neq;.n.saltem connubij desideriũ in illa
continentiæ professione pôt esse non malũ.
Quid ergo illic agit, vbi malũ est quicquid
agit,ac si ei consentiat̃, & peragit? Quid ibi
agit hæc concupiscentia,vbi nihil boni cõ-
cupiscit̃ ex illa? Quid ibi agit libido, vbi ni-
hil boni libebit ex illa? Non importune in cõ
iugatis esse dicat̃. Si.n.summũ culmen obti-
nent pudicitiæ coniugales,faciunt boni ali-
quid ꝑ illã,quãuis nihil faciãt ꝑ ꝑ illã. In san
ctis aũt virginib.& cõtinẽtib. quid agit obse
H cro te? Quid agit tua ista suscepta,cũ desipis
aduersaria? Si sapis,q̃d agit, vbi nihil boni a-
git ipsa,nihil boni agit̃ de ipsa? Quid agit in
eis,quib. quicquid ẽm ipsam cõcupiscit̃ ma
lũ est? Quid agit in eis,quos cõtra se cõpellit
vigilare atq; pugnare,& si qñ ab eis vllũ vel
in somnis furat̃ assensum, cũ euigilauerint
gemere & inter gemitus dicere,qũo imple-
ta est anima mea illusionibus? Quid cũ sopi-
tos deludunt somnia sensus: nescio,qũo etiã
castæ animæ in turpes labunt̃ assensus, quæ
si imputaret altissim⁹,q̃s viueret castus? Hoc
ergo malũ qđ non dicturus es bonũ,nisi ad
uersus oẽm veritatis tubã sic obsurdueris,
vt clames bonũ esse concupiscere malũ, qđ
nec inter surdos dicere audebis. Hoc inquã
malũ,cur non extirpatur de continentiũ car
ne sanctorũ? Cur non totũ opere mentis au-
fertur? Hoc.n.dicis fieri debuisse si malũ es-
set. Et quia non fit in coniugatis,vbi ei⁹ mo
dus est necessarius,iõ putas bonũ cũ videas,
nec ibi fieri vbi modus eius nullus necessa-
rius est,& inquantũ inest nocet,& si non ad
perdendũ de sorte sanctorum,si nõ ei cõsen
tiatur,tñ ad minuendã spiritalẽ delectationẽ
sanctarũ mentiũ,illam.s.de qua dicit Apost.
Condelector enim legi dei secundum inte- *Rom. 7.*
riorem hominem. Hæc delectatio profecto
minuitur,quando & si non ad explendam,
I certe, ad oppugnandam carnalis concupi-
scentiam voluptatis, bellantis animus occu
patur,& ita exercet gloriosa certamina, vt
a delectatione intelligibilis pulchritudinis
ipsis certaminibus auocetur. Sed quia in ista
humana miseria peior hostis est cauenda su
perbia, ideo nimirum non penitus extin-
guitur in carne continentium sanctorum
ista concupiscentia, vt dum pugnatur ad-
uersus eam, periculorum suorum animus
admoneatur,ne securus infletur,donec hu-
mana fragilitas ad tantam perfectionem ꝑ-
ueniat sanitatis,vbi nulla putredo lasciuiæ,
nullus tumor superbiæ formidetur. Sic uir-
tus in infirmitate perficitur, quia & pugna-
re infirmitatis est, Quanto enim quisque
vincit facilius, tanto pugnat minus. In se-
metipso autem quis pugnaret,si nihil ex se-
metipso eidẽ repugnaret? Et quid nobis re-

Quod superbia in humana miseria peior sit hostis.

2. Co. 12.

pugnat

pugnat ex nobis, nisi qđ adhuc curatur vt sanet in nobis? Ergo in nobismetipsis sola est infirmitas cũ pugnãdi, & rursus infirmitas admonitio est nõ sup̃biendi. Proinde virtus qua hic vbi superbiri põt, vt nõ superbiatur in infirmitate p̃ficit. Quamobrẽ qm̃ hoc cũ iuges bene vtunt̃, quo continẽtes melius nõ vtunt̃ malo, continẽtes melius non vtunt̃. K Malũ igitur est quo coniuges bene vtunt̃, & inest cõiugibus quo bñ vtantur, inest & cõtinentibus quo melius non vtant̃, Iõ quippe inest, vt nõ extollant̃. Solis ergo libidinis excessibus accusatur, sed ille a quo nõ refrenat̃. Nã ipsa p̃ seipsam rectissime omnino suis ipsis motib. accusat̃, q̃b. ne excedat obsistitur. Nõ itaq; vt dicis, nihil ad innocentiã promouet modestia rei per ipsũ genus nocẽtis. Promouet quippe ad innocentiã nõ cõsẽtire malo: nec iõ & illud cui nõ cõsentitur, non est malũ, immo p̃ pea sine dubitatione malũ est, q̃a non ei cõ sentire bonũ est. Quid .n. mali faceret qui bene cõcupiscentiæ con sentiret, cũ mali nihil faciat, ẽt q̃ opere cõiu gali non sine ipsius malo seminat hominẽ, q̃ est dei opus bonũ? Nec confectricẽ seminũ libidinẽ dixeris, Ille q̃ppe creat hominis semen, qui hominẽ ex semine, sed vñ interest q̃a mali huius occulta sunt, & dira cõtagia, nec his omnib. q̃ malo carẽt, deus vel semen vel homines creat, ẽt si quidã ab eiusdẽ ma li noxa regñatione soluti sunt, sicut soluẽdi sunt, qui inde nascuntur. Dixi sane, nec pœnitet, de pudicitia cõiugali, q̃ mea verba posuisti, q̃a cũ dona dei esse mõstrantur, a quo L petẽda sunt, discitur si nõ hñtur, & cui agẽdæ gr̃æ, si habentur, Agũtur. n. gr̃æ nõ de ori gine, vt dicis cõcupiscentiæ, cuius origo est primũ malũ hominis, sed de regimine, qđ verũ dicis, vtrũq;. n. dicis, vel regimine, vel origine. Iõ aũt aguntur gr̃æ de regimine cõ cupiscẽtiæ, q̃a repugnãs vincitur. Qđ aũt re pugnat volũtati bonæ, nõ est bonũ, imo malũ esse q̃s neget, nisi qui non habet voluntatis bonũ, cui qđ repugnat, fateatur malum?

Cap. 3. Interponis alia de libro meo, vbi cũ dixissem donũ dei pudicitiã esse cõiugalẽ, & hoc Apostolo teste docuissem, occurrẽtem dein de q̃onem tacitus nolui præterire quid dicẽdum sit, cum videntur ẽt nonnulli impij pudice cum coniugibus viuere. Soletis. n. negã tes dei dona esse virtutes, q̃b. recte viuitur, & eas naturæ volũtatiq; humanæ, non gr̃æ dei tribuentes, hoc vti argumẽto, q̃ eas nõnunquã habeãt infideles, ita conantes euacuare qđ dicimus, neminẽ recte viuere, nisi ex fide p̃ Iesum Xp̃m dñm nostrũ, vnũ dei & hominũ mediatorẽ, vbi vos eius aduersarios apertissime profitemini. Denique lõge non eamus, si forte fallor, ad ista r̃nde, Ego dixi pudicũ non veraciter dici, q̃ non p̃pter deũ veram fidẽ cõnubij seruat vxori. Vnde aũt id ostenderem paulo post adhibui, qđ mihi visum est grande documentũ. Cũ. n. virtus sit, inquam, pudicitia, cui vitium contrariũ est impudicitia, omnesq; virtutes ẽt q̃ p̃ cor pus op̃antur, in animo habitent, q̃uo vera ra tione pudicũ corpus asseritur, q̃n a vero deo ipse animus fornicatur? Deinde ne quisq̃uã nostrũ negaret animũ infideliũ fornicari, ad hibui testimonium de scriptura sancta, vbi legitur, Ecce. n. qui longe se faciunt a te, peri bunt: perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Sed tu qui mea sicut dicis, quæ mihi videtur acuta persequeris, hoc totũ tanquam mihi obtusum visum fuerit præteristi. Vide ergo quid horum negãdum arbitreris. Virtutem esse pudicitiã coniugalẽ promptissime confiteris, oẽs virtutes ẽt q̃ per corpus operantur, in animo habitare non negas. Porro infidelis animum fornicari a deo ille potest negare, qui se palam sanctarum scripturarũ aduersarium p̃fitetur. Ex quibus omnib. hęc summa conficitur, vt aut in animo fornicante pudicitia vera esse possit, quod cernis quã sit absurdum: aut in animo infidelis pudicitia vera esse non possit, quamuis hoc cũ afferrem, te finxeris surdum. Non igitur vt calumniaris, studio vituperandi substantiam, dona collaudo, Non enim diuinorum donorum capax esset, nisi bona esset humana substãtia, cui vitia quoque ipsa bonitatis per hibent testimonium naturalis. Quid enim aliud in vitio recte displicet, nisi quia detrahit uel minuit, quod in natura placet? Cum ergo diuinitus adiuuatur homo, non tãtum ad capessendam perfectionem adiuuatur, q̃ ipse posuisti, utique uolens intelligi eum per se incipere sine gratia, quod perficit gratia: sed potius quod apostolus loquitur, ut qui in uobis opus bonum cœpit, perficiat, usque

M

Psal. 72.

A

Phil. 1.

vsq; in finem. In quo.n.vis hominē ſicut lo queris, ad aliquid laudabile generoſi cordis ſtimulis incitari, ī hoc eū nō vis in dño, ſed in libero arbitrio gloriari, ac priorē dare, ut retribuatur illi, eoq; mō gratia non ſit gr̄a, quia nō eſt gratuita. Bonā dicis hominū naturā, que talis gr̄æ opitulationē mereť. Qđ gratanter audirē, ſi hoc ꝓ ꝑea quia rōnalis natura eſt, diceres, Neq;.n.gr̄a dei, ꝑ Ieſum Xp̄m dn̄m nr̄m lapidib.aut lignis pecoribuſ ve p̄ſtatur, ſed q̄a imago dei eſt, meretur hāc gr̄am: non tñ vt eius bona volūtas poſſit prę cedere ꝑter gr̄am, ne vel ipſum prior det vt retribuatur illi, ac ſic gr̄a iam non ſit gratia, dū non datur gratuita, ſed redditur debita. Quid eſt ergo ꝙ ſm modum ueſtrum, effectum voluntatis humanæ dona cœleſtia me crediderás nuncupaſſe, tanq̄ volūtas hominis ſine dei gr̄a moueretur ad bonū, vt ei debitus a deo retribueretur effectus? Itane obli tus fueras nos cū ſcriptura dicere cōtra vos, ꝑparatur voluntas à dño, vel quod in nobis deus operetur & velle? O ingrati gr̄æ dei, o inimici gr̄æ Chriſti & ſolo vocabulo Xp̄iani, Nōne ꝓ inimicis ſuis orat Eccleſia? Quid orat obſecro, ſi vt eis ſanæ voluntatis retribuatur p̄ciū, quid eis orat, niſi grande ſupplicium? Quod iā contra eos eſt, non ꝓ eis. Orat aūt pro eis. Non ergo quia eſt illis voluntas bona, ſed vt cōuertatur in bonā uolūtas mala, qm̄ præparatur voluntas a dño. Et deus ē.n.vt ait Apoſt. qui o patur in vobis & velle. Sed acerbiſſimi gr̄ę huius inimici exēpla nobis opponitis impiorū, quos dicitis alienos a fide abūdare virtutibus, in q̄bus ſine adiutorio gr̄æ, ſolū eſt naturæ bonum, licet ſuperſtitionib. mancipatū, qui ſolis libertatis ingenitæ viribus, & miſericordes crebro, & modeſti, & caſti inueniuntur & ſobrij. Hæc dicens ecce iam & illud quod gr̄æ dei tribueras, abſtuliſti, ipſum.ſ.voluntatis effectū. Nō .n.aiſti velle eos eſſe miſericordes, modeſtos & caſtos, & ſobrios, & ideo non eſſe quod nondū per gr̄am fuerint conſecuti, bonę huius voluntatis effectum: ſed ſi & eſſe voluerunt & ſunt, iam in eis voluntatem & effectū voluntatis inuenimus, quid remanſit ꝙ gr̄æ reſeruemus in tam euidentib. quib. dixi xi eos abundare virtutibus? Quanto ſatius ſi te impios ita laudare delectat, vt non audiēs dicentē ſcripturam, Qui dicit impiū iuſtū eſſe maledictus erit in populo, & odibilis in gētib. etiam uirtutibus veris eos ꝓdices abūdare. Quāto, inquam, ſatius hæc ipſa in eis dona dei eē fateris ſub cuius occulto iudicio nec iniuſto alij tardiſſimi ingenii, ad intelligendum quodammodo plumbei, alij obliuioſi, alij acuti memoreſve naſcuntur, alij utroq; munere p̄diti, & acute intelligentes, & tenaciſſimæ memoriæ theſauro cognita recondentes, alij natura leues, alij leuiſſimis cauſis ira facillima ardentes, alij ad vindictę cupiditatē inter utroſq; mediocres, alij ſpadones, alii in concubitu ita frigidi ut uix omnino moueantur, alii libidinoſiſſimi, ut uix omnino teneantur, alij inter utroſq; & moueri faciles, & teneri, alii timidiſſimi. alii audaciſſimi, alii hilares, alii triſtes, alii ad nihil horū procliues, nec eorū quæ cōmemoraui aliquid inſtituto ac propoſito, ſed natura, unde medici audēt iſta tribuere temperationib. corporū. Qđ ſi & ꝓbari, uel nulla exiſtēte, uel omni finita q̄one potuiſſet, nunquid ſibi quiſq; corpus cōdidit, & hoc ei⁹ tribuēdū eſt uoluntati, ꝙ mala iſta naturalia magis minuſue ꝑpetitur? Nā ꝓrſus ea non ꝑpeti cū hic uiuitur, nullo mō, nulla rōne quiſquā pōt. Nec tñ ſiue maximus, ſiue minimus urgeatur, fas eſt ut dicat ei q̄ ſe finxit quanuis omnipotenti iuſto & bono, quare ſic me feciſti? Et de iugo graui ꝙ ē ſupra filios primi Adā, nemo liberat niſi ſecūdus Adā. Quāto ergo tolerabilius illas, quas dicis in impiis eſſe uirtutes, diuino muneri potius, q̄ eorū tribueres tm̄modo uoluntati, licet ipſi hoc neſciant donec ſi ex illo ſunt ꝑdeſtinatorū numero accipiāt ſpm̄, qui ex deo eſt, ut ſciāt q̄ a deo donata ſunt eis. Sed abſit ut ſit in aliquo uera uirt⁹ niſi fuerit iuſt⁹, Abſit āt ut ſit iuſt⁹ uere, niſi uiuat ex fide: iuſt⁹.n. ex fide uiuit. Quis porrò eorū q̄ ſe Xp̄ianos haberi uolūt, niſi ſoli Pelagiani, aut in ipſis ēt forte tu ſolus, iuſtū dixerit infidelē, iuſtū dixerit impium, iuſtū dixerit diabolo mancipatum? Sit licet ille Fabricius, ſit licet Fabius, ſit licet Scipio, ſit licet Regulus, quorū me nominib. tanq̄ in antiqua Romana curia loqueremur, putaſti eſſe terrendū. Verū tu n hac cā & ſi ad ſcholā Pythagoræ prouoces uel Platonis, ubi eruditiſſimi atque doctiſſimi uiri, multo

Margin notes: 11. — B — p. 2 — C — *Prou. 24* — *Diuerſæ hominū paſſiones* — D — *Eſai. 24* — *Eccl. 40* — *Rom. 9* — *Rom. 4* — E

multo excellentiore cæteris philosophia nobilitate veras virtutes non esse dicebāt, nisi q̄ menti quodāmodo imprimunt a forma illi⁹ æternæ immutabilisq; substantiæ, ꝙ est de⁹, ēt illic aduersus te quantū donat, q̄ nos vocauit, pietatis libertate clamabo. Nec in istis est vera iustitia, qua iustus ex fide viuit. *Rom. 1.* Fides ex auditu, auditus aūt ꝑ verbū Xp̄i: *Rom. 10.* finis legis Xp̄s ad iustitiā omni credenti. Qūo sunt vere iusti, q̄b. vilis est humilitas veri iusti? Quo .n. propinquauerūt intelligentia, inde superbia recesserūt, q̄a cognoscētes deū, nō sicut *Rom. 1.* deum glorificauerunt, aut gr̄as egerunt; sed euanuerūt in cogitationib. suis, & obscuratum est insipiens cor eorū, Dicentes .n. se esse sapientes, stulti facti sunt. **F** Qūo est in eis vera iustitia, in q̄bus non est vera sapientia? Quā si eis tribuemus, nihil erit causę cur eos nō ad illud regnū ꝑuenire dicamus, de quo *Sapien. 6* scriptū est, Concupiscētia sapientiæ deducit ad regnū. Ac per hoc Xp̄s gratis mortuus est si homines sine fide Xp̄i ad fidē verā, ad virtutē veram, ad iustitiā veram, ad sapientiā verā, quacūque re alia, quacunq; rōne perueniunt. Prorsus sicut de lege verissime ait Apostolus. *Galat. 1.* Si per legē iustitia, ergo Xp̄s gratis mortuus est: ita verissime dr̄, Si per naturā volūtatēq; iustitia, ergo Xp̄s gratis mortuus est, Si ꝑ doctrinā hominū qualiscūque iustitia, ergo Chr̄s gratis mortuus est. Per ꝙ .n. vera iustitia, ꝑ hoc ēt regnū dei. Deus nāque ipse, qđ absit, erit iniustus, si ad eius regnū verus non admittit iustus, cū & ipsum eius regnū iustitia sit, quemadmodū scriptū est, *Rom. 14.* Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium. Porrò si veram iustitiā non habent impij, profecto nec alias virtutes comites eius & socias, quia cū nō ad suum referunt authorem dona dei, hoc ipso mali his vtentes efficiūtur, iniusti: si quas habent, veras non hn̄t, ac per hoc nec continētia siue pudicitia vera virtus est impiorū. Tu vero tā male accipis, qđ ait Apostolus, *1. Co. 6.* Nam qui in agone cōtendit, ab omnib. continens est, vt continentiā tā magnā virtutē, de qua *Sapien. 8* scriptum est, qđ nemo esse pōt continēs nisi deus det: ēt choraulas & huiuscemodi turpes **G** infamesq; personas habere cōtendas. Hi em̄ qn̄ in agone decertant, ab omnib. cōtinēt vt corruptibilem coronā accipiant: a cuius tn̄ vana cupiditate non continent. Hæc .n. cupiditas vana ac per hoc praua, vincit in eis & frenat alias prauas cupiditates, ꝑꝑ qđ dicti sunt continētes. Sed vt grauissimā faceres iniuriā Scipionib. continentiā qua in eis tanto eloquio p̄dicasti, dedisti & histrionib. ignorans Apost. **H** cū exhortaretur homines ad virtutē, sic exemplum de vitiosa hominū affectione sumpsisse, quemadmodum alio loco scriptura, cū ad amorē sapiētiæ homines hortaretur, quærendā dixit esse sicut pecuniam. Nunquid ꝑꝑea sancta scriptura dicenda est *Prou.* laudasse auaritiā? Sed quia notū est, amatores pecuniæ, quātis patiēter laborib. doloribusque subdant, a quantis se contineant voluptatib. siue cupiditate augendi pecuniā, siue timore minuendi, quanta lucrum sagacitate sectentur, & prudenter dāna deuitēt, quā timeant plerunq; aliena diripere, & aliquando sua sibi ablata contemnāt, ne repetendo & litigando plus perdant: recte admoniti sumus sic amare sapientiam, vt eam nobis thesaurizare auidissime cupiamus, atq; vt nobis magis magisq; acquiratur, nec aliqua ex parte minuatur, & perferamus molestias, & libidines refrenem⁹, & ꝓspiciamus in posterū, & innocentiā beneficētiamq; seruemus. Quod cū facimus, iō veras virtutes habem⁹, q̄a verū est propter qđ facimus, id est, hoc naturæ nostræ consentaneū est ad salutē, & veram fœlicitatē. Non .n. absurde virtus de- *Qui* finita est, ab eis qui dixerunt, Virtus est ani *virt* mi habitus naturæ modo atque rationi consentaneus. Verum dixerūt, sed quid sit consentaneum liberandæ ac beatificandæ naturæ mortalium nescierunt. Neque enim omnes homines naturali instinctu immortales **I** beati esse vellemus, nisi esse possemus. Sed hoc summum bonum præstari hominibus non potest, nisi per Christum & hunc crucifixum, cuius morte mors vincitur, cuius vulneribus natura nostra sanatur. Ideoq; iustus ex fide Christi viuit, *Rom.* Ex hac enim fide prudenter, fortiter, temperanter, & iuste, ac per hoc his omnibus veris virtutibus, recte sapienterque viuit, quia fideliter viuit. Si ergo ad consequendam veram beatitudinem, quam nobis immortalem fides, quæ in Christo est vera, promittit, nihil prosunt homini virtutes, nullo modo veræ

possunt

pñt esse virtutes. An placet tibi vt veras virtutes auarorũ esse dicamus, cũ lucrorũ uias prudenter excogitant, cũ pro acquirenda pecunia sæua atq; aspera multa fortiter tolerãt

K

cũ varias cupiditates q̃b. sumptuose viuitur tẽperanter sobrieq; castigant, cũ abstinẽt ab alieno, & de suo sæpe amisso cõtemnunt, ꝙ vr̃ ad iustitiam pertinere, ne iurgijs & iudicijs plura cõsumant? Cũ.n. agiĩ aliq̃d prudẽter, fortiter, tẽperãter, & iuste, oĩb. quatuor virtutib. agiĩ, quæ s̃m tuã disputationẽ verę virtutes sunt: sed ad cognoscẽdũ vtrũ veræ sint, hoc tm̃mõ intuetur q̃d agitur, nec cã q̃renda est cur agat. Vnde ne tibi videar calũniari, ipsa tua verba iã ponam. Cunctarũ, inquis, origo virtutũ in rationabili aĩo sita est, & affectus oẽs p̃ quos, aut fructuose, aut steriliter boni sumus in subiecto sunt mentis nostræ, prudentia, iustitia, tẽperantia, fortitudo. Horũ igitur affectuũ vis cũ insit omnib. naturaliter, inquis, non tñ ad vnũ finẽ in oĩbus properat, sed pro iudicio voluntatis, cuius nutui seruiunt, aut ad æterna, aut ad temporalia diriguntur. Quod cũ sit, non in eo quod sunt, non in eo quod agunt, sed in eo solo variant quod merẽtur. Nec nominis sui igitur, inquis, possunt, nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetiuerunt p̃mij, aut amplitudine ditantur, aut exilitate frustrantur. Hæc vbi didiceris nescio: iam tñ cernis, vt arbitror, consequens esse, vt vera sit virtus auarorũ, prudentia, quia excogitãt

L

genera lucellorũ & thesaurorũ, iustitia, qua grauiũ damnorũ metu facilius sua nonnunquam contẽnunt, q̃ vsurpant aliquid alienũ & auarorũ tẽperantia, qua luxuriæ, qm̃ sumptuosa est, cohibent appetitũ, soloq; necessario victu tegumentoq; contenti sunt, & auarorũ fortitudo, qua vt ait Horatius, Per mare pauperiẽ fugiunt, per saxa, per ignes, quã deniq; cognouimus quosdã irruptione barbarica, ad ea prodenda q̃ habebant nullis hostium tormentis potuisse compelli. Ergo virtutes istæ tali fine turpes atque deformes, & iõ nullo modo germanæ vereq; uirtutes: tibi tñ ita veræ vidẽtur & pulchræ, ut nec nominis sui possint, nec generis sustinere dispẽdium, sed solius quod appetiuerunt præmij exilitate frustrentur, id est, terrenorum commodorum fructu, non cœlestiũ præmiorũ.

Nec aliud erit q̃ vera iustitia Catilinæ, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cũ omnibus cõmunicare q̃d habebat: & fortitudo vera erit eius, ꝙ frigus, famem, sitim, ferre poterat: & vera patiẽtia, ꝙ patiens erat inediæ, algoris, vigiliæ, supra q̃ cuiquam credibile est. Quis hæc sapiat, nisi desipiat? Sed videlicet hõ eruditus eorũ vitiorũ verisimilitudine falleris, q̃ finitima videntur & propinqua virtutib. cũ absint ab eis q̃ longe absunt a virtutib. vitia.

M

Quæ tñ verba vel Tulliana, vel cuiuslibet alterius anteq̃ interponeres cautissime ꝑ locutus es, & io sub bestiarũ occasione sexuũ tãgat affectũ, qa ꝓꝓ honestatẽ hoc in hominis descriptione ꝑteriit. Quid est ꝓꝓ honestatẽ? An in sexu hominis honestas cõfundit vbi deus tanq̃ in excellẽtiore natura dignius operat? Sed docuerũt te Stoici disputare de occultis, nec docuerunt erubescere de pudẽdis. Adiungis deinde qũo ipsum hominem oratione depingat vt dicis, & qũo differat alui naturã stomacho esse subiectã, & cibi & potiõis sit receptaculũ, † pulmones ãt & cor extrinsecus spm̃ adducant, multa in aluo mirabiliter effecta, q̃ constarent ex neruis, & ꝙ sit multiplex & tortuosa, arceatq; & ꝯtineat siue illud aridũ sit, siue humidũ qđ receperit, & cætera huiusmodi vsq; ad illud quemadmodũ reliquiæ cibi depellantur, tũ astringentib. se intestinis, tum relaxantib. Cũ ergo posset ẽt i bestijs ista describere, curinde ad hominẽ transitũ fecit, nisi quia ista pudenda nõ sunt. sicut nec in bestiis illa de sexuũ genitalib. atq; naturis: q̃ tñ in homine pudenda sunt? Ea cã utiq;, qua primitus post peccatũ foliis ficulneis adoperta sunt. Nam cũ in descriptione humani corporis vsq; ad illa extrema venisset, qua cibi reliquiæ depellunt, Quemadmodũ, inquit fiat, haud sane difficile dictu est, sed tñ prætereundum, ne quid habeat iniucunditatis orõ. Non dixit confusionis, vel ne quid pudendũ habeat orõ, sed ne quid iniucunditatis. Alia sunt. n. quæ horrorem ingerunt sensib. vel deformia sunt: alia q̃ pudorẽ mentib. ẽt si formosa sint, qa illa offendunt delectationẽ: commouent aũt ista libidinem, vel libidine commouentur. Quid igitur te adiuuant hæc? Quia ipse, inqs opifex nr̃ nullum suæ artis crimen agnouit, vt uitalia nostra, tã diligenter occuleret. Absit plane vt artis suæ tantus artifex vllũ agnouerit crimẽ. Sed cur ista texerit, iã paulo superius ipse dixit, ne. s. vel intereant, vel horreant publicata. Illa uero, quę foliis ficulneis texerunt coniuges primi, nec interibant vtique nec horrebant, qñ nudi erant & non cõfundebantur. Et nunc pudicitiæ cautio potius ne libeat, q̃ ne horreat illa species, eorundẽ mẽbrorũ deuitat aspectũ. Frustra igitur testimonio Stoicorũ iuuãdã putasti tuam esse susceptam, nõ sanè illis amicã, q nullá particulã boni humani in corporis voluptate posuerũt. Deniq; elegerunt in pecorib. potius q̃ in hominib. qđ tu facis, laudare libidines. Eorum quippe opinioni cõueniẽter ait quodã loco Tullius, se nõ putare idẽ esse arietis & Publij Aphricani bonũ. Qua magis sentẽtia te oportuit admoneri, qd de humana libidine sentire deberes. Sed si talib. literis vt aliquid agamus placet, qa & in ipsis reperiuntur nonnulla vestigia veritatis, interim q̃ ipse posuisti nihil aduersus nos ualere puto, ꝙ iã debeas confiteri. Vide nũc utrũ ista, quæ dicam, non euertant assertionem tuã. In lib. tertio de Republica, idẽ Tullius hominẽ dicit non ut a matre, sed vt a nouerca natura æditum in uitam, corpore & nudo & fragili & infirmo: animo aũt anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tñ inesset tanq̃ obrutus quidam diuinus ignis ingenij & mentis. Quid ad hæc dicis? Non hoc autor iste male uiuẽtium moribus dixit effectum, sed naturã potius accusauit. Rẽ uidit, cãm nesciuit. Latebat. n. eum cur esset graue iugũ super filios Adã a die exitus de uentre matris eorũ, usq; in diẽ sepulturæ in matrem omniũ, quia sacris literis non eruditus, ignorabat originale pctm̃. Si aũt de libidine q̃ defendis bñ sentiret, non ei pronus in libidines animus displiceret. Sed si hæc tanquam minora bona defendis, in quæ nõ debet a supernis animus inclinari, non quia libido uitium est, sed qa infimum bonum, audi manifestiora quæ dicat in eodem ipso libro de Republica tertio cum ageret de causa imperandi, An non, inquit, cernimus optimo cuique dominatum ab ipsa natura cum summa utilitate infimorum datũ? Cur igitur deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini iracundięque & cæteris uitiosis eiusdem animi partibus? Iamne saltem docẽte isto has, quas bonas esse defendis uitiosas partes animi confiteris? Adhuc audi. Paulo post. n. Sed & imperandi & seruiendi, inquit, sunt dissimilitudines cognoscendæ, Nam ut animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini: sed corpori ut rex ciuib. suis, aut parens liberis: libidini aũt, ut seruis dñs, quo eam coercet & frangit. Sic regum, sic imperatorum, sic magistra

tuum,

tuũ,ſic patrũ,ſic populorũ imperia ciuib.ſociisq; pſunt, vt corporib.animus. Dñi autẽ ſeruos ita fatigant,vt optima pars animi.i.ſapiẽtia eiuſdẽ animi vitioſas imbecillaſque partes,ut libidines, vt iracundias, vt perturbationes cæteras.Habeſne adhuc qđ contra nos de ſecularũ literarũ authorib. garrias? Sed ſi contra Epos eloquiorũ diuinorũ pclariſſimos tractatores,ꝑ iſto quẽ a te deꝰ auertat errore q̃ſiturus es,quid dicas, quove mõ illorũ ſanctitati reſiſtas, qd tibi erit Tullius, vt non eũ in hac ſententia deſipuiſſe ac deliraſſe cõtendas?Tace ergo de illius generis libris,& noli nos inde aliquid cõtumelioſe docere conari, ne quorũ te inaniter ſubleuari credis,eorum teſtimonijs comprimaris.

K Quid aũt de motu fęminę,cuius& ipſam puduit,inaniter argumentandũ puraſti? Nõ vtique fęmina motũ viſibilẽ texit, ſed cũ in eiſdẽ mẽbris tale aliquid ſentiret occultius, quale vir ſenſerat, ambo texerunt, qđ alterutrũ videndo in alterutrũ cõmoti ambo ſenſerunt,& vnuſquiſq; ſibi, vel alter alteri erubuerunt.Sed loquẽs vana, petis vt ignoſcãt verecundiæ aures, & cõgemiſcant potius,q̃ indignent neceſſitati tuę.Quare confunderis de dei operib. diſputare? Quare petis vt ignoſcatur tibi?Nonne abs te veniæ poſtulatio,ẽt eſt ipſa libidinis accuſatio?Sed ſi poterat,inqs,virile mẽbrũ & antea moueri,nihil ergo nouitatis inuenit delictũ.Poterat plane ẽt antea moueri,ſed erat indecens vt puderet,qñ id mouebat voluntatis imperiũ, non caro concupiſcẽs aduerſus ſpm̃, In hoc eñ extitit nouitas pudẽda, q̃ defendit impudenter nouitas veſtra.Nunq̃ vero ego motũ genitaliũ reprehẽdi generaliter,qđ tu dicis dedicatiue,ſed illũ motũ reprehendi quẽ facit concupiſcẽtia,qua caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃,q̃ velut bonũ cũ defendat error tuus, neſcio queadmodũ aduerſus illã velut aduerſus malũ,cõcupiſcat ſpũs tuus.Si in fructu

L ligni illius,inquis,hæc fuit libido, a deo facta eſſe monſtrat,& ꝑ hoc bona quoq; ipſa defendit.Sed rñdetur tibi,Non in fructu ligni fuit libido,& iõ bonũ erat lignũ:ſed mala eſt inobedientia libidinis, q̃ aduerſus hominis inobedientiã q̃ in ligno admiſit, deo deſerẽte ſurrexit, Abſit eñ vt deus de ligno bono cuicunq; ætati illorum hominũ, quocunq; tpe beneficiũ tale conferret, vt haberent in mẽbris aduerſariũ contra quẽ pudicitia dimicare.Nouimus aũt Ioannẽ Apoſt.nõ mũdũ iſtũ.i.cœlum & terram & omnia q̃ in eo ſubſtantialiter ſunt, q mundus factus eſt a patre ꝑ filiũ, reprehendiſſe,cũ diceret, Oĩa q̃ in mundo ſunt, concupiſcentia carnis eſt, & cõcupiſcẽtia oculorũ,& ambitio ſeculi,q̃ non eſt a patre,ſed ex mundo eſt. Nouimus hæc,nolo nos doceas. Sed q̃ concupiſcentiã carnis dixerit a patre non eſſe, tu volens exponere,luxuriã intelligendã eſſe dixiſti. Sed cũ abs te q̃ro,cui cõſentiatur, vt ſit luxuries, vel cui repugnetur vt non ſit, tua tibi ſuſcepta occurrit in faciẽ; vtrum adhuc laudando tu videris,cui conſentire luxuria eſt, cui repugnare continẽtia.Vbi miror ſi deliberas, vtrũ eam magis debeas cũ luxuria vituperare,q̃ ſit ꝑ eius aſſenſum, an eam laudare cũ continentia,q̃ illi ingerit bellũ.In quo bello pudicitia eſt victoria cõtinentiæ, & luxuria victoria concupiſcentia.Tu aũt iudex incorruptus atq; integer,cũ laudes continentiam, vituperesque luxuriã:ſic tamen accipis perſonam concupiſcentiæ,quam tu videris cur offendere timeas, vt eam non erubeſcas cũ ſua laudare aduerſaria, nec audeas cum ſua vituperare victoria. Sed abſit vt quilibet homo dei ſic te audiat vituperatorem luxuriæ, vt approbet concupiſcentiæ laudatorem: & ex tuo ſermone arbitretur bonum, quod in ſeipſo experitur malum. Denique qui concupiſcentiam quam praue laudas,confligẽdo vicerit, luxuriam quam recte vituperas non habebit. Quomodo autem Ioanni Apoſtolo obtemperamus, ſi concupiſcentiam carnis diligimus? Reſpondebis, non eſt ipſa quam laudo, Et quæ illa eſt quam Ioannes dicit a patre non eſſe? Luxuria inquies. Sed luxurioſi non erimus, niſi iſtam quam laudas concupiſcentiam diligamus, Ac per hoc,nolite diligere carnis concupiſcentiam cum dicebat, luxurioſos nos eſſe nolebat. Ab hac igitur abs te laudata carnis concupiſcentia diligenda prohibemur, quando a luxuria prohibemur. Hæc autem quam diligere prohibemur,non eſt a patre. Duo enim bona quæ a patre ſunt,inter ſe pugnare non poſſunt,Pugnant autem inter ſe continentia & cõcupiſcẽtia.Quid horum a patre magis velis

1. Ioã. 2.

M

Luxur.

A

velis esse rñde. Video quas patiaris angustias faues quidē cōcupiscentiæ, sed erubescis cōtinentiæ. Vincat pudor tuus, eoq; vincatur error tuus. Cū igit̄ a patre sit continētia qua debellatur carnis cōcupiscentia, sume a pr̄e continentiā, cui recta frōte erubuisti, & vince cōcupiscentiam, q̄ peruerso ore laudasti.

Cap. 14. Quinēt putasti, omniū sensuū voluptatē in auxiliū cōuocandā, tanq̄ voluptas genitalis, nec tantō patrono sibi sola sufficeret, nisi sociarū cuneus subueniret, Consequens. n. existimas, vt sensum videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi, atq; tāgendi, nō a deo sed a diabolo nobis fateamur esse collatū si concesserimus eā cōcupiscentiā carnis, cui per continentiā repugnamus, non fuisse in paradiso **B** ante pc̄tm̄, & ex illo accidisse pc̄tō, quod primū primo homini diabolus ꝑsuasit. Sic ignoras vel ignorare te fingis ꝑ quēlibet corporis sensum aliud esse sentiendi viuacitatem, vel vtilitatē, vel necessitatē, aliud sentiēdi libidinē. viuacitas sentiendi qua magis alius, alius minus in ipsis corporalib. rebus pro earū modo atq; natura qd̄ verū est percipit, atque id a falso magis minusve discernit. Vtilitas sentiendi est ꝑ q̄ corpori vitæq; quā gerimus, ad aliquid approbandū, vel improbandū, sumendum, vel reijciēdū appetendū, vitandumve consulimus, Necessitas sentiendi est, qn̄ sensibus nostris ēt q̄ nolumus ingerūtur. Libido aūt sentiendi est, de qua nunc agimus, q̄ nos ad sentiendū, siue consentientes mente, siue repugnantes, appetitu carnalis voluptatis impellit. Hæc est cōtraria delectationi sapientiæ, hæc virtutibus inimica. Hoc malo q̄tum attinet ad eius partē, qua sibi sexus vterq; miscet, bene vtuntur nuptiæ, cū coniuges procreant filios ꝑ illam, nihilque faciunt ꝑꝑ illam. Hanc si voluisses, vel valuisses a sentiēdi viuacitate, vtilitate discernere, videres q̄ superfluo tā multa dixisses: Non. n. ait dn̄s, Qui viderit mulierem, sed q̄ viderit ad concupiscendū, iam mœchatus ē eā in corde suo. Ecce sensum videndi a libidine sentiendi, si peruicax non sis, breuiter aperteq; discreuit. Illud deus cōdidit, instruē**C**do corpus humanū, illud diabolus seminauit persuadendo pc̄tm̄. Laudent ergo cęlum & terrā & omnia q̄ in eis sunt, homines pij, & ex his omnib. deum consideratione pulchritudinis, non ardore libidinis. Sicut auri decus aliter laudat religiosus, aliter auarus, Iste cū pietate venerandi creatorē, ille cum libidine possidendi creaturā. Mouetur certe animus ad pietatis affectū, diuino cantico, audito tn̄ ēt illic si sonū non sensum libido audiendi desideret, improbatur quanto magis si cantiunculis inanibus vel ēt turpib. delectatur. Cæteri tres sensus corpulentiores, & quodā modo grossiores sunt, nec se foras proijciūt, sed interius quod ad eos ꝑtinet agunt. Odor ab olfaciente discernitur, sapor a gustāte, tactus a tangente plurima, Non. n. hoc est calidū & frigidū, quod leue & asperum, aut ista hoc sunt qd̄ molle ac durū, & ab his omnibus distat, quod dr̄ leue seu graue. In his omnibus qn̄ molesta vitantur, vt putores, amaritudines, æstus, frigora, & quæq; aspera & dura & grauia, commoditatis prouisio, non libido est voluptatis. Ea vero quæ his contra-**D**ria commode sumimus, si nihil eorum interest ad salutem, vel ad declinandam doloris laborisve molestiam, etiam si cum aliqua sumuntur delectatione cum ꝑsto sunt, tn̄ cum absunt nulla sunt desideranda libidine. Si autem desiderantur non est bonum. In quibuslibet enim rebus talis domandus & sanādus est appetitus. Quis enim quantuscunque sit carnalis concupiscentiæ castigator, si locum thymiamate intrauerit odoratum, possit efficere vt ei non suauiter oleat, nisi nares claudat, aut intentione vehementi alienet a corporis sensibus? Sed nunquid cum inde fuerit egressus, id domui suæ vel quacunq; pergit desiderabit? Aut si desiderauerit, satiare debet istam libidinem, non frenare, & contra concupiscentem carnem spiritu concupiscere, donec ad illam redeat sanitatem, qua nihil tale desideret. Minimum hoc quidem, sed qui minima spernit, sicut scriptum est, paulatim decidit. Alimentorum sustentaculis indigemus, Si suauia non sint quæ ore sumuntur, nec sumi possunt, & nauseando sæpe respuuntur, & perniciosa sunt cauenda fastidia. Non solum ergo cibo, sed etiam cibi sapore indiget infirmitas corporis nostri, nō ꝑꝑ exaturandam libidinem, sed ꝑꝑ tuēdam salutem. Cum ergo natura quodammodo poscit supplementa quæ desunt, non vocatur libido, sed fames aut sitis. Cum ue-**E**ro sup-

Marginalia: *Quid sit viuacitas, vtilitas, necessitas & libido sentiendi.* — *Matt. 5.* — *Differentia olfactus, gustus, tactus.* — *Eccl.*

ro suppleta necessitate, amor edendi animũ solicitat, iã libido est, iã malũ est, cui cedendũ non est, sed resistendũ, Hæc duo. i. famẽ, & edendi amorẽ ẽt poeta discreuit, qui post maris iactationẽ, socijs Aeneæ naufragis & peregrinis satis esse iudicans tm̃ sumere alimentorũ, q̃tũ refectionis indigentia postula-8. ret, ait, Postq̃ exempta fames epulis mensæque remotæ. Cũ vero Aeneas ipse ab Euãdro rege susceptus est hospes, decentius arbitratus ampliores exhiberi epulas regias, q̃ necessitas posceret, non satis fuit vt diceret, Postq̃ exẽpta fames: sed addidit, & amor compressus edẽdi. Quanto magis nos discernere ac nosse debemus, quid necessitas refectionis, q̃d libido edacitatis exposcat, quorũ nego-F ciũ est contra concupiscentẽ carnẽ spũ cõcupiscere, & cõdelectari legi dei ẽm interiorẽ hominẽ, eiusq; delectationis serenitatẽ nullis libidinosis delectationib. nubilare. Nã iste amor edẽdi, nõ edendo, sed continẽdo est cõprimendus. Quis aũt mente sobrius nõ mallet si fieri posset sine vlla mordaci voluptate carnali, vel arida sumere alimenta, vel humida, sicut sumimus hæc aeria, q̃ de circunfusis auris respirando & spirãdo sorbemus & fundimus? Qđ alimẽtũ, cũ ore ac narib. sine cessatione sumamus nec sapit nec olet quicq̃: nec tñ sine illo vel tantillo spatio tẽporis, sicut tã prolixe sine cibo & potu possumus viuere, nec eius indigẽtia sentit̃, nisi molestia, si ora, naresq; claudant̃, vel nutu voluntatis quantũ sinit ipsa molestia, paulisper pulmonũ inhibeamus officiũ, quib. velut follib. alternãte motu vitales flatus haurimus, & reddimus. Quanto esset fœlicius, si spatiosis q̃dem interuallis, sicut ẽt nunc, vel quantũcũque spatiosioribus sine vlla saporis illecebrosa suauitate cibum perciperemus & potum, G quo tãtã molestiã, vel perniciẽ pelleremus. Nã si in p̃senti vita tẽperanter alimenta sumentes, continentes vocantur & sobrij, meritoq; laude hñr: nec desunt huiusmodi q̃ q̃tum natura petat, aut minus refectionis assumant, malentes si mõ necessitatis congruo falluntur, minus id sumpsisse q̃ amplius, quãto magis in illa dignitate honestũ modũ fuisse credendum & sumendorũ alimentorum, quo & animali corpori necessaria p̃berent̃, & modus naturalis nullatenus excederet̃, sicut in paradiso primos homines vixisse credendum est? Quanuis nonnulli, neq; hi cõtẽptibiles diuini eloquij tractatores, nullo huiuscemodi victu eos indiguisse potius opinẽtur, vt ea sola ĩ paradiso voluptas, vel alimonia existimet̃ fuisse, qua delectãtur & alũtur corda sapiẽtiũ. Sed ego cũ eis sentio, q̃ sicut illud qđ dictũ est, Masculũ & fœminam fecit eos, & benedixit illos deus dicens, Crescite & multiplicamini, & replete terrã: ẽm sexum corporalem atq; conspicuũ intelligũt dictum, ita ẽt quod paulopost sequitur, & dixit deus, Ecce dedi vobis oẽ fęnum satiuũ seminans semen, quod est super oẽm terrã, & oẽ lignũ qđ habet in se fructum seminis satiui, vobis erit in escã, & omnib. bestiis terrę H & omnib. volatilib. cœli, & omni serpẽti reptanti sup terrã, quod habet in se animã vitæ: & oẽ fœnũ viride in escam, non aliter accipiunt, nisi q̃a ille vterq; sexus his alimẽtis quib. & animalia cætera corporaliter vtebatur, & habebat ex hoc victu sustentaculum congruũ, licet mõ quodã immortali, tñ animali corpori necessariũ, ne indigentia læderetur: de ligno aũt vitæ, ne senectute perduceretur ad mortem. Sed nulla ratione crediderim in illn tantæ fęlicitatis loco, aut carnẽ concupiuisse aduersus spũm, & spũm aduersus carnẽ, atq; in ista cõflictatione sine interna pace vexisse, aut spũm desideriis non repugnasse carnalib. sed quicquid vndecunq; libido suggesserat, turpi seruitio p̃egisse. Remanet igitur, vt aut nulla ibi fuerit carnalis concupiscentia, sed ille fuerit viuendi modus, vt omnia necessaria congruis membrorũ officijs sine ullius motu libidinis implerentur. Non. n. quia terra nõ libidine, sed uoluntate motis agricolarũ manib. seminatur, ideo suos pariẽdos nõ concipit fœtus: aut ne nimium uideamur offendere homines, q̃ uoluptatẽ corporis quomodocunq; defendunt, ita ibi credatur carnalium sensuũ fuisse libidinem, ut omnimodo rationali subdita uoluntati, non alias adesset, nisi cum per illã uel saluti esset corporis, uel stirpis propagini consulendum, & tanta adesset, ut nulla I ex parte mentem de supernarum cogitationum delectatione deponeret, null' superuacuus siue importunus motus esset ex illa, nihil nisi qđ p̃desset fieret p illam, nihil oĩno

Qualis primorũ hominũ fuerit alimonia in paradiso.

Gene. 1.

fieret

fieret pp illã. Nunc vero q̃ se aliter habeat, q dimicant aduersus eã, hi maxime sentiunt. Ingerit se videntib. vel audientib. aliquid, q̃uis pp aliud videant & audiant, vt ẽt si tangendi non inde pcipit voluptatem, saltẽ voluptariam cogitationẽ inter necessaria, q̃ ad eam non ptinent, motu obrepente furetur. In ipsis porro cogitationibus, ẽt qñ nihil ille crebrosum adiacet oculis, aut insonat aurib. q̃ non conatur ẽt obsoleta atq; sopita, recordationib. inquietis cũ turpi delectatione refricare, & castis sanctisq; intentionib. tumultu quodã sordidæ interpellationis obstrepere? Iã vero cũ ad vsum ventũ fuerit necessariæ voluptatis, p q̃ reficimus corpus, quis explicet, quẽadmodũ nos modũ necessitatis sentire non sinat, & ipsum limitẽ pcurandæ salutis, si qua assunt delectabilia, rapiendo abscondat & transeat, putantib. nobis satis non esse quod satis est, dũ libenter eius prouocationibus ducimur, existimantes nos adhuc agere negociũ valetudinis, cũ agamus potius crudelitatis? Quid. n. mali fecerimus crapula pęnitendo testat̃, qđ metuentes plerunque minus, q̃ eximendæ fami sufficit, vescimur, Ita nescit cupiditas, vbi finiatur necessitas. Et hæc quidem vescendi atq; potandi tolerabilis est voluptas, quanta possumus intentione vigilantibus nobis, vt facilius non impleat, q̃ modũ aliqñ victus sufficientis excedat, Cõtra cuius concupiscentiam, & ieiunando & parcius alimenta sumẽdo pugnamus, Eoque malo bene tunc vtimur, qñ p illã non nisi qđ saluti conducibile est, agimus. Iõ autem hanc voluptatẽ dixit tolerabilẽ, quia vis eius tanta non est vt nos a cogitationibus ad sapientiam pertinentib. si in eis sumus mentis delectatione suspensi, abrũpat & deijciat, Nã sæpe de magnis rebus inter epulas non solũ cogitamus, verumẽt disputamus, atq; inter ipsos ciborum morsus & potionum gluctus nihil remissius audiendo, dicẽdoq; colloquimur, & qđ nosse, vel recolere volumus, intẽtissime omnino si nobis legatur accipimus. Illa vero p qua mecũ tantis contentionibus litigas, ẽt qñ ad eã bona intentione, hoc est, cã propagandę plis acceditur: tñ in ipso opere suo, quẽ permittit aliquid non dico sapiẽtiæ, sed cuiuslibet rei aliud cogitare? Nonne illi totus animus, & corpus impenditur, &

Vis libidinis.

ipsius mẽtis quadã submersione illud extremũ eius implet? Cũ vero vincit etiam cõiugatos vt non ppagationis, sed in delectationis carnalis cupiditate misceant̃, qđ Apost. ſm veniã, non ſm imperiũ se dixisse testat̃, ita hinc emergit, & quasi in aurã cogitationis post illũ gurgitem respiratur, vt fiat consequens, qđ verum ait quidã, & pęnitendi q̃ est cũ voluptate vicinitas. Quis ergo amator spiritalis boni, ẽt sola cã sobolis coniugatus non mallet, vel sine ista si possit, vel sine tam magna vi eius filios pcreare? Qđ ergo mallent sancti cõiuges in hac vita, puto nos hoc debere de illa paradisi vita, q̃ multo melior erat, credere, si nihil melius inde possumus cogitare. Obsecro te, non sit honestior philosophia gentiũ, quã nostra Christiana, q̃ una ẽ vera philosophia, qñqdẽ studiũ vel amor sapientiæ significatur hoc nomine. Vide. n. qđ in Hortensio dialogo dicat Tullius, quæ te magis verba te delectari debuerunt, quã Balbi Stoicorũ partes agentis, Quæ licet vera, tñ de parte hominis inferiore, hoc est, de corpore fuerunt, & te nihil adiuuare potuerũt. Vide quid iste pro viuacitate mentis contra voluptatem corporis dicat, An vero inquit, voluptates corporis expetẽdæ, quæ vere & grauiter a Platone dictæ sunt illecebræ esse atq; escæ malorum? Quæ. n. confectio est, inquit, valetudinis, quæ deformatio coloris, & corporis, quod turpe dãnum, qđ dedecus, quod non euocetur atq; eliciatur voluptate? Cuius motus ut quisque est maximus, ita est inimicissimus philosophię. Congruere enim cum cogitatione magna uoluptas corporis non potest. Quis enim cum vtatur voluptate ea, qua nulla possit maior esse, attendere animo inire rationem, cogitare omnino quicquam potest? Quis autem tantus est gurges, q̃ dies & noctes sine vlla minimi tpis intermissione velit ita moueri suos sensus, vt mouẽtur in summis voluptatibus? Quis autem bona mente præditus, non mallet nullas omnino nobis a natura voluptates datas? Hæc ille dixit, qui nihil de primorum hominũ vita, nihil de paradisi fœlicitate, nihil de corporum resurrectione crediderat. Erubescamus interim veris disputationib. impiorũ qui didicimus in vera veræ pietatis sanctaq; philosophia, & contra spm̃ carnẽ, & contra carnem concupi-

concupi-

concupiſcere ſpm̄. Sed hoc vnde acciderit, Cicero neſciebat:& tn̄ carnis cōcupiſcentiæ non fauebat,qđ tu facis,imo vehemēter vrgebat,qđ tu non ſolū nō facis,ſed facientib. vehementer iraſceris qui concupiſcētias & ſpūs & carnis inter ſe belligerantes tanq̄ in bello timidus ambas laudare conaris, uelut inimicā metuens habere,q̄ potuerit alteram vincere. Quin age potius neformides,& lauda concupiſcētiā carnis,tāto acrius, quanto caſtius dimicātem. Illā vero repugnantē legi mētis,ſine pauore vllo eadē cui repugnat lege mētis condēna. Aliud eſt conſideratio

B pulchritudinis ēt corporalis,ſiue viſibilis,ſicut eſt in colorib.& figuris: ſiue audibilis,ſicut eſt in cantib.atq; modulis,quā conſiderationē, niſi rōnale animal habere nō pōt, & aliud cōmotio libidinis,q̄ rōne frenanda eſt.

[...].1.2 Ioannes.n.Apoſt.illā concupiſcentiā nō eſſe dixit a patre,q̄ concupiſcit aduerſus ſpm̄. Quā nemo pōt bonā dicere, niſi cui[9] aduerſus eā non amat concupiſcere ſpūs. Quod ſi talis non eſt in motu & in ardore genitaliū, non aduerſus eā concupiſcit ſpūs, ne aduerſus donū dei concupiſcendo inueniatur ingratus,ſed quicquid appetiuerit det̄, tanquā illi q̄ ex patre eſt. Si aūt non eſt qđ det̄, hoc potius petatur a patre,non vt auferat,uel cōprimat,ſed vt expleat cōcupiſcentiā q̄ donauit. Quod ſapere,deſipere eſt. Vt quid eā cōparamus vino & cibo,& aliquid nobis dicere uidemur,quia dicimus,nec uinum ebrietas,nec cibū condēnet crapula,nec concupiſcentiā infamet obſcœnitas, qn̄ nec ebrietas,nec crapula,nec obſcœnitas ulla cōmittitur,ſi carnis concupiſcentia ſpū aduerſus eā concupiſcente uincatur? Exceſſus,inq̄s,eius in culpa eſt. Nec pſpicis,quod facillime po-

C tuiſſes,ſi magis ipſam,q̄ me uincere uoluiſſes,ut non fiat malū excedendi,reſiſtendum eſſe malo cōcupiſcēdi. Duo ergo mala ſunt, quorū unum habemus, alterum facimus, ſi ei non reſiſtimus quod habemus. Iō in pecoribus malum non eſt concupiſcentia, quia non aduerſus ſpūm concupiſcit,ſed eorū potius oblectat ſpūm. Concupiſcentia.n. ſapiētiæ carentia,carnali concupiſcentiæ reſultāt & a bono uitæ rōnalis aliena, hoc bonū habent quo delectantur. Iam uero & antea diximus, pp hoc non eſſe in pecorib. malum, quia in eis non concupiſcit aduerſus ſpūm. Nō.n.habent rationem,qua libidines ſubiugent ſuperando fatigent ue pugnando. Quis aūt tibi dicit ſemp pecorū imitatione peccari? Quā ſnīam non tibi obiectā tāta loquacitate refellere laboraſti, ut ſuperflua multa colligeres,q̄ in pecorib. animaduerſa,ēt medicinæ diſciplina ſectatur. Sed ne ppea putaretur;non eſſe malū cōcupiſcentia carnis, quia bonum eſt in pecore ut eo ſe oblectet illa natura,cui non pōt ineſſe concupiſcentia ſapientiæ, iō dictum eſt bonū eſſe pecoris, cuius ſine ulla repugnantia delectat ſpm̄ malū aūt hominis, quo cōcupiſcit aduerſus ſpūm. Conuocaſti ēt in auxilium turbā phi- *Cap. 15.* loſophorum,quaſi ſuſceptæ tuæ ſi non poſſint pecorū ſolertiæ naturales, ſaltem doctorū hominū opitulent̄ errores, ſed quis non

D uideat doctrinæ te quæſiſſe iactātiam,in cōmemorandis nominibus doctorum hominū ſectiſq; diuerſis, qn̄ perſpicit quicunq; iſta tua legit,ad qōnem q̄ inter nos uertitur,hęc nullatenus pertinere? Quis.n.audiat qđ abs te commemoratur Thales Mileſius unus e ſeptē ſapientib. deinde Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Xenophanes, Parmeni. Leucip. Democrit[9], Empedocles, Heraclit[9], Meliſſus, Plato, Pithagorei, unuſquiſq; cū pprio dogmate ſuo de naturalib. rebus? Quis, inquam, hæc audiat,& non ipſo nominū ſectarumque conglobatarum ſtrepitu terreat̄, ſi eſt ineruditus, qualis eſt hominum multitudo, & exiſtimet te aliquem magnum, qui hæc ſcire potueris? Ecce quod appetis, quandoquidem in his omnibus abs te coaceruatim commemoratis, quod ad rem inter nos agitur pertineat, nihil omnino dixiſti. Nam prælocutus es iſta dicturus, & aiſti, Omnes philoſophi in ſcholis licet aliud diſſerētes, tamen idola cum plebe uenerantes, qui de naturalibus cauſis aliquid excogitare conati ſunt,inter multas opinionis ſuæ uanitates

Iuliani verba.

E aliquas tamen ueritates,uelut iam fere pares per caliginem uani, huic tamen dogmati cōtra quod agimus iure anteferri poſſunt. Atque ut hoc probares,ſubdidiſti ea,quæ a me quoquo modo commemorata ſunt, philoſophorum nomina phyſicorum cum opinionibus ſuis,quas de naturalibus cauſis habuerunt,nec tn̄ commemorare omnes ſiue no-

lusisti, siue potuisti. Qua in re homines imperitos nullo doctorũ dubitante fraudasti. Hoc e.n. demonstrare susceperas, oẽs philosophos de naturalib. causis aliq̃d excogitare conati sunt, iure posse huic dogmati cõtra qđ ageres anteferri. Cur ergo, vt de alijs plurimis taceã, cũ cõmemorasses Anaximenẽ eiusq; discipulũ Anaxagorã, tacuisti alterũ eius discipulũ Diogenẽ, qui & a magistro & condiscipulo suo in rerũ naturæ opinione dissensit, ꝓpriumq; dogma constituit? Quid si tale aliquid ipse sensit, vt nobis nõ esset anteponendus, quib. oẽs qui de rerũ natura philosophati sunt, anteponẽdus esse dixisti? Atq; vt hoc quasi ostẽderes, te in cõmemorandis frustra

F nominibus & dogmatib. philosophorũ insipienter inflasti. Ecce p̃teristi vnũ quem vel ex magistro, vel ex condiscipulo quos nominasti iuxta attẽdere debuisti, An forte timuisti ne Diogenes Cynicus putaretur, aut ille ẽt legentibus ꝑꝑ idem nomen occurreret, & veniret in mentem, ꝙ melior te patronus libidinis fuerit, de qua exercenda non verecũdabatur in publico? Vnde illa secta caninũ nomen accepit. Tu aũt defensorem quidẽ libidinis profiteris, sed de tua suscepta quod fidem libertatẽque patroni nõ decuerat, erubescis. Verũ obsecro te, si philosophos nobis anteponere gestiebas, cur non potius eos cõmemorasti, q̃ de moribus quę pars ab eis philosophiæ vocatᷣ ethica, q̃ nos moralẽ dicimꝰ solertissime disputarunt? Hoc. n. tibi potissimũ cõgruebat, qui honestate quidẽ mẽtis inferius, tñ bonum hominis esse cẽses corporis voluptatẽ. Sed q̃s nõ quid ꝓspexeris cernat? Ne. s. in ipsa de voluptate q̃õne vnde tecũ agimus, honestiores philosophi te obruerent, quos Cicero ꝑꝑ ipsam honestatẽ tan-

G quam consulares philosophos nuncupauit, & ipsi Stoici maxime inimicissimi voluptatis, quorũ testimoniũ ex persona Balbi apud Ciceronẽ disputantis, verum quidẽ, sed qđ tibi prorsus nihil prodesset, interponendum putasti. Qđ aũt nullum hominis bonum cẽseant corporis voluptatẽ cupiẽs abscõdere, nulla de q̃õne morali nomina & dogmata philosophorũ, qđ maxime ad rẽ pertinebat, si aliquid de philosophis probandũ fuit, cõmemorare voluisti. Non. n. te aduersus istos defenderet, nõ dico Epicurus, qui totũ bonũ hominis in voluptate corporis posuit, q̃a nõ qđ ille tu sentis, sed Dinomacus, huius q̃ppe dogma tibi placuit. Nam ipse coniungẽdã voluptatẽ arbitratus est honestati, ut quẽ-

H admodũ honestas, ita voluptas ꝑ seipsã appetenda videretur. Hanc ergo partẽ ubi de moribus disputatur, cũ tibi infensam cerneres attingere timuisti. Nã ubi maxime cõtrouersia ista versatur, quãti & quales, & cuiꝰ apud gentes gloriæ philosophi tibi p̃ferantur, vides: maximeq; ipse Plato, quẽ Cicero appellare nõ dubitat, pene philosophorũ deũ, cuius nec tu nomen p̃terire potuisti, cũ de naturalib. non de moralib. philosophorũ nobis dogmata inferres siue p̃ferres, qui corporis uoluptates vere, & grauiter dixisse ꝑhibetur illecebras atq; escas malorũ. Nũquid aũt q̃d de hominis conditione senserint quos nominasti philosophi, q̃a & hoc ad naturalẽ pertinet q̃õnem, qđ qualitercũq; cã poscebat, cõmemorandũ putasti? Non utiq; fecisti, & recte. Quid. n. illi didicerãt, uel q̃d locuti fuerant de primo homine Adam & eius coniuge, de prima eorũ p̃uaricatione, de serpentis astutia, de nuditate corporis ante pc̃tm̃ sine confusione, & cum confusione cõtinuo post pc̃tm̃? Quid deniq; tale audierunt, quale illud est qđ ait Apost. Per unum hominẽ peccatum intrauit in mundũ, & per pc̃tm̃ mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt? Harum literarum illi atque huius ueritatis expertes, quid de hac re sapere potuerunt? Verum si de hominis conditione dogmata hominum a sacris literis nostris abhorrentium nihil iudicasti esse po-

I nendum, & rectissime iudicasti: quanto minus te, quæ posuisti adiuuare potuerũt, quid de principiis mũdi huius uisibilis senserint unde inter nos nulla quæstio uertitur? Sed mens tua potius tanq̃ magnum aliquid de philosophorum libris didiceris, iactantiæ uanitate subuertitur. Videntur autem non frustra Christianæ fidei propinquasse, qui uitã istam fallaciæ miseriæq̃ne plenissimam non opinati sunt, nisi diuino iudicio cõtigisse, tribuẽtes utique iustitiam conditori, a quo factus est & administratur hic mundus. Quanto ergo te melius ueritatiq; uiciniꝰ de hominũ generatione senserũt, quos Cicero in extremis partibus Hortensij dialogi uelut ipsa rerum

Rom. 5.

rerum euidentia ductus compulſusq; cõme
morat? Nã cũ multa quæ videmus & gemi-
mus, de hominũ vanitate atq; infœlicitate
dixiſſet, ex quib. humanæ, inquit, vitæ errori
[K] bus & erumnis fit, vt interdũ veteres illi, ſi-
ue vates, ſiue in ſacris initijs tradendis di-
uinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua
ſcelera ſuſpecta in vita ſuperiore, pœnarum
luendarum cã natos eſſe dixerunt, aliq̃d vi-
diſſe videant, verumq; ſit illud qđ eſt apud
Ariſtotelẽ, ſimili nos affectos eſſe ſupplicio,
atq; eos qui quõdã, quũ in p̃donũ Hetruſco
rum manus incidiſſent, crudelitate excogita
ta necabant, quorũ corpora viua cũ mortuis
aduerſa aduerſis accommodata, q̃ aptiſſime
colligabantur; ſic noſtros animos cũ corpo-
ribns cõputatos vt viuos cũ mortuis eſſe cõ
iunctos. Nõne qui iſta ſenſerunt q̃ tu melius
graue iugũ ſuper filios Adã & dei potentiã
iuſtitiãq; viderunt, ẽt ſi grãm, q̃ per mediato
rẽ liberandos hominib. conceſſa eſt, non vi-
derunt? Ecce ego inueni qđ tibi de illis gen-
tiliũ philoſophorũ literis poſſet iure p̃poni,
te inueſtigante, qui nihil tale de illis inueni-
re potuiſti, & vt me admoneres, qđ aduerſus
[Cap. 6.] te inenirẽ tacere noluiſti. Quid ꝙ de Apo-
ſtoli teſtimonio ꝓ te eſſe exiſtimas, qđ ẽ cõ
tra te, & mẽbra noſtra q̃ utiq; ante pctm̃ nu
da erant, nec confundebant eos quib. inerãt,
pudenda fuiſſe aſſeris, neſciens q̃d loquaris?
ego. n. debui adhibere teſtimoniũ, ꝙ ipſe ad
[1. Cor. 12] hibuiſti, vbi ait Apoſt. Multo magis q̃ vñr ĩfir
ma eẽ corporis nr̃i, hæc neceſſaria sũt, & cæ
tera q̃ pro nobis ipſe poſuiſti. Sed operæpre-
cium eſt conſiderare, qũo eo veneris vt hæc
[L] diceres. Iã igitur inquis tp̃s eſt, vt oſtendamꝰ
extra naturæ teſtimoniũ ẽt aliqua authorita-
te legis, ſic noſtra membra fuiſſe formata, vt
alia verecundia, alia libertate gauderent. Ad
quod confirmandũ, inquis, gentium citetur
[Ibid.] magiſter, qui ſcribens ad Corinthios ait, Cor
pus noſtrum non eſt vnum mẽbrũ, ſed mul
ta. Deinde cum Apoſtolica verba ſubtexe-
res, quib. ille mirifice explicauit vnitatem cõ
ſenſumq; membrorum. Et quia pauca inq̃s,
totius corporis membra nominauerat, atque
pro ſua honeſtate genitalia loca directe ap-
pellare nolebat, Nõne his verbis tuis te ipſe
redarguis? Honeſtas ergo erat non appellare
directe, qđ deus facere dignatus eſt recte. Et
quod creare non puduerat ipſum iudicẽ, pu
debat enunciare p̃conem. Qñ iſtud ita eſſet,
niſi q̃ ille fecerat honeſta condendo, nos fe-
ciſſemus inhoneſta peccando? Inde ſubiun-
gis de hac re Apoſtolicũ teſtimonium, quod
ita ſcriptum eſſe commemoras. Multo. n. ma
gis q̃ videntur infirma eſſe corporis noſtri,
hęc neceſſaria ſunt, & q̃ putamꝰ inhonorabi
lia eſſe membra corporis, his honorẽ abũdã
tiorem circundamus. Et quæ verecũda ſunt
noſtra, maiorẽ honeſtatẽ habent. Quæ ãt sũt
honeſta noſtra, nullo egent: ſed deus tempe-
rauit corpus, ei cui deerat, abundantiorẽ dã-
do honorẽ, vt non ſit ſciſſura in corpore, ſed
eadem ipſa pro ſe inuicem cogitent mẽbra.
Quibus dictis tanq̃ victor exclamas, En ve-
rum intellectorem operis dei, en fidelẽ ſapiẽ
tiæ eius prædicatorem, Verecũdiora, inquit, [M]
noſtra maiore honeſtate contegũtur. Ad hoc
certe vnum totã cãm tuam religãdam puta-
ſti, quod Apoſtolum dixiſſe legiſti, verecun-
diora noſtra. Si autem legiſſes inhoneſta no
ſtra, nullo modo vtiq; hoc teſtimonium po-
nere auderes. Nullo modo. n. deus & hoc q̃
eſt peius ante peccatũ aliquid faceret in mẽ-
bris humani corporis inhoneſtum. Diſce er
go quod neſcis quia diligenter quærere no-
luiſti. Inhoneſta dixit Apoſtolus, ſed nonnul
li interpretes, in quibus & iſte eſt quantum
arbitror quem legiſti, credo verecundati ve-
recundiora dixerunt, quæ illæ dixit inhone-
ſta: quod probatur ex verbis in ipſo codice
ſcriptis, vnde iſta verba Apoſtolica tranſtuli
ſti. Quod enim abs te poſitum eſt verecun-
diora, in gręco legitur ἀσχήμονα Quod autẽ
ſequitur, maiorem honeſtatem habent, ĩ græ
co eſt ἐυσχημοσύνην, quod integre interpreta
tum eſt, honeſtatem. Vnde apparet illa quæ
ἀσχήμονα dicta ſunt, inhoneſta Latine appel
lari: Poſtremo quod adiunctum eſt, quæ aũt
ſunt honeſta noſtra, græcus habet ἐυσχήμονα
Vnde manifeſtum eſt illa quę ἀσχήμονα di-
cta ſunt, inhoneſta eſſe. Quãuis & nulla grę-
corum conſideratione verborum eo ipſo de
buiſti admoneri; inhoneſta eſſe illa quæ abũ [A]
dantiorem honeſtatem habent velaminis,
qñ ea quæ hoc opus nõ habẽt, honeſta ſunt
dicta. Quid eſt. n. Quæ autem honeſta ſunt
noſtra, non opus habent, niſi illa inhoneſta
ſunt, quæ opus habent? Honeſtas ergo ad-

hibetur in honestis, cũ rõnalis naturæ sensu ipso verecũdante velant. Eorũ quippe honestas & honor est velamentũ, tanto abundantius, quanto magis inhonesta sunt. Qđ profecto nõ diceret Apost. si corpus tale describeret, quale habebãt homines qñ nudi erant & non confundebant. Vide igitur q̃ impudẽtes ideo dicas homines fuisse primitus nudos, qa ad solertiæ humanæ operã vt se iungerẽt pertinebat, q̃ nondũ in illis fuit. Vnde fit consequens, vt ante pctm̃ inertes, pctõ ãt factos credas esse solertes. Quam porro multis inaniter dictis quasi eleganter acuteq; cõcludis dicens, Non igit̃ quia peccauerãt, genitalia, vel diabolica, vel inhonesta fecerunt sed quia pauitabant, in ea qua primũ fuerant honestate permanentia mẽbra texerunt. Ad quod rñdeo, diabolica quidẽ membra nõ esse, quãtum ad eorum substantiã, figurã, qualitatemq; pertinet, q̃ condidit deus, sed si eadẽ mẽbra in qua prius fuerãt honestate mãserunt, cur ea dixit Apost. inhonesta? Bñ qđ ipse confessus es illa mẽbra fuisse prius honesta: nõ. n. aliud posses nisi blasphema opinione sentire. Quæ igitur deus honesta fecerat, dixit Apost. inhonesta. Cãm requiro. Si hoc non pctõ factum est vnde factum est? Quis honesta dei opera dehonestauit, vt ea inhonesta sanctus Apost. diceret? Vtrũ habitudo in qua est solertia creantis, an libido in qua ẽ pœna peccãtis? Nam ẽt nunc qđ deus ibi facit, honestũ est, quod origo contrahit, inhonestũ. Et tñ ne sint scissuræ in corpore, cõtributũ est diuinitus sensui naturali, vt pro inuicem solicita sint mẽbra, & quod dehonestauit concupiscentia, contegat verecundia. Sed dicis, Cur audita voce dei deambulantis in paradiso absconderunt se Adã & mulier eius, cũ perizomata sufficere potuissent, si de genitaliũ nuditate erubuissent? Quid est qđ dicis, non inueniendo qđ dicas, nec attẽdis, quod animo trepidante a facie dñi, abstrusiora latibula quæsierunt? Illa vero lũbis circũposita tegmina, motũ qui ibi sentiebatur erubescendo velarunt. Si cũ nudi essent non cõfundebantur, restat vt cõfusione se texerint. Confusionem inhonestatis esse, non dubiũ. Ideoq; ibi dictum est, Nudi erant & non cõfundebantur, vt appareat confusione factũ, quod postea pudenda texerunt. Hic aũt vbi se abscõderũt in medio ligni paradisi, rñdit Adã, Vocẽ tuã audiui deambulantis in paradiso, & timui quia nudus sum. Illud, manifesta confusio, istud occulta cõscientia, qua delinquente intrinsecus accidit manifesta confusio. Illud ergo fecit pudor, hoc timor. Illud erubescenda concupiscentia, hoc punienda conscientia, dementi. s. similis, qñ eũ qui cordis cernebat interna, corporis occultatione fugiebat. Quid est aũt quod ait, dñs, Quis nũciauit tibi qa nud^9 es, nisi qa de ligno de quo præceperã tibi ne manducares, manducasti? Quid est gustato cibo prohibito nuditas indicata nisi pctõ nudatũ, qđ gratia contegebat? Gratia qppe dei magna ibi erat, vbi terrenum & animale corpus bestialẽ libidinem non habebat. Qui ergo vestitus gratia nõ habebat in nudo corpore quod puderet, spoliatus sensit qđ operire deberet. Fugienda, inquis, opinio est q̃ putat vel in mẽbris hominũ, vel in sensibus membrorũ aliquid diabolũ cõdidisse. Quid nobis obiicis vanas exorbitationes tuas? Non aliquid diabolus qđ ad naturam hominis pertinet condidit, sed qđ deus bene condiderat, pcti persuasione uiolauit, ita vt illo vulnere qđ factum est p duorum hominum liberum arbitrium, totũ genus claudicaret humanum. Ecce circunstat sensus tuos miseria generis humani. Homo es, humani nihil abs te alienũ puta, & in ijs q̃ non pateris, compatere patientib. quanuis & ipsa quãtalibet terrena fœlicitate præpolleas, nullum sine bello intestino diẽ ducis, si tñ quod profiteris implere conaris. Sed in iis quæ meminisse iam non potes, paruulos intuere, quod & quãta mala patiantur, in quibus vanitatib. cruciatibus, erroribus, terroribus crescant. Deinde iam grandes, etiã Deo seruientes tentat error vt decipiat, tentat labor, aut dolor, vt frangat, tentat libido, vt accendat, tentat mœror vt sternat: tentat typhus vt extollat. Et quis explicat omnia festinãter quibus grauatur iugum super filios Adam? Huius euidentia miseriæ gentium philosophos nihil de peccato primi hominis siue scientes, siue credentes compulit dicere, ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarum causa nos esse natos, & animos nostros corruptibilibus corporibus eo supplicio quo Hetrusci prædones captos

Margin notes: B; Genes. 3.; C; Gen. 2.; D; E

ptos affligere consueuerāt, tanq̄ viuos cum mortuis esse coniunctos. Apost. aūt amputat opinionem, qua credunt singulæ animæ pro meritis anteactæ uitæ diuersis corporibus inseri. Quid igit restat, nisi ut cā istorum malorū sit, aut iniq̄tas uel impotentia dei, aut pœna primi ueterisq; peccati? Sed quia nec iniustus, nec impotens est deus, restat qđ nō uis, sed cogeris confiteri, ꝙ graue iugū super filios Adam a die exitus de uentre matris eorum vsq; in diem sepulturæ, in matrem omnium non fuisset, nisi delicti originalis meritum præcessisset. *Eccl. 40.*

F

Libri quarti finis.

D. AVRELI AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, contra Iulianum, Liber Quintus.

Cap. I.

ORdo ipse postulat, qm̄ primo secundoq; rn̄dimus, q̄d liber tu⁹ tertius cōtineat: deinde uideamus & rn̄deamus pestilentiosis laborib. tuis, quantū dn̄s opitulatur salubribus laborib. nostris, tenentes institutū modū, ut ea q̄ non hn̄t ad rem q̄ inter nos agit, pertinentē controuersiam, transeamus, ne q̄ hæc nr̄a nosse uoluerint, plus laboris & tp̄is in op̄e legendi q̄ in discendi utilitate cōsumant. Quid ergo opus est, ut aliq̄d aduersus ea dicā, q̄ in principio posuisti libri huius solita & uana, de inuidia q̄ uos sustinere pro ueritate iactatis, & de paucitate uelut prudentium q̄bus uos placere gaudetis? Hęc .n. & ueterū & nouorū omnium uox est hæreticorū, ipsa consuetudine iā sordidata, atque pertrita. Et tn̄ necessitate cōpellit talibus pānis indui tā magna etiam uestra superbia,

G

q̄ sic tendit & inflatur, ut eos deformius, dū gestit ostentare, dirūpat. Tuas calumniosissimas contumelias, non est necesse sæpius refutare, quibus me unū nominatim uideris appetere, in tot ac tanta catholica lumina, tacitis eorū nominib. uel insanus insilis, uel cœcus offendis. Vnde tibi duobus priorib. libris sic me rn̄disse arbitror, ut a nullo amplius requiratur. Exaggeras q̄ sit difficilis paucisque conueniens eruditis, sanctarum cognitio literarū, uidelicet, ut deus hominū sicut uniuersorum cōditor & iustus & uerax ac pius. i. donorū suorū in homines cumulator probetur, q̄a una est, ut fateris, optima cā studiorū bonorū, ut honoretur deus. Quem tn̄ sic honoras, vt paruulorū liberatorē neges per Xp̄m Iesum. i. saluatorē, qui eos baptismate sic ablui dicis vt non cōsequant salutē, tanquā medico nō indigeant Xp̄o, humanę originis venā sagaciter inspiciente, & eos sanos ꝓnunciante Iuliano. Quanto melius nihil

H

omnino didicisses, q̄ per istā velut sciētiam legis in qua te turgidus iactas, non sane duce dei lege, sed vestra potius vanitate, ad hāc impiam p̄sumptionem inimicā fidei xp̄ianę & tuæ animę ꝑuenisses. Sententia, inquis, vestra tam deformis & uana est, q̄ & deo iniq̄tatem, & diabolo cōditionē hominū, & peccato substantiam, & conscientiam sine scientia paruulis conatur ascribere. Breuiter rn̄deo, Sententia nostra nec deformis est, quia speciosum forma præ filijs hominum, saluatorē prædicat omnium atq; ēt paruulorum, nec vana est, quæ non frustra, sed præcedente peccato dicit hominem vanitati similem factū, cuius dies sicut vmbra prætereūt. Nec deo ascribit iniquitatē, sed potius æquitatē, quia non iniuste tot & tantis malis, quæ sæpissime cernimus, ēt paruulus plectit. Nec diabolo conditionem hominū, sed humanæ originis deprauationē, nec pc̄tō substātiam deputamus, sed in primis hominib. actum, ī eorū vero posteritate contagiū. Nec paruulis conscientiam sine scientia, in quibus nec scientia est nec conscientia, sed sciuit ille q̄d fecerit in quo oēs peccauerūt, & singuli malum inde traxerūt. Tu aūt qui multitudinem p̄stituis idiotarum, quos appellas simplices, qui aliis occupati negotiis, nihil de eruditione cœperunt, sola tn̄ fide ad ecclesiā Christi peruenire curarunt, ne facile obscuris quæstionibus terreantur, sed credentes deum verum conditorem esse hominū, indubitanter quoq; teneāt quia pius est, quia verax, quia iustus, atq; hāc existimationē de illa trinitate seruātes, quicq̄d audierint huic cōuenire sentētiæ, amplexent atq; collaudēt, nec hoc eis vlla vis argumentationis euellat, sed detestētur omnem authoritatem atque omnem societatem contraria persuadere nitentem. Si hac ipsa tua verba consideras, aduersus te

Psal. 44. *Psal. 143.* I

illos firmissimos reddis. Neq;.n.alia cã est, cur non nouitatem vestrã detestet̃ ẽt multitudo christiana,a cuius veluc imperito iudicio ad paucos vestros, quos uideri cupis prudẽtissimos & doctissimos,prouocas,nisi q̃a deũ & hominẽ conditorẽ & iustissimũ cogitas,& suorum tantos cruciatus conspiciunt paruulorũ, vt sub deo creatore optimo atq; iustissimo nullo mõ imago eius in illa ætate tanta mala pateret̃,si non esset originale peccatũ. H Quorũ quisq̃ gestans paruulũ filiũ,te sine clamore inuidioso,& in parte vbi nullus audiret,cõpellaret,ac diceret,Ego ea mente, K intelligentia,rõne,in qua sum factus ad imaginẽ dei,tñ amo regnũ dei, vt hominis magnã iudicem pœnã, si eo nunq̃ possit intrare. I tãne vero tu non hõ de turba imperitorũ,sed inter paucos prudentissimos regni illius amator,tanto vtiq; ardentior quãto magis te flagrãtissima paucorũ societas in illud accendit,nec facit inde torpescere frigidior multitudo,rñsurus es homini atq; dicturus, Non solũ magna non est, sed nulla omnino pœna est imaginis dei,nunq̃ posse intrare in regnum dei?Puto q͂ nec vni homini, cuius nec vim,nec testimonium formidabis, hoc dicere audebis.Te itaq; siue rñdente quodlibet,siue qđ magis a te exigeret si non xpiana,certe humana verecũdia,reticente, ingereret aspectib.tuis paruulũ suum dicens, Si iustus est deus,q̃d mali est, q͂ innocẽtẽ hanc eius imaginẽ prohibet intrare in regnũ eius, si non hoc est pctm̃ quod p̃ vnum hominẽ intrauit in mundũ? *Rom. 5.* Puto quod nulla tibi aderit sapiẽtia,qua tibi videaris illo indocto homine doctior,sed si a te recesserit impudentia, illo infante remanebis infantior.

Cap. 2. Sed prooemio terminato quo imp̃itos admonitos remouisti, & paucorũ tibi aures e- L ruditissimas pparasti, q̃d disputationis aggrediaris, videamus. Nescio quid.n.satis acutũ tibi venit in mentem,qđ te in secundo libro tuo fugerat,cũ de mẽbris pudendis quę post pctm̃ rationali verecundãte natura ficulneorũ adoperta sunt tegmine foliorũ,multa dixisses frustra refutare conatus quod ego dixeram. Cur ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia extitit illic indecẽs motus?Quid igit̃ excogitasti qđ ita tibi placuit, vt nec finito volumine vbi hanc qõnẽ tam diuturna loquacitate versasti,iã hoc putares omittendũ? Scriptũ esse dicis, Et fecerunt sibi vestimenta, *Gen.* aliamq; interpretationẽ hr̃e cõmemoras,pizomata & vestimenta p̃hibes totius corporis indumentum intelligi posse,qđ ad pudoris refertur officiũ. Vbi miror istũ interpretẽ quẽ legisti, si Pelagianus non fuit,ex eo qđ Græcus ait pizomata,vestimẽta potuisse trãsferre. Verũ & hic si pudor assit,ad cuius offm̃ vestimenta asseris p̃tinere, nequaq̃ psuadere conaberis homines primos peccato magistro ista pudoris officia didicisse, & in eis prius duas quasi socias & amicas,cõueniẽter habitasse innocẽtiã & impudentiã. Qñ.n.erant & non confundebant̃ inuerecundi erant ẽm tuã disputationẽ,& a naturali pudoris sensu abhorrebãt.Sed videlicet ab ista prauitate peccando correcti sũt, & sensus reprobus præuaricationis factus ẽ M in eis doctor pudoris.Pudẽtes q̃ppe fecit nequitia,quos impudentes iustitia faciebat. Immo vero tua ista sententia ita est indecenter impudens & deformiter nuda,vt eã quantalibet folia verborum cõsuas, operire nõ possis: a pictoribus me didicisse derides,qđ Adã & mulier eius pudenda contexerint, & Horatianum illud decantatum audire me præcipis, *Hora. in poeti.* Pictoribus atq; poetis, Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Ego vero non a pictore inaniũ figurarum, † sed a scriptore **al. [illegible]* diuinarum didici literarum , quia illi primi homines anteq̃ peccarent nudi erant, & nõ confundebantur.In quibus absit, vt tanta innocentia tam impudens esset, sed nõdum inerat qđ puderet. Peccauerunt, attenderunt, operuerunt, & adhuc clamas nihil illic indecens nouũque senserunt.Hanc plane impudentiam tuã nimis incredibilem, absit ut dicã,nullus te Apostolꝰ aut Propheta, sed nec pictor docuit, nec poeta. Illi quippe ipsi quibus quidlibet audendi, sicut eleganter dictũ videtur, semper fuit æqua potestas, confunderentur tale aliquid ridendum fingere,quale tu credendum non confunderis disputare. A Duas enim simul habitantes,quarum altera est optima, altera est pessima, velut inter se conuenientes atque concordes, innocentiam,scilicet atque impudentiam,nullus pictor pingere , nullus poeta canere auderet, nec eorum quisq̃ ita de sensibus desperaret *Eccl.* humanis,

humanis, vt ēt hoc sibi audendi æquā crederet potestatē, sed insanā potius uanitatē. In eo vero qđ aisti, si illi interpretationi q̄ perizomata, id est, præcinctoria posuit fauet, latera magis dicā tecta fuisse q̄ femora. Primū doleo, sic te abuti eorū ignorātia, q̄ grçce ne sciunt, vt eorū, q̄ sciunt iudiciū reueritus nō sis. Sed commodius accidit, vt ipsa perizomata q̄ leguntur in codicibus Græcis, tanq̄ verbum suæ linguæ mos Latinus usurpet. Proinde cū pizomata non femora, sed latera cōtegi potuisse asseuerasti, puto qđ te ēt ipse risisti. Quis. n. doct⁹ vel indoctus ignoret, quas

B

pizomata cōtegant corporis partes? Qđ nomen tegminis ēt in fœminarū dotib. frequētari & æstimari solet, neq; id alligari nisi zona q̄ lūbos cingit. Interroga & disce, q͏ te nō credo nescire. Quanuis ēt si nescias, non vsque adeo te arbitror nō humanū eloquium, sed humanū habitū velle puertere, vt pizomata ēt sup humeros leuare coneris: aut eis ita latera illorū hominū fuisse contecta, ut genitalia totæq; lūborum cū femoribus partes nudę relinquerent. Quid ergo te adiuuat & non me potius, ex quātavis parte corporis superioris inferiora velata sint, vbi lex in mēbris repugnans legi mētis affectu sentiebatur amborū & alterno excitabat aspectu,

Rom. 7.

inobedientiū prauitatē suæ inobedientiæ nouitate confundens? Quæ quanto turbulenti⁹ mouebatur, tanto verecundius fieret, si caro cuius eā stimulabat aspectus aliquanto spatiosius velaret. Siue igitur a lūbis, siue a lateribus dimissa sint tegmina, pudenda sunt tecta, q̄ pudenda nō essent, nisi legi mentis lex pcti iuide repugnaret. Sed vbi manifesta res est, scripturæ diuinæ sensui nrm sensum addere non debemus. Non. n. hoc fit humana

Gen. 3.

ignorātia, sed psumptione puersa. Adam & mulier eius, q̄ nudi erant ante pctm, & non

C

confundebantur, mox vt peccauerunt quas partes corporis amicierunt, perizomatū nomine satis euidēter expressum est. Videmus quid texerint, nimiæ insipientiæ est adhuc q̄rere, nimię impudentiæ, adhuc negare quid senserint. Nā tu quoq; cū obstinatissimæ cōtradicas, vsqueadeo iudicasti nihil aliud humanis occurrere sensibus, nisi concupiscentialē motū erubescentes illos homines in genitalib. tegere voluisse, ut perizomata erigere ad latera conareris, aut o pias latus vbi peccatores nihil male sensisse contēdis, aut deformiter nudes, q͏ magis tegēdū eē cōtentis.

Cap. 5.

Inseris alia de libro meo verba, vbi dixi carnis inobedientiā inobedienti homini dignissime retributā, qa iniustum erat ut obtēperaretur a seruo suo, id est, a corpore suo, ei q̄ non obtēperauerat dño suo: & conaris ostēdere hanc inobedientiā carnis potius esse laudabilē, si pœna peccati est, & tanq̄ psona sit aliqua, q̄ pctōrē scienter affligat, sic eā

D

vel ultricē sceleris, & in hoc dei ministram, tanq̄ magnū aliquod bonum cothurno sermonis exornas. Nec cogitas posse te isto mō laudare angelos malos, q̄ vtiq; non sunt nisi puaricatores atq; impij, p quos tñ deū meritas pœna irrogare peccantib. sancta scriptura testatur, dicens, Misit in eos irā indignatiōis suæ, idignationē & irā & tribulationū immissionē per angelos malos.

Psal. 77.

Lauda etiam istos, lauda eorū principē Satanā, quia & ipse vindex peccati fuit, qm̄ ei tradidit Apostolus hominem in interitum carnis. Valde. n. disertus es contra gratiā Xpi, & idoneus dicere panegyricū Satanæ & angelis eius, per quos multorū deus iudex atq; vltor est pctōrum, retribuēs eis fm opera sua, eos ipsos pessimos & damnabiles spiritus puniendorum supplicia faciens, qui bene iusteq; vtit & bonis & malis.

1. Co. 5.

Prædica igitur iniq̄ssimas potestates, quia per seipsas mala retribuuntur malis, qui ppterea concupiscentiam pdicas carnis, qa inobediētia retributa est inobedientiæ peccatoris. Lauda iniquum regē Saulē, quia & ipse fuit pæna peccantium, domino dicente, Dedi tibi regem in ira mea.

Osee. 13.
2. Re. 16.

Lauda dæmonium quod rex ipse patiebatur quia & hoc pœna fuerat peccatoris. Lauda cæcitatem cordis quæ ex parte Israel facta ē Nec taceē de cæcitate Israel. Quare? Donec plenitudo, inquit, gentium intraret.

Rom. 11.

Nisi forte, & istam pœnam negabis esse, quam si lucis internæ amator esses, non solū aliquam, sed valde magnā pęnā esse clamares. At ista cæcitas fuit Iudæis grande incredulitatis malum, & grandis causa peccati vt occiderent Christum.

E

Iam istam cęcitatem si pęnā fuisse negaueris similem perpeti etiam non cōfitens indicabis, Si autem pęnam quidem fuisse, sed peccati pęnam non fuisse contendis,

îterũ fateris,q̃d vnũ aliquid & pctm̃ esse pos
sit & pœna:si aũt nõ est hæc pęna pctĩ, ꝓfe-
cto iniqua pęna est,& iniustũ facis deũ,quo
iubente vel sinente,aut infirmũ,quo nõ auer
tente,infligit innocenti. Quod si ẽt pœnam
F pecca i esse concedis, ne hoc non conceden
do tu ipse corde cæcus appareas, vide iã q̃d
viuere nolebas,istã quam mouisti solutã es-
se q̃õnem,quia sicut diabolus atq; angeli ei⁹
& mali reges,non solũ ipsi pctõres sunt, sed
ꝑ iustitiam dei fiunt ẽt supplicia pctõrũ,nec
iõ laude sunt digni,q̃a pęna ex illis iusta infli
gitur dignis:sic lex in mebris repugnans le-
gi mentis ,non iõ ipsa iuste agit, quia eius q̃
egit iniuste , pœna fit iusta : & sicut cæcitas
cordis,q̃ solus remouet illuminator deus,&
pctm̃ est quo in deum non creditur,& pęna
pctĩ qua cor superbũ digna animaduersione
punitur , & cã peccati cũ mali aliquid cœci
cordis errore committitur: ita concupiscen-
tia carnis,aduersus q̃ bonus concupiscit spi
ritus,& pctm̃ est,quia inest illi inobedientia
contra dñatum mentis:& pœna peccati est,
q̃a reddita est meritis inobedientis,& cã pec
cati est,defectione consentientis, vel conta-
gione nascentis. Proinde omnia q̃ pro hac
tua cæca & inconsiderata opinione dixisti ,
qua carnis concupiscentiã eo ipso ꝙ eã pœ
nam diximus esse peccati,non solũ non vi-
tuperandã, verumẽt laudandã putasti,quãli-
bet prolixa disputatione in eo fueris immo-
ratus,euanuisse certissimũ est.Nã quod aisti,
G Si libido pœna peccati est,abijciendã esse pu
dicitiam , ne rebellis in deũ castitas illatã ab
eo dicatur eneruare sententiã, & cætera hu-
iusmodi q̃ hanc vanitatem consequentia, at
que hinc religata contexis , totidẽ verbis de
cæcitate cordis errore simillimo dici põt. Si
cæcitas cordis est pœna pctĩ , est abijcienda
doctrina,ne rebellis in deũ mentis illumina
tio illatã ab eo dicatur eneruare sñiam. Q̃d
si absurdissimũ est dicere,quanuis sit cæcitas
cordis pœna pctĩ, eo mõ absurdissimũ est ẽt
quod ipse dixisti,quanuis sit libido, id est,in
obedientia carnis pœna peccati,q̃m cæcitati
cordis debet resistere scientia,& libidini con
tinẽtia,eã vero pœnã quæ nec error est, nec
libido, debet tolerare patientia : Quaꝑꝑ q̃n
deo donante ex vera viuitur fide , ipse deus
adest & menti illuminandæ , & cõcupiscen-
tiæ superandæ,& molestiæ perferendæ.Hoc
.n.totũ recte fit,q̃n fit ꝑꝑ ipsum.i. q̃n gratis
amatur ipse,qualis amor nobis esse non põt,
nisi ex ipso.Alioquin q̃n sibi hõ multũ pla-
cet & de sua virtute confidit,si tradit in desi
deria superbiæ suæ,tanto amplius auget hoc
malum,quanto magis ei cupiditates cæteræ
cesserint,easq; velut laudabilis hanc vnam
oblectando compresserit. Quod ergo in alijs
opusculis meis legisse te dicis, atque id fru-
stra refutare conatus es , esse nõnulla pecca-
ta quæ pœnæ sint ẽt peccatorum , deposito
vincendi studio diligenter attende, & inue-
nies esse verissimum ſm ea quæ de cordis cę
citate tractata sunt. Quid.n. egisti quæso te,
quid egisti,commemorando apostolicũ te-
stimoniũ,quo ego illud probaui, quod in a-
lia mea disputatione legisti, quia de quibus-
dam scripsit dicens,Tradidit illos deus in re-
probum sensum,vt faciant quæ non conue-
niunt?Hoc.n. voluisti videri hyperbolicum
dictũ,q̃d fit cũ ad permouendos animos fidẽ
rerũ qui sermocinatur excedit. Vbi ergo id H
Apost.fecerit,non graueris ostendere. Cum
inueheretur, inquis, in impiorum crimina ,
pœnarum ea nominibus aggrauauit, quan-
tumq; pectori suo virtutum omnium domi
cilio turpitudo horreret,ostendens non tam
reos quam damnatos sibi tales ait , viderit,
imo sicut ipse loquitur,non sicut tu loqui fin
gis.& damnnatos demonstrauit reos,nec so
lum de præteritis reos propter quæ damna-
tos,sed inde etiam reos vnde etiam dãnatos.
Nam reos ostendit, vbi ait, Et coluerunt, &
seruierunt creaturæ potius quam creatori,q̃
est benedictus in secula. Amen. Deinde dam
natos propter reatum , Sequitur.n. Propter
hoc tradidit illos deus in passiones ignomi-
niæ.Audis ꝑꝑ hoc,& quæris inaniter , quo-
modo intelligendus sit tradere deus multũ
laborans , vt ostẽdas eum tradere deserend.
Sed quomodolibet tradat, propter hoc tradi
dit,propter hoc deseruit,& vides eius tradi-
tionem,qualemlibet & quomodolibet intel
ligas quæ cõsecuta sunt. Curauit enim Apo I
stolus dicere quanta pœna sit a deo tradi pas
sionibus ignominiæ,siue deserẽdo, siue alio
quocunque vel explicabili, vel inexplicabili
mõ,quo facit hæc summe bonus & ineffabi
liter iustus. Nam fęmine eorũ, inq̃t, immuta
uerunt

derunt naturalem vsum in eũ usum q̃ est cõtra naturã. Similiter aũt masculi relinquẽtes naturalẽ vsum fœminæ, exarserunt in appetitum suũ inuicem, masculi in masculos deformitatẽ operantes, & mercedẽ mutuã quã oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Quid hoc euidẽtius, quid apertius, quid expressius? Mercedem mutuã recepisse dicit vtiq; dãnatos, vt tanta operarentur mala, & tñ ista dãnatio etiam reatus est, quo grauius implicantur. Ita & pc̃tã sunt ista, & pœna p̃cedentium pc̃torũ. Et quod est mirabilius, ẽt oportuisse dicit eos istã mutuã mercedẽ recipere. Ita se hñt ẽt superiora verba Apost. quę ipse posuisti. Mutauerunt gloriã incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedũ & serpentiũ. Propter qđ tradidit illos deus in desideria cordis eorũ in immunditiã, & cætera q̃ sequuntur. Et hic utiq; vides cãm p̃p quam traditi sunt, sine vlla ambiguitate monstratã. Dixit quippe quid mali ante fecissent, & adiunxit, Propter qđ tradidit deus in desideria cordis eorũ. Proinde pręcedentis ẽ hæc pęna peccati, & tñ ẽt ipsa pc̃tm̃ ẽ, quod

K verbis consequentib. explicat. Sed tu contra disserens, eo mõ tibi videris istã soluisse qõnem, quia desideriis suis Apostolus traditos dixit. Iã. n. flagitiorũ, inquis, desiderijs æstuabant. Et adiungis ac dicis, Qũo ergo per potẽtiam tradentis dei putandi sunt in talia facta cecidisse? Quid ergo plus factũ est obsecro te, aut vt q̃d diceretur tradidit illos de⁹ ĩ desideria cordis eorũ, si iã erãt possessi quodãmõ malis desideriis cordis sui? Nunq̃d aũt cõsequens est, vt si habet aliquis cordis desideria mala, iam etiam consentiat eis ad committẽda eadem mala? Ac per hoc aliud est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis, vtique vt consentiendo eis possideatur ab eis, quod fit cum diuino iudicio traditur eis. Alioquin frustra dictum est, Post concupiscentias tuas non eas, si iam qnisq; reus est, ꝙ tumultuantes, & ad mala trahere nitentes sentit eas, nec

L eas sequitur si non eis traditur, exercens aduersus eas gloriosa certamina si viuit in gratia. Quid tibi. n. vr̃, qui obseruat quod scriptum est, si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, quod quid est aliud, quam desideria eius mala, faciet te gaudium inimicis & inuidis tuis? Nunquid iã iste reus est, habendo tales animæ concupiscentias, quas ei p̃stare non debet, ne in gaudiũ veniat diabolo & angelis eius, q̃ sunt inimici atq; inuidi nr̃i? Cũ ergo dr̃ hõ tradi desideriis suis, inde fit reus, quia desertus a deo cedit eis, atq; consentit, vincitur, capit, trahitur, possidet. A quo. n. q̃s deuictus est huic & seruus addictus est. Et fit ei pc̃m̃ consequens præcedentis pęna pc̃ti. An non est pc̃m̃ & pœna peccati, vbi legit. Dñs. n. miscuit illis spũm erroris, & seduxerunt Aegyptum in omnibus operibus suis, sicut seducitur ebrius? Non est pc̃m̃ & pęna peccati, vbi deo dicit Propheta, Quid errare fecisti nos dñe a via tua obtulisti corda nostra vt non timeremus te? Non est pc̃m̃, & pœna peccati, vbi rursus deo dr̃, Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propterea errauimus, & facti sumus sicut immundi oẽs? Nõ est peccatum & pęna peccati, vbi legitur de gentibus quas debellauit Iesus Naue. Quia per dominum factum est confortari cor eorum vt obuiam irent ad bellum ad Israel, vt exterminarentur? Non est peccatum & pœna peccati, quod non audiuit Roboam rex plebem bene monentem, quoniam sicut scriptura loquitur, Erat conuersio a domino, vt statueret verbum suum quod de illo locut⁹ est in manu Prophetæ? Nõ est peccatũ & pęna peccati, in eo qđ scriptũ est Amasiam regem Iuda noluisse audire Ioas regem Israel

M bene monentem, ne procederet ad bellãdũ? Sic. n. legitur, Et non audiuit Amasias quoniam a deo erat vt traderetur in manu, quoniam quæsierunt deum Edon. Et multa alia commemorare possemus, in quibus aliquãdo appareat occulto iudicio dei fieri peruersitatem cordis vt non audiatur, quod verum dr̃, & inde peccetur, & fit ipsum peccatum præcedentis ẽt pœna peccati. Nam credere mendacio, & non credere ueritati vtiq; peccatum est. Venit tamen ab ea cęcitate cordis, quæ occulto iudicio dei, sed tñ iusto etiã pęna peccati monstratur. Quale est ẽt illud quod ad Thessalonicẽses scribit Apostolus, Pro eo ꝙ dilectionem veritatis nõ receperunt, vt salui fierẽt, ideo mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio. Ecce pęna peccati, peccatum est. Vtrunque claret, breuiter dictum est, aperte dictum est,

A

2.Pet.2. Esai. 19. Esai. 63. Esai. 64. Iosue. 11 3.Re.12. 2.Pa.25 2.Thes.

in eo dictũ est, cuius alia verba in tuã sententiam frustra detorquere conatus es. Quid est aũt qđ dicis cũ desiderijs suis traditi dñi, relicti ꝑ diuinã patientiã intelligendi sunt, nõ per potentiã in peccata cõpulsi, quasi non simul posuerit hęc duo idẽ Apost. & patientiã & potẽtiã, vbi ait, Sic aũt volens deus ostendere irã & demonstrare potentiã suã, attulit in multa patientia vasa iræ, q̃ perfecta sunt ĩ ꝑditionẽ. Quid horũ tñ dicis esse qđ scriptũ est, Et Propheta si errauerit & locutus fuerit ego dñs seduxi Prophetã illũ & extendã manũ meã super eũ, & exterminabo eũ de medio populi mei Israel, patientia est, an potẽtia? Quodlibet eligas, vel vtrunq; fatearis, vides tñ falsa ꝓphetantis pctm̃ esse, pęnamq; peccati. An & hic dicturus es qđ ait, Ego dominus seduxi Prophetã illum, intelligendũ esse deserui, vt pro eius meritis seductus erraret? Age vt vis, tñ eo mõ punitus est ꝓ peccato, vt falsum prophetando peccaret. Sed illud intuere qđ vidit Micheas ꝓpheta, dñm sedentẽ super thronum suũ, & omnis exercitus cœli stabat circa eũ a dextris eius & a sinistris eius. Et dixit dñs, Quis seducet Achab regẽ Israel, & ascendet, & cadet in Ramoth Galaad? & dixit, iste sic, & iste sic, Et exiit spiritus & stetit in conspectu dñi & dixit, Ego seducã eũ. Et dixit dñs ad eũ, In quo? Et dixit, Exibo & ero spũs mẽdax in ore omnium Prophetarũ eius. Et dixit, Seduces & ꝓualebis, exi & fac sic. Quid ad ista dicturus es? Nẽpe rex ipse peccauit, falsis credendo Prophetis. Ad hæc ipsa erat & pęna pcti, deo iudicãte, deo mittẽte angelũ malũ, vt apertius intelligeremus, quõ in Psalmo dictum est, misisse irã indignationis suæ ꝑ angelos malos. Sed nunquid errando, nunqđ iniuste quicq̃ vel temere iudicando, siue faciendo? Absit, Sed nõ frustra illi dictũ est, Iudicia tua sicut abyssus multa. Non frustra exclamat Apost. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientię dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis. n. cognouit sensũ dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit vt retribuatur ei? Nullum elegit dignũ, sed eligendo effecit dignũ, nullum tñ punit indignum. Ait, inquis, Apostolus, Bonitas dei ad pœnitentiam te adducit. Verum esse constat, sed quẽ ꝓdestinauit adducit, q̃- uis ſm duritiã & cor impęnitens, quantum ad ipsum attinet, thesaurizet sibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, q reddet vnicuiq; ſm opera eius. Quantũlibet. n. præbeat patientiã, nisi ipse dederit, quis agit pœnitentiam? An oblitus es qđ idẽ ipse doctor ait, Ne forte det illis deus pœnitentiã ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis? Sed iudicia eius sicut multa abyssus. Non certe si eos in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera ꝑmittamus, rei cũ ipsis erimus. Quam vero innumerabilia ille permittit fieri ante oculos suos: quæ vtiq; si noluisset, nulla ratione permitteret, & tñ iustus & bonus est, & qđ præbendo patientiam det locũ pęnitentiæ, nolens aliquem perire, nouit dominus qui sunt eius, & omnia cooperantur in bonum, sed his qui secundum propositũ vocati sunt, Multi enim vocati, pauci vero electi. Qui ergo electi, hi secundum propositum vocati. Vnde & alibi dicit, Secundum virtutem dei saluos nos facientis & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, q̃ data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna. Denique & hic cum dixisset, Omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt, continuo subdidit, quoniam quos ante præsciuit & prædestinauit, cõformes imaginis filij eius vt sit primo genitus in multis fratribus: quos autem prædestinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit, hi sunt secundum propositum vocati. Ipsi ergo electi, & hoc ante mundi constitutionem, ab eo qui vocat ea quæ non sunt tanquam sint. Sed electi, ꝑ electionem gratiæ. Vnde dicit idem doctor, & de Israel, Reliquiæ per electionem gratię saluæ factæ sunt. Et ne forte ante constitutionem mundi ex operibus præcognitis putarẽtur electi, secutus est, & adiunxit: si autẽ gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Ex isto numero electorum & prædestinatorum etiam qui pessimã duxerunt vitam, per dei benignitatem adducuntur ad pœnitentiam, per cuius patientiã non sunt huic vitæ in ipsa scelerum perpetratione subtracti, vt ostendatur & ipsis & aliis

Marginal notes: Rom. 9. — Eccl. 14. — B — 3. Re. 22 — Psal. 77. — Psal. 35. — Rom. 11. — C — 2. Ti. — Psal. — 2. T. — D — Rom. — Mat. — 2. Ti. — Rom. — Eph. — Rom. — Rom. — E

aliis cohæredib. eorum, de q̃ profundo malo possit dei gr̃a liberare. Ex his nemo perit, quacunq; ætate moriatur. Absit.n. vt prædestinatus ad vitã, sine sacro mediatoris finire ꝑmittať hanc vitã. Propter hos dñs ait, Hæc est aũt voluntas eius q misit me patris, vt oẽ qđ dedit mihi, nõ ꝑdã ex eo. Cæteri ãt mortales, q ex isto numero non sunt, & ex eadẽ qdẽ massa ex qua & isti, sed vasa iræ facti sũt ad vtilitatẽ nascunť istorũ. Non.n. quenq̃ eorũ deus temere ac fortuito creat, aut qd de illis boni opereť ignorat, cũ & hoc ipsum bonũ opereť qđ in eis humanam creat naturã, & ex eis ordinẽ seculi pręsentis exornat. Istorum neminẽ adducit ad pœnitentiã salubrẽ & spiritalẽ, qua hõ in Xp̃o reconciliatur deo siue illis ampliorẽ patientiã, siue non imparẽ præbeat. Quanuis ergo oẽs ex eadem massa perditionis & damnationis ẽm duritiam cordis sui, & cor impœnitens quantum ad ipsos pertinet, thesauri zẽt sibi irã in die irę, quo redditur vnicuiq; ẽm opera sua: deus tñ alios inde ꝑ misericordem bonitatẽ adducit ad pœnitentiã, alios ẽm iustum iudiciũ non adducit. Habet.n. potestatem adducendi, & trahendi, ipso dño dicente, Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit traxerit eũ. Nunquid aũt Achab regem sacrilegũ & impium adduxit ad pœnitentiã, aut saltẽ per menda cem spm̃ iam seducto atq; decepto, patientiam & longanimitatẽ ꝓbuit? Nõne in eo statim ꝑ p quod erat seductus, morte rapiente completum est? Quis eũ dicat non peccasse, spiritui credendo mendaci? Qui dicat hoc pctm̃ pœnam nõ fuisse peccati, venientem de iudicio dei, ad quẽ legit mendacem spm̃, siue missum, siue permissum? Quis horũ aliquid dicit, nisi qui dicit quod vult, & qđ verum est audire non vult? Quis vero ita desipiat vt cũ audierit qđ in psalmo canitur, Ne tradas me dñe a desiderio meo peccatori: hoc dicat orasse hominẽ, ne deus sit patiens erga illum, si deus non tradit vt mala fiant, nisi patientem bonitatẽ præbendo cũ fiunt? Quid est autem quod quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem: nisi vt non tradamur concupiscentiis nostris? Vnusquisq;.n. tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. An forte hoc a deo petimus, vt non sit erga nos patiens bonitas eius? Non ergo eius inuocamus misericordiã, sed potius iracundiam prouocamus. Quis ista sapiat san⁹, immo quis vel furiosus hæc dicat? Tradit ergo deus in passiones ignominię, vt fiant quę non conueniunt, sed ipse conuenienter tradit, & fiunt eadem peccata, & pc̃torũ supplicia pręteritorum, & suppliciorũ merita futurorũ. Sicut tradidit Achab in pseudo prophetarũ mẽdaciũ: sicut tradidit Roboam in falsum consilium. Facit hæc miris & ineffabilibus modis, qui nouit iusta iudicia sua, non solũ in corporib. hominũ sed & in ipsis cordibus operari. Qui non facit voluntates malas, sed vtitur eis vt voluerit, cũ aliquid iniq; velle nõ possit, q̃ deus pro uotis humanis ꝓpicius annuat, iratus ne nõ annuat: ac rursus quę iratus annuat: propicius ne non annuat: atq; iterum q̃ contra vota humana propici⁹ faciat, q̃ iratus non faciat, & in his omnibus bonus perseuerat, & iustus. Exaudit ꝓpicius non exaudit iratus: Et rursus nõ exaudit propicius, exaudit iratus. Parcit ꝓpicius, nõ parcit iratus: atq; in his omnib. bonis ꝑseuerat & iustus. Sed ad hæc quis idoneus vtique ad hæc eius ꝑscrutanda & inuestigãda iudicia? Quis hõ idoneus quẽ corruptibile aggrauat corpus, ẽt si habeat sancti spũs pignus? Sed hõ intelligens & acutus, iustã dicis esse libidinẽ, & laudis ꝓconio ꝑdicandã, si eũ q deo non obediuit, non illi obediẽdo puniuit. Si prudẽter hic saperes, ꝓfecto esse iniq̃tatem videres, qua pars inferior hominis repugnat superiori atq; meliori, & tñ iuste iniquũ suæ carnis iniquitate punitũ: sicut est rex iniqu⁹ maligni spũs iniquitate punitus. An & ipsũ malignũ spm̃ laudare disponis? Eia qd moraris? Docet.n. te inimicũ gratuitæ dei bonitatis, laudatorem spũs esse mendacis. Nec laborabis inuenire quid dicas, laudes eius paratas habes. Si hæc ipsa in eum verba transtuleris, q̃ posuisti in laude libidinis, velut consequentia sententiã meam quia ego dixi: Iniustum.n. erat, vt obtẽperaretur a seruo suo, hoc est a corpore suo ei, qui non obtemperauerat dño suo. Quod tu negas, & falsum esse deridens, velut ostendere voluisti, quæ sequeretur absurditas: tanquam ultricem peccati, si hoc ita est, libidinem laudans, certe istum mendacem spiritum regem sicut merebatur, fallendo traxit ad mortem, non negas

Ioã. 5.

F

Ioã. 6.

3. Re. 22

Psal. 139

Mat. 6.

Iac. 1.

G

3. Re. 22

3. Re. 12

H

Sapiẽ. 9.

I

gas iniquitatis vltorē. Ecce ego & hic dico. Iniustum.n. erat vt qui non crediderat deo vero, non reciperetur a falso. Lauda ergo & istius iustitiā falsitatis & dic q̄ dixisti in laude libidinis, quia nihil ea pōt laudabilius æstimari, si iniquitate vlta cōmissa est, si vindicauit iniuriā dei, & quia ita consortiū peccati non habuit, vt officiū vindicantis assumeret, omnia hæc ſm tuos acutissimos sensus recte dicunt, & in illius immundi spirit⁹ laude. Ergo præconiū laudis†tuæ ī simili cā, aut mendaci redde spiritui, aut cōtumaci tolle libidini. Quid fugis ad obscurissimam de anima qōnem in paradiso? Ab animo quidē cœpit elatio, & ad præceptū transgrediendū inde consensio, ꝑꝑ quod dictum est a serpēte, Eritis sicut dii, sed pctm̄ illud hō totus impleuit, Tunc est caro facta peccati, cuius vitia sanantur sola similitudine peccati. Vt ergo & anima & caro pariter vtrunque puniatur, nisi qđ nascit, renascendo emendet, profecto aut vtrunq; vitiatum ex homine trahitur, aut alterum in altero tanquam in vitiato vase corrumpit, vbi occulta iustitia diuinæ legis includitur. Quid aūt horum sit verum, libentius disco q̄ dico, ne audeam docere ꝙ nescio. Hoc tn̄ scio id horum esse verum qđ fides vera, antiqua, catholica, qua creditur & asseritur originale pctm̄, non esse conuicerit falsum. Ista fides non negetur, & hoc qđ de anima latet, aut ex ocio discitur, aut sicut alia multa in hac vita sine salutis labe nescitur. Magis.n. curandum est, siue in paruulis, siue in grandibus, quo anima sanetur auxilio, q̄ quo vitiata sit merito. Quæ tn̄ si vitiata negabitur, nec sanabitur. Illud sane cur dixeris, excogitare non potui, in eo qđ commemorasti dixisse Apost. Et tenebris oppletum insipiens cor eorum. Addidisti.n. notandum esse, qm̄ insipientiā cām dicat omnium malorū. Hoc quidem dixisse Apostolum non satis constat. Sed nō inde contendo; tu potius cur hoc dixeris quæro, An forte quia paruuli nō recte dicuntur insipientes, qui nondum sapientiæ possunt esse participes, iō nullū malum in eis inesse vis credi, quod esse consequens arbitraris, si malorum omniū cā insipientia est? Sed si disputatione subtilissima & elimatissima opus est, vt sciamus vtrum primos homines insipientia superbos, an insipientes superbia fecerit, nunc ꝑꝑ id quod inter nos agit, quis ignorat oēs homines quicunq; sapientes fiunt, ex insipientibus fieri? Nisi forte aliqui ex præconib. mediatoris magna eius multumq; insolita gratia ad sapientiam, non ex insipientia, sed ex infantia transire potuerunt. Quod si natura, sine fide mediatoris fieri posse contenditis, arcanū virus pāditis hæresis vestræ. Nihil.n. vos agere apparet tanta defensione & laude naturæ, nisi vt Xp̄s gratis mortu⁹ sit cuius nos dicimus fidem quæ per dilectionem operatur, etiā natura insipiētibus opitulari. Sunt enim qui tāta corporis obtusitate nascuntur, vt similiores pecoribus quam hominibus videantur. Quorum tantæ fatuitatis quæ in illis naturalis apparet, non potestis vllum dicere meritum, qui nullum esse dicitis originale pctm̄. Quis autem non quotidie ꝓbet testibus rebus humanis, paruulum prius nihil sapere, & postea si ad sapientiæ sortem pertinet, recta sapere, atq; ita ab infantia ad sapientiam, per insipiētiam mediam peruenire? Qua ꝑꝑ humana natura quæ iacet ī paruulis, cui laudibus vestris saluatorem tanquam sana sit inuidetis, quemadmodum prius proferat insipientiæ quam sapientiæ fructum videtis, & radicis eius vitium videre non vultis, aut uidetis quod peius est, & negatis.

Deinde alijs verbis meis interpositis calūniaris, quod ego ipse mihi cōtrarius fuerim, qui cum dixissem inobedienti homini pœnam inobedientiam sui corporis redditam, continuo alia membra corporis nominatim expressersim dicens, ꝙ ad nutum nostræ seruiant voluntati. Hoc ergo dixi, genitalib. vtique exceptis, quæ corporis nomine nuncupaui; ac per hoc & corpus volūtati seruit in aliorum motione membrorū, & corpus voluntati non seruit in motibus genitaliū. Nō sunt ergo verba mea inter se contraria, quanuis te patiantur, vel non intelligendo, uel alios intelligere non sinendo, contrarium. Si enim pars corporis non posset nomine corporis nuncupari, non diceret Apost. Mulier non habet sui corporis potestatem, sed vir, similiter & vir non habet sui corporis potestatem, sed mulier. Ipsa vtiq; mēbra sic appellās corporis nomine, quib. discernit sexus, peragiturq; concubitus. Quis est.n. qui dicat virum

Marginalia: I; Gen. 3.; Rom. 1.; K; L; Gal. 5.; Gal.; Cap.; M; 1. Cor.

rum ſui poteſtatē corporis non habere, ſi in his verbis Apoſt. totū corpus intelligas, qđ conſtat omnib. mēbris, Ac per hoc ego ſm Apoſt. ēt ſolum genitale membrū nomine corporis nūncupauit, qđ nō voluntate, ſicut manū vel pedē, ſed libidine moueri agnoſcit ſenſus humanus, q̄ tederidenin rebus manifeſtis impudentes nebulas excitantē, vt nos diutius de pudendis rebus cogat & neceſſitas loqui, & honeſtas circūloqui. Sed q̄ verba mea legit q̄ refellere niteris, eiſq; te inſidiantē, pſpicit, ſufficit mihi q̄a loco illo q̄d dixerim corpus, intelligit. Verū tu q̄ me verbis meis repugnaſſe dixiſti, quod eſſe falſiſſimū videbit quiſquis te audito ea relegerit, & Apoſt. genitalia nomine corporis appellaſſe recoluerit: tu ergo q̄ in me quaſi ſententias inter ſe pugnantes notaſti & momordiſti, expone queādmodū tibi ipſe cōſtiteris, nec tibi ipſe reſiſteris, vbi primū dixiſti, cum ventū fuerit vt filij ſeminent, ad voluntatis prorſus nutū mēbra in hoc opus creata famulari, & niſi eorū impedimēta, aut de infirmitate, aut de immoderatione proueniant, ſeruire animi imperio, cū prius dixeris mēbra genitalia ad nutū voluntatis ſeruire, & animi imperio ſubiacere: poſtmodū īter has corporis partes eadē deputaſti, q̄ non voluntatis imperiū, ſed cōſenſum reqrunt: in quo tibi aduerſus manifeſtiſſime cōprobaris. Poſtea vero hoc genus motus in his habēdū putaſti, quę multa in noſtro corpore ordine ſuo ac diſpēſatione ſecreta, voluntatis non imperiū, ſed conſenſum requirunt magis, verius.n. membra genitalia voluntatis non imperiū, ſed cōſenſum reqrere, q̄ volūtatis imperio aut animi ſubiacere. Vnde apparet hæreticū & contrariū ſibimet extitiſſe, prius illa & poſterius iſta definiendo, & q̄a erubuerit priorib. poſteriorib. veriora confeſſū, p̄uicacia tñ̄ impudenti ſeu imperitia q̄ prius praue dixerat nō mutaſſe. Vbi q̄dē pſpicuæ veritati ex aliqua parte ceſſiſti, ſed illud qđ prius dixeras delere debuiſti. Qūo.n. ſm priorem ſnīam tuam ad voluntatis prorſus nutum iſta, de q̄b. agimus, mēbra, famulantur atq; imperio animi ſeruiunt, ſi ſm poſteriorē ſententiam tuā, ſicut fames, & ſitis, & digeſtio non voluntatis imperium, ſed conſenſum requirunt? Multū quidē laboraſti vt hæc inuenires, q̄ cōtra te potius q̄ contra me diceres. Sed in tali cā nō tibi eſſet neceſſarius labor, ſi adeſſet pudor. Quid.n. p̄deſt, q̄a verecundari te dicis, & de rebus loqui talib. horrore p̄hiberi, ſed neceſſitate cōpelli, qñ non erubuiſti ſententiā tuā relinquere ſcriptā, contra q̄ tu ipſe pſpicua veritate turbatus, mox aliam ſententiā protuliſti? Quanq̄ & ipſa commemoratio verecundiæ tuæ nimis inuerecundia eſt. Sedideo mihi placet, quia contra te loquit. Hō es.n. qui non erubeſcis libidinē laudare, & erubeſcere te dicis de libidinis motib. diſputare. Quid aūt magnū fuerat intueri, qđ poſteaq̄ dixi vt alia membra moueant poſitū in poteſtate eſt, cōtinuo ſubieci, qñ ab impedimētis corpus liberū habemus & ſanum? Sōnus.n. qñ inuitos premit & laſſitudo, vtiq; impedimenta ſunt, quibus mēbrorū agilitas impeditur. Deinde quod aiſti, nec in eā partem ſequi membra q̄ volumus, ſi ita velimus ut habitus ipſe non patitur, non attēdiſti p̄ p̄ea me p̄dixiſſe, vt ad op̄a ſibi congrua moueātur: Ac p̄ hoc ſi ea volumus flectere quo eorū natura non patit, ad opera ſibi congrua non ſequuntur, tñ̄ qñ ea ſequentia voluntario motu agimus libidinis adiutorio nō egemus. Et cū ab eis mouendis ceſſare volum⁹, cōtinuo ceſſamus, nec contra voluntatē noſtrā ſtimulo libidinis excitant. Sane qđ dicis ēt genitalia ſeruire animi imperio, nouā quādam libidinem dicis, aut forte nimis antiquā qualis & in paradiſo eſſe potuiſſet, ſi nemo peccaſſet. Sed quid hinc te cum agam, qñ poſterioribus verbis hoc tollis, quibus dicis nō moueri hæc ad animi imperium, ſed potius expectare conſenſum? Nec tamen ideo dēs iſtam libidinem fami, vel alijs moleſtiis noſtris compararei. Quod enim nemo cū vult eſurit, aut ſitit, aut digerit; indigentiæ ſunt iſtæ reficiendi, vel exonerandi corporis, quibus ſubueniendum eſt, ne lædatur, aut occidat. Nunquid autem læditur aut occidit corpus, ſi libidinis non adhibeatur aſſenſus? Diſcerne ergo mala, quæ per patientiam ſuſtinemus, ab eis malis quæ per continentiam refrenamus. Nam & illa mala ſunt, quæ in corpore mortis huius potuimus experiri. Quantæ autem & quam tranquillæ poteſtatis eſſemus etiam de his motibus, quibus alimenta ſumuntur & digeruntur, in illa fęlicitate paradiſi,

ra sisi, quis possit vt certũ est indagare: q̃s ut dignũ ẽ explicare? Vbi absit vt credamus aliquid fuisse vnde sensum nr̃m, siue intrinsecus, siue extrinsecus aut dolor pũgeret, aut labor fatigaret, aut pudor cõfunderet, aut ardor vreret, aut algor stringeret, aut horror offenderet. Quid q̃d ista pulcherrimã famulã tuã, q̃, me pudet assidue vel vituperando nominare, te aũt ꝑdicare non pudet, commendationẽ fieri putas, ꝙ ei seruiunt vt ardenti⁹ excitet̃, ẽt cæteræ corporis partes, siue oculi videntes ad concupiscendũ, siue alia mẽbra in osculis & amplexibus? Aures quoq; hominis quo ei subderes inuenisti, & erexisti eius vetustissimum q̃dẽ, sed plane gloriossimũ titulũ, cõmemorans q̃d in expositione cõsiliorũ suorũ Tullius posuit, q̃a cũ vinolenti adolescentes tibiarũ ẽt cantu, vt fit, instincti, mulieris pudicæ fores frangerent, admonuisse tibicinã, vt spondeũ caneret Pythagoras dr̃, Quod cũ illa fecisset, tarditate modorum, & grauitate cantus, illorũ feruẽtẽ petulantiã resedisse. Vides ergo quanto cõgruentius ego dixerim, sui iuris hanc esse quodãmodo cui seruit̃ ab alijs sensib. vt in opus suum dignet̃ assurgere, vel a sua cõmotione requiescere. Hoc.n. ego iõ dixi, quia sicut ipse cõfessus es consentitur ei potius quã imperatur. Nã & ꝙ alijs concitatur stimulis, vel modulamine frangit̃ & sedatur, sicut ipse prosequeris, ꝑfecto non fieret, si seruiret hominis voluntati. Fœminas aũt quas ab isto motu immunes facis, quamuis possint virili concupiscentiæ subiacere, & q̃n nõ patiuntur suã, tñ quantũ eius ẽt ipsæ sufferãt impetum, cui repugnat decus honestaq; castarũ, interroget̃ Ioseph. Debuisti sane hõ Ecclesiastice, Ecclesiastica musica potius q̃ Pythagorica commoneri, quid Dauidica cithara egerit in Saule q̃n malo spũ vexabatur, & tangente citharam sancto. ab illã molestia respirabat: ne iõ bonum aliquid existimes concupiscentiã carnis, q̃a nonnunq̃ musicis cohibetur sonis. Quod autem dicis exclamãs, O q̃ digne Hieremias cũ Prophetarũ choro & sanctorũ omnium exclamaret, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ, vt insipientis populi peccata defleret. Quia Ecclesia Xp̃i doctores Pelagiani erroris expellit, si flere salubriter velles, hoc fleres, ꝙ illo es implicatus errore, eisq; te lachrymis ab eadem noua peste dilueres. An ignoras, vel oblitus es, vel considerare detrectas, sanctã Ecclesiã vnam catholicam ẽt paradisi significatã fuisse vocabulo? Quid ergo miramini, si de isto paradiso foras mittimini, qui legẽ quæ est in mẽbris nostris repugnans legi mẽtis, in illũ paradisum vultis iducere, de quo foras a domino missi sumus, nec ad eũ redire poterimus, nisi hanc in isto paradiso vicerimus? Si .n. non ista concupiscentia q̃ defendis repugnat legi mentis, nullum aduersus eã certamẽ quisq̃ sanctus exercet. Tu autem confessus es, aduersus istam quam tu eris, exercere sanctos gloriosa certamina. Ipsa est igitur q̃ repugnat legi mentis in corpore mortis huius, de qua se gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum liberari dicebat Apostolus. Sẽtis ne iam tandem gratiæ huius inimici quãto sint fronte lachrymarum plangendi, & ne alios ad interitum secum trahant, quanta pastoralis curæ obseruatione uitãdi? Vos enim augetis ista nouitate eam quæ in omnib. est hæreticis, occidui temporis prauitatem. Vos estis ruina morum, qui ipsius fidei supra quã mores ædificandi sunt, molimini fundamenta subuertere. Vos pudoris interitus, quos laudare non pudet, contra quod pugnat pudor. Hoc potius audire debet Ecclesia, quæ virgo dr̃, vt vos caueat: hoc matronæ, hoc virgines sacræ, hoc omnis pudicitia Christiana. Nõ enim sicut insimulas cum Manichæis dicunt, inesse carni suæ mali necessitatem, quod malum illi substantiale, & deo coæternum esse mentiuntur, sed dicunt sane cum Apostolo, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, esse tamen eam sub animi potestate gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, inmortis corpore castigãdam, in morte corporis resoluẽdam, in corporis resurrectione & mortis morte sanandam. Tenent.n. sanctam professionem, non solo habitu vestis, sed & mẽtis & corporis resistendo concupiscentię carnis, quod hic fieri potest, non ea prorsus carẽdo, quod hic fieri non potest. Hoc ergo audiant, vt donec illa careant, vos caueant. Nã si ab omnibus sanctis quæras tanquam in sãcto adiutorio duobus recitare cupientibus, vtrũ vituꝑatorẽ, an laudatorẽ malint audire libidi-

Marginalia: E; F; Gen. 39.; 1. Re. 16; Hier. 6.; Rom.; G; Ibidem; H

libidinis, quid de illis responsurũ putas, cõtinentiũ laborẽ, coniugatorum pudorẽ, omnium castitatẽ? Itane abijcerẽt ab aurib. suis libidinis uituperationẽ, & libenter audirent libidinis laudem? Nõ vsqueadeo putãdũ est perisse frontem de rebus, vt hoc dedecus, nisi in tali forte auditorio fieret, vbi te recitaturo confidentibus discipulis suis magister Celestius aut Pelagius præsideret.

Hinc ad alia verba mea transis, vbi dixi, Hunc itaq; motũ iõ indecentẽ, q̃a inobediẽtẽ, cũ illi primi homines in sua carne sensissent & in sua nuditate erubuissent, foliis ficulneis eadẽ membra texerunt, vt saltẽ arbitrio verecundantiũ velaretur, quod non arbitrio volentium mouebat. Et qm̃ pudebat ꝙ indecenter libebat, operiendo fieret qđ decebat. His verbis meis ꝓpositis hoc te iã destruxisse in secundi tui libri disputatione, & in huius tertij cui nunc rñdeo parte superiore, inani iactatiõe cõmemoras. Nũc ãt q̃a istũ motũ libidinis dixi, iõ indecẽtẽ, q̃a inobediẽtẽ, dixisse me vis putari, non eã corpori, non aio esse subiectã, sed vera uirtute semper indomitã. At ego illam virtutẽ nunq̃ dixi esse, sed vitium. Qđ si non mouetur concupiscẽdo, quid est qđ aduersus eã castitas dimicat continendo? Vbi sunt illa quæ aduersus eam cõfessus es exerceri sanctorũ gloriosa certamina? Quantũ ergo attinet ad pudicitiam, ꝙ eius libidinis expugnatione, oppressione, frenatione, & ad nihil illicitũ ꝑmissione seruetur, hoc dicis qđ ego: sed qđ expugnandũ, opprimendũ, refrenandum est, ne ad illicita rapiat, quibus inhiare non cessat, bonum esse tu dicis, non ego. Quis aũt nostrũ verum dicat, iudicẽt casti, auscultantes non linguæ tuæ, sed experiẽtiæ suę. Iudicet Apost. dicẽs, Video aliam legem in mẽbris meis repugnãte legi mentis meæ. Sed Paterniani, inq̃s, idẽque Venustiani hæretici similes Manichæis, dicunt a lũbis vsq; ad pedes diabolum fecisse corpus hominis, superiores vero partes deum, velut supra basem aliq̃ collocasse, addũtq; nihil ab hominis studio reqri, q̃ aia, q̃ in stomacho & capite habitare dicunt, inmunda seruetur. Pubem vero si oĩum flagitiorũ sordib. oblinatur, aiunt ad suã non pertinere curã. Ita semper, inq̃s, vt ipsi libidini turpiter seruiant, titulũ ei propriæ potestatis affigunt. Cuius cognatione sniæ, posuisse me in libro meo asseris, Arbitrio verecundantiũ velabatur, qđ non arbitrio uolentiũ mouebatur, & qđ non seruiens voluntati, suoiure corpus libido succedit. Nunquid iõ vim ueritatis effugere poteris, q̃a nobis calumnian do importas socios falsitatis? Quod.n. ego in libro meo posui, cui cedere vtinam q̃ resistere maluisses, longe distat ab istis Paternianis seu Venustianis. Ego.n. ẜm catholicã fidem, totũ hominẽ, totã.s. animam, totumq; corp⁹ eius deo summo & vero tribuo creatori: diabolũ aũt dico humanã vel aliquid eius non creasse, sed vitiasse naturam, contraq; ipsam diabolicã plagã, quæ dei opitulatione sanan da est, donec ab ea penitus liberemur, nobis esse pugnandũ. Nec aĩam q̃ corpus viuit uniuersum mundum, quantũ in hac vita mundus hõ est, posse seruari, si concupiscẽtiæ carnis ad flagitia perpetranda & quæq; immũda consenserit. Quantũ ergo attinet ad istã calumniam tuã, nunquid hẽs aduersus ista quæ dicas? Qđ si parũ est, ecce dãno & anathematizo ea quæ Paternianos seu Venustianos sẽtire dixisti. Addo ẽt Manichæos, Vtrosque cũ cæteris hæreticis execror, dãno, anathematizo, detestor. Quid quæris amplius? Exuete calũniis, virib. luctare, nõ fraudibus. Rñde vnde sit, cui nisi repugnetur, nulla castitas custoditur. Non est certe natura atque substãtia, ẜm Venustianos & Manichæos. Si nec vitium naturæ est, quid est? Exurgit, opprimo: renitit, refreno, repugnat, expugno. In tota aaima & toto corpore conditorẽ habeo pacis deum: Quis in me seminauit hoc bellũ? Solue Apostoli qõnem atq; rñde, Per vnum hominem pc̃m intrauit in mundum & per pc̃m mo s, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sed non vult Iulianus. Et ad hoc Apostole beate responde, Si quis uobis annunciauerit præter quod accepistis, anathema sit. Sed si cohibuero, sicut dicis, inuictum libidinis malũ, profitebor me esse turpitudinis aduocatum. Si autem dixero malum me quidem hoc dixisse naturale, sed quod uinci possit, id est, possit caueri, protinus tu ex alia parte sentẽtiæ tuæ tripudias. Possunt enim homines, in quis, oẽ uitare peccatum, cum possint uincere cõcupiscẽtiæ malũ. Si eñ libido naturale

malum

Marginalia: I; K; Rom. 7. Hæresis Paterniana & Venustianorum.; L; Rom. 5.; Galat. 1.; M

malũ eſt, & vincitur amore virtutis, multo
magis dicis illa omnia vitia ſuperari, q̃ de ſo
la voluntate contingunt. Iã multis modis ad
Galat. 5. iſta veſtra, & ſępe reſponſum eſt, Quia dum
Rom. 7. hic viuimus, vbi caro concupiſcit aduerſus
ſpũm, & ſpũs aduerſus carnem, q̃tũlibet in
iſto conflictu ſuperiores ſimus, nec mẽbra
A nr̃a exhibeamus arma iniq̃tatis peccato, obe
dientes deſiderijs eius, tñ vt taceam de corpo
reis ſenſib. & in rebus, quib. licite vtimur, ſur
1. Ioan. 1 repentis voluptatis exceſſib. in ipſis certe no
ſtræ cogitationis motib. & affectibus, ſi dixe
rimus, q̃a pctm̃ non habemus, noſipſos ſedu
cimus, & veritas in nobis non eſt. Fruſtra
igitur in alia tuę ſententiæ parte tripudias, ni
ſi forte ſniam Apoſt. Ioannis repudias ſacri
lega p̃ſumptione. Qđ aũt nunc agitur, natu-
ralẽ eſſe libidinẽ, & ego dico, q̃a cũ illa naſci
tur omnis hõ, & tu multo amplius, qui dicis
qđ cũ illa ſit conditus primus hõ, ita vincen
dã eſſe libidinẽ atq; vt vincatur ei reſiſtẽdũ
eſſe & repugnãdũ, & ego dico, & tu, ne a me
audias qđ mihi ipſe dixiſti, ꝓfiteri te turpi-
tudinis aduocatũ, ſi libidinẽ negaueris eſſe
vincendam, q̃ vtiq; non vincitur, ſi nullum
cũ ea gerit̃ bellum. Cũ igitur libidinẽ & na-
turalẽ eſſe, & vinci poſſe ambo dicam⁹, vtrũ
bonũ vincamus, an malũ, ipſa inter nos ver-
titur q̃õ. Sed vide q̃ ſis abſurdus, & ſicut ho
ſtẽ vis expugnare libidinẽ, & de malo ei⁹ nõ
vis finire q̃õnem, vt ſi te in concupiſcentiæ
diabolus aduerſitate non vicerit, vincat te ĩ
ꝑuerſitate ſententiæ. Adhuc non euigilas, vt
intelligas nr̃am naturã nõ eſſe ſed vitiũ, con
tra qđ virtute pugnamus. Neque. n. bono bo
B nũ, ſed bono vtiq; malum vincimus. Conſi
dera cũ quo vincat, cũ quo vincatur. Q̃ñ. n.
libido vincit, vincit & diabolus. Q̃ñ libido
vincitur, & diabolus vincitur. Quẽ ergo vin
cit libido, & a quo vincit̃, eſt hoſtis eius. Cũ
quo aũt vincit & vincitur, author eſt ei⁹. Ro
go te oculos aperi, & cerne quæ aperta ſunt.
Nulla pugna eſt ſine malo. Q̃ñ. n. pugnatur,
aut bonum pugnat & malũ, aut malũ & ma
lũ, aut ſi duo bona inter ſe pugnant, ipſa pu-
gna eſt magnũ malũ. Quod in corpore q̃ñ
contingit, vt ea quibus conſtat, id eſt humi-
dũ & ſiccum, calidũ & frigidũ, quanuis ſint
inter ſe contraria, pacẽ ſecum cõcordiãque
non teneant, morbi ægrotationesq; naſcun-
tur, Et quis audeat dicere aliquid eorũ non
eſſe bonũ, cũ omnis creatura dei bona ſit, &
benedicant ĩn hymno triũ puerorũ frigus & *Dan.*
æſtus dñm, q̃ inter ſe ſunt contraria, ſeruant
tñ pro rerũ incolumitate cõcordiã. Cũ vero
in nr̃o corpore diſcrepant, ſeſeq; inuicẽ op-
pugnãt, valetudo turbat̃. Et hoc totũ ſicut ip
ſa mors, de peccati illius ꝓpagatione deſcen
dit. Neque. n. & hæc quiſquã dixerit ſi nemo
peccaſſet, nos in illa beatitudine paradiſi fuiſ
ſe paſſuros. Sed aliæ ſunt rerũ corporaliũ qua C
litates, q̃ ſecũ a contrarijs tẽperant̃ vt bñ va-
leamus, & cum ſint in diuerſo genere bonæ,
tñ cum diſcordant, malã valetudinẽ faciunt,
& aliæ ſunt animæ cupiditates q̃ ꝓpꝑ ea car-
nis dicuntur, quia ſ̃m carnem anima concu
piſcit, vt ei ſpũs, id eſt pars eius melior & ſu
perior debeat repugnare. Deniq; iſta vitia nõ
medicos vllos corporum quęrunt, ſed gratia
Chriſti medicante curantur, prius vt reatu
non teneant, deinde vt conflictu non vincãt
poſtremo vt omni ex parte ſanata, nulla om
nino remaneant. Proinde cum mala concu-
piſcere malum ſit, & bona concupiſcere bo-
num ſit, atq; hoc bellum quandiu hic viuit̃
non quieſcat, cum caro concupiſcit aduer-
ſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, q̃s *Rom.*
me liberabit de corpore mortis huius, niſi *Gal. 5.*
gratia dei per Ieſum Chriſtum dominũ no-
ſtrum? Cui gratiæ nimis inimicum dogma
horreſcimus veſtrum. Sed vir fortiſſimus no
cturnorum & ſi non adminiſtrator, certe ex D
hortator prædicatorque bellorum, eneruem
& mollem eſſe dicis opinionem, qua credi-
tur in paradiſo ad nutum voluntatis genita-
talia potuiſſe ſeruire. Tanto. n. tibi tanq̃ viro
caſto, effęminatior videtur eſſe animus, quã
to plus habet poteſtatis in corpore. Sed ecce
non vobiſcum de libidinis abſentia præſen-
tiave contendimus, nec dilectionem quam
debere vos ei videmus offendimus, ſaltem
ipſam ſubdite voluntatis imperio in illo fœ
licitatis loco. Auferte inde euidentiſſimam
pugnam, quæ fit eius motioni mente reni-
tente, Auferte indę turpiſſimã pacẽ, q̃ fit eius
dominationi mentẽ ſeruiente. Et certe quia
non eam talem videris, qualem ibi conſtitue
re ſi ratione non reuocamini, pudore cogi-
mini, in ea qualis nũc ẽ vitiũ originale fate-
mini, cui ſi ſeruimus ꝑimus, cui repugnam⁹
ne ſer-

ne ſeruiamus. Ecce qđ laudas, nec times, ne tibi potius admoneas eſſe dicendũ, ꝙ ad flagitia concites homines ne reſiſtant concupiſcẽtiæ, q̃ ſicut bonũ naturale cõmẽdas. Quid .n. te adiuuat qđ reprehendere videris eius exceſſum, cuius approbas metũ? Tunc.n. excedit licitũ limitẽ, qñ eius motib. cedit. Ma- E la eſt tũ & qñ non ceditur, qa malo reſiſtit, ne bonũ caſtitatis intereat, ſi huic malo non reſiſtatur. Quã tu cũ bonã naturaliter dicis, aſtute illi ſemꝑ conſentiendũ eſſe decernis, ne reniſu improbo repugnetur naturali bono. Ita quippe põt facillime uera eſſe ẽt illa veſtra ſnĩa, qua dicitis hominẽ ſine pctõ eſſe ſi velit. Nõ eſt.n. qũo faciat qđ non licet, qñ licet quicquid libet, quia bonũ eſt quod naturaliter libet. Si ergo aſſunt, voluptatib. perfruatur, ſi aũt non aſſunt, ipſis earũ cogitationibus ſicut Epicuro viſum eſt, oblectetur, & erit ſine pctõ, nec ſe vllo fraudabit bono, nec cuiuſq; doctrinæ opinionib. reſiſtat naturalibus motib. ſed ſicut ait Hortenſius, tũc obſequatur naturæ, cũ ſine magiſtro ſenſerit qd natura deſiderat. Non.n. põt q̃ bona eſt deſiderare qđ malũ eſt, aut negandũ eſt bonæ aliquod bonũ. Fiat itaq; totum quod deſiderat libido bona, ne ipſe ſit malus q reſiſtat bono, Nõ hoc dico, inquies, & iniuſtũ eſt vt a- 7. liud me ſuſpiceris ſentire q̃ loquor. Noli ergo facere quod pati non vis, & dicere ꝙ inuitemus ad dulcia furta, quib. Apoſtolũ recitamus dicentem, Scio qa nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonũ. Et ſi.n. nõ hoc ꝑ F ficiunt bonũ quod volunt, vt non concupiſcant, faciũt tñ bonũ, vt poſt concupiſcẽtias 18. ſuas non eant. Si.n. vos caſtitatẽ vobis videmini docere, cũ dicitis, Noli vinci a bono, ſed vince in bono bonũ: quanto magis eam 0.12 nos docemus, cũ dicimus, Noli vinci a malo, ſed vince in bono malũ? Vide q̃ ſit iniuſtũ ut nos quod vituperamus, expugnare nõ credas, qui te credi non uis eo frui uelle qđ laudas. Qũo caſti eſſe nõ pñt inimici libidinis, ſi caſti eẽ poſſunt & eius amici? Quod ergo negantes originale pctm̃, & inuidentes paruulis ſaluatorẽ Ieſum, legem pctĩ repugnantẽ legi mentis introducere vultis & in paradiſum ante pctm̃, hoc in uobis iſto oꝑe confutamus, Eorũ quæ non uidemus in uobis, nec audiuimus ex uobis, nolumus eſſe iudices. Nihil noſtra intereſt, quid in occulto agãt aperti libidinis laudatores. Cũ uero Cap. 6. alijs verbis meis ꝓpoſitis, illam diſtinctionem meã quã de nuptiis & concupiſcentia priorũ hominũ poſui, dicens, Qđ.n. illi poſtea ꝓpagatione fecerũt, hoc eſt cõcubij bonũ, qđ uero prius cõfuſione texerunt, hoc eſt cõcupiſcẽtiæ malũ, ſic refellẽdũ putaſti, ut diceres fieri nõ poſſe, ut qđ bonũ eſt non habeat cõem cũ eo laudem, ſine quo eſſe nõ põt, ita uolens unã eãdemq; laudẽ nuptiis & libidini eſſe cõem, qũo corruat iſta tua uelut definitiua ſentẽtia, pauliſper attende. Primũ ꝙ uniuerſitas rerum quam cõdidit deus, nõ põt eſſe ſine malis, nec iõ tñ mala cõem laudem poſſunt habere cum bonis. Deinde ſi fieri non põt, ut qđ bonum eſt non habeat cõmunem cũ eo laudẽ ſine quo eſſe non põt, ꝓfecto & qđ malũ eſt, ſic fieri non poteſt, ut G non habeat cõem cum eo uituperationẽ, ſine quo eſſe nõ põt. Vituperemus igitur oꝑa dei, ſicut uituperamus mala, q̃ ſine illis eſſe nõ poſſunt. Nullum.n. malum eſt niſi in aliquo opere dei, nec ſine illo eſſe omnino alicubi põt. Vitupera ergo, ut non te longius mittã, mẽbra humana ſicut uituperas adulteria, q̃ ſine illis membris eſſe non poſſunt, qđ ſi non facis, ne tibi quoq; ipſi manifeſtus appareas inſanus, põt igitur nuptiarum bonũ non habere laudem communem cum libidine, ſine qua eſſe nunc non poteſt, ſicut quodlibet malũ põt non habere communem uituperationẽ cum opere dei, ſine quo eſſe nũquam poteſt. Sicut autem iſta definitio tua falſa & inanis eſt, ita omnia quæ ex illa tanquam conſequentia nexuiſti, Inuictam ſane nunq̃ ego uoluptatẽ carnis ſicut ſolere me inſimulas, dixi. Ambo eam & debere & poſſe dicimus uinci: ſed tu tanquã bonum repugnante alio bono, ego tanquã malũ repugnante bono, & tu uiribus propriis, ego gra H tia ſaluatoris, ut non alia reproba cupiditate, ſed dei caritate uincatur, quæ nõ uirib. nrĩs diffunditur in cordibus noſtris, ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. De confu Rom. 5. ſione autem illorũ hominũ pudẽdiſq; coopertis fruſtra te cõmemoras aliq̃d Apoſt. atteſtante monſtraſſe. Tu.n. uerecundiora dicis, q̃ ille dixit inhoneſta, unde iã quantũ ſatis uiſum eſt diſputauimus. Tu itaque fru-

ſtra

ſtra refugis rurſus ad Balbũ,atq; philoſopho
rum literas,quaſi Balbus te faciat loquentẽ,
qñ de illa confuſione primorum hominum
nõ potes inuenire qđ dicas. Si aũt in quibuſ
dã veris ſentẽtiis ſaltẽ philoſophorũ literis
cederes,non ſurdo corde illud audires,ꝙ vo
luptates illecebras atq; eſcas malorum & vi
tioſam partẽ animi dixerũt eſſe libidinẽ. Nã
I qđ in nr̃o corpore loca digeſtionis Balbus
remota dixit a ſenſib.iõ verũ eſt, qm̃ ſenſus
noſtros ea q̃ digerimus non alliciunt, ſed of
fendunt. Propterea pars qua egeruntˀ,natura
liter alijs partib.altrinſecus ꝓminentib. oc-
cultatur,ſicut etiã tunc erãt qñ nudi non cõ-
fundebantur,qui poſt pc̃tm̃ continuo nõ oc
culta, ſed plane in prõptu poſita mẽbra texẽ
rũt. Quib.quanto magis non horrore offen-
debatˀ,ſed delectatione alliciebatur aſpectus
& mouebat ſuſceptã tuã,tanto magis ea te-
gere ad pudoris officiũ ꝑtinebat. Qđ aũt de
claudicatione & ꝓuẽtione dixi, ſi fraude nõ
agis,nõ intellexiſti. Non.n.ꝓuentionẽ acci-
pi volui hominẽ qui naſcitˀ de cõcubitu cõ-
iugali, qđ me ſenſiſſe arbitraris aut fingis,
ſed ꝓuentionem dixi qđ bonũ habent in fi-
ne officij ſui nuptiæ, ẽt ſi nullus ĩde naſcatˀ.
Seminare quippe ad virũ ꝑtinet,excipere ad
fœminã. Hucuſque coniuges opere ſuo poſ
ſunt. Ad hoc dixi ſane ſine claudicatiõe poſ-
ſe,hoc eſt ſine libidine peruenire. Vt aũt cõ-
cipiatˀ fœtus atq; naſcatur,diuini eſt operis,
non humani,qua tñ intentione ac volũtate,
ẽt illud bonũ quod ad earũ opus ꝑtinet,per
agunt nuptiæ. Sed quia ipſe fœtus dãnationi
naſcitˀ ſi non renaſcatur,eo vſq; ꝓtẽdunt nõ
operis ſui velut ambulationis,ſed volunta-
tis fine Chriſtiana coniugia, vt regenerãdos
generent, ꝑꝑ quod in eis vera, hoc eſt deo
placẽs eſt pudicitia. Sine fide.n. impoſſibile
Heb. 11. eſt deo placere. Venis deinde ad illud,vbi egi
Cap. 7. mus ex Apoſt. teſtimonio, vt ſciat vnuſquiſ-
2. The. 4 que ſuũ vas.i.ſuam coniugẽ poſſidere, nõ in
morbo deſiderij ſicut gentes, q̃ ignorãt deũ:
K Qđ exponens dixi,non coniugalẽ,hoc eſt li
citũ honeſtumq; concubitũ fuiſſe prohibi-
tũ,ſed vt operis huius cã ſit voluntas propa
ginis,non carnis uoluptas: & qđ ſine libidi
ne fieri non põt,ſic tñ fiat,ut non ꝑꝑ libidi-
Rom. 11. nẽ fiat. Ibi tu exclamas, O altitudo diuitiarũ
ſapientiæ & ſcientiæ dei, qui extra futuram
operum retributionẽ ex multa parte liberũ
arbitriũ formã voluit implere iudicij. Iuſtiſ-
ſime.n. ſibi bonus homo,inquis,maluſq; cõ L
mittitur, vt & bonus ſe fruatur, & malus ſe-
ipſe patiatur. Quę prorſus exclamatio tua ad
rem non pertinet, qua te ſentis vrgeri, nec
tuo clamore pondus quo premeris ſubleuas
impiũ dogma veſtrum mordicus tenẽs,quo
vobis placeat etiam bonum hominem diui-
no iudicio ſibi quenque committi,ne. ſ. ei ſit
neceſſaria dei gr̃a, velut idoneo qui ſemetip
ſum agat. Sed abſit vt ita ſit. Prorſus qui ſibi
committuntur,& a ſemetipſis aguntur, non
ſunt boni,quia non ſunt filij dei, Quotquot *Rom.*
enim ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Pu
to ꝙ agnoſcas in hac ſententia dogma Apo
ſtolicum,quo illud ſubuertitur veſtrum. Ve
runtamen dicis aliquid contra te, quod taci-
tus præterire non debeo. Meminiſti ne quã-
diu diſputaueris cõtra lucidiſſimã q̃ ꝑ Apo-
ſtolum deprompta eſt veritatem, affirmans
nullo modo poſſe aliquid quod & peccatũ
ſit & pœna peccati? Quid eſt ergo nunc, ꝙ
oblitus tantæ loquacitatis tuæ, iõ laudas alti
tudinem diuitiarũ ſcientiæ & ſapientiæ dei,
quia extra futuram operum retributionem,
ex multa parte liberum arbitriũ formam vo
luit implere iudicij? Iuſtiſſime.n. ſibi ſicut de
finis, bonus homo maluſq; committitur, ut
& bonus ſe fruatˀ, vtiq; in opere bono: & ma
lus ſe ipſe patiatur, vtiq; in opere malo. Qđ M
profecto illi & peccatum eſt, quia malũ fa-
cit, & pœna peccati, quia malum ſe patitur,
vt ex multa parte formam iudicij quo bona
bonis, & mala malis retribuuntur, iam im-
pleat liberum arbitrium, quo recte agendo
ſe fruitur bonus, & peccando ſe patitur ma-
lus. Cernis nẽpe cum arma tua vana quidẽ
& obtuſa iactanter ventilas, qũo qua ferire-
ris, nudaueris: imo teipſe percuſſeris. Et inſu
per iactas mea inter ſe dicta eſſe contraria,
quia dixi, non quidẽ vt tu calumniaris, con-
cubitum corporum a diabolo fuiſſe repertũ,
cum etiam ſi nemo peccaſſet non niſi con-
cumbente vtroq; ſexu filij naſcerentur: ſed
dixi inobedientiam carnis, quæ in carne con
cupiſcente aduerſus ſpũm apparet, diaboli-
co vulnere cõtigiſſe. Et rurſus, quia dixi, hãc
legẽ peccati repugnantem legi mentis a deo
illatã propter vltionem, & ideo pœnam eſſe
peccati,

pcti. Hæc inter se asseueras esse contraria. Quasi fieri non possit vt vnum atq; idē malū & diaboli iniquitate & dei æquitate peccantibus ingeratur: cū ēt ipse diabolus & ꝓpria malignitate sit infestus hominib. & dei iudicio sinatꝰ nocere peccantib. Neq; hinc sibi ipsa diuina aduersantꝰ eloqa, quia scriptū est, Deus mortē non fecit. Itē scriptū est, Vita & mors a dño deo, quia deceptor hominis causa mortis est diabolus, quā non vt primus autor eius, sed vt pcti vltor intulit deus. Verum istam qōnēm satis dilucide ipse soluisti, qui hominē malū dixisti sibi esse cōmissum, vt ꝙ sibi est ipse suppliciū, & diuinū sit iudiciū & ipse liberū arbitriū, nec sint inter se duo ista contraria, ꝙ in pœna sua author est & vltor deus. Abuteris aūt ingenij tardiorib. Nolo.n. dicere, quia & tu non intelligis, vt non discernas hæc duo, & maligna caliditate aut tenebrosa cæcitate cōfundas voluntatē & voluptatē, & sicut ipsa nomina surdastris auribus vnū atq; idē sonant, ita res ipsas surdastris cordib. vnū idemq; esse ꝑsuadere te posse confidas. Hinc est ꝙ sententias meas inter se contrarias putas vel putari cupis, tanq̄ improbem qđ ante approbauerim, aut amplectar qđ ante respuerim. Audi ergo aptam sētentiā, & intellige vel sine intelligere alios, non offundendo caligines nebulosæ disputationis serenitati syncerissimæ veritatis. Sicut bonū est bene vti malis, ita honestū est bene vti inhonestis. Vnde & ipsa membra nō ꝑꝑ diuini operis pulchritudinē, si ꝑꝑ libidinis fœditatem inhonesta dicit Apost. Nec ad stupra cogunt necessitate qui casti sunt, quia resistunt inhonestæ libidini, ne compellat eos inhonestā cōmittere, sine qua tñ non possūt honeste filios procreare: Ita fit, vt coniugib. castis & voluntas sit in sobolis procreatione & necessitas in libidine. De inhonesto quippe honestas agitꝰ procreandi, qñ libidinē nō amat, sed tolerat castitas concumbendi. Soles libenter commemorare quibus te adiuuari putas, authorum sententias secularium. Intuere honesto corde si potes, quid de Catone poeta cecinerit,

Vrbi, inquit, pater est, vrbiq; maritus,
Iustitiæ cultor rigidi seruator honesti.
In cōe bonus, nullosque Catonis in actus
Surrepsit, partemq; tulit sibi nata voluptas.

Qualis.n. vir Cato fuerit, & vtrum in eo vera virtus honestasq; laudata sit alia q̄stio est, ad quēlibet tñ finē sua referret officia, nō vtique sine voluptate filios ꝓcreauit, & tñ nullos Catonis in actus surrepsit, partēq; tulit sibi nata voluptas: qm̄ & qđ non faciebat sine voluptate, nō faciebat ꝑꝑ voluptatē: nec in morbo huius desiderij suū vas possidebat, quanuis ignoraret deū, si talis fuit qualis prædicatur. Et non vis intelligere, quod ait Apostolus, Vt sciat vnusquisq; vestrū suū vas possidere, nō in morbo desiderij, sicut gentes q̄ ignorant deum. Bñ discernis inter bonū minus coniugale, & bonū amplius cōtinentiæ, sed tuum dogma nō deseris inimicissimum grǣ. Dicis.n. ꝙ dñs continentiæ gloriā libertate electionis honorauerit, dicens, Qui pōt capere capiat: tanq̄ hoc capiatꝰ non dei munere, sed arbitrij libertate, & taces qđ supra dixerit, Non oēs capiunt verbū hoc, sed quibus datū est. Vides q̄ taceas, q̄ dicas, Puto qđ te pugnat conscientia, sed vincit rectum timorē, cum ingerit peruersum pudorē, quoquo mō iam defendenda præcipitata sententia. Tm̄modo excessum libidinis identidem culpas, ipsam laudare non cessas. Nec attendis, sentis, intelligis, malū esse cui ne limitē necessitatis excedat, cogitur tēperantia repugnare. Quanuis tu quod monuit Apost. ne ī morbo desiderij suū vas quisq; possideat, nō de coniugio, sed de fornicatione accipiendū putaueris, atq; ita tēperantiæ totā honestatē de concubitu coniugiū abstuleris, vt nemo sibi videatur in morbo desiderij suū vas possidere, q̄tacūq; libidine in vxoris genitalib. potuerit insanire si recte de tēperantia cōiugali sapuisset hæreticus, quid sentire debuerit, quid de Apostoli testimonio intelligere integra fide potuerit. Si.n. vllū ibi tenendum existimares modū, potuisti & illic concupiscentiæ reprehendere excessum, eumq; dicere ab Apostolo significatum morbū desiderij, & non improbe negare, suum vas dictū fuisse cuiq; coniugē suam. Quo verbo in eadem re ēt Petrus Apostolus vtitur, vbi monet vt viri vxorib. suis tanquam infirmiori vasi tribuant honorem, velut cohæredib. gratiæ, adiungens, & dicens, vt uidete ne impediatur orōnes vr̄æ. Sicut & coapostolus eius tp̄a præscribit orandi temperantiæ coniugali:

Sap. 1. Eccl. 11. — A — B — 1. Thes. 4 — C — Matt. 19. — D — 1. Pet. 3.

gali:& ſm veniã concedat,quãuis cũ coniuge,nõ vtiq; illũ prolis,ſed q̃ fit voluptatis intentione concubitũ.Hunc audiant Christiana coniugia,non te,q̃ vis in eis q̃ defendis, nunq̃ frenari concupiſcentiã, ſed quotieſcũque ſe cõmouerit ſatiari auidã,regnare ſecurã.Hunc audiant,inq̃,fideles Chri qui ſunt connubio colligati,vt ex cõſenſu tẽperent, quo vacent orationi,& cũ ad ipſum redeunt pp intẽperantiã ſuam,nouerint ẽt inde dicere deo.Dimitte nobis debita nr̃a. Qđ.n.ſm veniã,nõ ſm imperium a tanto doctore dr̃, vtique ignoſcitur non iubetur. Sed infertis alijs verbis meis,vbi voluntatẽ vere piorum Christianorum coniugũ commendaui, qui filios ad hoc generant in hoc ſeculo, vt pp alterũ ſeculũ regenerentur in Xp̃o,commemoras te iã in ſecundo libro iſtam meam deſtruxiſſe ſnĩam:vbi quid tibi rñderim,ibi potius legant qui volunt.Sic.n.non ſunt faciẽda adulteria,ẽt voluntate generandi regenerandos,quemadmodum nec furta facienda ſunt,ẽt volũtate paſcendi pauperes ſanctos: quod tñ faciendũ eſt,non furta perpetrando ſed bene vtendo mammona iniquitatis,vt & ipſi recipiantur in tabernacula æterna: ſicut non adulteria committendo, ſed coniugaliter bene vtendo malo libidinis,ea voluntate generandi ſunt filij, vt cum eis regnetur in æternũ. Verũ eleganter laudas ſuſceptã tuã dicens,& verũ dicens,qđ nihil tale poſſit dũ concumbitur,cogitari.Proſus ita eſt. Quid enim cogitari põt tunc qñ mens ipſa qua cogitatur,illa carnali delectatione ſubmergit? Vnde optime ille de voluptate diſputans, q̃ verba in libro ſuperiore iã poſui.Cuius motus,inquit,vt quiſq; eſt maximus,ita eſt inimiciſſimus ph loſophiæ.Congruere.n. cum cogitatione, magna uoluptas corporis non poteſt.Quis.n.cum vtatur voluptate, inquit ea,qua nulla poſſit maior eſſe, attendere animo,inire rationẽ,cogitare omnino quicquã põt?Non igitur etiã tu potuiſti grauius accuſare quam laudas,niſi fatendo in eius impetu neminem poſſe ſancta cogitare. Sed vtiq; religioſus animus iſto malo bene vtens cogitat, vt libidinem concumbendo patiatur, quod non poteſt cogitare cum patitur.Sicut ſalutem homo cogitat,vt ſomno ſe impertiat,quod vtique non põt cogitare cum dormit:ſed ſomnus cũ occupat mẽbra ea nõ facit inobedientia voluntati, quia & ipſam volũtatẽ ab huiuſcemodi alienat imperio,auertendo animã ad viſa ſomniorũ,in quibus ſæpe etiam futura monſtrata ſunt. Vñ ſi erat in paradiſo viciſſitudo vigilandi atq; dormiendi,vbi non erat malũ concupiſcendi,tã fœlicia erant ſomnia dormientiũ,q̃ vita vigilantiũ.Qđ aũt te iactas, & inaniter ſpumeum diffundis eloquiũ,parentes cõparans parricipis,in eis aſſerẽs eſſe cãm vt filij cũ damnatione naſcãtur; fereris omnino linguæ tuæ velut exultantibus & plaudentibus pennis, nec in iſto ſtrepitu,quẽ tibi ipſe facis, reſpicis deũ.Cur.n.non iſta vel tale aliquid, ipſi potius hominũ creatori q̃ genitorib. dr̃, qui certe omniũ bonorũ eſt author & conditor? Et tñ quos ignibus æternis præſciuit arſuros creare nõ deſinit:nec ei q̃a eos creat,niſi bonitas imputatur.Et quoſdã infantes etiam baptizatos,quos futuros pręſciuit apoſtatas,nõ aufert ex hac vita in æternũ regnũ adoptatos,nec eis confert magnũ beneficiũ,qđ ei, de quo legitur,Raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ eius:Nec tñ deo tribuitur, niſi bonitas atque iuſtitia, qua de bonis & malis oĩa bñ ac recte facit.Quãto facilius intelligitur parentib. nõ eſſe tribuendũ, niſi qđ filios volunt, q̃ proculdubio q̃ illis futura ſunt neſciũt.Qđ aũt commemoraſti ex Euangelio, Melius erat homini illi nõ naſci: nõne vt naſceret plus ope dei actũ eſt,quã parentum? Cur non ipſe imagini ſuæ præſtitit, qđ melius erat, q̃ malũ qđ ei futurũ fuerat pſciebat,qđ parentes noſſe non poſſunt? Et tñ ab eis qui recte intelligunt,non tribuitur deo, niſi qđ benignitati tribuendum eſt creatoris.Sic & parentib.ſine nodo difficilis qõnis hoc tribuitur,q̃ filios voluerunt quorum futura neſciuerũt.Ego autem non dico paruulos ſine Chriſti baptiſmate morientes tanta pœna eſſe plectendos, vt eis non naſci potius expediret,cum hoc dñs non de quibuſlibet peccatoribus,ſed de ſceleſtiſſimis & impijſſimis dixerit. Si enim quod de Sodomis ait,& vtiq; non de ſolis intelligi voluit, ali⁹ alio tolerabilius in die iudicij punietur, quis dubitauerit paruulos non baptizatos qui ſolum habent originale peccatum nec vllis ppriis aggrauantur,in dãnatione omnium le

uiſſima

Marginalia: 1.Cor.7. — E — Matt. 6. Cap. 8. — Luc. 15. — Sup.li.4. cap.14. — F — G — Sap. 4. — Matt. 26. — H

uissima futuros? Quæ qualis & quanta erit quanuis definire non possint, non tñ audeo dicere, q̃ eis ut nulli essent quã ut ibi essent, potius expediret. Verum uos quoq; q̃ eos uelut liberos ab oĩ damnatione, esse contendi-tis, cogitare non uultis, qua illos dãnatione puniatis, alienando a uita dei & a regno dei tot imagines dei. Postremo separando a parẽtibus piis, quos ad eos procreandos tam disertus hortaris. Hæc aũt iniuste patiũtur, si nullũ habent omnino peccatum, aut si iuste, ergo habent originale peccatum.

Alijs deinde propositis meis uerbis quib. cõmemoraui quã honeste sancti antiqui patres coniugib. usi fuerint, dicis eos non hoc intuitu operam dedisse propagini, ut tanquã eos gignerent filios baptismate diluendos, eo q̃ baptisma quo nũc adoptamur, nondũ fuerat institutũ. Hoc de baptismate uerũ dicis, Nec iõ tñ credendũ est, & ante datam circuncisionem famulos dei, q̃nquidẽ eis inerat mediatoris fides in carne uenturi, nullo sacrõ eius opitulatos fuisse paruulis suis, quã uis quid illud esset aliqua necessaria cã scriptura latere uoluerit. Nam & sacrificia eorũ legimus quib. utiq; sanguis ille figurabatur, qui solus tollit p̃cã mundi. Apertius ẽt legis iam tp̃e nascentib. paruulis, offerebant sacrificia pro peccatis, Rñde, p̃ quib. peccatis. Respice illis ẽt generantib. patribus perituram fuisse aĩam paruuli de populo suo, si die nõ circũcideret octauo, & rñde quo merito periret, quẽ negas originali obnoxium fuisse p̃cõ: Iam uero de Ioseph, cuius Mariam teste Euangelio coniugẽ dixi, multa diu disputas cõtra sententiam meã, & conaris ostẽdere, q̃a concubitus defuit, nullo mõ fuisse cõiugium: Ac p̃ hoc ſm te cũ destiterint cõcũbere coniuges, iã non erunt cõiuges, & diuortiũ erit illa cessatio. Q̃d ne contingat, agãt sicut possunt decrepiti q̃d iuuenes agebant, & ab hoc opere quo ẽt cõtinens nimiũ delectaris, nec effœtis ætate corporib, parcãt. Non se cogitent quantũ ad libidinis attinet incentiua, senuisse, ut possint coniuges permanere. Si hoc tibi placet, tu uideris. Ego ãt, q̃a liberorum procreandorum cã uxores esse ducẽdas honestas consentit humana, quolibet modo libidini cedat infirmitas, præter fidem quã sibi debent cõiuges, ne fiant adulteria, & prolẽ, cuius generandæ cã sexꝰ uterque miscẽdus est: aduerti ẽt tertiũ bonũ q̃d esse in coniugibus debet, maxime pertinentibus ad populũ dei, q̃ mihi uisum est esse aliquod sacr̃m, ne diuortiũ fiat uel ab ea coniuge, quæ non põt parere, uel sicut fecisse Cato p̃hibetur, ne ab eo uiro q̃ plures nõ uult suscipere filios, alteri fœtãda tradatur. Propter hoc in illo quod ſm Euangeliũ cõiugiũ nõcupaui, oĩa tria bona nuptiarũ dixi esse cõpleta. Fidẽ quia nullũ adulterium. Prolẽ, ipsum dñm Xp̃m. Sacr̃m, quia nullum diuortiũ. Non ergo quia dixi oẽ nuptiarũ. i. hoc tripertitũ bonum, in illis Xp̃i parẽtib. fuisse cõpletum, p̃p̃ hoc dixisse, putari debeo, sicut insimulas, ut quicquid aliter fuerit, malũ esse uideatur. Dico. n. & aliter bonum esse cõiugiũ, ubi proles nisi p̃ concũbitũ non põt p̃ creari. Si. n. aliter posset, & tñ concũberent coniuges apertissime, libidini cederent, atq; illo malo uterentur male. Cũ uero p̃p̃ quod sexus ambo sunt instituti, nisi eorũ commixtione non nascitur hõ, p̃p̃ hoc mixti coniuges, illo malo utuntur bñ. Si aũt; de libidine quærunt ẽt uoluptatẽ, uenialiter male. Quasi maritus, inq̃s, Ioseph, in opinione oĩum erat ſm hanc opinionem, non ſm ueritatem locutam fuisse scripturam uis intelligi, ut uirginẽ Mariam eius cõiugem diceret. Hoc putemus Euangelistam facere potuisse, cũ uel sua uel cuiuslibet alterius hominis uerba narraret, ut ſm opinionem hominũ loqueretur. Nunquid & angelus loquens unus ad unũ, contra conscientiam & suã & ipsius cui loquebatur, ſm opinionem potius quam secũdum ueritatẽ fuerat locuturus, qui ei dixit, Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuã? Deinde quid opus erat ut usque ad Ioseph generationes perducerentur, si non ea ueritate factum est, qua in coniugio sexus uirilis excellit? Quod ego in libro cui respondes, cum posuissem, tu prorsus attingere timuisti. Dicit autem Lucas Euangelista de domino, quod putabatur filius Ioseph, quia ita putabatur, ut per eius concumbitum genitus crederetur. Hanc falsam uoluit remouere opinionem, non Mariam illius uiri negare coniugẽ, contra angelum testem, quan quam & tu ipse etiam ex desponsionis fide, eã nomẽ coniugis accepisse fatearis. Quæ fi-

Marginalia: I · G 9. · G 17. · K · L. · M · Matt. 1. · Luc. 3.

des vtiq; inuiolata permansit. Neq; n. cũ eã vidisset iam virginẽ sacrã, diuina fęcunditate donatã, ipse aliã quęsiuit vxorẽ; cum vtiq; nec istã quęsisset, si necessariã coniugẽ non hẽret: Sed vinculũ fidei coniugalis, non ideo iudicauit esse soluendũ, q̃a spes cõmiscendæ carnis ablata est. Verũ de isto coniugo quod vis existima, nos tñ non vt calumniaris dicimus, sic fuisse primos coniuges institutos, vt sine commixtione vtriusq; sexus cõiuges essent: sed vtrum in paradiso ante pc̃tm̃ caro cõcupiuerit aduersus spiritũ: vel vtrũ nũc in coniugibus hoc nõ fiat, qñ eiusdẽ concupiscentiæ ẽt per pudicitiã coniugalẽ cohibet excessus: & vtrũ malũ nõ sit, cui repugnanti consentiendũ non est, ne in suum pergat excessum, & vtrũ non ex ipsa & cũ ipsa concupiscentia nascatur, cui malũ inesse vllum negas. & vtrũ ab ingenerato malo possit hominum quisquam nisi regeneratione liberari; hoc inter nos differitur. In his quæstionibus catholica ueritate antiquitus tradita, vestra impia nouitas suffocat. Quod aũt putasti congerenda esse sacrarũ testimonia literarũ, quib. ꝓbares vñ inter nos nulla quæstio est, adeo creari hoĩem, quod de quolibet uermiculo negare fas nõ est, quo ꝑtinuit, nisi vt te appareret cãpos quæsisse uerborũ vbi uetose atq; inaniter curreres? Sed cum ẽt sancti Iob testimoniũ tam loquaciter adhiberes, quare nõ tibi venit in mẽtẽ, quod ait idẽ homo dei cum de peccatis sermo eius esset humanis, nemĩnẽ mundũ a sorde, nec infantem cuius est vnius diei vita sup terrã? Nã misericordiã, & magnis & pusillis oĩbus præstari ab illo a quo salus est & hoĩum & pecorum, & q̃ facit solẽ suũ oriri super bonos & malos, q̃s abnuat, nisi qui deũ esse, aut terrena curare non credit? Qđ tu quasi inde cõtenderemus, per testimoniũ sancti Iob docere voluisti, q̃a dixit, Ossibus & neruis compegisti me, vitã & misericordiã tribuisti mihi. Vbi quidem ille potuit non omnem significare hominẽ, sed de seipso gratias agere, ꝙ eum carnaliter natum non deseruerit, sed ei misericordiam vt uere viueret, id est iuste viueret qui eum cõdidit, ipse præstiterit. Aut certe quia parum erat vita quam nascendo fortitus est, ideo addidit, & misericordiam, nec remaneret naturaliter filius iræ sicut cæteri, atq; inter vasa irę non inter uasa misericordiæ fieret. Cur aũt de malo quod ei adiacet atq; inest membris eius reus non fit fidelis, & ex eo malo tñ qui nascitur reatũ trahat, iam nescio quoties diximus, fideli. n. hoc beneficiũ regeneratio contulit, nõ gñatio: inde ergo ab isto reatu soluenda est ꝓles, vñ solutus est parẽs. Sed magnũ aliquid te dialectica docuit, rem quæ in subiecto est, sine illa re esse nõ posse, in qua subiecta est. Et iõ putas malum quod est in parente vtiq; in subiecto, alij rei, idest proli, ad quã non peruenit, reatũ non posse transmittere. Recte hoc diceres, si malũ concupiscẽtię de parẽte nõ ꝑueniret ad ꝓlẽ. Cũ vero sicut sine illo nemo seminat, ita sine illo nemo nascat, quõ dicis eo non peruenire quo trãsit? Nõ. n. Aristoteles, cuius cathegorias insipienter sapis, sed Apostolus dicit, Per vnũ hoiem pc̃tm̃ intrauit in mundũ, & per oẽs hoies transit. Nec sane tibi dialectica illa mentit, sed tu nõ intelligis. Verũ. n. est quod ibi accepisti, ea quæ in subiecto sunt, sicut sunt qualitates, sine subiecto in quo sunt esse nõ posse, sicut est in subiecto corpore color aut forma; Sed afficiendo trãseunt non emigrãdo, quemadmodum Aethiopes, quia nigri sunt nigros gignunt, non tñ in filios parentes colorẽ suum velut tunicã transferũt, sed sui corporis qualitate, corpus qđ de illis ꝓpagatur afficiũt. Mirabilius est aũt qñ rerũ corporaliũ qualitates in res incorporales trãseunt, & tñ fit, qñ formas corporũ quas videmus, haurimus quodãmõ, & in memoria recõdimus & quocunq; pergimus nobiscũ ferimus, nec illæ recesserunt a corporib. suis, & tñ ad nos mirabili modo affectis nostris sensibus transierunt. Qũo autem de corpore ad spiritũ, eo mõ transeunt de spiritu ad corpus. Nã colores virgarũ quas variauit Iacob, afficiendo transierũt in animas pecorũ matrũ, atq; inde rursus eadẽ affectione transeundo apparuerunt in corporibus filiorum. Tale uero aliquid etiam in fętibus humanis posse contingere, Soranus medicinæ author nobilissimus scribit, & exemplo confirmat historiæ. Nam Dionysium tyrranum narrat, eo quod ipse deformis esset, nec tales habere filios uellet, vxori suæ in concubitu formosam proponere solere picturam, cuius pulchritudinem concupiscendo quodam-

modo

Marginalia: A; Iob. 15.; B; Mat. 5.; Iob. 10.; Eph.; Rom.; C; Rom.; Qualitates emigrando, se afficiendo trãseunt; D; Gen.; 2. Reg. cap.; Hist.

mō raperet,& in prolem q̃ concipiebat, affi
ciendo transmitteret. Neque.n.deus ita natu
ras creat, vt leges auferat quas dedit motib.
uniuscuiusque naturæ. Sic & uitia q̃uis sint
in subiecto, ex parentib. tñ in filios nō quasi
transmigratione de suo subiecto in subiectū
alterū, qđ fieri nō posse cathegoriç illæ quas
legisti verissimum oñdunt, sed ꝙ non intelli
gis affectione & cōtagione ꝑtranseūt. Quid
E est ꝙ laboras magnis argumentationib. per-
uenire ad impietatis abruptū, vt Xp̄i caro q̄a
de Maria natus est, cuius virginis caro sicut
cæterorū omnium ex Adā fuerat propagata
nihil distet a carne peccati, & sine vlla distin
Ro. 8. ctione Apost. dixisse credatur, eū fuisse mis-
sum in similitudine carnis peccati, aut nullā
carnē esse peccati, aut si sit quia inde venit,
inde etiā esse Xp̄i contendit hæreticus, imo
potius instas vt nulla sit caro peccati, ne hoc
sit & Xp̄i? Quid est ergo carnis similitudo si
nulla est caro peccati? Sed hanc Apostolicā
sn̄iam me non intellexisse dixisti, nec eā tñ
exposuisti, vt te doctore nossemus, quod ali
qua res possit esse similis ei rei, q̃ non ē. Qđ
si dementis est dicere, & sine dubio caro Xp̄i
nō est caro peccati, sed similis carni peccati,
quid restat ut intelligamus, nisi ea excepta
oē reliq̃ humanā carnē esse peccati? Et hinc
apparet illā concupiscentiam ꝑ quā Chr̄s
M. ecō cep. concipi noluit fecisse in genere humano ꝓ
paginem mali, quia Mariæ corpus quāuis in
de venerit, tñ eā non traiecit in corpus, quod
non inde concepit. Cæterum corpus Christi
F inde dictū esse in similitudine carnis pecca-
ti, q̄a omnis alia hominū caro pc̄tī est, quis-
quis negat, & carnem Xp̄i ita carni compa-
rat nascentiū hominū cæterorum, ut asserat
utranq; esse puritatis æqualis, detestādus hæ
reticus inuenitur, Magnū porro aliquid in-
uenisse tibi videris & cupiosissime disputas,
etiam si nascentes mali aliquid ex paren-
tibus trahere possent, ꝙ expiarentur manib.
dei, quia eos ipse format in vteris matrū: ab
ipso aūt formati hoīes, quasi hoc negarem⁹,
instantissime probas, multa de scripturis ad-
hibens testimonia, in quib. cū ea uerba ex li
bro Ecclesiastico posuisses quib. dei oꝑa di-
cunē occulta, continuo tua subiecisti atque
dixisti, Quæ sententia eorum arguit uanita-
tem, qui putant naturalem profunditatē pos

se inuestigatione aliqua comprehendi. Hoc
tibi dic, & noli de aīæ origine temere aliq̄d
definire, qđ vel rōne verissima uel diuino elo
q̄o minime ambiguo nō pōt cōprehēdi, sed
potius qđ sapientissima mulier mr̄ Macha-
2. Ma. 7 bæorū sape: Nā & ei⁹ verba posuisti, q̃ filiis
suis, ait, Nescio qualiter in vtero meo appa-
ruistis. Qđ vtiq; nō putādā est dixisse de cor
porib. eorū, q̃ corpora se nō dubitabat ex vi
G rili semine cōcepisse se utrū animç filiorum
de pr̄na aīa tractæ fuerint, an aliunde ī vtero
eius eē cœperūt, hoc nimirū illa nesciebat,
nec eā pudebat, vt temeritatē caueret, igno-
rantiā confiteri. Quid est ergo qđ causaris,
cur non ipsi filij mundentur effectu, vt a pol
lutionibus, inquis, q̃ dn̄r parentū, maiestate
opificis expientur? Nec attēdis hoc dici etiā
de manifestis vitiis corporū posse, cū q̄b. nō
pauci nascunē infantes. Quāuis absit vt du-
biteē deū verū & bonū esse oīum corporum
formatorē, & tñ ex opificis tāti manib. tam
multa, nō solū vitiosa, verū ēt mōstruosa ꝓ
cedūt, vt naturæ a nōnullis appellenē erro-
res. Qui cū oꝑantē vim diuinā & quid cur
faciat indagare non possint, fateri eos pudet
nescire qđ nesciūt. Qđ aūt attinet ad pecca
ti originalis in oēs homines transitū, qm̄ per
concupiscentiā carnis trāsit, transire in eam
carnē nō potuit, quā nō ꝑ illā virgo conce-
pit. Qđ.n. & de alio libro meo quē scripsi ad
sanctæ memoriæ Marcellinū, velut mihi ꝓ-
scribēs ponere voluisti de Adā dictū, ꝙ tabi
ficauit in se oēs de sua stirpe venturos, vnde
utiq; ille tabificauit, nō inde Xp̄s in mr̄is vte
rū venit. Sed verba q̃ ad rē maxime ꝑtinent
in eadē sn̄ia mea, ego dicam, q̄a tu dicere no
luisti, & statim cur nolueris apparebit. Oc-
culta, inquā, tabe carnalis cōcupiscentiæ suç
tabificauit in se oēs de sua stirpe venturos.
H Non vtiq; carnē tabificauit, in cuius conce-
ptu tabes ista non fuit. Caro itaq; Chr̄i mor-
talitatem de mortalitate materni corporis
traxit, quia mortale corpus eius inuenit, con
tagium vero peccati originale non traxit,
quia concumbentis cōcupiscentiam non in
uenit. Si autem nec mortalitatē, sed solā sub
stantiam carnis de matre sumpsisset, non so
lum caro eius caro peccati, sed nec similitu
do carnis pc̄tī esse potuisset. Sed cōparas me
& coæquas Apollinaris errori, qui carnis sen

ſum fuiſſe negauit in Xp̃o, vt imperitis nebu
las vndecunq; cõmoueas, ne lucẽ veritatis
attẽdãt. Aliud eſt ſenſus carnis, ſine quo nul
I lus fuit, aut eſt, aut erit in corpore viuẽs hõ:
& aliud eſt concupiſcentia qua caro concu-
Galat. 3. piſcit aduerſus ſpũm ſine qua fuit ante pc̃tm̃
primus hõ, qualẽ nobis exhibuit humanam
naturã, Xp̃s hõ, quia ſicut ille ex terra, ſic iſte
ſine tali concupiſcentia eſt creatus ex fœmi
na. Aſſumens tñ ex illa ẽt mortalitatis infir-
mitatẽ, qualis non erat ante pc̃tm̃ in carne
hominis primi, vt eſſet iſta qđ tunc illa non
fuit, ſimilitudo carnis pc̃ti. Vt ergo nobis pa
tiendi p̃beret exemplũ, non habuit ille mala
ſua, ſed ꝑtulit aliena: In dolorib. pro nobis,
non in cupiditatib. Quaꝑꝑ natos ex Adam,
transferri renatos oportet ad Xp̃m, ne a re-
gno dei pereant imagines dei, qđ ſiue malo
fieri qui dicit, nec amorẽ habet nec timorẽ
dei. Cũ hoc aũt malo neceſſe eſt hominẽ de
dãnata origine generari. Regeneratos autẽ
abſit vt redigamus, ſicut calũniaris, ſub ne-
ceſſitate criminũ, deo largiente dona virtu-
Rom. 7. tũ. Quanuis ergo aliã legẽ videamus in mẽ-
bris nr̃is repugnantẽ legi mentis noſtræ, nõ
ſolũ tñ neceſſitatẽ criminis nõ habet, ſed ha
bet potius honorem laudis, cuius ſpũs ſpiri-
tali munere adiutus, aduerſus carnis concu
piſcentiã concupiſcit Sed quacunque te ver
ſes, quacunq; te iactes, q̃cunque vndecunq;
colligis, infles, ventiles, ſpargas, cõtra quod
concupiſcit ſpũs bonus, non eſt bonũ. Non
potuit, inquis, exẽplum dare natura diſſimi-
lis, Potuit quidẽ. Nam quid eſt quod nos ad
imitationẽ patris hortat̃, qui facit ſolẽ ſuum
oriri ſuper bonos & malos, vt eius exemplo
Matt. 5. noſtros diligamus inimicos? Veruntñ natu-
ra hominis Xp̃i, noſtræ naturæ diſſimilis nõ
fuit, ſed vitio noſtro diſſimils fuit. Ille quip-
K pe ſine vitio natus eſt hõ, quod hominũ ne-
mo. Quantũ aũt ad vitam pertinet, qua Xp̃m
debemus imitari, hoc quoque ad diſtãtiam
plurimũ valet, ꝙ vnuſquiſq; noſtrũ homo
eſt, ille aũt ẽt deꝰ. Neque.n. tm̃ põt iuſtus hõ
eſſe qui homo eſt, quantum homo qui &
deus eſt. Illud ſane magnũ verumq; dixiſti
cũ poſuiſes teſtimoniũ Apoſtoli Petri, dicẽ-
tis, Qui pc̃tm̃ non fecit, notandũ eſſe ꝙ iu-
2. Pet. 2. dicauerit Apoſt. ſufficere ad oſtendendũ in
Xp̃o nullũ fuiſſe, pc̃tm̃, quia dixit nullũ eum
feciſſe pc̃tm̃: Vt doceret, inquis, quia qui nõ
fecit, habere non potuit. Omnino veriſſimũ
eſt. Profecto.n. pc̃tm̃ ẽt maior feciſſet, ſi par
uulus habuiſſet: Nam propterea nullus eſt L
hominũ præter ipſum, qui pc̃tm̃ non fecerit
grandioris ætatis acceſſu, quia nullus eſt ho
minũ p̃ter ipſum, qui pc̃tm̃ non habuerit in-
fantilis ætatis exortu, Tolle, inquis, exempli
cãm, tolletur, & precij, qđ pro nobis factus
eſt Non eſt mirum ꝙ ſolum exemplũ ponis
in Xp̃o, qui p̃ſidium gratiæ, quo erat plenus,
oppugnas, Spe, inquis, malo carendi ad fidei
præſidia conuolamus, non aũt caremus in-
natis. Siquidem poſt baptiſma virilitas ipſa
ꝑdurat, quia virilitatis nomine concupiſcẽ-
tia carnis appellas. Perdurat vtique qđ ne-
gari non põt, contra qđ debet concupiſcere
ſpũs, ne hõ renatus iam concupiſcentia ſua
trahat̃ illectus, & vtique cõcupiſcentia q̃ re
pugnat vt trahat, ẽt ſi ſpũ contra eam concu
piſcente & reſiſtente nõ trahat, ac ꝑꝑea nec
concipiat pariatq; pc̃tm̃, non eſt bonũ. Et ip
ſa eſt, de qua dicit Apoſt. Scio q̃a nõ habitat Rom.
in me bonũ, hoc eſt, in carne mea. Hoc aũt
quod non eſt bonũ, Xp̃s in natura ſi haberet
ſua, non ſanaret in noſtra. Interponis aliud Cap.
de libro meo, & qm̃ dixi coniugalẽ concu-
bitũ qui fit intentione generandi, nõ ipſum
eſſet peccatum, eo ꝙ bona voluntas animi
ſequente ducat, non ducente ſequatur corpo
ris voluptatem, tu cõtra refers de ea re quæ M
a peccato libera eſt, pc̃tã non naſci, iſto mo-
do exiſtimans te poſſe deſtruere originale,
pc̃tm̃, qđ non deſtruit niſi ſaluator, quẽ par
uulis inuidetis: Deſtruit autem ſoluendo ꝙ
rei ſunt, non negando, Ideo quippe concu-
bitus coniugalis, qui fit intentione generan
di, non eſt pc̃tm̃, q̃a bene vtitur lege pc̃ti, id
ẽ cõcupiſcẽtia, q̃ ẽ in mẽbris repugnãs legi
mentis. Quæ ſi ꝑꝑea reũ parẽtẽ non tenet,
q̃a regeneratus eſt, quid mirum ſi propterea
reũ tenet naſcentẽ, q̃a inde generatus eſt? Et
ideo ne reus remaneat, etiam ipſe regenerã-
dus eſt. Hæc vero ſententia tua qua dixiſti,
de ea re quæ a peccato libera eſt, peccata nõ
naſci, q̃tũ adiuuet Manichæos, ſi cogites vo-
les eam delere de libro tuo, & de cordibus
omnium q̃ legerũt librũ tuũ. Si.n. nõ de ea
re quæ a pc̃tõ libera eſt, peccata naſcuntur,
habeat aliam naturam ſuam ſecundũ Mani-

chæos

cheos vñ nascantur. Quos & alijs similibus snītijs tuis quantū adiuuares, iam in primo huius nr̄i operis uolumine demōstrauit. Ecce & hic quod dixisti tantundē ualet. Vides ne nobis operā dandā pter errorē ꝓprium, quo Pelagiani estis, ut quasdā tuas snīas qualis & ista est, euertamus, si Manichęos uincere uolumus? De ea re quæ a peccato libera est, dicis peccata nō nasci. Sed ueritas cōtradicit, q̃ te & Manichæos euertit, cum q̄b. tibi vox ista cōis est, Angelus quē creauit deus,

A res a peccato libera fuit: hō quē primū creauit deus, res a peccato libera fuit. De reb. igitur a peccato liberis, nata esse peccata q̄ negat, aut Manichæus est, ut manifestus, aut Manichęis suffragatꝰ incautus. Deinde ponēs alia uerba mea sic argumētaris, quasi ego dixerim, cū seruit cōiugatis ad ꝓpagādā ꝓlē, tūc honorari libidinē. Dicis tibi ipse qđ uis: Nā ego hoc nō dixi oīno, nec sensi. Qūo.n. libido cū seruit honoratꝰ, qn̄ ne pgat ī liberos excessus, dn̄atiōe mētis opprimitꝰ? Nos itaq; nō diximus semꝑ ad reatū ꝑtinere uti libidine. Quod uelut dixerimus, ita colligis minꝰ peccare adulteros q̃ maritos, q̄a maritis, inquis, libidino seruit ut peccēt, adulteris imperat. Sed cū ego illud nō dixerim, qualecunque hoc sit tuū, qđ tanq̃ cōsequēs esse uoluisti, nihil an me attinet. Ego.n. dico uti libidine non semꝑ esse peccatū, q̄a malo bene uti non est peccatū. Nec quęcunq; res ideo bona est, q̄a ea bene utitꝰ bonus. Nā & de duobus hominib. scriptū est, Filius eruditus sapiens erit, imprudente aūt ministro utetur. Nunquid ideo bonū est esse imprudētem, q̄a

B bene illo utitur sapiens? Inde & Apostolus Ioannes nō ait, nolite uti mundo: sed, Nolite diligere mundū: ubi posuit & concupiscētiā carnis. *1.Io.2* Qui.n. non diligēs utitꝰ, quasi non vtēs utitur, q̄a non eius rei causa utitꝰ, sed alterius quam diligens intuetur, ut ēt non diligens hac vtatur. Propter quod Paulus coapostolus eius, Et q̄ utūtur, inquit, hoc mundo, *1.Co.7.* quasi non utantꝰ. Quid est, quasi nō utantur, nisi non diligant quo utuntur, qm̄ tale est, ut bene aliter non utantur. Et hoc quidē etiā in his rebus obseruandū est, quæ in hoc mūdo sic bonæ sunt, ut tamē eas diligi nō oporteat. Quis.n. malū esse pecuniam recte dixerit? Et tn̄ nemo ea bn̄ utitꝰ qui dilexerit, quāto magis libidinē? Nā pecuniā malus quidē spiritus cōcupiscit, sed ipsa cōtra bonū spiritū non concupiscit, quod libido facit atq; iō & q̄ hoc esse malum negat, peccat: & q̄ hoc malo bene utitur, non peccat. Recte igitur argumenta reris, dicens, libidinē si mala est, maiori reatu obstringere q̄b. obsequitur, cōiuges, q̃ q̄b. dn̄atur, adulteros, si diceretꝰ a nobis, eos coniuges qui seruiente concupiscentię malo ad solum generandi utuntur officium, ad aliqua mala opera eos illo vti, sicut ad facinus perpetrādū seruo vtitꝰ homicidia. Cū aūt dicamus bonū esse in cōiugibus officium ꝓcreandi, quāuis vulnus qđ in renato sanari pōt, trahat natus de primi contagione peccati, restat ut sic vtantꝰ coniuges boni malo cōcupiscentiæ, sicut sapiēs ad opera vtiq; bona ministro vtitꝰ imprudente. Sed hoīes acutissimi iō non mūdū non genus, sed excessum voluptatis arguitis, & exprobrādum censetis obscęnis: q̄a eum nostis, vt dicis, intra cōcessos fines animi ptāte posse retineri. Faciat animi ptās si pōt, vt ad transgrediēdos fines a q̄b. transgrediendis eā reuocat, nō se libido cōmoueat. Quod si facere non pōt, ꝓfecto vt fines non transgrediatur, improbo, hosti resistitur, qui eos transgredi nititꝰ. Sed vniuersum contēptum eius, inquis, uirginibus continētibusq; inesse testamur. Nunq̄d

D ideo virgines & continentes contra concupiscentiam carnis non pugnāt? Et quid est cōtra quod exercens abs te quoq; prædicata illa gloriosa certamina, vt virginitatem continentiāq; custodiant? *Roma.7.* Si ergo pugnāt, malum est quod expugnāt. Et vbi est hoc malū, nisi in ipsis? Ergo non habitat in me, hoc est, in carne meo bonū, veraciter dr̄ & ab ipsis. Nihil aliud dicis esse nuptias q̃ corporū cōmixtionem: & dicis postea, quod & uerū est, sine appetitu mutuo & sine opere naturali, propagationem esse non posse. Nunquid tamen negas sibimet ēt adulteros appetitu mutuo & opere naturali, & corporū cōmixtionē coniungi? Non est ergo ista definitio nuptiarū. Aliud est enim quod nuptiæ sunt, & aliud est sine quo etiam nuptiæ filios propagare non possunt. Nam & sine nuptijs possunt nasci homines, & sine corporum commixtione possunt esse coniuges. Alioquin non erunt coniuges, ut nihil aliud dicam,

certe cũ ſenuerint ſibiq; miſceri vel nõ potuerint, vel ſine ſpe ſuſpiciendæ prolis erubuerint atq; noluerint. Vides ergo q̃ inconſiderate nuptias definieris, dicẽdo eas aliud nõ eſſe niſi corporũ cõmixtionem. Tolerabilius

E forte diceres, non eas inchoari niſi ꝑ corporũ cõmixtionẽ, quia filiorum procreãdorũ cã vtiq; ducunt vxores, & aliter non poſsũt filij procreari. Sed ꝓcreandi cã cõmixtio corporũ aliter q̃ nunc eſt fuiſſet, ſi nemo peccaſſet. Abſit.n. vt honeſtiſſima illa fœlicitas in paradiſo cõmotæ libidini ſemꝑ obtẽperaret, abſit vt illa pax animi & corporis hẽret aliquid ꝑ ꝑ qđ aduerſus ſeipſam prima hominis natura pugnaret. Si ergo ibi nec ſeruiendũ libidini, nec aduerſus eã bellandum fuit, aut non fuit, aut non talis qualis nũc eſt fuit. Nunc.n. libidini neceſſe eſt, vt repugnet qui ſeruire noluerit: neceſſe eſt vt ſeruiat, qui pugnare neglexerit. Quorũ duorũ vnũ eſt moleſtum, & ſi laudabile alterum turpe & miſerabile. Itaq; in hoc ſeculo vnũ horum caſtis eſt neceſſarium, in paradiſo aũt vtrunque a beatis fuerat alienum. Sed iterũ me dicis mihimetipſi eſſe contrarium, propoſitis videlicet alijs verbis meis, vbi propagationis officium a carnalis delectationis appetitione diſcernens, aliud eſſe dixi non concumbere niſi voluntate generandi, qđ non habet culpã: aliud concũbendo carnis appetere voluptatẽ, ſed non præter coniugẽ, qđ veniale habet

F culpam. Nihil habent duo iſta quantũ mecũ oẽs vident q̃ verum vident, vnde me oſtendas mihi eſſe cõtrarium. Audi tñ identidẽ ꝙ eorũ ſenſibus inculcarius intimeẽ, quos fallere affectas. Calumniaris.n. nos excuſationẽ ꝑbere turpibus & flagitioſis hominib. vt cum infanda immunda commiſerint, cõtra volũtatẽ ſe dicãt feciſſe, & iõ nullum habere peccatum, quaſi nos non multo exertius adhortemur contra libidinẽ eſſe pugnandũ. Nã ſi vos cũ id bonũ eſſe dicatis, non vultis tñ, vt vrã aduerſus iſtud bonũ frigeſcere, vel certe tepeſcere bella credamus, quanto vigilantius & ardẽtius cõtra malum nos cenſemus eſſe pugnandũ? Nos dicimus illud eſſe cõtra voluntatẽ, vt caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, non illud, vt ſpiritus aduerſus carnẽ. Per q̃ concupiſcentiam bonã fit, vt niſi cauſa generandi non vtantur coniuges carnis libidine, ac ſic malo vtantur bene. Qui vſus bonus mali, facit honeſtũ cõcubitũ vere nuptialẽ. Voluptatis aũt cã non prolis, facit cõcubitũ culpabilẽ, ſed in coniuge venialem. Iõ aũt & de honeſto concubitu qui naſcitur trahit qđ renaſcendo diluatur, quia & in cõcubitu honeſto ineſt malũ, quo bñ vtitur bonitas nuptiarum. Sed nõ obeſt renatis, quod oberat natis. Vñ fit ꝯñs ut qui ex eis naſcit̃, & illi obſit ſi non renaſcatur. Tu ſane inter

G argumẽtationes tuas, quib. te inaniter aduerſus mea verba contorques, identidem te Manicheos adiuuare non vides. Ideo quippe tibi videtur natus de cõcubitu coniugali, non trahere originale pctm̃, qa de hoc opere qđ non habet culpã, naſci ſicut dicis, culpa non põt. Cur ergo de opere dei quod non habebat culpam, nata eſt culpa angeli, nata eſt culpa hominis? Cernis quantũ eis ſuffrageris quorum deteſtationẽ conaris obtegere, ꝙ aduerſus catholicã fidẽ fundatiſſimã ſentis. Si.n. ſm̃ definitiuã tuam, de hoc opere quod non habet culpam, naſci culpa nõ põt, ecce nulla opera dei habent culpã. Vnde igit̃ culpa nata eſt? Hic Manichęus te adiuuante aliã naturã, ſicut deſipit, malã molitur inducere, vt ſit vnde culpa nata eſſe credatur, quia de opere dei, ſm̃ tua verba culpa non naſcitur. Nunquid poteſt uinci Manichęus, niſi cũ illo & ipſe vincaris, qa & angelus & hõ dei ſunt opera ſine culpa? Ex quibus tñ culpa nata eſt, dũ ab eo qui culpa caret, ꝑ liberũ arbitrium receſſerunt, quod eis datũ eſt ſine culpa: & facti ſunt mali, non per admixtionem mali, ſed per defectionẽ boni. Dicis ob hoc a me Chriſtiani tꝑis continẽtiã fuiſſe laudatam, non vt ad virginitatem incenderentur

H homines, ſed ut bonũ nuptiarũ quod a deo inſtitutum eſt damnaretur. Sed ne puteris de animo meo maleuola ſuſpicione torqueri, uelut probare me uolens, dicis mihi, Si fideliter inuitas homines ad ſtudium continentiæ, fateris ergo ita uirtutem pudicitiæ a uolentibus poſſe ſeruari, ut ſit quicunq; uoluerit corpore ſanctus & ſpũ, Rñdeo me fateri, ſed non ſicut uos. Nã vos ipſius animi uiribus hoc tribuitis, ego adiutæ ꝑ dei grãm uoluntati. Veruntñ quid cõprimitur animi imperio ne peccetur, niſi malum, quo uincente peccatur? Qđ malũ ne dicamus cum Ma-

Identidẽ aliquoties vſurpare videtur, pro viciſſim.

Galat. 5.

tanquam ex aliena mali natura nobis esse cō
mixtum, restat ut in nostra natura tanquam
uulnus aliquod fateamur esse sanandum, cu
ius reatū iā fatemur regeneratione sanatū.
Ecce frustra enumerasti, quibus me compa-
res, tot hæreticorū fraudes, quorū utinā nu-
merū non augeres, Apostolica sentētia, qua
notat hæreticos prohibentes nubere, etiā me
asseris tangi, quasi dicam post aduentū Chri
sti turpia esse coniugia. Audi ergo quod di-
cimus, ut hoc ipsum multis modis ac sæpiꝰ
audiendo, non dissimules ueritatem, simulās
quodammodo surditatem. Non dicimus tur
pia esse coniugia, quandoquidem ne incon-
tinentia in damnabile cadat flagitiū, fulcien
da est honestate nuptiarum. Sed quod uos
dicitis, Christiana doctrina nō dicit. i. ut uer
ba tua ponā, hominē sufficere ingenitis sibi
motib. dare leges: hoc non dicimus, sed dici
mus qđ dixit Apost. cū hinc loqueretꝰ, Vnus
quisq; propriū donū habet a deo. Et quod di
xit dn̄s, Sine me nihil potestis facere. Et non
omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus da-
tum est, cū posset dicere, non omnes capiunt
uerbum hoc, sed qui uoluerit: si uerum esset
quod dicitis uos. Quæro sane qualibus inge
nitis sibi motibus hominē dicatis esse ido-
neum dare leges? utrum bonis an malis? Si
bonis aduersus bonū, ergo spiritus concupi
scit aduersus spiritum, & duo bona inuicem
sibi aduersantur in homine. Quod si ita esset
ipsa duorum bonorum inter se aduersitas bo
na esse non posset. Si autem malis fatere igi-
tur ingenitos esse homini motus malos, cō-
tra quos castitas dimicat. Et ne dicere cū Ma
nichæis cogaris alienæ mali naturæ nobis in
esse commixtionem, nostrum potius origi-
nalem confitere languorem: Cuius languo-
ris malo coniugalis bene utitur pudicitia. cō
tra quod languoris malum, adhibentur ab
incontinentibus nuptiarum remedia, exer-
centur a continentibus gloriosa certamina.
Arbitror pollicitationem meam ex quo tibi
ad omnia respondere cœpi, in quibus soluē
dos quæstionum nodos aliquos attulisti, cō-
modius impleri, si numernm tuorum uolu-
minum non excessero. Sit ergo hic finis hu-
ius mei, ut nouissimum tuum ab alio refel-
lamus exordio.

Libri quinti finis.

D. AVRELI AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, contra Iulianum, Liber Sextus.

Cap. I.

RESponsum est libro tuo tertio re
spondeatꝰ & quarto: aderit dn̄s
ut non solū ueritas, sed etiā cha
ritas tibi exhibeatur a nobis.
Quæ duo q̄squis tenuerit, nec
fatuus, nec inuidus erit. De quib. vitiis ī prin
cipio memorati tui libri multa dixisti. Nā &
error veritate, & liuor charitate pellēdus est.
In hac aūt tua disputatione cū de stultitia lo
quereris, dicens eam matrē esse omniū vitio
rum, adhibuisti testimoniū de scriptura, vbi
legitꝰ, Neminē diligit deus, nisi eū qui cū sa-
pientia habitat. Quære itaq; diligenter, vtrū
habitare cū sapientia puerilis vanitas possit,
per q̄ necesse est ex infantia paruulus tran-
seat, qui tn̄ transit: & considera qui primus
fructus nascatꝰ de radice q̄ laudas, & quanta
in contrariū mutatione opus habeat vt dili-
gatur a deo, q̄ nisi eū qui habitat cum sapien
tia neminē diligit, in prædestinatis vtiq; par
uulis qđ odit absumens, vt ēt ipsos a vanita
te liberatos, cū sapientia diligat habitantes:
quos certe si ab vbere raptos abstulerit vlti-
mus dies, miror si audes dicere habitaturos
cum sapientia præter regnum dei, quo eos
bonū s̄m te inuiolatę inculpatęq; naturę nō
permittit accedere, nisi veri saluatoris gratia
redemptos liberet a falsi insipientia laudato-
ris, vt omittā natura fatuos, multo amplius
lugendos scriptura teste q̄ mortuos. Quos q̄
dem & ab isto tanto malo pōt dei gratia per
sanguinem mediatosis eruere. Sed vnde po-
tuerunt in tm̄ malum ruere, si diuino iudi-
cio nulla origini debetꝰ pœna vitiatæ? Ecce
merito reprehendisti eos & grauiter, qui uel
supersederunt sciēda cognoscere, vel nō for
midant ignorata culpare. Nunquid hoc de
his qui excordes nati sunt, potes dicere? Nec
tn̄ eis sub deo iusto vn̄ hoc accidere potue-
rit inuenturus es, si nulla ex parentibus tra-
huntur merita filiorum. Sed inuidendo tibi,
in quadam meridie compertæ veritatis sine
obumbramento ignorationis vt loqueris,
insanimus. Ita ne uero tanta paruulis mala,
tu qui non inuides, non vides? Bonus est deꝰ

iustus

iustus est deus. Extranea ꝓrsus mali est nulla natura, quæ nr̃æ naturæ ſm Manichæos credat admixta. Vñ sunt non dico in moribus, sed in ipsis ingenijs cum quib. nascũtur tanta hoĩum mala, si non est humana origo uitiata, non est massa dãnata? Quid ꝙ hõ fatuitatis expers sit, & ab inuidiæ stimulis alienus, ipsam sic describis inuidiã, ut in tua descriptione hoc uitium & pc̃tm̃ appareat & pęna peccati? An nõ est peccatũ diabolicum

A inuidia? An non est pęna peccati, quæ protinus ipsum de quo oritur uexat authorem? Hæc uerba tua sunt, & tñ diuturna loquacitate uisus tibi es acutissime disputasse, vnũ, idemq́; vitium pc̃tm̃ pęnamq́; peccati esse nõ posse. Sed forte qs inuidus nõ es, uix tandẽ inuidiam in alio libro uidere potuisti de qua hæc diceres, & tibi ꝓ me qa mihi non iuuides, cõtradicere. Finito aũt ꝓęmio, ubi ẽt laborasti sicut soles ꝓbare ꝙ prædico deũ esse hoĩum conditorẽ, mea deinde uerba ꝓponis, ubi dixi, mundo non deo nasci hominẽ, qui de concupiscentia carnis nascit̃, deo autẽ nasci cũ ex aqua & spiritu renascit̃. Quibus meis uerbis: sic insidiaris, ut afferas hinc intelligi me dẽre dixisse, quod ad diabolum ptineat quicquid ad mundũ pertinet: qa scilicet alibi dixerã, eos q de corporũ cõmixtione nascunt̃, ad ius diaboli pertinere, afferendo vtiq; de ptãte erui tenebrarum cũ regñantur in Christo. Rñdeo ergo calumniæ. tuæ. Ita n. me uis putari appellasse mundum ad ptãtem diaboli pertinentem, tanquam cęlum, & terram & omnia quæ in eis sunt, uel diabolus fecerit vel diabolus teneat. Hoc nõ dico, sed detestor, redarguo, & dãno q dicit.

B Sed hoc loco sic appellaui mundum quemadmodũ dñs, ubi ait, Ecce uenit princeps mũdi: Non n. cęli & terræ & oĩum quæ per uerbũ, hoc est p eundẽ ipsum Chr̃m facta sunt: vñ scriptum est, Mundus p eum factus est: principẽ uoluit intelligi diabolũ: sed sicut dictũ est, Mundus in maligno positus est. Et iterum, Oĩa quę in mundo sunt, concupiscẽtia carnis est & concupiscęntia oculorum, & ambitio sæculi, quæ nõ est a patre, sed ex mũdo est. Non enim cœlum & terra non sunt a patre per filium, aut angeli, sydera, arbusta, animalia, homines non sunt a patre per filium, quantum quidem attinet ad ipsam substantiam qua homines sunt: sed mundi princeps est diabolus, & mundus in maligno positus est. oẽs vtiq; homines qui rei sunt damnationis æternæ, si non inde liberẽtur, ut nõ iam pertineãt ad principem peccatorum, redempti eo sanguine qui in remissionem fusus est peccatorũ. Huic ergo mundo cuius princeps est, de quo ait qui uicit mundum, Ecce uenit princeps mũdi & in me nihil inueniet. hic, inquã, mũdo nascitur homo donec renascatur in eo qui vicit mundum, & in quo nihil inuenit princeps mundi. Quis est em̃ mundus, de quo dicit saluator mundi & uictor mũdi, Non põt mũdus odisse uos, me autem odit, quia ego testimonium phibeo de illo, quia opera eius mala sunt? Nunquid terræ ac maris, cęli ac syderũ mala sunt opera? Sed utiq; mundus iste homines sunt. Nec ab isto mundo quisquam liberandus eligitur, nisi gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum qui dedit carnẽ suam pro mũdi uita, quod non fecisset, nisi mundum inuenisset in morte. Quis est mundus de quo dicebat Iudæis, Vos de hoc mũdo estis, ego non sum de hoc mundo? Postremo quis est mundus de quo elegit Iesus discipulos suos, vt iam de mundo non essent, & eos de quo iam non erant, ipse mundus odisset? Sic em̃ loquitur saluator mundi, Lux mundi, sic, inquã, loquitur, Hæc mando uobis ut diligatis inuicem. Si mũdus uos odit scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Si non addidisset, elegi uos de mundo, putari posset, ita dixisse, de mundo non estis quẽadmodũ de seipso dixerat, Ego non sum de hoc mundo. Neq; em̃ & ipse fuit de mundo, & electus est inde, ut nõ esset de mundo. Quis hoc dixeris christianus? Nec ſm hoc em̃ ꝙ homo esse dignatus est, filius de mundo fuit. Quid ita? nisi qa in illo pc̃tm̃ nunq̃ fuit, ꝓꝑ qđ oĩs homo prius mundo nõ deo nascitur, & ut deo nascatur de mundo eligit̃ qui renascitur, ut iam non sit de mundo? Propter quod ab eo princeps mundi eijcitur foras, sicut ipse testatur, dicens, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcitur foras. Nisi forte eo vsque

vestra

Ioan. 14.
Ioan. 1.
1. Ioan. 5
1. Ioan. 2
Ioan.
Ioan.
Ioan.
Ioan.
Ioan.

veſtra progrediet audacia, ut dicatis non de mundo eligi paruulos qñ baptiſmo eius abluuntur, de quo dictũ eſt, Deus erat in Chriſto, mundũ reconcilians ſibi. Ad iſtã recõciliationem, ſi negatis paruulos pertinere, negãtes eos eſſe de mundo, qua frõte neſcio uiuatis in mũdo. Porro ſi eos fatemini cũ in corpus Chriſti tranſeũt de mundo eligi, neceſſe eſt ut ei naſcãtur de quo eligũtur, vt renaſcãtur. Naſcuntur. n. per carnis concupiſcentiã, renaſcũtur per ſpũs ſancti gratiã. Illa de mũdo eſt, hæc uenit in mundũ, ut de mundo eligãtur qui prædeſtinati ſunt ante mundũ. Cũ autẽ dixiſſet Apoſtolus, Deus erat in Chriſto mundũ recoucilians ſibi: qũo id faciat, mox adiunxit atq; ait, Non reputãs illis delicta eorum. Totus ergo mũdus ex Adã reus, Deo nõ negante manũ formationis opere ſuo ſeminibus inſtitutis, quamuis paterna præuaricatione uitiatis: & cũ per Chrm reconciliatur mũdus, de mũdo liberatur, eo liberãte qui uenit in mundũ, non de mundo eligendus, ſed electurus: nõ meritorum electione, ſed gratiæ: quia reliquię per electionẽ gratiæ ſaluæ factę ſunt. Deinde propoſitis alijs meis uerbis, ubi dixi, Huius concupiſcentiæ reatũ regñatio ſola dimittit, ac per hoc gñatio trahit: moxq; ſubiunxi, Ergo quod generatum eſt regenere tur, vt ſimiliter, quia non põt aliter, quod tractum eſt remittatur: fruſtra idẽtidem conaris obregere quod ſuperfluum b ptiſmũ putatis in paruulis, dicẽtes myſteriorũ Chriſti gratiã multis locupletẽ eſſe muneribus: Velitis nolitis, paruulos credere confitemini in Chriſtũ per corda & ora geſtantiũ. Ergo & ad illos ptinet dñica illa ſnia. Qui non crediderit, cõdẽnabitur. Qua cã, qua iuſtitia nullũ trahũt originale pctm̃? Qđ autẽ dicis, hinc potius ſuos approbat, ꝙ ante propriũ voluntatis obſequium, hoc quod in eis fecit beneficiorũ ſublimat argumentis: Si ergo hinc ſuos iſtos approbat, profecto illos quibus hoc non donat, uõ approbat ſuos. Porro cum & ipſi eadem cã ſint eius, quia condidit eos, cur nõ & ipſos eodem mõ approbat ſuos? Hic de fato, uel de acceptione perſonarum nihil negatis, iam ergo nobiſcũ gratiã confitemini. Quid eſt.n. aliud, ubi nihil illorũ eſt? In una igitur eademq; cauſa, alius relinquitur iuſtitia iudicante non fato, alius aſſumitur gratia pręſtãte non merito. Fruſtra oĩno contẽditis, nec ab originali peccato paruulos regñatiõe mũdari. Non hoc oſtendit, qui dixit, Quicunque baptizati ſumus in Chriſto, in morte eius baptizati ſumus. Dicendo.n. quicunq;, non uti que paruulos fecit exceptos. Quid eſt aũt in morte Chriſti baptizari, niſi peccato mori? Vnde ẽt de ipſo idem alio loco dicit, Quod enim mortuus eſt peccato, mortuꝰ eſt ſemel. Quod enim mortuus eſt peccato, utique dictum eſt propter ſimilitudinem carnis peccati, propter quod & magnum myſterium eſt crucis eius, ubi & uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt euacuetur corpus peccati. Si ergo in Chriſto paruuli baptizantur, in morte eius baptizantur. Si in morte eius baptizãtur, mortis eius ſimilitudini complantati peccato utique moriũtur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod autem viuit, viuit Deo. Et quid eſt cõplãtari ſimilitudini mortis eius, niſi quod ſequitur, Sic & uos exiſtimate uos mortuos eſſe peccato, uiuere autem Deo in Chriſto Ieſu? Nunquid dicturi ſumus, peccato mortuum fuiſſe Ieſum, quod nullum habuit unquã? Abſit. Et tñ ꝙ mortuus eſt pctõ, mortuus eſt ſemel, Mors enim eius pctm̃ noſtrum ſignificauit, quo utiq; ipſa mors accidit, cui morti mortuus.i. ut mortalis nõ eſſet ulterius, peccato dr mortuus. Quod ergo ipſi ſignificauit, in ſimilitudine carnis peccati, hoc per eius gratiam nos agimus in carne peccati: Vt quomodo ilie moriẽdo ſimilitudini peccati, peccato mortuus prædicatur, ita quicunq; in illo fuerit baptizatus, idẽ peccato, cuius in Chro ſimilitudo nõ ueritas, eidẽ rei cuius illa fuerit ſimilitudo, moriatur. Et qũo in illius uera carne uera mors fuit, ſic fiat in ueris peccatis uera remiſsio. Totus itaq; iſte epiſtolæ Apoſtolicæ locus ſi te ab iſta prauitate nõ corrigit, nimis obduruiſti. Quãuis.n. ſibi cõnexa ſint oĩa qbus ait, ſcribens ad Romanos, ut gratia Dei cõmendetur per Ieſum Chriſtũ, tñ quia epiſtolã totã hic recolere & pertractare nõ poſſumus, ualde enim longum eſt ex iſto capite quod agitur conſideremus, ubi ait, Cõmẽdat aũt ſuã charitatẽ Deus in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Hoc tu dictum exceptis paruulis uis putari. Vbi ſi abs te quæram, ſi nõ ſunt inter

2. Cor. 5. — E — Rom. 11. — Matth. 16. — Rom.6. — Ibidem. — G — H — Rom. 5.

inter peccatores hn̄di,qūo ꝓ eis mortuus ē,
qui pro pc̄tōribus mortuus eſt? R.n̄debis nō
pro ſolis peccatoribus mortuū , q̄uis ſit etiā
ꝓ peccatorib.mortuus.Quod quidē nuſquā
legis in diuinis authoribus,mortuum.ſ.eſſe
Xp̄m ēt pro eis qui nullū habuerunt omni-
no pc̄tm̄. Sed attende q̄ validis teſtimoniis
I vrgearis.Tu dicis ēt pro pc̄tōrib. mortuum,
ego dico non niſi ꝓ peccatoribus mortuū,
ita vt rn̄dere cogaris,ſi nullo peccato paruu
li obſtricti ſunt,nō eſſe ꝓ paruulis mortuū.
2.Co.5. Dicit.n.ad Corinthios, Qm̄ vnus pro omni
bus mortuus eſt.Ergo oēs mortui ſunt, & ꝓ
omnib.mortuus eſt.Nullo mō hic negare ꝑ
mitteris,nō niſi pro his q̄ mortui ſunt,mor-
tuum fuiſſe Ieſum.Quos igit̄ hoc loco intel
ligis mortuos ? Nūquid eos qui de corpore
exierunt? Quis ita deſipiat vt hoc ſapiat? Eo
mō itaq; intelligimus mortuos , pro quibus
omnib.vnus mortuus eſt Xp̄s, qūo alibi di-
Coloſ. 2. cit,Et vos cū eſſetis mortui in delictis & p̄-
putio carnis veſtrę,viuificauit cū illo.Ac per
hoc vnus,inquit ꝓ omnib. mortuus eſt,er-
go oēs mortui ſunt, oſtendens fieri non po-
tuiſſe vt moreretur,niſi pro mortuis.Ex hoc
.n.probauit oēs mortuos eſſe, quia pro om-
nib. mortuus eſt vnus.Impingo, conculco ,
infercio recuſanti. Accipe , ſalubre eſt, nolo
moriaris.Vnus pro omnibus mortuus eſt,er
go oēs mortui ſunt.Vide quia conſequēs eſ-
ſe voluit,vt intelligant̄ oēs mortui,ſi pro oī
bus mortuus eſt.Quia ergo non in corpore,
reſtat vt in pc̄tō eſſe mortuos oēs, ſi ꝓ omni
bus Chr̄s mortuus,nemo neget, nemo dubi
tet,qui ſe nō negat aut dubitat eſſe Chriſtia-
K nū.Quaꝑꝑ ſi nullū trahunt pc̄tm̄ paruuli,
non ſunt mortui.Si non ſunt mortui, nō eſt
mortuus pro eis,qui non eſt mortuus,niſi ꝓ
mortuis.Tu aūt iam in primo tuo libro con
tra nos clamans,dixiſti Xp̄m ēt pro paruulis
mortuum.Nullo mō igitur negare ꝑmitte-
ris eos trahere originale pc̄tm̄.Nam mortui
vnde,ſi non inde? aut ꝑꝑ quam mortē par-
uulorū mortuus eſt,qui non eſt mortuus ni
ſi pro mortuis? Eumq; tu mortuum pro par-
uulis confiteris.Redi ergo mecū ad illud ꝙ
Rom.5. ad Romanos cœperam dicere,Commendat
inquit, ſuam charitatem deus in nobis, qm̄
cum adhuc pc̄tōres eſſemus, Xp̄s pro nobis
mortuus eſt.Cū pc̄tōres,īquit,eſſemus, hoc
eſt,cum mortui eſſemus,Chriſtus pro nobis
mortuus eſt,multo magis iuſtificati nunc in
ſanguine ipſius,ſalui erimus ab ira per ipsū.
Si.n.cū inimici eſſemus reconciliati ſumus
deo per mortē filij eius, multo magis recon
ciliati,ſalui erimus in vita ipſius. Hoc eſt il-
lud qd̄ alibi dr̄,Deus erat in Xp̄o, mundum 2.C[o.]
recōcilians ſibi.Deinde hic ſequitur,Non ſo
lū aūt, ſed & gloriantes in deo, ꝑ dn̄m nr̄m Rom.
Ieſum Chriſtum:Non ſolū,inquit,ſalui,ſed L
& gloriantes, per quem nunc & reconcilia-
tionem accepimus. Et tanq̄ cā quæreretur,
quare per vnum mediatorem hominum fiat
iſta recōciliatio. Propter hoc,inquit,ſicut ꝑ
vnum hominum pc̄tm̄ in hunc mundū in-
trauit,& ꝑ pc̄tm̄ mors,& ita in oēs homines
pertranſiit,in quo oēs peccauerunt.Quid er Rom.
go egit lex? Itane illa reconciliare nō potuit? Rom.
Non inquit.Vſque.n.ad legē,pc̄tm̄ in mun-
do fuit:hoc eſt,nec lex potuit auferre pc̄tm̄.
Peccatum aūt non deputabatur cū lex non
eſſet.Erat quidem pc̄tm̄, ſed non deputabat̄,
quia non cognoſcebatur,Per legem.n.cogni
tio peccati,ſicut alio loco dicit,Sed regnauit
mors ab Adā, vſque ad Moyſen, quia nec ꝑ
Moyſen.i.nec per legem regnum eius abla-
tum eſt.Regnauit autem & in his qui nō pec
cauerunt.Quare igitur,ſi non peccauerunt?
Audi quare,In ſimilitudinem,inquit,præua
ricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Dedit
enim ex ſe formam poſteris ſuis, quāuis pec
cata propria non habentibus , vt peccati pa-
terni contagione morerentur, qui per eius
carnalē concupiſcentiam gignebantur. Sed
non ſicut delictum,inquit,ita & donum, ob
vnius delictum. Si enim multi mortui ſunt,
multo magis gratia dei, & donum in gratia
vnius hominis Ieſum Chriſti in multis abū
dauit. Multo magis vtique abundauit, quia
in quibus abundat , temporaliter moriun-
tur , in æternum victuri ſunt . Et non , in-
quit , ſicut per vnum peccantem , ita eſt &
donum . Nam iudicium quidem ex uno in M
condemnationem , gratia autem ex multis
delictis in iuſtificationem . Et unum quip-
pe illud ad damnationem trahere potuit,ſed
gratia non hoc vnum tantum, verumetiam
plura,quæ ſuperaddita ſunt peccata deleuit.
Si enim ob unius delictum , inquit , mors
regnauit per vnum,multo magis qui abun-

dantiam

dantiã gratiæ & iustitiæ accipiunt, in uita regnabũt ꝑ unũ Iesum Chrm̃. Superior repetitus est sensus, ꝗa multo magis ĩ uita regnabunt, ꝗ sine fine regnabunt: quã mors in eis regnauit, quæ cũ fine regnauit. Itaq; sicut ꝑ vnius, inquit, delictũ in oẽs homines ad condemnationẽ, ita & per unius iustificationẽ ĩ oẽs homines ad iustificationem uitę. Ideo & ibi oẽs, & hic oẽs, quia nemo ad mortẽ nisi

A per illũ nemo ad uitã nisi ꝑ istum. Sicut. n. per inobedientiam unius hoĩs peccatores cõstituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti constituent̃ multi. Lex autẽ subintrauit, vt abundaret delictũ. Vbi aũt abundauit delictum, superabundauit gratia: vt quemadmodũ regnauit pctm̃ in morte, sic & gratia regnet per iustitiã in vitam æternã, per Iesum Chrm̃ dñm nostrum. Quid ergo dicimus, inquit, Permanebimus in peccato, vt grã abundet? Absit. Quid. n. præstitit gratia, si permanẽdũ est in peccato? Deniq; sequitur & dicit, Qui mortui sum⁹ peccato, qũo uiuemus in eo? Hinc nunc diligenter attende, & quod sequitur vt intelligas, intentus ausculta. Cũ dixisset, qui mortui sumus peccato qũo uiuemus in eo? An ignoratis, inquit, qm̃ ꝗcunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Hic sunt paruuli ꝗ baptizantur, an nõ sunt? Si nõ hic sunt, falsum est ergo quod ait, Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati su-

B mus, quia non in morte illius baptizantur paruuli. Sed qm̃ verum dicit Apostolus, nulli intelliguntur excepti. Nam si de solis maiorib. dictum putatis, qui iam utuntur libero arbitrio, cũ dicat ille, quicunq; frustra uos terret dñica illa sñia, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Habetis enim magnum compẽdium. Asseuerate & hoc de solis maiorib. dictũ, nequaquam paruulos ista gñalitate cõcludi. Et ꝗd vobis est de quæstione baptismatis laborare vtrum sit vita æterna præter regnum dei, an uita æterna priuandi sint innocentes tot imagines dei, ac ꝑ hoc ęterna morte plectẽdæ? Si autem hoc dicere audetis, qm̃ vniuersaliter prolata sententia est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei, eadem vos uniuersitas comprimit dicente Apostolo, Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Ergo & paruuli ꝗ baptizantur in Christo, qm̃ in morte ipsius baptizantur, peccato moriuntur. Inde. n. connexa sunt ista sequẽtia, cũ superius dictũ esset. Qui mortui sumus peccato, qũo viuemus ĩ eo? Nã uelut q̃reretur, ꝗd est mori peccato? An ignoratis, inquit, qm̃ ꝗcunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus? Hinc ꝓbãs quod supra dixerat, Si mortui sumus peccato, qũo viuemus in

C eo, ut qui se non ignorarent in morte Christi baptizatos, cũ baptizarentur in Christo, scirent ẽt se mortuos esse peccato, ꝗa nihil est aliud in morte Christi baptizari, nisi peccato mori: hoc tã diligentius exponens adiungit & dicit. Cõsepulti. n. sumus cũ illo ꝑ baptismũ in mortẽ, ut queẽadmodũ surrexit Christus a mortuis ꝑ gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si. n. cõplãtati sumus similitudini mortis eius, sic & resurrectionis erimus, hoc sciẽtes ꝗa uetus hõ nr̃ simul crucifixus est, ut euacuet̃ corp⁹ peccati, ut ultra nõ seruiamus peccato. Qui em̃ mortuus est, iustificatus est a peccato: si aũt mortui sumus cũ Chr̃o, credimus ꝗa simul uiuemus cũ illo, sciẽtes ꝗa Christus surgẽs ex mortuis iam nõ morit̃ mors illi vltra nõ dñabit̃. Quod. n. mortu⁹ est peccato, mortuus est semel: Quod aũt viuit, uiuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos ꝗdẽ esse peccato: viuere aũt deo in Christo Iesu. Si ergo peccato nõ moriunt̃ paruuli, ꝓculdubio in Chr̃i morte nõ baptizant̃. Si in Chr̃i morte nõ baptizant̃, nõ in Christo baptizant̃. Quicunq;. n. baptizati sumus ĩ Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. In Chr̃o autẽ baptizant̃, peccato ergo moriunt̃. Cui peccato q̃so te, nisi ꝗd originale traxerũt? Argumẽtationes hoĩum conticescant dñs nouit cogitatiões hoĩum, qm̃ uanę sunt, Abscõdit hęc a sapientibus & prudẽtibus, & reuelauit ea paruulis. Si tibi Christiana fides displicet, aꝑtius cõfitere: nã Christianã fidem aliam non potes inuenire. Vnus homo est ad mortem, vnus ad vitã. Ille tantũ homo, iste deus & homo. Per illũ est mũdus inimicus factus deo: ꝑ istũ mundus reconciliatus deo, electus ex mundo. Sicut. n. in Adam oẽs moriuntur, sic & in Chr̃o omnes viuificabuntur. Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem

Rom. 6.

Ioan.

Rom. 5.

Quid sit morte Christi baptizari.

Psal. 93.

Mat. 12.

1. Co. 15

ginem eius qui in cęlo eſt. Hæc ſtabilimenta
fidei Chriſtianæ qui ſubuertere nititur, ſtan-
tibus eis ipſe ſubuertitur.

[Cap. 2.] Prorſus quod in libro meo dixi, cui re-
ſiſtis, verum eſt. Nā quod dimiſſum eſt ī pa-
rente vt trahat̄ in ꝓle, miris quidē modis fit,
ſed tñ fit. Et ꝗa modus ipſe nō facili rōne in
dagat̄, nec ſermone explicat̄, ab infidelibus
nō credit̄. Quib. verbis meis inſidiaris men-
daciter, quaſi dixerim, nec rōne cōprehendi,
nec ſermone explicari, ſubtrahens inde qđ
dixi, nō facili ſiue rōne, ſiue ſermone. Aliud
[E] eſt nulla, qđ tu dicis: aliud eſt, nō facili, quod
ego dixi: vbi ꝗd aliud quā calūnioſus appa-
res? Sed etſi nulla rōne indaget̄, nullo ſermo
ne explicet̄, verū eſt tñ qđ antiquitus veraci
fide catholica ꝑdicat̄, & creditur ꝑ Eccleſiā
totā: q̄ filios fideliū, nec exorcizaret nec exuf
flaret, ſi non eos de ptāte tenebrarū, & a prin
cipe mortis erueret, qđ in libro meo, cui ve
lut rñdes, a me poſitū eſt: ſed id tu cōmemo-
rare timuiſti, tanquā ipſe ab arbore toto exuf
flādus eſſes. Si huic exufflatiōi qua princeps
mundi & a paruulis eijcitur foras, contradi-
cere voluiſſes, fruſtra te intorques argumen
tationib. vanis, non aduerſus me, ſed aduer-
ſus cōmunem matrē ſpiritalē, q̄ non te aliter
peperit quā ſicut iam non vis vt pariat, con-
tra cuius viſcera ſatis acutis telis tibi videris
armatus, de iuſtitia dei, cōtra iuſtitiā dei, de
gr̄a dei, contra gr̄am dei colligens argumen
ta. Tunc.n. eſt dei vera iuſtitia, ſi graue iugū
ſuper filios adā a die exitus de ventre matris
eorū nō ſit iniuſtū. Qūo aūt non eſt iniuſtū
[F] iugū graue, ſi nullū eſt ī paruulis malum ꝑꝑ
quod iuſte iugo premant̄ graui? Tūc vera eſt
[Eccl. 40.] dei gr̄a, ſi hoc rebus exhibeat, quod verbis
ſonat. Qūo aūt hoc facit, ſi eū exufflat in quo
nouit non eſſe quod pellat: ſi eū lauat in quo
nouit non eſſe quod abluat? Nunquid vel ti
bi vel quibuslibet conſectaneis tuis, aliquid
dicere videris, ſi quātum ſit, vt ex ea natū ne
ceſſe ſit renaſci, non renatum ſit neceſſe dā-
nari, malū concupiſcentiæ carnis, ſanctitate
mentis cogitare poſſetis? Et quid cōferat gr̄a
cū reatum eius abſoluit, quo faciebat origi-
naliter hominem reum, qñ ſit in illo plena re
miſſio peccatorum, quanuis ipſa remaneat,
contra quam regenerati ſpūs concupiſcat,
aut bene vſuris hoc malo in minore certami
ne, aut omnino vſurus im maiore certami-
ne? Ineſt.n. ſenſus huius mali, dū reluctat̄ at
que cohibetur reatus carnalis concupiſcen-
tiæ, ſed non ſentitur dū eſt, ita eius ablatio fi
de credit̄, non carne vel mente ſentitur. Rea
tus aūt ille, ꝗ ſola regeneratione dimittitur,
quēadmodum cū ineſſet non ſentiebatur, ita
eius ablatio fide credit̄, non carne vel men-
te ſentitur. Iō in huius rei obſcuritate te ia-
ctas, & aduerſus veritatē q̄ oñdi hominū ma
xime carnaliū ſenſib. non pōt, quanto magis [G]
vt putas acriter, tanto magis infideliter pu-
gnas. Sed verte oēs tete in facies, & contrahe [Rom. 6.]
quicquid ſiue animis, ſiue arte uales, ꝗcunq;
baptizati ſumus in Xp̄o Ieſu, in morte ipſius
baptizati ſumus. Ergo uerū eſt nos mortuos
eſſe pctō in morte Xp̄i, q̄ fuit ſine pctō: ac ꝑ
hoc & maiores & paruuli. Neq;.n. illi & nō
iſti, aut iſti, & non illi, ſed quicunq; baptiza
ti ſumus in Xp̄o Ieſu, in morte illius bapti-
zati ſumus. Conſepulti ergo ſumus illi ꝑ ba
ptiſmum in mortem non ſine paruulis, qm̄
quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,
in morte illius baptizati ſumus: ut quēadmo
dum ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriā
patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulem⁹.
Si.n. complantati fuimus ſimilitudini mortis
eius, ſed & reſurrectionis erimus, hic ſunt &
paruuli cōplantati ſimilitudini mortis eius.
Hoc enim ad omnes pertinet quicunque ba
ptizati ſumus in Chriſto Ieſu, hoc ſcientes,
quia uetus homo noſter ſimul crucifix⁹ eſt.
Quorum uetus homo, niſi quicunque bapti
zati ſumus in Chriſto? Hic itaque agnoſca-
mus & paruulos, quia & ipſos baptizatos nō
negamus in Chriſto. Et ut quid ſimul cruci-
fixus eſt uetus homo noſter? Vt euacuetur, [Rom. 6.]
inquit, corpus peccati, ut ultra non ſeruia- [H]
mus peccato. Propter hoc corpus peccati,
miſit deus filium ſuum in ſimilitudine car-
nis peccati. Qua igitur impudentia negamus [Rom. 8.]
etiam paruulos corpus habere peccati, cum
hoc dicit, omnium ſit quicunque baptizati [Rom. 6.]
ſumus in Chriſto? Qui enim mortuus eſt, iu
ſtificatus eſt a peccato. Si autem mortui ſu-
mus cum Chriſto credimus, quia ſimul uiue
mus cū Chriſto, ſcientes, quia Chriſtus reſur
gens ex mortuis iam non moritur, mors ei
ultra non dominabitur. Qđ.n. mortuus eſt
pctō, mortuus eſt ſemel: quod aūt uiuit, ui-

uit deo

uit deo.Ita & vos,inquit,existimate vos mor
tuos esse pctó. viuere aũt deo in Chro Iesu.
Quibus hoc dicit?Euigilas ne, & attẽdis? Eis
vtiq; quibus dicebat,Si aũt mortui sumus cũ
Chro.Et qui sunt hi,nisi quibus dixerat,Vet⁹
hõ noster simul crucifixus est,vt euacueť cor
pus peccati: nisi quibus dixerat,Cõplãtati su
mus similitudini mortis eius: nisi quibus di-
xerat,Consepulti ergo sumus illi per baptis-
mum in mortẽ? Et hoc quibus,vel de quibus
dixerat,lege superiora verba mea, qbus hæc
cũcta connexa sunt,& inuenies. An ignora-
tis qm̃ qcunq; baptizati sumus in Christo Ie
su,in morte illius baptizati sumus? Et cũ hoc
diceret,probare qd voluit? Lege adhuc pau-
lo superius & inuenies. Si mortui sumus pec
cato,quomõ viuemus in eo?Aut ergo agno-
scite paruulos in baptismate mortuos eẽ pec-
cato,& fatemini habuisse cui moreretur ori-
I ginale pctm̃,aut aperte dicite nõ eos in mor
te Christi baptizatos cum baptizarentur in
Christo,& Apostolorũ mendacio redarguite
dicentẽ,Quicunq; baptizati sumus in Chri-
sto Iesu,in morte illius baptizati sumus,Ego
hæc arma cęlestia,q̃ vincunt scelestũ,non di
mitto,his fidem meã sermonẽq; cõmitto. Ar
gumenta q̃ profertis humana sunt,hæc muni
menta diuina sunt.Delicta quis intelligit;Nũ
quid ideo delicta non sunt? Ita & originale
delictum quod in parente regñato remittitur
& transit in prolẽ & manet, nisi & ipsa rege-
nereť,quis intelligit?Nunquid iõ nõ est deli-
ctũ?Vnus ꝓ oĩbus mortuus est,ergo oẽs mor
tui sunt.Quo corde,quo ore,qua frõte paruu
los mortuos negatis,pro quibus Christũ mor
tuũ non negatis ? Si non est pro eis Christus
mortuus,vt quid baptizantur? Quicunq;. n.
baptizati sumus in Chro Iesu,in morte illius
baptizati sumus.Si aũt ẽt ꝓ eis mortuus est,
qui vnus pro omnibus mortuus est, ergo oẽs
K mortui sunt,& isti cũ omnibus. Et qa in pec-
cato mortui sunt,moriuntur & peccato ut ui
uant deo,qñ renascũtur ex deo. Qđ si expli-
care nõ possim, qũo uiuus generet mortuũ:
mortuus.n.peccato parens,& uiuens deo, ge
nerat tñ in peccato mortuum,nisi & ipse pec
cato regñatione moriatur ut uiuat deo.Nun-
quid ideo falsum est, quia explicari verbis,
uel non potest,uel difficillime potest? Tu ne-
ga si audes,natum mortuũ, pro quo Christũ
non negas mortuum. Vnus.n. pro omnibus
mortuus ẽ,ergo oẽs mortui sunt. Verba sunt
Apostolica,sed arma sunt nostra, quibus tñ si
repugnare nolis,intelligis qđ sine dubitatio-
ne credendum est,ẽt si nõ intelligas. Hõ.n.q
spiritalier natus,carnaliter gignit, utrũq; hẽt
semen, & immortale unde se gaudeat uiuũ,
& mortale unde generet mortuũ.Cui uiuifi-
cãdo nullo mõ necessaria Christi mors esset,
nisi mortuus natus esset. Vnus.n.pro omni- 2. Co. 5.
bus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.
Nec eos de ista morte excitatis, quos mor-
tuos non esse clamatis, sed ne viuant potius
impeditis, quando in eorum parentibus fi-
dem, qua vna possunt reuiuiscere, impiorũ
argumentorum machinis oppugnatis.

Cap 3.

Sed iam veniamus ad prolixam & opero
sam disputationẽ tuã,qua illud qđ quantula
cunq; similitudinis gratia in re ad perspicien L
dum difficili adhibendũ putaui, de oleo. s. ꝙ
eius semẽ degeneret in oleastrũ,refutare mo
litus es,prius affirmans, ꝙ ei rei q̃ per se de-
fendi nõ põt,nihil suffragẽtur exẽpla. Cur er
go Apostolus mox ut proposuit qõnem qũo
resurgant mortui, quo autẽ corpore veniant,
continuo, rẽ incognitã & inexpertã exẽplo
probare suscepit,adiungẽs,Stulte tu qđ semi
nas,nõ uiuificatur nisi prius moriatur?Quod 1. Co. 15.
qdem exẽplum & huic rei de qua agitur, nõ
omnimõ est incõueniens.Purgatur.n.a palea
triticum,sicut homo a peccato,& tñ inde cũ
palea nascitur alterũ. Qđ est aũt qđ de croco
dilo voluisti,solũ esse in omnibus animalib⁹,
cui superiores mãdibulas moueri Albinus af
firmat, & in ignẽ cũ sit omnibus exitio, sala-
mãdræ esse ludibrio?Nõne ista cõtra vos po-
tius ꝓtulisti,qñ inuenitur aliquid vnde mon
stretur esse possibile quod gñaliter negaba-
tur? Cum ergo uos generaliter negaueritis
posse gignentes in prolem traijcere quod
non habent ipsi, si fuerit inuentum quod
possit hoc facere, ita superamini sicut ille
qui dixerat, non posse animalia nisi inferio- M
res mouere mandibulas, inuento crocodi-
lo sine ambiguitate superatur, & qui dixe-
rit nullum animal in igne viuere, demon-
strato quod de salamandra perhibetur, sine
ambiguitate conuincitur.Cum igitur de finis
naturalia per accidens non conuerti,si vel u-
nas quispiam fuerit inuentus qui vitiatus a li-

quo

quo casu cũ eodẽ vitio genuerit filiũ, factũque sit ꝑ naturale qđ parẽti accidẽs fuit, nẽ pe tua definitio ẽt ista destrueť & frustrabiť. Itẽ cũ definis parentẽ qđ ipse nõ habet, in suã prolẽ nõ posse trãsmittere, nõne definitio ẽt ista destrueť, cũ tibi fuerint demonstrati nati homines integerrimis oĩbus mẽbris ex his parentib. qui nonnulla mẽbra ꝑdiderãt? Audiebamus a maiorib. nostris, qui se id nosse ac vidisse dicebant, Fundanũ Carthaginis rhetorẽ, cum pr̃ accidenti vitio luscus esset, luscũ filiũ ꝓcreasse. Quo exẽplo euertiť

A illa tua sn̄ias, qua dicis naturalia per accidẽs non cõuerti. Accidẽs quippe fuit in p̃re, qđ factũ est ĩ filio naturale. Illã vero alterã, qua dicitis parentes in filios ea, q̃ non habent nõ posse transfundere, alius Fũdani filius, quod maxime vsitatũ est, cũ duobus oculis de hu sco natus euertit, & innumerabiles q̃ nascũtur oculati de parentib. cæcis. Transmittẽdo quippe in eos quos gignũt qđ ipsi nõ habẽt, vos potius q̃ suos filios sibi similiter esse demonstrant qui tã fuistis in vestris definitionibus cæci. Sane cũ ea q̃ ad rẽ nõ pertinet multũ loqueris, dixisti aliquid vnde me quiddã qđ ad rẽ pertinet admoneres, vbi aisti, curiositatẽ qđ comprehenderit, minus solere mirari, & aduersus eã diuinitus fuisse ꝓuisum, vt multa de terra innumeris discreta ꝓprietatib. gignerẽtur. Et reuera hæc est vtilitas occultorũ operũ dei, ne ꝓpterea vilescant, ne

Eccl. 11.

comprehensa mira esse desistãt. Vnde & scriptura dicit, Sicut ossa in ventre prægnantis, ita non agnoscis opa dei quæcũq; faciet vniuersa. Recte itaq; & ipse dixisti, contra curiositatẽ, q̃ minus solet mirari quod potuerit comprehensibilia esse opera dei. Cur ergo humana opinatione conaris euertere, quod

B minus vales in diuina rõne cõprehendere? Ego quidẽ non, vt tu calumniaris, dixi nulla rõne cõprehendi posse, sed dixi, non facili ratione posse. Veruntamen qđ si contra vitiũ curiositatis humanæ, cui solent, vt ipse commemoras, comprehẽsa vilescere, etiam hoc deus quemadmodũ multa, sic occultare voluit, vt id inuestigare atq; comprehendere humana coniectura non possit: iõ ne contra ecclesiam matrem vestrã ratiunculis vestris quasi participalib. pugiunculis debetis armari, vt vim sacri eius occultã, qua purgandos concipit paruulos, quanuis de purgatis parẽtibus natos, tanq̃ ossa in ventre ꝑgnantis, nõ contrectando, sed laniando q̃ratis? Nisi autẽ sermonis longitudine nollẽ fatigare lectorẽ iã te mille rerũ generibus quarũ incõprehensibilis est rõ, contra vsitatas naturæ vias qua si per deserta opaca obruerẽ, in quib. ẽt degenerantia semina, non q̃dẽ in dissimillimũ genus, quia nec oleaster sic est ab olea discret⁹, vt vitis, sed in quandã, si dici põt, similẽ dissi

C militudinẽ, sicut viti est labrusca dissimilis, q̃ tñ de semine vitis gignitur, multa mõstrarem. Et cur non credamus hoc iõ voluisse creatorem, vt crederemus ẽt semẽ hominis posse vitiũ de gignentib. trahere, qđ in eis a quibus gignitur non est, vt sic ad eius grãm qua homines eruuntur a ptãte tenebrarum

Col. 1.

& in regnũ illius transferuntur, ẽt baptizati cũ suis paruulis currerẽt, sicut tecũ currit pr̃ sanctus, nesciens eidẽ grãe q̃ esses futurus ingratus. Sed naturæ scrutator acerrimis limites eius inuenis, & regulas figis, dicẽs per rerum naturã fieri non posse, vt illud probenť tradere parentes, quo caruisse credũtur. Qđ si tradunt, inquis, nõ amiserunt. Istæ sunt Pelagianæ definitiones, quas lecto ad religiosæ memoriĘ Marcellinum quod commemoras opusculo nostro, iã respuere debui. Prior. n. Pelagius de parentibus fidelib⁹ dixit, nõ eos potuisse in posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Sed q̃ falsum, exemplis

D euidẽtissimis perdocetur, quorum aliqua supra dixi, vnde est & hoc, quod & nunc dicã. Quid enim præputij retinet circuncisus, de quo præputiatus tamen gignitur, & quod iã non est in homine, trahitur in hominis semine? Nec ob aliud credendum est antiquis patribus hoc diuinitus fuisse præceptum, vt octauo die circunciderent paruulos, ad significãdam regenerationem quæ fit in Christo, qui post diem septimum sabbati, quo die

Gen. 17.

iacuit in sepulcro, traditus propter delicta nostra, sequenti, id est, octauo die in hebdomadibus resurrexit propter iustificationem nostram. Quod sacramentum circuncisionis in figura præcessisse baptismatis, quis vel mediocriter sacris literis eruditus ignoret, cum apertissime de Christo dicat Apostolus, Qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo etiam circuncisi estis circunci-

Circuncisio figura fuit baptismi. Col. 2.

circuncisione non manufacta, in expoliatio
ne corporis carnis, sed in circūcisione Xpi,
consepulti ei in baptismo, in quo & cōsurre
E
xistis ꝑ fidē operationis dei, q̄ suscitauit illū
a mortuis, & vos cū essetis mortui in delictis
& ꝓputio carnis vestrę, viuificauit cū illo do
nans nobis oīa delicta. Huius ergo circūci-
sionis nō manufactæ, q̄ nunc fit in Xpo simi
litudo, ꝓmissa est illa circuncisio manufacta
q̄ data est Abrahæ. Non.n. dici pōt, ꝓputium
corpus est, hoc aūt qđ trahitur in origine vi
tiū, & illo quidē absciso vim eius tñ nequaq̄
tolli potuisse de semine: hoc vero vitiū qđ
non est corpus, sed accidens cū indulgentia
sit remissum, in semine non potuisse reside-
re, hoc inquā, a quouis callidissimo dici non
pōt, cū authoritate diuina superetur, qua ip-
sa pars corporis ob hoc iussa est amputari,
vt hoc vitiū purgaretur. Qđ nisi esset in se-
mine, ad paruulos quib. circūcisione illa cor
poris auferendū est, nullatenus ꝑueniret. Ne
que si minime peruenisset, indigeret nullate
nus hac corporis circūcisione semoueri. Cū
aūt paruulis prorsus nullum habeat omnino
pctm̄, restat vt nullum eidem aliud auferatur
nisi originale illo remedio sine quo perit ani
ma eius de populo suo, qđ sub iusto deo nō
fieret, nisi esset culpa qua fieret. Quæ qm̄ pro
pria nulla est, restat vt sola originis vitiata sit
culpa. Ecce circuncisus tradit nascenti de se,
quo caruit in se. Quid est ergo qđ dicis per
rerum naturam fieri nō posse, vt illud homi-
nes probentur tradere, quo caruisse credun-
tur? Bonū est ꝓputium, non est malum, quia
deus illud fecit, sicut de oleastro copiosissi-
me disputasti. R̄ndetur tibi, Bonus est olea-
ster in rerū natura, sed in mysteriorū scriptu
ra malū significat: sicut lupi, sicut vulpes, si-
cut sus lota in volutabris cęni, sicut canis cō
uersus ad suum vomitū. In rerū natura bona
sunt omnia sicut oues. Omnia quippe deus
fecit bona valde, sed in sanctis libris lupi ma
los significant, oues aūt bonos. Nec s̄m id q̄
sunt, sed s̄m id quod significāt, de illis simili
F
tudines damus, qn̄ de bonorū malorumque
dn̄a disputamus. Sic & ꝓputium qm̄ particu
la est humani corporis quod totum est bona
substantia, vtiq; bonum est per naturam, sed
malum significat per figuram, cum die octa-
uo circuncidi ꝑcipitur paruulis ꝑꝑ Xp̄m, in
quo sicut Apost. dicit, Circuncisi sumus cir-
Gen. 17.
cuncisione non manufacta, quam sine dubio
Colos. 2.
præfigurauit circuncisio manufacta. Præpu-
tiū itaq; non est pctm̄, sed significat pctm̄, ꝑ
quod pctm̄ dicti sumus natura filij iræ. Nā
Ephes. 1.
& ipsum membrum natura proprie dr̄. Pro-
inde circuncisio carnis, non solū illam quasi
G
generalem sententiā vestram sine ambigui-
tate subuertit, qua dicitis, per rerum naturā
fieri non posse, vt quo ipse caruit, tradat pro
li parēs, verumēt quia ꝓputium pctm̄ signi-
ficat, & inuenitur in nascente, quod iam nō
erat in parente, profecto originale pctm̄ qđ
iam remissum est parentib. baptizatis mane
re demonstrat paruulis, nisi & ipsi baptizen-
tur, idest spiritali circuncisione mundentur,
vosq; cōuincit, esse verissimum quod nega-
tis, quia & ipse paruulus, de quo dictum est,
Peribit anima ei⁹ de populo suo, si octauo die
Gen. 17.
nō fuerit circūcisus, inuenire sub iusto iudi-
ce cur pereat, non potestis negantes origina
le pctm̄. Relinquamus syluas oleastrorū, &
montes vel Aphricanos vel Italos oliuarum
nec interrogemus agricolas qui cum tibi a-
liud, mihi aliud forte responderint, neutros
possumus celeri exploratione conuincere, si
ad hoc experiendum seminetur arbor, seris
factura nepotibus vmbram. Habemus oleā
Virgil.
non Aphricanam, non Italam, sed Hebræā,
cui nos qui fuimus oleaster, insitos esse gau
demus. Illi oleæ data est circuncisio, quæ no
bis soluit istam sine disceptatione quæstio-
nem. Trahit præputium proles, quod iam nō
habet parens. Caruit & tamen tradidit, ami-
sit & tamē transmisit. Et hoc præputium pec
H
catum significat. Ergo & ipsum potest in pa
rentibus interire, & tamen ad filios pertran-
sire. Attestetur etiam ipse infans, & tacens di
cat, Peritura est anima mea de populo meo,
si non fuero circuncisus octauo die. Qui er-
go & originale malum diffitemini & iustū
deum fatemini, quid peccauerit dicite huic
infanti tacite clamanti. Quoniam loquaci-
tas vestra nulla rationabili voce respondet,
voces potius vestras Apostolicis nobiscum
iungite. Que sint enim ex parentib⁹, vel utrū
sint etiam alia contagia peccatorum, liberū
nobis est quærere, siue sit facile, siue difficile
Rom. 5.
siue impossibile reperire, Per vnum tamen
hominem in hunc mundum intrasse pecca-

 tum,

tum, & per pctm̄ mortem, & ita in oēs homines ꝑtrāsisse, in quo oēs peccauerunt, aliter nobis fas esse non existimemus accipere, nisi vt oēs mortuos esse credamus in primi hominis pctō, ꝓ quib⁹ mortuus est Xp̄s, & oēs mori pctō q̄cunq; baptizantur in Christo.

Cap. 4. Sed in alijs verbis meis q̄ velut refellenda interponis disputationi tuæ, dicis me vulg⁹ tibi excitare conatū, qm̄ dixi fidem nō dubitare christianam, q̄ noui hæretici oppugnare cęperunt, & eos q̄ lauacro regenerationis abluunt̄ redimi a diaboli potestate, & eos q̄ nondū tali regeneratione redēpti sunt, etiam I paruulos filios redēptorū, sub eiusdē diaboli esse potestate captiuos, nisi & ipsi eadem gr̄a redimantur. Qđ vt apostolico testimonio comprobarē, ad oēs ætates dixi ꝑtinere illud, de quo Apost. loquitur beneficiū dei, *Col. 1.* Qui eruit nos de potestate tenebrarū, & trāstulit in regnū filij charitatis suæ. Si hac sententia contra vos vulgus mouetur, nonne hinc te potius oportet aduertere ita esse vulgatā & apud oēs confirmatā istam catholicā fidē, vt nec notitiam possit fugere popularē? Necesse q̄ppe fuerat quicq̄d in paruulis suis ageret, qđ attinet ad mysteria christiana, oēs nosse christianos. Cur aūt dicis, q̄ certaminis singularis oblitus in vulgū refugerim? Quis tibi ꝓmisit meū singulare certamen? Vbi, qn̄, quō, quib. p̄sentib. q̄b. arbitris? Oblato, sicut loqueris, placuit cōponi fœdere bellū, vt pugnas omniū contentio nr̄a dirimeret? Absit vt mihi apud catholicos arrogem, quod tibi apud Pelagianos arrogare non pudet, Vnus sum e multis, q̄ prophanas vestras nouitates vt possumus refutamus, sicut vnicuiq; nostrum deus partitus est mensuram *Rom. 12.* fidei. Antequā essem natus huic mundo, & antequam essem renatus deo, multa catholica lumina vestras futuras tenebras redarguēdo p̄uenerunt. De quib. iā duobus superioribus K libris meis, quanta potui manifestatione differui. Habes quo te auoces, si te aduersus catholicā fidem adhuc insanire delectat, nec nomine sellulariorū opificum derideas mēbra Xp̄i, Memento quia infirma mundi ele- *1. Co. 1.* git deus, vt ꝯfundat fortia. Quid ē aūt qđ eis cū ostendere cęperis, in me acerbiores fiēt? Mentiri eis noli, & non fient. Ego. n. nō eos, sicut calumniaris, asseuero peculiū diaboli quos redemptos Xp̄i sanguine scio, nec diabolo coniugia, inquantū coniugia sunt, ulla transcribo, nec eū genitaliū cōmentor artificem, nec excitatorē virorū, nisi ad illicita, nec fœcundatorē mulierū, nec conditorem asfero paruulorum. Hæc ergo q̄ a me aliena sunt si eis de me dixeris, mē tieris, & si quis- L quam eorū tibi credens acerbior in me fuerit factus, deceptus poterit, esse non doctor. Ij vero q̄ & vtrūq; nostrum & fidem catholicam sciunt, discere abs te aliquid nolūt, sed cauent potius ne auferas qđ nouerunt. Multi quippe sunt in eis q̄ non solū p̄ter me, uerumetiā priores me ista didicerunt, q̄ vr̄ nouus error oppugnat. Cū ergo non eos ipse fecerim, sed inuenerim huius quā negatis socios veritatis, q̄uō eis ego sum author huius quē putatis erroris? Explica, inq̄s, q̄uō pctm̄ personæ illi iuste possit ascribi, q̄ nec voluit peccare nec potuit. Aliud est ꝑpetratio propriorū, aliud alienorū contagio pctōrū, quā tū quidē ad suæ cuiusq; vitę pertinet actionē. Nā si vos sn̄iam rectam, in vestrū tortū sensum torquere nolletis, audiretis Apostolū hoc breuiter explicantē, qui vnū dixit fuisse in quo oēs peccauerunt. In illo vno mortui sunt oēs, vt moreretur vnus ꝓ omnib. Vnus. n. pro omnibus mortuus est. Ergo oēs mortui sunt, pro quib. Xp̄s mortuus est. Nega igitur Xp̄m ēt pro paruulis mortuum, vt eximas eos de numero mortuorū, hoc est, de contagio pctōrū. Qui fieri pōt, inquis, vt M res arbitrij conditioni seminū misceatur? Si fieri non posset, non esset vnde paruulos nōdū de corpore egressos mortuos diceremus. Quia si Chr̄s & ꝓ ipsis mortuus est, ergo & ipsi mortui sunt. Quō si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Audisne Iuliane? Hæc Apostoli verba, non mea sunt. Quid a me quæris, quo sit factum modo, cū videas factum esse quocunq; modo, si Apostolo credis aliquo mō, qui de Chr̄o & de his pro quibus mortuus, mentiri potuit nullo modo? Pōt autem dici deus ab alio quales estis peruerso, sed errore diuerso, pōt prorsus dici deus quod nos sentire de paruulis dicis, ad inimici sui lucrum semper industrius? quia eos quos nouit non ad tp̄s sub diabolo futuros, sed cum illo semper arsuros non desinit creare, nutrire, vestire, eisq;

pertina-

ꝑtinacissima iniquitate peccantib. vitã salutéq; subministrare. Sed facit hoc quõ sciens bene vti & bonis, cuius maiestatis vsib. nõ solũ eos quos ꝑmit aut decipit, sed nec seipsũ malignitatis vllius arte diabolus subtrahit, Ac ꝑ hoc non ꝑtinent ad diabolũ, qui eruũtur, de diaboli potestate. Qui vero ad eũ ꝑtinẽt, in dei, sicut ipse, sunt ꝑtãte. Quã vanum est igit̃ q̃d acute te dixisse arbitraris, quasi asseramus hoc inter se fœdus inisse diabolum & deũ, vt q̧cquid ꝑfunditur, deus: q̧cquid nascit̃, diabolus sibi vendicet, ea tñ lege, sicut dicis, vt ipsam cõmixtionẽ quã diabolus instituit, deus obnoxia virtute fœcũdet. Prorsus nec instituit diabolus cõmixtionẽ, q̃m esset & si nemo peccasset. Sed ita eẽt vt tua ibi suscepta vel nulla esset, vel quieta esset. Nec obnoxia virtute, sed libera & potẽtissima fęcundat vteros feminarũ ẽt vasa diabolica parituros. Sicut.n.hominib. malis, ita & seminibus ex origine vitiatis in quib. bona est ab illo creata substantia, incrementũ, formã, vitam, salutemq; largit̃ gratuita bonitate, nulla necessitate, insuperabili potestate, irreprehensibili veritate. Cum ergo vtrunq; in potestate sit dei, & q̃d perfunditur. s. & quod nascitur, a cuius potestate alienus nec ipse diabolus inuenit̃, tu duo ista quõ posuisti? Vtrũ meli⁹ eẽ voluisti nasci q̃ ꝑfundi? Nõ.n. ꝑfundi poterit q̧ natus non fuerit. An vtrũq; ęqua lance perpendis? Si nasci putas esse melius, regenerationi spiritali facis iniuriã, cui regenerationẽ carnalẽ sacrilego errore præponis. Non.n.frustra crederis noluisse dicere, q̃d renascitur, sed quod ꝑfundit̃, vt q̃m diabolũ & deum quasi partes inter se fecisse ꝑ nostrũ sensum demonstrare cupiebas, partẽ dei faceres verbi vilitate viliorem. Potuisti.n.dicere, q̃d renascitur, potuisti, q̃d regeneratur, potuisti postremo, ꝙ baptizat̃. Hoc.n. verbũ ex Græco latina cõsuetudo sic habet, vt non soleat alibi nisi in sacro regenerationis intelligi. Nihil eorũ dicere voluisti, sed elegisti verbũ, quo fieret contemptibile q̃d dicebas. Nemo.n.legentium præferre potest natum renato, vel regenerato, vel baptizato, sed facile putasti natum præferri posse perfuso. Si autem quantum distat cœlum a terra, tanto melius est perfundi, ut portetur hominis imago cœlestis, quã nasci vt portetur hominis imago terreni, euanuit iã ista inuidiosa partitio. Neque.n.mirandũ est, si cœlestis hominis imaginẽ, quæ sacra ꝑfusione suscipitur, sibi vendicat deus: imaginẽ vero terreni hominis, terrena labe sordentem finit esse sub diabolo, donec ad suscipiendã cœlestis hominis imaginẽ renascatur in Xp̃o. Porro si perfundi & nasci æquali abs te pensant̃ examine, vt iõ paruuli nondũ renati non credãtur esse sub diabolo, ne partes ęquales inter se deus & diabolus facere videant̃, si deus sibi ꝑfusos, diabolus aũt vendicat natos: profecto quia s̃m istum sensum tm̃ valet ꝑfundi quantum valet nasci, superfluum persuadetis esse perfundi, q̃m quod tantundem valet, sufficit nasci. Et tamen agimus gratias, quia non hoc putatis. Non.n.ad regnum dei natos, nisi perfundãtur admittitis, atque ita perfundi multo melius iudicatis esse quam nasci. Iam itaque vobis ipsi reddite rationẽ, ne putetis indignum, vt qui non admittuntur in regnum dei, sint sub illo qui cecidit de regno dei: Et qui non habent vitã, sint sub illo qui perdidit vitam: Non autem habere paruulos vitam nisi habeant Christum, quẽ proculdubio habere non possunt, nisi induerint eum, eo modo quo scriptum est, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. *Galat. 3.* Non ergo eos habere uitã, nisi habeãt Christum Ioannes Euãgelista testatur dicẽs in Epistola sua. Qui habet filium, habet uitã: qui non habet filium, vitam non habet. *1. Ioan. 5* Merito ergo intelligunt̃ mortui qui non habent vitam, pro quibus est Christus mortuus ut habeant. *2. Co. 5.* Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Ideo autẽ mortuus est, sicut legitur ad Hebræos, vt ꝑ mortem euacuaret eum qui potestatem habet mortis, id est diabolum. *Heb. 2.* Quid ergo mirum si paruuli quandiu mortui sunt antequam incipiant eum habere qui mortuus est ꝑ mortuis, sub eo sunt qui potestatem habet mortis? Enumeras q̃ fides vere non dubitet Xp̃iana, in quibus ea cõmemoras, quæ penè omnia prædicamus & nos, & de quibus nullo modo dubitandum esse censemus, vsqueadeo vt etiam illud quod dicis, sine opere liberi arbitrij nullum hominis esse posse peccatum, verum esse fateamur. Non enim & hoc esset peccatũ quod originale traheretur

sine ope liberi arbitrij, quo prim⁹ hō pecca uit, ꝑ quē pctm̄ intrauit in mundū,& in oēs homines ptransijt. Qđ aūt dicis, alienis peccatis alterum obnoxium non teneri, interest quatenus recte possit intelligi. Neq; nūc ago quod peccauit Dauid, & pro pctō eius tot hominū milia ciderūt: & quod de anathemate contra interdictum, quia vsurpauit unus, in eos qui hoc non fecerant, nec factū fuisse nouerāt vindicta processit. Alia disputatio est, neq; nunc terrere nos debet, de hoc genere pctōrū siue pœnarum. Parentum aūtē pctā mō quodā dñr aliena, & rursus modo quodam reperiuntur & nr̄a. Aliena quippe ꝓprietate sunt actionis, & nostra sunt contagione ꝓpaginis. Qđ si falsum esset, profecto graue iugū super filios Adam, a die exit⁹ de ventre matris eorū, nullo mō iustū esset: Quod aūt Apost. dixisse commemoras, Oēs nos manifestari oportet ante tribunal Xpi, vt reportet vnusquisq; propria corporis sui ꝓut gessit siue bonū siue malū, qūo in paruulis accipis? Vtrū & ipsi añ tribunal Xpi manifestabunt̄, an nō? Si nō manifestabunt̄, qd te adiuuat ista sententia, qñ ad eos nō pertinet, quorū nunc agitur cā? Si aūt manifestabuntur, qūo reportat eorum quisq; quod per corda & ora gestantium, siue credunt, siue non credunt? Propria corporis sui. n. dixit, quod ad vnūquenq; in seipso iam viuentem pertinet. Nam qūo reportat bonum vt intret in regnum dei, si hoc reportat quisq; qđ gessit, nisi quia ptinet ad paruulū ēt quod per alterū gessit. i. credidit? Sicut itaq; qđ credidit, pertinet ad eū vt reportet bonū, hoc est ꝑcipiat dei regnū, sic ad eū ptinet etiam si non crediderit, vt reportet condemnationis iudicium, quia Euangelica est & ipsa sententia dicendo, Qui non crediderit condemnabitur. Et Apostolus dicendo, Omnes nos manifestari oportet, vt recipiat vnusquisq; pro vt gessit siue bonū siue malū, nihil voluit intelligi medium. Vide ergo quā importune nolis paruulum de alieno pctō reportare malū, & velis eum, de alieno recte facto reportare bonum, non qualecunque, sed dei regnū. Alienum quippe opus est cum credit per alterū, sicut alienum opus fuit cum peccauit in altero. Nec nos dubitamus, quia baptismate delictum oē mundetur, sed renascendo quisq; mundatur. Qđ ergo non admittit nisi regeneratio, non cessat trahere generatio. Sane dicendo concupiscentiā non vsquequaq; aio rebellē, proculdubio cōfiteris rebellē, & suppliciū non fateris, qđ aduersus teipsum bellū geris. Dicatur, inquis, paruulorū creator deus talium, quales dei manib. digni sunt, & addis. i. innocentium. Nōne te pietate, & dei laudatione vincere vr̄ qui dixerit ēt pulchra & sana opera decere manus dei? Et tñ multi deformes, multi orbi vel morbidi, multi horridi monstruosiq; nascuntur, nec iō illā tantam substantiam, oēsq; partes eius & quicqd in ea substātialiter existit & viuit, potuit creare nisi vnus bonus & verus deus. Iubes vt asserā, quemadmodū in Xpo, id est in virtute eius creatos paruulos sibi audeat diabol⁹ vēdicare. Tu assere si potes, qūo sibi non obscure sed aperte vendicet paruulos, quos immūdi spiritus vexant. Si ei traditos dicis, videmus ambo supplicium, tu dic meritum. Ambo cernimus pœnam, tu qui nulla mala merita dicis ex parentibus trahi, cum deum iustum ambo fateamur, demonstra ista pœna dignam si potes in infantibus culpā. An vero non agnoscis etiam hoc ad illud graue iugū pertinere, ꝙ est super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ in matrem omniū. Sub quo iugo diuersis cladibus ita cōteritur genus humanum, vt appareat hoc quod ex filiis iræ fiunt homines tanquam pignore accepto filij misericordiæ, in futurum seculum præparat, in hoc autem seculo a die ortus vsque ad diem obitus, etiam ipsos sub eodem graui iugo cōteri. Qñquidem etiam baptizati paruuli inter alia mala vitæ huius, non nunquam, & istos dęmonum patiuntur incursus, quanuis eruti de potestate tenebrarum, ne ab eis trahantur in supplicium sempiternum. Iterum dicis, quod iam quidem dixisti, ad quæ respōdi, sed etiam nunc nō debeo pręterire, quod cum deus paruulis nihil de proprio tam boni quam mali merentibus gloriam regenerationis attribuit, hoc ipso eos ad suam curā, ad suum ius, ad suum dominium pertinere docet, ꝙ eorum voluntatem ineffabilis prævenit bñficij largitate. Quid igitur eū offenderūt quos pariter innocētes, mūdos, a se ad imaginē suā creatos, innumerabiles ab isto munere

munere alienatũ, nec cor volũtate huius ineffabilis p̃uenit beneficij largitate, separans tot imagines suas a regno suo? Si hoc eis nõ erit malum, non ergo amabunt regnũ dei tot innocentes imagines dei. Si aũt amabũt, & tñ amabunt, quantũ innocentes amare debent regnũ eius, a quo ad ipsius imaginẽ creantur, nihil ne mali de hac ipsa separatione patientur? Postremo vbilibet sint, qũolibet sint sub deo iudice, q̃ nec fato premitur, nec p̃sonarũ acceptione corrũpitur, in illius regni fœlicitate non erunt, ubi erunt, q̃ pariter nihil boni, malive meruerunt. Sed si nihil meruissent mali, nunquã priuarent̃ in cõmuni cã cõmunione tanti boni. In eis ergo vt sæpe dixim⁹ iræ vasis notas fecit s̃m Apostolũ, deus diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, ne glorient̃ tanquã de meritis uitæ suæ, cũ cognoscũt hoc sibi iustissime reddi potuisse, qđ vident reddi paribus consortib. mortis suæ. Mire cõplexis Apost. testimonijs asserit paruulos & de potestate tenebrarum erui cũ cæteris, & natura esse filios iræ sicut & cæteri, quia pc̃tõ moriunt̃, cum in morte Xp̃i baptizantur, qñ baptizantur in Xp̃o. Si ergo recte vis sapere, ẽt de paruulis sape qđ ait Apostolus de deo patre, Qui eruit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij charitatis suæ. Et illud alterũ, Fuimus.n. & nos aliqñ natura filij iræ sicut & cæteri. Oẽs .n. eruuntur de potestate tenebrarũ, nec filij erunt iræ qui pc̃tõ moriuntur qui in morte Xp̃i baptizantur. Oẽs aũt ut deo uiuant, pc̃tõ moriunt̃, qui in morte Christi baptizantur. Oẽs porro in morte eius baptizantur, quicũque baptizant̃ in Xp̃o, ergo quia & paruuli baptizantur in Xp̃o, pc̃tõ moriuntur, & a potestate tenebrarũ, vbi natura filij iræ fuerant, eruuntur. Quod aũt dicis vbi ait Apostolus, natura filij iræ, posse ĩtelligi prorsus filij iræ. Nonne hinc admoneri debuisti, antiquã cõtrã uos defendi catholicã fidem, quia nõ fere inuenitur Latinus codex si non a uobis nunc incipiat emendari, vel potius in mẽdũ mutari, vbi non natura sit scriptum? Qđ utique cauere debuit interpretũ antiquitas, nisi etiam fidei hæc esset antiquitas, cui cœpit vestra resistere nouitas. Sed homo egregius in grege non vis esse vulgari. Rursus.n. s̃niam vulgi respuis, post tanta q̃bus eũ reddita rõne aduersus me concitaueras grauius, q̃ in te fuerat concitatus. Sed nimirum tua disputata considerans, nihil te talibus argumentis apud populũ in catholicę fidei veritate & antiquitate fundatũ, agere potuisse vel posse sensisti. Vnde ad eũ spernendũ contumacia rursus ora conuertis eiusq; partes quib. constat nõ immerito vobis Christianorũ infensissima multitudo, singillatim describẽdo & deridendo p̃curris, in quibus & auditoriales scholasticos tangis, & dicis cõtra me clamaturos, O t̃pa, o mores, & tñ vulgi iudiciũ reformidas. Vbi tã clamosos tibi suffragatores inuenire potuisti, qui Tullianis me uocibus terrirent, quod aliunde q̃ vnde totũ est, esse putẽ genitalẽ corporis partẽ? Quib. ego cũ retulero, nõ hoc dico, mẽtit̃: libidinẽ culpo, nõ mẽbra, uitiũ denoto, nõ naturã: iste ãt qui mihi apud vos calumniat̃, audet in Ecclesia Xp̃i ante magistrũ in cęlo sedentẽ recitare libidinis laudẽ qđ ei recitandũ si vobiscũ studeret, magistrorũ nemo p̃poneret, ne ostẽderet omnium vestrũ pudorẽ, nonne alia in te Tulliana vere conuenientia verba conuertent, dicẽtes tibi, Ex hac parte pudor pugnat, abs te petulantia? hinc continentia, illinc libido? Nescio quos etiam quasi desertores dogmatis vestri, ad fidẽ catholicã conuersos arguis vel reuersos. Quos tñ significasti ita te metuere, vt eorũ nomina exprimere nõ auderes, ne forte audientes abs te sua falsa crimina, mox tibi si non vera, certe crediliora reponerent. Quod quidem quicunq; sunt isti, qui grauiter sapiunt, non facerent, & parcerent tibi s̃m Apostolum, non reddẽtes maledictum pro maledicto. Tu autẽ saltem illum monentem ne dedigneris audire cuius literis exclamare te libuit, O tẽpora, o mores. Saltem, inquam, ipsum audi, vt quantum a rerum turpitudine abes, si tamẽ abes, tantum te a verborum libertate seiungas, & ea in alteros ne dicas, quæ cũ tibi falso obiecta sint, erubescas. Talia te sane in istos nescio quos dixisse qui legunt, sciunt, qualia in aliquibus omnino non nouimus, quos in p̃posito continentiæ recessisse a Pelagianis hæreticis nouimus. Tui vero, vel tuæ quales sint, nihil mea inter est, quos tu vel quas tu sic fallis, vt dicas me definire nec in curioso quidem corpore libidinem posse frenari.

I Ro. 9. Ep. 2. Col. 1. Ep. 2. K L M 1. Pet. 3.

Imo quia frenari posse & frenari oportere decerno, iõ malũ intelligo. Qđ q̃ negat malũ, viderit quõ habeat bonũ, cui repugnantẽ, velit nolit, fatetur frenãdã esse libidinẽ. Ego itaq; non solũ a senib. verũ & a iuuenib. dico libidinẽ posse frenari, sed multũ miror a (A) continentib. libidinem posse laudari. Quis ãt vestrũ dicit malũ hoc quod paruuli originaliter trahunt, sine substantia in qua est, aut esse posse aut nunq̃ fuisse? Qđ tanquam dicamus, ita quęris dialecticos iudices, & irrides vulgũ quasi ad ipsum te iudicẽ adducam, a quo iudicari ista non põt, quæ tu si non didicisses, Pelagiani dogmatis machina sine architecto necessario remansisset. Si vis viuere, noli amare sapiẽtiã verbi, qua euacuatur crux Xpi. Quõ de aliis substãtiis in alias substantias vel bonæ vel malæ trãseant qualitates, non migrando sed afficiendo, iã libro superiore tractauimus. Si vulgi spernis iudiciũ illos iudices intuere, quos tibi duob. prioribus meis libris, luculentissima in Ecclesia Xpi p̃ditos authoritate proposui. Quale ẽ autẽ, qđ beatæ memoriæ Zosimũ Apostolicæ sedis Epm, vt in tua prauitate persistas, p̃uaricationis accusas, qui nõ recessit a suo p̃decessore Innocẽtio, quem tu nominare timuisti, sed maluisti Zosimum, quia egit primitus lenius cũ Celestio: qm̃ se in his sensib. vestris, si quid displiceret paratũ esse dixerat corrigi, & Innocentii literis consensurũ esse promiserat. Memento sane quemadmodũ de cõstituendo Epõ, dissensionẽ populi Romani insultabundus obiectas. Qđ abs te q̃ro, vtrũ homines sua fecerint voluntate. Qđ si negas quõ liberũ defendis arbitriũ? Si aũt fateris, (B) quõ eam vocas vltionẽ dei, atq; a vestro dogmate ex orbita, dũ putari diuinitus vindicatũ affectas? An tandem aliqñ concedis, q̃ obstinatissima contentione negaueras, occulto dei iudicio fieri, vt in ipsis hominũ voluntatib. inueniat aliq̃d, qđ & pctm̃ sit & pęna pcti? Hoc.n. nisi in ista tua sentẽtia sapuisses, nullo mõ factũ hominum vltionem dei esse dixisses. Sed qñ ante annos plurimos tale ibi quiddam de beato Damaso & Vrsino contigit, nondũ Pelagianos Ecclesia Romana damnauerat. Dicis me quoq; ipsum innouasse sensus meos, & initio cõuersionis meę hoc sensisse qđ tu. Sed fallis, aut falleris, siue calumniando iis q̃ nũc dico, siue non intelligendo, vel potius non legendo ea q̃ tunc dixi. Nã ego per vnũ hominẽ in mundũ intrasse pctm̃, & p̃ pctm̃ mortem, & ita in oẽs homines p̃transisse, in quo peccauerunt oẽs, ab initio conuersionis meæ sic tenui sem p̃ ut teneo. Extãt libri quos adhuc laicus recẽtissima mea conuersione conscripsi, & si nõdũ sicut postea sacris literis, tñ nihil de hac re iã tũc sentiens, & vbi disputandi rõ poposcerat dicens, nisi qđ antiquitus discit & docet oĩs Ecclesia, in has videlicet magnas manifestasque miserias, in quib. hõ vanitati similis factus est, vt dies eius sicut vmbra p̃tereãt, & sit vniuersa vanitas omnis hõ viuens, merito pcti originalis genus humanũ fuisse collapsum, vnde non liberat nisi qui dixit, Veritas liberabit vos: &, Ego sũ veritas. &, Si uos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Non enim a vanitate nisi veritas liberat, sed s̃m grãm, non s̃m debitum: per misericordiam non p̃ meritũ. Sicut.n. iudicii fuit, ut vanita(C)ti subiiceremur, ita misericordiæ est, vt veritate liberemur, & ipsa bona merita nostra non nisi dei dona esse fateamur.

Psa. Psal. Ioan. Ioan. Ioan.

Cap.

Iã nũc illã tuã discutiamus calũniã, qua me dixisse criminaris, baptizatos ex parte mũdari. Quod melius dicis meis sermonib. apparere, eosq; sermones meos q̃bus hoc apparere posse asseueras, considerandos in tua disputatione p̃ponis. Ago grãs. Nẽpe isti sunt, Carnis, inquã, concupiscentia non est nuptiis imputanda, sed toleranda. Nõ enim est ex naturali connubio veniẽs bonũ, sed ex antiquo pctõ accidens malũ. Propter hac ergo fit, vt etiã de iustis & legitimis nuptiis filiorũ dei nõ filij dei, sed filii seculi generentur, q̃a & hi q̃ generãt, si iã regenerati sunt, non ex hoc generãt, quo filii dei sunt, sed ex quo adhuc filii seculi. Dñica q̃ppe sñia est, Filii huius seculi generãt & generantur. Ex quo itaq; sumus adhuc filii huius seculi, exterior hõ nr̃ corrũpitur, ex hoc & huius seculi filii generãtur. Ex quo sumus filii dei, interior hõ renouatur de die in diẽ. Quãuis & ipse exterior p̃ lauacrũ sanctificatus sit, & spẽ futuræ incorruptionis acceperit, p̃p̃ q̃ & tẽplũ dei (D) merito dr̃, sed hoc nõ solũ p̃p̃ p̃sentẽ sanctificationẽ, sed p̃pter illã spẽ dictũ ẽ de qua dr̃ & nos ipsi primitias hñtes spũs igemiscim⁹, expe-

Luc. 2.Co.

expectãtes redẽptionẽ corporis noſtri. Si ergo redẽptio corporis noſtri ſm Apoſt. expectatur, profecto ꝙ expectat adhuc ſperatur, E nondum tenet. Nihil habẽt hæc verba mea, qđ nõ ipſe baptizatus agnoſcat, qui cũ Apoſtolo, dicit, & ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus. Vnde & alibi ait, Etenim qui ſumus in hac habitatione, ingemiſcimus grauati. [2. Co. 5.] Quo ꝑtinet ẽt illud, qđ in libro Sapientiæ legimus. Corpus.n. corruptibile aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ. [Sap. c. 9.] Sed tu tanq̃ in cęlo iã inter angelos immortaliter habitans, verba infirmitatis & mortalitatis irrides, & ea exponẽs non ſm meũ ſenſum, ſed ſm dolum tuum, dixiſſe me affirmas, quod gr̃a non perfecte hominẽ nouũ faciat. Non hoc dico, Attende qđ dico. Gr̃a perfecte hominẽ nouũ facit, qñquidem & ad corporis immortalitatẽ plenamq; fœlicitatẽ ipſa perducit. Nunc ẽt perfecte innouat hominem, quantum attinet ad liberationẽ, ab omnib. omnino peccatis, nõ quantum ad liberationẽ attinet ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis, qua nunc corpus aggrauat animã. Vnde eſt gemitus, quẽ ſuũ quoq; confitetur Apoſt. dicens, Et ipſi in nobiſmetipſis ingemiſcimus. Sed ad illã quoq; perfectionẽ q̃ ſperatur, eo dẽ baptiſmate quod hic accipitur, ꝑuenitur. Non aũt oẽs filij ſeculi filij ſunt diaboli, quãuis oẽs filij diaboli filij ſunt ſeculi. Sunt.n. ẽt filij dei, qui tñ adhuc filij ſunt ſeculi: ꝑꝑ qđ & coniugio copulant, ſed filios dei carne nõ gignunt, quia & vt ipſi eſſent filij dei nõ ex carne, non ex ſanguine, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex deo nati ſunt. [Ioan. 1.] Sanctificatio ergo ꝑ baptiſmum etiã nunc confertur & corpori, non tñ nunc cor F ruptio eius aufertur, quæ ipſam quoque aggrauat animã. Et iõ quanuis caſta ſint corpora, cũ deſideriis peccati membra nõ ſeruiũt, ꝑꝑ quod ad templũ dei pertinere cœperũt: [Gal. 5.] eſt tñ quod gratia in tota iſta ædificatione ꝑficiat, quandiu caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, vt motus malos qui refrenandi ſunt indicet: & ſpiritus aduerſus carnem, vt ſanctitas perſeueret. Iõ dicis carnem cõcupiſcere, quia carnaliter aĩa concupiſcat. Si quidẽ ſine anima, caro nec ſentiat. Concupiſcere autem viuentis ſentiẽtiſq; naturæ eſt, ſine quo ſenſu mẽbra moueri non poſſunt. i. ꝑ ſemetipſa cõcupiſcere nequeãt. Et qs ſenſus cõcupiſcit ẽt ſine mẽbris, vt ĩ ſpadonibus? Quis ãt G neſcit qđ nobis egregius doctor inculcas, iõ dici carnẽ concupiſcere, quia carnaliter aĩa concupiſcit? Non.n. ſine anima vlla põt eſſe carnis concupiſcentia. Nã vtiq; concupiſcere viuentis ſentientiſq; naturę eſt, ita vt non deſit cõcupiſcentia, quã ſpadonũ quoq; caſtitas frenat, minus quidẽ laborioſa, q͂a vbi materiam de qua operetur non inuenit, minus aduerſus eã libido conſurgit. Eſt tñ, pudiceque cõprimitur, ne concũbendo quanuis irritus ipſe conatus, in eã turpitudinẽ ueniat, Propter quã Calligonũ Valentiniani iunioris eunuchũ gladio nouimus vltore punitũ, meretricis confeſſione conuictũ. [Calligonus eunuchus.] Neq;.n. & in libro Eccleſiaſtico adhiberetur inde ſimilitudo atq; diceret, Videns oculis & ingemiſcẽs, quaſi ſpado cõplectẽs virginẽ & ſuſpirans, niſi & ipſi mouerent cõcupiſcentię carnalis affectib. licet deſtituti carnis effectibus. [Eccl. 30.] Motib. igit ſuis aĩa quos hẽt ſm ſpũm, aduerſatur alijs motib. ſuis, quos habet ſm carnẽ, & rurſus motib. ſuis quos hẽt ſm carnẽ, aduerſat aliis motibus ſuis, quos hẽt ſm ſpũm, & iõ dr̃ caro concupiſcere aduerſus ſpm̃, & ſpũs aduerſus carnẽ. Sed ꝑꝑ hoc & de ipſa aĩa dictũ eſt, Renouat de die in diẽ. [Galat. 5.] [2. Co. 4.] Neq;.n. ipſa ĩ ſanctitate nõ ꝓficit, cũ magis magiſq; minuit eas q̃b. nõ conſentit, carnales cupiditates. Iã baptizatus q̃ppe dicebat Apoſt. [Colo. 3.] Mortificate mẽbra veſtra q̃ sũt ſuper terrã. Ibi & fornicatio & mala cõcupiſcentia, & auaritia nominatur. Q̃uo ergo mortificat iã baptizatus fornicationẽ, quã non iã ꝑpetrat, & ſm H te nec hẽt aliquid qđ mortificet? Q̃uo, inq̃, obtemperat Apoſtolo dicẽti, Mortificate fornicationẽ, niſi cũ deſideria eius quibus non conſentit expugnat, quæ in bene facientib9, & omnino non fornicantibus nec cõſenſione, nec opere, & ſi non deſunt, tñ quotidie minuuntur? Hoc agitur in tẽplo dei qñ adiuuante deo agitur qđ præcepit deus. Opera ſpũs erigũtur, opera carnis mortificantur. Si enim ſm carnem vixeritis, inquit, moriemini. Si aũt ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, [Rom. 8.] Et vt ſcirent ſe hoc nõ facere niſi gr̃a dei, continuo ſubdidit. Quotquot enim ſpiritu dei aguntur, hi filii ſunt dei. Ac per hoc

qcunq; agunt dei spũ,ipsi facta carnis morti
ficant spũ. Habent ergo iã baptizati qd agãt
in seipsis,hoc est in dei tẽplo,ꝙ ædificat hoc
tpe,vt dedicet in fine, Aedificat aũt post ca-
ptiuitatẽ, de Psalmo q prius dedicationẽ do
mus pdicat,& post ædificationẽ. Sed dedica-
tio ad caput domus ptinet, hoc est ad Xpm:
ædificatio ad corpus totũ domus.i. ad Eccle-
siam. Iõ prior dedicatio q̃ ædificatio est, si-
cut huius rei index titulus Psalmi, eiectio.s.
foras q captiuauerat,inimico. In ordine qp-
pe Psalmorũ,quod mirũ videri põt, prior ẽ
I Psalmus dedicationis domus,& posterior ę-
dificationis. Sed dedicationis iõ prior est,qa
illã domũ cantat,de qua eius architectus ait,
Soluite tẽplum hoc,& in tribus dieb. exusci-
Ioan.2. tabo illud. Iste aũt posterior, qñ domus ædi-
ficabat post captiuitatẽ, Ecclesiã propheta-
uit. Deniq; & sic incipit, Cantate dño canti-
Psal.95. cũ nouũ,cantate dño omnis terra. Nemo igi
tur ita desipiat,vt vnũquenq; baptizatum iõ
existimet iã esse pfectũ,quia dictũ est, Tem-
plũ dei sanctũ est,ꝙ estis vos: Et, nescitis qa
1.Co.7. corpora vr̃a tẽplũ in vobis est spũssancti quẽ
1.Co.6. habetis a deo. Et in alio loco, Nos.n.tẽplum
2.Co.6. dei viui sumus. Et cætera hmõi. Iã.n. hoc vo
catur,& cũ ædificatur,mortificantur hic mẽ
bra nr̃a,q̃ sunt sup terrã. Quanuis.n.iã pctõ
mortui,deo viuamus:est tñ ꝙ in nobis mor
tificemus,vt nõ regnet pctm̃ in nr̃o mortali
corpore,ad obediendũ cõcupiscentijs eius,
Rom.6. a qbus nos soluit ne his essemus obnoxij,ple
na atq; pfecta remissio pctõrum, & reman-
serunt in nobis cũ quibus generant bella ca
strorũ. Ex his est & illa qua pudicus bene vti
tur coniugatus, sed cũ bene fit, de malo na-
scitur bonũ sine malo, & ideo renascitur vt
liberet a malo. Quod.n.deus creat & hõ ge-
nerat pfecto bonũ est, inquantũ hõ est, Sed
iõ non sine malo, qa sola regeneratio soluit
a malo,ꝙ trahit gñatio de primo magnoque
pctõ. Sic aũt incredibile vis videri, ꝙ in vte-
ro baptizato,cuius corpus est tẽplum dei,for
K matur hõ futurus sub diabolo,nisi deo rena
scatur ex deo:quasi non maioris admiratio-
nis sit,qđ deus & vbi non habitat, operatur.
Sapiẽ.1. Nõ.n.habitat in corpore subdito peccatis,&
tñ operatur hominẽ in vtero meretricis. At-
Sapien.7 tingit.n. vbiq; pp suam munditiam,& nihil
inquinatũ in eũ incurrit, & qđ multo est mi
rabilius,aliqñ adoptat in filiũ,quẽ format in
vtero immundissimæ fœminę:aliqñ nõ vult
esse suũ filiũ, quẽ format in vtero suæ filiæ.
Ille quippe ad baptismũ nescio qua prouisio
ne puenit:iste repentina morte non perue-
nit. Atq; ita deus,in cuius ptãte sunt omnia,
facit esse in Xp̃i consortio, quẽ formauit in L
diaboli domicilio, & nõ vult esse in regno
suo,quẽ formauit in tẽplo suo. Aut si vult,
cur non facit qđ vult? Non.n. qđ soletis de
maiorib. dicere, deus vult, & paruulus non
vult. Certe hic vbi fati nulla est immobilitas
nulla fortunæ temeritas,nulla psonæ digni-
tas,qd restat nisi misericordiæ & veritatis p
funditas? Vt sciamus,& ex hoc incõprehen-
sibili cõprehendamus iuxta duos homines:
vnũ,p quẽ pctm̃ intrauit in mundũ: alterũ,
qui tulit pctm̃ mundi,oẽs filios concupiscẽ-
tiæ carnalis vndecunq; nascant, ad iugũ gra
ue filiorũ Adã merito ptinere, & ex his oẽs
filios gratiæ spiritalis vndecunq; nascantur,
iugũ suaue filiorũ dei sine merito puenire.
Proinde conditionẽ suam gerit, qui in alte-
rius corpore qđ est tẽplũ dei ita construit,
vt non iõ sit & ipse tẽplũ dei,quia ædificatur
in tẽplo dei. Matris quippe corpus vt esset tẽ
plũ dei,gratiæ beneficiũ est,non naturæ:quę
gr̃a nõ conceptione, sed regeneratione cõ-
fertur. Nã si ad matris corpus id qđ in ea cõ
M cipitur ptineret,ita vt eius pars deputaret,
nõ baptizaretur infans, cuius mr̃ baptizata
est,aliquo mortis vrgente piculo, cũ eũ ge-
staret in vtero. Nunc vero cum ẽt ipse bapti
zatur,non vtiq; bis baptizatus habebit. Non
itaq; ad maternum corpus cũ esset in vtero
ptinebat,& tñ creabat in tẽplo dei, non tẽ-
plũ dei. Ita in fœmina fideli creatus est infi-
delis,& in eũ parentes infidelitatẽ traiecerũt
q̃ non habebant qñ ex ipsis natus est, sed tũc
habebant qñ & ipsi similiter nati sunt. Traie
cerũt ergo qđ iã non erat in eis, pp semẽ spi
ritale quo regenerati sunt, sed erat in eorum
carnali semine,quo eũ generauerunt. Quã-
uis itaq; sacro baptismate sanctificet & cor-
pus,ad hoc tñ sanctificat, vt per remissionẽ
peccatorum non solum præteritis peccatis
omnibus, verumetiam ipsi quæ inest carnis
concupiscentiæ non sit obnoxiũ,cui necesse
est obnoxius omnis homo nascatur, ẽt mo-
riturus obnoxius,si non renascatur. Vbi er-
go me

go me audisti siue legisti dicentē, non innouari homines ꝑ baptismū, sed quasi innouari: nō liberari, sed quasi liberari, non saluari, sed quasi saluari: absit vt ego inanē dicerē grām lauacri illius, in quo renatus sum ex aqua & spū, qua liberatus sum a reatu oīum pctōrū, vel q̄ nascēdo traxerā, vel q̄ male viuendo cōtraxerā: Qua grā liberor vt scio, ne intrē in tentationē, a concupiscentia mea abstractus & illectus, atq; vt exaudiat dicēs cū cōsortib. meis, Dimitte nobis debita nostra. Qua liberabor, vt spero, in ęternū, vbi iā nulla lex in mēbris meis repugnet legi mentis meæ. Nō igitur ego inanē facio dei grām: sed tu eis inimicus inanē q̄sisse videris iactantiā vt in tuā disputationē introduceres Epicurū, qui negauit esse corpus deorū sed tanquā corpus, nec sanguinē, sed tanq̄ sanguinē, & hac occasione de Philosophorū literis ad rē, q̄ inter nos agitur, non ꝑtinentibus, tāto ineptius, quāto velut doctius delirares. Quis āt nostrum dicit quicq̄d in p̄senti seculo agit esse culpandū, cū hic ipse Xps tanta egerit bona, sed vt nos erueret de p̄senti seculo malo? Quam porro, diligenter et congruenter exponas Apostolicū testimoniū, vbi ait, Spe salui facti sumus: & cætera vsq; ad redēptionē corporis nri, operæpreciū est intueri. Dicis.n. ꝙ illa resurrectio non pctā dimittat aliquorū, sed expurget merita singulorū. Reddit enim vnicuique, inquis, ꝭm opera sua, nec tñ dicis, ꝭm q̄ opera sua regnum dei paruulis reddat, Et pctā quidem nulla remittūtur in regno, Sed si nulla remitterent in iudicio illo nouissimo, puto quod dñs non dixisset de quodā pctō, Non remittet neq; in hoc seculo, neq; in futuro: qñ sibi remitti sperabat latro ille, qui dicebat, Memēto mei cū veneris in regnum tuum. De qua re qm̄ ꝑfundissima qō est, non est mō præcipitanda sententia. Cur aūt in regno nulla pctā remittit deus filijs suis, nisi quia non inuenit qđ remittat? Non.n. poterunt ibi esse pctā, vbi spiritus non dico non consentit concupiscentiæ carnis, sed nec concupiscit aduersus carnē, quia nec caro aduersus eū, illa ineffabili salute ꝑfecta. q̄ nunc nō fit in baptismo, vbi remittuntur quidē cuncta pctā, sed remanēt carnalium concupiscentiarū mala, cum quibus post baptismū, si tñ proficiunt, exerceāt

M Rom. 7. Rom. 3. Mat. 12. A Luc. 23.

siue cōiugati gloriosa, siue continētes gloriosiora certamina, qđ & ipse confiteris. Sed nescio qua miseria qñ pro veritate loqueris, tunc te ipse non audis. Describens quippe illā summā resurrectionis fœlicitatē, dicis neminē iā ibi iustorū liuidū facere corpus suū, & seruituti subijcere, neminē humiliare aīam suā stratis duris & pedore mēbrorum. Rñde ergo cur hic ista faciat, qui omni malo in baptismate caruit, cur audet liuidū facere tēplū dei? Nonne mēbra eius mēbra sunt vtiq; tēpli dei? Cur ergo nō suaui odore, sed pedore tēpli eius aut inuitat p̄sentiā, aut impetrat misericordiam, aut placat iram eius? Nihil ne mali castigat, domat, vincit, opprimit in tēplo dei, ēt liuore & pedore ipsius tēpli dei? Nonne attendis, nonne ꝑspicis, q̄a tā vehementer corpus suū persequens, si nihil ibi ꝑsequitur qđ displicet deo, frustra ꝑsequendo tēplū eius, facit iniuriā magnam deo? Quid tergiuersaris, q̄d cūctaris apertius confiteri? Illud profecto, illud est qđ iste cuius liuorē pedoremq; p̄dicas, in sua carne ꝑsequitur. Vnde dicebat Apost. Scio quia nō habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Quā voce baptizati esse cur negas, cū opera vocis huius in liuore corporis, & mēbrorū pedore cognoscas? Neq;.n. hæc sācti, vel dei flagellis, vel ab inimicis tolerāt patiēdo, sed ipsi sibi ingerunt continēdo, Et vt quid hoc, nisi contra carnis concupiscentiam ipū cōcupiscēdo? Qđ nimirum & ipse sensisti. Cū .n. describens fœlicitatē futuræ vitæ, addidisses atq; dixisses, Nemo conuitijs fœlicē impudentiā, nemo maxillas palmis, nemo subijciet terga verberib. nec conflare studebit de infirmitate virtutē, nec cū inopia frugalitatē, nec cū mœrorib. magnanimitatē, quare dicere noluisti, nec cum carnis concupiscentia castitatē, sed festinasti sensum cōcludere, atq; dixisti, nec patiētia cū dolore luctabitur, nihil aliud cōmemorans nisi qđ forinsecus irruēs fortitudine toleratur, non quod intus se cōmouens castitate comprimitur? An forte nos arguis tarditatis ꝙ nō intellexerimus, hoc te iā significasse superius, cum de liuore corporis diceres & labore ac pedore membrorū? Qñ.n. non ab hoste sed a seipso affligitur fortis, in ipso intus est, q̄ vincens est hostis. Memento sane non te expo-

B Rom. 7. C

suisse

fuisse cur Apost. dixerit, Adoptionem expectantes, qui iā in lauacro regenerationis fuerat adoptatus. Iterū dicis q̄ carnē suā nullus oderit, Quis.n. hoc negat? Sed disciplinę rigore asseris conterendā. Iterū ergo pro veritate loqueris, & audire non vis. Cur.n. caro conterit̄ a fidelib. si nihil remansit in baptismo qđ aduersus spūm concupiscat? Cur, inquā, conteritur a seipso templū dei, si nihil ibi est qđ resistat spiritui dei? Non aūt tm̄ inesset, verū & & grauiter obesset, nisi reatus
E qui nos obstrinxerat, ꝑ remissionē pctōrum solutus esset. Soluitur ergo per indulgentiā, quia tenebat in noxa: conteritur ꝑ continentiam, ne vincat in pugna. Agit̄ itaq; ne obsit, donec ita sanetur vt non sit. Qua ꝑ ꝑ dimittūtur in baptismate cuncta pctā, & originaliter tracta & ignoranter vel scienter adiecta. Sed
Iacob. 1. cum dicit Apost. Iacobus, Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus, deinde concupiscentia cū conceperit, parit pctm̄: profecto in his verbis partus a pariente discernit̄. Pariens.n. est concupiscētia, partus pctm̄. Sed concupiscentia non parit, nisi cōceperit. non concipit nisi illexerit, hoc est, ad malū perpetrandū obtinuerit volentis assensum. Quod ergo aduersus eā dimicat̄, hoc agitur, ne concipiat, pariatq; peccatū. Dimissis itaq; in baptismo peccatis omnibus. i. omnibus concupiscentiæ fœtibus, si illic ēt ipsa consumpta est, qūo contra eā ne concipiat, dimicant sancti liuore corporis, pedore membrorū, contritione carnis? Quæ verba tua sunt. Qūo, inquam, liuore, pedore,
F contritione templi dei contra eā belligerat̄ a sanctis, si & ipsa ē ablata baptismate? Manet igit̄. Nec ea regeneratiōis lauacro caruimus, si nō ibi caruimus sensu, quo eā manere sentimus, Quis aūt ita sit imprudens atq; impudens, ita procax, pertinax, peruicax, ita postremo insanus & demēs, q̄ cū pctā mala esse fateatur, neget esse malā concupiscentiā pctōrū, ēt si aduersus eam concupiscente spiritu, pctā concipere ac parere non sinatur? Tale porro ac tam magnū malum, tm̄ quia inest, quomodo non teneret in morte, & per traheret in vltimā mortem, nisi & eius vinculū, in illa q̄ fit in baptismo remissione peccatorū omniū solueretur? Propter hoc.n. vinculū quod connectitur ex primo Adam, nec solui pōt nisi in secūdo Adā: ꝑ ꝑ hoc, inquā, vinculū mortis, mortui reperiunt̄ infantes, nō ista morte nouissima, q̄ a corpore animā separat, sed ea morte, qua tenebant̄ oēs, ꝑ q̄bus mortuus est Xp̄s. Scimus.n. ait Apost. qđ a nobis sępissime repetēdū est, qm̄ vnus pro omnibus mortuus est, ergo oēs mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, vt, qui viuunt iā non sibi viuant, sed ei qui pro omnib. mortuus est, & resurrexit. Illi ergo viuunt, ꝑ qui
G bus vt viuant mortuus est q̄ viuebat. Qđ aꝑtius ita dr̄, Illi sunt a mortis vinculo liberi, ꝑ quibus mortuus est inter mortuos liber. Vel sic multo apertius, Illi sunt liberati a pctō, ꝑ quibus mortuus est, qui nunq̄ fuerat in peccato. Et cū semel sit mortuus, tñ pro vnoquoque tūc moritur qn̄ in eius morte quantælibet ætatis fuerit baptizatur. i. tunc ei proderit mors eius, qui fuit sine peccato, qn̄ in eius morte baptizatus, mortuus fuerit etiam ipse peccato, qui mortuus fuerat in peccato. Ingeris Apostoli testimoniū, vbi ait, Nolite errare, neque fornicarij, neque simulacris seruientes, & cætera, quibus commemoratis, concludit quod regnum dei nō possidebūt. Sed agunt talia qui concupiscentię, q̄ laudas motibus ad mala & turpia quæque consentiunt. Quod ergo ait, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, mutatos eos dixit in melius, non vt ea carerent, quod in hac uita fieri non potest, sed vt ei non obedirent, quod in bona uita fieri potest: atque ut ab eo quo erant vinculo eius obnoxij, liberatos se esse cognoscerent, quod nisi regeneratione fieri non pōt. Tu autem qui putas, quod si malū esset concupiscentia, careret ea
H qui baptizatur, multum erras. Omni.n. peccato caret, non omni malo. Quod planius ita dicitur, Omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis. Nunquid enim caret corruptione corporis? An non est malum quod aggrauat animam, & erravit qui dixit, corpus.n. corruptibile aggrauat animā? Nunquid caret ignorantiæ malo, per quod a nescientibus innumerabilia perpetrantur mala? An paruum malum est, per quod hō non percipit quæ sunt spiritus dei? De baptizatis nempe dicebat Apostolus, Animalis hō autem non percipit, quæ sunt spiritus Dei: stultitia est.n. illi, & non potest scire qm̄ spiritali-

ritaliter diiudicat. Deinde paulopost. Et ego inquit, fratres, nō potui loqui vobis quasi spiritalib. sed quasi carnalib. quasi paruulis in Xpo, lac vobis potū dedi, non escā. Nondū .n. poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc .n. estis carnales. Cū .n. sint inter vos æmulatio & cōtentio, nonne carnales estis, & ſm hominē ambulatis? Vide quæ dicat mala de ignorantiæ malo venientia. Et puto qđ nō de cathecumenis ista dicebat, Paruuli qppe in Xpo qūo essent, nisi iā renatiessent? Qđ si nondū credis, quid eis post pauca dicat attēde, Nescitis qa tēplū dei estis, & spūs dei habitat in vobis? An adhuc dubitabis vel negabis, non eos potuisse esse tēplū dei, in quo habitaret spūs dei nisi baptizatos? Saltē ergo illud respice quod eis dixit, Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Non igitur caruerant tāto ignorantię malo in lauacro regenerationis, vbi tñ omnib. caruerant sine dubitatione pctīs. Et ꝑ hoc ignorantiæ malū tēplo dei in quo habitabat spūs dei, stultitia erant q̄ sunt spūs dei, sed de die in diē si ꝓficerent, & in qđ peruenerant, in eo ambularent, sana profecto accedente doctrina minueretur hoc malū. Credamus ēt non tm̄ minui, verū etiam in hac vita posse cōsumi, tñ post baptismū. Nūquid in baptismo? Cōcupiscentiā vero quis ambigat in hac vita posse minui, non posse consumi? Horū itaq; malorū pręteritus oīs reatus sacro fonte diluitur. Remittuntur ergo in renascentibus, minuuntur in proficientibus. Ignorantia minuitur veritate magis magisq; lucente. Cōcupiscentia minuitur charitate magis magisq; feruente. Nihil boni horum duorū est a nobis. Nō .n. spiritū huius mundi accepimus, sed spm̄ qui ex deo est, vt sciamus q̄ a deo donata sunt nobis. Ex hoc aūt concupiscentia peior est quā ignorantia, quia ignorantia sine concupiscētia minus peccat, concupiscentia vero sine ignorantia grauius peccat. Et nescire malū, non semper est malū, concupiscere aūt malum, semper est malum. Bonum quoque ipsum vtiliter aliquādo ignoratur vt opportune sciatur. Nullo autem modo fieri potest, vt carnali concupiscentia bonum hominis concupiscatur, quandoquidem nec ipsa proles libidine corporis, sed voluntate animi cōcupiscitur, quāuis nō sine libidine corporis seminetur. De hac q̄ppe agimus cōcupiscētia, qua caro concupiscit aduersus spm̄, non de illa bona, qua spūs cōcupiscit aduersꝰ carnē, & qua concupiscitur continentia, per q̄ cōcupiscentia vincatur, si voluptas corporis non est hominis bonū. Hac ergo cōcupiscentia carnis, q̄ author quidā est & voluptatis, nullū concupiscitur hominis bonū. Hac ergo cōcupiscentia carnis nunquā concupiscitur hominis vllū bonū, si uoluptas carnis non est hominis bonū. Si aūt vt aliquo loco significasti, placet tibi secta Dinomachi, honestatē voluptatēq; cōiungens, qp Philosophi quoq; huius mundi q honestiores videbantur, scylleum bonū esse dixerūt, ex humana .s. natura beluinaq; cōpactū. Si hoc ergo monstrū tua opinione sectaris, satis est nobis, qp confiteris aliā esse illicitā, aliā licitam voluptatē. Ac per hoc mala est concupiscentia q̄ indifferenter vtrunq; appetit, nisi ab illicita voluptate licita volūtate frenetur. Hoc aūt malū nō in baptismate punitur, sed baptizatis per grām regenerationis ab eius obligatione iā liberis, ne ad illicita pertrahat, salubriter vincitur. Vt aūt resurrectionis tēpore, nō fit omnino in uiuente corpore nec dolente, ꝓmiū est eorū qui ꝯ eā fideliter certauerunt, q lāguore sanato, immortalitate sana & beatissima uestietur. In eis uero q nō ad uitā resurgent, non fœliciter, sed pęnaliter erit, nō qa tūc ab ea q̄squā mūdabitur, sed qa tūc malis nō in delectamenta excitatis, sed in tormenta vertetur. Iā uideamus illud excellentissimū acumē tuū, quo uidisti queādmodū refelleres qp a me dictū est, dimitti concupiscentiā carnis in baptismo, non ut nō sit, sed ut in pctm̄ non imputetur, quāuis aūt reatu suo iam soluto, manet tñ. Aduersus hæ mea uerba sic argumentaris homo acutissimus, tanquam ipsam concupiscentiā dixerim per baptismū reatu liberari, quoniam dixi, reatu suo iam soluto, uelut suo dixerim, quo ipsa rea est, eoque soluto illa permaneat absoluta. Quod utique si sensissem, ꝓfecto eā malam esse non dicerem, sed fuisse. Ac per hoc ſm mirabilem intelligentiam tuam, qñ audis in aliquo homicidii reatum solutum, nō hominem sed ipsum homicidiū a reatu existimas absolutum. Sic intelligat quis, nisi qui nō erubescit laudare, cum qua compellitur

dimica-

Marginalia: 1.Cor.3. — 1.Cor.3. — 1.Cor.1. — H — 1.Cor.2. — Concupiscentia quare peior sit ignorãtia — I — Galat.5 — Opinio Dinomach. — K — Cap. 6. — L

dimicare? Et quo te iactas exultasq; in redarguenda ista snia, non mea plane, sed tua. Talia quippe dicis, qualia diceda sunt in eos q ꝑ baptismũ sanctificatã & fidelẽ factã cõcupiscentiã carnis affirmant in eis, in qb regeneratis manet tñ. Sed hoc tibi potius qui eã bonã ꝓdicas, conuenit dicere, vt bono ei⁹ naturali, sicut de infantib. dicitis, bonũ sanctificationis accedat, & sit carnis cõcupiscentia scta dei filia. Nos aũt q eã malã dicimus, & manere tñ in baptizatis, q̃uis reatus eius nõ quo ipsa erat rea, neq;.n. aliqua ꝑsona est, sed quo reũ hominem originaliter faciebat, fuerit remissus atq; vacuatus, absit vt dicam⁹ sanctificari, cũ qua necesse hñt regenerari si nõ inuacuũ dei grãm susceperunt, intestino quodã bello tanq̃ cũ hoste confligere, & ab ea peste desiderare atq; optare sanari. Nã si ꝓpea dicis nulla mala remanere in baptizatis, ne ipsa mala baptizata & sanctificata credantur, vide quanta te sequatur absurditas. Si.n. quicquid est in homine qñ baptizatur, baptizari & sanctificari putandũ est, dictur⁹ es & ipsa in illo baptizari & sanctificari, q in intestinis & vesica sunt ꝑ digestiones corporis egerenda. Dicturus es baptizari & sanctificari hominẽ in matris vtero constitutũ, si ad hoc sacrm accipiendũ grauidã necessitas cogat, & iõ baptizari iã non debere q nascitur. Postremo dicturus es & ipsas baptizari & sanctificari febres, qñ baptizantur ægroti, ac ꝑ hoc baptizari & sanctificari ẽt opa diaboli. Velut si mulier illa baptizaretur anteq̃ curaretur, q̃ Satanas in infirmitate alligauerat ꝑ decẽ & octo annos. Quid de malis ipsis ipsius animi loquar? Cogita quantũ mali sit stultitiã putare q sunt spũs dei, & tñ tales erant, quos Apostolus alebat lacte, nõ cibo. Nunquid & stultitiæ illius tã magnũ malũ, quia non fuerat baptismate ablatũ, baptizatũ sanctificatũq; dicturus es? Sic ergo & cõcupiscentia q manet oppugnanda atq; sanãda, q̃uis in baptismo dimissa sint cũcta omnino pctã, non solũ non sanctificatur, sed potius ne sanctificatos æternæ morti obnoxios possit tenere euacuatur, quia & illi qui lacte alebantur non solido cibo, & adhuc animales, nõ percipientes q sunt spũs dei, qm̃ stultitia illis adhuc erat: si in illa mentis ætate, in qua ætate noui homines appellabantur, non

M

A

Luc. 13.

1. Co. 3.

carnis, de corpore exissent paruuli in Xp̃o, nullo reatu stultitię illius tenerentur, qa hoc eis beneficiũ fuerat regeneratione collatũ, vt omniũ malorũ, quib. & postea vel moriẽdo vel proficiendo fuerant exuendi, reatus continuo solueretur remissione pctõrũ omniũ, nondũ omniũ sanitate morborũ. Qui tñ reatus teneat necesse est, qui ẜm carnẽ generatur, qa nõ nisi ei remittitur qui ẜm spũm regñatur. A morte qppe iustissimæ dãnationis ꝑ vnũ mediatorẽ dei & hominũ liberatur genus humanum non a morte corporis tm̃, sed a morte qua mortui sunt, pro quib⁹ vnus mortuus est. Et quia pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.

Qđ vero te libuit tã multũ de qualitatũ differentia disputare, quia ego semel nominaui qualitatẽ, dicẽs non substantialiter manere concupiscentiã, sicut corpus aliqđ aut spũm, sed esse affectionem quandã malę qualitatis, sicut est languor, itane nihil ad rẽ ꝑtinere non sentis? Primo.n. dicis me mutasse sniam, & immemorẽ totius libri mei, professum fuisse substantiam esse libidinẽ. Reuera euoluto & enucleato libro meo non reperturus es me libidinẽ substantiã dixisse vel semel. Dixerũt eã quidã Philosophi partẽ animi esse vitiosam, Et vtiq; pars animi substãtia est, qa substantia est ipse animus. Sed ego ipsum vitium quo animus vel vlla pars eius isto mõ vitiosa est, libidinẽ dico, ut omni vitio sanato, salua sit tota substantia. Quia & illi Philosophi locutione tropica mihi videntur vitiosam partem animi appellasse libidinẽ, in qua parte est vitiũ qđ vocatur libido, sicut appellatur domus pro eis q sunt in domo. Deinde te nimis acutis dialecticorũ telis incautius exercendo, nosq; iactantius territando, sectã vestram letaliter vulnerasti. Diuidens quippe ac definiens vel ẽt describens differentias qualitatum, inter cætera, Tertia species qualitatis est, inquis, affectio & affectionalis qualitas. Affectio autem in qualitate ob hoc ponitur ais, quia principiũ qualitatum est, cui etiam reputantur ad momẽtum accedentes recedentesq; aut animi aut corporis passiones. Affectionalis vero qualitas, inquis, omnibus quib⁹ euenerit, ex maioribus orta causis ita inhærescit, ut aut magnis molitionib⁹, aut nullis oĩno separetur.

B

1. T.

2. Co.

Cap.

C

Hæc quidē satis explicasti scientib. sed quia contēnendi non sunt, q̧ lecturi libros nr̄os disciplinę huius ignari sunt, qđ deesse video faciā vt a me illustrent̄ exēplis. Quātū ad animū attinet, Affectio est timere, affectionalis qualitatis timidū esse. Sic aliud ē iratus, aliud iracundus, aliud ebrius, aliud ebriosus. Illæ affectiones, istę affectionales sunt qualitates. Quantū aūt ad corpus, sicut aliud est pallēs, aliud pallidus, aliud rubens, aliud rubicūd⁹, & si qua hmōi, quorū plurimis desunt vsitata vocabula. Cū itaq; dixeris affectionalem qualitatē ortā ex maioribus causis, atq; ita inhærescere, vt magnis molitionib. aut nullis separet̄, qn̄ ſm eam dr̄ animus malus, vel potius hō malus, nonne metuis ne voluntas bona, aut nō ibi esse possit, aut valere nihil possit? Nonne concedis hominē miserum quicūque ille sit vel fuerit certe aduersus talē clamasse qualitatē, Velle adiacet mihi, pficere aūt bonū nō inuenio? Hoc saltē fatemini esse istorū verborū gemitū necessarium. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gr̄a dei p Iesum Xp̄m dn̄m nr̄m. Qua p p quantolibet te aduersus oculos imperitorū dialectico tegmine inuoluas, manifesta veritate nudaberis. Ego tanq̄ valetudinē malā, ex origine vitiata ingenitum esse homini dico vitiū, quo caro concupiscit aduersus spūm, & hoc malo bene vti pudica coniugia, cum eo vtunt̄ generandi cā, sed isto mali vsu bono laudari vtentē, non ipsum malū. Neq;.n. malum ipsum est innocens, sed hō qui facit, vt malū suū quo bene vtitur ei nocere nō possit. Sicut mors cū sit suppliciū pc̄tōris, bono mali vsu accedente fit meritū martyris. Percipitur aūt in baptismate Christiano perfecta nouitas, & perfecta sanitas ab eis malis nostris q̄bus eramus rei, non ab eis cū quib. adhuc confligendū est ne simus rei, cū & ipsa in nobis sint, nec aliena sed nr̄a sint. Nam & vinolentiæ consuetudini vtiq; malæ, quā sibi homines fecerunt, non nascendo traxerunt, resistunt post baptismū, ne eos ad mala solita ptrahat; & tn̄ malo resistitur, dū cōcupiscentiæ per continentiā denegat̄, qđ per consuetudinē concupiscit̄. Vnde ēt contra istam genitaliū cōcupiscentiā q̄ ingenita nobis est per originale pc̄tm̄, vehementius uidua q̄ virgo, uehementius meretrix qn̄ casta esse uoluerit, quā q̄ semp fuit casta cōfligit, & tanto amplius in ea superanda uoluntas laborabit, quanto maiores ei consuetudo uires dedit. Ex isto & cū isto hominis malo nascit̄ hō, ꝙ malū per seipsum tā magnū est, & ad hominis dānationē atq; a regno dei separationē tm̄ habet obligationis, ut ēt si de parentib. regeneratis trahatur, non nisi quēadmodū in illis sola regeneratione soluatur, atq; isto unico remedio ppositus mortis a p le pellatur, quo a parentib. est pulsus. Qualitas affectionalis mali de substantia ad substātiā non emigrando transit, sed quodā opante contagio. i. concupiscentiæ effectu, sicut de parentib. morbidis morbida soboles procreatur. Qualitas aūt mali non in substantiā de substantia tanquā de loco in locū migrat, ut deserat ubi erat, & q̄ fuit ibi, ipsa sit alibi, sed alia eiusdē generis quodā operante cōtagio, quod ēt de morbidis parentum corporibus solet euenire nascentibus. Quid autem dicere uoluisti, quasi claudēs ut loqueris Aristotelis palæstrā, ut inde ad sacras literas reuertaris? Ais. n. Sensus est igit̄ cōcupiscentia, & mala qualitas nō est: dū concupiscentia minuitur, sensus dicatur imminui. Ergo qn̄ minuitur concupiscentia, sensus minuitur. An non p concupiscentiā castitatis & continentiæ, quotidie carnis concupiscētia magis magisq; minuit̄? Vellē itaq; mihi diceres, utrū a morbo fornicationis sanior non fiat quem fornicari minus minusq; delectat, quamuis opus illud malū una conuersione sibi amputauerit, nec unquam hoc fecerit ex quo lauacrū regenerationis accepit. Itemq; post consuetudinem uinolentię baptizatus, & nūquā se deinceps prorsus inebriās, uellē diceres, utrum ab isto morbo non fiat in dies sanior quā fuerat, cū potationis gurgitē minus minusq; desiderat quā solebat. Sensus est igitur non ipsa concupiscentia, sed ille potius quo nos eā maiorē minorē ue habere sentimus. Sicut in corporis passionib. non sensus ē dolor, sed ille sensus ē quo sentitur dolor. Nec sensus est morb⁹, sed ille sensus est, quo nos morbum habere sentimus. Porro si cōtinuo fit bonus, & utiq; bona qualitate fit bonus, qui fornicationi uinolentiæq; renunciās ab huiusmodi operibus sese abstinet, nonne recte audit, Ecce sanus factus es, iam noli peccare,

Habitus Dispositio
Rom. 7.
Gal. 5.
Ioan. 5.

care,recteq; appellatur castus & sobrius?De inde si prouectu concupiscentiæ bonę, qua concupiscentias malas fornicandi potādiq; debellat,talis efficitur qualis recēti cōuersione nondū fuit,vt illorū in eo desideria pctōrū minus minusq; moueant, vt aduersus ea mala non tanta q̄ta prius exerceat,sed minora certamina,non virtutū diminutione, sed hostiū,nec deficiente pugna,sed crescēte victoria,dubitabis eū ꝓnunciare meliorē? Vnde obsecro, nisi q̄a bona qualitas aucta, & mala minuta est? Auctū est igit̄ quo bonus esse cępit,minutū est quo malus fuit, & hoc egit post baptismū, non ꝑegit in baptismo. Ita q̄uis ibi peracta fuerit plena pctōrū remissio,remansit tñ qua ꝓficeretur in melius aduersus cateruas desideriorū malorū in nobisipsis vtiq; tumultuantiū vigilanter exercenda & instanter exercenda luctatio, ꝑ ꝗ q̄ dr̄ ēt baptizatis, Mortificate mēbra vestra q̄ sunt super terrā:&,Si spū facta carnis mortificaueritis, viuetis:&, Exuite vos veterē hominē:Nullo mō reprehendit̄ baptisma,quia asserit̄ curatio q̄ fit post baptisma: q̄a potius totū hoc ꝑ baptisma actū est.i.vt & a pteritis lāguorib. sanaret̄,& a futuris incipiat,studeat, mereat̄ sanari. Ita ꝑ baptismū totius fit cā sanitatis, ꝑ quod & incipit oīs sanitas & impletur.Nēpe dicuntur hæc magna cōfessione veritatis,nulla reprehēsione baptismatis. Si ergo nolis esse contentiosus, puto qđ ia videas q̄. recte intelligat̄,qđ aliter conaris exponere,ꝙ Propheta cū dixisset,Qui propitius fit oībus iniquitatibus tuis,quod fit vtique remissione oium pctōrū,cōtinuo subiecit,Qui sanat oēslanguores tuos,ea mala volens intelligi,cū quib.donec sanent̄,vel quātum possunt in hac vita magis magisque minuantur,non q̄escunt intestina bella sanctorū.Neque.n.nullus est languor quo caro cōcupiscit aduersus spm̄,ēt manēte virtute castitatis inuicta.Si nullus lāguor est,non ergo aduersus eum spūs cōcupiscat. Ad hoc.n.cōcupiscit,vt si non pōt,non certandi,sed saltē non consentiendi obtineat sanitatē. Hoc q̄ppe vnde nunc agimus,qđ nobis resistere sētimus in nobis,aut aliena est natura separanda,aut nostra sananda. Si alienā dicimus separādā,Manichæis fauemus, Fateamur ergo nostrā esse sanandā, vt Manichæos simul Pelagianosq; vitemus. Hoc ergo generi humano inflictū vulnus a diabolo, quicquid ꝑ illud nascit̄.cogit esse sub diabolo tāquam de suo frutice fructū iure decerpat. Hæc verba de libro meo tibi refellēda posuisti. Quib.ita insidiaris,tanq̄ naturæ humanæ authorē dixerim diabolū,& ipsius qua hō constat substantiæ conditorē, quasi vulnus in corpore possis appellare substantiā. Sed si propterea me putas dixisse diabolū substātiæ conditorē,q̄a in ea similitudine q̄ a me adhibita est, fruticē dixi:frutex q̄ppe nullo dubitāte substantia est,cur vsqueadeo te vel ostendis vel fingis indoctū,vt eis rebus q̄ substantiæ non sunt adhibendas de substantia similitudines non existimes? Nisi forte & ipsi dn̄o dialectice calūniaberis,q̄a dixit, Arbor bona bonos fructus facit,& arbor mala malos fructus facit. Quis.n.malitiā siue bonitatē, vel opa bona seu mala,quos velut fructū illarū arborū voluit intelligi,dicat esse substantias, nisi nesciens quid loquat̄? Quis vero arbores & earū fructus neget esse substantias,si nouit qđ loquit̄? De his ergo reb. quæ substātiæ sunt, videmus adhibitas similitudines eis rebus, quæ nō sunt substantiæ. Qđ si arbor bona, vel mala,non bonitas hominis vel malitia, sed ipsi homines accipiendi sunt,in quib.subiectis istas esse intelligimus qualitates,bonitatē.s.in homine bono, malitiamq; in homine malo, vt ipsæ substantiæ sint arbores.i. ipsi homines,certe fructus earū quę nihil aliud q̄ opa intelligunt̄,nemo nisi imperitus dicit esse substantias,cū omnium arborū fructus,vnde istę similitudines datę sunt,nemo nisi imꝑitus neget esse substantias. Ac ꝑ hoc ei rei quę nō est substantia, fas est adhibere similitudinē de substātia. Propter qđ ego vitio quo generi humano diabolus tanquā vulnus inflixit,quāuis nullo mō substantia sit, recte tñ adhibui de substantia similitudinē, vt fruticē dicerē,& fructus eius vitia ēt illa, cū quibus homines vobis quidē negantib. sed veritate conuincente nascuntur, & ex q̄bus in æternū dei regno pereunt, si veritate liberante non renascantur. Proinde vitiatorem, non conditorem substantiæ diabolum dixi: Subdit aūt sibi ꝙ non condidit, per id quod inflixit,deo iusto tribuente hanc ptātē,cuius non subtrahit ptāti, nec quod sibi est sub-

Margin notes: H; Colo.3.; Rom.8.; Colos. 3.; Psa.102; I; Cap; K; Mat.; L

eſt ſubditũ, nec ſeipſum. Iõ eſt.n.ſecũda nati
uitas inſtituta, q̃a natiuitas eſt prima dãnata,
Cui tñ ẽt dãnatæ dei bonitas exhibeẽ, ut de
maledicto ſemine rõnalis natura formetur,
qua eius affluentiſſima bonitate aptiſſime
malorũ hominũ tanta multitudo nutriẽ, &
occulto dei ope vegetatur. Quę bonitas ope
rationis eius ſi ſubtrahaẽ formandis promo
M uendisq; ſeminib. & uiuificandis quibuſque
uiuentib. non ſolũ gignenda nõ agũtur, ſed
ad nihilũ penitus ẽt genita redigunẽ. Cũ er-
go deũ niſi ſtulta impietas nõ reprehendat,
ꝙ uitioſa uoluntate dãnabiles illo uiuifican
te uiuunt, qui uiuificat oĩa: cur putamus ab
eius operib. abhorrere, ꝙ origine uitiata dã-
nabiles illo creante naſcuntur, q̃ creator eſt
Ephſ. 1. oĩum, & per mediatorẽ regenerati a dãnatio
ne liberantur debita, ſed gratuita miſeratio-
ne nõ debita, quos elegit ante conſtitutionẽ
mundi per electionẽ gr̃æ, non ex operibus,
uel præteritis, p̃ſentib. uel futuris? Alioquin
Ro. 11. gr̃a iam non eſt gr̃a. Qđ maxime apparet in
paruulis, quorũ nec p̃terita dici p̃nt opa, q̃a
non fuerũt, nec præſentia, quia nihil operan
tur, nec futura, qñ in in illa ętate moriuntur.
Dixi ſane qũo manent pc̃tã reatu, q̃ præterię
runt actu, ſic econtrario fieri põt, ut cõcupi
ſcentia maneat actu, & p̃tereat reatu. Qđ er
ror quidem tuus falſum eſſe dicit, ſed ueritas
uerũ eſſe cõuincit. Nã tu id non ualendo re-
fellere, primo dialecticas tenebras imperitis
conaris offundere, dicens te cogitare nõ poſ
ſe in qua dialexi inuenerim contrariorũ om
niũ reciprocationẽ. Quã ſniam tuã ſi expo-
nere uoluero, & ad eorũ perducere intelligẽ
A tiam q̃ nunquã iſta didicerũt, opus erit ple-
no fortaſſe uolumine. Sed nunc ſatis eſt, qđ
ipſe dixiſti, in nulla dialexi poſſe inueniri cõ
trariorũ oĩum reciprocationẽ. Hinc.n. oſten
diſti aliquorũ eſſe poſſe, nõ oĩum. In his er-
go aliquib. & hoc reperi. Si.n. dixiſſes, cõtra-
riorũ recipro cationẽ eſſe nullorũ & per hoc
oſtenderes ea q̃ poſui contraria reciproca eſ
ſe non poſſe, quia nulla eſſe p̃nt: ego aliqua
eſſe poſſe oſtendere debui ac deinde in his eſ
ſe quod poſui. Sed eſſe aliqua iam poſſe cõce
dis, qui non dicis nullorum contrariorũ eſſe
reciprocationẽ, ſed non omnium. Eſt igitur
aliquorũ. Sed utrum in eis ẽt hoc ſit ꝙ a me
poſitum eſt, reſtat oſtendere, id eſt, utrũ ſi-
cut uerũ eſt reatu manere pc̃tã, quæ p̃terie-
runt actu: ita ſit uerũ, ꝙ concupiſcentia ma
neat actu, & prætereat reatu. Qđ tu fieri non
poſſe uolens oſtendere, hoc dixiſti qđ ego
non dixi. Ego.n. de concupiſcentia dixi, quæ
eſt in mẽbris repugnans legi mentis, quãuis
reatus eius in omnium pc̃tõrum remiſſione
tranſierit, ſicut econtrario, ſacrificiũ idolis
factũ, ſi deinceps nõ fiat, p̃teriit actu, ſed ma
net reatu, niſi per indulgentiam remittatur.
Quiddã.n. tale eſt ſacrificare idolis, ut opus B
ipſum cũ ſit p̃tereat, eodemq; p̃terito reatus
eius maneat uenia reſoluẽdus. Talis eſt car-
nis concupiſcentia, ut maneat in homine, ſe
cũ per continentiã confligente, quanuis ei⁹
reatus qui fuerat generatione contractus, iã
ſit regeneratione tranſactus. Actu.n. manet,
non quidẽ abſtrahendo & illiciendo mentẽ,
eiuſq; conſenſu concipiẽdo & pariendo pec
cata, ſed mala quibus mens reſiſtat, deſideria
cõmouẽdo. Ipſe quippe motus actus eſt ei⁹,
quanuis mente non conſentiente deſit effe-
ctus. Ineſt.n. homini malũ & p̃ter iſtũ actũ,
id eſt, pręter hunc motũ, vnde ſurgit hic mo
tus, quem motũ dicimus deſideriũ contra ꝙ
pugnemus, ſed ſi tunc non eſt, qñ non occur
rit qđ concupiſcatur, ſiue aĩo cogitãtis, ſiue
ſenſib. corporis, fieri põt ut inſit qualitas ma
la, ſed nulla ſit tẽtatione cõmota, ſicut ineſt
timiditas homini timido, & qñ non timet.
Cũ uero occurit quod concupiſcatur, nec de
ſideria mala nobis ẽt nolentib. commouen-
tur, ſanitas plena eſt. Hoc ergo uitium nõ po
teſt niſi reatu tenere hominem, quanuis eiuſ
dem mali bono uſu de caſtis coniugibus p-
creatum. Qui reatus quanuis eo manente Pſal. 20
malo, ſoluitur in remiſſione omniũ pecca-
torũ p̃ dei gr̃am qua liberamur ab omni ma
lo cum dñs non ſolũ propitius ſit omnibus Luc. 13.
iniquitatibus noſtris, uerumetiam ſanat om
nes languores noſtros. Dñs in Euangelio, C
Ecce, inq̃t, eijcio dæmonia & ſanitates perfi
cio hodie & cras, & tertio die conſummor.
Poſt multũ tempus quam hoc dictum ẽ, paſ
ſus eſt dñs. Mentiri non potuit. Intelligitur
ergo ſic, Expulſio dæmoniorũ, remiſſio pec
catorum eſt, eo utiq; quo diabolus peccato-
rum pater atque origo ſit, per id quod effici
tur id quod efficit. Et utique expulſio dęmo
niorũ eſt remiſſio peccatorum, tanquã reſo-

luta

luta cã p q̃ hominis aĩam poſſidebat.Perfe-
ctio ſanitatũ,dũ de die in diẽ proficit Eccle-
ſia,& corruptionis cuius reatus ablatus eſt,
paſſio quotidiana renouatione minuiť,Ter-
tia cõſumať,dũ reſurrectionẽ in ſeipſo initiã
dã monſtrauit Eccleſiæ,qua ad incorruptio-
nis cõſummationẽ, ſummãq; pueniat ſani-
tatẽ.Si vero cõſummari dixit,Et initiũ & fi-
nis ipſe,ipſe caput & plenitudo corporis,in
mẽbris ſuis ipſe pficiť.Nã recole quid rñdit
liberator ipſe atq; ſaluator his qui ei dixerãt,
D vt exiret de Hieroſolymis.Ecce,ĩquit, eijcio
dæmonia, & ſanitates pficio, hodie, & cras
& tertia cõſummor.Lege Euangeliũ & vide
poſt quantũ paſſus fuerit,& reſurrexerit.Er-
go mentitus eſt?Abſit.Sed ſignificauit aliqd,
qđ iſta inter nos qõne verſať:Expulſio quip
pe eſt dęmoniorũ remiſſio pctõrum:pfectio
ſanitatũ,q̃ fit proficiẽdo poſt baptiſmũ. Ter
tia cõſummatio eſt, q̃ ſuæ quoq; carnis im-
mortalitate mõſtrauit incorruptibiliũ beati-
tudo gaudiorũ. Tu aũt in exẽplũ rei de qua
loquebaris,ſacrilegũ ſacrificiũ poſuiſti, atq;
dixiſti, qcquid ad hoc genus ptinet de iſto
vno poſſe mõſtrari, qm̃ ſi ſemel aliquis ido-
lis ſacrificauerit,põt donec conſequať veniã
p̃mi iniqtate cõmiſſi,& manet reatus actio-
ne finita.Nullo aũt pacto,inquis,fieri põt,vt
maneat actio & abſcedat reatus.i. vt dæmo-
nib.inquis,ſacrificare non deſinat,& tñ liber
a prophanitate videať.Hoc de ſacrificio ido-
lis oblato veriſſime dicis:Actus eſt.n. q ope-
re ipſo peragiť,& non erit, & ſi iterũ fit,alte
E rũ fit.Impietas vero ipſa qua hæc fiunt, tam
diu manet,donec idolis renuncieť,& credať
in deũ.Idolis itaq; ſacrificatũ factũ eſt tran-
ſiens,nõ vitiũ manens.Impietas vero qua ſa
crificatũ eſt,qa & illo peracto manet,vr̃ eſſe
cõcupiſcẽtiæ ſimilis, qua cõmiſſum eſt adul
terium.Sed errore ſublato, quo illa impietas
pietas ẽt putabatur,nunquid idolis aliquem
ſacrificare delectat,& in illo huiuſmodi de-
ſideriũ commouetur?Nullo modo igitur ſi-
mile eſt,quod pro ſimili ponendum putaſti.
Nullo modo,inquam, ſimile eſt ſacrificium
tranſiens manenti concupiſcẽtiæ,quæ homi
nẽ iam non committentẽ quod ſolet ei con-
ſentiendo cõmittere,iã plena fide & cogita-
tione retinẽtẽ non eſſe talia facienda,ſtimu-
lus tñ illicitorũ deſideriorũ quib. reſiſtit ca-
ſtitas,inquietare non ceſſat:neq; ſciẽtia finiť
vt non ſit,ſed cõtinẽtia refrenatur,vt quo tẽ
dit puenire non poſſit. Quapp ſicut idolis
immolatio q̃ iã nec in actione eſt,qa p̃teriit,
nec in voluntate,qa error quo fiebat abſum
ptus eſt,manet tñ reatus eius donec in laua-
cro regenerationis pctõrũ omniũ remiſſio-
ne ſoluatur,ſic ecõtrario quãuis reatus malę
concupiſcentiæ eodẽ baptiſmate ſit ſolutus, F
manet tñ ipſa,donec ab eo qui poſt eiecta dę
monia pficiẽte ſanetur.Sed q̃ſo te,cũ & ipſe
cõcedas pcti facti atq; tranſacti reatũ mane-
re,niſi ſacro fonte diluatur, dic mihi reatus
iſte quis ſit,& vbi manet iã homine corre-
cto recteq; viuente,nondũ tñ pctõrũ remiſ-
ſione liberato?Subiectũ eſt reatus iſte.i.ſub-
ſtantia, ſicut ſpũs, ſicut corpus, an in ſubie-
cto,ſicut febris, aut vulnus in corpore, ſiue
auaritia,vel error in aĩo,in ſubiecto eſſe di-
cturus es?Neque.n.reatũ affirmabis eſſe ſub
ſtãtiã:In quo igitur tibi vr̃ eẽ ſubiecto? Cur
q̃ram qd rñdeas,& non potius verba tua po
nã?Actu,inquis,p̃tereunte manet eius reat⁹
in illius conſcientia qui deliquit, donec di-
mittatur.Ergo in ſubiecto eſt, hoc eſt in aĩo
eius qui deliquiſſe ſe meminit, & ſcrupulo
agitur conſcientiæ,donec fiat delicti remiſ-
ſione ſecurus.Qđ ſi obliuiſcatur ſe deliquiſ
ſe,nec eius conſcientia ſtimuletur, vbi erit
reatus ille quẽ trãſeunte pctõ manere conce
dis donec remittatur?Non eſt certe in corpo
re,quia non eſt eorũ accidentiũ, q̃ accidunt
corpori. Non eſt in animo,quia eius memo-
riã deleuit obliuio.Et tñ eſt.Vbi eſt igitur cũ G
iam bene viuat homo,nihil tale committẽs?
Nec dici poſſit eorum pctõrum eius reatum
manere qui meminit,eorum vero qui obli-
tus eſt non manere. Manet quippe omnino
donec remittatur.Vbi ergo manet,niſi in oc
cultis legibus dei,quæ conſcriptæ ſunt quo-
dammodo in mentibus angelorum,vt nulla
ſit iniquitas impunita,niſi quam ſanguis me
diatoris expiauerit,cuius ſigno crucis con-
ſecratus vnda baptiſmatis, vt ea diluatur rea
tus tanquam in chirographo ſcriptus, in no-
titia ſpiritalium poteſtatum, per quas pœna
exigitur peccatorum? Huic chirographo na
ſcuntur obnoxij oẽs in carne, de carne car-
naliter nati,eius ab hoc debito ſanguine libe
randi,qui in carne quidem & de carne, non

tamen

tñ carnaliter,sed spiritaliier natus est: Natus est.n.de spũ sancto,ex virgine Maria.De spũ sancto,ne esset in illo caro peccati:Ex virgine aũt Maria, vt esset in illo similitudo carnis pcti.Ideo illi chirographo non venit obnoxius,& ab illo soluit obnoxios. Neque.n. nulla est iniquitas, cum in vno homine vel superiora inferiorlbus turpiter seruiunt,vel inferiora superiorib.contumaciter reluctan-

H tur,ét si vincere non sinant.Hanc iniquitatẽ si homo ab homine altero forinsecus aduersante pateret, quia in illo non esset, sine illo vtiq; puniretur.Quia vero in illo est, aut cũ illo puniet,aut illo ab eius reatu liberato,sic in certamine aduersus spũm pseuerat, vt hominem iam non reum ad nulla post mortem tormenta transmittat,nõ alienet a regno dei, nulla damnatione faciat detineri, neque ut ea penitus careamus,velutaliena natura seiũgatur a nobis,sed quia nostræ naturæ lãguor est,sanetur in nobis.

C. 9. Propter hoc ergo vitiũ, sicut in eo libro cui resistis,a me positum est,humana natura damnatur, & pp quod damnatur, dãnabili diabolo subiugatur,quia & ipse diabolus spiritus immundus est.Et vtique bonũ qđ spiritus,malũ quod immundus, qm̃ spũs est natura,immundus est vitio. Quorum duorum illud a deo est,hoc ab ipso. Non itaque tenet homines siue maioris siue infantilis ætatis,

I pp quod homines,sed pp ꝙ immũdi sunt. His verbis meis ex libro meo abs te positis, ita resistendũ putasti, vt diceres hanc formã ét in homine malo debuisse seruari, q̃ seruat in diabolo,ne quisq̃ damnetur nisi ex vitiis propriæ voluntatis,atque iõ nullum sit originale pct̃m.Alioquin opus eius,vt dicis, q ẽt diabolũ bonum condidit,non potest approbari.Nec attendis quod diabolũ non ex alio diabolo creauit deus, nec ex aliquo angelo licet bono,cuius tñ lex esset in membris repugnans legi mentis,per quam & cũ qua,de homine nascitur omnis homo. Adiuuaret itaque fortasse hoc argumẽtum, si vt homo ita diabolus gigneret filios, eosq; paterno pctõ negaremus obnoxios. Nunc vero aliud est ille qui homicida erat ab initio, quia hominẽ ab initio quo est homo institutus, occidit p fœminæ seductionem,& in veritate per libe-

Ro 5. rũ arbitrium nõ stetit,cadensq;deiecit hominẽ,& aliud est ꝙ per vnũ hominẽ pct̃m intrauit in mundũ,& per pct̃m mors,& in oẽs homines pertransijt,in quo oẽs peccauerũt. Vbi euidenter expressum est,exceptis cuiusque hominis propriis,commnne omnib.hominib⁹ originale pct̃m. Qđ aũt dixi,Qui mi-

K rat quia creatura dei subdit diabolo, nõ miretur,subdit.n.creatura dei,creaturæ dei,minor maiori, cur ita posuisti, vt sequẽt a mea verba non adderes, quib.ostendi queadmodũ dixerim,minor maiori, humana.s.angelicæ,nisi vt minus intelligeretur sensus meus, vt faceres tibi locũ,vbi sicut soles,de Aristotelicis categorijs obtenderes nebulas imperitis,in quib.latenter putarent te aliquid dicere,quid diceres nescientes. Ad hoc.n.redacta est hæresis vestra,ut gemant sectatores vestri non inueniri dialecticos iudices in Ecclesia, de scholis Peripateticorũ siue Stoicorũ,a qbus possitis absolui. Quo.n. pertinet, quid sibi vult,vt quid dictũ ẽ quod dixisti,quia maior & minor ad finitã speciem pertinet quãtitatis?Sed quantitas,inquis,non solũ cõtrariorum capax non est, qđ ei cũ qualitate atque alijs prædicamentis,verumetiam nec cõtrarium habet quod ei cũ substantiæ est definitione commune: Bonum vero & malum contraria sunt.Hæc profecto nunquam diceres,si lectores vel auditores librorum tuorũ putares intellecturos esse quod dicis. Itane vero ideo immundus homo immundo ange-

L lo subdendus non fuit,qm̃ quantitas qua homine maior est angelus,non solum contrariorum capax non est, verumetiam nec contrarium habet: quasi tũc diabolo fuisset homo subdendus, si ei reperiretur esse contrarius,& mala subdenda non sunt malis, quia bona malis,non mala malis videntur contraria?Quid vanius cogitari, quid ineptius dici potest?Nonne domino subditur seruus, & bonus bono,& malus malo,& malus bono, & bonus malo?Nonne vxor subditur viro, & bono bona,& malo mala, & bono mala, & malo bona?Quid igitur pertinet ad vim siue rationem,qua quidque cuique subdendũ est,vtrum hæc res aut illa possit vel non possit capere uel habere contrarium? Verum tu plane inconsiderate ista non confunderes,si stultitia quæ tibi ista suggerit, sapientiam cõtrariã cogitares. Iam porro illa qualis est ar-

gumentatio tua, Si res, inquis, q̃ decẽter ordinata est, ad deũ ptinet, & res q̃ ad deũ ptinet bona est, bonũ est itaq; subditũ eẽ diabolo, qm̃ q institutus ẽ a deo, p hoc ordo seruat̃, Sequiturq;, inq;, vt malũ sit rebellare diabolo, qm̃ p resultationẽ institutus a deo ordo turbat̃. Posses dicere deo resistere agricolas, eiusq; ordinẽ pturbare purgãdo agros a spinis & tribulis, q̃ ille pctõribus nasci iussit in pœnã. Quid qđ ista tua rõne dici põt, si res q̃ decenter ordinata est ad deũ ptinet, & res q̃ ad deũ ptinet bona est, bonũ est malos esse ĩ gehenna, qm̃ institutus a deo p hoc ordo seruat̃? Qđ vero tu addis, seq.q; vt malũ sit rebellare diabolo, qm̃ p resultationẽ institutus a deo ordo turbat̃, cur hoc dicis? Quis.n.rebellat diabolo, nisi ab ei' ptãte p mediatoris sanguinẽ liberatus? Melius ergo fuerat hostẽ non habere, q̃ vincere. Sed qa pc̃ĩ merito, humana natura subdita est hosti, prius hõ vt aduersus eũ pugnare possit, ab eius eruit̃ potestate. Deinde si vita est ĩ hac carne plixior, certans adiuuat̃, vt superet. Postremo uictor beatificat̃, vt regnet dicturus in fine, Vbi est mors cõtentio tua? Vel sicut dicit Apost. ubi est mors victoria tua, vbi est mors aculeus tu'? Quin ẽt visa sunt tibi de Manichæi libris nõnulla esse ponenda, qbus meã sniam cõparares, cũ ego cõmixtionẽ duarũ naturarũ, boni.s.& mali, vnde illorũ tota fabulosa manat insania, nõ solũ fide verboq; detester & dãnẽ, verumẽt tibiipsi suffragatori eorũ resistendo, teq; refellendo cõuincã. Cũ.n.contra eos veritas clamet, mala nisi de bonis orta non esse, nonne tu p ipsis & cũ ipsis contra veritatẽ reclamas, p opus dei opus diaboli transire nõ sinit̃? Nõ põt mala radix ĩ domo dei locari. Rerũ rõ non finit, vt de bono malũ, & de iusto iniquũ aliqd pferat̃. Non nascunt̃ pc̃tã de ea re, q̃ libera ẽ a pc̃tõ. De hoc opere qđ nõ hẽt culpã, nasci culpa non põt. Quis omnib. vocib. tuis conficit̃, nõ esse mala exorta de bonis, vt restet s̃m Manichæos, nõ esse mala exorta nisi de malis? Qũo ergo quenquã Manichæorũ nomine, tanquã eorũ aduersarius criminaris, cũ sic ab eorũ parte consistas, vinci omnino non possint, nisi cũ illis & ipse vincaris? Qđ in primo huius operis libro aliquanto copiosius, & in qnto breuius, & hic hactenus nos egisse suffecerit. Ipsa vero q̃ cõis est vobis hæresis vestra quantum Manichæos adiuuet, iã qdẽ sæpe monstraui, sed ne hic qdẽ est omittẽdũ. Enumerãt Manichæi mala q̃ in paruulis monstrant, q̃ Cicero quoq; cõmemorat in libris de republica, vnde ipsa eius verba iã trãstuli. In quorũ malorũ cõmemoratione dicit, nõ vt a matre natura, sed vt a nouerca hominẽ in has erumnas esse proiectũ. Huc accedũt ẽt illa q̃ non qdẽ oẽs paruulos, sed tñ plurimos cernimus ppeti multa & varia mala, usq; ad dæmonũ incursus. Atq; concludunt dicẽtes, cũ sit iustus & oĩpotens deus, vnda ista mala patit̃ imago eius in paruulis, nisi qa vera est, ĩquiunt, quã nos asserimus duarũ naturarũ, boni.s.maliq; cõmixtio? Hos catholica redarguit veritas, confitens originale pc̃m̃, p qđ factũ est dæmonũ ludibriũ genus humanũ, & laboriosæ miseriæ destinata ppago mortalium. Non aũt ita esset, si humana natura p liberũ arbitriũ in quo statu primũ condita ẽ, perstitisset. Vos aũt negãtes originale pc̃m̃, profecto aut cogemini dicere deũ, uel inualidum, vel iniustũ, sub cuius ptãte imago eius in paruulis sine ullo, uel proprii, uel originalis peccati merito tantis affligitur malis. Nõ enim per hæc exercetur uirtus, quod recte de bonis hominibus maioribus dr̃, in quib. rationis est usus, aut quia deũ uel impotentem uel iniquum dicere non potestis, Manichæi contra uos errorem suum nepharium de duarũ inter se inimicarum substantiarũ permixtione firmabunt. Non igitur me ab inuectione Nanichæorum, ulla, sicut dic s, mundat herba fullonis. Quibus petulantib. uerbis facis lauacro regenerationis iniuriã, qđ in sinu catholicæ matris accepi. Sed uobis tam malitiosum uenenũ antiqui draconis irrepsit, ut & catholicos horrore Manichæi nominis infametis, & Manichæos peruersitate uestri dogmatis adiuuetis.

Illud uero de alio libro meo ꝙ ad Marcellinũ scribẽs, dixi, Filios mulierisq̃ serpẽti credidit, ut libidine corrũperet̃, nõ liberari, nisi p filiũ Virginis, quæ angelo credidit ut sine libidine fœtaret̃, ita posuisti, atq; ita uoluisti accipi, tanquã dixerim ꝙ Euæ serpẽs cõmixtus fuerit ↄcubitu corporali, sicut Manichæi principẽ tenebrarũ eiusdẽ mulieris prẽm cũ illa concubuisse delirãt. Hoc ego de serpẽte non

Margin: M; 1.Co. 15; A; Tull. de re; B; C; Cap.

non dixi. Sed nũquid tu contra Apostolũ negas, mẽtem mulieris a serpente corruptã? An eum non audis, ubi dicit, Timeo ne sicut serpens Euam fefellit in uersutia sua, corrũpantur mentes vestræ a simplicitate & castitate, quæ est in Christo. *[2.Co.11.]* Ex ista utiq; corruptione serpentis, qualis fit etiã qñ corrumpunt mores bonos colloquia mala, ꝓuenit libido peccandi in mentem mulieris & viri: *[D] [1.Co.15.]* ut præuaricationis corruptio deinde illa, de qua erubuerunt & pudenda texerunt, sequeretur in carne, non de diaboli accedente concubitu corporali, sed spiritali Dei gratia recedente.

[Cap. 11.] Non igitur tota disputatione tua contriuisti, sicut te iactas, assertionem meã, de malo carnalis cõcupiscentiæ originalisq; peccati, manẽte laude nuptiarũ, quæ bene utũtur malo, non qđ fecerunt, sed qđ inuenerunt: uerũ nec ipsos Manichæos cõtriuisti, quos potius adiuuisti, tum maxime & in cõmune oẽs Pelagianę nouitatis errorisq; participes, sicut iã demonstraui. De testimonijs ẽt tractatorum catholicorum sancti Basilij Cæsariensis, & sancti Ioannis Constãtinopolitani, quorũ dixisti sensum uestris conuenire sententijs, in primo huius mei operis libro, tibi sufficiẽtissime & certissima ueritate rñdi, ostẽdẽs quẽadmodũ non intelligẽdo qdã uerba eorũ, aduersus dogma eorum, qđ est dogma catholicũ, mirabili cæcitate pugnetis, In scđo quoque libro satis egimus, ut appareat q̃ non sit, quẽadmodũ cõuitiaris, cõspiratio perditorũ, sed sanctorũ & eruditorũ ecclesiæ catholicę patrũ pius fidelisq; cõsensus, *[E]* q hr̃ticæ vestrę nouitati resistunt, pro antiquissima catholica ueritate. Vñ ẽt populi murmur, qđ solũ uobis a nobis dicis opponi: nec solũ est, quia tãtorũ nititur authoritate doctorũ, & iustũ est, quia non vult ut euertatis sibi quoq; notissimam salutem paruulorũ, quæ in Christo est. *[Rom. 7.]* Quod aũt uerba apostolica, ubi dicit, Scio q̃a non habitat in me, hoc est, in carne mea bonũ: & cætera vsq; ad illud, ubi ait, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: me affirmas aliter intelligere q̃ eorũ ipsum caput dẽt intelligi, nesciens mihi plurimum tribuis. Non. n. ego solus aut primus sic istum locum intellexi, quo euertitur hæresis uestra, quemadmodum uere intelligẽdus est, imo uero ego prius eum aliter intellexeram, uel potius non intellexerã, qđ mea quędam illius temporis ẽt scripta testantur. Non mihi. n. videbatur Apostolus & de se ipso dicere potuisse. Ego aũt carnalis sum, cũ esset spiritalis, & q̃ captiuus duceretur sub lege peccati, quæ in membris erat eius. Ego. n. putabam dici ista non posse, nisi de ijs quos ita haberet carnis concupiscentia subiugatos, ut facerent q̃cquid illa compelleret, qđ de Apostolo dementis est credere cum ẽt innumerabilis multitudo sanctorum, *[F]* ne concupiscentias carnis ꝑficiat, contra carnẽ spiritu concupiscat. Sed postea melioribus & intelligẽtioribus cessi, uel potius ipsi quod fatendum est veritati, ut uiderem in illis Apostoli uocibus *[Sapien. 9.]* gemitum esse sanctorũ, contra carnales cõcupiscentias dimicantiũ. Qui cũ mente sint spiritales, adhuc tñ isto corruptibili corpore qđ aggrauat animam, recte intelligũtur esse carnales, *[1.Co.15.]* quia erunt & corpore spiritales, qñ seminatum fuerit corpus animale, & resurget corpus spiritale. Et recte adhuc intelliguntur ea parte captiui sub lege peccati, quæ desideriorum quibus nõ cõsentiunt, moribus subiacet. Hinc factum est ut sic ista intelligerem, quemadmodum intellexit Hilarius, Gregorius, Ambrosius, & cæteri ecclesiæ sancti notiq; doctores, q & ipsum Apostolũ aduersus carnales cõcupiscentias quas hr̃e nolebat, & tñ habebat, strenue cõflixisse, eundẽq; conflictũ suum illis suis uerbis cõtestatũ fuisse senserunt. Contra quos motus prius utiq; debellandos ne dominentur, & postea sanãdos ut penitus extinguant, ẽt ipsa gloriosa certamina sãctos exercer cõfessus es. Simul itaq; cognoscamus uerba pugnãtiũ, si pugnam⁹. Hoc. n. *[G]* modo non uiuimus nos, sed uiuit Christus i nobis, si ad pugnã cõtra cõcupiscentias exercendã, & ad victoriã usq; ad consumptionẽ eorundẽ hostiũ capessendam, in illo fidimus, non in nobis. Ipse q̃ppe factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, *[1.Co.1.]* ut quẽadmodũ scriptũ est. Qui gloriatur in dño glorietur. *[Hier. 9.]* Non est ergo contrarium sicut putas, ut qui dicit, Viuo non ego iam, uiuit uero in me Christus: *[Galat. 2.]* dicat ẽt, Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. *[Rom. 7.]* Inquãtum quippe in illo uiuit Christus, intantũ expugnat & superat, qđ non habet bonũ in eius carne, sed malum. Neque. n.

recte cuiusquã ſpũs concupiſceret aduerſus
carnẽ ſuã, niſi habitaret in illo ſpiritus Chri-
ſti. Abſit ergo ut dicamus, qđ nos dicere inſi
mulas Apoſtolum ſic iſta dixiſſe, quaſi qui ſe
uellet intelligi renitentẽ, in ſcorto aliqua ma
nu peſtiferæ uoluptatis adduci: cũ dicat, Nõ
ego operor illud, oſtẽdes concupiſcentias car
nis ſolũ impulſum libidinis operari, ſine cõ-
ſenſione peccati. Quid eſt quod in Iudæorũ
H ſuperbiam fruſtra conaris iſta uerba transfer
re, tanquam ipſos in ſe transfigurarit Apoſto
lus, qui contemnebant dona Chriſti, uelut ſi-
bi non neceſſaria? Sic.n. ſuſpicaris, atq; utinã
ipſa dona Chriſti ſaltem ita ſaperes ut ad uin
cẽdam concupiſcentiam ualere aliquid cre-
deres. Sed ideo dicis a Iudæis fuiſſe contẽpta,
ꝙ ueniam daret ille peccatis, quæ ipſi legis
admonitione uitaſſent. Quaſi hoc conferat
homini remiſsio peccatorum, ut caro nõ cõ-
cupiſcat aduerſus ſpiritũ unde illa uerba na-
ta ſunt. Scio quia non habitat in me, hoc eſt,
in carne mea bonum, & cætera eiuſmodi. Ve
rum tu a ueſtro dogmate nõ recedis, quo pu-
tatis grãm Dei per Ieſum Chrm̃ dñm noſtrũ
ſic in ſola peccatorũ remiſsione verſari, ut nõ
adiuuet ad uitãda peccata, & deſideria uincẽ
da carnalia, diffundẽdo charitatẽ in cordibus
noſtris per ſpiritum ſanctum, qui ab illo da-
Rom. 5. tus eſt nobis. Neq; conſideras eum qui dicit,
Rom. 7. Video aliam legem in mẽbris meis repugnã
tem legi mentis meæ: & ab hoc malo non ſe
liberari clamat niſi gratia Dei ꝑ Ieſum Chri
ſtũ dñm noſtrum, nec Iudæũ eſſe, nec ꝗa pec
cauit, ſed ne peccet potius laborare: exaſpe-
rat, inquit, Apoſtolus uim conſuetudinis. Tu
ergo reſponde, utrũ contra hoſtem iſtã uim
non dimicet baptizatus? Quod ſi negas, om-
nibus Chriſtianis ſenſibus contradicis ſi au-
tem dimicat, cur non in uerbis Apoſtoli uo-
I cẽ dimicãtis agnoſcis? Per legem, inquis, bo-
nam & per mandatum ſanctum prauorum
animi feroces erant, qm̃ ſine uoluntate pro-
pria, nulla eruditio poterat inſpirare uirtutẽ:
O acutum intellectorem: O diuinorum elo-
quorum egregium tractatorem. Quid agis de
uerbis dicentis, Non quod uolo ago: & Vel-
le adiacet mihi, &, Qđ nolo hoc ago, &, Con
delector legi Dei ſm̃ interiorẽ hominẽ? Au-
dis hæc & dicis, quia uoluntas defuit, iõ de-
fuiſſe uirtutẽ. Quid ꝙ nõ ſolũ uoluntas, ue-
rumẽt uirtus affuit, ne cõſentiret cõcupiſcẽ-
tiæ carnis, q̃ legi peccati prauis ipſis morib⁹
ſeruiebat? Quibus ille nõ cedẽs, nec arma ini
quitatis exhibẽs mẽbra peccato, & tñ qđ nol
let ſentiens, in carne cõtra ſpiritũ cõcupiſcẽ-
te & aduerſus eã viciſsim ſpiritu cõcupiſcẽs,
uerisſima caſtitatis voce dicebat, Igitur ipſe
Rom. ego mẽte ſeruio legi Dei, carne aũt legi pec-
cati. Illa ſane uerba quæ poſuiſti, ubi ait Apo
ſtolus, Lex ſancta, & mandatum ſanctum & K
iuſtum & bonum: quod ergo bonum eſt, mi
hi factũ eſt mors? Abſit, Sed peccatum ut ap-
pareat peccatũ, ꝑ bonũ mihi operatũ ẽ mor-
tem, ut fiat ſupra modum peccatũ peccans ꝑ
mãdatũ: bene intelligit̃ de uita ſua dixiſſe ꝓ-
terita, q̃ ſub lege fuerat, nõdũ ſub grã. Nã &
uerbis pręteriti tꝑis utitur, dicẽdo, Pctm̃ nõ
cognoui, niſi per legem & concupiſcentiam
neſciebam: &, Operatũ eſt in me oẽm cõcu-
piſcentiam: &, Viuebã aliqñ ſine lege: utiq;
qñ nondũ poterat uſum hr̃e rõnis: &, Adue-
niẽte mãdato pctm̃ reuixit, ego aũt mortuus
ſum: & peccatũ occaſione accepta per man-
datũ fefellit me, & per illud occidit, & ꝑ bo-
nũ mihi operatum eſt mortem. His omnibus
tp̃s ſignificare intelligitur, quo ſub lege uiue
bat, & nondum adiutus gratia, concupiſcen-
tiis carnalibus uinciebatur. Vbi uero iã dicit,
Lex ſpiritalis eſt, ego aũt carnalis ſum: iã qđ
confligens patiebatur oſtendit. Non dixit, car
nalis fui uel erã uel ſim; Et apertius tẽpora ip
ſa diſtinguit ubi dicit, Nunc aũt iam nõ ego
operor illud, ſed id quod in me habitat pec-
catũ. Iã. n. motus deſideriorũ malorum non
ipſe operabatur, quibus non conſentiebat ad
perpetranda peccata. Peccati autem nomine
quod in illo habitabat, ipſam nũcupabat con
L cupiſcentiam, quia peccato facta eſt, & ſi cõ-
ſentientẽ traxerit atq; illexerit, concipit pa-
ritq; peccatum, & cætera uſq; ad eum locum
ubi ait, Igitur ego ipſe mẽte ſeruio legi Dei,
carne aũt legi peccati: uerba ſunt iã ſub gra
tia conſtituti, ſed adhuc contra concupiſcen
tiam ſuam dimicantis, nec ei cõſentientis ut
peccet, ſed tñ quibus renititur, peccati deſide
ria patiẽtis. Nemo noſtrum ſubſtantiam cor-
poris, nemo naturam carnis accuſat: fru-
ſtra purgatur abs te, quod non culpatur a no
bis. Concupiſcentias malas, quibus ſi bene
uiuimus non conſentimus, tamen eſſe non

nega-

negamus in nobis, castigandæ sunt, frenandæ sunt, expugnandæ sunt, vincendæ sunt, tñ sunt, nec alienę sunt. Nec bona ista nostra sed mala sunt. Nec sicut dicit Manichæa vanitas, separata extra nos erunt, sed sicut dicit catholica veritas, sanata non erunt.

Cap. 2. Rom. 5. De illis quoq; apostolicis verbis in quib. impudentia mirabili, imo dementia resistitis fundatissimæ fidei, vbi ait, Per vnũ hominẽ pctm̃ intrauit in mundũ, & p pctm̃ mors, & ita in oẽs homines ptrãsijt, in quo oẽs peccauerunt, frustra sensum aliũ nouũ atq; distortum, & a uero abhorrentẽ moliris exculpere, M affirmans ea locutione dictum eẽ, in quo oẽs peccauerũt, ac si diceretur, pp quod oẽs peccauerunt: sicut dictũ est, In quo corrigit Psal. 8. iunior viam suã: vt. s. non in vno homine oẽs homines peccasse intelligantur originaliter, & tanq̃ in massæ vnione cõmuniter, sed propterea quia primus hominum ille peccauit. .i. cum imitantur illum, non cũ generantur ex illo, Non ergo huic sensui cõuenit illa locutio, ita dictũ esse, in quo, velut dictũ esset, pp quod. Non pp hoc quisq; peccat q sibi proponit vt peccet, vel quoquo modo quod illi est cã peccãdi. Quis vero ab omni humano sensu tam sit absurdus, vt dicat, pp hoc fecit homo iste homicidiũ, quia in paradiso Adã de ligno prohibito cibũ sumpsit, cũ iste latrocinando occiderit hominẽ nihil de Adã cogitãs, sed pp hoc vt aurum quod ferebat, auferret? Sic & cætera cuncta pctã, quæ propria quisq; committit, hñt cãs, pp quas fiãt, ẽt, si nemo cogitet, quod ille primus hõ commisit, neq; illud sibi ad peccãdum proponat exemplũ. Propter hoc itaque .i. qm̃ peccauit Gen. 4. Adã, nec ipse Cain peccasse dicendus est, q eũdem patrem suum nouerat. Propter quid. .n. fratrem suum occiderit, notum est, quia non pp hoc quod perpetrauit Adam, sed qa A bono eius inuidit. Denique nec ipsa tibi ad hunc vestrum sensum, quæ posuisti testimonia suffragantur. Recte.n.dr̃, In quo corri- Psal. 8. git iunior viam suã: Propter quod corrigit? qm̃ sequitur, in custodiendo uerba tua. Propter hoc.n. corrigit viam suam, quia verba dei sicut cogitanda sunt cogitat, & cogitando custodit, custodiendo recte uiuit. Ipsa ergo illi cã est vt uiam suam corrigat, quia dei uerba custodit. Et quod ait beatissimus Stephanus, Fugit Moyses in uerbo hoc, bene intelligitur, pp verbum hoc: quia hoc audiuit Acto. 7. hoc timuit, hoc cogitauit ut fugeret, hæc illi cã fugiendi. Nunquid in his locutionib. aliquid dictum est, quod pertineat ad imitationem, qua sic alterum alter imitatur, vt eum B omnino non cogitet, & ideo nullo modo dici possit pp hoc peccasse, quia ille peccauit in quo nec originaliter fuit, nec de illo quicquam in pctõ proprio cogitauit? Sed, inquis, si de peccati traduce loquebatur, nusquam cõgruentius diceret, iõ ptransijt pctm̃, quia oẽs sunt de coniugum voluptate generati, & adderet, in eo transijt, in quo ex tabida primi hominis carne fluxerant, Nec vides eodẽ modo tibi posse dici, Si de imitatione pcti Apost. loquebatur, nusquam congruentius diceret, ideo pertransiit pctm̃, quia primi hominis præcessit exemplum, & adderet, in eo trãsiit in quo oẽs illius unius imitatione peccauerunt. Aliquo.n. duorũ istorũ modo loqueretur Apost. hoc loco, si ad tuũ vel meũ loqueretur arbitriũ. Quia ergo nec illud dixit quod tu, nec illud qđ ego, nũquid uis ut credam⁹ in his eius uerbis, nec originale ẜm catholicos, nec imitatoriũ ẜm Pelagianos intelligendũ esse pctm̃? Puto quod nolis. Remoue igitur ista q̃ possunt ex vtraq; parte momẽtis æqualibus dici, & si tibi placet sine cõtentione quid Apost. dixerit intueri, aduerte, C ut hoc diceret, quid agebat, & inuenies per unum hominem reconciliationem deo, eorum qui ex condemnatione totius generis liberantur gratis. Ille est primus Adam factus ex terra, iste est secundus Adam factus ex fęmina. Sed ibi per verbũ caro factum, hic aũt Ioan. 1. ipsum uerbũ caro factũ est, ut per eius mortem uiuamus, quo relicto, mortui fueram⁹, Rom. 5. Commendat, inquit Apost. suã charitatem deus in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores essemus, Chrs pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. De hac ira dicitur, Eramus & nos natura filij iræ sicut & cę- Ephes. 2. teri. De hac ira dicit Hieremias Propheta, Maledictus dies ille in quo natus sum, De Hier. 20 hac ira dicit sanctus Iob, Pereat dies ille in Iob. 3. quo natus sum. De hac ira autem dicit idem Iob. 14. ipse. Homo.n. natus ex muliere, breuis uitę, & plenus iracũdiæ, sicut flos fęni decidit, fu

git aũt ſicut vmbra & non ſtabit. Nõne & hu
ius curã feciſti,& hunc feciſti intrare in con
Iob. 15.
ſpectu iudicũ? Quis. n. erit mundus a ſordi-
Eccl. 14.
bus? Ne unus quidẽ,ẽt ſi unius diei fuerit ui
Eccl. 15.
ta eius ſuper terrã. De hac ira dicit liber Ec-
Eccl. 40.
cleſiaſticus, Omnis caro ſicut ueſtis uetera-
ſcit,teſtm̃. n. a ſeculo,morte morieris. Itẽque
ipſe, A muliere,inquit,initium eſt peccati,&
ꝑꝑ illam morimur oẽs. Et alio loco, Occu-
D
patio magna creata eſt omni homini, & iu-
gum graue ſuper filios Adam a die exitus de
uẽtre matris eorum, uſq; in diem ſepulturæ
in matrem omnium, De hac ira dicit Eccle-
ſiaſtes, Vanitas uanitatum,& omnia uanitas.
Eccle. 1.
Quæ abundantia hominis in omni labore
ſuo,quo ipſe laborat ſub ſole? De hac ira uox
apoſtolica eſt, Oĩs creatura uanitati ſubiecta
Rom. 8.
eſt. De hac ira plãgit Pſalmiſta, Ecce ueteres
Pſal. 38.
poſuiſti dies meos, & ſubſtãtia mea tanq̃ ni
hil ante te, ueruntñ uniuerſa uanitas omnis
homo uiuens. De hac re plãgit & alius, Quæ
Pſal. 89.
pro nihilo habentur,eorum anni erunt: Ma-
ne ſicut herba tranſeat, mane floreat & præ-
tereat, ueſpere decidat,dureſcat, & areſcat:
Qm̃ defecimus in ira tua, & in indignatione
tua cõturbati ſumus. Poſuiſti iniquitates no
ſtras in conſpectu tuo,ſeculum noſtrũ in il-
luminatione uultus tui. Qm̃ omnes dies no-
ſtri defecerunt,& in ira tua defecimus. Anni
noſtri ſicut aranea meditabunt̃. Nemo libe-
rabitur ab hac ira dei,niſi ꝑ mediatorem re-
concilietur deo. Vnde dicit ẽt ipſe mediator:
Ioan. 3.
Qui non credit filio,non habebit uitam, ſed
ira Dei manet ſuper eũ. Nõ dixit,ueniet: ſed,
manet ſuꝑ eũ. Iõ ergo credunt̃ atq; cõfitent̃
& maiores ꝑ cor & os propriũ, & paruuli ꝑ
E
alienum,ut reconcilientur Deo ꝑ mortẽ filij
eius,ne ira Dei maneat ſuꝑ eos, quos ẽt ori
go uitiata efficit reos. De hac itaq; loquens
Apoſtolus, Cum adhuc,inquit, peccatores
Rom. 5.
eſſemus,Chr̃us pro nobis mortuus eſt: mul
to magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius,
ſalui erimus ab ira per Chriſtũ. Sic. n. cũ ini-
mici eſſemus, reconciliati ſumus deo ꝑ mor
tem filij eius, multo magis reconciliati ſalui
erimus in uita ipſius: non ſolũ aũt, ſed & glo
riãtes in Deo per dñm noſtrũ Ieſum Chr̃m,
ꝑ quẽ & nunc reconciliationẽ accepimus.
Propter hoc ſicut per unum hominẽ pecca-
tum in hunc mundum intrauit, & per pec-
catum mors,ita in oẽs homines pertranſijt,
in quo omnes peccauerunt. Nẽpe manifeſtũ
eſt,ut hoc diceret qđ agebat Apoſtolus. Item
adhuc & huic reconciliationi quæ fit ꝑ mor
tem filij Dei,qui ſine peccato uenit in mun-
dũ,ſubtrahite ꝑuulos ut ꝑꝑ eũ ꝑ quẽ pctm̃
intrauit in mundum,ira Dei manet ſuꝑ eos.
Quid hic facit imitatio, quæſo tu ubi audis,
Nam iudicium quidẽ ex uno in condẽnatio
nem,gratia aũt ex multis delictis in iuſtifica
tionem? Vnde gr̃a ex multis delictis in iuſtifi
cationẽ,niſi ꝗa præter unũ illud originis,ad
dita multa q̃ ſimul deleret inuenit? Alioquin
F
ſic eſſet ex multis cõdemnatio, quæ hominis
unum imitando commiſerant, ſicut ex eiſdẽ
multis iuſtificatio,quibus remiſsis in gratiã
reſpirabant. Sed quia unum illud ſufficiebat,
propter quod ẽt ſolum fieret condemnatio,
gratiæ uero non ſufficiebat illud unum dele-
re,ſed & multa q̃ adiecta ſunt, ut omniũ re-
miſsione fieret iuſtificatio. iõ utiq; dictũ eſt.
Rom.
Iudicium ex uno in condemnationẽ, gratia
aũt ex multis delictis in iuſtificationẽ. Nã ſi-
cut non imitantur Chriſtum paruuli, ꝗa nõ
dũ pñt,& tñ ad eius gratiã ſpiritalẽ pertine-
re pñt,ita ſine imitatione primi hoĩs,conta-
gione tñ ex ipſo carnalis gñationis obſtricti
ſunt. Si aũt propterea uis eos a primi hoĩs a-
lienos eſſe peccato, quia eũ non ſunt imitati
propria uoluntate,iſta rõne alienabis eos &
a iuſtitia Chriſti,quia nec ipſum imitati ſunt
ꝓpria volũtate. Cum uero multos, qđ dixit
poſtea,non uis intelligi oẽs quod prius dixe
rat,iõ exiſtimans dictũ fuiſſe,multos, ne oẽs
intelligerẽtur: poteris hoc dicere & de ſemi-
Gen.
ne Abrahæ cui promiſſæ ſunt gentes,nõ oẽs
G
gẽtes ei fuiſſe promiſſas,ꝗa dictũ eſt alio lo-
co, Patrẽ multarũ gentiũ poſui te. Eſt aũt ſa-
nus intellectus, iõ ſic locutã ſcripturã, quia
Gen.
poſſunt eſſe aliqua oĩa,quæ non ſunt multa.
Sicut omnia dicimus Euangelia, & tñ breui
numero,id eſt quaternario cõtinẽtur. Et rur-
ſus pñt aliqua eſſe multa,nõ tñ omnia. Sicut
multos dicimus credere in Chriſtum,nec tñ
oẽs credunt. Nõ. n. omniũ eſt fides,ait Apo-
ſtolus: Quod aũt dictũ eſt, In ſemine tuo be
2.
nedicentur omnes gentes: &, Patrem mul-
tarum gentium poſui te: eaſdem omnes, mul
tas & eaſdem multas, omnes eſſe monſtra-
tum eſt, Ita etiam cum dictum eſt, Per unum

in oēs transisse pctm̄, & postea ꝑ vnius inobedientiā pctōres cōstitutos multos: ipsi sūt multi qui & oēs. Similiter cum dictū est, Per vnius iustificationem in oēs homines, ad iustificationē vitæ, & rursus dictū est, Per vnius obedientiam iusti constituentur multi, non aliquib. exceptis, sed eosdē multos, oēs oportet intelligi, non quia oēs homines iustificātur in Xp̄o, sed quia oēs q̄ iustificantur, non aliter possunt, quā in Xp̄o. Sicut possumus dicere, in aliquā domum ꝑ vnā ianuam intrare oēs, non quia oēs homines intrant in eandē domū, sed quia nemo intrat nisi ꝑ illam, Oēs ergo ad mortē per Adā, oēs ad uitam ꝑ Xp̄m. Quia sicut in Adam oēs moriuntur, ita & in Xp̄o oēs viuificabūtur, id est, ex prima origine generis humani, nemo ad mortem nisi per Adam, & nemo per Adā nisi ad mortem. Et nemo ad vitam nisi per Xp̄m, & nemo per Xp̄m nisi ad vitam. Vos aūt dum nō omnes, sed multos, siue per Adam condemnatos esse, siue per Xp̄m liberatos vultis intelligi, horrenda peruersitate Christianæ religioni estis infesti. Si enim salui erunt aliqui sine Xp̄o, & iustificantur aliqui sine Xp̄o, ergo Christus gratis mortuus est. Erat enim & alius modus, sicut vultis, in natura, in libero arbitrio, in lege naturali, siue cōscripta, quo possent salui & iusti esse qui vellent. Iustas autem imagines dei, quis nisi iniustus prohiberet a regno dei? Hic forte dicis, Sed facilius per Xp̄m: Nunquid non posset etiam de lege dici. Est per legem iustitia, sed facilius per Xp̄m? Et tn̄ ait Apostolus, Si per legem iustitia, ergo Xp̄s gratis mortuus est. Non est itaque præter vnum mediatorem dei & hominum, hominē Xp̄m Iesum, aliud nomē sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri nos. Et iō dictum est, In Xp̄o oēs viuificabuntur, qm̄ in illo deus definiuit fidem omnibus, suscitans illum a mortuis. Vestrū autem dogma id persuadere conatur, velut inculpatæ prædicatione naturæ, & potentiæ liberi arbitrij, & legis siue naturalis siue per Moysen datę, vt & si opus sit, necesse tamē non sit ad Xp̄m pro æterna salute transire, eo quod per sacramentum mortis & resurrectionis eius, si tamen vel hoc putatis, commodior via sit, non quod alia via esse non possit. Vnde quantum vos detestari debeant Christiani consideran-

[Margin: ...15. — H — G ...2. — ...m.2 — ...4. — ...15. — I]

tes, renunciant vobis ēt tacentib. nobis. Qđ vero causæ tuæ postremū & quasi fortissimū firmamentum, Propheticum testimoniū esse voluisti, vbi ꝑ Ezechielem dictum legimus, quod erit parabola, qua dicebāt vuas acerbas edisse, & dentes obstupuisse filiorū. Nec morietur filius in pctō patris, nec pr̄ in pctō filij sed anima quæ peccat, ipsa morietur, non intelligis hanc esse promissionem testamēti noui & spiritalis hæreditatis, ad alterum seculū pertinentis. Id. n. agit gratia redemptoris, ut paternum chirographum deleat, & vnusquisque pro se rationem reddat. Cæterum quam multa sunt diuinarum testimonia literarum quæ parentum peccatis obligāt filios, numerare quis possit? Cur enim peccauit Cham, & in eius filium Chanaam vindicta prolata est? Cur pro peccato Salomonis filius eius diminutione regni punitus est? Cur peccatorum Achab regis Israel in eius posteros pœna dilata est? Vt quid legitur in sanctis libris, Reddens peccata patrum in sinu filiorum eorum post eos, & reddens peccata patrum filijs vsque in tertiam & quartam progeniē? Qui numerus etiam pro vniuersitate accipi potest. Nunquid hæc falsa sunt? Quis hoc dixerit, nisi diuinorum eloquiorum apertissimus inimicus? Sed carnalis generatio etiam populi dei pertinens ad testamentum vetus, quod in seruitute generat, parentum peccatis obligat filios, spiritalis autem generatio, sicut hæreditatem, ita pœnarum atque præmiorum comminationes promissiones mutauit. Quod Prophetæ in spiritu præuidentes ista dixerunt, sed apertius Hieremias, In diebus illis, inquit, non dicent, Patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed vnusquisque in suo peccato morietur, vt eius qui manducauerit vuam acerbam, obstupescant dentes ipsius. Nempe manifestum, ita hoc prophetice pronunciari, sicut ipsum testamentum nouum quod prius occultum fuit, & per Christum postea reuelatum est. Denique ne nos moueret ea quæ commemoraui, & cætera huiusmodi plurima de reddendis in filios peccatis parentum, quæ vtique veraciter scripta sunt ne huic prophetiæ contraria putarentur, continuo soluit istā molestissimam quæstionem, coniungendo atque dicendo, Ecce dies ve-

[Margin: *Eze. 18.* — K — *Gen. 9.* — *3. Re. 12.* — *3. Re. 21* — *Ipse alicubi exponit, imitātes patrum malitiam.* — *Exo. 20.* — *Hier. 31* — L — *Ibidem.*]

niunt dicit dñs, & consummabo domui Israel & domui Iuda testm̃ nouũ, nõ ẜm testm̃ qđ disposui patrib. eorũ. In hoc igit̃ testõ nouo ꝑ sãguinẽ mediatoris deleto paterno chirographo, incipit hõ paternis debitis non esse obnoxius renascendo, quib. nascendo fuerat obligatus, ipso mediatore dicẽte, Ne vobis patrem dicatis in terra: ẜm hoc vtique, ꝙ alios natales quib. non patri succederemus, sed cum patre semꝑ viueremus inuenimus.

M

Mat. 23.

Cap. 13.

Ad oĩa me tibi rñdisse Iuliane, & oĩa refellisse, quib. putasti voluminib. quatuor credẽdũ non esse originale pct̃m, & concupiscentiã carnis non posse culpari sine dãnatione nuptiarũ, puto quod perspicis, si ꝑuicax non sis. Demonstratũ.n. est, eũ paterno antiquo debito non teneri, qui hæreditatẽ patremque mutauit: vbi cohæredem inuenit vnicũ per naturam, adoptatus ipse per grãm, eiq; tm̃ ꝯcupiscentiã carnalem mortẽ nõ inferre post mortem, qui in Xp̃i morte inuenerit mortẽ, qua moriat̃ pctõ, & euaserit mortem, qua natus fuerat in pctõ. Vnus. n. pro omnib. mortuus est, ergo oes mortui sunt. Et pro omnib. mortuus est: Nec aliqui poterunt viuere pro quib. non est mortuus, quia pro mortuis vnꝰ est mortuus. Hæc negãs, his repugnans, ista conuellere moliens catholicæ fidei munimẽta, ipsosq; neruos dirũpere Christianæ religionis, veræq; pietatis: audes insuper dicere ꝙ contra impios bella susceperis, cũ aduersum matrẽ quæ te spiritaliter peperit, armis impietatis induaris. Audes te agmini sanctorum Patriarcharum, Prophetarũ, Apostolorum, martyrum sacerdotũq; miscere: cũ tibi dicant Patriarchæ, ẽt paruulis natis oblata sacrificia pro peccatis, eo ꝙ non sit mundus a sordibus, nec infans diei vnius super terram: Cum tibi dicant Prophetæ, In iniquitatibus concepti sumus. Cum tibi dicãt Apost. Quicunque baptizati sumus in Xp̃o Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, vt existimemꝰ nos mortuos quidem esse pctõ, viuere aũt deo ĩ Xp̃o Iesu. Cum tibi dicãt martyres, ẜm Adã carnaliter natos, colluuionem mortis antiquæ prima natiuitate contrahere, vnde paruulis dimittantur in baptismo, non propria, sed aliena pctã, Cum tibi dicant sacerdotes, carnali voluptate concretos prius subire delictorũ contagiũ q̃ vitæ huius haurire munus. His te consociari ꝑsumis, quorum fidẽ debellare conaris. Audes dicere, ꝙ a Manichæorum cõsortio vincaris, qui Manichæos inuictos facis, nisi cũ eis & ipse vincaris. Falleris fili, miserabiliter falleris, vel etiam detestabiliter falleris: quando animositatem qua teneris viceris, tunc veritatem poteris tenere, qua vinceris.

2. Co. 5.

A

Iob. 15. & 25.

Psal. 55.

Galat. 3.

Libri sexti & vltimi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Epicopi, de anima & eius origine, ad Renatum, Liber primus.

B

Cap.

SYnceritatem tuam erga nos Renate frater charissime, & fraternã beneuolentiam, ac mutuæ dilectionis affectũ, probatum quidem & antea tenebamus, verũ nunc probatiorẽ nobis amica diligentia demonstrasti, ꝙ mihi duos libros eius quidem hominis quem penitus ignorabam, nec tñ ideo contẽnendi, Vincentij Victoris, sic.n. prænotatũ ibi nomen eius inueni, proxime præterita ęstate misisti. Quanuis mihi eo ꝙ absens fuissem, in autumni fine sint redditi. Qũo enim tu charissimus meus posses vel deberes in meam non perferre notitiam, cũ in manus tuas venissent cuiuslibet hominis qualescũque literæ, licet ad alium scribẽtis, vbi tñ nomen commemoraretur & legeret̃ meum, ita vt contradiceretur verbis meis, quæ in quibusdam opusculis edidissem? Hoc itaque fecisti, quod syncerissimus, & dilectissimus amicus meus facere debuisti.

C

Cap.

Sed hinc angor paululum, ꝙ adhuc tuæ sanctitati minus quam vellem cognitus sũ, qñquidem putasti me sic accepturum, quasi tu mihi iniuriam feceris, notum faciendo ꝙ alius fecit. Quantum autem hoc absit ab animo meo, vide, vt nec ab illo quidem me passum iniuriam conquerer. Cum enim aliter quædam quam ego saperet, nunquid nã debuit reticere? Vnde mihi gratum esse debet, ꝙ ita non tacuit, vt id etiam legere possimꝰ. Deberet quidem tm̃ scribere potius ad me, quam ad alterum de me, sed ille ꝙ mihi esset ignotus, non est ausus se mihi ingerere,

in meorum refutatione dictorũ. Nec consulendũ me putauit, vbi sibi vr̃ minime dubitãdũ, sed plane cognitam & certam tenere sententiã. Obtemperauit aũt amico suo, a quo se, vt scriberet, dicit esse compulsum. Et si q̃d inter disputandũ, quod in meam cõtumeliã redundaret expressit, non eũ conuitiantis voluntate crediderim, sed diuersa sentientis necessitate fecisse. Vbi.n. mihi animus erga me hominis ignotus est & incertus, melius arbitror meliora sentire q̃ inexplorata culpare. Fortassis.n. amore mei fecit, sciens ad me ꝑuenire posse quod scripsit, dum in eis rebus errare me non vult, in quib. se potius errare nõ putat. Et iõ debeo ẽt eius habere gratam beneuolentiam, cuius me necesse est improbare sententiam: Ac per hoc in eis quæ non recte sapit, adhuc leuiter corrigendus mihi vr̃, non aspere detestandus, præsertim quia sicut audio, nuper catholicus factus est, quod ei gratulandum est. Caruit.n. Donatistarum, vel potius Rogatistarum diuisione & errore, quo antea tenebatur. Si tamẽ catholicam veritatem sicut oportet intelligat, vt vere de illius conuersione gaudeamus.

D

Cap. 3.

Habet.n. eloquium quo possit explicare q̃ sentit. Vnde cum illo agendum est, eiq; optãdum vt recta sentiat, ne faciat esse delectabilia q̃ sunt inutilia, & quæ diserta dixerit, vera dixisse videatur. Quanuis & in ipso eloq̃o habeat multa emendanda, & a nimia exundantia reprimenda. Quod in illo tibi quoq; vt viro graui, sicut tua indicãt scripta, displicuit. Sed hoc vel facile corrigitur, vel sine detrimento fidei a leuibus mentibus amatur, toleratur a grauib. Habemus.n. iam quosdã spumeos in sermone, sed in fide sanos. Non itaq; desperandum est, etiam hoc in isto, quãuis sit intolerabile si permãserit, posse tñ expurgari & temperari, atq; ad integrum & solidum, vel perduci, vel reuocari modum: ꝑsertim quia iuuenis esse perhibetur, vt quod minus habet peritia, suppleat diligentia, & quod cruditas loquacitatis eructat, ætatis maturitas decoquat. Illud est molestum & periculosum vel perniciosum, si cum laudat eloquentia, persuadetur insipientia, & in precioso poculo bibatur pestifera potio.

E

Cap. 4.

Vt.n. iã incipiam demonstrare, q̃ ꝑcipue sint in eius disputatione vitanda, Animã dicit a deo quidẽ factã, nec dei esse partẽ siue naturã, qđ omnino verũ est. Sed cum eã nõ vult ex nihilo factã fateri, & aliã nullã creaturã vnde sit facta commemorat, atq; ita illi dat authorẽ deum, vt neque ex nullis extantibus.i.ex nihilo, neque ex aliqua re, q̃ nõ est quod deus est, sed de seipso eã fecisse credat, nescit eo se reuolui, q̄ declinasse se putat, vt .s. nihil aliud anima q̃ dei natura sit: ac sic cõsequenter & de dei natura fiat aliquid ab eo dẽ deo, cui faciendo materia de qua facit sit ipse qui facit: Ac ꝑ hoc & dei sit natura mutabilis, & mutata in deterius, eiusdem ipsius dei, ab eodẽ ipso deo natura damnetur. Qđ pro tua fideli intelligentia q̃ non sit opinandũ, & q̃ sit a corde catholico secludendũ lõgeq; fugiẽdum, vides. Ita quippe anima, vel dei flatus factus est ipsa, vt nõ de ipso sit, sed ab ipso de nihilo creata sit. Neque.n. sicut hõ qñ sufflat, non põt de nihilo flatum facere, sed quem de isto aere ducit hunc reddit, ita deo putandum est auras aliquas circunfusas iam fuisse, quarum exiguam quandam particulam spirando traheret, & respirãdo refunderet, qñ in hominis faciem sufflauit, eique illo modo animam fecit. Quod & si ita esset nec sic de ipso, sed de subiacenti re aliqua flabili posset esse quod flauit. Sed absit ut negemus omnipotentem de nihilo flatum vitæ facere potuisse, quo fieret homo in animam viuam: atque in eas contrudamur angustias, vt vel iam fuisse aliquid, quod ipse non eẽt vnde flatum faceret opinemur, vel quod mutabile factum videmus, de seipso fecisse credamꝰ. Quod.n. de ipso est, necesse est vt eiusdem naturæ sit cuius ipse est, ac per hoc etiã immutabile sit. Anima vero, quod omnes fatentur, mutabilis est. Non ergo de ipso, quia non est immutabilis sicut ipse. Si autem de nulla re alia facta est, de nihilo facta est ꝓculdubio, sed ab ipso.

F

G

Cap. 5.

Qđ vero eã non spũm, sed corpus esse cõtendit quid aliud vult efficere, quam nos nõ ex anima & corpore, sed ex duobus vel etiã tribus constare corporibus? Cũ.n. spũ, anima & corpore constare nos dicit, & oĩa hæc tria corpora esse asserit, profecto ex tribus corporibus nos putat esse compactos. In qua opinione quanta eũ sequatur absurditas, illi potius quam tibi demonstrandum puto. Verũ

iste

iste tolerabilis error est hominis, nondũ cognouit esse aliq̃d, quod cũ corpus nõ sit, corporis tñ quandam similitudinẽ gerere possit.

Cap. 6.

Illud planè quis ferat, qđ ĩ scđo libro, cũ qõnem difficillimã soluere conaretur, de originali pctõ, quatenus ad corpus animam que ꝑtineat, si anima non de parentib. trahitur, sed a deo noua insufflatur? Hanc ergo tã molestã & tam profundam nitens enodare qõnem, merito, inquit, ꝑ carnem, priscã reparat habitudinẽ, quam uisa fuerat paulisper amisisse per carnẽ, vt per eã incipiat renasci, per q̃ meruerat inquinari. Cernis nẽpe hominẽ ausum suscipere, qđ vires eius excedit, ĩ tam immane ꝑcipitiũ decidisse, vt diceret inquinari aĩam meruisse ꝑ carnẽ, cum dicere nullo mõ possit, vnde hoc meritũ traxerit ante carnem. Si. n. a carne incipit meritũ habere peccati, dicat si põt, vñ ante pctm̃ suũ carne meruerit inquinari. Nã hoc meritum quo in carnẽ peccatrice missa est, vt inquinaret ex illa, profecto aut ex semetipsa habuit, aut qđ a vero multo amplius abhorret, ex deo. Ex carne quippe meritũ non potuit habere ante carnẽ, quo merito inquinanda mitteretur in carnẽ. Si ergo a semetipsa hoc meritũ habuit, qũo habuit quæ ante carnẽ nihil mali fecit? Si aũt hoc meritũ ex deo dr̃ habuisse quis hoc audiat, quis ferat, quis dici impune permittat? Non. n. hoc loco quæritur, qd meruerit, vt iudicaretur damnanda post carnẽ, sed quid meruerit ante carnem ita dãnari, vt inquinãda mitteretur in carnẽ. Explicet hoc si potest, qui est ausus dicere, inquinari animam meruisse per carnem.

Cap. 7.

Itẽ alio loco, cum eandẽ qua se ipse implicuerat, velut explicandam proponeret qõnem, tanq̃ ex persona aduersariorũ ait, Cur, inquiunt, deus animam tam iniusta animaduersione mulctauit, vt in corpus eam peccati relegare voluerit, cũ consortio carnis peccatrix esse incipit, quæ peccatrix esse nõ potuit? In huius qõnis tanq̃ scopuloso gurgite, debuit vtiq; cauere naufragium, nec eo se committere, vnde se non eruere transeundo sed forte redeundo. i. poenitendo. Nam de ꝑscientia dei se nititur liberare, sed frustra. Prę scientia quippe dei eos quos sanaturus ẽ, peccatores prænoscit, non facit. Nam si eas animas liberat a pctõ, quas innocentes & mundas implicuit ipse pctõ, vulnus sanat quod intulit nobis, non qđ inuenit in nobis. Auertat aũt deus, & omnino absit, vt dicamus qñ lauacro regenerationis deus mundat animas paruulorum, tunc eum mala sua corrigere quæ illis ipse fecit, cum eas nullum habentes peccatum peccatrici carni, cuius originali peccato contaminerentur, admiscuit. Quas tamen iste accusans, dicit inquinari meruisse per carnem, nec põt dicere vnde tantum malum meruerint ante carnem.

Hanc ergo quæstionem frustra se putans de præscientia dei posse dissoluere, adhuc se inuoluit & dicit, Anima si peccatrix esse meruit, quæ peccatrix esse non potuit, tñ neque in peccato remansit, quia in Christo præfigurata, in peccato esse non debuit, sicut esse nõ potuit. Quid est quod dicit, peccatrix esse nõ potuit, vel in peccato esse nõ potuit, nisi credo, si non veniret in carnẽ? Neque. n. potuit originali pctõ esse peccatrix, aut quoquo modo in originali peccato esse nisi per carnem, si de parente non trahitur. Videmus ergo eã per gratiam liberari a peccato, sed non videmus vnde meruerit hærere peccato. Quid est ergo quod dicit, Si peccatrix esse meruit, non tamen in peccato remansit? Si enim ab illo quæram, cur, non in peccato remansit, rectissime respondebit, quod eã Christi gratia liberauerit, Sicut ergo dicit, vnde anima paruuli fuerit liberata peccatrix, sic etiam dicat vnde meruerit esse peccatrix. Sed quid dicit, cui hoc quod prælocutus est, contingit? Nanque vt istam quæstionem sibi proponeret, ait, Alia subtrahuntur opprobria querulis murmurationibus oblatrantium, & excussi quasi quodam turbine, identidem inter immania saxa collidimur. Hoc si ego de illo dicerem, forsitan succenseret. Verba sunt eius. Quibus præmissis proposuit quæstionem, in qua saxa quibus collisus naufragauit, ostẽderet. Ad hoc enim perductus est, & tam horrendis cautibus illisus, impulsus, infixus, ut eruere se nisi emendando quod dixit, omnino non possit, non valens ostendere quo merito anima sit facta peccatrix, quam dicere non timuit ante omne suum peccatum meruisse fieri peccatricẽ. Quis tã immane suppliciũ meretur sine pctõ, vt in aliena iniquitate conceptus, anteq̃ exeat de visceribus ma-

tris,

tris,iã non sit sine peccato? De hac aũt pęna, paruulorũ animas qui regenerantur in Christo,nullis eorũ præcedentibus meritis,gratuita liberat gratia,Alioquin gratia non est gr̃a. Proinde iste hõ ualde intelligens, cui displicet in tanta ꝓfunditate,etsi non docta,tñ cauta nostra cunctatio,dicat si potest,in hanc pęnã quo peruenerit anima merito, de qua pęna liberat gratia sine merito. Dicat, ut quod dicit aliqua,si uoluerit,rõne defendat.Non.n.hoc exigeremus,nisi ipse dixisset,ꝙ anima meruerit esse peccatrix.Dicat meritum eius, utrum bonum fuerit,an ne malum? Si bonũ, quo merito bono uenit in malum? Si malũ, unde aliquod malũ meritũ ante omne pc̃tm̃? Item dico,Si bonũ,non ergo eã gratuita gratia.sed ẽm debitum liberat gratia,cuius pręcessit meritũ bonum:ac sic gratia iã non erit gratia.Si autem malũ,quæro quod sit,An qđ uenit in carnem,quo non uenisset,nisi apud quẽ non est iniquitas ipse misisset? Nunquã igitur nisi se in peiora præcipitans, hanc suã sniam moliretur astruere, qua dicit ꝙ anima meruerit esse peccatrix.Quod de his quidem paruulis,quorum in baptismo diluitur originale peccatum,inuenit qualitercunq; qđ diceret,qm̃ p̄sentia Dei p̄destinatis in uitã ęternam nihil obesse potuisset, paulisper alieno inhærere peccato.Qđ tolerabiliter diceret,si nõ iste uerbis suis implicaretur,dicens,ꝙ meruerit anima esse peccatrix,Vnde se omnino non liberat,nisi hoc eum dixisse pęniteat.

De illis autem paruulis qui morte præueniuntur,priusquã baptizentur in Christo,cũ r̃ndere uoluisset,ausus est eis promittere, nõ solum paradisum,uerum ẽt regnum cœlorũ non inueniens qua exiret,ne Deum animas innocẽtes dicere cogeretur æterna morte dãnare,quas nullo merito præcedente peccati, carni inserit peccatrici.Sed utcunq; sentiens quid mali dixerit,sine ulla Christi gratia animas redimi paruulorum in æternam uitam regnumq; cœlorum,& in eis posse solui originale peccatum sine baptismo Christi, in quo sit remissio peccatorũ, Videns ergo, in quã se profunditatem naufragosi gurgitis iecerit,sane,inquit,pro eis oblationes assiduas & offerenda iugiter sanctorũ censeo sacrificia sacerdotum. Ecce aliud unde nũquã exiturus est,nisi eũ dixisse pœniteat.Quis.n.offerat corpus Christi, nisi pro eis qui mẽbra sunt Christi?Ex quo aũt ab illo dictũ est,Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non põt intrare regnũ Dei.Et alio loco, Qui p̄diderit animã suã propter me,inueniet eã: nemo fit membrum Christi, nisi aut baptismate in Christo,aut morte pro Christo.Vnde & latro ille, non ante crucem domini sectator, sed in cruce confessor, de quo nonnunquam præiudicium captatur, siue tentatẽ contra baptismatis sacramentum: à Cypriano sancto inter martyres cõputatur, qui suo sanguine baptizatur, quod plerisq; non baptizatis feruente persecutionę euenit. Tanto nanq; põdere appẽsum est,tm̃q; ualuit apud eum qui hæc nouit appendere,quod confessus est dominũ crucifixum, quantum si fuisset pro dño crucifixus, Tunc enim fides eius de ligno floruit, qñ discipulorum marcuit, nisi cuius mortis terrore marcuerit, eius resurrectione reuiresceret.Illi enim desperauerunt de moriente,ille sperauit in commoriẽtem.Refugerunt illi authorem uitæ, rogauit ille consortem pœnæ.Doluerunt illi tanquã hominis mortem,credidit ille regnaturũ esse post mortem. Deseruerunt illi sponsorem salutis,honorauit ille sociũ crucis.Inuẽta est in eo mensura martyris, qui tunc in Chr̃m credidit,qñ defecerunt qui futuri erant martyres.Et hoc quidẽ oculis dñi clarum fuit, q non baptizato, tanquam martyrij sanguine abluto,tantã fœlicitatẽ statim contulit. Sed ẽt nostrum quis non consideret,quanta fide, quanta spe,quanta charitate mortẽ pro Christo uiuente suscipere potuit,qui uitã in moriente quæsiuit.Huc accedit,quia non incredibiliter dr̃ latronem, qui tũc credidit iuxta dñm crucifixum,aqua illa quæ de uulnere lateris eius emicuit,tanquam sacratissimo baptismo fuisse perfusum, Vt omittam quod eum antequam dãnaretur, baptizatum non fuisse,qm̃ nemo nostrum nouit, nemo conuincit.Verũ hæc ut uolet quisq; accipiat, dũ tamen de baptismo non præscribatur saluatoris præcepto, huius latronis exemplo: & non baptizatis paruulis nemo promittat inter damnationem regnumque cœlorum, quietis uel fœlicitatis cuiuslibet atque ubilibet quasi medium locum. Hoc enim eis etiã hæresis Pelagiana promisit, quia nec damnationem

Ioan. 3. Mat. 10. Luc. 23.

Baptism. sanguinis.

Quo baptismo sit latro baptizatus in cruce.

natione metuit paruulis, quos nullũ putat habere originale pctm̃, nec sperat eis regnũ cęlorũ, si non ꝑueniunt ad baptismatis sacr̃m. Iste aũt cũ cõfiteatur, paruulos originali obstrictos esse pctõ, eis ẽt regnũ cœlorũ nõ baptizatis ausus est polliceri, Qđ nec illi ausi sunt, q eos asserunt sine vllo prorsus esse peccato. Ecce qualibus se laqueis prę̄sumptionis innectat, nisi eum talia scripsisse pœniteat.

D

Cap. 10. De fratre aũt sanctæ Perpetuæ Dinocratę nec scriptura ipsa canonica ẽ, nec illa sic scripsit vel qcunq; illud scripsit, vt illũ puerũ q septennis mortuus fuerit, sine baptismo diceret fuisse defunctum, pro quo illa imminẽte martytio creditur exaudita, vt a pœnis trãsferretur ad requiem. Nã illius ætatis pueri, & mentiri & verũ loqui, & confiteri & negare non pñt. Et iõ cũ baptizantur, iã & symbolum reddunt, & ipsi pro se interrogata rñdent. Quis igit̃ scit, vtrum puer ille post baptismũ, ꝑsecutionis tp̄e, a p̄re impio ꝑ idololatriã fuerit alienatus a Xp̄o, ꝑꝑ ꝙ in dãnationem mortis ierit, nec inde nisi ꝓ Xp̄o morituræ sororis precibus donatus exierit?

ſet, & q̄d eſt ille vnde natus eſt, eſſet: hoc eſt,
vnius eiuſdemq; naturæ, æqualis, coæternus
omnimodo ſimilis, pariter immutabilis, pa-
riter inuiſibilis, pariter incorporeus, pariter
deus, hoc omnino q̄d pr̄, niſi q̄d filius eſt ip
ſe, non pr̄? Si aūt manet quidē ipſe integer
deus, nec tn̄ de nullo, vel de alio, ſed de ſeip-
ſo diuerſum aliquid in deterius creat, & de
incorporeo deo corpus emanet, abſit vt hoc
catholicus animus bibat: Nō. n. eſt fluentum
fontis diuini, ſed figmētum cordis humani.

Iā vero quam inepte laboret aīam quam Cap.6.
putat eſſe incorporeā, vindicare a paſſionib.
corporis, diſputans de animæ infantia, de pa
ralyticis & oppreſſis animæ ſenſib. de ampu
tatis mēbris corporis abſq; animæ ſectione,
non tecū, ſed cū illo potius agere debeo. Illi
quippe inſudandū eſt, vt rōnem reddat dicto
rum iſtorū, ne de ope iuuenis uelle fatigare
uideamur grauitatē ſenis. Q̄d aūt ſimilitudi C
nes morum qui repiunt in filiis, non ex aīæ
ſemine venire diſputat, ꝯſ eſt quidē ut hoc
ſentiant quicunq; aīæ propaginē deſtruūt:
ſed nec illi qui hanc aſtruunt, ibi conſtituūt
pondus aſſertionis ſuę. Vident enim & filios
parentum diſſimiles moribus, Quod ideo fie
ri putant, quia & ipſe unus hō plerunq; ſuis
moribus alios mores diſſimiles habet, non
utique anima altera accepta, ſed uita in me-
lius, uel in deterius commutata. Ita dicunt
non eſſe impoſſibile, ut anima non habeat
eos mores, quos habet ille a quo propagata
eſt, quandoquidem ipſa una nunc alios, alias
alios habere mores poteſt. Quare ſi hoc te
credis ab iſto didiciſſe, quod anima non ſit
ex traduce, utinam id uere didiciſſes, me ti-
bi docendum libentiſſime traderē. Sed aliud
eſt diſcere, aliud uideri ſibi didiciſſe. Si ergo
te didiciſſe arbitraris quod adhuc neſcis, nō
plane didiciſti, ſed temere credidiſti quod li-
benter audiſti, & ſurrepſit tibi falſiloquium
per ſuauiloquium. Quod non ideo dico,
quia falſum eſſe iam certus ſim, animas po-
tius inſufflari nouas, quam de origine paren
tum trahi: hoc enim adhuc ab eis qui do-
cere id poſſunt, exiſtimo requirendam: ſed

quia iste de hac re ita differuit vi non solum eã,q̃ adhuc discutienda est,non solueret q̃õnem,verumẽt talia diceret q̃ falsitatis nõ habeant dubitationẽ. Cũ.n.vellet probare dubia,ausus est dicere,sine dubio reprobanda.

Cap. 7.

An vero tu reprobare dubitabis, ꝙ cũ de anima loqueretur, Non vis,inquit, animam ex carne pc̃ti contrahere valetudinem, ad q̃ vicissim sanctificationẽ videas transire per carnẽ,vt ꝑ ipsam reparet statũ, per q̃ perdiderat meritũ? Aut nunquid quia baptismo corpus abluitur,nõ transit ad animã vel spiritũ,qđ credit cõferri ꝑ baptismũ? Merito ergo ꝑ carnẽ,priscã reparat habitudinẽ,q̃ visa

D fuerat paulisper amisisse ꝑ carnẽ, vt ꝑ eã incipiat renasci, per quã meruerat inquinari. Vide in his verbis,quantũ iste tuus errauerit doctor. Dixit animã ꝑ carnẽ reparare statũ, ꝑ quã ꝑdiderat meritũ. Habuit ergo aĩa aliquẽ statum & aliquod meritũ bonũ ante carnẽ,qđ vult eã reparare per carnẽ qñ caro lauacro regenerationis abluitur. Vixerat itaq; alicubi ante carnẽ in statu & merito bono, quẽ statum & quod meritũ perdidit cum venisset in carnẽ,dixit eã per carnẽ reparare habitudinẽ priscã quam visa fuerat paulisper amisisse per carnẽ. Habuit ergo ante carnem habitudinẽ antiquam, hoc est.n.priscam: Et ista qualis esse potuit,nisi beata atq; laudabilis habitudo? Quã reparari per sacr̃m baptismatis asseuerat,cũ eam nolit ex illa originẽ trahere, per originẽ quã constat in paradiso aliqñ fuisse fœlicem. Quõ igitur alio loco animam se dicit constanter asserere,non ex traduce,neq; ex nihilo,neque per semetipsam, neq; ante corpus? Ecce isto loco vult animas ante corpus alicubi viuere tam beate, vt eadẽ illis ꝑ baptismũ beatitudo reddat. Et tanq̃

E sui rursus oblitus,adiungit & dicit, Vt ꝑ eã, id est,ꝑ carnẽ incipiat renasci, per quam meruerat inquinari. Superis meritũ significauerat bonũ perditum fuisse per carnẽ, nunc autẽ significat malũ meritum, quo factum est, vt veniret vel mitteretur in carnẽ, dicendo, Per quam meruerat inquinari, non est vtiq; meritum bonũ. Dicat quid peccauit anteq̃ per carnẽ inquinaretur,vt per carnem inquinaret,vt per carnem inquinari mereret. Dicat si potest,qđ nullo modo põt, quia inuenire hic quid verum dicat, omnino nõ põt.

Item aliquanto post ait, Anima itaque si peccatrix esse meruit,q̃ peccatrix esse nõ potuit,tñ neq; in pc̃tõ remansit,quia in Xpo ꝑ figurata,in pc̃tõ esse nõ debuit, sicut esse nõ potuit. Rogo te frater, putas ne si ista saltem postea legisti & considerasti,& quid in recitante laudaueris, vel vnde post recitationem gratias egeris,cogitasti, Quid est obsecro te, anima itaq; si peccatrix esse meruit, q̃ peccatrix esse non potuit? Quid est meruit & nõ potuit,cũ mereri hoc non potuisset nisi peccatrix fuisset, non aũt fuisset nisi esse potuisset, vt ante oẽ malum meritum peccans, inde sibi meritũ faceret, unde ad alia peccata deferente dño perueniret? An ideo dixit,quę peccatrix esse non potuit, quia nisi in carnẽ venire,peccatrix esse non posset? Quid ergo meruit vt eo mitteretur vbi peccatrix esse posset, quo nisi venisset, alibi peccatrix esse non posset? Dicat quid meruit, Si.n.meruit esse peccatrix,aliq̃d iã peccauerat, vnde mereretur iterum esse peccatrix. Sed hæc fortassis obscura esse videãtur,aut obscura esse iactentur cum sint apertissima: Neque enim dicere debuit,quod anima meruerit peccatrix esse per carnem,cuius nec bonũ vel malum meritum reperire potuit ante carnem.

Cap. Cap.

M

Sed ad manifestiora veniamus. Dũ.n.magnis coartaretur angustijs,quo animæ originalis peccati vinculo teneantur obstrictæ,si non ex illa trahunt originẽ quæ prima peccauit,sed eas puras ab omni contagione & ꝑpagatione peccati, peccatrici carni creator insufflat,ne dicatur illi ꝙ sic insufflando eas deus efficit reas,primo de ꝑscientia dei hãc opinionem munire tẽtauit, ꝙ eis prępararet redẽptionem. In cuius redemptionis sacramento paruuli baptizantur, vt abluatur originale peccatum quod de carne traxerũt, quasi facta sua deus emendet, ꝙ eas insontes fecerat inquinari. Sed posteaquam uentum est, vt de illis loqueretur,quibus tali nõ subuenitur auxilio, & antequam baptizentur, expirant: In hoc, inquit, loco non me quasi authotem spondeo, sed aliquid de exemplo conijcio. Habendam dicimus de infantibus istiusmodi rationem,qui prædestinati baptismo vitæ præsentis,antequam renascantur in Christo præueniuntur occiduo. Legimus.n. inquit, de talibus scriptum, Raptus est ne

A

malitia

malitiamutaret illius intellectũ,aut ne fictio deciperet animam eius,Propter hoc ꝓperauit de medio iniquitatis illũ educere: Placita .n.deo erat anima eius. Et consũmatus in breui,repleuit tempora longa.Quis istum de dignetur habere doctorem? Ergo ne paruuli quos plerunq; volunt homines baptizari,& dum curritur,ante moriuntur,si retardarentur in ista paululũ vita, vt baptizati cõtinuo morerentur, malitia mutaret intellectũ illorũ,& fictio deciperet animã eorũ, & ne hoc eis contingeret,subuentũ illis est,vt ante raperentur quam baptizarent᷑? In ipso ergo baptismate mutarentur in peius,& fictione deciperent᷑,si post baptisma raperentur. O admiranda atq; sectanda [imo vero detestanda & execranda doctrina.Sed hoc de vestra prudẽtia q̃ affuistis,cum recitaret iste ꝑsumpsit, & de tua maxime ad quẽ scripsit,& cui recitatos libros tradidit,ut credituros vos esse cõfideret,& non de baptizatis infantib.eẽ scriptum,quod de omniũ sanctorum immaturis ætatibus scriptum est,cũ quibus male actum stulti arbitrant᷑,si de hac vita celeriter rapti fuerint,nec ad annos,quos homines pro magno diuino munere sibiexoptãt,ꝑuenire potuerint.Quale est aũt dicere infantes prædestinatos baptismo vitæ præsentis antequã renascantur in Xp̃o,occiduo præueniri, uelut aliqua vis fortunæ, siue fati, siue cuiuslibet rei, non permittat deũ quod prædestinauit implere?Et qũo ipse illos rapit, quia placuerunt ei.An eos ipse prædestinat baptizari, & ipse quod prædestinauit non sinit fieri? Sed attende quid adhuc audeat, cui displicet in tanta huius profunditate q̃onis, cautior quã scientior nr̃a cunctatio. Ausim dicere,inq̃t, istos peruenire posse ad originalium indulgentiã pc̃tõrum, non tñ vt cęleste inducant᷑ in regnũ,sicut latroni confesso quidem, sed non baptizato,dñs non cœlorum regnũ tribuit,sed paradisum,cum vtiq; iam manaret, Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritusãcto,non intrabit in regnum cœlorum,pręcipue quia multas esse mansiones apud patrẽ suum dñs profitetur, In quibus designantur merita multa & diuersa mansorum, vt hic non baptizatus perducatur ad veniam,baptizatus ad palmam,q̃ est parata per gr̃am. Cernis hominem, paradisum atque mansiones quæ sunt apud patrem a regno separare cœlorũ,vt ẽt non baptizatis abundent loca sempiternæ fęlicitatis.Nec uidet cũ ista dicit, ita se nolle baptizati cuiuspiã paruuli mãsionẽ a cęlorũ regno separare, ut ipsam dei patris domũ, vel aliquas partes eius inde separare non timeat.Neq;.n.dñs in vniuersitate creaturæ,uel in qualibet uniuersitatis parte, sed in domo pr̃is mei dixit,mãsiones multæ sũt. Qũo ergo erit in dei patris domo nõ baptizatus,cũ deũ patrẽ habere non possit nisi renatus?Nõ sit ingratus deo, qui eũ dignatus est a Donatistarũ uel Rogatistarum diuisione liberare,ut ipsam domũ dei patris quærat diuidere,& aliquã eius partem extra regnũ cęlorũ ponere,ubi non baptizati ualeãt habitare.Et quo pacto ipse regnũ cœlorũ se intraturũ esse præsumit, de quo regno in quanta uult parte,domũ ipsiusregis excludit.Sed de latrone illo,qui iuxta dñm crucifixus sperauit in dñm ẽt crucifixum,& de fratre sanctæ Perpetuæ Dinocrate argumentatur,ꝙ etiam non baptizatis dari possit indulgentia peccatorum,& sedes aliqua beatorum,quasi quisquam,cui non credere nefas esset, huic indicauerit, ꝙ non fuerint baptizati. De quibus tamen in eo libro quem scripsi ad fratrem nostrum Renatum,plenius quid mihi uideretur exposui,quod tua dilectio poterit nosse,si non spreueris legere, nam ille petenti non poterit denegare, æstuat tamen iste,atque horrendis suffocatur angustiis.

Attentius.n. fortasse quam tu quid mali dicat attendit, præter Christi.s. baptismum solui in paruulis originale pc̃m̃. Deniq; ut aliquatenus in hac causa uel sero ad Ecclesię sacramenta confugiat,pro his sane, inquit, oblationes assiduas,& offerenda iugiter sanctorum censeo sacrificia sacerdotum.Habeto istum si placet etiam censorem, si parum fuerat habere doctorem, ut sacrificium corporis Christi etiam pro his offeras,qui Christo non sunt incorporati, Rem quippe tam nouam, atque a disciplina ecclesiastica & a regula ueritatis alienã,cũ libris suis auderet inferere,non ait,puto:non ait,existimo:non ait, arbitror : non ait saltem,suggero vel dico:sed,censeo, ut.s.si offenderemur nouitate seu peruersitate sententiæ,terreremur authoritate censuræ. Videris tu frater,quomodo

Sap. 4. H C.10. Lu. 23. I *manet. Io. 3. Io. 14. K Cap. 11. L

do ſuſtinere poſſis iſta docentē. Catholici tñ
qui ſanū ſapiūt ſacerdotes, qbus & te opor-
tet adiungi, abſit vt acquieſcāt iſtū audire cē
ſentē, quē potius optant reſipiſcentē, ac do-
M lentē ꝙ iſta ſenſerit, imo vero ēt ꝙ ſcripſerit
correctione ſaluberrima pęnitentē. Sed hoc,
2. Ma. 12 inquit, exēplo Machabæorū in ꝑlio cadētiū
aſtruo faciendū, qui cū furtim de interdictis
auferrēt, atq; in ipſo certamine cecidiſſent, a
ſacerdotib. ait, inuenimus hoc initū conſiliū
fuiſſe, vt quorū animas ex vetito reatus ob-
ſtrinxerat, ſacrificiorū oblatio repararet. Ita
iſtud dicit quaſi incircūciſis illa oblata lege
rit ſacrificia, ſicut hæc noſtra pro nō baptiza
tis cenſuit offerenda. Circūciſio quippe fuit
illius temporis ſacramentum, quod præfigu
rabat noſtri temporis baptiſmum.

Cap 14. Veruntñ iſte in ſui cōparatione qualis po
ſterius apparuit, tolerabilius adhuc errat. Nā
velut pœnituerit eū non qđ debuit pœnite
re. i. ꝙ auſus fuerit aſſerere: nō baptizatis re-
laxari originale pctm̄, atq; indulgentiā dari
omniū pctōrum, vt in paradiſum, hoc eſt, lo
cum tātæ fœlicitatis mittantur, & beatas mā
ſiones in domo patris habere mereanť, ſed il
lud eū potius pœnituerit, ꝙ eis minoris bea
titudinis extra regnū cœlorū conceſſerit ſe-
A des, adiunxit atq; ait, Aut ſi forte quiſpiā re-
luctetur, latronis animæ vel Dinocratis inte
rim tēporarie collatum paradiſum, iā ſuper-
eſſe illis adhuc in reſurrectione ꝑmiū regni
Ioan. 3. cœlorum, quanq̄ ſnīa illa principalis obſi-
ſtat, quia qui non renatus fuerit ex aqua, &
ſpūſancto non intrabit in regnū cœlorū: tñ
teneat ēt meū in hac parte non inuidentis aſ
ſenſum, mō miſericordiæ ꝑſcientiæq; diui-
næ & effectū amplificet & affectū. Hæc ver-
ba in ſecundo eius libro lecta deſcripſi. Nun
quid hac cā erroris audaciam, temeritatē, ꝑ-
ſumptionē habere quiſpiam poſſet amplio-
rem? Ipſe ſentētiam dñicam recordatur, ipſe
commemorat, ipſe ſuis literis interponit, ip-
ſe dicit, quanquam ſententia illa principalis
Ibidem. obſiſtat, quia qui non renatus fuerit ex aqua,
& ſpūſancto, non intrabit in regnum cœlo-
rum: & audet tñ ſuæ cenſuræ leuare ceruicē,
contra ſnīam principalem. Teneat, inquit, ēt
meū non inuidentis aſſenſum qui dicit ani-
mam non baptizatorū tēporarie mereri pa-
radiſum. Propter has. n. latronem atq; Dino-
cratem, tanq̄ ꝑſcribendo vel potius ꝑiudicā
do cōmemorat, in reſurrectione aūt in melio
ra transferri, & regni cœlorū ꝑcipere ꝑmiū,
quanq̄ ſententia, inquit, principalis obſiſtat.
Iā ergo ipſe conſidera q̄ſo te frater, quiſquis
cuipiā ꝑbet aſſenſum aduerſus authoritatē
ſententiæ principalis, q̄ ſententiā merebitur
principis? Nouellos hæreticos Pelagianos iu
ſtiſſime conciliorū catholicorū, & ſedis apo
ſtolicæ dānauit authoritas, eo ꝙ auſi fuerint
nō baptizatis paruulis dare quietis & ſalutis
locū, ēt ꝑter regnū cœlorū. Qđ auſi nō fuiſ-
B ſent, niſi negarēt eos hr̄e originale pctm̄, qđ
opus eſſet abſolui ꝑ baptiſmatis ſacrm̄. Iſte
aūt ſicut catholicus dicit, paruulos originali
obſtriſtos eſſe pctō, & tñ eos ab huiuſmodi
vinculo ſine lauacro regenerationis abſol-
uit, & poſt mortē in paradiſum miſericors
mittit, poſt reſurrectionē vero ēt in regnum
1. Reg. cœlorū miſericordior introducit: Talis ſibi
Saul miſericors viſus eſt, qñ pepcit regi quē
deus ꝑcepit occidi. Sed merito inobediēs mi
ſericordia, vel miſericors inobediētia repro-
bata atq; dānata eſt, vt caueat hō, ne ab illo
mīam mereatur hō contra eius ſnīam, a quo
factus eſt hō. Intonat ꝑ os proprij corporis
veritas, Si quis non fuerit renatus ex aqua
& ſpū, non pōt introire in regnū dei. Atque
vt ab hac ſententia exceptos martyres faciat
quib. contigerit ante ꝑ Xp̄i nomine occidi,
Mat. q̄ Xp̄i baptiſmate dilui, dicit alio loco, Qui
perdiderit aīam ſuā ꝑꝑ me, inueniet eā. Et
ne cuiquā qui non renatus fuerit chriſtianæ
fidei lauacro, ꝑmittatur pcti originalis abo
Rom. litio, clamat Apoſt. per vnius delictū in om-
nes homines ad condēnationē. Contra quā
condēnationē dñi vnū eſſe oſtendens ſaluti
Mat. auxiliū. Qui crediderit, inquit, & baptizatus
fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit,
C condēnabitur. Cuius myſterium credulitatis
in paruulis per eorum reſponſionem a qui-
bus geſtantur, impletur, ne ſi factum nō fue
rit, eant ex vno oēs in condemnationem. Et
tamen contra tam manifeſtas voces quas cō
cinit veritas, procedit in medium magis ve
cors quam miſericors vanitas, & dicit, Non
ſolum non eunt in damnationem paruuli,
& ſi nullum eos Chriſtianę fidei lauacrum
a vinculo originalis peccati abſoluat, verum
etiam fœlicitate paradiſi poſt mortem in-

terim

terim perfruūtur, post resurrectionē uero ēt regni cęlorū fęlicitatē possidebunt. Hęc iste cōtra catholicā fundatissimamq; fidē nunq̄d dicere auderet, si q̄onē soluēdā de aīæ origine, vires suas excedētē suscipere nō auderet?

D

C. 13. Horrendis est.n. coartatus angustijs ab eis qui dicunt, Cur deus animam tuam iniusta animaduersione mulctauit, ut in corpus eam peccati relegare uoluerit, cū consortio carnis peccatrix esse incipit, quæ peccatrix esse non potuit? Vtiq;.n.dicunt, non potuit anima esse peccatrix, nisi eam deus miscuisset carnis cō sortio peccatricis. Qua ergo iustitia id fecerit deus, cum iste iuenire nō posset, maxime ꝑꝑ æternam damnationem morientium paruulorum, quibus non baptizatis expiatū nō fuerit originale pc̄tm̄: cur itaq; deus iustus & bonus, paruulorum animas quibus pręsciuit nō subuenturum Christianæ gratiæ sacramentū ab omni noxa propaginis liberas, mittēdo in corpus quod ex Adā trahitur uinculo peccati originalis obstrinxerit, atq; isto modo reas æternæ damnationis effecerit, cum inuenire non posset: nec uellet dicere ēt ipsas ex illa vna originem trahere peccatricem, maluit per naufragium miserabile exire, q̄ temerarium cursum uelis depositis, & remis suæ disputationis inhibitis, prouida deliberatione frenare. Viuit quippe iuueni senilis nostra cunctatio, quasi huic molestissimæ ac periculosissimæ quæstioni magis fuerit impetus eloquentiæ, quā consilium prudentiæ necessarium. Et præuidit hoc ēt ipse, sed frustra. Nam hęc sibi velut ab aduersarijs propositurus obiecta, ex hinc alia, inq̄t, substruuntur opprobria querulis murmurationibus oblatrantium, & excussi quasi quodam turbine, identidem inter immania saxa collidimur. His pręductis q̄onē supradictā scopulosissimā sibi ꝓposuit, vbi

E

a fide catholica naufragauit, nisi refecerit pęnitendo qđ fregit. Illū ergo turbinē atq; illa saxa deuitās, nauē illis cōmittere nolui. Et de hac re ita scripsi, ut rōnem potius cunctationis meæ, q̄ temeritatem præsumptionis ostēderē. Qđ opusculum meū cum apud te inuenisset, irrisit, seq; illis cautib⁹ animosiore impetu q̄ consultiore cōmisit. Sed quo eum pręfidentia ista perduxerit, puto ꝙ nunc uideas. Vberius aūt ago deo gratias, si & antea iam videbas. Cū.n. nollet cohibere præcipitē cursum, ꝑꝑ anticipitem excursum, miserabilem iuenit incursū, asserēs deū paruulis sine Christiana regnatione defunctis, & modo paradisum, & postea regnum conferre cœlorum.

Cap. 14. Scripturarum uero testimonia quæcunq; posuit, quibus animas deum non ex illius primæ propagine attrahere, sed sicut ipsam primā suas quibusq; singulis insufflare, uelut ꝓbare conatus est, ita sunt qđ ad istā q̄onē attinet, incerta & ambigua, ut ēt aliter accipi, q̄ ipse vult, facillime possint. Quod iam in eo libro quē scripsi ad amicū nostrū, cuius commemorationem superius feci, satis quantum exstimo, demonstraui. Testimonia quippe ipsa quæ adhibuit, ubi legitur deus animas, uel dare, uel facere, uel fingere: unde illas det, uel vnde faciat siue fingat, non ostendunt, utrum ex propagine illius primæ, an insufflando sicut ipsam primam. Iste aūt ex eoipso quod le-

F

gitur animas deus dare, siue facere, siue fingere, iam putat animarū negatā esse propaginē, cum deus eadē scriptura teste, ēt corpora det, siue faciat, siue fingat, quæ tñ ab illo ex ꝓpagine seminis dari, fieri, fingi nemo ambigit. Item qđ scriptum est, ex uno sanguine Deū fecisse oē genus hominū, uel quod ait Adā, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: quia neq; ibi dictum est, ex una aīa, neq; hic, anima de aīa mea, putat negari aīas filiorū ex parentibus, vel illius mulieris ex viro: quasi uero si non ex vno sanguine, sed ex vna anima diceretur, aliud q̄ totus homo intelligeretur, nec corporis propagatio negaret: Sic etiā si dictum esset, anima de anima mea: nō vtique negaretur caro, quam de illo exemptā fuisse cōstabat. A parte.n. totū, sicut ēt a toto partem plerunq; scriptura significat. Nam certe si nō ex vno sanguine, sed ex vno homine, illo loco scriptum esset institutū esse genus humanū, vñ iste adhibuit testimoniū, non p̄iudicaret istis q̄ negant animarū propaginē, quāuis nō sola anima nec sola

Act. 17. Gen. 2.

G

caro, sed vtrunq; sit hō. Rñderēt.n. a toto partem.i. ab homine solam hominis carnē scripturā significare potuisse. Sic ergo & ij qui defendunt animarum propaginem, illud qđ dictum est, ex uno sanguine, per sanguinem. s. hominem. s. a parte totum significatum esse cōtendunt. Sicut.n. videtur illos iuuare quod dictum est, ex vno sanguine, nec dictum est

ex vno

ex uno homine: ſic vr̄ & iſtos iuuare qđ di-
Rom. 5. ctū eſt, Per unū hoīem pc̄tm̄ intrauit in mū
dum, & per pc̄tm̄ mors, & ita in oēs hoīes
pertrāſiit, in quo oēs peccauerunt: nec dictū
eſt, in quo oīum caro peccauit. Itemq; ſicut
illos ur̄ iuuare quod dictum eſt, Hoc nūc os
ex oſsibus meis: & caro de carne mea: quia
pars eſt dicta non totū: ſic iterū iſtos, qđ ibi
cōtinuo ſequit̄, Hæc uocabit̄ mulier, qm̄ de
viro ſuo ſumpta eſt. Debuit. n. dici, aiūt, qm̄
de viro ſuo caro eius ſumpta eſt; ſi non tota
mulier. i. cū anima, ſed ſola caro ſumeret̄ ex
uiro. Porro aūt utriſq; auditis, qui ſine ſtu-
Ioan. 1. dio partium iudicat, uidet ꝓfecto, nec cōtra
iſtos q̄ propaginem animarum defendunt,
H proferenda illa teſtimonia ubi pars nomina
tur, q̄a potuit ſcriptura ſignificare illic a par
te totū, ſicut uerbum caro factū eſt, cum le-
gimus, nō utiq; carnē ſolam, ſed hominē to-
tum intelligimus. Nec contra illos q̄ ꝓpagi
nē animarū deſtruunt, iſta ꝓferenda, ubi nō
pars hominis, ſed totū commemorat̄, quia
potuit ibi ſcriptura a toto partē ſignificare, ſi
cut ſepultū confitemur Chriſtum, cum eius
caro ſola ſepulta ſit. Ac per hoc ꝓpaginē ani
marum nec temere aſtruēdā, nec temere de
ſtruēdā dicimus, ſed admonemus alia teſti-
monia eſſe q̄renda, q̄ nō īueniant̄ ambigua.

Cap. 15. Quamobrem q̄d te iſte docuerit, & vnde
gratias egeris, nondum ſcio. Manet quippe
illa quæſtio ſicut erat, in qua quæritur de ani
marum origine, utrum illas deus ex propa-
gine illius vnius quā primo inſufflauit ho
mini, an ex flatu ſuo (ſicut primo homini,
det, faciat, fingat hominibus, quas eū dare,
I facere, fingere, fides Chriſtiana non dubitat.
Quam quæſtionem iſte cum ſoluere conare
tur, nec uires ſua intueret̄, deſtruēs animarū
propaginē, & aſſerens eas puras ab omni cō
tagione, peccati, non de nihilo ſed de ſeipſo
inſufflare creatorē, & naturam dei mutabi-
litatis opprobrio, quod neceſſe nō fuerat, in
famauit. Et dum uult reddere rōnē, ne deus
credat̄ iniuſtus ſi puras ab omni peccato ani
mas, etiam illas quas chriſtiana regn̄atione
non redemit, uinculo peccati originalis in-
nectit, ea dixit quæ te nolo docuerit. Tan-
tum enim ſalutis & fœlicitatis non baptiza
tis paruulis tribuit, quantum nec Pelagiana
hæreſis potuit. Et tamen de tot milibus pa-
ruulorū q̄ naſcunt̄ ex impijs, & īter impios
moriunt̄, nō quib. homines p̄ baptiſmū cū
velint, ſubuenire nō pn̄t, ſed de q̄b. baptizā-
dis nemo potuit, uel poterit cogitare, nec q̄s
quā ꝓ eis obtulit vel oblaturus eſt ſacrificiū
qđ iſte ēt ꝓ nō baptizādis cenſuit offerēdū,
q̄d diceret nō inuenit. De quib. ſi fuerit in-
terrogatus, eorū animæ q̄d meruerint, vt il-
las deus nec abluēdas baptiſmo, nec expian-
das Xp̄i corporis & ſanguinis ſacrificio, & in
æternū dānādas carni inſerat peccatrici, aut
oino hærebit, & ei noſtra cunctatio uel ſero
placebit, aut ſimul ꝓ omnib. paruulis, q̄ toto
orbe terrarum ſine Chriſtiano baptiſmare
moriunt̄, ēt eorum nominib. tacitis, qm̄ ne-
K ſciunt̄ in eccleſia Chr̄i, nō incorporatis cor
pori Xp̄i, offerēdū corpus Chr̄i eſſe cēſebit.

Cap. Abſit a te frater, ut hæc tibi placeant, ab
ſit ut iſta uel didiciſſe gaudeas, uel docere p̄-
ſumas, alioquin longe melior inuenietur ip
ſe q̄ tu. Quia in exordio primi ſui libri mo-
deſte atq; humiliter prælocutus eſt, dicens,
Cū tibi parere deſidero, notā præſumptio-
nis incurri. Et paulopoſt, Qn̄quidē, inq̄t, nec
mihi ipſe ſim credulus, ea q̄ dixero poſſe ꝓ
bari, ſtudeamq; ſemper ēt propriam ſenten-
tiam nō tueri, ſi improbabilis detegatur, &
ſit mihi cordi proprio iudicio damnato, me
liora magis & quæ ſunt veriora ſectari. Nam
vt eſt optimi ꝓpoſiti laudandiq; conſilii, fa
cile ad veriora traduci, ita improbi obſtina-
tiq; iudicij eſt, nolle citius ad tramitem rō-
nis innecti. Hęc quippe ille ſi ueraciter dixit
atq; vt locutus eſt ſentit, magnæ ꝓfecto ſpei
animum gerit. Itē in fine libri ſecundi, Nec
putes, inquit, ad inuidiam tuā forſitan reuo-
candum, quod in tua dictorum meorum cō
ſtituam poteſtate iudicium. At ne forte cu-
L iuſquā curioſi lectoris obtutus, inter illitas
fibras elementorum ueſtigia remanentia ſo
licitent & offendant, contextam paginæ ſe-
riē pollice ſeuero diſcerpe, meq; huius cen-
ſionis expertē puni atramento quæ indigna
eloquia ſignificauerūt, nec hac occaſione &
tuū erga me iudiciū, quo mihi uehementer
indulges, & meę q̄ latebāt ineptię rideātur.

Cap. Iſto igit̄ mō cū ille ſuos libros & initio
p̄munierit, & termino cōmunierit, atque
tuis humeris impoſuerit onus religionis,
correctionis & emendationis ſuæ, hoc apud
te inue-

te inueniat quod petiuit, ut emendes eum iustus in misericordia & arguas eum, oleũ autem peccatoris quo impinguetur caput eius absit a manibus atq; oculis tuis, id est, assentatio indecens adulantis, & deceptoria lenitudo blandientis. Quod si emẽdare negligis, cum uideas emendandum, aduersus charitatem facis. Si aũt tibi emendandus propterea nõ uidetur, quia putas eum recte ita sensisse, aduersus ueritatẽ sapis. Et ideo ille melior qui emendari est paratior, si non defuerit emendator, quam tu, si uel sciens irridenter contemnis errantem, uel nesciens pariter sectaris errorem. Omnia itaq; in eisdem libris ad te scriptis & tibi traditis sobrie uigilanterque considera, & plura quam ego inuenies fortasse culpanda. Et quæcunque ibi sunt approbanda atq; laudãda, si quid in eis reuera forsitan ignorabas, atq; isto differendidicisti, euidenter profitere quid illud sit, ut de hoc te gratias egisse, non de his quæ illic improbanda tam multa sunt, oẽs nouerint, qui uel recitante illo, tecum simul audierũt, uel eosdem postea libros legerũt, ne in eius ornato eloquio tanquam in precioso poculo te inuitante, & si non bibente, uenenum bibant, si tu quid inde biberis, & quid non biberis nesciunt, & propter laudem tuam omnia illic bibenda salubriter arbitrantur. Quamuis & audire & legere, & quæ dicta sunt haurire memoria, quid est nisi bibere? Sed prædixit dominus de fidelibus suis, ꝙ & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Ac per hoc qui cum iudicio legunt, & secundum regulam fidei approbanda approbant, & improbant improbanda, etiam si cõmendant memoriæ quæ improbanda dicuntur, nulla uenenata sententiarum prauitate læduntur. Hæc me grauitatem & religionẽ tuam, siue mutua, siue præuia charitate monuisse uel commonuisse minime pęnitebit, domino miserante quomodolibet accipias, quod tibi prorogandum putaui. Agam uero ei uberes gratias, de cuius misericordia saluberrimum est fidere, si ab his prauitatibus & erroribus, quos ex libris huius hominis ostendere his literis potui, alienam atque integram fidem tuam, uel inuenerit epistola ista, uel fecerit.

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis episcopi de anima & eius origine, ad Vincentium Victorem, Liber Tertius.

A

Cap. I.

QVOD mihi ad te scribendũ putaui, hoc prius cogites fili dilectissime Victor uolo, si te cõtemnerẽ, nequaquã id me fuisse facturum. Nec ideo tñ humilitate nostra sic abutaris, ut ꝓpterea te existimes approbatum, quia cernis nõ fuisse contemptum. Non.n. sequendum, sed corrigendum te diligo. Et quoniam nec corrigi posse despero, nolo mireris me contemnere non posse quẽ diligo. Si.n. te antequã nobis cõicares, diligere debui, ut esses catholicus, quanto magis te iã cõicantem diligere debeo, ne sis nouus hæreticus, & ut sis talis catholicus, cui resistere nullus possit hæreticus. Quantum.n. apparet ex donis ingenij, quæ iam tibi largitus est deus, ꝑfecto sapiẽs eris, si te non esse credideris: atq; ut sis, ab illo q̃ facit sapientes, pie, suppliciter, instanterq; poposceris, & malueris errore nõ decipi, quam errantem laudibus honorari.

Prius me ĩ libris tuis titulus tui nominis ꝓ te solicitum reddidit. Cũ.n. quis esset Vincentius uictor, ab eis qui te nouerant, & forte aderant, requisissem, audiui te fuisse Donatistã, uel potius Rogatistã, nuper aũt cõmunicasse catholicæ. Et cũ gauderẽ tãtum, quantum de his solemus quos ab illo errore liberatos esse cognoscimus, imo uero etiã multo amplius, ꝙ ingenium tuũ quo delectabar, in literis tuis uidebã non remansisse apud aduersarios ueritatis: additum est a referentibus, q̃d me inter illa gaudia contristaret, iõ te cognominari uoluisse, Vincentius, ꝙ Rogati successorem, q̃ hoc noĩe appellatus est, adhuc tanquam magnũ & sanctum uiũ animo teneas, & ob hoc illius nomen, tuũ uolueris esse cognomen. Nec defuerunt q̃ dicerent ẽt hoc a te fuisse iactatũ, q̃d ipse tibi nescio qua uisione apparuerit, atq; ad hos conficiendos libros, de quib. tecũ agere isto nr̃o opusculo institui, si adiuuerit dominus, ut ea tibi scribenda quantum ad res ipsas rationesque attinet, ipse dictaret. Quod si uerum est, iam te illa dicere

B

Cap. I.

potuisse

potuiſſe non miror, q̃ ſi patienter auſcultes admonitioni meæ,& eos libros catholica mẽte conſideres atq; ꝑtractes, te dixiſſe ꝓculdubio pœnitebit. Ille quippe qui ſe, ſicut eũ prodit Apoſt. transfigurat in angelũ lucis, in eo tibi eſt transfiguratus, quẽ tu fuiſſe, uel eſſe tanquã lucis angelũ credis. Et eo quidem mõ minus ad decipiendos catholicos ualet, qñ ſe nõ i lucis angelos, ſed in hæreticos trãſfigurat. Sed te ab eo falli iã catholicũ nollẽ. Crucietur ergo te didiciſſe q̃ uera ſunt, quãto magis lætatus fuerat, ſe tibi perſuaſiſſe q̃ falſa ſunt. Vt aũt non diligas hominẽ mortuũ, cuius dilectio tibi obeſſe põt, prodeſſe illi non põt: hoc breuiter intuearis admoneo, ꝙ utiq; ille non eſt ſanctus & iuſtus, ſi tu hæreticorũ Donatiſtarũ, uel Rogatiſtarum laqueos euaſiſti. Si aũt illũ ſanctũ & iuſtũ arbitraris, tu cõmunicando catholicis interiſti. Profecto.n.te catholicũ fingis, ſi animo illud es, quod erat ille quem diligis. Et noſti quam terribiliter ſcriptũ ſit, ꝙ ſpiritusſanctus, diſciplinæ fugiet fictũ. Si autem ueraciter cõmunicans, nõ te catholicum fingis, quid adhuc hæreticũ mortuũ ſic diligis, ut eius uelis te iactare adhuc nomine, cuius iã non teneris errore? Nolumus te habere tale cognomentum, tanquã ſis hæretici mortui monumentũ. Nolumus talem titulũ habere librũ tuũ, qualem falſum eſſe diceremus, ſi in eius ſepulchro legeremus. Non.n. Vincentiũ uictorem ſcimus eſſe, ſed uictũ, & utinã fructuoſe, ſicut te uinci uolumus ueritate. Aſtute ãt putaris & callide, cũ libros tuos quos credi cupis illo tibi reuelãte dictatos, appellas Vincentij Victoris, non tã Vincentiũ te quã illũ uocari uoluiſſe Victorẽ, uelut tibi reuelãdo quæ ſcriberes, uiciſſet errorẽ. Vt q̃d tibi iſta fili? Eſto potius uerus, non fictus catholicus, ne te fugiat ſpiritusſanctus, & nihil tibi poſſit prodeſſe Vincentius, in quẽ ſe ad te fallendũ trãsfigurauit maligniſſimus ſpũs, eius q̃ pe ſunt illa, qualibet tibi fraude ꝑſuaſa. Quæ ſi admonitus pia humilitate & catholica pace correxeris, errores fuiſſe iudicabũtur ſtudioſiſſimi iuuenis, emẽdari potius quam in eis remanere cupientis. Si aũt pro eis tibi ẽt contentionem, qđ abſit, ꝑſuaſerit peruicacẽ iam tanquã hæretica dogmata, cũ ſuo neceſſe erit authore dãnari, cura. ſ. paſtorali & medicinali, priuſquã per incautũ uulgus ſerpat dira contagia, cũ dilectionis non ueritate ſed nomine, ſalubris negligitur medicina.

Si quęris quæ nã illa ſint, poteris quidẽ legere mea ſcripta ad fratres noſtros Renatũ dei ſeruũ, & presbyterum Petrũ, ad quẽ tu eadem ipſa de q̃bus nunc agimus, ſcribenda exiſtimaſti, eius, ut aſſeris, uoluntati petẽtis obtemperans. Dabunt.n. tibi ut legas procul dubio ſi uolueris, & ingerent etiam non petenti. Veruntñ etiam hic quæ maxime in eiſdẽ libris tuis, & in fide tua emendari cupiã, non tacebo. Primũ eſt, ꝙ animam nõ ita uis a deo eſſe factã, ut eã ex nihilo fecerit, ſed ex ſemetipſo. Vbi non putes eſſe conſequẽs, ut naturæ ſit dei, quiã profecto quã ſit impium & ipſe cognoſcis. Qua impietate ut careas, ita oportet ut dicas animę authorẽ deũ, ut ab illo facta ſit, non de illo: Qđ.n. de illo eſt ſicut unigenitus fili[9], eiuſdẽ naturæ cuius & ille eſt. Vt aũt anima eiuſdem naturæ non ſit cuius eſt ille, facta eſt q̃dẽ ab illo, ſed non de illo. Aut ergo dic vnde, aut fatere de nihilo. Quid eſt ꝙ dicis eã particulã eſſe quandam halitus naturæ dei? Nunquid nam ipſum halitum naturæ dei, cuius halitus eſt iſta particula, negas eiuſdem cuius deus eſt eſſe naturæ? Si negas, ergo de nihilo & iſtum halitum fecit deus, cuius halitum animam vis eſſe particulam. Aut ſi non de nihilo, dic vnde illum fecerit deus? Si de ſeipſo, ergo ipſe, qđ abſit, materies operis ſui. Sed dicis, Cum de ſeipſo halitum vel flatum facit, ipſe integer manet, quaſi nõ & ignis lucernæ integer maneat, cum de illa altera accenditur, & tamen eiuſdem, non alterius ſit naturæ.

Sed, inquis, cũ a nobis vter inflatur, non aliqua portio noſtræ naturæ vel qualitatis infunditur, cum hoc ipſo quo ſpũ hauſto vter implet, ſine aliqua noſtri diminutione geratur. His verbis tuis adhuc addis & immoraris, & inculcas ſimilitudinẽ quaſi neceſſariã, qua intelligamus qũo deus ſine ſuæ naturæ aliquo detrimento & de ſeipſo aĩam faciat, & facta de ipſo, non ſit qđ ipſe. Dicis.n. Nũquid animæ noſtræ eſt portio vtris inflatio, aut homines fingimus cũ vtres inflamus, aut detrimentũ noſtri in aliquo patimur, cũ flatus noſtros in diuerſa partimur. Sed nullũ patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliq̃d tranſmit-

Margin notes: 2. Co. 11 — Sapië. 1. — C — D — Cap. — E — F — Cap.

transmittimus flatum, & manente in nobis plena flatus ꝓprij qualitate & integra quãtitate, nullũ nos meminimus dãnũ ex vtris inflatione sentire. Ista similitudine q̃ satis elegans & cõgruens tibi vr̃, quantũ fallaris attẽde. Deũ quippe dicis incorporeum, nõ de nihilo a se factã, sed de seipso animã sufflare corporeã, cũ flatũ nos licet corporeũ, subtiliorẽ tñ emittamus, q̃ nr̃a sint corpora, nec eum de aĩa nostra, sed de hoc aere ꝑ uiscera corporis exhalemus. Pulmones nanque aĩa, G cuius nutu mouent̃ & cætera corporis membra, ad hunc aereũ spm̃ ducendum atq; reddendũ, sicut folles mouet. Præter.n. alimenta solida & fluxa, vnde est cibus & potus, hoc tertiũ nobis deus alimẽtum circũfudit aurarũ, quas ita carpim⁹, vt sine cibo & potu diu esse possimus: sine hoc aũt alimento tertio, ꝙ aura nobis quæ vndiq; circunsistit, spirantibus & respirantib. exhibet, nec exiguo tẽporis spacio possimus viuere. Sicut aũt cibus & potus nõ solũ ingerendi, verumẽt ꝑ meatus ad hoc institutos egerendi sunt, ne vtroque lædant, vel non intrando, vel non exeundo: ita hoc tertiũ flabile, alimentũ, quia in nobis manere non sinitur, nec immorando corrũpitur, sed geritur mox vt ingeritur, non alios, sed eosdẽ meat⁹, id est, os, aut nares, aut vtrunq;, & qua intraret, & qua exiret accepit. In teipso tibi ꝓba ipse ꝙ dico. Emitte spiritũ flãdo, & vide vtrum dures, si non receperis. Recipe respirando, & vide quas patiaris angustias, si non rursus emiseris. Hoc igit̃ faciamus, qñ vtrẽ, sicut dicis, inflamus, quod H facimus vt uiuamus. Nisi qđ tũc paulo plus ducimus, vt paulo plus emittamus, vt spm̃ flabilẽ. i. ventũ in vtrem implendũ & extendendũ, non quiete spirandi & respirandi, sed anhelandi impetu coartemus. Qũo ergo dicis, nullũ patimur detrimentum', cum ex nobis ad aliquid transmittimus flatum, & manente in nobis plena flatus proprij qualitate & integra quãtitate, nullũ nos meminimus dãnũ, vtris inflatione sentire? Apparet te fili, si aliqñ vtrem inflasti, non aduertisse quid egeris. Quod.n. insufflando emittis, statim recipiẽdo nõ sentis. Sed potes hoc facillime discere, si hoc poti⁹ velis q̃ tua dicta q̃ iã dicta sunt, nõ inflantes vtrẽ, sed inflatus ipse defendere, & auditores tuos quos veris rebus ædificare debes, inani strepitu uentosi sermonis inflare. In hac cã non te ad magistrũ mitto, sed ad teipsum. Emitte flatũ ĩ vtrẽ, & os claude continuo, naresq; detine, & sic saltẽ senti verũ esse qđ dico. Cũ.n. cœperis angustias intolerabiles ꝑpeti, qđ cupies ore aꝑto naribusque recipere, si qñ sufflasti, nihil te existimas amisisse. Vide in quo malo sis, nisi hauriendo resumas qđ effundendo reddideras. Vide illa insufflatio qualia dãna & detrimenta fecisset, nisi ea respiratio reparasset. Nisi.n. qđ impenderis ad vtrẽ implendum, ad te itidẽ alendũ, aditu patefacto redierit, quid tibi non solũ vnde illum inflare, sed unde tu possis viuere remanebit? Hæc debuisti considerare cũ scriberes, & non ista similitudine vtriũ inflatorũ vel inflandorũ introducere nobis deũ, aut ex alia natura, quæ iã erat, sicut nos ex isto circunfuso aere flatũ facimus, animas flare, aut certe qđ & abhorret ab ista similitudine & abundat impietate, deũ sine ullo q̃dẽ sui detrimento, sed tñ de sua natura mutabile aliquid vel proferre, vel quod est peius, tanq̃ sui operis materies ipse sit, facere. Vt ergo aliquã de nr̃o flatu ad hanc rẽ adhibeam⁹ similitudinẽ, id potius est credendũ: ꝙ sicut nos nõ de natura nostra, quia omnipotentes nõ sumus, de isto aere circunfuso, quẽ trahimus & reddimus, cũ spiramus & respiram⁹. flatũ facimus qñ sufflamus, nec viuentẽ nec sentientem, quanuis nos uiuamus atq; sentiamus: ita deũ non de sua natura, sed quia sic omnipotens est, vt possit creare quod vult K ẽt ed eo quod omnino nõ est, id est, de nihilo flatum facere posse uiuentem atq; sentiẽtẽ, sed plane cũ sit immutabilis, ipse mutabile facit. Quid autem sibi vult, quod huic similitudini addendum putasti ad exemplum de beato Helisæo, qui flando in eius faciem mortuum suscitauerit? (Cap. 5. 4. Re. 4.) Itane tu flatum Helisæi fuisse putas animam pueri? Non usqueadeo te a vero exorbitare crediderim. Si ergo anima illa quæ viuenti ablata fuerat ut moreretur, eadem ipsa illi vt reuiuisceret reddita est: quid ad rẽ pertinet quod dixisti, nihil Helisæo fuisse diminutũ, quasi ab illo aliquid transisset vñ uiuere credatur, in puerũ? Quod si ꝑꝑ dictum est', quia flauit & integer mansit, q̃d opus erat, ut hoc de Helisæo mortuum resuscitante diceres, quod de quo

uis ſlante & neminẽ ſuſcitante dicere nihi-
lominus poſſes? Incaute ſane locutus es, cũ
abſit vt credas flatũ Heliſæi factũ fuiſſe reui
uiſcentis animam pueri, qui primum dei fa-
ctũ ab iſtius Prophetæ facto hoc diſtare uo-
M luiſti, ꝙ ille ſemel, iſte ter flauerit. Dixiſti qꝑ
pe Heliſæũ in faciem defuncti filij illius Su
namitis, ad inſtar primææ originis inſufflaſ
ſe. Et cũ emortua mẽbra, inquis, in uigorem
priſtinũ redanimata, ꝑ halitũ Prophetæ diui
na uirtus accẽderet, nihil Heliſæo fuerit im
minutũ, ꝑ cuius flatum corpus emortuũ re-
diuiuã aĩam reciperet & ſpm̃, niſi ꝙ ſemel
dñs in faciẽ hominis inſufflauit & uixit, ter-
tio Heliſæus in faciẽ mortui aſpirauit & re-
uixit. Sic ſonant tua uerba iſta, quaſi flãdi tm̃
numerus interfuerit, ut nõ quod fecit deꝰ, ẽt
Propheta feciſſe credat̃. Et hoc ergo emẽdã-
dum eſt. Tã multũ quippe interfuit inter il-
lud opus dei, & hoc Heliſæi ut ille flauerit
flatũ uitæ, quo fieret hõ in animam uiuentẽ:
iſte aũt flauerit flatum, neq; ſentientem neq;
uiuentem, ſed aliqd ſignificandi gratia figu-
rantem. Deniq; ut puer iſte reuiuiſceret, nõ
eũ animando Propheta fecit, ſed eũ animan
do ut hoc deus faceret impetrauit. Quod ãt
illũ ter ſufflaſſe dicis, aut memoria ſicut fieri
ſolet, aut mendoſitas codicis te fefellit. Quid
plura? Non ſunt tibi ad hoc aſtruendnm ali-
A qua exempla & argumenta quærẽda, ſed po
tius emẽdãda & mutãda ſnĩa. Noli ergo cre
dere, noli dicere, noli docere, ꝙ nõ de nihilo
ſed de ſua natura fecerit aĩam deꝰ, ſi uis eſſe
Cap.6. catholicus. Noli dicere, nec credere, nec do
cere, ꝑ infinitũ tp̃s atq; ita ſemper deũ aĩas
dare, ſicut ſemꝑ eſt ipſe qui dat, ſi uis eẽ ca-
tholicus. Erit.n. tp̃s qñ non dabit aĩas deꝰ, cũ
tñ eſſe ipſe non deſinat. Poterat quidẽ ſic ac-
cipi, quod aiſti, ſemper dat, ut intelligererur
ſine ceſſatione dare, quandiu homines gene
2.Tim.3. rãt & generant̃, ſicut dictũ eſt de quibuſdã,
Semper diſcentes, & ad ueritatis ſcientiã nũ
quam peruenientes, Non.n. ſic accipitur qđ
hic poſitum eſt, ſemꝑ, uelut nunquã deſinãt
diſcere, cum proculdubio non diſcant, qñ in
hoc corpore deſtiterint uiuere, uel cũ cœpe-
rint ſupplicio gehennalis ignis ardere. Sed tu
non permiſiſti ſic accipi uerbum tuum, cum
dixiſti, ſemper dat, qñquidem id ad infinitũ
tp̃s reuocandum putaſti. Et parum hoc fuit

Sed tanquã quæreret̃ abs te, ut apertius ex-
plicares, qũo dixeris, ſemper dat, addidiſti at
que dixiſti, Sicut ſemper eſt ipſe qui dat. Hoc
ſana & catholica fides omnino cõdẽnat. Ab-
ſit.n. ut credamus, ꝙ animas deus ſemꝑ det,
ſicut ſemꝑ eſt ipſe qui dat. Sic.n. ſemꝑ eſt ip
ſe, ut nunquã ipſe eſſe deſiſtat. Animas autẽ
nõ ſemꝑ dabit, ſed eas finito gñationis ſecu
lo, non iã naſcentibus quib. dãdæ ſint, ꝓcul
dubio dare ceſſabit. Noli credere, nec dice- *Cap*
re, nec docere, aĩam meritũ aliquod perdidiſ
ſe per carnẽ, tanquã boni meriti fuerit ante
carnẽ, ſi uis eẽ catholicꝰ. Nõdũ.n. natos Apo *Rom*
ſtolus nihil egiſſe dicit boni uel mali. Vnde
B ergo aĩa potuit ante carnẽ hr̃e meritum bo-
nũ, ubi nihil egerat boni? An forte audebis
eã dicere ante carnẽ bñ uixiſſe, quã nõ potes
oñdere uel fuiſſe? Qũo ergo dicis, nõ uis ani
mã ex carne pc̃tĩ contrahere ualetudinẽ, ad
quã uiciſſim ſanctificationẽ uideas tranſire
ꝑ carnẽ, ut ꝑ ipſam reparet ſtatũ, per quẽ ꝑ
diderat meritũ? Hęc dogmata quib. putat̃ aĩa
ante carnẽ habuiſſe aliquẽ ſtatum bonũ, &
meritum bonum, ſi forte neſcis, exceptis hæ
reticis, ẽt recentius in Priſcillianiſtis iã catho
lica damnauit Eccleſia. Noli credere, noli di
cere, noli docere, aĩam per carnem reparare
habitudinẽ priſcam, & per illam renaſci, per
quã meruerat inquinari, ſi uis eſſe catholicꝰ.
Vt.n. omittã in eo qđ dixiſti, merito ergo ꝑ
carnẽ, priſcam reparat habitudinem, quã ui
ſa fuerat pauliſper amiſiſſe per carnem, ut ꝑ
eam incipiat renaſci per quam meruerat in-
C quinari, tam in proximo tu ipſe tibiipſi exti
tiſti contrarius, ut homo qui pauloante di-
xeras, animam per carnẽ reparare ſtatũ per
quã ꝑdiderat meritum, ubi nullo mõ põt ni
ſi bonum meritum intelligi, ꝙ uis utiq; per
carnẽ in baptiſmate reparari, rurſus eam di-
ceres inquinari meruiſſe per carnem, ubi iã
non poteſt bonum, ſed malum meritum in-
telligi, ut ergo id omittam prorſus, uel bonũ
nel malum meritum credere habuiſſe ani-
mam ante carnem, catholicum non eſt.

Cap Noli credere, nec dicere, nec docere, qđ
anima meruit eſſe peccatrix ante omne pec
catum, ſi uis eſſe catholicus. Valde enim ma
lum meritum eſt, meruiſſe fieri peccatricẽ.
Et utique tam malum meritum nullo mo-
do habere potuit ante omne peccatum, præ-

ſertim

sertim priusquã veniret in carnẽ,quãdo meritum nec malũ potuit habere, nec bonum. Quõ igitur dicis, Anima itaq; si peccatrix esse meruit,quæ peccatrix esse non potuit, neque in peccato remãsit, quia Christo pfigurata in peccato esse non debuit, sicut esse non potuit. Attende quid dicas,& desiste iã dicere, Quomodo enim meruit, & quomodo nõ potuit esse peccatrix? Quõ, q̃so te peccatrix esse meruit,quæ male non vixit? Quõ,quæso te, peccatrix facta est, quæ peccatrix esse non potuit? Aut si non potuit, ideo dicis, qa præter carnẽ non potuit: quomodo ergo meruit esse peccatrix,quo merito in carnẽ mitteretur, quandoquidẽ ante carnẽ non potuit esse peccatrix,vnde mali aliquid mereretur.

Noli credere,noli dicere, noli docere, infantes antequã baptizentur morte præuẽtos, peruenire posse ad originaliũ indulgentiam peccatorũ, si vis esse catholicus. Exẽpla.n.q̃ te fallunt, vel de latrone qui dñm est confessus i cruce, vel de fratre sanctæ Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad huius erroris sententiã suffragantur. Latro quippe ille, quãuis potuerit iudicio diuino inter eos deputari,qui martyrij confessione purgantur,tamen etiã vtrũ non fuerit baptizatus ignoras. Nã ut omittã quod creditur, aqua simul cũ sanguine exiliente de latere domini,iuxta confixus potuisse perfundi, atq; huiusmodi sanctissimo baptismate dilui,quid si in carcere fuerat baptizatus,quod & post persecutionis tẽpore nõnulli clanculo impetrare potuerunt? Quid si & antequam teneretur? Neque.n.propterea illi publicæ leges parcere poterant quantum attinet ad corporis mortem, quoniam diuinitus remissionem acceperat peccatorum. Quid si iam baptizatus in latrocinij facinus & crimen incurrerat: & non expers baptismatis, sed tanquam pœnitens accepit scelerum veniam quam baptizatus amisit, quandoquidem pietas tam fidelis, & domino in animo eius,& nobis in eius verbis apparuit? Nam si eos de quibus non scriptũ est, vtrum fuerint baptizati, sine baptismo de hac vita recessisse contendimus,ipsius calumniamur Apostolis, q præter apostolũ Paulũ quando baptizati fuerint,ignoramus. Sed si ipsos baptizatos esse p hoc nobis innotescere potuit, qđ beato Petro domin⁹ ait, Qui lotus est,nõ indiget nisi vt pedes lauet,Quid de alijs, de quibus,vel tale nihil legimus dictũ,de Timotheo,de Tito,de Silea,de Philemone,de ipsis euangelistis Marco & Luca,de innumerabilibus cæteris? quos absit vt baptizatos esse dubitemus,quanuis non legamus. Dinocrates aũt septennis puer, in quibus annis pueri cũ baptizãtur,iã symbolũ reddunt,& pro se ipsi ad interrogata rñdẽt, cur nõ tibi visus fuerit baptizatus potuisse ab impio patre ad gentilium sacrilegia reuocari, & ob hoc fuisse in pœnis,de quibus sorore orante liberatus est, nescio. Neque.n.& ipsum uel nunquã fuisse Christianũ,vel catechumenũ defunctũ fuisse legisti: quanquam ipsa lectio non sit in eo canone scripturarum, vnde in huiusmodi quæstionibus testimonia proferenda sunt.

Noli credere, nec dicere,nec docere,quos dñs pdestinauit ad baptismũ, prædestinationi eius eripi posse, & ante defungi quã in eis fuerit,qđ oĩpotens prædestinauit impletũ, si vis eẽ catholicus. Nescio quæ hic.n.potestas cõtra potestatẽ dei casibus datur,qbus irruẽtibus quod ille pdestinauit fieri nõ sinat. Hic error quanta errantẽ uoragine impietatis absorbeat,exaggerare nõ opus est,cũ prudẽtem virũ & corrigi paratũ breuiter admonuisse sufficiat,Tua quippe ista sunt verba. Habendã dicimus, inquis, de infantibus istiusmodi rõnem,qui prædestinati baptismo: uitæ præsentis antequã renascantur in Christo, pueniũtur occiduo. Ergone pdestinati baptismo vitæ psentis antequam ad deũ perueniãt,præueniuntur occiduo, & prædestinaret Deus quod futurum nõ fuisse præsciuit? Aut hoc futurum fuisse nesciuit, vt eius aut prædestinatio frustraretur,aut præscientia falleretur? Vides quanta hinc dici possent, nisi qđ paulo ante dixi tenerẽ, vt hinc te breuiter admonerẽ. Noli credere,nec dicere,nec docere,de infantibus qui priusquã renascãtur in Christo, pueniuntur occiduo,scriptum esse, Raptus est ne malitia mutet intellectũ illius,aut ne fictio decipiat animã eius, propter hoc pperauit de medio iniqtatis illũ educere. Placita.n.erat deo anima eius, & consummatus in breui expleuit tẽpora longa: si vis esse catholicus. Hoc.n.ad illos omnino nõ ptinet, sed ad eos potius q baptizati & pie viuẽtes, diu non pmittuntur hic viuere,nõ annis,sed

ſapientiæ gratia conſummati. Iſte vero error quo putatur hoc de paruulis, antequã baptizẽtur moriẽtibus eſſe dictũ, ipſi ſacroſancto lauacro intolerabilẽ facit iniuriã, ſi paruulus qui baptizatus rapi poterat, ꝓ ꝓ ea prius rapitur, ne malitia mutet illius intellectũ, aut ne fictio decipiat animã eius: quaſi in eodẽ baptiſmo hæc eẽ malitia credatur, & fictio qua in peius mutetur & decipiat, ſi non ante rapiatur. Deinde qm̃ placita erat deo aĩa eius, ꝓperauit de medio iniq̃tatis illũ educere, ita vt nec paululũ remoraretur, vt qđ in eo prædeſtinauit, impleret: ſed cõtra ſuã ꝓdeſtinationẽ facere maluit, tanquã feſtinans, ne qđ ei placuerat in nõ baptizato, exterminaretur in baptiſmo: tãquã moriturus infans ibi pereat, quo currẽdũ eſt cũ illo ne pereat. Quis ergo hæc verba ſcripta in libro ſapiẽtiæ, de paruulis ſine baptiſmate mortuis dicta eſſe crederet, diceret, ſcriberet, recitaret, ſi ea ſicut oportuerat cogitaret?

Cap. II. Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquas manſiones eſſe extra regnũ dei, quas eſſe dñs dixit in domo patris ſui, ſi vis eſſe catholicus. Non.n.ait, ſicut hoc teſtimoniũ ipſe poſuiſti, multę manſiones ſunt apud patrẽ meũ. Quòd ſi ita dixiſſet, non alibi eſſent intelligendæ q̃ in domo patris eius. Sed aperte ait. In domo pr̃is mei mãſiones multæ ſunt. Quis itaq; audeat aliquas partes domus dei ſeparare à regno dei: vt cũ reges terræ nõ tãtũ in domo ſua, nec tm̃ in patria ſua, ſed longe lateq; ẽt trans mare regnare inueniãtur, rex qui fecit cęlũ & terrã, nec in tota domo ſua regnare dicatur? Sed forte dicas, omnia q̃dẽ ꝑtinere ad dei regnũ, quia regnat in cęlis, regnat in terris, in abyſsis, in paradiſo, in inferno. Vbi.n. nõ regnat, cuius vbiq; ſumma ptãs eſt? ſed aliud eſſe regnũ cęlorũ, quo fas nõ eſt accedere niſi lauacro regñationis ablutos, ꝓ ꝓ dñicã verã fixãq; ſentẽtiã: aliud aũt eſſe regnũ terrarũ, vel aliarum creaturæ partiũ, vbi poſſunt eſſe aliquæ mãſiones domus dei, quãuis ꝑtinẽtes ad regnũ dei, non tñ ad regnũ cœlorũ, vbi excellẽtius & beatius eſt regnũ dei: ita fieri: vt nec aliquæ domus dei partes atq; mãſiões, a regno dei nefarie ſeparent, & tñ nõ oẽs in regno cœlorũ mãſorib. ꝑparent: atq; in ijs q̃ ĩ regno cęlorũ nõ ſunt poſsint fęliciter habitare, q̃bus eas ẽt nõ baptizatis de⁹ dare uoluerit, vt ĩ regno dei ſint, quãuis in regno cęlorũ q̃a baptizati nõ ſũt, eſſe nõ poſsint. Hoc qui dicũt, videntur quidẽ ſibi dicere aliq̃d, quia ſcripturas negligẽter attendũt, & q̃uo regnũ dei dicatur, vnde oramus dicentes, Adueniat regnũ tuũ: nõ intelligũt, quia regnũ dei dr̃, vbi cum illo fidelis familia eius, beate & ſempiterne tota regnabit. Nã ſecundũ ꝑtãtem q̃ illi ſuꝑ omnia eſt, ẽt nũc vbiq; regnat. Quid ergo eſt quod oramus vt veniat, niſi vt cũ illo regnare mereamur? Sub eius aũt poteſtate etiã illi erũt, qui pęna æterni ignis ardebunt. Nũquid nã ob hoc etiã ipſos, in regno dei futuros dicturi ſumus? Aliud eſt.n. regni dei munerib. honorari, aliud regni dei legib⁹ coerceri. Vt autẽ tibi manifeſtiſsime appareat, nõ eẽ regnũ cœlorũ diſtribuendũ baptizatis, & alias partes regni dei dandas quibus tibi viſum eſt, nõ baptizatis: ipſum dominũ audi, qui non ait, Si quis non renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt intrare in regnum cœlorum: ſed non põt, inquit, intrare in regnũ dei. Nã verba eius de hac re iſta ſunt ad Nicodemum, *Ioan.* Amen amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo, nõ poteſt videre regnũ dei. Ecce nõ hic dixit, regnum cœlorum: ſed dei. Et cũ reſpondiſſet Nicodemus atq; dixiſſet, Q̃uo poteſt homo naſci cum ſenex ſit? nunquid põt in ventrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci? Eandem dominus ſententiam planius apertiusq; repetens, ait, Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum dei. Ecce nec hic dixit regnum cęlorum, ſed regnum dei. Quod enim dixerat, Niſi quis natus fuerit denuo, hoc quid eſſet expoſuit dicens, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu. Et qđ dixerat, non põt videre, hoc expoſuit dicendo, non poteſt introire. Illud autem quod dixerat, regnũ dei, non alio nomine repetiuit. Neq; nũc opus eſt q̃rere atq; diſſerere, vtrũ regnũ dei, regnũq; cęlorũ cũ aliqua differẽtia ſit intelligẽdum. an res vna ſit duobus appellata nominibus. Sufficit ꝙ non poteſt introire in regnum dei, qui non fuerit lauacro regenerationis ablutus. Mãſiones aũt aliquas cõſtitutas in domo dei ſeparare à regno dei, quàm ſit a veritate deuiũ, puto ꝙ iã intelligas. Et iõ ꝙ putaſti, in aliquibus mãſionibus

quas

quas dñs multas esse dixit ĩ domo patris sui, mansuros quosdã etiam nõ renatos ex aqua & spiritu, vt fidem catholicam teneas, admoneo, si permittis, emendare non differas.

Cap. 2.

Noli credere, nec dicere, nec docere, sacrificiũ Christianorũ, pro ijs qui nõ baptizati de corpore exierint offerendũ, si uis esse catholicus, Quia nec illud qđ de Machabæorũ libris cõmemorasti sacrificiũ Iudæorũ, ꝓ eis q nõ circuncisi de corpore exierint, ostẽdis oblatũ. In qua tua sñia tã noua, & cõtra ecclesiæ totius authoritatẽ disciplinãq; ꝓlata, verbo ẽt insolẽtissimo vsus es, dicẽs, Pro his sanè oblationes assiduas, & offerenda iugiter sanctorũ cẽseo sacrificia sacerdotũ, ut te homo laicus sacerdotibus dei, nec discẽdo subderes, nec saltẽ simul quærẽdo misceres, sed censendo præponeres. Aufer tibi ista fili: Non sic in viam quã Christus humilis seipsum esse docuit, ambulatur. Nullus cũ hoc tempore per angustam portã eius ingredit̃.

Cap. 3.

Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquos eorũ, q sine baptismo Chr̃i, ex hac vita emigrauerint, interim nõ ire in regnũ cœlorũ, sed in paradisum, postea uero in resurrectione mortuorũ, ẽt ad regni cœlorũ beatitudinẽ peruenire, si vis esse catholicus. Hoc enim eis dare nec Pelagiana hæresis ausa est, quæ opinatur paruulos nõ trahere originale pc̃tm̃. Quos tu quãuis sis catholicus cũ pc̃tõ nasci fatearis, nescio qua tñ ꝑuersioris nouitate opinionis, sine baptismate salutari, & ab hoc pc̃tõ cũ quo nascunt̃ absolui, & ĩ regnũ cœlorũ asseris introduci. Neq; consideras in hac causa, quãto deterius sapias q̃ Pelagius. Ille quippe dñicã sententiã ꝑtimescẽs, quia nõ baptizati in regnũ cœlorũ nõ ꝑmittunt̃ intrare, licet eos quos ab omni peccato liberos credit, nõ illo audet paruulos mittere. Tu vero sic cõtẽnis, qđ dictũ est, Si q̃s non renatus fuerit ex aqua & spũ, non põt intrare ĩ regnũ dei: vt excepto errore quo audes a regno dei paradisum separare, quibusdã quos reos nasci sicut catholicus credis, sine baptismate mortuis, & illius reatus absolutionem, & regnum cœlorũ non dubites insuꝑ polliceri: quasi cõtra Pelagiũ in originali pc̃tõ abstruẽdo, tũc esse possis catholicus verus, si contra dñm fueris in destruenda eius de baptismo sententia hæreticus nouus. Nos te dilectissime, non sic volumus hæreticorũ esse uictorẽ, vt error vincat errorẽ, & qđ est peius, maior minorẽ. Dicis .n. Aut si forte quispiã reluctet̃, latronis aĩæ vel Dinocratis interim tẽporarie collatũ eẽ paradisum, nã suꝑesse illis adhuc in resurrectione p̃miũ regni cęlorũ: quanquã sentẽtia illa principalis obsistat, quia qui nõ renatus fuerit ex aqua & spũsancto, nõ intrabit in regnũ cœlorũ, tñ teneat ẽt meũ in hac parte, nõ inuidens assensum, modo misericordiæ præscientiæq; diuinę & effectũ amplificet, & affectũ. Hæc verba tua sunt, vbi te cõfiteris cõsentire dicenti, quibusdã non baptizatis sic tẽporarie collatum esse paradisum, vt supersit illis in resurrectione præmiũ regni cęlorũ, contra sententiã principalem qua constitutũ est, non intraturũ in illud regnum, qui nõ renatus fuerit ex aqua & spiritusancto. Quam sententiam principalẽ timens violare Pelagius, nec illos sine baptismo in regnum cęlorum credidit intraturos, quos non credidit reos. Tu autem & originalis peccati reos paruulos cõfiteris, & tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis, & in paradisum mittis, & postea etiam regnum cœlorum intrare permittis.

Cap. 14.

Hęc & huiusmodi, & si alia forsitan ĩ tuis libris attẽtior, & ociosior inuenire potueris, sine vlla dilatione iã corrige, si animũ catholicũ geris, id est, si veraciter p̃locutus es, dicẽs, ꝙ tibijpsi credulus nõ sis ea ꝓbare posse quæ dixeris, & ꝙ semꝑ studeas ẽt propriam sentẽtiã nõ tueri, si improbabilis detegatur, & sit tibi cordi proprio iudicio dãnato, meliora magis, & quæ sunt veriora sectari. Modo proba charissime, non te fallaciter ista dixisse, vt de tua indole, nõ solũ ingeniosa, verumetiã pia, modesta, gaudeat catholica ecclesia, non de cõtentiosa pertinacia hæretica exardescat insania. Nunc est vt ostendas quãta post hæc bona verba quæ tua cõmemoraui, synceritate pectoris dixeris, qđ continuo subiecisti. Nam vt est, inquis, optimi propositi, laudandiq; cõsilij facile ad veriora traduci, ita improbi obstinatiq; iudicij est, nolle citius ad tramitem rationis inflecti. Est igitur optimi ꝓpositi laudãdique consilij & facile ad veriora traducere. Nec sis improbi obstinatiq; iudicij, vt nolis citius ad tramitem rationis inflecti. Si enim hæc liberaliter clocutus

tus es, ſi non in labiis iſta ſonuiſti, ſed intus
& germanitus in corde ſenſiſti, in tuæ corre
ctionis tãto bono ẽt moras odiſti. Parũ quip
pe tibi fuit dicere, improbi obſtinatiq; eẽ iu
dicij, nolle ad tramitẽ rõnis inflecti, niſi ad-
deres citius: ut hinc oſtenderes q̃ ſit execran
dus qui bonũ nunquã facit, qñ quidẽ q tar-
dius facit, tanta tibi uidetur ſeueritate culpã
dus, ut merito improbi iudicii obſtinatique
dicatur. Audi ergo teipſum, tuq; potiſsimũ
& maxime eloquij tui fructibus vtere, vt ci-
tius te ad rationis tramitem grauitate men-
tis inflectas, quam te inde minus eruditè pa
rumque conſultè lubrico ætatis auerteras.
Nimis longum eſt omnia quæ in tuis libris,
vel potius in teipſo volo emẽdari, pertracta-
re atq; diſcutere, & ſaltẽ breue tibi de ſingu-
lis corrigẽdis reddere rõnem. Nec ideo tamẽ
te contẽnas, vt arbitreris ingeniũ & eloquiũ
tuũ parui eſſe pendendũ. Nec ſanctarum ſcri
pturarũ memoriã in te paruã eſſe cognoui,
ſed eruditio minor eſt, quã tantæ indoli labo
riq; cõgruebat. Itaq; te nec ampli⁹ quã opor
tet tibi tribuendo uaneſcere uolo, nec rurſus
te abiiciẽdo ac deſperãdo frigeſcere. Vtinam
tua ſcripta tecũ legere poſſem, & colloquen
do potius quã ſcribẽdo, quæ ſint emendanda
mõſtrarẽ. Facilius hoc negociũ perageretur
noſtra inter nos ſermocinatione, quã literis.
Quæ ſi ſcribẽda eſſet, multis voluminib. indi
D geret. Verũ iſta capitalia, q̃ certo ẽt numero
cõprehẽdere volui, inſtãter admoneo ne cor
rigere differas, & ea prſus a fide & p̃dicatio-
ne tua facias aliena. Vt quãta tibi facultas eſt
diſputandi, munere dei vtaris vtiliter ad ædi
ficationem, non ad deſtructionem ſanæ ſa-
lubriſque doctrinæ.

Cap. 15. Sunt aũt iſta de quibus ut potui iã differ-
ui, ſed breuiter ea repetẽdo ꝑcurrã. Vnũ eſt,
qđ animã nõ ex nihilo, ſed de ſeipſo deũ fe-
ciſſe dixiſti, Alterũ, per infinitũ tẽpus, atque
ita ſemꝑ deũ animas dare, ſicut ſemꝑ eſt ip-
ſe qui dat. Tertiũ, animã meritũ aliqđ perdi
diſſe ꝑ carnẽ, qđ habuerit ante carnẽ. Quar
tum, aĩam per carnem reparare habitudinẽ
priſcã, & per eandẽ carnem renaſci, per quã
meruerat inquinari. Quintum, quod anima
meruerit eſſe peccatrix ante omne peccatũ.
Sextum infantes antequã baptizentur morte
præuentos, peruenire poſſe ad originaliũ in-
dulgentiã peccatorũ. Septimũ, quos dñs prę
deſtinauit ad baptiſmũ, prædeſtinationi eius
eripi poſſe, & ante defungi quã in eis fuerit,
qđ omnipotẽs prædeſtinauit impletũ. Octa
uũ, de infantibus qui priuſquã renaſcantur ĩ E
Chriſto, præueniũtur occiduo, ſcriptũ eſſe, *Sapi.*
Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum il
lius: & cætera quæ in eam ſententiã in ſapiẽ-
tiæ libro legũtur, Nonũ, aliquas mãſiones eſ
ſe extra regnũ dei, earum quas dñs eſſe dixit
in domo patris ſui. Decimũ eſt, ſacrificium
Chriſtianorũ, pro eis qui nõ baptizati de cor
pore exierint offerendũ. Vndecimũ, aliquos
eorum qui ſine baptiſmo Chriſti ex hac uita
emigrauerint, interim nõ ire in regnũ, ſed ĩ
paradiſum, poſtea uero in reſurrectione mor
tuorũ etiã ad regni cœlorũ beatitudinẽ per-
uenire. Hæc interim undecim multum aper
teq; peruerſa, & fidei catholicæ aduerſa nũc
iam nihil cuncteris extirpare atque abijcere
ab animo, a uerbo, à ſtilo tuo, ſi uis ut te non
ſolũ ad altaria tranſiſſe catholica, ſed uere ca
tholicũ eſſe gaudeamus. Nã hæc ſi pertinaci
ter ſingula defendantũ, tot hæreſes facere poſ
ſunt, quot opiniones eſſe numerãtur. Quo-
circa cõſidera quã ſit hoc horrendũ, ut oẽs
ſint in uno homine, quæ dãnabiles eſſent in
ſingulis ſingulæ. Sed ſi tu pro eis nulla cõten
tione pugnaueris, imo uero eas fidelib⁹ uer-
bis & literis expugnaueris, laudabilior eris
cenſor in teipſum, quã ſi quẽlibet aliũ recta F
ratione reprehenderis, & mirabilior eorum
emendator, quã ſi nunquã illa ſenſiſſes. Abſit
dñs tuæ menti, & tantam ſpiritui tuo ſpiritu
ſuo, facilitatem humilitatis, lucem ueritatis,
dulcedinem charitatis, pacem pietatis infun
dat, ut uictor tui animi malis eſſe in ueris,
quam cuiuſlibet contradicentis in falſis. Ab-
ſit aũt ut te arbitreris hæc opinãdo a fide ca-
tholica receſsiſſe, quanuis ea fidei ſint aduer
ſa catholicæ, ſi coram Deo cuius in nullius
corde oculus fallitur, ueraciter te dixiſſe reſi
piſcis, non te tibi non eſſe credulũ, probari
ea quæ dixeris pone, ac ſtudere te ſemper ẽt
propriam ſententiam non tueri, ſi improba-
bilis detegatur, eo quod ſit tibi cordi, pro-
prio damnato iudicio meliora magis & quæ
ſint ueriora ſectari. Iſte quippe animus ẽt in
dictis ꝑ ignorãtiã nõ catholicis, ipſa eſt cor-
rectionis præmeditatione ac p̃paratione ca-
tholicus

tholicus. Sed iste sit modus huius uoluminis, vbi requiescat paululum lector, ut ad ea quæ sequuntur, eius intentio ab alio renouetur exordio.

Libri tertij finis.

G

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de anima & eius origine, ad Vincentium Victorem, Liber quartus.

Cap. I.

ACcipe nunc iam etiã de me ipso q̃ tibi dicere cupio, si possim, hoc est, si ille donauerit, In cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Reprehendisti enim me bis numero, exprimens ẽt meũ nomen. Et cũ te in principio libri tui imperitiæ tuæ admodũ consciũ, & doctrina & adminiculo destitutum, me vero vbi nominasti doctissimum ac peritissimũ dixeris: tñ quibus in rebus tibi uisus es nosse, quod ego uel nescire me fateor, uel quãuis nesciã scire ꝑsumo: libertate qua oportebat, non tñ senem iuuenis, & Epm laicus, verumetiã hoiem tuo iudicio doctissimũ ac peritissimũ non dubitasti reprehẽdere. Ego aũt & me doctissimũ ac peritissimũ nescio, imo vero me nõ esse certissime scio. H Et fieri posse non ambigo, vt aliquid imperito & indocto cuipiã scire cõtingat, qđ aliquis laicus doctus & peritus ignorat. Et in hoc te plane laudo, ꝙ veritatem etsi nunquã percepisti, certe quã putasti, homini ꝓtulisti. Ideo quidẽ temere quia existimasti scire te quod nescis: sed ideo libere, quia personam nõ veritus, elegisti aperire qđ sentis. Vnde te intelligere oportet, quãto esse nobis debeat cura maior, dñicas oues reuocare ab erroribus, si & ouibus turpe est uitia pastorũ, si qua cognouerunt, eisdẽ occultare pastoribus. O si illa reprehẽderes mea, q̃ ista reprehensione sunt digna. „ Neq;.n. negare debeo, „ sicut in ipsius moribus, ita multa esse in iam „ multis opusculis meis, quæ possint iusto iu- „ dicio, & nulla temeritate culpari. Ex quibus aliqua reprehenderes, illic & tibi fortassis ostenderem, qualem te esse, in quibus nõ perperam, reprehenderes vellem, meque tibi iuniori maior, & præpositus subdito, correctionis exemplum, quanto humilius, tanto salubrius exhiberem. Sed ea in me reprehendisti, quæ non corrigere humilitas, sed partim fateri, partim defendere ueritas cogit.

Cap. 2.

I Hæc aũt sunt, unum, ꝙ de origine animarũ, quæ post primum hominẽ datæ sunt, vel dantur hominibus, non sum ausus aliqd definire, quia fateor me nescire. Alterum, ꝙ animam scire me dixi spũm esse, nõ corpus. Sed in hoc altero duo reprehendisti, Vnũ, ꝙ nõ eã crederẽ corpus esse. Alterũ ꝙ eã spm̃ crederẽ. Tibi.n. videtur & corpus esse animã, & non esse spiritum. Audi igitur purgationem meam contra reprehensionem tuã, & ex hac occasione qua me tibi purgo, in teipso disce quæ purges. Recole uerba libri tui, vbi me primitus nominasti, Scio, inquis, plerosque & facile peritissimos uiros, insuper & cõsultos tenuisse silentium, aut nihil expressius elocutos, cũ definitionẽ disputationibus suis inchoata expositione subtraherẽt, sicuti nũc nuper apud te Augustini doctissimi uiri prędicatique Episcopi comprehensum literis lectitaui: modestius quidem ut reor, ac verecũdius huiusce rei arcana rimantes, intra seipsos tractatus sui deuorasse iudiciũ, neque se posse exhinc aliquid determinare professos. Sed mihi crede, satis superq; uidetur absurdũ atq; incongruũ rationi, vt homo ipse expers sui sit, aut is qui rerum omniũ creditur adeptus esse notitiã, sibiipsi habeatur ignot⁹. Quid aũt differt hõ a pecore, si nescit de sua qualitate, naturaq; disquirere atq; disserere, K vt merito in illũ conueniat qđ scriptum est, Homo cũ esset in honore non intellexit, assimilatus est iumẽtis, & cõparatus est eis. (Psal. 48.) Nã cũ deus bonus nihil nõ rõne ꝯdiderit, ipsũq; hoiem aĩal rõnale, intellectus capacẽ, rõnis compotẽ, sensũq; uiuacẽ, qui omni rationis experientia, prudentique ordinatione distribuat, procreauit, quid tam inconuenienter dici potest, quã vt eum sola sui notio ne fraudauerit. *Qui oĩa rõnis experiẽtia, prudẽti.* Et cũ sapiẽtia mũdi, quæ sese, vsq; ad ueri cognitionem ordinatione, &c. superuacua qdẽ inuestigatione protẽdit, qa scire nequit per quem licet, quæ sunt vera cognosci, aliqua tamẽ uicina, imo affinia ueritati tentauerit super animę naturæ despicere: quam indecens atque pudendum est, religiosum quenquam de hocipso aut nihil sapere, aut

penitus ſibi interdixiſſe ne ſapiat. Iſta tua noſtræ ignorantiæ diſertiſsima & luculentiſsima caſtigatio, omnia quæ ad naturā hominis pertinēt, ſic te ſcire cōpellit, ut ſi eorum aliquid ignoraueris, nō meo, ſed tuo iudicio pecorib. cōpareris. Quāuis. n. nos inſignius videaris attingere, eo qđ dixiſti, Homo cū eſſet in honore nō intellexit: q̧a in quo tu nō es, honore ſumus Eccleſiæ, tñ etiā tu in eo es honore naturæ, ut pecoribus p̃feraris. Quibus ſecundum tuum iudiciū comparandus es, ſi aliquid eorū quæ ad naturā tuā conſtat pertinere, neſciueris. Neque. n. eos aſperſiſti hac reprehēſione tantummodo qui hoc neſciunt quod ego neſcio, hoc eſt, humanę animę originem: quam quidem non penitus neſcio, ſcio enim deum flauiſſe in faciem primi hominis, factumq; eſſe hominem in animam uiuam, quod tamen niſi legiſſem, per meipſum ſcire nō poſſem. Sed dixiſti. Quid autē homo differt a pecore, ſi neſcit de ſua qualitate naturaq; diſquirere atq; differere? Quod ſenſiſſe ita uideris, tanquā de uniuerſa ſua qualitate atq; natura ſic homo diſquirere atq; differere debeat, ut nihil eū ſui lateat. Quod ſi ita eſt, iā te pecoribus comparabo, ſi mihi non reſponderis tuorum numerum capillorum. Si autē quantumcunque proficiamus in hac uita, aliqua nos ad noſtram naturam pertinentia neſcire concedas, quæro id quantum quatenusq; concedas, ne forte & hoc ibi ſit, ꝙ animæ noſtræ non omnimodo ſcimus originē: quamuis quod ad ſalutē pertinet fidei, diuinitus animā datam, eamque non cuius deus eſt eſſe naturæ, remotis ambagibus nouerimus. An forte hactenus putas naturā ſuā cuiq; neſciendā, quatenus eā tu neſcis, hactenus ſciendā, quatenus eam tu ſcire potueris, ut ſi paulo amplius te quis neſcierit, eū pecoribus cōpares, ꝙ ſcientior illo eſſe potuiſti, atq; ita ſi quis eā paulo plus te ſcierit, eadem iuſtitia te ille pecoribus cōparabit? Dic ergo quatenus nobis naturā nr̃am neſcire cōcedas, ut a pecoribus ſalua ſit noſtra diſtantia. Et conſidera tñ ne plus a pecoribus diſtet, qui eius aliq̇d neſcire ſe ſcit, quā qui ſe putat ſcire qđ neſcit. Natura certe tota hoīs eſt ſpiritus, anima & corpus. Quiſq̧s ergo a natura humana corpus alienare vult, deſipit. Medici tñ q̧ appellātur anatomici, per mēbra, per uenas, per neruos, ꝑ oſſa per medullas, per interiora uitalia etiā uiuos homines, quandiu inter manus rimātium uiuere potuerunt, dificiendo ſcrutati ſunt, ut naturā corporis noſſent. Nec tñ nos quia iſta neſcimus pecoribus cōpararunt. Niſi fortè dicturus es, eos pecoribus cōparandos qui animæ naturā, non qui corporis, neſciunt. Non ergo ita p̃loqui debuiſti. Neq; . n. aiſti, Quid differt homo a pecore, ſi neſcit de animæ ſuę qualitate atq; natura: ſed aiſti, ſi neſcit de ſua qualitate naturaq; diſquirere atq; differere. Qualitas utiq; noſtra, & natura noſtra cū corpore computatur, quanuis de his quibus cōſtamus, ſingillatim ſingulis differatur. Verū ego quam multa poſsim de hominis natura ſciētiſsime diſputare, ſi explicare uelim, plura uolumina implebo, multa me tamē ignorare confiteor.

Tu aūt quo uis pertinere quod in ſuperiore libro de flatu hoīs diſputauimus, Vtrū ad animæ naturā, quia ipſa id agit in homine: an ad corporis, qđ ab ea mouetur ut id agat: an ad huius aeris, cuius reciprocatu id agere declaratur: an potius ad oīa tria, ad animā. ſ. quę corpus mouet, & ad corpus qđ motu flatū recipit atq; reddit, & ad aurā iſtā undique circunfuſam, q̄ intrādo alit, releuat exeūdo. Et tñ hoc literatus homo atq; facundus utiq; neſciebas, qñ credebas, dicebas & ſcribebas, & in cōuentu multitudinis cōgregatæ, legebas, & de natura noſtra ytrē inflare, & naturā noſtrā in nos minus nihil habere: cū hoc unde faciamus, facillime poſſes, non diuinas & humanas paginas ꝑſcrutādo, ſed in te aduertēdo noſſe cū uelles. Qūo igitur tibi committā ut me doceas de origine animarū, qđ me neſcire cōfiteor, qui qđ tuis naribus atq; ore ſine intermiſsiōe facis, unde facias ignorabas? Et præſtet dñs ut a me cōmonitus, cedas potius quā reſiſtas tā in prōptu poſitæ atque aꝑtiſsimæ ueritati. Nec de utre inflando ſic interroges pulmōes tuos, ut eos aduerſus me habere malis inflatos, quā eis acquieſcere te docētibus, & rñſum tibi uerum, non loquendo & altercando, ſed ſpirādo & reſpirādo reddentibus. Proinde ignorātiam meam de origine animarum te corripientem atque obiurgantem, non moleſte ferrem, imò inſuper & gratias magnas agerem, ſi eā mihi

non solũ duris ꝑcuteres cõuitijs, sed veris ẽt
excuteres dictis. Si.n. me posses docere qđ
nescio, nõ solũ te verbis, sed & pugnis cædẽ
tem deberem patientissime sustinere.

C.4. Nã fateor dilectioni tuæ, quantũ attinet
ad istã qõnẽ, vnũ de duobus valde cupio nos
se si possim uel de aiarũ origine, qđ ignoro,
C vel vtrũ pertineat ad nos hoc nosse cũ hic vi
uimus. Quid si.n. ex illis rebus est, de quibus
nobis dr̃, Altiora te ne q̃sieris, & fortiora te
ne scrutatus fueris, sed quæ ꝑcepit tibi dñs
illa cogita semꝑ? Verũ hoc nosse cupio, aut
ab ipso deo sciente qđ creat, aut ẽt ab aliquo
docto sciente quod dicat, nõ ab hoie nesciẽ
te quod anhelat. Infantiã suã quisq; non reco
lit, & putas hoiem nisi deo docente posse co
gnoscere, vnde in matris vtero uiuere cœpe
rit, præsertim si usqueadeo illũ adhuc lateat
humana natura, vt non solũ quid intus ha
beat, uerumetiã quid ad eã forinsecus acce
dat, ignoret. Itane dilectissime tu me doce
bis aut quenquã, vnde hoies nascẽtes animẽ
tur, qui nesciebas adhucusq; vnde uiuentes
sic alantur, ut illo alimento paululũ subtra
cto cõtinuo moriantur? Tu me docebis aut
quenquã, unde hoies animentur, qui nescie
bas adhucusq; vnde utres qñ inflantur, im
pleantur? Vtinã quemadmodum nescis unde
origo sit animarũ: sic ego saltẽ scirẽ utrũ mi
hi in hac uita sciendũ esset. Si.n. ex illis est al
tioribus, quæ inqrere scrutariq; ꝓhibemur,
timendũ est ne hoc non ignorando, sed quæ
D rendo peccemus. Neq;.n. ꝑ pea non esse de il
lis altioribus putare debemus, quia nõ ad dei
naturã ꝑtinet, sed ad nostrã. Quid ꝙ nonnul
la in operibus dei, q̃ ipse deus inquantũ co
gnosci põt, difficilius cognoscũtur? Nã didi
cimus deũ esse trinitatẽ: quot aũt animalium
genera creauerit, saltẽ terrestriũ, quæ in arcã
Noe intrare potuerunt, adhucusq; nescim⁹.
Nisi hoc tu iã forte didicisti. In libro etiã Sa
pientiæ scriptũ est, Si.n. tm̃ potuerunt uale
re vt possent æstimare seculũ, qũo eius dñm
non facilius inuenerũt? An qa hoc intra nos
est, iõ non altius nobis est? Interior.n. est ani
mæ nostræ natura q̃ corpus. Quasi uero cor
pus ipsum nõ facilius nosse potuerit anima
extrinsecus per oculos ipsius corporis, q̃ in
trinsecus per seipsam. Quid.n. est in intesti
nis corporis vbi non est ipsa? Et tamen etiam
quæq; interna atq; vitalia oculis corporis in
quisiuit, & quicqd ex eis discere potuit, per
oculos corporis didicit. Et certe ibi erat etiã
qñ illa nesciebat. Et cũ uiscera intrinsec⁹ nr̃a
non possint sine aĩa uiuere, facilius ea potuit
anima uiuificare quã nosse. An forte ad eius
cognitionẽ altius illa est corpus eius quã ip
sa, & ideo si uelit inquirere atq; disserere, qñ
semen hoĩs cõuertatur in sanguinẽ, qñ in so E
lidã carnẽ, qñ ossa durari, qñ incipiãt medul
lari: quot sint genera uenarũ atq; neruorum,
qbus discursibus & anfractibus uniuersum
corpus illæ irrigẽt, illi alligẽt: utrũ in neruis
deputãda sit cutis: utrũ in ossibus dentes, di
stãt.n.ꝙ medulla carent: & qd ab utrisq; dif
ferant ungues; qm̃ his duricia similes sunt:
ꝑcidi aũt & crescere, cõe illis est cũ capillis:
quisnã sit usus uenarũ, nõ sanguinis, sed ae
ris quas arterias vocant, hæc atq; huiusmodi
de natura corporis sui, si aĩa nosse desideret,
tũc certẽ dicendũ est homini, Altiora te ne
q̃sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: si au
tẽ de sua origine qđ nescit, inquirat, non est
altius neq; fortius, quã ut id possit apprehẽ
dere: & absurdũ existimas atq; incongruũ ra
tioni, ut nesciat anima, utrũ nã diuinitus in
sufflata sit, an de parẽtibus tracta, cũ hoc iam
ꝑteritũ non meminerit, & inter illa deputet,
quæ irreuocabiliter, sicut infantiã, & cætera
recentis ab utero ætatis oblita est, si tñ cum
sensu eius aliquo factũ est qñ factum est: nec
putas absurdũ atq; incongruũ, ut corpus si
bi subditũ nesciat, & qđ non est de prӕteritis
eius, sed de præsentibus ꝓrsus ignoret, vtrũ
venas moueat ut uiuat in corpore: neruos au F
tem, ut membris corporis operetur, & si ita
est, cur neruos non moueat, nisi uelit: pulsus
autem uenarum etiã si nolit, sine intermissio
ne agat. de qua parte corporis cæteris domi
netur, quod ἡγεμονικὸν vocãt, vtrũ de corde,
an de cerebro, an dispertitis de corpore moti
bus de cerebro sensib⁹, an de cerebro & sensi
bus & uolũtariis motibus, de corde aũt non
volũtariis uenarũ pulsibus: & si de cerebro il
la duo facit, cur sentiat, & si nolit, mẽbra ve
ro nõ moueat nisi uelit? Cũ igit̃ hæc in cor
pore nisi ipsa nõ faciat, cur nescit qđ facit,
vel vñ facit? Nec ei turpe est ista ꝙ nescit, &
turpẽ esse existimas, si nesciat vñ uel qũo fa
cta sit, cũ seipsa nõ fecerit? Animã vero nulli

Ecclesiastici. 13.

sciunt q̃uo hæc, & vñ agat in corpore, iõ ad altiora ac fortiora id pertinere non putas?

Cap. 6.

At ego hic tibi maiorẽ moueo q̃onẽ, cur pau cissimi nouerint vñ agant, qđ oẽs agũt? Fortasse dicturus es, Quia illi didicerũt artẽ anatomicã vel empiricã, quas medicinalis continet disciplina, q̃ pauci assequunt. G Cæteri vero ista discere noluerunt, cũ potuissent si vtique uoluissent. Vbi omitto dicere, cur multi conẽtur discere ista nec possint, q̃a tardo, qđ multũ mirũ est, impediunt ingenio, ea discere ab aliis, q̃ aguntur ab eis ipsis, & in eis ipsis. Sed hęc ipsa est maxima quæstio, cur arte non mihi opus sit, vt esse in cœlo solẽ sciã, & lunã, & alia sydera, & arte mihi opus sit, ut sciã q̃ñ digitũ moueo vnde incipiã, a corde, an a cerebro, an ab utroq;, an a neutro. Et doctore non egeã, ut sciã quid sit tã longe altius super me: ab alio aũt homine discere expectẽ, unde agatur a me quod agitur in me. Nã cũ in corde cogitare dicamur, & qđ cogitamus, nullo alio homine scẽte sciamus, ipsum tñ cor vbi cogitamus, nescimus in qua parte corporis habeamus, nisi ab alio discamus q̃ nescit qđ cogitamus. Nec ignoro cũ audimus, ut ex toto corde diligamus deũ, nõ hoc dici de illa particula carnis nostræ q̃ sub costis latet, sed de illa ĩ qua cogitationes fiũt. Quæ merito appellãt hoc nomine, q̃a sicut motus nõ cessat in corde, vñ se pulsus diffundit vsquequaq; uenarũ, ita nõ q̃escimus aliquid cogitando versare. Verũtamẽ cũ omnis sensus ab anima insit corpori, cur ẽt in tenebris & oculis clausis, sensu corporis q̃ uocat tactus, mẽbra forinsecus nr̃a numeremus: H ipsius aũt animæ interiore p̃sentia, qua cũctis quæ uiuificat atq; animat p̃sto est, nulla intrinsecus nr̃a uiscera nouerimus, non medicos empiricos, nec anatomicos, nec dogmaticos, nec methodicos, sed hominẽ scire arbitror neminẽ. Et quisq̃s fuerit conatus hæc discere, nõ frustra ei dr̃, Altiora te ne q̃sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. *Ecclesiastici. 3.* Neq;.n. altiora sunt q̃ potest nostra statura cõtingere, sed q̃ potest nostra coniectura comprehendere, & fortiora quam potest vis humani ingenij penetrare, & tñ non est cęlũ cęli, non dimensio syderũ, non modus maris atq; terrarum, non infernus inferior. Nos sumus qui nos cõprehendere non ualemus, Nos modulum scientiæ nostræ altiores fortioresq; superamus. Nos nõ possumus capere nos, & certe nõ sumus extra nos. Nec ideo cõparãdi pecoribus, q̃a id qđ sumus nõ penitus inuenim⁹: & cõparandos nos pecoribus putas, si qđ fuimus obliti sumus, si tñ id aliq̃ñ noueramus. Neq;.n. nũc anima mea trahit ex parẽtibus aut insufflat a deo. Vtrũlibet horũ fecerit: tũc fecit, q̃ñ me creauit, nõ ẽt nũc de me, uel in me facit. I Actũ illud atq; transactũ est, nec p̃sens mihi est nec recens. Ne id quidem scio vtrũ id scierim, oblitusque sim, an uero nec tũc q̃ñ factũ est, id sentire ac nosse potuerim.

Cap. 7.

Ecce modo dũ sumus, dũ uiuimus, dum nos uiuere scimus, dũ meminisse nos, & intelligere & uelle certissimi sumus, q̃ nos naturæ nr̃æ magnos cognitores esse iactamus, q̃d ualeat memoria nostra, vel intelligẽtia, vel uoluntas, omnino nescimus. Amicus quidã meus iã indẽ ab adolescentia, Simplicius nomine, hõ excellẽtis mirabilisq; memoriæ, cũ interrogatus eẽt a nobis, quos uersus Virgilius in omnibus libris supra ultimos dixerit, continuo, celeriter memoriterque rñdit. Quæsiuimus ẽt superiores ut diceret, dixit, Et credimus eũ posse retrorsum recitare Virgiliũ. De quocũq; loco uoluimus, petiuimus vt faceret, fecit. Prosa ẽt de quacunq; oratione Ciceronis, quã memoriæ cõmẽdauerat, id eũ facere uoluimus, quantũ uoluimus sursum uersus secutus est. Cũ admiraremur, testatus est deum, ne scisse se hoc posse ante illud experimentũ, ita quantũ ad memoriã attinet, tunc se eius animus didicit, & q̃ñcunque discere nisi tentando & experiẽdo non posset. K Et utiq; antequã tẽtaret, idẽ ipse erat. Cur se igit̃ nesciebat? Sæpe nos p̃sumimus aliq̃d memoria retẽturos, & cũ id putamus, nõ scribimus: nec nobis postea cũ uolumus uenit in mentẽ, nosq; pœnitet credidisse uẽturũ, uel literis nõ illigasse ne fugeret, & subito rursus cũ id non q̃ramus, occurrit. Nunquid nos nõ eramus, q̃ñ id cogitabam⁹? Nec tñ hoc sumus qđ fuimus, q̃ñ id cogitare non possumus. Quid est ergo qđ nescimus? Q̃uo subtrahimur negamurque nobis? Itaque nescio quomodo p̃ferimur ad nos, reddimurq; nobis, quasi alij simus, & alibi simus, q̃ñ q̃rimus, nec inuenimus quod in memoria nostra posuimus: neq; nosipsi ad nosipsos ueli

ti alibi positos peruenire possimus, & tunc perueniamus qñ inuenimus. Vbi.n. q̄rimus nisi apud nos? Et q̄d quærimus nisi nos? qua si nō simus in nobis, & aliquo mō recesserimus a nobis. Nōne attēdis, & exhorrescis tātā ꝓfunditatē? Et q̄d est hoc aliud q̄ nr̄a natura, nec qualis fuit, sed qualis nūc est? Et ecce magis quærit q̄ cōprehendit. Sæpe mihi ꝓpositā q̄ōnē putaui me intellectum, si inde cogitarē, Cogitaui, nec potui. Sępe nō putaui, & tñ potui. [L] Vires itaq; intelligentiæ meæ nō sunt mihi utiq; cognitæ, & credo q̄a nec tibi. Sed me contēnis forsitan cōfitētē, & ꝑꝑ hoc quoq; pecorib. cōparabis. Ego autē monere, uel si nō dignaris, certe admonere non desinā, vt agnoscas potius cōem infirmitatē, in qua uirtus ꝑficitur, ne pro cognitis incognita ꝑsumendo, ad ueritatē ꝑuenire nō possis. Puto.n. esse aliq̄d, qđ & tu intelligere q̄ris, nec potes, nec tñ quæreres, nisi te posse sperares. Ac per & tu uires intelligētiæ tuę nescis, q̄ naturæ tuæ scientiā profiteris, nec mecū ignorantiā confiteris. Quid dicā de uoluntate, vbi certe liberū a nobis p̄dicatur arbitriū? [Ioan 13.] Nempe beatissimus Apostolus Petrus uolebat ꝓ dn̄o animā ponere. Planē uolebat, Neq;.n. deū id pollicēdo fallebat, sed quātas uires haberet, uoluntas ipsa nesciebat. Proinde uir tātus qui filiū dei esse cognouerat, se latebat. Scimus nos itaq; aliq̄d uelle, seu nolle, sed uoluntas nostra etiam cum bona est, quantū ualeat, quantas uires habeat, quibus tentationibus cedat, quibus non cedat, si nō nos fallimus, fili dilecte nescimus.

[Cap. M] Vide igitur q̄ multa non ꝑterita, sed præsentia de natura nr̄a, nec tm̄ qđ ad corpus, verumetiā quod ad interiorē hominem ꝑtinet ignoremus, nec tamen pecoribus cōparemur. Et tu, q̄a præteritā originē aīæ meæ non omnino nescio, sed non plene scio, nam scio mihi datam esse a deo, nec tñ eē de deo, tanto me conuitio dignum putasti. Et quanto possum de natura spiritus & animæ nostræ cōmemorare omnia quæ nescimus? Vbi potius exclamare debemus ad deū, quod ille exclamauit in Psalmo, [Psal. 38] Mirificata est sciētia tua ex me, inualuit, non potero ad illam. Cur enim adiecit, ex me, nisi quia ex seipso quam incomprehensibilis esset dei scientia conijciebat, quandoquidem seipsum comprehendere non ualebat? Rapiebat Apostolus in tertium cœlū, & audiebat ineffabilia uerba, quę non licet homini loqui, & vtrum in corpore hoc illi accidisset, an extra corpus, nescire se dicit, nec a te cōparari pecoribus ꝑtimescit. [2.Co.12] Sciebat se spūs eius esse in tertio cœlo, esse in paradiso, & vtrū esset ī corpore nesciebat. Et utiq; tertiū cęlū, & paradisus nō erat ipse Apostolus Paulus, Corpus uero eius & anima atq; spūs eius ipse erat. [A] Ecce sciebat magna, alta atq; diuina quæ ipse nō erat, & hoc nesciebat quod ad naturā ipsius pertinebat. Quis in tanta occultarum rerum scientia, tā tam sui ipsius ignorantiā non miretur? Quis postremo crederet, nisi qui nō fallit, hoc diceret, Quid oremus sicut oportet nescimus: [Rom. 8.] vbi esse nostra maxime dēt intentio, vt nos ī ea quæ ante sunt extendamus: & me si in eis quæ retro sunt, aliquid de mea origine oblitus sum, pecoribus cōparas, cū audias eundē Apostolū dicentē, Quæ retro oblitus, in ea q̄ añ sunt extentus, scđm intētionē sequor ad palmā sūpnæ uocationis dei ī Christo Iesu? [Philip. 3]

[Cap. 9: Rom: 8.] An forte ēt hoc quia dixi, Quid oremus sicut oportet nescimus: irridendū me arbitraris, & irrationalibus similē animantibus iudicas? Et forte tolerabilius. Cū.n. recto sanoq̄ue iudicio futura nostra præteritis præferamus, & orō nobis nō ꝑꝑ qđ fuimus, sed ꝑꝑ quod erimus sit necessaria, multo est utique molestius nescire q̄d oremus, q̄ quemadmodū exorti fuerimus. [B] Sed ueniat tibi in mentē vbi hoc legeris, uel relegendo recole, & noli ī me huius cōuitij lapidē iacere, ne ad quē non uis, ꝑueniat. [Rom. 8.] Ille ipse q̄ppe doctor gentium Apostolus dixit, Quid.n. oremus, sicut oportet nescimus. Qđ non tantum uerbo docuit, sed suo quoq; demonstrauit exēplo, Nā contra vtilitatē & salutis suæ perfectionē nesciēs orabat, vt discederet ab eo stimulus carnis quem sibi datū dixit, ne magnitudine reuelationum suarum extolleretur. [2.Co.12] Et quia illū dominus diligebat, non fecit quod ignoranter petebat. Sed tamē ubi ait. Quid.n. oremus sicut oportet nescimus; mox adiunxit, [Rom. 8.] Sed ipse spiritus interpellat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid spiritus sapiat, quia secundum deum interpellat pro sanctis.i. interpellare facit sanctos. Ille vtiq; spūs quem deus misit in corda no-

da nostra, clamantē abba pr̃, & in quo clamamus abba pr̃, vtrunq;.n.dictum: & accepisse nos spiritū clamantē, abba pr̃, & in quo clamemus, abba pr̃, vt exponeret q̄uo dixit clamantē hoc est clamare facientē, vt ipso faciēte clamemus. Doceat ergo & hoc me qn̄ uoluerit, si hoc mihi expedire nouit, ut sciā vnde scd̄m animā originē ducam. C Sed ille hoc me doceat spiritus, qui altitudinē dei scrutatur, non homo qui spūm nescit, vnde vter inflatur. Absit tn̄ ut ego hinc te pecoribus comparē. Non.n. hoc quia nō poteras, sed q̄a non aduerteras, nesciebas. Verū tu fortasse quamuis altiora sint, quæ de animarū origine req̄runtur, q̄ est unde ducimus & reddimus flatū, tn̄ eadē altiora de scripturis sanctis te didicisse confidis, de quibus per fidē didicim⁹, quæ nulla possent humana ingenia inuestigare. Nā longe vtiq; præstantius est, nosse resurrecturam carnem, ac sine fine victurā, q̄ quicquid in ea medici scrutādo discere potuerunt, qđ in illo sensu anima percipit, cū p̄sentia sua vegetet cūcta quæ nescit. Et longe est melius nosse animā, q̄ in Christo renata & renouata fuerit, in æternū beatā futurā, q̄ quicquid de illius memoria, intelligentia, uoluntate nescimus. Hæc aūt quæ dixi p̄stantiora atq; meliora nullo mō nosse valerem⁹, nisi diuinis crederemus eloquijs. His eloq̄js fidere te fortasis existimas, ne de origine aīarū sententiā definitā proferre cūcteris. Primū si ita esset, nō ipsi humanæ naturæ tribuere debuisti, quod scit homo de sua qualitate atq; natura disquirere atq; disserere, sed Dei D muneri. Dixisti enim, Quid differt hō a pecore, si hoc nescit? Quid igiē opus est aliquid legere vt hoc sciamus, si eoipso quo a pecore distamus, iā hoc scire debemus? Sicut enim nihil mihi legis vt me uiuere sciā, habet.n. natura mea, ut hoc nescire non posim: ita & si illud scire naturæ est, cur mihi de hac re p̄fers quibus credā, testimonia scripturarum? Nunquid soli distant a pecore qui eas legūt? Nonne ita creati sumus vt distemus a pecoribus, & antequam ad aliquas literas peruenire posimus? Quid est quæso quod tātum naturæ arrogas, ut eoipso ꝙ distat a pecore, iam norit de origine animarum disquirere atque disserere: & rursus eam sic facis huius cognitionis expertem, vt hoc scire humanitus nequeat, nisi diuinis testibus credat?

Cap. Deinde & in hoc falleris, Nam diuina testimonia quæ ad istam quæstionē soluēdam referre uoluisti nō id aperiunt. Aliud est qđ illa demonstrant, sine quo uere non possumus pie uiuere, ꝙ.s. animarū nostrarū deum habeamus datorem, creatorē, formatorē. Sed q̄uo id faciat, vtrū nouas eas flādo, an de parentibus trahendo nō exprimunt, nisi de illa E una, quam primo homini dedit. Lege diligēter, quod scripsi ad fratrē nostrū dei seruum Renatū, Ibi.n. quia id ostendi, nō fuit necesse & hic scribere. Velles aūt me definire qđ ipse definisti, vt in tales angustias ꝯtruderer, in quales ipse cōtrusus, aduersus catholicā fidē tot & tāta locutus es, tu eas si fideliter atque humiliter recolas, atq; cōsideres, uideas p̄fecto quantū tibi p̄fuisset, si scisses nescire qđ nescis, & quātū tibi p̄sit, si uel nūc scias. Nā si intelligentia tibi placet in natura hoīs, qm̄ reuera si eā nō haberet, nihil quantū ad animas p̄tinet, a pecoribus distaremus, intellige q̄d non intelligas, ne totū nō intelligas, Et noli despicere hominem, qui vt ueraciter intelligat qđ non intelligit, hoc se nō intelligere intelligit. Vnde aūt dictū sit ī sacro Psalmo, Homo in honore cū esset nō intellexit, Psal. cōparatus est pecoribus insensatis, & similis factus est illis: lege & intellige, vt hoc opprobriū humiliter potius ipse caueas, q̄ superbe alteri obijcias. De his.n. dictū est, qui istā uitā solam deputant uitā, secundū carnem uiuentes, & post mortē nihil sperantes veluti pecora: nō de his qui neq; negāt se scire qđ sciunt, & cōfitentur se nescire qđ nesciūt, & potius intelligunt hanc infirmitatē suam, q̄ F de sua uirtute confident. Non itaque displiceat præsumptioni tuæ iuuenili, meus senilis timor fili, Ego enim si hoc quod de animarum origine quærimus, nec deo nec aliquo spiritali hoīe docente scire potuero, paratior sum defendere, q̄ recte etiā hoc deus, sicut alia multa nos scire noluerit: quam temere dicere qđ aut ita sit obscurū, ut hoc nō solū ad aliorum intelligentiam perducere nequeam, sed nec ipse intelligam: aut certe etiā hæreticos adiuuet, qui propterea persuadere conantur ab omni noxa puras esse animas paruulorum, ne scilicet eadem noxa in authorem Deum recurrat & redeat, ꝙ insontes

tes animas,quibus nec lauacrũ regenera tionis subuenturum esse præsciuit,dando carni peccatrici esse cõpulerit peccatrices, nulla baptismatis gratia subuentura, qua liberẽtur a dãnatione perpetua,Qñquidẽ innumerabiles animæ infantiũ antequã baptizentur, de corporibus exeunt. Absit.n.ut hoc uolens diluere,dicã q̃ ipse dixisti,Quòd anima per carnẽ meruerit inquinari & esse peccatrix, nullũ habeus ante pct̃m, quo recte id meruisse dicat̃. Et ꝙ etiã sine baptismo originalia peccata soluantur. Et ꝙ regnũ quoque cęlorum nõ baptizatis in fine tribuatur. Hæc atq; huiusmodi venena fidei,nisi timerẽ dicere,fortasse de hàc re definire aliq̃d non timerem. Quanto melius igitur non separatim de anima disputo & affirmo q̃d nescio:sed q̃d aptissime Apostolũ uideo docuisse, simpliciter teneo, Ex uno homine oẽs homines ire in condemnationẽ qui nascũtur ex Adã,nisi ita renascantur in Christo, sicut instituit ut renascãtur,antequã in corpore moriãtur,quos p̃destinauit ad æternã vitã misericordissim⁹ gratiæ largitor: qui est illis quos p̃destinauit ad æternã mortẽ, iustissimus supplicij retributor,non solũ ꝑꝑ illa q̃ uolentes adijciũt, verumetiam si infantes nihil adiiciant, p̃ter originale peccatum. Hæc est in hac quæstione definitio mea, ut occulta opera dei habeant suum secretum, salua fide mea.

G

Ro. 5.

Ca. 12

Nunc iã quantũ dñs donare dignatur etiã ad illud debeo rñdere,ubi de aĩa loquẽs, nomen meũ iterasti atq; dixisti,Nõ.n.sicut Augustinus peritissimus Ep̃s ꝓfitetur,incorporeã & eãdẽ spũm esse ꝓmittimus. Prius itaq; utrũ aĩa incorporea,sicut ego dixi, an corporea sicut tu,existimãda sit disputemus. Deinde utrũ ẽt ipsa ẜm scripturas nostras dicatur spũs,quãuis etiã proprie spũs nuncupet̃, nõ uniuersa,sed aliq̃d eius. Ac primũ scire uellẽ,corpus q̃d esset definias. Si.n.nõ est corp⁹ nisi q̃d mẽbris carnalibus constat, nec terra erit corpus,nec cęlũ,nec lapis,nec aqua,nec sidera,nec si q̃d hmõi est. Si autẽ corpus est q̃cq̃d maioribus & minoribus suis partibus, maiora & minora spacia locorũ obtinẽtibus cõstat, corpora sunt ẽt ista q̃ cõmemoraui. Corpus est aer,corpus est lux ista visibilis,& oĩa,sicut dicit Apostolus,corpora cęlestia,& corpora terrestria. Sed vtrũ tale aliq̃d sit aĩa, scrupulosissime ac subtilissime q̃rit̃. Verũtñ tu vñ tibi maxime gratulor,deũ corpus non esse ꝯfirmas. Sed me rursus solicitũ facis ubi dicis, Si aĩa caret corpore, ut sit sicut q̃busdã placet,cassę inanitatis,aerea subtilisq; substãtia. His.n.tuis uerbis uideris credere, oẽ q̃d caret corpore,inanis esse substãtiæ. Q̃d si ita est, q̃uo deũ audes dicere carere corpore,nec times ne sequatur inanis eũ esse substantiæ? Porro si & corpore caret deus,q̃d iã cõfessus es,& eũ inanis esse substãtiæ, absit ut dicas, Non ergo inanis substãtiæ est,quicq̃d corpore caret. Et ideo qui incorporeã dicit esse animã,non est cõsequẽs ut eã uelit uideri inanis futilisq; substãtiæ, q̃a & deũ qui non est inane aliq̃d,simul incorporeũ confitetur. Vides autẽ quantũ intersit inter id q̃d dico, & q̃d tu me existimas dicere. Ego.n.nec aereæ substantiæ animã dico, alioq̃n corpus esse confiteor, Aer.n.corpus est secundũ oẽs q̃ de corporibus cum loquuntur,q̃d loquantur sciũt. Tu autẽ ꝓpter id q̃d incorporeã dixi animã, non solũ cassæ inanitatis,sed ob hoc aeream me putasti eã dixisse substantiã, cũ & corpus eã non esse dixerim q̃d est aer,& q̃d aere impletur,inane eẽ nõ possit. Q̃d nec vtres tui te admonere potuerũt.Quid. n.aliud in eos, nisi aer qñ inflãtur,arctatur? Qui usqueadeo inanes non sunt, ut eadẽ plenitudine etiam pondera sufferant.Quod si forte aliud tibi videtur esse flatus, aliud aer:cũ aer motus ipse sit flatus, q̃d & flabello agitato doceri põt, certe uasa quælibet cõcaua q̃ putas inania,ut plena esse cognoscas,ab ea parte qua implentur,deprime in aquã,& uide ꝙ nihil humoris possit intrare repellente aere, quo plena sunt.Cũ autẽ ore sursum uersus collocãtur, siue ex latere,tunc recipiunt liquorẽ, si quis infunditur uel ingreditur, exeunte atq. euadente aere,qua exitus patet. Hoc p̃senti facilius posset demõstrari facto quã scripto, Sed nõ est hic diutius immorãdum,cum siue intelligas aeris naturã eẽ corporeã,siue nõ intelligas, me tñ putare non debes uel aeream dixisse animã, sed oĩno incorporeã, Q̃d & tu esse confiteris deum, quem dicere non audes inane esse aliquid, sed negare non potes omnipotentis & immutabilis esse substantiæ. Cur ergo metuimus,ne sitcassæ inanitatis anima,si sit incorporea,cum deũ incorporeum

H

1.Co.15.

I

K

reum

reum fateantur esse,nec eum cassę inanitatis esse dicamus? Sic itaque potuit incorporeus deus incorpoream creare animam,quemadmodum uiuens viuentem, q̃uis immutabilis mutabilem, & omnipotens lõge imparẽ.

Cap. 13. Spiritus & aĩa. 2. Tes. 5

Cur autem animã nolis esse spiritum,sed corpus eã uelis esse,nõ video. Si.n.ꝑpea spiritus non est, quia distinctè Apostolus nominauit spiritum,dicens. Et integer spiritus vester,& anima & corpus:eadem causa est, cur ea non sit corpus, quia distinctè nominauit & corpus. Si aũt affirmas, qđ & aĩa corpus sit,quãuis distinctè corpore nominato,ꝑmitte ut etiã spiritus sit, quanuis distinctè spiritu nominato. Multo enim magis tibi dẽt uideri anima spũs esse,q̃ corpus,quia spiritum & animam vnius fateris esse substãtiæ: vnius aũt substantiæ animã corpusq; esse nõ dicis. Quo igitur pacto corpus est anima, cũ eius & corporis sit diuersa natura: & spũs nõ est anima, cũ eius & spiritus sit vna eadẽq; natura? Quid qđ ista tua ratione ẽt spiritũ corp⁹ esse cogeris dicere? Alioquin si spũs corpus non est,& anima corpus est, nõ sunt spũs & anima unius eiusdemq; substantiæ. Tu autẽ vtrunq; quãuis duo quædã sentias,vnã fateris habere substãtiã. Ergo & spũs corpus est, si anima corpus est,neq; aliter possunt vnius eiusdemq; esse naturæ. Proinde secũdũ te,illud quod ait Apostolus,Spũs vester & aĩa,& corpus:tria sunt corpora,sed ex his duo, aĩa & spiritus vnius naturę sunt corpora:corpus aũt illud qđ etiã dicitur caro, diuersæ naturæ est. Et ex his trib. vt opinaris corporibus, quorũ unũ diuersę,duo uero sunt unius eiusdemq; substantiæ, constat totus homo, vna quædã res,atq; vna substantia. Ista cum asseras, non uis tñ vt duæ res vnius eiusdẽq; substantiæ.i. anima & spiritus habeant vnũ spũs nomen: cũ duæ res non vnius eiusdẽq;, sed imparis diuersæq; substantiæ.i.anima & corpus habeãt vnũ sicut putas, corporis nomẽ.

Cap. 14.

Sed hoc omitto, ne de nominibus inter nos sit potius controuersia, q̃ de rebus, quis nã sit hõ interior videamus, vtrũ anima, an spiritus,an utrunq;. Sed sicut te scripsisse uideo, hominẽ interiorẽ animã dicis. De hac enim loquebaris,cũ diceres, Et gelante substantia qđ cõprehendi non poterat, efficeret corpus aliud intra corpus naturæ suæ vi & spiramine conglobatum,exindeq; inciperet homo interior apparere,quẽ veluti in forma uaginæ corporalis inclusum,ad similitudinẽ sui deliniauit exterioris hominis habitudo. Deinde infers, flatus ergo dei animam fecit, imo flatus ex deo anima factus est, effigiata substantialis, & secundũ naturã suam corporea,& sui corporis similis, imaginiq; conformis. Post hæc incipiẽs loqui de spiritu;Hęc, inquis, anima quæ ex flatu dei haberet originẽ, sine sensu proprio atq; intellectu intimo esse nõ potuit,qđ & spũs, Sicut ergo video, interiorẽ hominẽ uis esse animã:intimũ, spiritũ, tanq̃ & ipse interior sit animæ,sicut illa corpori. Ita sit, vt quemadmodũ corpus per interiora concaua sua recipit aliud corpus, qđ est anima,sicut putas,sic & anima credẽda sit habere interiora inania,qua corpus tertium receperit spiritum,atq; ita totus homo cõstet ex tribus,exteriore,interiore,intimo. Ita ne nondũ respicis, quãta te absurdissima consequantur, cũ animam conaris asseuerare corporeã? Deinde dic mihi,Quis eorũ renouabitur in agnitionem dei, ẽm imaginẽ eius q creauit illũ? Interior, an intus? Apostolus quidẽ præter interiorẽ & exteriorẽ,nõ video ꝙ sciat aliũ interioris interiorẽ, id est,totius hominis intimũ. Sed elige quẽ volueris, qui renouetur ẽm imaginem dei,qũo hãc recipiet, qui iam sumpsit exterioris imaginẽ? Si.n. per mẽbra exterioris cucurrit interior & gelauit,hoc.n.etiã uerbo usus es, tãquam figmentũ fusile fieret ex forma lutea, quæ de puluere facta est, qũo eadẽ manente forma q̃ impressa illi est uel expressa de corpore,potest reformari ad imaginẽ dei? An duas habebit imagines,a summo quidẽ dei,ab imo aũt corporis: sicut in nummo dicitẽ caput & nauis? An forte dicis ꝙ aĩa cęperit imaginẽ corporis, & spiritus capiat imaginẽ dei:tanq̃ illa continua corpori,& ille sit deo, ac sic ad imaginẽ dei homo ille intimus, non iste interior reformetur? Sed frustra hoc dicis, Nam & si homo ille intimus ita est per animæ omnia mẽbra diffusus, ut illa per corporis, iam etiam ipse per animam cepit imaginem corporis,sicut illa eũ forma formauit,ac ꝑ hoc non habet ubi capiat imaginem dei, manẽte in se ista imagine corporis, nisi quemadmodũ nummus,vt dixi, aliter ex inferiore aliter ex parte

ex parte superiore formetur. Ad ista te absur
da qñ de aïa cogitas, carnalis cogitatio cor-
porũ, uelis nolis compellit. Sed deus ut etiã
ipse rectissime cõfiteris, non est corpus, qũo
igitur capiat eius imaginẽ corpus? Obsecro
te frater vt non conformeris huic seculo, sed
reformeris in nouitate mẽtis tuæ, nec sapias
secundum carnem, quoniam mors est.

15. C Sed, inquis, Si anima caret corpore, quid
est quod apud inferos diues ille cognoscit?
Certe, inqs, nouerat Lazarum, non nouerat
Abrahã. Vñ illi tãto ante tp̃e defuncti Abra
hæ ꝓuenit agnitio? Hæc dicẽs, si agnitionem
hoïs nõ putas ꝓuenire sine corporis forma,
vt noueris teipsum, credo ꝙ assidue speculũ
attẽdis, ne si fueris oblitus faciẽ tuam, nõ te
possis agnoscere. Rogo te quẽ magis hoïum
nouit homo q̃ seipsum, & cuius faciẽ põt vi
dere minus q̃ suã? Quis aũt põt cognoscere
deũ, quẽ tu quoq; incorporeũ esse nõ dubi-
tas, si præter corporis formã, sicut putas, non
põt cognitio prouenire. i. si corpora pñt sola
cognosci? Quis aũt Christianus de tã magnis
difficilimisq; rebus disputans, animũ in ver
ba diuina tã negligẽter intẽdat, vt dicat, si in-
corporea est aïa, necesse est careat forma?
Oblitus es te formã legisse doctrinæ? Ergo
corporea est forma doctrinę. Oblitus es scri
ptũ esse de Christo Iesu antequã hoïem fuis
set indutus, ꝙ in forma dei erat? Qũo ergo
dicis, si incorporea est aïa, necesse est careat
forma, cũ audias formã dei, quẽ non esse cor
poreũ confiteris, & ita loqueris tanquã for-
ma nisi in corporibus esse non possit? Dicis
ẽt cessare illic nomina, ubi nõ distinguitur,
forma, & nihil illic agere appellationem no
minũ, ubi nulla est designatio personarum.
D Hinc uolẽs ꝓbare Abrahę aïam fuisse corpo
reã, qa dici potuit pr̃ Abrahã. Iã diximus ẽt
Gal. 5. ubi corpus nullũ est, esse formã. Si aũt appel
lationẽ nominũ nihil putas agere, vbi nõ sũt
corpora, numera ista noïa q̃so te: Fruct⁹ aũt
spũs est charitas, gaudiũ, pax, longanimitas,
benignitas, bonitas, fides, mãsuetudo, cõtinẽ
[L] [Cap.11.] Si quẽ vero mouet, qđ non oẽs, et de his qui iam vocati sunt, ad secũdã grãm.i.ad recte viuendi donũ peruenire mereãtur, sicut dñs in Euangelio dicit, Multi sunt vocati, [Matt.20] pauci vero electi. Hinc intelligat, quale sit ꝙ contra dei grãm defensare molitur, qui de libero sibi blanditur arbitrio, Quicunq;.n.diuinæ vocationis munere derelicto, ad impiã rursus fluxere perfidiam, ipsis dei grãm desertentibus, ad implendũ qđ voluerant sufficit arbitriũ, Vidit.n. quemadmodũ Psalmista, misericordiarũ dei ordinẽ quem ex Moysi sensu ĩterpretatur Apostolus, prophetici spi- [Psal.80.] ritus veritate decantet, Audi, inquit, populi meus, & testificabor tibi. Quid eos volebat audire, quod cũ testificatiõe loquebat̃. Quid vtique, nisi mandata vitę? Sicut alius propheta dicit, Audi Israel mandata vitæ. Sed quæ sint ista mandata vitæ Psalmista subiungit, [Ibidem.] & sequitur, Ego.n.sum dñs deus tuus, q̃ eduxi te de terra Aegypti. Et hæc esse mandata vitæ, in oratione qua discipulos suos patri dñs commendabat, ostendit dicens. Hæc est .n. vita æterna, vt cognoscant te solum verũ [Ioan.17.] deũ, & quẽ misisti Iesum Xp̃m. Post hãc vo- [M] cationem illud sequitur, quod & uult ad conatus hominũ pertinere, & ostendit sine se non posse cõpleri, hoc est.n.quod dicit Apostolus, Qm̃ ab ipso habemus velle & pficere pro bona voluntate. Ab ipso.n.habemus velle, quia vocat & illuminat: ab ipso perficere, qm̃ ad nos pertinet conari bona, quæ & velle donauit. Nec incaute ab Apostolo cũ dixisset, Quia ab ipso habemus & velle & pficere additũ est, pro bona voluntate, vt et atq; et videant, vbi habeant a dei iustitia liberũ de quo gloriant̃, arbitriũ. Sed illũ ordinem quo misericordias diuersa dñs tẽporũ dispẽsatione distribuit, sicut Moysen dixisse sensit Apost. et in continuata Psalmi huius orone videamus. Quid.n.ait, postq̃ vocatos docuerat dicens, Ego.n.sum dñs deus tuus, q̃ eduxi te de terra Aegypti? Dilata, inquit, os tuũ, & ego adimplebo illud. Hic aliquid rursus apparet homini fuisse seruatũ, quod per liberũ facere debeat arbitrium. Dilatare.n.iubetur os suum, sed deus se implere promittit. Sicut etiam discipulis suis in Euangelio dixerat, Nolite cogitare, qũo aut quid loqua- [A] [Mat.10] mini: non.n.vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, Hoc solum ad illos retulit, ut omnẽ tribulationis necessitatem libẽter pro veritate susciperẽt, penes se autẽ promisit effectum. Libero ergo qui locus seruatur arbitrio, ut sine dei adiutorio ad explendum quid voluerit rationali dignitate suffulta, sibijpsi si non sufficiat humana natura continuo Psalmista ostendit, Et nõ audiuit populus meus vocem meam, [Psal.80.] Et Israel non intendit mihi. Quid dixerat cũ vocaret, Audi popule meus & loquar, Israel & testificabor tibi. Quid testificans commẽdauerat mentibus audientiũ, Dominus deus tuus ego sum. Quid etiam ab ipsis fieri iusserat, quos de terra Aegypti & ignorantiæ tenebris liberatos, in luce mandatorum suorũ splendore vocationis eduxerat? Dilata inq̃t, os tuum. Statimq; quasi diceret, si dilatare te deserente me volueris, nihil proderit ita addidit, & implebo illud. Quid ergo qui vocauerat, & vocatos docuerat, quærula de hisdem voce subiungit, Et non audiuit, inquit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi? Exeat nunc liberi contra dei gratiã defensor arbitrij, audiat dicentem Apostolum, cum de bonis suis laboribus loqueretur, Non ego aũt, sed gratia dei mecũ. [B] [1.Cor.15] Audiat dei vocẽ ĩ Psalmo, de his quos deser- [Psal.80] uerat dicẽtẽ, Et dimisi eos s̃m desideria cordis eorũ, ibũt ĩ uoluñtatibus suis. Audiat unũ eundẽq; Apostolũ de vitæ suę varijs tẽpibus sibi tm̃ mala, gratię autẽ dei bona omnia tribuentẽ. Qui prius fui blasphemus, inquit, & persecu-

persecutor. Et alio loco, Gratia dei sum id qđ sum. Cũ diceret, Qui prius fui blasphemus & ꝑsecutor, nulla grę mẽtio, iniquo operi copulabatur: q̃a sufficit sibi, sicut dictũ est, ad neq̃tiã natura libertatis humanæ. Cũ vero de pñtis uitæ beatitudine loqueretur, Gratia, inq̃t, dei sum id quod sum. Et illũ ordinẽ quo misereẽ deus vocãdo, misereẽ deinceps inceptis conatibus adiuuando: sicut serie Psalmi narratũ atq; digestũ est, beatus ẽt Apostolus Paulus cõtinua narratione seruauit, Si.n.in ordine quẽ posuit, excepta testimonia relegantur, ita loquitur, Gratia dei, inquit, sum id qđ sum. Hæc est prima miseri cordia, quã liberę volũtatis opera cõsequuntur, Sed ut Apostoli Pauli uocationem bona opera sequerentur, q̃d ait? Et grã eius in me uacua non fuit. Quid.n.fecisti? Plus, inquit, oĩb. laboraui. Ne multũ suꝑbias ò liberi defensor arbitrij, audiens Paulũ de suis labori bus gloriantẽ, attẽde, qđ sequiẽ, Nõ ego aũt, sed grã dei mecum. Puto sanè qđ nullus de his qui cõtra dei gratiã exaltato antẽ ruinã, sicut scriptũ est, corde blasphemãti, tñ arrogantiæ impudẽtis assumat, ut beati Prophetæ Dauid meritis aut æquandũ se, aut ẽt existimet pręferendũ. Cuius, ut de illa prima re muneratione quã nullus nõ fateatur vt inde bitã, delati.s.regni interim taceã, orationũ & cõfessionũ eius intẽtiones, affectusq; pensemus. Ipse siquidẽ definit in Psalmo, Beatus hõ quem tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eũ. Sed uideamus utrũ ipsi iã erudito, & oĩ legis sciẽtia ẽm instructionẽ Iudaicam sufficienter instructo, ad beatitudinẽ res hæc sola suffecerit. Cur ergo rursus idẽ clamauit ad dñm. Da mihi intellectũ & scrutabor legẽ tuã, & custodiã illã in toto corde meo? Parũ erat qđ ad scrutandã legẽ poposcerat intellectũ, nisi etiã ad custodiendã necessariũ significaret auxiliũ, dicẽs, Et custodiã illam in toto corde meo: quasi diceret, Tũc custodiã illã in toto corde meo, si tu dederis intellectũ.

Adhuc superbus ille propriæ uoluntatis defensor ad ista respondeat, ꝙ Propheta ad intelligendum tantum mandata diuina, quæ tamen propria virtute impleturus fuerat, opem diuini postulauerit auxilij. Quæ si ita sunt, à te paululũ libet beate Dauid, sensuũ morum occulta perquirere. Vnde ergo rogo te pugna carnis & spũs? Vnde apostolicum sicut ipse fateris certamen? Etiã utiq; illuminatus atque eruditus intelligentiæ munere, quam diuinitus postulaueras, clamas & dicis, Auerte oculos meos ne uideant ueritatẽ. Nã intellectu certe discernendæ uanitatis à ueritate, sicut poscebas accepto, cur oculos tuos a uanitate, q̃ displicet, nõ auertis? Si auaritiam reprehendis, cur nõ ab ea proprio separatus arbitrio, cor tuũ ad mandata salutis inclinas, sed tãquã infirmus in omnibus clamas ad deum, Inclina cor meũ ĩ testimonia tua, & non in auaritiã, nisi quia suggerit auaritiã in membris nata lex peccati? Et adhuc uult oculos suos, nec ꝑ se põt uir sanctus auertere: ac sic caro ꝯcupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnẽ: ex qua lite non liberat, nisi gratia, quæ per dominũ nostrũ Iesum Christũ paruis magnisq; donatur. Velle.n.adiacet, perficere aũt non inuenio: quãuis & ipsum uelle non ex nobis, sed dei donum est, q̃m ab ipso habemus & uelle & perficere, pro bona uoluntate. Beatus ergo es, quoniã cũ Apostolis Christi, & doctrinæ & pugnæ æqualitate concordas: quia & in scriptis tuis, Apostolorũ bella cognoscimus, & tua certamina ĩ apostolicis literis inuenim⁹.

Vnde ista ĩ uno eodemq; hoĩe, qui ex aĩa & corpore cõstat, rerũ uoluntatũq; diuersitas, nisi quia iusta dei iudicia contẽnens, homo deũ, creatura creatorẽ, ĩfirmus summũ, intra semetipsum inobedientię pœnas & cõtumaciã inferioris inuenit? Qua.n.iustitia, quanuis meliori deterior, creaturæ tñ creatura seruiret si ipsi qualiscunq; creatura seruire noluit creatori? Sed ne hoc quidem sufficit ad pęnã, ut pars illa deterior melioribus repugnaret cordis affectibus, nisi ẽt plerũq; superaret, in captiuitatẽ duceret, possideret, nõ solũ uel natos in Adã hoĩes, sed lex ipsa peccati ad motus sui ministeriũ uindicaret, nisi ẽt renatos in Christo, manẽte suggestione pulsaret: quia reuera per id regenerationis munus reatus dimissus est, nõ soluta cõditio gratiæ est: ueterũ delẽs chirographa debitorum, non a passione carnali iam separãs adhuc hominem in carne uiuentem, ut omnis homo futuro tempore diuinũ per singulos imploret auxiliũ. Et quoniã lex non tam auferre potuit quam monstrare peccatum, quod

[Margin notes: 1. ... 5. ; 1. Co. 15 ; C ; Psal. 93. ; Psal. 118 ; D ; Cap. 12. ; Psa. 118 ; Gala. 5. ; Rom. 7. ; E ; Philip. 2. ; Cap. 13. ; F]

quod peccatum in se nascentes pafsim sibi homines uēdicabat, & cōcupiscentiæ cōsensione possessos, in æternū mergebat interitū: dn̄s noster Iesus Christus fili dei, uerbū patris, æquale & coæternū patri, semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs, & cū pctm̄ ipse non esset, factus assumpta carne pctm̄, vt peccato carnis homine sanato, peccatum dānaret in carne: uenit quærere qđ perierat, sanare quod ægrotabat, erigere qđ iacebat, potestatē habens dimittendi peccata qđ non debebat donare, qđ ei debebat̄ dimittere, deletisq; omnibus veteris culpæ maculis quā fecerat, reparare naturā. De his quibus pęnā seueritas iusta decreuerat, ſm ineffabilem dispositionis occultæ misericordiā, elegit uasa quæ faceret in honorem, & alios a uentura ira dono gratuitæ vocationis absoluit: alios derelinquens ad æqualitatis iudiciū reseruauit, nulli tñ agnoscendę veritatis abstulit facultatē: & ita plenitudo diuinæ præsciētiæ in alios manante iustitia, in alios gratia profluēte completa est: ut pereuntibus quos præsciera t deus esse perituros, & saluatis quos in illa secreta electione præscierat esse saluādos, toto orbe diffusa multiplicaretur ecclesia.

Philip. 2 — *Luc. 19.* — G

Gratulare igitur o quicūq; illuminatus es, & gratiam quā nō merebaris agnosce: gem e quicūq; induratus es, & iustitiā cōfitere. Dic quicūq; ab originali cōtagio, lauacro gratiæ te gratularis ablutū, Misericors & miserator dn̄s, patiens & multæ misericordiæ. Non secundū peccata nostra fecit nobis, neq; secūdum iniquitates nostras retribuit nobis. Dic quicunq; dānaris, Iustus es dn̄e in omnibus quæ fecisti nobis, & omnia iudicia tua uera: quia in ueritate & iudicio supinduxisti oīa hæc, ꝑ ꝑ peccata nostra: & noli iniustitiæ dei culpā tuæ induratiōis ascribere: quia omnes uię dn̄i misericordia & ueritas, ut nec hi qui misericordiā fuerint consecuti a deo iudicio ueritatis de meritis suis aliq̄d gloriētur: nec hi qui indurati atq; dānati sunt excusationē culpæ ex hoc habere posse se credāt, ꝙ nullā qua cōuerterentur, sint misericordiā consecuti. Hanc ergo Pharao misericordiam non accepit, & ideo ei ad pereundum liberum sufficit arbitrium, quem quidem nullus ita ignarus diuinarum scripturarū erit, qui audeat dicere illa oīa iniuste esse ꝑpessum. An forte si pie de deo sicut expedit sentiamus &̄ Pharaoni datā misericordiā reperim⁹? Patiētia.n. dei ualere ei debuit ad salutē, qua differens iustū meritūq; suppliciū, miraculorum uerbera crebra dēsabat. Nunquid nō potuit, sicut flagellis cædens expulit populū, ita miraculis credēs, deū tantæ virtutis agnoscere?

Cap. 14 — *Ps. 144.* — *Ps. 102.* — *Psal. 24.* — H

Si dr̄ iā, Pharaonē nō potuisse mutari, q̄a eum p̄sciuerat deus non esse mutādū, Rn̄detur, dei p̄scientiā non cogere hominē vt talis sit, qualē præsciuit deus: sed præscire talē futurū, qualis futurus est, q̄uis eū non sic fecerit deus. Quē si cogeret esse, hoc vtiq; cogeret qđ non est. Porro si hoc præscierat futūrū esse quod non est, p̄scientia nō est. Quod de deo q̄ impie dicatur, aduertit quisq; qui peccatis suis inde blandit̄, ꝙ deus eū peccatorē futurum esse præscierit. Existere nihilominus fortasse aliquē reor, qui dicat, minus idoneā ad salutē uiā, si nulla intrinsecus uocatione pulsatus, tñ quispiam flagelletur. Vnde Nabuchodonosor pœnitentiā meruit fructuosam? Nonne post innumeras impietates flagellatus pęnituit, & regnum quod perdiderat, rursus accepit? Pharao autem ipsis flagellis est durior effectus, & perijt. Hic mihi rationē reddat, qui diuinū consilium nimiū altum sapienti corde diiudicat, cur medicamentum unius medici confectū, alij ad interitū, alii ualuerit ad salutem, nisi quia Christi bonus odor, alijs est odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortē? Quantū ad naturam, ambo homines erant: quantum ad dignitatem, ambo reges: quantum ad causam, ambo captiuum populū dei posidētes: quātum ad pęnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorū fecit esse diuersos, nisi quod unus manū dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero cōtra dei misericordisimā veritatē pugnauit arbitrio? Hic quicunq; rn̄det, illi ut mutaretur affuisse diuinū, huic vt induraretur defuisse præsidium, & hoc contendit iniustum, propter quod rerum ipsarū fines in dei uoluntate cōstituens, dixit Apostolus, Cuius vult miseretur & quem vult indurat: dicente domino. Sine me nihil potestis facere: intelligat illa omnia, uel adiuuante domino perfici, uel deserente permitti, ut nouerit tñ, nolēte domino nihil prorsus admitti. Sed

Cap. 1 — I — *Dan. 4* — *Exo.* — *1. Co.* — K — *Rom.* — *Ioan.*

Ca. 16. Sed reditur ad paruulos,rediť ad geminos parũ eſt quod dixi , reditur ad necdũ natos , qui & eodẽ concubitu ſeminati,& eodẽ mo mento in lucem fuerãt proferẽdi. Eis diſcre pãs diuerſumq; iudicium diuinæ voluntatis apparens, ſenſus hominũ de volũtate dei ſu- berbe nimiũ diſputãtes, magnitudo quæſtio nis obturbat. Exalta iã uiribus vocem tuã ò iniuſte accuſator iuſti, & dic mihi, quid ille mali cõmiſit,quid boni ille meruit?Et reſpõ- Ro. 9. det tibi,nõ ego, ſed Paulus Apoſtolus , nihil quidẽ ambo meruerunt : ſed habet poteſtatẽ figulus luti, ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ vas in honorem, aliud quidem in contume- liam. Dicturus es,quare?Quæ eſt iudicij hu- ius tam cõfuſa diuerſitas? Rurſus hanc præ- ſumptionẽ ille confutet, & dicat, O homo tu qui es,qui rñdeas deo?maxime,quia ad il L lã humanorũ actuum comparationẽ rurſus intentio conuerſa reſpondet, iniuſtitiæ non poſſe argui creditorem,qui duobus debitori bus tale voluerit habere iudicium, vt vni do net,ab alio exigat, qđ ab vtriſq; debetur. Et certe in oĩbus humanæ conuerſationis acti- bus atq; contractibus ad diſcernendũ aliq̃d, ad diiudicandũ hanc, qua videmur aliquam probare iuſtitiam, ex ineffabili diuinæ iuſti- tiæ plenitudine in humilitatis noſtræ corda manare manifeſtum eſt, beato Ioãne hoc in euangelio ſuo confirmante, Qm̃ oẽs de ple- Isa. 1. nitudine eius accepimus.Qđ ſi ita eſt,qua tã dem impudentia homo de deo,lutũ de figu- lo iudicabit,non ſolũ dicens, quid me feciſti ſic:ſed ẽt de aliis damnabili curioſitate ꝑſcru tans & dicens,quare de eadẽ maſſa feciſti, a- liũ quidem ſic,alium vero ſic?Si humanũ ge nus qđ creatum primitus conſtat ex nihilo, nõ cũ debita mortis & peccati origine naſce retur, tñ ex eis creator omnipotẽs in æternũ nonnullos dãnare vellet interitũ:quis oĩpo- tenti creatori diceret,quare feciſti ſic?Qui.n. cum non eſſent,eſſe donauerat, quo fine eſ- ſent habuit poteſtatẽ:nec dicerent cęteri,cur M paribus oĩum meritis diuinũ diſcreparet ar- bitriũ: quia poteſtatẽ habet figulus luti ex ea- dem maſſa facere:aliud quidem vas in hono rem,aliud uero in contumeliam. Nunc autẽ cum dãnatis pœna iuſta reddatur,ſaluatis au tem gratia donetur indebita:quis vſqueadeo humanæ cõditionis oblitus, diuini ſenſus ar cana diſcutiat,vt cũ ipſæ pęnam merito fue- rit conſecutus,quærat cur alius gratiam quæ non debebatur ei acceperit? Hanc itaq; diui- nam electionẽ,non meritis reddi,ſed ſola vo lũtatis munificẽtia donari hominibus, Moy- ſes cum iam tunc quanuis carnalẽ populum doceret,oſtendit,Sic.n.euidẽter in Deutero- Deut. 10 nomio dicit ad populũ, Ecce domini dei tui cœlum eſt, & cœlum cœli, terra & oĩa quæ ſunt in ea: Veruntamen patres veſtros elegit dñs diligere eos & ſemẽ eorũ, elegit poſt ip- ſos vos præ omnibus gẽtibus.Et adiecit,Cir cuncidimini ergo à duritia cordis veſtri, & ceruicem ueſtram ne induretis amplius. Sed hanc in eis manſiſſe duritiam cordis,ſicut ſu pra iã diximus, beatus Stephanus cũ Iudęos increparet,oſtendit,In actibus enim Apoſto Act. 7. lorum ſicut ipſe dicit.Dura ceruice & incir- cuncisi corde & auribus, uos ſemper ſpiri- A tuiſancto reſtitiſtis. Vnde dura ceruix in illo populo,qui ex omni mundo electus eſt, qui de ſeruitute decem miraculis meruit libera- ri,cui lex data eſt, cuius ſaluti ora propheta- rum omnium militarunt,ex quo factus ſecũ dum carnem & ad quos miſſus eſt Chriſtus: niſi quia cæcitas, ex parte in Iſrael facta eſt, donec Iſrael adoptatus ex plenitudine gen- Rom. 11. tiũ intraret in regnũ, & concluſit in incredu litate oẽs dñs,vt oẽs indigerent miſericordia ſaluatoris? Cuius diuini conſilij ſacramenta perſtringẽs,& maieſtatis myſteriũ,quę quã- uis magnitudine reuelationum nouerat, tñ pro humana infirmitate ſuccumbẽs,ẽt ille q̃ pro perſecutionibus & blaſphemijs vas ele- σκληρὸν. ctionis meruit nominari,miratus exclamat, O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſciẽtiæ dei: & inſcrutabiles uias eius, & inſcrutabilia cõ ſitẽs dei eſſe iudicia. Cũ illo ergo qñ de tali- bus q̃rit,admiremur,& manẽte ſentẽtia, qđ Rom. 9. nõ ſit iniquitas apud deũ, ſi quid eſt illud qđ quæritur, quod modũ noſtri ſenſus exceſſe- rit,& intellectus noſtri nõ dignat anguſtias, in illa iuſtitiæ, miſericordiæ præſciẽtiæq; di uinæ plenitudine permanere incõcuſſa ęqui tate fateamur:ne de ſuperioribus diuinæ vo- luntatis arcanis aliter quã modus cõditionis B noſtræ patitur diſputantes, dei iuſtitiã relin- Rom. 10. quamus, & noſtrã ſtatuere cupientes,in imã contumaciæ voraginem decidamus.

Libri de prædeſtinatione & gratia finis.

PRO-

PROSPERI EPISTOLA Ad Augustinum, de reliquijs Pelagianæ hæreseos.

DOmino beatissimo Papæ, ineffabiliter mirabili, incomparabiliter honorãdo præstantissimo patrono, Augustino Prosper. Ignotus quidem tibi facie, sed iã aliquatenus si reminiscaris, animo ac sermone compertus, nam per sanctum fratrem meũ Leontium diaconũ misi Epistolas, & recepi. Nũc quoq; beatitudini tuæ scribere audeo, non solum salutationis vt tunc studio, sed etiam fidei, quæ Ecclesiæ uiuit effectu. Excubante.n. pro vniuersis mẽbris corporis Christi uigilãtissima industria tua, & aduersus hæreticarum doctrinarum insidias ueritatis virtute pugnante, nullo modo mihi verendũ putaui, ne onerosus tibi, aut importunus essem in eo, qđ ad multorũ salutem, ac perinde tuam pertinet: cũ potius reũ futurũ esse me crederẽ, si ea quæ valde perniciosa intelligo, uel ad specialẽ patronũ fidei nõ referrẽ. Multi ergo seruorũ Christi qui in Massiliensi vrbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis quæ aduersus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant patrũ opinioni & Ecclesiastico sensui, quicquid in eis de uocatione electorũ sm dei propositũ disputasti. Et cũ aliquãdiu tarditatẽ suã culpare maluerint, quã nõ intellecta reprehẽdere, quidãq; eorum lucidiorẽ super hoc atq; apertiorem beatitudinis tuæ expositionem voluerint postulare: euenit ex dispositione misericordiæ dei, vt quũ quosdam intra Aphricam similia mouissent, librum de correctione & gratia, plenũ diuinæ authoritatis emitteres. Quo in notitiã nostrã insperata oportunitate delato, putauimus oẽs quærelas resistentiũ sopiendas: quiã vniuersis quæstionibus, de quibus consulẽda erat sanctitas tua, tã plene illic absoluteq; responsum est, quasi hoc specialiter studueris, vt quæ apud nos erant turbata cõponeres. Recensito aũt hoc beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctam atq; Apostolicã doctrinæ tuæ authoritatẽ antea sequebantur intelligentiores multo instructioresq; sunt facti: ita q̃ ꝑsuasionis suæ impediebant obscuro auersiores quã fuerant recesserũt. Quorũ tã abrupta dissensio primũ ꝑꝑ ipsos metuẽda est, ne tã claris tamq; egregiis in omniũ virtutũ studio viris spũs Pelagianæ impietatis illudat: ne simpliciores quiq; apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reuerentia, hoc tutissimũ sibi æstimẽt, quod audiunt eos quorũ authoritatẽ sine iudicio sequuntur, asserere. Hæc.n. ipsorum definitio ac ꝓfessio est: oẽm quidẽ hoĩem Adã peccante, peccasse, & neminẽ per opera sua, sed per dei gratiã regeneratione saluari, vniuersis tñ hoĩbus propiciationẽ quæ est in sacramẽto sanguinis Christi, sine exceptione esse propositã, vt quicunq; ad fidẽ & ad baptismũ accedere voluerint, salui eẽ possint. Qui aũt credituri sunt, quive in ea fide quæ deinceps per dei gratiã sit iuuanda, mansuri sunt, præscisse ante mundi cõstitutionẽ deũ, & eos ꝑdestinasse in regnũ suũ, quos gratis vocatos, dignos futuros electione, & de hac vita bono fine excessuros esse ꝓuiderit. Iõq; oẽm hominem ad credendũ & ad operandũ diuinis institutionibus admoneri, ut de apprehendenda vita æterna nemo desperet, cũ voluntariæ deuotioni remuneratio sit parata. Hoc autẽ propositum vocationis dei, quo vel ante mundi initiũ, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorũ & reijciendorũ dicitur facta discretio, vt secundũ quod placuit creatori, alij vasa honoris, alii uasa contumeliæ sint creati, & lapsis curã resurgendi adimere, & sanctis occasionẽ temporis afferre: eo quod in vtramq; partem superfluus labor sit, si neque reiectus vlla industria possit intrare, neq; electus vlla negligentia possit excidere. Quoquo enim modo se egerint, nõ posse aliud erga eos quã deus definiuit accidere, & sub incerta spe cursum non posse esse constantẽ: cũ si aliud habeat prædestinãtis electio, cassa sit annitentis intẽtio. Remoueri itaq; omnẽ industriam, tolliq; virtutes, si dei cõstitutio humanas ꝑueniat volũtates & sub hoc prędestinationis nomine, fatalem quandam induci necessitatem: aut diuersarũ naturarum dici dominum conditorem, si nemo aliud possit esse quã factus sit. Atque vt breuius ac plenius qđ opinant exponã: quicquid in libro hoc ex ꝯtradicentiũ sensu, sanctitas tua sibi opposuit, quicquid ẽt in libris contra Iulianũ ab ipso sub hac q̃stione obie-

ctum

ctum potẽtissime debellasti hoc totũ ab istis sanctis intentiosissime conclamatur. Et cum contra eos scripta beatitudinis tuæ validissimis & innumeris testimoniis diuinarũ scripturarũ instructa proferimus, ac secundum formã disputationũ tuarum, aliquid ẽt ipsi quo cõcludantur astruimus, obstinationem suã uetustate defendunt: vt ea, quæ de epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationẽ diuinæ gratiæ præuenientis electorum merita proferuntur, à nullo vnquã Ecclesiasticorũ ita esse intellecta ut nũc sentiuntur, affirmẽt. Cumq; vt ipsi ea exponãt, secũdũ quorũ velint sensa deposcimus nihil se profitentur inuenisse quod placeat, & de his taceri exigunt, quorũ altitudinẽ nullus G attigerit. Eo postremò peruicacia tota descẽdit, vt fidẽ nostrã ædificationi audientiũ contrariã esse definiant, ac sic ẽt si uera sit, nõ ꝓmendã: quia & perniciose non recipiẽda tradãtur, & nullo periculo q̃ intelligi nequeãt contineantur. Quidã uero horũ intantũ a Pelagianis semitis non declinant, vt cũ ad confitendam eam Christi gratiã, quæ omnia præueniat: merita humana, cogantur, ne si meritis redditur, frustra gratia nominetur: ad cõditionẽ hanc uelint vniuscuiusq; hominis ꝑtinere, in qua eũ nihil prius merentem, quia nec existentẽ liberi arbitrii, & rationalis gratia creatoris instituat, vt per discretionẽ boni & mali, & ad cognitionẽ dei, & ad obediẽtiã mandatorũ eius possit suã dirigere volũtatẽ: atq; ad hanc gratiã qua in Christo renascitur, peruenire per naturalẽ. s. facultatẽ, petendo, quærendo, pulsando, vt ideo accipiat, ideo introeat, quia bono naturæ bene vsus, vt ad istam saluantẽ gratiam, initialis gratiæ ope meruerit peruenire. Propositũ autẽ vocantis gratiæ in hoc omnino definiũt, quod deus constituerit nullum in regnum suum, nisi per sacramentũ regñationis assumere, & H ad hoc salutis donũ oẽs hoĩes uniuersaliter, siue per naturalẽ, siue per scriptã legem, siue per Euangelicã prædicationem vocari. Vt & qui voluerint fiant filii dei, & inexcusabiles sint qui fideles eẽ noluerint: quia iustitia dei in eo sit, vt qui non crediderint pereant: bonitas in eo appareat, si neminẽ repellat a uita, sed indifferenter, vniuersos velit saluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. Iã hic ꝓferunt testimonia, quibus diuinarũ scripturarum cohortatio ad obediendũ incitat hominum uolũtates, qui ex libero arbitrio, aut faciant qđ iubentur, aut negligant: & consequens putant, ut quia præuaricator ideo dicitur non obedisse, quia noluit: fidelis quoque non dubitetur ob hoc deuotus fuisse q̃a voluit: & quantũ quisq; ad malũ, tantum habet facultatis ad bonũ, pariq; momento animũ se uel ad uitia, vel ad virtutes mouere, quem bona appetentẽ, gratia dei foueat: mala sectãtẽ damnatio iusta suscipiat. Cumq; inter hęc innumerabiliũ illis multitudo obijcitur paruulorũ, q̃ utiq; excepto originali peccato, sub quo oẽs homines similiter in primi hoĩs damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias actiones, non sine dei iudicio secernuntur: ut ante discretionẽ boni ac mali de usu vitæ istius auferen I di, alij per regenerationẽ inter cęlestis regni assumantur hæredes: alij sine baptismo inter mortis perpetuæ transeant debitores: tales aiunt perdi, talesq; saluari, quales futuros illos in annis maioribus si ad actiuã seruarent ætatẽ, scientia diuina præuiderit. Nec cõsiderant se grãm dei, quã comitẽ, non præuiã humanorum uolunt esse meritorũ, etiã illis voluntatibus subdere, quas ab ea secũdũ suam phantasiam, non negant esse præuentas. Sed in tantũ quibuscunq; cõmentitiis meritis electionẽ dei subiiciũt, vt quia præterita, quæ non extant, futura quæ nõ sint futura confingant, nouoq; apud illos absurditatis genere, & non agenda præscita sint, & præscita non acta sint. Hanc sanè de humanis meritis præscientiã dei, secundũ quã gratia uocãtis operetur, multo sibi rõnabilius vident astruere, cũ ad earũ nationum contemplationẽ venitur, quæ uel in præteritis seculis dimissę sunt ingredi uias suas, uel nũc quoq; adhuc in veteris ignorãtiæ impietate depereunt, nec vlla eis aut legis aut Euangelij illuminatio coruscauit: cũ tñ inquantũ prædicatoribus ostiũ K apertũ est, & uia facta est, gentiũ populus q̃ sedebat in tenebris & in vmbra mortis, lucẽ viderit magnã: & qui quondã non populus, nunc aũt populus dei sit, & quorũ aliqñ non misertus est, nũc aũt misereat, ꝑuisos inquiunt a dño credituros: & ad vnãquanq; gẽtẽ: ita dispensata tẽpora ac ministeria magistrorum, ut

rum, ut

rum, vt exortura erat bonarũ credulitas vo-
1. Ti. 2. luntatũ. Nec vacillare illud, quod deus oẽs
homines velit ſaluos fieri, & in agnitionem
veritatis venire: quandoquidẽ inexcuſabiles
ſint, qui ad vnius veri dei cultũ potuerint in-
ſtrui intelligentia naturali, & Euãgeliũ ideo
non audierint, quia nec fuerãt recepturi. Pro
vniuerſo aũt humano genere mortuum eſſe
dñm nr̃m Ieſum Chr̃m, & neminẽ prorſus
a redẽtione ſanguinis eius exceptũ, ẽt ſi oẽm
hanc vitã alieniſsima ab eo mẽte pertrãſeat:
quia ad oẽs homines pertineat diuinæ miſe-
ricordiæ ſacramentũ: quo ideo plurimi non
renouẽtur, quia quod nec renouari vtile ha-
al. velle. beant pręnoſcãtur. Itaq; quantũ ad deũ per-
L tinet, omnibus paratã vitã æternã: quantum
autẽ ad arbitrii libertatẽ, ab his eã apprehen
di, qui deo ſponte crediderint, & auxiliũ gra
tiæ merito credulitatis acceperint. In iſtã ve
ro talis gratiæ prædicationẽ, hi quorũ cõtra-
dictione offendimur, cũ prius meliora ſenti-
rent, ideo ſe vel maxime cõtulerũt: quia ſi ꝓ
fiterentur ab ea oĩa bona merita præueniri,
& ab ipſa vt poſsint eſſe, donari neceſsitate
concederent deũ ſcd̃m propoſitum & conſi
lium voluntatis ſuæ, occulto iudicio, & ope
re manifeſto, aliud vas condere in honorem,
aliud in contumeliã: quia nemo niſi ꝑ gra-
tiã iuſtificetur, & nemo niſi in p̃uaricatione
naſcatur. Sed refugiunt iſtud fateri, diuinoq;
aſcribere operi ſanctorũ merita formidant,
nec acqeſcunt prædeſtinatũ electorũ nume
rum, nec augeri poſſe, nec minui: ne locũ a-
pud infidetes ac negligẽtes cohortantiũ inci
tamẽta nõ hẽant: ac ſuperflua ſit induſtrię ac
laboris ĩdictio, cuius ſtudiũ ceſſante electio
ne fruſtrandũ ſit. Ita demũ n. poſſe vnũquẽ-
que ad correctionẽ, aut ad ꝑfectũ uocari, ſi
ſe ſciat ſua diligẽtia bonũ eſſe poſſe, & liber-
tatẽ ſuã ob hoc dei auxilio iuuandã, ſi quod
deus mandat, elegerit. Ac ſic cũ in his q tem
pus acceperũt liberæ voluntatis, duo ſint q̃
humanã operenẽ ſalutẽ, dei. ſ. gratia & hoĩs
M obediẽtia: priorẽ uolunt obedientiam eſſe q̃
gratiã: ut initiũ ſalutis ex eo qui ſaluatur, nõ
ex eo credendũ ſit ſtare qui ſaluat: & volun-
tas hominis diuinæ gratię ſibi pariat opẽ, nõ
gratia ſibi humanam ſubijciat uoluntatem.
Quod cũ peruerſiſsimũ eſſe reuelãte dei mi-
ſericordia, & inſtruente nos tua beatitudine
nouerimus, poſſumus quidẽ ad nõ credẽdũ
eſſe conſtãtes, ſed ad authoritatẽ talis ſentiẽ-
tium non ſumus pares: quia multũ nos & ui
tæ meritis antecellunt, & aliqui eorũ adepto
nuper ſummo ſacerdotij honore ſupereminẽt:
nec facile quiſquã præter paucos ꝑfectę
gratiæ intrepidos amatores, tantis ſuperiorũ
diſputationibus auſus eſt contraire. Ex quo
non ſolũ his qui eos audiunt, verumetiã ip-
ſis qui audiuntur, cũ dignitatibus creuit pe-
riculũ: dũ & multos reuerentia eorũ, aut in-
utili cohibet ſilentio, aut incurioſo ducit aſ-
ſenſu: & ſaluberrimũ ipſis videtur, qđ pene
nullius cõtradictione reprehenditur. Vñ qa
N in iſtis Pelagianæ prauitatis reliquiis nõ me
diocris virulentiæ fibra nutritur, ſi principiũ
ſalutis male in homine collocatur: ſi diuinæ
voluntati impie voluntas humana p̃ferẽ, ut
iõ quis adiuuetẽ qa uoluit, non ideo qa adiu-
uatur velit: ſi originaliter malus receptionẽ
boni non à ſummo bono ſed a ſemetipſo in
choare male credit: ſi aliunde de deo place-
tur, niſi ex eo qđ ipſe donauerit: tribue no-
bis ĩ hac cã Papa beatiſsime, pr̃ optime, quã
tũ donãte dño potes diligẽtiã pietatis tuæ ob
ſecro, vt quæ in iſtis qõnibus obſcuriora, &
ad percipiendũ difficiliora ſunt, q̃ lucidiſsi-
mis expoſitionibus digneris aperire. Ac pri-
mũ, qa pleriq; nõ putant Chriſtianã fidẽ hac
diſſenſione uiolari, quantũ periculi ſit in eo-
rũ perſuaſione patefacias. Deinde qũo ꝑ iſtã
præoperantẽ & cooperantẽ gratiã liberũ nõ
impediatur arbitriũ. Tũ vtrũ præſcientia dei,
ita ſecundũ propoſitũ maneat, ut ea ipſa quę
ſunt, propoſita ſint accipienda p̃ſcita: an per
genera cauſarũ, & ſpecies perſonarũ iſta ua-
rientur: vt quia diuerſæ ſunt uocationes in
his, qui nihil operaturi ſaluantur, quaſi ſolũ
dei propoſitum videatur exiſtere: in his autẽ
qui aliquid boni facturi ſunt, per præſciẽtiã
poſsit ſtare propoſitũ, an uero vniformiter,
licet diuidi præſcientia à propoſito tẽporali
B diſtinctione non poſsit, præſcientia tamen
quodam ordine ſit ſubnixa ꝓpoſito: & ſicut
nihil ſit quorumcunq; negociorũ, quod nõ
ſcientia diuina præuenerit: ita nihil ſit bo-
ni, quod in noſtram participationem nõ deo
authore defluxerit. Poſtremo quemadmo-
dum per hanc prædicationem propoſiti dei,
quo fideles fiũt qui præordinati ſunt ad vitã
æternam,

æternam, nemo eorũ qui cohortãdi ſunt im-
pediat̃, nec occaſionẽ negligentiæ habeant,
ſi ſe prædeſtinatos eſſe deſperẽt. Illud ẽt qua
liter diluat̃, q̃ſumus patiẽter inſipientiã no-
ſtrã ferendo demõſtres, quod retractatis prio
rũ de hac re opinionibus, penè omniũ par in
uenit̃ & una ſentẽtia, qua propoſitũ & p̃de-
ſtinationem dei ſcd̃m præſcientiam recepe
runt: vt ob hoc deus alios vaſa honoris, alios
cõtumeliæ fecerit, quia finẽ vniuſcuiuſq; p̃-
uiderit, & ſub ipſo gratiæ adiutorio, ĩ qua fu
turus eſſet uoluntate & actione præſcierit.
Quibus omnibus enodatis, & multis inſu p
quæ altiore intuitu ad cauſam hanc pertinẽ-
tia magis potes videre diſcuſsis: credimus &
ſperamus non ſolũ tenuitatẽ noſtrã, diſputa
C tionũ tuarum præſidio roborandã, ſed etiam
ipſos quos meritis atq; honoribus claros ca-
ligo iſtius opinionis obſcurat, defeccatiſsi-
mũ lumẽ gr̃æ recepturos. Nã unũ eorũ p̃ci-
puæ authoritatis & ſpiritaliũ ſtudiorũ virũ,
S. Hilarium Arelatẽſem ep̃m, ſciat beatitudo
tua admiratorẽ ſectatorẽq; in aliis oĩbus tuæ
eẽ doctrinæ: & de hoc qđ in querelã trahit,
iampridẽ apud ſanctitatẽ tuã ſenſum ſuũ p
literas velle cõferre, Sed qa vtrũ hoc factur⁹
aut quo fine ſit facturus incertũ eſt, & oĩum
nr̃m fatigatio prouidente hoc p̃ſenti ſeculo
dei gr̃a, ĩ tuæ charitatis & ſciẽtiæ uigore ſpi-
rat, adde eruditionẽ humilibus, adde increpa
tionẽ ſuperbis. Neceſſariũ & vtile eſt etiã q̃
ſcripta ſunt ſcribere, ne leue exiſtimetur qđ
non frequẽter arguitur. Sanum .n. putant eſſe
quod nõ dolet, nec vulnus ſuper ducta cute
ſentiunt: ſed intelligant peruẽturũ ad ſectio-
nẽ, quod habuerit perſeuerãtẽ tumorẽ. Gr̃a
dei & pax dñi nr̃i Ieſu Chriſti coronet te in
omni tempore, & ambulantem de virtute in
virtutẽ glorificet ĩ æternũ domine Papa bea
tiſsime, ineffabiliter mirabilis, incomparabi-
liter honorande, præſtantiſsime patrone.

D HILARIVS AVGVSTINO de eadem materia.

DOmino beatiſsimo ac toto affe-
ctu deſiderãdo, & multum in
Chriſto ſuſcipiendo patri Au-
guſtino Hilarius. Si ceſſanti-
bus cõtradicentiũ q̃onibus gra
tæ ſunt plerunq; ſtudioſorũ inquiſitiones, vt
ẽt illa quæ abſq; periculo ignorarentur, edi-
ſcãt: arbitror gratiorẽ fore ſedulitatẽ noſtræ
relationis, quæ dũ indicat ſcd̃m quorũdam
proſecutiones quędã aduerſantia veritati, nõ
tã ſibi q̃ illis qui turbant̃ & turbant, p conſi
lium ſanctitatis tuæ ſatagit p̃uideri, dñe bea
tiſsime ac toto affectu deſiderande, & multũ
in Chriſto ſuſcipiende pater: Hæc ſunt itaq;
quæ Maſsiliæ, uel aliis ẽt locis in Gallia vẽti-
lantur. Nouũ & inutile eſſe p̃dicationi, ꝙ q-
dã ſcd̃m propoſitũ eligendi dicantur, vt id *al. eligi.*
nec arripere valeãt nec tenere, niſi ꝙ creden
di voluntate donata, excludi putant oẽm p̃-
dicandi vigorẽ, ſi nihil quod per eũ excitet̃,
in hominibus remãſiſſe dicatur. Conſentiũt
E omnẽ hominẽ in Adã periſſe, nec inde quẽ-
quã poſſe proprio arbitrio liberari: ſed id cõ-
ueniens aſſerunt veritati, uel congruũ prædi
cationi, vt cum proſtratis, & nunquam ſuis
viribus ſurrecturis annunciatur obtinendæ
ſalutis occaſio, eo merito quo uoluerint &
crediderint, à ſuo morbo ſe poſſe ſanari, &
ipſius fidei augmentũ, & totius ſanitatis ſuæ
cõſequantur effectum. Cæterum ad nullum
opus vel incipiendũ, nedum perficiendum,
quenquam ſibi ſufficere poſſe conſentiunt:
neque enim alicui operi curationis eorũ an-
numerandum putant, exterrita ſupplicij uo
luntate vnumquenque ægrotum uelle ſana-
ri. Quod enim dicitur, Crede & ſaluus e-
ris: unum horum exigi aſſerunt, aliud offer-
ri, ut propter id quod exigitur ſi redditum
fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur.
Vnde non conſequens putant, exigendam
ab eo fidem, cuius naturæ id uoluntate con-
ditoris cõceſſum eſt: & nullam ita deprauatã
vel extinctam putant, ut non debeat, vel poſ
ſit ſe uelle ſanari. Propter quod vt ſanetur
quis à ſua, uel ſi noluerit cum ſua ægritu-
dine puniatur. Nec negari gratiam, ſi præ-
F cedere dicatur talis uoluntas, quæ tantum
medicum quærat: non autem quicquam ip- *Rom. 12.*
ſa iam ualeat: nam illa teſtimonia vt eſt il-
lud, Sicut vnicuique partitus eſt menſuram
fidei: & ſimilia, ad id volunt valere, vt ad-
iuuetur qui cœperit uelle, non vt etiam do-
netur vt uelit. Reiectis ab hoc dono alijs pa-
riter reis, & qui poſſent ſimiliter liberari, ſi
ea, quæ pariter indignis præſtatur credendi
uoluntas, etiam ipſis ſimiliter præſtaretur. Si

autem

autem aiunt, dicatur uel talem omnibus remansisse, qua uel contemnere quis ualeat, uel obedire: de compendio putant rationem reddi electorũ uel reiectorum, in eo qđ unicuiq; meritũ propriæ uoluntatis adiũgitur. Cũ aũt dicitur eis, quare aliis uel alicubi prędicetur, uel non prædicetur. uel nũc ꝑdicet quod aliquando penè omnibus, sicut nũc aliquibus gentibus non prædicatũ sit: dicunt id præscientiæ esse diuinæ: ut eo tpe, & ibi, & illis ueritas annuntiaretur uel annuncietur, qñ & ubi prænũciabatur esse credẽda: & hoc non solũ aliorũ catholicorũ testimonijs, sed ẽt sanctitatis tuæ disputatione antiquiore se probare testantur. Vbi tñ eandem gratiã non minore ueritatis perspicuitate docuerit, ut est illud quod dixit sanctitas tua in quęstione cõtra Porphyriũ de tẽpore Christianæ religionis: tunc uoluisse hominibus apparere Christũ, & apud eos prædicari doctrinã suã, quando sciebat & ubi sciebat esse, qui in eũ fuerant credituri. Vel illud de libro in epistola ad Romanos, Dicis itaq; mihi quid adhuc conqueritur, Nã uoluntati eius quis resistit? Cui sanè inquisitioni, inquis, sic rñdet, ut intelligamus spiritalibus uiris, etiam non secũ dũ terrenum hominem uiuentibus, patere posse prima merita fidei & impietatis, quomodo deus ꝑscientia eligat credituros, & dãnet incredulos: nec illos ex operibus eligẽs, nec istos ex operibus damnans: sed & illorũ fidei præstans, ut bene operentur, & istorum impietatem deserendo obdurãs, ut male operentur. Et iterum in eodem libro superius, Aequales omnes sunt ante meritũ, nec põt in rebus omnimodo ęqualibus electio nominari, quoniã spiritussanctus non daẽ nisi credentibus. Non quidẽ deus eligit opera quæ ipse largitur, cum dat spiritumsanctũ, ut per charitatẽ bona operemur: sed tñ eligit fidẽ, quia nisi quis credat, & in accipiendi uoluntate permaneat, non accipit donũ dei id est spm̃ sanctum, per quem infusa charitate bonũ possit operari. Non ergo elegit deus opera cuiusquã in præscientia, q̃ ipse donaturus est: sed fidẽ eligit in ꝑscientia, ut quẽ credituiũ esse ꝑsciuit, ipsum elegerit, cui spiritũsanctũ daret, ut bona operando etiã æternã uitã consequeretur. Dicit.n. Apostolus, Idẽ deus qui operaẽ omnia in omnibus, Nusquã autẽ dictũ est, deus credit omnia in oĩbus. Quod em̃ credimus nr̃m est, quod aũt operamur: illius: & cætera ĩ eodẽ opere, quæ se acceptare & probare testantur, tanquã conueniẽtia Euangelicæ ueritati. Cæterũ præscientiã & prædestinationem, uel propositũ ad id ualere contendunt, ut eos ꝑscierit, uel ꝑdestinauerit, uel proposuerit eligere, qui fuerãt credituri; nec de hac fide posse dici, Quid habes quod non accepisti? cũ in eadẽ natura remanserit, licet uitiata, quæ prius sana ac perfecta donata sit. Quod aũt dicit sanctitas tua, neminẽ perseuerare nisi ꝑseuerandi uirtute percepta, hactenus accipiunt, ut quibus datur inerti licet, præcedenti tamẽ proprio arbitrio tribuaẽ: qđ ad hoc tm̃ liberũ asserunt, ut uelit uel nolit admittere medicinã. Cæterũ & ipsos abominare se & dãnare testantur, si qs quicquã uiriũ in aliquo remãsisse quo ad sanitatem progredi possit, existimet. Nolũt autẽ ita hanc perseuerantiã prædicari, ut nõ uel suppliciter emereri, uel amitti cõtumaciter possit. Nec ad incertũ uoluntatis dei deduci se uolunt, ubi eis quantũ putant ad obtinendum uel amittendũ, euidens est qualecũque sit initium uoluntatis. Illud etiã testimoniũ quod posuisti, Raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius tanquã non canonicum definiunt omittendum, Vnde illã præscientiam sic accipiunt, ut propter fidem futurã intelligẽdi sint præsciti: nec cuiquam talẽ dari perseuerantiã a qua non permittitur ꝑuaricari, sed a qua possit sua uoluntate deficere & infirmari. Asserunt inutilẽ exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse dicatur quod correctio ualeat excitare: quod quidem inesse naturæ sic se dicere confitentur, ut hoc ipso qđ ignorãti ueritas prædicatur, ad beneficiũ præsentis gratiæ referendũ sit. Nã si sic prędestinati sunt, inquiunt, ad utrãque partem, ut de aliis ad alios nullus possit accedere, quo pertinet tanta extrinsecus correctionis instantia? Si ab homine, & si non fides integra, saltẽ uel dolor cõpũctæ ĩfirmitatis exoritur, aut periculũ demõstratæ mortis horretur. Nã si nõ põt timere qs unde terreẽ, nisi ea uoluntate quæ sumitur, nõ ex eo culpandus quod nũc non uult, sed in eo & cum eo, qui aliquãdo uoluit ut eam dãnationem cũ suis posteris mereretur incurrere, ut nunquam

Marginalia: G — lib. de sex qõnibus contra paganos qõ 2. — Augustinus lib. expo. epistô. ad Ro. 62. — Rom. 9. — Augustinus lib. exposi. epistol. ad Ro. 60. — H — 1. Co. 12 — 2. sen di. 28. ca. in expositione. — 1. Co. — I — Sapiẽ. — K — al. no

quam recta, ſemper aũt praua vellet appete-
re. Si aũt eſt qualiſcunq; dolor, q ad exhor-
tationẽ corripientis oriatur, hanc ipſam dñt
cauſam p p quã uel reijciatur alius, uel alius
aſſumatur: atq; ita non opus eſſe partes con-
ſtitui, quibus nec adijciendũ ſit aliquid, nec
detrahendũ. Deinde moleſte ferunt, ita diui-
di gratiã, q̃ vel tunc primo homini data eſt,
vel nunc omnibus detur, vt ille acceperit p-
ſeuerantiã, nõ qua fieret ut perſeueraret, ſed
ſine qua per liberũ arbitriũ perſeuerare non
poſsit: nunc vero ſanctis in regnũ per grãm
prædeſtinatis non tale adiutorium perſeuerã
tiæ detur, ſed tale vt eis perſeuerãtia ipſa do-
netur, non ſolũ ut ſine iſto dono perſeueran
tes eſſe nõ poſsint, verumetiã vt per hoc do-
nũ nõ niſi perſeuerantes ſint. His uerbis ſan
ctitatis tuæ ita mouentur, vt dicant quandã
L desperationẽ hoĩbus exhiberi. Si. n. aiunt, ita
Adã adiutus eſt, vt & ſtare poſſet in iuſtitia,
& a iuſtitia declinare: & nũc ita ſancti iuuã-
tur, vt declinare non poſsint, ſiquidẽ eã acce
perunt uolendi perſeuerantiã, vt aliud velle
non poſsint: vel ſic quidã deſeruntur, vt aut
nec accedant, aut ſi acceſſerint & recedant,
ad illã uoluntatem pertinuiſſe dicunt exhor
tationis, vel cõminationis utilitatem, quæ &
perſiſtendi & deſiſtendi obtinebat liberã po
teſtatẽ: non ad hanc, cui nolle iuſtitiã ineui-
tabili neceſsitate coniunctum eſt: præter il-
los qui ſic concreati ſunt his, qui cũ vniuer-
ſa maſſa damnati ſunt, vt exciperentur per
gratiã liberandi. Vnde in hoc ſolo volunt à
primo homine omniũ diſtare naturã, vt illũ
integris uiribus voluntatis iuuaret gratia vo
lentẽ, ſine qua perſeuerare non poterat: hos
autẽ amiſsis & perditis uiribus credentes tã
tum, non ſolũ erigat proſtratos, verumetiam
ſuffulciat ambulantes, Cæterum quicquid li
bet donatũ ſit p̃deſtinatis, id poſſe & amitte
re & retinere propria voluntate contendũt.
Qđ tunc falſum eſſet, ſi verũ putarent eam
quoſdã perſeuerantiã percepiſſe, ut niſi per-
M ſeuerantes eſſe non poſsint. Inde eſt qđ & il
lud pariter nõ accipiũt, ut eligẽdorũ reijciẽ-
dorũq; eẽ difinitũ numerũ uelint: atq; illius
ſentẽtiæ expoſitionẽ, non eã, quæ a te eſt de-
prompta ſuſcipiũt, id eſt, vt non niſi oẽs ho-
mines ſaluos fieri velit, & non eos tm̃ qui ad
ſanctorum numerum pertinebunt, ſed om-
nino, vt nullus habeatur exceptus, Nec hoc
timendũ, quod quidã eo inuito perire dican
tur. Sed qũo aiunt, non vult a quoq̃ peccari
vel deſeri iuſtitiã, & tñ iugiter illa deſeritur
ꝯtra eius uoluntatẽ, cõmittunturq; peccata,
ita eũ ſaluare uelle oẽs homines nec tñ oẽs
homines velle ſaluari? Teſtimonia etiam ſcri
pturæ quæ de Saule vel de Dauid poſuiſti,
non pertinere putant ad quæſtionẽ, quæ de
exhortatione verſatur. Alij aũt ad id referũt,
vt ex his ẽt gratiã accipiant cõmendari, qua
vnuſquiſq; poſt uoluntatẽ iuuatur: vel ad ip
ſam vocationẽ, quæ præſtatur indignis. Hoc
enim & illis locis tuorum opuſculorum &
aliorum quæ perſequi longũ eſt, ſe demõſtra
re teſtantur. Paruulorum aũt cauſam ad exẽ
plum maiorum non patiũtur afferri. Quam
& tuam ſanctitatem dicunt eatenus attigiſſe
vt incertum eſſe uolueris, ac potius de eorũ A
pœnis malueris dubitari. Quod in libro ter- *lib. 3. de*
tio de libero arbitrio ita poſuiſſe meminiſti, *lib. arbi.*
vt hanc eis occaſionem potuerit exhibere. *cap. 23.*
Hoc etiam de aliorum libris quorum eſt in
Eccleſia authoritas, faciunt quod perſpicit
ſanctitas tua non parum poſſe iuuare cõtra-
dictores, niſi maiora, aut certe uel paria pro-
ferantur a nobis. Non. n. ignorat prudentiſsi
ma pietas tua, quanto plures ſint in Eccleſia,
qui authoritate nominum in ſentẽtia teneã
tur, aut ad ſententiã transferantur. Ad ſum-
mum fatigatis omnibus nobis, ad id profecu
tio eorum, uel potius querela cõuertitur, cõ
ſentientibus etiam his qui hanc definitionẽ
improbare non audent, vt dicãt. Quid opus
fuit huiuſcemodi diſputationis incerto, tot
minus intelligentiũ corda turbari? Neque. n.
minus vtiliter ſine hac definitione, aiunt tot
annis a tot tractatorib. tot p̃cedẽtib. libris &
tuis & aliorũ, cũ ꝯtra alios tũ maxime cõtra
Pelagianos, catholicã fidẽ fuiſſe defenſam.
Hæc mi pater & alia interminabiliter plura,
ſi ut ſũma mea vota ꝯfitear, p me deferre ma
luiſſẽ, uel qa hoc nõ merui, ſaltẽ ꝓlixiore tẽ
pore oĩa, quibus mouẽtur, collecta dirigere, B
vt qcqd de hac re cõtradicit̃ quatenus refel
li, uel ſi id nõ põt, tolerari debere audirẽ. Sed
qa neutrũ ex uoto ꝓuenit, malui, qũo potui
hæc cõprehenſa dirigere, quã penitus de tã-
ta quorundã cõtradictione reticere. Sunt ex
parte tales pſonæ, vt his cõſuetudine Eccle-

ſiaſtica laicos ſummã reuerentiã neceſſe ſit
exhibere. Quod quidẽ ita curauimus deo iu
uante ſeruare, vt cũ opus fuit nõ taceremus,
quæ ad q̃onis huius aſſertionẽ exiguitas no-
ſtrarũ virium ſuggerebat. Sed nunc ſumma-
tim quantũ feſtinatio perlatoris admiſit, hęc
velut cõmouendo ſuggeſsi. Tuæ ſanctæ pru
dentiæ eſt diſpicere quid facto opus ſit, vt ta
liũ & tantorũ ſuperetur vel tẽperetur inten-
tio. Cui ego iã parum prodeſſe exiſtimo te
reddere rationẽ, niſi & addatur authoritas,
quã tranſgredi infatigabiliter cõtentioſa cor
da non poſsint. Sed planè illud tacere nõ de-
beo, quod ſe dicãt tuam ſanctitatẽ hoc exce-
pto, in factis & dictis oĩbus admirari. Tuum
erit decernere, qũo ſit in hoc eorũ contradi-
ctio toleranda. Nec mireris quod aliter uel
aliqua in hac epiſtola addidi, quantũ puto, q̃
C in ſuperiore non dixerã, Talis eſt.n. nunc eo
rum definitio, præter illã quæ per feſtinatio-
nem aut obliuionẽ fortaſſe præterij. Libros
cũ æditi fuerint, quos de vniuerſo opere mo
liris, quæſo habere mereamur, maxime ut ꝑ
eorũ authoritatẽ, ſi qua tibi in tuis diſplicẽt,
a dignitate tui noĩs iã non trepidi ſequeſtre-
mus. Librũ etiam de gratia & libero arbitrio
non habemus: ſupereſt ut eũ quia vtilẽ q̃oni
confidimus, mereamur accipere. Nolo autẽ
ſanctitas tua ſic me arbitretur hæc ſcribere,
quaſi de ijs quæ nunc ædidiſti, ego dubitem.
Sufficiat mihi pœna mea, quod a præſentiæ
tuæ delitijs exulatus, vbi ſalubribus tuis vbe
ribus nutriebar nõ ſolũ abſentia tua crucior,
verumetiã peruicacia quorundã qui non tm̃
manifeſta reſpuunt, ſed ẽt non intellecta re-
prehendũt. Cæterũ hac ſuſpicione intantum
careo, vt potius infirmitatẽ meã: qua tales pa
rum patienter fero, notabilẽ putẽ. Qualiter
aũt ad hæc cõſulendũ iudices, vt dixi, tuæ ſa
pientiæ derelinquo. Nã ad me hoc ꝑtinere
credidi, ꝓ ea quã Chriſto vel tibi debeo cha
ritate, vt quæ in q̃onem veniunt non taceã.
D Quicquid pro ea gratia quã in te puſilli cum
magnis miramur, volueris aut valueris, gra-
tiſsime accipiemus tanquã a nobis chariſsi-
ma & reuerendiſsima authoritate decretũ.
Sanè quia vrgẽte perlatore, timui me, uel nõ
omnia, uel hæc ipſa minus digne conſcius
mearum virium poſſe dirigere, egi cũ uiro,
tũ moribus, tum eloquio & ſtudio claro, vt
quanta poſſet collecta ſuis literis intimaret,
quas coniunctas his deſtinare curaui. Eſt e-
nim talis qui etiam præter hanc neceſsitatẽ,
dignus tuæ ſanctitatis notitia iudicetur. San-
ctus Leontius diaconus cultor tuus, cũ meis
parẽtibus multum te ſalutat. Memorem mei
paternitatem tuam dominus Ieſus Eccleſiæ
ſuæ annis pluribus donare dignetur domine
pater. Et infra, Sciat ſanctitas tua, fratrẽ meũ
cuius maxime cauſa hinc diſceſsimus, cum
matrona ſua ex conſenſu perfectam deo cõ
tinentiam deuouiſſe. Vnde rogamus ſancti-
tatem tuam, ut orare digneris, quo hoc ip-
ſum in eis dominus confirmare & cuſtodi-
re dignetur. E

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI, de Prædeſtinatione Sanctorum, Liber Primus.

DIxiſſe quidem Apoſtolum ſci- *Cap. Phili*
mus in Epiſtola ad Philippen-
ſes, Eadem ſcribere vobis, mi-
hi quidem non pigrum, vobis
autem tutum eſt. Idem tamen
ſcribens ad Galatas, cum ſe ſatis apud eos e-
giſſe perſpiceret, quod illis per miniſterium
ſermonis ſui neceſſarium eſſe cernebat: De
cætero, inquit laborem mihi nemo præſtet: *Galat*
uel ſicut in pleriſque codicibus legitur, Ne-
mo mihi moleſtus ſit. Ego autẽ quanuis me
moleſte ferre cõfitear, quod diuinis eloquijs F
quibus dei gratia prædicatur, quæ omnino
nulla eſt, ſi ſecundum merita noſtra datur,
tam multis manifeſtiſque non creditur: ue-
ſtrum tamen ſtudium, fraternamq; dilectio-
nem filii chariſsimi Proſper, & Hilari, qua
eos qui tales ſunt, ita nõ vultis errare, vt poſt
tot libros de hac re atque epiſtolas meas, ad-
huc me deſideretis hinc ſcribere: tantũ amo
quantum non poſſum dicere: & tantum me
amare, quantum debeo, non audeo dicere.
Quapropter ecce reſcribo uobis, & licet iã
non uobiſcum, tamen etiam per uos adhuc
ago, quod me ſatis egiſſe credebam. Con-
ſideratis enim literis veſtris uidere mihi vi-
deor eos fratres pro quibus geritis piam cu-
ram, ne teneant poeticam ſententiam qua
dictum eſt, Spes ſibi quiſque: & in illud
in-

incurrant quod non poetice, sed prophetice dictum est, Maledictus omnis qui spem habet in homine: eo modo esse tractãdos, quo tractauit Apostolus quibus ait. Et si quid aliter sapitis, hoc quoq; vobis deus reuelabit. Adhuc quippe in q̃one caligant de prædestinatione sanctorũ, Sed habẽt vnde si q̃d aliter in ea sapiunt, hoc quoq; illis reuelet deus, si in eo ambulẽt in quod ꝑuenerunt. Propter q̃d Apostolus cũ dixisset, Si q̃d aliter sapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit: ueruntamẽ, inquit, in q̃d peruenimus, ĩ eo ambulemus. Peruenerũt aũt isti fratres nr̃i, per quibus solicita est pia charitas vestra, ut credant cũ Ecclesia Christi, peccato primi hoĩs obnoxium nasci genus humanũ, nec ab isto malo nisi per iustitiã secũdi hoĩs aliquẽ liberari. Peruenerunt ẽt, vt ꝑueniri uoluntates hoĩum dei gratia fateãtur atq; vt ad nullũ opus bonum vel incipiẽdũ uel ꝑficiendũ sibi quẽquã sufficere posse cõsentiãt. Retẽta ergo ista ĩ quæ ꝑuenerunt, plurimũ eos a Pelagianorũ errore discernũt. Proinde si ĩ eis ambulẽt & orẽt eũ qui dat intellectũ, si quid de ꝓdestinatione aliter sapiũt, ipse illis quoq; reuelabit: tñ ẽt nos impẽdamus eius dilectionis affectum ministeriũq; sermonis, sicut donat ille quẽ rogamus, ut his literis ea q̃ illis essent apta & utilia diceremus. Vñ.n. scimus, ne forte deus nr̃ id ꝑ hanc nostrã uelit efficere seruitutẽ, qua eis in Christi libera charitate seruimus?

17 Philip.3 G

Cap.2.

H

Prius itaq; fidẽ qua Christiani sumus donum dei esse debemus ostendere, si tñ diligẽtius id facere possumus, quã in uoluminibus tot tantisq; iã fecimus. Sed nũc eis rñdendũ esse uideo qui diuina testimonia q̃ de hac re adhibuimus, ad hoc dicũt ualere, ut nouerimus ex nobis quidẽ nos habere ipsam fidẽ, sed incrementũ eius ex deo, tanq̃ fides nõ ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tñ augeatur ĩ nobis, eo meritò, quo cœpit a nobis. Non ergo recedit ab ea sñia, q̃ Pelagius ipse in Ep̃ali iudicio Palæstino sicut eadẽ gesta testantur damnare compulsus est, gratiã dei secũdum merita nostra dari: quasi nõ pertineat ad dei gratiã quod credere cœpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusque credamus: ac per hoc initium fidei nostræ priores damus deo, vt retribuatur nobis & supplementum eius, & si q̃d aliud fideliter poscimus. Sed ꝯtra hæc cur nõ potius audimus: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? q̃m ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Et ipsum igitur initiũ fidei nostræ, ex quo nisi ex ipso est? Neq; enim hoc excepto ex ipso sunt cætera, sed ex ipso, & ꝑ ipsum, & in ipso sunt oĩa. Quis aũt dicat eũ qui iam cœpit credere, ab illo in quẽ credidit nihil mereri? Vnde fit, ut iam merenti cætera dicantur, addi retributione diuina, ac per hoc gratiã dei secundum merita nostra dari. Q̃d obiectum sibi Pelagius ne dãnaret, ipse dãnauit. Quisquis igitur hanc dãnabilẽ vult ex omni parte uitare sententiã, ueraciter intelligat dictũ quod Apostolus ait: Vobis donatũ est pro Christo, nõ solum vt credatis in eũ, verum etiam ut patiamini pro eo. Vtrunque ostendit dei donũ, q̃a vtrunq; dixit esse donatũ. Nec ait vt plenius & ꝑfectius credatis in eũ: sed, vt credatis in eũ. Nec seipsum misericordiã consecutũ dixit ut fidelior, sed vt fidelis esset: quia sciebat non se initiũ fidei suæ priorẽ dedisse deo, & retributũ sibi ab illo eius augmentũ, sed ab eo se factum fidelẽ, a quo & Apostolus factus est: Nã scripta sunt ẽt fidei eius initia, suntque Ecclesiastica celebri lectione notissima. Auersus quippe à fide quam uastabat, eiq; vehementer aduersus, repente est ad illam gratia potentiore cõuersus: conuertente illo cui hoc ipsum facturo per Prophetam dictum est: Tu conuertẽs viuificabis nos, vt non solũ ex nolente fieret volens credere, verũ etiã ex persecutore persecutionem in eius fidei, quã persequebatur, defensione pateretur. Donatum quippe illi erat à Christo, non solũ vt crederet in eum, uerũetiã ut pateretur ꝑ eo. Et ideo cõmendans istã grãm, quæ non secundũ aliqua merita, sed efficit oĩa bona merita: Non q̃a idonei sumus, inq̃t, cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Attendant hic, & uerba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex deo esse fidei supplemẽtũ. Quis.n. nõ uideat, priꝰ esse cogitare q̃ credere? Nullus q̃ppe credit aliq̃d, nisi prius cogitauerit esse credendum. Quãuis.n. raptim, quãuis celerrime credẽdi uolũtatem quædam cogitationes anteuolẽt, moxque illa ita sequatur, ut quasi coniũctissima comitetur, necesse est tamen vt omnia

Rom.11. I Philip.1 Psal.84. K 2.Cor.3.

quæ creduntur, pueniente cogitatione credantur: quanquā & ipsum credere, nihil aliud est q̃ cū assensione cogitare. Non.n.omnis qui cogitat, credit: cū ideo cogitent pleriq; , ne credant: sed cogitat omnis qui credit, & credendo cogitat, & cogitādo credit. Quod ergo pertinet ad religionē atq; pietatem, de qua loquebatur Apostolus: Si nō sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nr̃a ex deo est: profecto non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod sine cogitatione nō possum⁹, sed sufficiētia nostra qua credere incipimus, ex deo est. Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipiendū vel perficiendum quodcunq; opus bonum, quod iam isti fratres sicut vestra scripta indicant, verū esse consentiūt: vnde in omni opere bono incipiendo & perficiendo, sufficientia nostra ex deo est, ita nemo sibi sufficit vel ad incipiendā vel ad perficiendam fidē, sed sufficientia nostra ex deo est: qm̃ fides si non cogitetur, nulla est, & nō sumus idonei cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Cauendū est fratres dilecti a deo, ne homo se extollat aduersus deū, cū se dicit facere qđ promisit deus. Nōne fides gentium promissa est Abrahæ, & ille dans gloriā deo, plenissime credidit, Qm̃ qui promisit, potēs est & facere? Ipse ergo fidē gentiū facit, qui potēs est facere quod promisit. Porro si operatur deus fidē nostrā miro modo agens in cordibus nostris vt credamus, nunquid metuendū est, ne totum facere non possit: & iō homo sibi primas eius vendicat partes, ut nouissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliud agitur isto modo, nisi vt gratia dei ſm merita nostra detur quolibet modo, ac sic gr̃a iā non sit gratia. Redditur nanq; hoc pacto debita, non donatur gratis: debetur.n.credēti, vt a dn̄o ipsa fides augeatur, & sit merces fidei cœptæ, fides aucta: nec attenditur cum hoc dicitur, non secundum gratiā, sed secūdum debitum istam mercedem credentibus imputari. Cur autem non totū tribuatur homini, ut qui sibi potuit instituere, quod non habebat: ipse quod instituit, augeat, omnino non video: nisi quia resisti non potest diuinis manifestissimis testimoniis, quibus & fides, vnde pietas exordium sumit, donū Dei esse monstrat. Quale est illud, q̃ vnicuique Deus, partitus est mensurā fidei. Et illud: Pax fratrib⁹ & charitas cū fide a deo patre, & domino Iesu Christo: & cætera talia. Nolēs ergo his tā claris testimonijs repugnare, & tñ volēs a seipso sibi eē qđ credidit homo quasi cōponat cū deo, vt partē fidei sibi vēdicet, atq; illi partē relinquat, & qđ est elatius, primā tollit ipse sequētē dat illi: & i eo qđ dicit esse amborū, priorē se facit, posteriorē deū.

Credere quid sit. L *Rom. 4.* M

Non sic pius atque humilis doctor ille sapiebat, Cyprianū beatissimū loquor, q dixit in nullo gloriādū, qm̃ nostrū nihil sit. Quod vt ostenderet, adhibuit Apostolū testem dicētem. Quid autem habes quod non accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quo pcipue testimonio etiam cōuictus sum, cū similiter errarem putans fidem qua in deū credimus, non esse donū dei, sed a nobis esse in nobis, & per illā nos impetrare dei dona quibus tēperanter, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. Neq;.n.fidem putabā dei gratia præueniri, vt per illā nobis daretur quod posceremus vtiliter, nisi quia credere nō possumus, si non præcederet præconiū ueritatis. Vt aūt prædicato nobis Euāgelio consentiremus, nostrū esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meum errorē nonnulla opuscula mea satis indicāt, ante Episcopatū meū scripta. In quib. est illud quod commemorastis in literis vestris, vbi est expositio quarūdam propositionū ex Epistola quæ est ad Romanos. Denique cum mea cuncta opuscula retractarē, eamq; retractationem stylo prosequerer, cuius operis iā duos absoluerā libros, antequam scripta vestra prolixiora sumpsissem, cum ad hunc librum retractādū in primo uolumine peruenissem, sic inde locutus sum. Item disputans quid, inquā, elegerit deus i nondū nato, cui dixit seruiturū esse maiorē: & quid in eodē maiore similiter nondū nato reprobauerit: de quib. p̄p hoc commemorat, quāuis lōge postea prolatū sit Propheticū testimoniū: Iacob dilexi, Esau aūt odio habui: ad hoc perduxi ratiocinationem, vt dicerem: Non ergo elegit deus opera cuiusquam in præscientia quę ipse daturus est: sed fidē elegit i pscīētia, vt quē sibi crediturū eē præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritum sanctū daret, ut bona ope-

A *Cap. 1. Rom. cap. 1. C* B *1. Retra. 23. expo. ad Rom. 60. di. 4. Opin. Mal.*

operando, ět æternã uitã consequereť. Nondũ diligentius quæsiuerã, nec adhuc inuenerã qualis sit electio grãe: de qua idẽ dicit Apostolus: Reliquiæ ꝑ electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Quæ vtiq; non est gratia, si eã ulla merita præcedunt: ne iã qđ datur non secundũ gratiã, sed secũdũ debitũ, reddatur potius meritis quã donetur. Proinde quod cõtinuo dixi: Dicit.n. idem Apostolus, Idẽ deus qui operatur oĩa in omnibus: nusquã autẽ dictũ est, deus credit omnia in omnibus ac deinde subiunxi: Quod enim credimus, nostrũ est: quod autẽ operamur bonũ, illius est, qui credentibus dat spiritũ sanctũ: profecto non dicerem, nisi iam scirẽ etiam ipsam fidẽ inter dei munera reperiri, quæ dantur in eodẽ spiritu. Vtrunq; ergo nostrũ est: ꝓpter arbitriũ voluntatis, & vtrunq; tñ datũ est per spiritũ fidei & charitatis. Neq;.n. sola charitas, sed sicut scriptum est: Charitas cũ fide a deo patre & dño Iesu Christo, Et qđ paulo post dixi: Nostrũ est.n. credere & uelle: illius aũt, dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per spiritũ sanctũ, per quẽ charitas diffunditur in cordibus nostris: uerũ est quidem, sed eadem regula, & vtrunq; ipsius est, quia ipse præparat voluntatem: & utrunque nostrũ, quia non fit nisi volẽtibus nobis. Ac per hoc quod etiã postea dixi. Quia neq; velle possumus, nisi uocemur: & cũ post uocationẽ voluerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus noster, nisi deus & uires currẽtibus præbeat & perducat quo uocat. Ac deinde subiunxi, Manifestũ est ergo non uolẽtis neq; currentis, sed miserẽtis dei esse ꝙ bene operamur: omnino uerissimũ est. Sed parũ de ipsa uocatione disserui, quæ fit secũdũ propositũ dei. Non.n. omniũ qui uocãtur talis est, sed tantum electorũ. Itaq; quod paulopost dixi: Sicut.n. ĩ his quos elegit deus nõ opera, sed fides inchoat meritũ, ut per munꝰ dei operentur: sic in his quos dãnat infidelitas & impietas inchoat pęnæ meritũ, vt ꝑ ipsam pœnam etiã male operentur: verissime dixi: Sed fidei meritũ etiam ipsum esse donũ dei: nec putaui quęrendũ est, nec dixi. Et alio loco, Cuius.n. miseretur, inquã, facit eum bene operari: & quem obdurat relinquit eum ut mala opereť. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedenti iniquitati. Quod quidẽ uerũ est, sed adhuc quærendũ erat, vtrũ & meritũ fidei misericordiã dei præueniat: id est, vtrũ ista misericordia ideo tantũmodo fiat in homine, quia fidelis est: an etiã facta fuerit vt fidelis esset. Legimus.n. dicente Apostolo: Misericordiã consecutus sum, vt fidelis essem, non ait, quia fidelis erã. Fideli ergo datꝫ quidẽ, sed data est ět ut esset fidelis. Rectissime itaq; alio loco in eodẽ libro dixi: Qm̃ si non ex operibꝰ, sed misericordia dei & vocamur vt credamus, & credentibus præstatur vt bene operemur, nõ est gẽtibus ista inuidẽda misericordia, quãuis minus ibi diligẽter de illa q̃ per dei ꝓpositũ fit uocatione tractauerim.

Videtis certe quid tunc de fide atq; operibus sentiebã, q̃uis, de cõmendãda dei gratia laborarẽ, in qua sentẽtia istos fratres nostros esse nunc uideo, quia non sicut legere libros meos, ita ět in eis curauerunt proficere mecũ. Nã si curassent, inuenissent istã quæstionem secundum ueritatẽ diuinarum scripturarũ solutã, ĩ primo libro duorũ quos ad beatæ memoriæ Simplicianum scripsi Epm Mediolanensis Ecclesiæ, sancti Ambrosij successorem, in ipso exordio Episcopatus mei, nisi forte non eos nouerint. Quod si ita est, facite ut nouerint. De hoc primo duorũ illorũ libro, in secũdo retractationũ primũ locutus sum, q; sermo meus ita se habet, Librorũ, inquã, quos elaboraui Epps, primi duo sunt ad Simplicianũ Ecclesiæ Mediolanẽsis antistitẽ, qui beatissimo successit Ambrosio, de diuersis q̃onibus: quarum duas ex Epistola Pauli ad Romanos in primum librum cõtuli. Harum prior est de eo quod scriptum est: Quid ergo dicemus, lex peccatũ est? Absit, usq; ad illud ubi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ dominum nostrũ. In quę illa apostoli verba: Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum: & cætera quibus caro contra spiritum confligere ostenditur, eo modo exposui tanquam homo describatur adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutus. Longe enim postea etiam spiritalis hominis & hoc probabilius, esse posse illa uerba cognoui. Posterior ĩ hoc libro qõ est ab eo loco ubi ait: Non solũ autem, sed & Rebecca ex uno cõcubitu habẽs Isaac patris nostri: vsq; ad illud vbi ait: Nisi do-

Ad Simplicianū li.1. quæstio.2. *Esaiæ 1.*

dominus sabaoth reliquisset nobis semen sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. In cuius q̃ōnis solutione elaboratū est pro libero arbitrio volūtatis humanæ, sed uicit dei gratia. Nec nisi ad illud potuit perueniri, vt liquidissima ueritate dixisse intelligatur Apostolus: Quis.n. te discernit: Quid aūt habes qđ non accepisti? Si aūt & accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis? Quod volens ēt martyr Cyprianus ostēdere, hoc totū ipso titulo definiuit, dicens in nullo gloriandū, qñ nihil nostrum est. Ecce quare dixi superius, hoc Apostolico p̄cipue testimonio ēt meipsum fuisse conuictū: cū de hac re aliter saperem q̄ mihi deus in hac q̄ōne soluenda, cū ad Epm Simplicianum sicut dixi, scriberem, reuelauit. Hoc igiẗ Apostoli testimoniū, ubi ad reprimendā hominis inflationē dixit: Quid.n. habes, qđ nō accepisti? nō sinit quenq̄ fideliū dicere. habeo fidē q̄ nō accepi, reprimiturq; oīno his Apostolicis uerbis tota huius r̄nsionis elatio. Sed nec hoc q̄dē pōt dici: quāuis nō habeā p̄fectā fidē, habeo tñ eius initiū quo in Christū primitus credidi: quia & hic r̄ndetur. Quid autē habes quod non accepisti? Si autē & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

1.Co.4. G

Cap.5.

Illud vero quod putāt de hac fide ideo nō posse dici: Quid.n. habes qđ nō accepisti: q̄a in eadē natura remanet, licet uitiata, q̄ prius sana ac p̄fecta donata sit, nihil ad id qđ uolunt ualere intelligitur, si cur hoc Apostolus dixerit, cogitetur. agebat.n. ne quisquā gloriaretur ī homine, quoniā dissensiones exortæ fuerant inter Corinthios Christianos, ita ut vnusquisq; diceret: Ego quidē sum Pauli: alius autē, ego Apollo: alius uero, ego Cephe: & inde ventū est, vt diceret: Stulta mundi elegit deus, vt cōfundat sapiētes: & infirma mundi elegit deus, ut cōfundat fortia: & ignobilia mūdi & contēptibilia elegit deus: & ea q̄ non sunt tanquā sint, vt quę sunt euacuet, ut nō glorietur corā deo oīs caro. Hic certe contra humanā superbiā satis clara est Apostoli intentio: ne in homine quisquā glorietur, ac per hoc nec in seipso. Deniq; cum dixisset: vt non glorietur corā deo omnis caro: vt ostenderet in quo debeat homo gloriari, mox addidit: Ex ipso autem, inquit, uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio: ut queādmodū scriptū est Qui gloriatur in dño glorietur, inde p̄uenit ista eius intentio, ut postca increpās dicat: Adhuc.n. carnales istis, cū.n. sint inter uos æmulatio & cōtentio, nōne carnales estis, & secundū hominē ambulatis? Cum.n. quis dicat, ego quidem sum Pauli: alius autē, ego Apollo: nōne homines estis? Quid ergo est Apollo: quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis: & vnicuiq; sicut dñs dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incremētū dat deus. Videtis ne nihil agere Apostolū, nisi ut humilietur homo, & exaltetur deus solus? Quandoquidē in eis q̄ plantātur, & qui rigātur, nec ipsum plantatorē & rigatorē dicit esse aliquid, sed qui incrementū dat deus: quanuis & hoc ipsum quod ille plantat, hic rigat, nō ipsis, sed dño tribuat dicens, Vnicuique sicut dominus dedit: ego plantaui, Apollo rigauit. Hinc ergo in eadē intentione persistēs, ad hoc venit, ut diceret, Itaq; nemo glorietur in homine. Iam.n. dixerat, Qui gloriatur, in dño glorietur. Post hæc & alia nonnulla quæ his cōnectuntur, perducitur illuc eadē ipsa eius intentio ut dicat, Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo ꝓpter uos: ut in nobis discatis, ne supra quam scriptū est, vnus pro altero infletur aduersus alterū. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? In hac Apostoli euidentissima intentione, qua contra humanam superbiam loquitur, ne quisquam in homine, sed in domino glorietur: dona dei naturalia suspicari, siue ipsam totam perfectamq; naturam qualis in prima conditione donata est, siue vitiatæ naturæ qualescunq; reliquias, nimis quantum existimo absurdum est. Nunquid enim per hæc dona quæ omnibus cōmunia sunt hominibus, discernuntur homines ab hominibus? Hic autem prius dixit, Quis enim te discernit? deinde addidit, Quid autem habes quod non accepisti? Posset quippe dicere homo inflatus aduersus alterum: discernit me fides mea, iustitia mea, vel si q̄d aliud, Talibus occurrens cogitationibus bonus doctor. Quid autem habes, inquit, quod non accepisti,

1.Co.1. H *Ibidem.* *Hier.9* *1.Cor.3* I *1.Cor.3* *1.Cor.4* K

accepisti? A quo nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui non donauit, quod donauit tibi. Si aũt & accepisti ait: quid gloriaris quasi nõ acceperis? Nunquid quæso ait aliud, nisi vt q gloriatur in dño glorietur? Nihil autẽ huic sensui tã cõtrarium est, q̃ de suis meritis sic quenquã gloriari, tanquã ipse sibi ea fecerit, non gratia dei: sed gratia q̃ bonos discernit a malis: non quæ cõis est, & bonis & malis. Sit

L

ergo gratia naturæ attributa, qua sumus animantia rõnabilia, discernimurq; a pecorib. sit ẽt gratia naturæ attributa, qua in ipsis hominibus a deformib. pulchri, uel ingeniosi discernuntur a tardis, ac si q̃d eiusmodi est. Sed non se ille quẽ coercebat Apostolus aduersus pecus inflabat, nec aduersus hominẽ alterũ, de aliquo naturali munere qđ inesse posset & pessimo, sed aliqđ bonũ qđ ptineret ad uitã bonã, sibi non deo tribuens inflabatur, qñ audire meruit, Quis. n. te discernit?

The. 3

Quid aũt habes qđ non accepisti? Vt. n. sit naturæ, fidẽ posse habere, nunq̃d & hr̃e? Nõ. n. oĩum est fides, cũ fidẽ posse habere sit oĩum. Non aũt ait Apostolus, q̃d aũt potes habere quod non accepisti vt posses habere: sed ait, Quid autẽ habes qđ non accepisti? Proinde posse habere fidẽ, sicut posse habere charitatẽ, naturæ est hominũ: habere autẽ fidẽ quẽadmodũ habere charitatẽ, gratiæ est fideliũ. Illa itaq; natura in qua nobis data est possibilitas habẽdi fidẽ, non discernit ab hoĩe hominẽ, ipsa uero fides discernit ab infideli fidelẽ. Ac per hoc vbi dicitur. Quis. n. te discer-

M

nit? Quid aũt habes qđ non accepisti? quisq̃s audet dicere, habeo ex meipso fidẽ, nõ ergo accepi: profecto cõtradicit huic apertissimæ ueritati, nõ q̃a credere uel nõ credere, nõ est in arbitrio volũtatis humanę, sed ĩ electis p̃parat volũtas a dño. Iõ ad ipsam quoq; fidẽ, quę in uolũtate est pertinet. Quis. n. te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?

Cap. 6.

Multi audiunt uerbũ ueritatis: sed alii credunt, alij contradicunt. Volunt ergo isti credere: nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cum alijs præparetur, aliis non præparetur uoluntas a domino: discernendum est utiq; quid ueniat de misericordia eius, quid de iudicio. Quod quærebat Israel ait Apostolus, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est: cæteri uero excecati sunt, sicut scriptũ est, Dedit illis de⁹ spiritũ cõpunctionis: oculos ut non uideãt, & aures ut non audiãt, usq; in hodiernũ diẽ. Et Dauit dicit, Fiat mensa eorũ in laqueũ & venationem & in scandalũ & in retributionẽ illis: obscurentur oculi eorũ ne uideãt, & dorsum eorũ semper incurua. Ecce misericordia & iudiciũ: misericordia in electione, quæ consecuta est misericordiã dei: iudiciũ uero in cæteros qui excæcati sunt: & tñ illi quia uoluerunt, crediderũt: illi q̃a noluerũt, non crediderunt. Misericordia igitur & iudiciũ in ipsis uolũtatibus facta sunt. Electio q̃ppe ista gratiæ est, nõ utiq; meritorũ. Superi⁹ enim dixerat, Sic ergo & in hoc tp̃e reliq̃æ per electionẽ gratiæ saluæ factę sunt. Si autẽ gratia, iam nõ ex operibus: alioquin gratia iã non est gratia. Gratis ergo consecuta est, qđ cõsecuta est electio: nõ pcessit eorũ aliquid quod priores darẽt, & retribueretur illis: pro nihilo. n. saluos fecit eos. Cæteris aũt qui excæcati sunt, sicut ibi non tacitũ est, in retributione factũ est. Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas. Inuestigabiles sunt aũt uię ei⁹. Inuestigabiles igit sunt, & misericordia qua gratia liberat, & veritas qua iuste iudicat. Sed forsitan dicunt: ab operibus fidem distinguit Apostolus: gratiã uero nõ ex operib. esse dicit: nõ aũt dicit, q̃ nõ sit ex fide. Ita uero est: sed ipsam quoq; fidẽ opus dei dicit esse Iesus, & hanc ut operemur iubet, Dixerunt. n. ad eũ Iudæi, Quid faciemus ut operemur opera dei? Respõdit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Sic ergo distinguit Apostolus ab operibus fidẽ quemadmodũ in duobus regnis Hebræorũ distinguitur Iudas ab Israel, cum & ipse Iudas sit Israel. Ex fide autem ideo dicit iustificari hominem, non ex operibus: quia ipsa prima datur, ex qua impetrẽtur cætera, q̃ pprie opera nũcupãtur in q̃bus iuste uiuitur. Nã dicit ẽt ipse, Gratia salui estis facti p fidẽ & hoc non ex uobis sed dei donum est. i. & quod dixi per fidem nõ ex uobis, sed dei donum est. Etiam fides non ex operibus, inq̃t, ne forte quis extollatur, solet. n. dici, iõ credere meruit, quia uir bonus erat & antequã crederet. Qđ de Cornelio dici potest, cuius acceptæ sunt eleemosynæ & exauditæ orões antequam credidisset in Christũ, nec tñ

Rom. 11. Esaia. 6. Psal. 68. A Rom. 11. Psal. 14. Rom. 11. Cap. 7. Ioan. 6. B Ephe. 2. Act. 10

Rom. 10. ſine aliqua fide donabat & orabat. Nã quõo in
uocabat in quẽ non crediderat? Sed ſi poſſet
ſine fide Chriſti eſſe ſaluus, non ad eũ ædifi-
candũ mitteretur architectus Apoſtolus Pe-
Pſal. 126 trus: quãuis niſi dñs ædificauerit domũ, ĩ va-
num laborauerunt ædificantes eã. Et dicitur
a uobis, fides eſt à nobis, cætera à dño ad o-
pera iuſtitiæ ꝑtinẽtia: quaſi ad ædificiũ non
ꝑtineat fides, quaſi ad ædificiũ, inq̃, non per-
tineat fundamentũ. Quod ſi in primis & ma
xime ꝑtinet, in uanũ laborat p̃dicando ædifi
cans fidẽ, niſi eã dñs miſerando intus ædifi-
C cet. Quicqd igitur & antequã in Chr̃m cre-
deret, & cũ crederet, & cum credidiſſet, be-
ne operatus eſt Cornelius, totum deo dandũ
eſt, ne forte qs extollatur. Proinde ipſe vnus
magiſter & dñs cũ dixiſſet q̃ ſupra cõmemo
Ioan. 6. raui. Hoc eſt opus dei, vt credatis in eũ quẽ
miſit ille: ĩ eodẽ ipſo ſermone ſuo paulopoſt
ait: Dixi vobis, quia & vidiſtis me & nõ cre-
didiſtis. Omne qđ dat mihi pr̃ ad me veniet.
Cap. 8. Quid eſt, ad me veniet: niſi credet in me?
Ioan. 6. Sed vt fiat, pater dat. Itẽ paulopoſt: Nolite, in
quit, murmurare inuicem: nemo põt venire
ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eũ, &
Iſa. 54. ego eũ reſuſcitabo in nouiſsimo die. Eſt ſcri
ptũ in Prophetis. Et erunt oẽs docibiles dei.
Oĩs q audiuit a patre & didicit, uenit ad me.
Quid eſt oĩs qui audiuit a patre & didicit, ve
nit ad me: niſi, nullus eſt qui audiat & diſcat
a patre, & non ueniat ad me? Si. n. omnis qui
audiuit a patre & didicit, venit: profecto oĩs
qui non venit, non audiuit a patre, nec didi-
cit: nã ſi audiſſet & didiciſſet, veniret. Neque
enim vllus audiuit ac didicit & non uenit:
ſed oĩs ut ait ueritas, qui audiuit a patre & di
D dicit, venit. Valde remota eſt a ſenſibus car-
nis hæc ſchola, ĩ qua pater auditur, & docet
vt ueniatur ad filiũ. Ibi eſt & ipſe filius, quia
ipſe eſt verbũ eius per quod ſic docet, nec a-
git hoc cũ carnis aure, ſed cordis. Simul eſt
& ibi ſpũs patris & filij: neq;. n. ipſe non do-
cet, aut ſeparatim docet, inſeparabilia qppe
didicimus eſſe opera trinitatis. Et ipſe eſt vti
que ſpiritus ſanctus, de quo Apoſtolus dicit,
Habẽtes aũt eundẽ ſpiritũ fidei. Sed iõ patri
hoc potiſsimũ eſt attributũ, quia de ipſo eſt
genitus vnigenitus, & de ipſo procedit ſpiri
tus ſanctus: unde longum eſt enucleatius di
ſputare, & de trinitate, quę deus eſt, laborem
noſtrum in quindecim libris ad uos iã exiſtĩ
mo ꝑueniſſe. Valde, inquã, remota eſt a ſen-
ſibus carnis hæc ſchola, in qua deus audit &
docet. Multos venire uidemus ad filiũ, quia
multos credere uidemus in Chriſtũ, ſed vbi
& quõ a patre audierint hoc & didicerint,
non videmus. Nimiũ gratia uero iſta ſecreta
eſt, gratiã uerò eſſe quis ambigit? Hęc itaque
gratia quæ occulte humanis cordib. diuina
largitate tribuitur, a nullo duro corde recipi
tur. Ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia
primitus auferatur. Qñ ergo pater intus audi
tur, & docet ut ueniat ad filiũ, aufert cor la-
pideũ, & dat cor carneũ, ſicut Propheta præ-
dicante promiſit. Sic quippe facit filios ꝑmiſ E
Ezech. ſionis & vaſa miſericordiæ quæ præparauit
in gloriã. Cur ergo non oẽs docet, vt ueniãt
ad Chriſtũ, niſi quia omnes quos docet, mi-
ſericordia docet: quos aũt nõ docet, iudicio
Rom. 9 non docet, quoniã cuius vult miſeretur, &
quem vult obdurat: ſed miſeretur, bonũ tri-
buẽs: obdurat, digna retribuẽs. Aut ſi & iſta,
vt quidã diſtinguere maluerunt, verba ſunt
eius cui Apoſtolus ait: Dicis itaque mihi, ut
ipſe dixiſſe accipiatur: ergo cuius vult miſe
retur, & quẽ vult obdurat, & q̃ ſequuntur. i.
Quid adhuc conqueritur: nam uolũtati eius
quis reſiſtit? Nunquid rñſum eſt ab Apoſto-
Rom. 9 lo: O homo, falſum eſt qđ dixiſti? Non. Sed
rñſum eſt. O homo, tu qs es qui rñdeas deo?
Nunquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit: qua
re ſic me feciſti? An non habet poteſtatem fi-
gulus luti ex eadem facere maſſa, & ſequen
tia quæ optime noſtis. Et tamen ſecundum
Eſa. 54 quendã modum, omnes pater docet venire
ad ſuum filium. Non. n. fruſtra ſcriptũ eſt in
Prophetis: Et erũt omnes docibiles dei. Qđ
F teſtimonium cum præmiſiſſet, tunc ſubdi-
dit: Omnis qui audiuit a patre & didicit, ve
nit ad me. Sicut ergo integre loquimur cum
de aliquo literarum magiſtro, qui in ciuitate
ſolus eſt, dicimus: omnes iſte hic literas do-
cet: nõ quia oẽs diſcunt, ſed quia nemo niſi
ab illo diſcit, quicũq; ibi literas diſcit: ita re-
cte dicimus, oẽs deus docet venire ad Chri-
ſtũ: non quia oẽs veniunt, ſed quia nemo ali-
Rom. 9. ter uenit. Cur autem non omnes doceat, ape
ruit Apoſtolus quãtum aperiendũ iudicauit:
quia uolẽs oſtẽdere irã, & demonſtrare potẽ
tiam ſuam, attulit in multa patientia vaſa irę
quæ

quæ perfecta sunt in perditioné, & vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Hinc est q verbũ crucis pereuntibus stultitia est:his aũt qui salui fiunt virtus dei est. Hos oẽs docet venire ad Christũ deus, hos oẽs vult saluos fieri,& in agnitionẽ ueritatis venire. Nã & si illos quibus stultitia est uerbum, crucis ut ad Christũ uenirẽt docere uoluisset, ꝓculdubio uenirent & ipsi: Non enim fallit aut fallitur qui ait: Omnis qui audiuit a patre & didicit,venit ad me. Absit ergo ut quisquam non ueniat, q a patre audiuit & didicit. Quare,inquiunt,non oẽs docet?Si dixerimus,qa nolunt discere quos nõ docet,rñdebitur nobis:Et ubi est quod ei dicitur, Dñe tu conuertens uiuificabis nos? Aut si non facit volẽtes ex nolentibus deus qd orat Ecclesia ſm præceptũ dñi pro persecutoribus suis? Nã sic ẽt uoluit intelligi sanctus Cyprianus qđ dicimus,Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra:hoc est,sicut in eis qui iam crediderunt & tanquã cœlum sunt, ita & in eis qui non credunt,& ob hoc adhuc terra sunt. Quid ergo oramus pro nolẽtibus credere, nisi vt deus ĩ illis operetur & uelle? De Iudæis certe Apostolus ait,Fratres,bona voluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad deũ pro illis fit ĩ salutem. Orat pro non credentibus,quid, nisi vt credant?Non enim aliter cõsequuntur salutẽ. Si ergo fides orantium dei præuenit gratiam: nunquid eorum fides pro quibus oratur vt credant,dei præuenit gratiam? Quandoquidẽ hoc pro eis oratur, vt non credentibus.i.fidem non habentibus, fides ipsa donetur. Cum igitur Euangelium prædicatur,quidam credunt, quidam non credunt: sed qui credunt prædicatore forinsecus sonãte intus a patre audiunt atq; discunt:qui aũt nõ credunt,foris audiunt,intus non audiunt, neq; discunt:hoc est,illis datur ut credãt,illis non datur:qa nemo,inquit,venit ad me,nisi pr̃ q misit me traxerit eum: quod apertius postea dicitur. Nã post aliquantũ cum de carne sua manducanda & bibẽdo sanguine suo loqueretur, & dicerent ẽt quidã discipulorũ eius: Durus est hic sermo, quis põt eum audire? Sciẽs Iesus apud semetipsum, qa murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis. Hoc uos scandalizat?Et paulopost:Verba,inquit,quæ ego locutus sum vobis,spiritus & uita sunt: sed sunt quidã ex uobis qui non credunt. Et mox Euangelista,Sciebat,inquit,ab initio Iesus qui essent credentes,& quis traditurus esset eũ.& dicebat: Propterea dixi uobis,quia nemo põt uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ergo trahi a patre ad Christũ,& audire, ac discere a patre ut ueniat ad Christũ,nihil aliud est, q̃ donũ accipere a patre, quo credat in Christũ. Neq;.n.audiẽtes Euãgelium a non audientibus, sed credẽtes a nõ credentibus discernebat qui dicebat. Nemo venit ad me nisi fuerit ei datum a patre meo.

[margin: 2. Cor. 1. — 1. Tim. 2 — Io. 6. — G — Psal. 84. — Matt. 6. — Rom. 10. — H — Io. 6.]

Fides igitur & inchoata & perfecta,donũ dei est: & hoc donũ quibusdã dari,quibusdã non dari,oĩno nõ dubitet qui non vult manifestissimis sacris literis repugnare. Cur autẽ non oĩbus detur,fidelem mouere nõ debet, qui credit ex uno oẽs iste in cõdemnationẽ, sine dubitatione iustissimã:ita vt nulla dei esset iusta reprehensio,ẽt si nullus inde liberaretur. Vnde cõstat magnã esse gratiã, qđ plurimi liberãtur,& quid sibi deberetur, in eis qui non liberantur agnoscũt: vt qui glorientur non in suis meritis quæ paria uident esse damnatis,sed in dño glorientur. Cur autem istũ potius quam illum liberet, inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Melius enim & hic audimus aut dicimus, O hõ tu quis es qui respondeas deo: quã dicere audeamus quasi nouerimus qđ occultũ esse voluit:qui tñ aliquid iniustũ velle nõ potuit. Illud aũt quod in opusculo meo quodã contra Porphyrium sub titulo: De tpe Christianæ religionis,me dixisse recolitis: ita dixi,vt hanc diligentiorem & operosiorem disputationem de gratia præterirem, non sanè omissa significatione q eã loco illo explicare noluissem,quæ posset alias vel ab aliis explicari. Nã ita locutus sum inter cætera,respõdẽs propositæ qõni:cur Christus post tam longa tempora uenerit, Proinde,inquã,cũ Christo non obiiciant,quòd eius doctrinam nõ omnes sequuntur:sentiunt enim & ipsi, nequaquam hoc recte obijci posse,uel sapiẽtię philosophorum, uel etiam numini deorum suorũ:quid respondebũt si excepta illa altitudine sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei, ubi fortassis aliud diuinũ consiliũ longe secretius latet,sine prę iudicio ẽt aliarũ forte causarũ,quæ a prudẽtibus

[margin: Cap. 9. — I — Hier. 9. — Rom. 11. — Rom. 9. — De sex qõnibus cõtra paganos qõne 2. — K]

tibus inuestigari queũt?Hoc solũ eis breuitatis gratia, in huius q̃onis disputatione dicamus: tunc uoluisse hoĩbus apparere Chr̃m, & apud eos p̃dicari doctrinã suã, q̃n sciebat & vbi sciebat esse, qui in eũ fuerant credituri. His.n.t p̃ibus & his locis quibus Euangeliũ eius non est prædicatũ, tales oẽs in eius p̃dicatione futuros esse præsciebat: quales nõ quidẽ oẽs, sed tñ multi in eius corporali pręsentia fuerunt, qui in eũ nec suscitatis ab eo mortuis credere uoluerũt. Quales etiam nũc multos videmus, cũ tanta manifestatione de illo cõpleãtur p̃conia Prophetarũ, nolle adhuc credere, & malle humana astutia resistere, q̃ tã claræ atq; p̃spicuæ tamq̃; sublimi & sublimiter diffamatæ, diuinæ cedere authoritati. Quãdiu paruus & infirmus est intellect⁹ hoĩs, diuinæ accedere ueritati non poterit. Quid ergo mirũ, si tã infidelibus plenũ orbẽ terrarũ Christus prioribus seculis nouerat, vt eis apparere vel prædicari merito nollet, quos nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Neq;.n. incredibile est tales tũc fuisse oẽs, quales ab eius aduẽtu vsq; ad hoc tẽpus tã multos fuisse atq; esse miramur: & tñ ab initio generis humani, aliàs occultius, aliàs euidentius, sicut cõgruere temporib⁹ diuinitus visum est, nec p̃phetari destitit, nec qui in eũ crederẽt defuerunt: & ab Adã usq; ad Moysen, & in ipso populo Israel, q̃ spãli quodã mysterio gẽs p̃phetica fuit: & in aliis gẽtibus antequã venisset in carne. Cũ.n. nõ nulli cõmemorentur in sanctis Hebraicis libris, iã ex t p̃e Abrahæ, nec de stirpe carnis eius, nec ex populo Israel, nec aduẽtitia societate in populo Israel, q̃ tñ huius sacramẽti participes fuerunt: cur nõ credam⁹ ẽt in cæteris hac atq; illac gentibus alios atque alios fuisse, quãuis eos cõmemoratos in eisdẽ authoritatibus nõ legamus? Ita salus religionis huius per quã solã uerã, salus vera veraciterq; promittitur, nulli vnquã defuit, qui dignus fuit, & cui defuit dignus nõ fuit. Et ab exordio p̃pagationis humanæ vsq; in finẽ, quibusdã ad p̃mium, quibusdã ad iudiciũ prædicatur: ac per hoc & quib. omnino annunciata non est, non credituri præsciebãtur: & quibus non credituris tamen annunciata est, in illorũ exemplum demonstrãtur. Quibus aũt credituris annũciatur, in regno cęlorũ & sanctorũ angelorũ societati p̃parãtur. Cernitis ne me sine p̃iudicio latẽtis cõsilii dei aliarũq; causarũ, hoc de p̃sciẽtia Christi dicere voluisse, q̃d cõuincendæ Paganorũ infidelitati qui hãc obiecerãt q̃onẽ, sufficere uideretur? Quid.n. est uerius q̃ p̃scisse Christũ, qui & q̃n & q̃bus locis in eũ fuerãt credituri? Sed vtrũ p̃dicato sibi Christo a seipsis habituri eẽnt fidẽ, an deo donante sumpturi.i. vtrũ tãtũmodo eos p̃scierit, an etiã p̃destinauerit de⁹, q̃rere ac differere tũc necessariũ nõ putaui. Proinde quod dixi tunc uoluisse hoĩbus apparere Christũ, & apud eos p̃dicari doctrinã suam: q̃n sciebat & vbi sciebat esse qui in eũ fuerant credituri: posse ẽt sic dici, tunc uoluisse hominibus apparere Christũ, & apud eos p̃dicari doctrinã suã: q̃n sciebat & ubi sciebat esse qui electi fuerãt in ipso, ante mundi constitutionẽ. Sed q̃m si ita diceretur, lectorẽ faceret intentũ ad ea requirenda, quæ nũc ex admonitione Pelagiani erroris necesse est copiosius & laboriosius disputari: uisum mihi est quod tunc satis erat, breuiter esse dicendum, excepta ut dixi altitudine sapiẽtiæ & scientiæ dei, & sine p̃iudicio aliarum causarum, de quibus non tunc, sed aliàs opportunius disputandum putaui.

Itẽ q̃d dixi salutẽ religionis huius nulli vnquã defuisse qui dignus fuit, & dignũ nõ fuisse cui defuit: si discutiat & q̃ratur, vñ q̃sque sit dignus, non desunt qui dicãt, volũtate humana: nos aũt dicimus, gratia vel p̃destinatione diuina. Inter grãm porrò & p̃destinationẽ hoc tm̃ interest, q̃ prædestinatio est gratiæ p̃paratio: gratia uero iã ipsa donatio. Quod itaq; ait Apostolus, Non ex operibus ne forte q̃s extollat: ipsi⁹.n. sumus figmẽtũ, creati in Chr̃o Iesu in operib. bonis: grã est. Q̃d aũt sequitur, Quæ p̃parauit deus, vt in illis ambulemus: prædestinatio est, quæ sine p̃scientia non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe deus ea præsciuit, quę fuerat ipse facturus. Vnde dictũ est, Fecit quæ futura sunt. Præscire aũt potens est ẽt quæ ipse non facit, sicut quæcunq; peccata: quia & si sunt quædã quæ ita peccata sunt, ut pœnæ ẽt sint peccatorum, vnde dictum est, Tradidit illos deus in reprobam mentem, vt faciant, quæ nõ conueniunt: nõ ibi peccatũ dei est, sed iudicium.

Quare Christus post tot tempora tandẽ in carne apparuerit

L M A B

Quid inter gratiam et prædestinationem intersit.

Ephes. 2. *Rom. 1.*

dicium. Quocirca pdestinatio dei quæ in bono est, gratiæ est, ut dixi, pparatio: gratia vero est ipsius pdestinationis effectus. Qñ ergo promisit deus Abrahæ in semine eius fidẽ gentiũ. dicens: Patrẽ multarũ gẽtiũ posui te. Vnde dicit Apostolus, Ideo ex fide, vt ẽm gratiã firma sit promissio omni semini: non de nostræ uoluntatis ptãte, sed de sua pdestinatione ꝓmisit. Promisit.n. qđ ipse facturus fuerat, nõ qđ hoies: quia etsi faciũt hoies bona quæ pertinent ad colendũ deũ, ipse facit vt illi faciãt quæ pcepit: non illi faciũt, ut ipse faciat qđ promisit: alioquin vt dei ꝓmissa cõpleantur, nõ in dei, sed in hominũ est ptãte, & quod a dño promissum est, ab ipsis reddit Abrahæ. Nõ aũt sic credidit Abrahã, sed credidit dans gloriã deo, qm̃ quæ ꝓmisit potens est & facere: non ait, prædicere: non ait, pscire: nã & aliena facta põt prædicere atque pscire: sed ait, potens est & facere: ac per hoc facta non aliena, sed sua. An forte opera bona gentiũ deus promisit Abrahæ ĩ semine ipsius, vt hoc promitteret qđ ipse facit? Nõ autẽ promisit fidem gentium, quã sibi hoies faciunt, sed ut promitteret quod ipse facit, illã psciuit hoies esse facturos. Non quidẽ loquitur sic Apostolus, Filios ꝗppe promisit deus Abrahæ, q̃ fidei eius uestigia sectarẽtur: qđ apertissimè dicit. Sed si opera gentiũ ꝓmisit, non fidẽ: ꝓfecto qm̃ nõ sunt bona opera nisi ex fide. Iustus.n. ex fide uiuit: & oẽ qđ non est ex fide, pctm̃ est: & sine fide impossibile est placere deo: nihilominus vt impleat qđ ꝓmisit deus, in hoium est potestate. Nisi.n. homo faciat qđ deo nõ donante ad hominẽ ptinet, non faciet ipse qđ donet: hoc est nisi habeat homo fidẽ ex seipso, non implet deus qđ ꝓmisit, ut opera iustitiæ denẽ ex deo. Ac per hoc ut promissa sua deus possit implere nõ est in dei, sed in hois potestate. Qđ si ueritas & pietas nos credere vetat: credamus cũ Abraham, qm̃ quæ promisit, potens est & facere. Promisit aũt filios Abrahæ, qđ esse non pñt, si nõ hẽant fidẽ. Ergo ipse donat & fidẽ.

Sane cum Apostolus dicat, Ideo ex fide, vt secũdum gratiam firma sit promissio: miror homines infirmitati suæ se malle cõmittere, q̃ firmitati promissionis dei. Sed incerta est mihi, inquit, de meipso uolũtas dei. Quid ergo? Tua ne tibi uolũtas de teipso certa est, nec times? Qui uidet stare, uideat ne cadat. Cũ igitur vtraq; incerta sit, cur non homo firmiori quàm infirmiori fidem suam, spem charitatẽq; cõmittit? Sed cũ dicitur, inqunt, Si credideris saluus eris: unũ horũ exigitur, alterũ offertur. Quod exigitur in hoĩs, quod offertur in dei est potestate. Cur non vtrũq; in dei est, & qđ iubet, & quod offertur? Rogatur.n. vt det quod iubet, rogant credentes, vt sibi augeatur fides, rogãt pro non credentibus, vt eis donet fides, ut & in suis incremẽtis, & in suis initiis dei donũ sit fides. Sic aũt dicitur: Si credideris, saluus eris: quemadmodũ dicitur. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nã & hic ex his duobus vnum exigitur, alterum offertur. Si spiritu, inquit, facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Vt ergo spiritu facta mortificemus, exigitur: vt autẽ uiuamus, offertur. Num igitur placet, ut facta carnis mortificare nõ donum dei esse dicamus, neq; id donum dei esse fateamur: qm̃ exigi audiuimus a nobis, pmio uitæ si hoc fecerimus oblato? Absit ut hoc placeat participibus & defensoribus gratiæ. Pelagianorum est error iste dãnabilis: quorum mox Apostolus ora obstruxit, adiungens: Quotquot em̃ spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei, ne facta mortificare nos carnis, nõ per dei, sed p nostrũ spiritum crederemus. De quo dei spiritu etiam ibi loquebatur vbi ait, Omnia autẽ hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnicuiq; prout vult. Inter quæ omnia sicut scitis, nominauit & fidem. Sicut ergo quamuis donũ dei sit, facta carnis mortificare, exigitur tamen à nobis proposito pmio uitæ: ita donũ dei est & fides, quãuis & ipsa cũ dicitur, Si credideris saluus eris: proposito præmio salutis exigatur a nobis. Ideo enim hæc & nobis pcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur, vt intelligatur, ꝙ & nos ea faciamus, & deus facit ut illa faciamus: sicut per Prophetã Ezechielem apertissime dicit: quid enim apertius q̃ vbi dicit, Ego faciam vt faciatis? Locũ ipsum scripturæ fratres charissimi attendite, & uidebitis illa deũ promittere facturum se, vt faciant, quæ iubet vt fiãt. Non sane ibi tacet etiam merita eorum, sed mala, q̄bus se ostendit reddere pro malis bona: hoc ipso ꝙ eos facit hr̃e deinceps opera bona, cũ ipse facit, ut faciãt diuina mãdata.

Sed

Cap. 12. Sed omnis hæc rō qua defendimus grām dei per Iesum Christum dñm nostrū, vere esse gratiā. i. non scdm merita nostra dari, quā uis euidentissime diuinorū eloquiorū testimonijs asseratur: tñ apud eos, qui nisi aliqd sibi assignent, qd priores dent ut retribuatur eis ab omni studio pietatis reprimi se putāt. 1. Ti. 2. Laboratur aliquando in ætate maiorum, iam vtentium uolūtatis arbitrio: sed vbi venitur ad paruulos, & ad ipsum mediatorem dei & hominū, hominem Christum Iesum, omnis deficit præcedentium gratiam dei humanorū assertio meritorū: quia nec illi ullis bonis præcedentibus meritis discernuntur à cæte- G ris, vt pertineant ad liberatorē hominū: nec ille vllis humanis præcedentibus meritis, cū & ipse sit homo, liberator factus est hoīum. Quis.n.audiat ꝙ dicuntur paruuli pro suis futuris meritis in ipsa infantili ætate baptizati exire de hac uita: & ideo alij non baptizati in eadem ætate mori, qa & ipsorum præscita sunt merita futura, sed mala, non eorū vitā bonā uel malā deo remunerante uel dānante? Sed nullum Apostolus quidē limitē fixit, quē transgredi non debeat hoīs, ut mitius loquar, incauta suspicio. Ait.n. Oēs stabimus ante tribunal Chri: vt referat vnusquisq; secundū ea quæ per corpus gessit, siue bonū, siue malū. Gessit, inquit, non adiūxit, uel gesturus fuit. Sed vñ hoc talibus viris in mentē venerit nescio, vt futura q̄ non sunt futura puniant aut honorent merita paruulorū. Cū aūt dictū est, ſm ea q̄ per corpus gessit hominē iudicandū, cum gerantur multa solo animo, non per corpus, nec ꝑ vllū corporis mēbrū, & plerumq; tam magna, vt talibus cogitationibus pœna iustissima debeatur: sicuti est, vt alia taceā, ꝙ dixit insipiēs ī corde suo, non est deus: Quid est ergo, ſm ea quæ per corpus gessit: nisi secundū ea quæ gessit eo H tempore quo in corpore fuit, vt per corpus intelligamus corporis tēpus? Post corpus aūt nemo erit in corpore, nisi resurrectione nouissima, nō ad vlla merita cōparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, vel ꝓ malis luenda supplicia. Hoc aūt in medio tēpore inter depositionem & resurrectionem corporis, secundū ea, quæ gesserunt per corporis tempus, siue cruciantur animæ, siue requiescunt. Ad quod tempus corporis pertinet ēt quod Pelagiani negant, sed Christi ecclesia confitetur, originale peccatū: quo siue soluto per dei gratiā, siue per dei iudiciū nō soluto, cū moriuntur infantes: aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito originis transeunt ex malis ad mala. Hoc catholica fides nouit, in hoc etiā nōnulli hæretici sine vlla contradictione consentiunt. Iudicari aūt quēquā non solū secundū merita quæ habuit quandiu fuit in corpore, sed secundū merita quæ fuerat habiturus si diutius fuisset in corpore, vñ opinari potuerint homines, quorū ingenia non esse contē- I ptibilia vestræ indicant literæ, mirans & stupens reperire non possum: nec credere auderē, nisi vobis non credere nō auderē: sed spero affuturū deū, vt cōmoniti cito videant ea quę dicuntur futura fuisse peccata, si per dei iudicium in non baptizatis possunt iure puniri, etiam per dei gratiā baptizatis posse dimitti. Quicunq; enim dicit puniri tantū posse, deo iudicante futura peccata, dimitti autē deo miserante non posse, cogitare debet quā tam deo faciat gratiæq; eius iniuriā: quasi futurum peccatum prænosci possit, nec possit ignosci. Quod si absurdum est, magis ergo futuris si diu uiuerent peccatoribus, cum in parua ætate moriuntur, lauacro quo peccata diluuntur debuit subueniri.

Cap. Quod si forsitan dicūt, pęnitētibus peccata dimitti: & iō istos nō baptizari in paruula ætate moriētes, quia præsciti sunt, pœnitētiā si viuerent nō acturos: eos aūt qui baptizantur, & paruuli de corporibus exeunt, deū ꝑsciisse acturos pœnitentiā fuisse si viuerent. Attendāt & uideāt si ita est, non iā in paruulis sine baptismate moriētibus peccata originalia vindicari: sed sua cuiusq; futura si viueret. Itē baptizatis nō originalia dilui, sed sua futura si uiuerent, quoniā nō possent nisi in maiore ætate peccare: sed alios acturos pęnitentiā, alios nō acturos fuisse ꝑuisos: ideoq; alios baptizatos, alios sine baptismo exisse de hac uita. Hoc si audirēt Pelagiani, nō iā laborarent negādo originale pctm̄, & q̄rere paruulis extra regnū dei nescio cuius suæ fœlicitatis locum: maxime qñ conuincuntur nō eos habere posse uitā æternā, qui non manducauerunt carnē, nec biberunt sanguinem Christi: & qa in eis qui nullū habent oīno pecca-

Rom. 14. 2. Cor. 5. Psal. 13. Ioan. K

peccatum, falsus est baptismus qui in remissionẽ traditur peccatorũ. Dicerẽt.n.prorsus nullũ originale peccatũ, sed pro suis futuris si uiuerent meritis uel baptizari vel nõ baptizari eos, qui de corpore soluunt infantes: & pro suis futuris meritis eos uel accipere vel nõ accipere corpus & sanguinẽ Christi, sine quo uitã prorsus hr̃e non pñt: & in uera remissione peccatorũ baptizari, q̃uis nullũ ex Adã traherent: qm̃ remittũtur eis futura peccata, de quibus illos deus pęnitentiã praesciuit acturos. Ita facillime agerẽt atq; obtinerent causam suã quanquã negãt esse originale peccatũ, & gratiã dei nõ dari nisi secundũ merita nr̃a contendũt. Sed quia hominũ futura quae non sunt futura, proculdubio nulla sunt merita, & hoc videre facillimum est.

L Ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt, & multo magis nec isti dicere debuerunt. Dici em̃ non põt q̃ moleste ferã, qđ viderunt Pelagiani esse falsissimũ & absurdissimũ, hoc nõ uidisse istos, qui nobiscũ errorẽ illorũ hęreticorum catholica authoritate condẽnant.

14. Scripsit librum de mortalitate Cyprianus, multis ac pene oĩbus qui ecclesiasticas literas amãt laudabiliter notũ, in quo propterea dicit non solũ nõ esse fidelibus inutilẽ mortẽ, uerumetiã vtilẽ reperiri, qm̃ peccandi periculis hominẽ subtrahit, & in non peccãdi securitatẽ constituit. Sed quid prodest si etiã futura quae cõmissa non sunt, peccata puniũtur? Ait tñ ille copiosissime atq; optime, peccandi pericula nec deesse in ista uita, nec superesse post istã. Vbi & illud testimoniũ ponit de libro sapientiae: Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius. Qđ à me quoq; positũ, fratres istos ita respuisse dixistis, tanq̃ nõ de libro canonico adhibitũ: quasi & excepta huius libri attestatione res ipsa non clara sit, quã uolumus hinc doceri. Quis.n.audet negare Christianus, iustũ si morte pre̲occupatus fuerit in refrigerio futurũ? Quilibet hoc dixerit, quis homo sanae fidei resistendũ putabit? Itẽ si dixerit iustũ si a sua iustitia recesserit in qua diu uixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua nõ dico unum annũ, sed vnũ diem duxerit, in poenas iniquis debitas hinc iturũ: nihil sibi p̃teritam suã iustitiã p̱futuram, huic perspicuę ueritati, quis fideliũ contradicit? Porro si quaeratur a nobis, vtrũ si tunc esset mortuus qñ erat iustus, pęnas esset inuenturus an requiẽ, nunquid requiem rñdere dubitabimus? Haec est tota causa cur dictũ est, a quocunq; sit dictũ, Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius: Dictũ est.n. secundũ pericula uitae huius, non secũdũ p̃scientiã dei: q hoc p̃sciuit qđ futurũ erat, nõ qđ futurũ nõ erat. i. ꝙ ei mortẽ immaturam fuerat largiturus, ut tẽtationũ subtraheret in certo: nõ ꝙ peccaturus esset, q mansurus in tentatione non esset. De hac quippe vita legitur in libro Iob: Nunquid non tentatio est vita humana super terrã? Sed quare aliis concedatur, ut ex huius uitae periculis dũ iusti sunt auferãtur, alij uero iusti donec a iustitia cadant, in eisdẽ periculis vita productiore teneantur, quis cognouit sensum dñi: Et tamẽ hinc intelligi datur, ẽt illis iustis qui bonos piosq; mores vsq; ad senectutis maturitatẽ, & diẽ uitae huius ultimũ seruant, nõ in suis meritis, sed in dño esse gloriandũ: qm̃ q uitae breuitate rapuit iustũ ne malitia mutaret intellectũ eius, ipse in quantacunq; vitae lõgitudine custodit iustũ, ne malitia mutet intellectũ eius. Cur aũt hic tenuerit casurum iustũ, quẽ prius q̃ caderet hinc posset auferre, iustissima oĩno sed inscrutabilia sunt iudicia eius. Quae cũ ita sint, non debuit repudiari sententia libri sapientiae: qui meruit in Ecclesia Christi, de gradu lectorum Ecclesiae Christi tã lõga annositate recitari, & ab omnibus Christianis, ab episcopis, vsq; ad extremos laicos fideles, pęnitẽtes catechumenos, cũ veneratione diuinae authoritatis audiri. Certe.n.si de diuinarũ scripturarũ tractatoribus qui fuerũt ante nos, proferrem defensionẽ huius sententiae, quã nunc solito diligentius atq; copiosius contra nouũ Pelagianorũ defendere urgemur errorẽ: hoc est, gratiã dei non secundũ merita nostra dari, & gratis dari cui datur: quia neq; volentis neq; currẽtis, sed miserentis est dei: iusto autẽ iudicio non dari cui nõ datur, quia non est iniquitas apud deũ. Si huius ergo sententiae defensionẽ ex diuinorũ eloquiorũ nos pręcedentibus catholicis tractatoribus promerẽ, profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus acquiescerẽt: hoc.n.significastis literis vestris. Quid igitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui prius q̃ ista haeresis oriretur, non

Iob. 7. A *Rom. 11.* *Rom. 9.* B M

non habuerunt necessitatē in hac difficili ad soluendū q̃one uersari, qđ proculdubio facerēt, si rñdere talibus cogerent? Vnde factū est, ut de gratia dei quid sentirēt, breuiter q̄busdā scriptorū suorū locis & transeūter attingerent: immorarentur uero in eis, quæ aduersus alios inimicos Ecclesiæ disputabant, & in exhortationibus ad quascūq; virtutes, quibus deo uiuo & vero pro adipiscenda vita æterna & uera fœlicitate seruitur, frequētationibus aut orationibus simpliciter apparebat dei gratia quid valeret: Non.n.poscerētur a deo quæ p̄cepit fieri, nisi ab illo donarentur vt fierent. Sed qui sentētiis tractatorū instrui volunt, oportet vt istū librū Sapientiæ vbi legitur, Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius: omnibus tractatoribus anteponant: qm̃ sibi eū ante posuerunt ēt t̃pibus ꝓximis Apostolorū egregij tractatores, qui eū testē adhibētes, nihil se adhibere nisi diuinū testimoniū crediderūt. Et certe beatissimum

Sapiē. 4.

Sed cur, inquit, gratia dei non ſecundum merita hoīum datur? Rńdeo, qm̄ deus miſericors eſt. Cur ergo, inquit, nō oībus? Et hic rńdeo, Quoniā deus iudex iuſtus eſt: Ac per per hoc & gratis ab eo datur gratia: & iuſto eius in aliјs iudicio demōſtratur, qđ eis quibus datur, cōferat gratia. Non itaq; ſimus ingrati, ꝙ ſecundū placitū uoluntatis ſuæ, in laudē gloriæ gratiæ ſuæ tā multos liberat miſericors deus de tam debita perditione, vt ſi inde neminem liberaret, non eſſet iniuſtus. Ex vno quippe oēs in condēnationē, nō iniuſtitia iudicati ſunt filij irę, ſed iuſtitia. Qui ergo liberatur, gratiā diligat, qui non liberatur, debitū agnoſcat. Si in remittēdo debitū bonitas, in exigendo ęquitas intelligitur, nuſquā eſſe apud deū iniquitas inuenitur. Sed cur, inquit, non ſolū in paruulorū, verumētin geminorum vna atq; eadē cauſa, tā diuerſum iudiciū? Nōne ſimilis quæſtio eſt, cur in diuerſa cauſa idē iudiciū? Recolamus igitur illos operarios, in uinea qui tota die laborauerūt, & eos qui hora vna, nēpe cauſa diuerſa eſt impenſi laboris, & tñ idem iudicium ī redditione mercedis. Nunquid & hic audierunt murmurantes a patrefamilias, niſi hoc volo? Ita quippe eius erga alios fuit largitas, vt erga alios nulla eſſet iniquitas. Et iſti quidē utriq; in bonis ſunt: veruntamen quantū ad iuſtitiā ſpectat & gratiā, pōt & de reo qui liberatur recte dici, volo: pōt & de eo qui dānatur, Tolle qđ tuū & vade: huic autē uolo quod non debetur donare. An nō licet mihi facere qđ uolo? An oculus tuus nequā eſt, quia ego bonus ſum? Hic ille ſi dicat, cur nō & mihi? merito audiet, O homo tu quis es q̃ rńdeas deo? Quem certe in vno ueſtrū beniguiſsimū largitorem, in te uero exactorē iuſtiſsimū, in nullo tñ cernis iniuſtum. Cū.n. iuſtus eſſet, etiā ſi vtrunq; puniret: qui liberatur, habet vnde gratias agat: qui dānatur, nō habet quod reprehēdat. Sed ſi iam, inq̃t, hoc oportebat, vt damnatis nō omnibus, qđ omnibus deberetur oſtenderet, atq; ita gratius ſuā gratiam in uaſis miſericordiæ cōmendaret: cur in eadem cauſa me potius q̃ illū puniet, aut illū q̃ me potius liberabit? Hoc non dico: ſi quæris quare, quia fateor me non inuenire quid dicā. Si & hoc quæris quare, q̃a in hac re ſicut iuſta eſt ira eius, ſic & magna eſt miſericordia ei⁹, ita inſcrutabilia iudicia eius. Adhuc pergat & dicat, cur quibuſdā q̃ eū coluerunt bona fide, perſeuerare vſq; in finē non dedit? Cur putas, niſi q̃a non mentitur qui dicit, Ex nobis exierunt, ſed nō erant ex nobis: nā ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcū? Nunquid ergo hominū naturæ duæ ſunt? Abſit. Si duæ naturæ eſſent, gratia ulla nō eſſet: nulli.n. daretur gratuita liberatio, ſi naturæ debita redderetur. Hominibus autem videtur, omnes qui boni apparent

Ephe. 1. | Hier. 32. | Ephe. 1. | L | Cap. 8. | M

al. in cōdēnationem non iniuſtā, iudicati ſunt ire. Sed iuſtam. | A | Rom. 11. | 1. Ioā. 2. | B

rent fideles, perseuerantiam usq; in finẽ accipere debuisse, Deus autẽ melius esse iudicauit, miscere quosdã non perseueraturos certo numero sanctorũ suorũ, ut quibus nõ expedit in huius uitæ tentatione securitas, non possint esse securi: multos.n.a perniciosa elatione reprimit, quod ait Apostolus, Quapropter q̃ vr̃ stare uideat ne cadat. Voluntate aũt sua cadit, qui cadit: & uoluntate Dei stat, qui stat. Potẽs est.n.deus statuere illum: nõ ergo ipse seipsum, sed deus. Veruntñ bonũ est non altũ sapere, sed timere. In cogitatione autẽ sua vel cadit quisq; vel stat. Sicut aũt Apostolus ait, quod & in libro superiori memoraui, Non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quem secutus beatus Ambrosius audet & dicit, Nõ.n.in potestate nostra est cor nostrũ, & nostrę cogitationes: qđ oĩs qui humiliter & ueraciter pius est, eẽ verissimũ sentit. Hoc autẽ Ambrosius ut diceret, in eo libro loquebatur quẽ de fuga seculi scripsit, docens, hoc seculũ nõ corpore, sed corde esse fugiẽdũ, quod nisi auxilio dei fieri non posse disseruit. Ait enim, Frequẽs nobis de fugiendo seculo isto est sermo, atque vtinam q̃ facilis sermo, tã cautus & solicitus affectus: sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarũ illecebra cupiditatũ, & vanitatũ offusio mentẽ occupat, vt quod studeas euitare, hoc cogites animoq; voluas qđ cauere difficile est homini, exuere aũt impossibile. Deniq; uoti magis eã esse rẽ, q̃ effectus, testatur Propheta dicẽdo, Declina cor meũ in testimonia tua, & non in auaritiã: non.n. in ptãte nostra est cor nostrũ & cogitatiões nostræ, quæ improuiso offusæ mentẽ aĩumque cõfundunt, atq; alio trahunt q̃ tu proposueris: ad secularia reuocãt, mũdana inserũt, voluptaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tpe quo eleuare mentẽ paramus, inserti inanibus cogitationibus, ad terrena plerunq; deijcimur. Non itaq; in hoĩum, sed in dei est ptãte, vt habeãt hoĩes ptãtem filij dei fieri. Ab ipso quippe accipiũt eã, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas hẽat fidem, quæ operetur per dilectionem: ad qđ bonum sumendum & tenẽdum, & in eo perseueranter vsque in finem proficiendum, nõ sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: in cuius est potestate cor nostrũ & cogitationes nostræ. Ex duobus itaq; paruulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur: ille relinquatur: & ex duobus ætate iam grandibus impijs, cur iste ita uocetur, ut vocantẽ sequatur, ille aũt aut non uocetur, aut non ita uocetur, vt uocantẽ sequatur: inscrutabilia sunt iudicia dei. Ex duobus aũt pijs, cur huic donetur perseuerantia usq; in finẽ, illi aũt non donetur: inscrutabiliora sunt iudicia dei. Illud tñ fidelibus debet esse certissimũ, hunc esse ex prædestinatis, illũ non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait unus prędestinatorũ, qui de pectore dñi bibebat hoc secretũ, mansissent utiq; nobiscũ. Quid est quęso, nõ erant ex nobis, nã si fuissent mansissent utiq; nobiscum? Nõne utriq; a deo creati, utrique ex Adam nati, vtrique de terra facti erant, & ab eo qui dixit, Omnem flatum ego feci: unius eiusdemq; naturæ animas acceperant? Nonne postremo utique uocati fuerant, & vocantem secuti, vtrique ex impiis iustificati, & per lauacrum regenerationis vtrique renouati? Sed si hoc audiret ille qui sciebat proculdubium quod dicebat: respõdere posset & dicere, uera hæc, secundum hæc omnia ex nobis erant, veruntamen secundum aliam quandam discretionem non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, mãsissent vtique nobiscum. Quæ nam est tandem ista discretio? Patent libri dei, non auertamus aspectum. Clamat scriptura diuina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia non erãt secundũ propositum uocati: nõ erant in Christo electi ante constitutionem mundi: nõ erant in eo sortem consecuti: non erant prædestinati secundũ propositum eius, qui uniuersa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mãsissent. Vt enim non dicam, quàm sit possibile deo, auersas & aduersas in fidẽ suã hominum cõuertere voluntates, & in eorũ cordibus operari, vt nullis aduersitatibus cedãt, nec ab ipso aliqua superati tentatione discedãt, cũ possit: & qđ ait Apostolus facere, ut nõ eos permittat tentari sup id qđ possunt. Vt ergo id non dicã, certe poterat illos deus psciens esse lapsuros, antequã id fieret auferre de hac uita. An eo redituri sumus, vt adhuc disputemus,

mus, quãta abſurditate dicatur iudicare ho-
F mines mortuos ẽt de his peccatis, quæ p̃ſci-
uit eos deus ꝑpetraturos fuiſſe, ſi uiuerent ?
Qđ ita abhorret a ſenſibus Chriſtianis, aut
prorſus humanis, vt id ẽt refellere pudeat.
Cur.n.non dicatur & ipſum Euãgeliũ, cum
tanto labore, paſsionibusq; ſanctorũ fruſtra
eſſe p̃dicatũ, uel adhuc ẽt prædicari, ſi iudica
ri poterant hoĩes ẽt non audito Euangelio ſe
cundũ contumaciã uel obedientiã, quã præ
ſciuit deus eos habituros fuiſſe ſi audiſſent?
L.] 10. Nec dãnarentur Tyrus & Sidon, q̃uis remiſ
ſius, q̃ illæ ciuitates, in quibus non credenti-
bus, a dño Chriſto mirabilia & ſigna ſunt fa
cta: qm̃ ſi apud illas facta eſſent, in cinere &
cilicio pœnitentiã egiſſent: ſicut ſe hñt elo-
quia ueritatis in quibus uerbis ſuis dñs Ieſus
altius nobis myſterium p̃deſtinationis oſtẽ-
dit. Si.n.quæratur a nobis, cur apud eos tãta
miracula facta ſint, qui uidẽtes ea nõ fuerãt
crediturі: & apud eos facta non ſint, qui cre-
derent ſi uiderẽt: quid reſpondebimus? Nun
quid dicturi ſumus quod in libro alio dixi,
G ubi ſex quibuſdã quæſtionibus Paganorũ, ſi
ne præiudicio tñ aliarũ cauſarum, quas pru
dentes poſſunt inueſtigare, rñdi? Hoc quip-
pe vt ſcitis, cũ Chriſtus quare poſt tã longa
tempora uenerit, quæreretur: dixi qđ his tẽ-
poribus & his locis, quibus Euangeliũ eius
non eſt prædicatũ, tales oẽs in eius prædica-
tione futuros eſſe præſciebat, quales multi ĩ
eius corporali præſciẽtia fuerunt, qui in eũ
nec ſuſcitatis ab eo mortuis credere uolue-
runt. Itẽ paulopoſt in eodẽ libro, atque in ea
dem quæſtione. Quid mirum, inquam, ſi tã
infidelibus plenũ orbẽ terrarũ Chriſtus prio
ribus ſeculis nouerat, vt eis prædicari meri-
to nollet, quos nec uerbis nec miraculis ſuis
credituros eſſe p̃ſciebat? Hæc certe de Tyro
& Sidone non poſſumus dicere, & in eis co
gnoſcimus ad eas cauſas p̃deſtinationis hæc
diuina iudicia pertinere, ſine quarũ cauſarũ
latentiũ prȩiudicio, tunc iſta rñdere me dixi.
Facile eſt quippe ut infidelitatẽ accuſemus
Iudæorũ de libera uoluntate uenientẽ, qui fa-
ctis apud ſe tam magnis uirtutibus credere
l. 10. noluerũt. Qđ & dñs increpans arguit & di-
cit, Væ tibi Corozaim & Bethſaida, q̃a ſi in
Tyro & Sidone factæ fuiſſent uirtutes, q̃ fa-
ctæ ſunt in uobis, olim ĩ cinere & cilicio pȩ

e ſex q ibus c a Pa g os. qõ n t.

nitẽtiã egiſſent. Sed nunquid poſſumus dice
re ẽt Tyrios & Sidonios talibus, apud ſe uir- H
tutibus factis credere noluiſſe, aut creditu-
ros nõ fuiſſe, ſi fierent: cũ eis? Ipſe dñs atteſta
tur ꝙ acturi eſſent magnæ humilitatis pœni
tẽtiã, ſi in eis facta eſſent diuinarũ illa ſigna
virtutũ. Et tñ in die iudicij puniẽtur, quãuis
minore ſupplicio quã illæ ciuitates q̃ apud
ſe uirtutibus factis credere noluerunt. Secu
tus.n.dñs ait, Veruntñ dico uobis, Tyro & Si
doni remiſsius erit in die iudicii quã uobis.
Seuerius ergo punient̃ iſti, illi remiſsius, ſed
tñ punient̃. Porro ſi ẽt ſecundũ facta quæ fa
cturi eſſent ſi uiuerẽt, mortui iudicãtur, pro
fecto quia fideles futuri erant iſti, ſi eis cũ tã
tis miraculis fuiſſet Euangelium prædicatũ,
non ſunt utique puniendi: puniẽtur autem.

Falſum eſt igitur & ſecundũ ea mortuos Cap. 10.
iudicari, q̃ facturi eſſent ſi ad uiuẽtes Euãge
liũ ꝑueniret. Et ſi hoc falſum, non eſt cur di
catur de infantibus qui pereunt ſine baptiſ-
mate moriẽtes, hoc in eis eo merito fieri, q̃a
p̃ſciuit eos Deꝰ ſi uiuerẽt p̃dicatũq; illis fuiſ
ſet Euangelium, infideliter audituros. Reſtat
igitur ut ſolo peccato originali teneãtur ob
ſtricti, & propter hoc ſolũ eãt in dãnationẽ:
qm̃ uidemus aliis eandẽ habẽtibus cãm, nõ
I niſi per dei gratuitã gratiã, regenerationẽ do
nari: & eius occulto iuſto tñ iudicio, qm̃ nõ
eſt iniquitas apud deũ, quoſdã ẽt poſt baptiſ Rom. 9.
mũ peſsime uiuendo perituros, in hac tñ ui
ta quouſq; pereãt detineri: qui non perirent
ſi eis corporis mors lapſum eorum p̃ueniẽs
ſubueniret: qm̃ nullus mortuus iudicatur
ex bonis ſeu malis, quæ fuerat ſi non morere
tur acturus: alioquin Tyrii & Sidonij non ſe
cundum ea quæ geſſerunt pœnas luerẽt, ſed
potius ſecundum ea quæ geſturi fuerant, ſi
in eis illæ uirtutes Euãgelicæ factæ fuiſſent
per grandem pœnitentiam, & per Chriſti fi
dem conſequentur ſalutem. Quidã diſputa-
tor catholicus non ignobilis hũc Euangelij
locum ſic expoſuit, ut diceret, præſciſſe do-
minum Tyrios & Sidonios a fide fuiſſe po-
ſtea receſſuros, cum factis apud ſe miracu-
lis credidiſſent, & miſericordia potius non
eũ illic iſta feciſſe: qm̃ grauiori pœnæ obno
xii fierẽt ſi fidẽ quã tenuerãt, reliq̃ſſent, quã
ſi eã nullo tempore tenuiſſent. In qua ſentẽ
tia docti hominis & admodũ acuti, quæ ſint
adhuc

K adhuc merito requirenda, quid me nunc attinet dicere, cũ & ipſa nobis ad id quod agimus ſuffragetur? Si.n.miſeratione dñs nõ fecit in iſtis uirtutes, per quas fieri poſſent fideles, ne grauius punirẽtur cũ poſtea fierẽt infideles, ꝙ eos iterum infideles futuros fuiſſe præſciuit: ſatis aperteq; demonſtratur de his peccatis neminẽ iudicari mortuorũ, q̃ præſciuit fuiſſe facturũ, ſi aliquo modo ei ne illa faciat ſubuenitur: ſicut Tyrijs & Sidonijs, ſi ſententia illa uera eſt, ſubueniſſe dr̃ Chriſtus, quos maluit non accedere ad fidẽ, q̃ ſcelere multo grauiore diſcedere a fide: qđ eos ſi acceſsiſſent, ꝓuiderat fuiſſe facturos. Quãuis ſi dicatur, cur non factũ eſt vt crederent potius, & hoc eis præſtaretur, vt antequam ſidẽ relinquerent ex hac vita migrarent: quid rñderi poſsit ignoro. Qui.n.dicit, relicturis ſidẽ beneficiũ fuiſſe conceſſum, ne habere inciperent quod grauiore impietate deſererẽt, ſatis indicat non iudicari hominẽ ex eo qđ prænoſcitur male fuiſſe facturus, ſi ei quocũque beneficio ut id non faciat conſulat. Cõſultũ eſt igitur & illi, qui raptus eſt, ne malitia mutaret intellectũ eius. Sed cur non ita

L conſultũ fuerit Tyrijs & Sidonijs vt crederent & raperentur, ne malitia mutaret intellectum eorũ, forſitan rñderet ille, cui placuit iſto modo hanc ſoluere q̃õnẽ. Ego vero quãtũ ad hoc quod ago attinet, ſufficere video, vt ſecundum iſtã quoq; ſententiam, demonſtrentur homines non iudicari de his q̃ non fecerunt, etiam ſi facturi fuiſſe præuiſi ſunt: Quãquã, vt dixi, hanc opinionẽ, qua putant in moriẽtibus uel mortuis vindicari peccata, quæ p̃ſciti ſunt facturi eſſe ſi uiuerent, ẽt refellere pudeat, ne uideamur & nos exiſtimaſſe alicuius eſſe momenti, quã maluimus diſputatione cohibere, q̃ ſilentio præterire.

Cap. 11. *Rom. 9.* Proinde ſicut Apoſtolus ait, Non volẽtis neq; currentis, ſed miſerẽtis eſt dei: q & paruulis quibus vult, ẽt nõ volentibus neq; currentibus ſubuenit, quos ante cõſtitutionem mũdi elegit in Chr̃o, datur' ẽt eis gr̃am gratis, hoc eſt nullis eorũ vel fidei uel operũ meritis p̃cedẽtibus: & maioribus ẽt ſi quos p̃uidit, ſi apud eos facta eẽnt, ſuis miraculis credituros: qb' nõ vult ſubuenire, nõ ſubuenit. de qbus ĩ ſua p̃deſtinatione occulte qdẽ, ſed iuſte aliud iudicauit: non.n.eſt iniqtas apud *Rom. 11.* deũ, ſed inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius: Vniuerſæ autẽ uiæ dñi *Pſal. 2[4]* miſericordia & ueritas. Inueſtigabilis ergo

M eſt miſericordia, qua cuius vult miſeret, nullis eius præcedentibus meritis: & inueſtigabilis ueritas, qua quẽ vult obdurat, eius qdẽ præcedẽtibus meritis: ſed cũ eo cuius miſeretur plerunq; cõibus. Sicut duorũ geminorũ, quorũ vnus aſſumitur alius relinquitur, *Rom. 9* diſpar eſt exitus, merita cõia. In qbus tñ ſic alter magna dei bonitate liberaẽ, vt alter nulla eius iniquitate dãnetur. Nunqd.n.iniqtas eſt apud deũ? Abſit. Sed inueſtigabiles ſunt viæ ipſius. Itaq; miſericordiã eius in his qui liberãtur, & veritatẽ ĩ his qui puniũtur, ſine dubitatiõe credamus: neq; inſcrutabilia ſcrutari, neq; inueſtigabilia veſtigare conemur. Ex ore quippe infantiũ & lactentiũ ſuã p̃fecit laudẽ: vt qđ in his uidemus, quorũ liberationẽ bona eorũ merita nulla p̃cedunt: & in *Pſal. 8* his quorũ damnationẽ vtriſq; cõmunia originalia ſola p̃cedũt: hoc & in maioribus fieri nequaquã oĩno cunctemur.i.nõ putãtes, vel ſecundũ ſua merita gratiã cuiquam dari, vel niſi ſuis meritis quenquã puniri, ſiue pares qui liberãtur, atq; puniũtur, ſiue diſpares habeant cauſas malas, vt q uidetur ſtare videat

A ne cadat, & qui gloriatur, non in ſeipſo, ſed in dñico glorietur. Cur aũt cauſam paruulorum ad exemplũ maiorũ, ſicut ſcribitis, non *1. Co. 1* *Hier.* patiũtur afferti hoĩes, qui cõtra Pelagianos nõ dubitant eſſe pc̃tm̃ originale, qđ per vnũ hominẽ intrauit in mũdũ, & ex uno omnes iſte in condẽnationẽ? Quod & Manichæi nõ *Rom.* accipiunt, qui nõ ſolũ omnes veteris inſtrumenti ſcripturas in nulla authoritate nõ habent, uerumetiã eas, quæ ad nouũ pertinent teſtamentum, ſic accipiunt, vt ſuo quodã priuilegio, immo ſacrilegio, qđ volunt ſumãt, quod nolunt reijciant. Contra quos agebant in libris de libero arbitrio, vnde iſti nobis p̃ſcribendum putant. Ideo quæſtiones operoſiſsimas incidentes enucleate ſoluere nolui, ne nimium longũ opus eſſet, vbi me aduerſus tã p̃uerſos teſtimoniorũ diuinorũ nõ adiuuabat authoritas. Et poterã, ſicut feci, qđlibet horum uerum eſſet, quæ nõ definire interponebã, certa tñ rõne cõcludere in oĩbus deum eſſe laudandũ, ſine vlla neceſsitate credendi duas, ſicut illi uolunt, coæternas, boni

ni & mali pmixtas esse substantias. Deniq; B in primo Retractationũ libro, qđ opus meũ nondũ legistis, cũ ad eosdem libros retractã dos venissem, hoc est de libero arbitrio, ita locutus sum. In his, iquã, libris ita multa disserta sunt, vt incidentes nõnullæ qõnes quas vel enodare non poterã, vel longã sermocinationẽ in præsenti requirebant: ita differentur vt ex utraq; parte, vel ex omnib. eorundẽ qõnum partib. in quib. non apparebat qd potius congrueret veritati, ad hoc tñ ratiocinatio nostra concluderet, ut quodlibet eorũ uerũ esset, laudandus crederet, vel ẽt ostẽderet deus. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero uoluntatis arbitrio mali originẽ duci: & deũ, si ita ẽ, creatorẽ omniũ naturarũ culpandũ esse contendunt, eo mõ uolentes ẽm suæ impietatis errorẽ, Manichæi.n. sunt, immutabilẽ quondã & de eo coæternam introducere naturã mali. Itẽ post aliquãntum alio loco. Deinde dictum est, inquam, ex quo miseria peccantibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia hõ sponte.i. libero arbitrio cadere potuit, nõ etiã surgere: ad q̃ miseriam iustæ damnationis pertinet ignorãtia & difficultas, quã C patitur omnis hõ ab exordio natiuitatis suæ, nec ab isto malo liberatur quisq̃, nisi dei gratia. Quã miseriã nolunt Pelagiani ex iusta dãnatione descendere, negantes originale pctm̃. Quãuis ignorantia & difficultas, ẽt si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudãdus esset deus, sicuti in eodem libro tertio disputauimus. Quæ disputatio contra Manicheos habenda est, qui nõ accipiunt scripturas sanctas ueteris instrumenti, in quib. pctm̃ originale narratur. Et quicqd inde in literis apostolicis legitur, detestabili impudentia immissum fuisse contendunt a corruptorib. scripturarum, tanq̃ non fuerit ab Apostolis dictũ. Contra Pelagianos autẽ hoc defendendũ est, quod utraque scriptura commendat, q̃ se accipere profitentur. Hæc dixi in primo libro Retractationũ, cũ retractarẽ libros de libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de his libris, uerũ & alia multa, q̃ huic ad uos operi inserere longum putaui & non necessariũ, quod & uos existimo esse iudicaturos, cum omnia legeritis. Quãuis ergo in libro tertio de libero arbitrio ita de paruulis disputauerimus, ut etiã si uerũ esset qđ dicunt Pelagiani, ignorãtiã & difficultatem sine quib. nullus hõ nascit̃, D primordia, non supplicia esse naturæ, uincerentur tñ Manichæi, q uolunt duas boni.s. & mali coæternas esse naturas: nũquid iõ fides in dubium uocanda uel deserenda est, q̃ cõtra ipsos Pelagianos catholica defendit Ecclesia, quæ asserit originale esse pctm̃, cuius reatus generatione contractus, regeneratione soluendus est? Quod si & isti fatentur nobiscum, ut simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem, cur putant esse dubitãdum, ꝙ ẽt paruulos deus quibus dat suã gratiam per baptismatis sacramentum, eruat de potestate tenebrarum, & transferat in regnũ filii claritatis suæ? In eo ergo ꝙ aliis eã dat, aliis non dat, cur nolũt cantare domino misericordiam & iudicium? Cur aũt illis poti9 quam illis detur, quis cognouit sensum domini? Quis ĩscrutabilia scrutari ualeat? Quis inuestigabilia uestigare? Conficitur itaque gratiam dei non ẽm merita accipientiũ dari sed ẽm placitũ uoluntatis eius: in laudem & gloriam ipsius gratiæ eius, ut qui gloriatur, nullo modo in seipso, sed in dño glorietur, qui hominibus dat quibus uult, quoniã misericors est, ꝙ & si non det, iustus est, & nõ dat quibus non vult, ut notas faciat diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Dando.n. quibusdã quod non merentur, ꝑfecto gratuitã, & per hoc uerã suã gratiã esse uoluit. Non oĩbus dando, quid oẽs mererẽtur ostẽdit. Bonus in beneficio certorũ, iustus in supplicio cæterorũ, & bonus in omnib. qm̃ bonum est cum debitum redditur: & iustus in E oĩbus, qm̃ iustum est cum debitum sine cuiusquã fraude donatur. Defenditur aũt sine meritis dei gratia.i. uera gratia, etiam si paruuli baptizati, sicut Pelagiani sentiunt, non eruuntur de potestate tenebrarũ, quia nulli pctõ sicut putãt, tenentur obnoxij, sed tm̃ in regnum dñi trãsferũtur: etiam sic.n. sine ullis bonis meritis datur eis regnũ quibus datur, & sine ullis malis meritis non datur eis, quibus non datur. Quod aduersus eosdem Pelagianos dicere solemus, qñ nobis obijciunt, ꝙ fato tribuamus dei gratiam, dicẽdo eam non secundũ merita nostra dari. Ipsi.n. potius dei gratiam fato in paruulis tribuũt:

Marginal notes: 1. retra. cap. 9. — 1. retra. cap. 19. — Psal. 100. — Rom. 11. — Cap. 12. — 1. Cor. 1. — Rom. 9.

qui dicunt tantum esse, vbi meritũ non est.
Nulla quippe merita ẽt secundũ ipsos Pela-
gianos, possunt in paruulis inueniri, cur alij
F eorũ mittantur in regnũ, alij alienẽtur a re-
gno. Sicut aũt nunc ut ostenderẽ gratiã Dei
non secundũ merita nostra dari, secundum
vtrunq; sensum hoc defendere malui: & se-
cundũ nostrũ.s. qui obstrictos originali pec-
cato paruulos dicimus: & ẜm Pelagianorũ
sensum, qui originale negant esse pct̃m: nec
tñ ideo mihi est ambigendũ, habere paruu-
los quod eis dimittat qui saluũ facit populũ
suũ a peccatis: ita & in tertio libro de libero
arbitrio secundũ utrunq; sensum restiti Ma
nichæis, siue supplicia, siue primordia natu-
ræ sint ignorantia & difficultas, sine quibus
nullus hominum nascitur, & tñ unum horũ
teneo. Ibi quoq; a me satis euidenter expres-
sum est, ꝙ nõ sit ista natura instituti homi-
nis, sed pœna dãnati. Frustra itaq; mihi de il
lius libri mei vetustate præscribitur, ne agã
causam sicut debeo agere paruulorũ, & in-
de gratiã dei nõ secũdũ merita hoĩum dari,
perspicuæ veritatis luce conuincã. Si.n. quã
do libros de libero arbitrio laicus Romæ cę
G pi, & in Aphrica presbyter explicaui, ad-
huc de dãnatione infantiũ nõ renascentiũ,
& de renascẽtiũ liberatione dubitarẽ: nemo,
vt opinor, est tã iniustus atq; inuidus, q̃ me
proficere prohiberet, atq; in hac dubitatio-
ne remanendum mihi esse iudicaret. Cũ ve
ro rectius possit intelligi, nõ me ꝑpterea de
hac re dubitasse credi oportere: quia contra
quos mea dirigebatur intẽtio, sic mihi visi
sunt refellẽdi, vt siue pęna esset peccati ori-
ginalis in paruulis, ꝙ veritas habet, siue non
esset, qđ nõnulli errãtes opinãtur, nullo mõ
tamẽ quã manichæorũ error inducit, duarũ
naturarũ boni.s. & mali permixtio credere-
tur: absit vt cãm paruulorum sic relinqua-
mus, vt esse nobis dicamus incertum, vtrũ
in Chr̃o regenerati, si moriãtur paruuli, trã-
seant in æternã salutẽ: non regenerati autẽ
transeãt in mortẽ secundã, qm̃ quidem scri
ptũ est. Per vnum hominẽ peccatũ intrauit
in mũdum, & per peccatum mors, & ita in
omnes homines transijt. Aliter recte intelli-
gi non potest: nec à morte perpetua, quæ
iustissime est retributa peccato, liberat quẽ-
quam pusillorum atque magnorum, nisi il-
le qui ꝑ ꝑ remittenda & originalia & pro-
pria nostra peccata mortuus ẽ, sine suo ullo H
originali ꝓprio ve pctõ. Sed quare illos po-
tius quã illos? Iterum atq; iterũ dicimus, nec
nos piget. O homo tu qui es, qui respõdeas
deo? Inscrutabilia sunt iudicia eiꝰ, & inuesti
gabiles viæ eius. Et hoc adijciamus, Altiora
te ne q̃sieris, & fortiora te ne scrutatus fue-
ris. Videtisne charissimi quàm sit absurdũ,
& à fidei sanitate atque synceritate veritatis
alienum, vt dicamus paruulos mortuos se-
cundum ea iudicari, quæ præsciti sunt factu
ri esse si viuerent? In hanc autem sententiã,
quã certe omnis sensus humanus quantula
cũque rõne subnixus, maximeque Christia-
nus exhorret, ire compulsi sunt, qui sic a Pe-
lagianorum errore alieni esse voluerunt, vt
tñ gratiam dei per Iesum Christũ dñm no-
strum qua nobis vna post lapsum primi ho-
minis, in quo oẽs cecidimus, subuenitur, se-
cundum merita nostra dari sibi adhuc exi-
stiment esse credendum, & disputatione in-
super proferendum. Quod ipse Pelagius an
te orientales Episcopos iudices damnationis
suæ timore damnauit. Hoc autem si non di-
catur de mortuorũ.s. operibus, quæ facturi I
erant si viuerent bonis aut malis, ac per hoc
nullis, & in ipsa dei præscientia non futuris:
hoc ergo si nõ dicatur, ꝙ cernitis quanto er-
rore dicatur, q̃d restabit, nisi vt gratiam dei
nõ secundũ merita nostra dari, qđ cõtra hæ-
resim Pelagianam catholica defendit Eccle-
sia, remota contentionis caligine fateamur:
atque id maxime in paruulis euidentiore ve
ritate cernamus. Neq;.n. fato cogit̃ deus illis
infantib. subuenire, illis aũt nõ subuenire cũ
sit vtrisq; cã cõis: aut res humanas ĩ paruulis
non diuina ꝓuidẽtia, sed fortuitis agi casib.
opinabimur, cum rationales vel damnãdæ
vel liberandæ sint animæ, qñquidẽ nec pas-
ser cadit in terrã sine voluntate patris nostri
qui in cęlis est: aut parentũ negligentiæ sic
tribuendũ est, quod paruuli sine baptismo
moriuntur, vt nihil ibi agant superna iudi-
cia: tanq̃ ipsi qui hoc modo male moriunt̃,
parẽtes sibi negligẽtes volũtate ꝓpria de q̃b.
nascerent̃, elegerint. Quid dicã, qđ paruulus
aliqñ antequã illi ꝑ ministeriũ baptizãtis suc
curri possit, expirat? Plerũq;.n. festinãtib. pa-
rẽtib. & paratis ministr. vt baptismus paruu-
lo detur,

Lib. 3. de lib. arbi. cap. 23.
3. se. di. 15. c. sed forte.
1. Retr. cap. 9.
1. Retr. cap. 9.
Rom. 5.
Rom. 9.
Rom. 1
Ecclesi. Stici.
Mat.

lo det, deo tamen nolente non datur, qui eũ paruulum in hac vita non tenuit vt daretur. K Quid etiam, quod aliquando paruulis infideliũ filijs potuit, ne irẽt in perditionẽ, & filiis fidelium non potuit baptismate subueniri? Vbi certe oñditur, quod personarum apud deũ nõ sit acceptio, alioquin cultorũ suorũ potius quã inimicorũ filios liberaret.

Cap. 13.

Iam vero qm̃ de bono perseuerantiæ nũc agimus, quid est quod morituro non baptizato subuenitur, ne sine baptismate moriať, & baptizato casuro non subuenitur, vt ante moriatur? Nisi forte illi adhuc absurditati auscultabimus, qua dicitur nihil prodesse cuiquam mori antequam cadat, quia scd̃m eos actus iudicabitur, quos eum præsciuit deus acturũ fuisse si viueret. Hanc peruersitatem sanitati fidei tam vehemẽter aduersam, quis patiẽter audiat, quis ferat? Et tñ hoc dicere vrgentur, qui non fatentur gratiã dei non secũdum merita nostra dari. Qui aũt volunt dicere vnunquẽque mortuorũ secundum ea iudicari, quæ deus illum præsciuit acturũ fuisse si viueret, intuentes q̃ manifesta falsitate, & quanta absurditate dicatur, non eis rema- L net cur dicant quod Pelagianus dãnauit, & ab ipso Pelagiano dãnari fecit Ecclesia, grã dei secũdũ merita nr̃a dari: cũ videant alios paruulos non regeneratos ad æternam mortẽ, alios aũt regeneratos ad æternã vitã tolli de hac vita. Ipsos quoq; generatos, alios perseuerantes vsq; in finẽ hic ire: alios quousq; decidant hic teneri, qui vtiq; nõ decidissẽt, si antequam laberẽtur hinc issent: & rursus quosdã lapsos quousq; redeãt non exire de hac vita, qui vtiq; perirẽt si anteq̃ redirent, exirẽt. Vñ satis dilucide ostẽditur, & inchoãdi & vsq; in finem perseuerandi gratiã dei nõ secundum merita nostra dari, sed donari secundum ipsius secretissimã eandemque iustissimam, beneficentissimam, sapientissimã voluntatem: qm̃ quos prædestinauit, ipsos & vocauit vocatione illa, de qua dictũ est, Sine pęnitentia sunt dona & vocatio dei: ad quã vocationem pertinere nullus est hõ ab hoĩbus certa asseueratione dicẽdus, nisi cum de hoc seculo exierit: in hac autem vita humana, quæ tentatio est super terram, qui videtur stare videat ne cadat. Ideo quippe sicut iam supra diximus, non perseueraturi perseueraturis prouidẽtissima dei voluntate miscentur, vt esse discamus nõ alta sapiẽtes, sed humilibus consentientes, & cũ timore & tremore nr̃am ipsorũ salutẽ operemur. Deus est. n. qui operatur in nobis, & velle & operari ꝓ bona volũtate. Nos ergo volum⁹, sed deus nobis operatur & velle: nos ergo oꝑamur sed deus in nobis operatur & operari ꝓ bona voluntate. Hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc est piũ, hoc verũ, vt sit humilis & submissa cõfessio, & detur totum deo. Cogitãtes credimus, cogitãtes agimus q̃cquid agimus: qđ autẽ attinet ad pietatis viã & verum dei cultum, nõ sumus idonei cogitare aliquid tanquã ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Non. n. est in ptãte nr̃a cor nr̃m & nostræ cogitationes, vnde idem qui hoc agit itẽ dicit Ambrosius, Quis autem tã beatus qui in corde suo semper ascẽdat? Sed hoc sine diuino auxilio qui fieri potest? nullo profecto mõ. Deniq; inquit, supra eadẽ scriptura dicit, Beatus vir cuius est auxiliũ eius abs te dñe, ascẽsus in corde eius. Hoc vtiq; vt diceret non solum in literis sacris legebat, sed sicut de illo viro sine dubitatione credendum est, etiã in corde suo sentiebat Ambrosius. Quod ergo in sacris fidelium dicitur, vt sursum corda habeamus ad dñm, munus ẽ dñi: de quo munere ipsi dño deo nr̃o gratias agere a sacerdote post hanc vocem quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum & iustũ esse respondẽt. Cum. n. non sit in nostra potestate cor nostrum, sed diuino subleuetur auxilio, vt ascẽdat, & quę sursum sunt sapiat, vbi Christus est in dextera dei sedens, non quæ super terram: cui de hac tanta re agendæ sunt gratiæ, nisi hoc facienti domino deo nostro, qui nos per tale beneficiũ liberando, de profundo huius mũdi elegit, & ꝑdestinauit ante cõstitutionẽ mũdi?

Cap. 14.

Sed aiũt prædestinationis diffininitionẽ vtilitati prædicationis aduersã, quasi vero ad uersata sit Apost. ꝑdicãti. Nonne ille doctor gẽtiũ in fide & veritate ꝑdestinationẽ totiẽs cõmẽdauit, & verbũ dei prædicare non destitit? Nunquid quia dixit Deus est qui operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate sua: ideo non ipse, & vt velimus quæ deo placeant, & vt operemur hortatus ẽ? aut quia dixit, Qui in nobis bonũ opus cœpit, perficiet

Rom. 10. M Philip. 2 I. Cor. 3. Psal. 83. A Colo. 4. Philip. 2 Philip. 1 Io. I. 10

ꝑficiet vſq; in diē Chriſti Ieſu: iō vt incipe
rent homines & ꝑſeuerarēt vſq; in finē, ipſe
nō ſuaſit? Nēpe ipſe dn̄s hominibꝰ p̄cepit,
vt crederēt, atq; ait, Credite in deū, & in me *Ioan. 14.*
credite: nec tn̄ iō eius falſa ſentētia eſt, nec
vana definitio, vbi ait, Nemo venit ad me *Ioan. 6.*
.i. nemo credit in me, niſi fuerit ei datū a pa
tre meo. Nec rurſus, q̄a vera eſt hæc defini-
tio, iō vana eſt illa p̄ceptio. Cur ergo p̄dica B
tioni, p̄ceptioni, exhortationi, correptioniq;
q̄ oīa frequentat ſcriptura diuina, exiſtima-
mus inutilē definitionē p̄deſtinationis, quā
cōmēdat eadē ſcriptura diuina? An q̄ſquā di
cere audebit deū nō p̄ſciſſe, quibus eſſet da
turus vt crederent? Aut quos daturus eſſet
filio ſuo, vt ex eis nō ꝑderet quēquā? Quæ
vtiq; ſi p̄ſciuit, profecto bñficia ſua quibus
nos dignatur liberare præſciuit. Hæc præde
ſtinatio ſanctorū nihil aliud eſt, q̄ præſcien-
tia. ſ. & præparatio bñficiorū dei, q̄bus certi-
ſsime liberant, quicunq; liberātur. Cæteri āt
vbi niſi in maſſa ꝑditionis iuſto diuino iudi *Mat. 11.*
cio relinquūtur? Vbi Tyrij relicti ſunt & Si-
donij, q̄ ēt credere potuerūt, ſi mira illa Xp̄i
ſigna uidiſſent. Sed qm̄ vt crederent, nō erat
eis datū, etiā vnde crederent eſt negatū. Ex
quo apparet habere quoſdā in ipſo ingenio
diuinū naturaliter munus intelligentiæ, quo
moueant ad fidē, ſi cōgrua ſuis mētibus vel
audiant verba, vel ſigna cōſpiciant: & tn̄ ſi
dei altiore iudicio, a ꝑditionis maſſa nō ſūt
gratiæ prædeſtinatione diſcreti, nec ipſa eis
adhibent vel dicta diuina vel facta, per q̄ C
poſſent credere, ſi audirent vtiq; talia vel vi
derent. In eadē perditionis maſſa relictiſunt
etiā Iudæi, qui nō potuerunt credere factis
in cōſpectu ſuo tā magnis clariſq; virtutib.
Cur.n. nō poterāt credere nō tacuit Euange *Ioan. 12.*
liū dicēs, Cū autē tanta ſigna feciſſet corā
eis, nō crediderunt in eū, vt ſermo Eſaiæ ꝓ
phetæ impleretur, quē dixit, Domine q̄s cre *Eſa. 53.*
didit auditui noſtro, & brachiū domini cui
reuelatū eſt? Et ideo nō poterant credere, q̄a
iterū dixit Eſaias, excecauit oculos eorū, &
indurauit cor illorū, ne uideāt oculis, nec in
telligant corde, & cōuertātur & ſanē illos. *Eſai. 6.*
Nō erāt ergo ſic excecati oculi, nec ſic indu
ratū cor Tyriorū & Sidoniorū, qm̄ crediiſ *Rom. 11.*
ſent, ſi qualia viderunt iſti ſigna vidiſſent:
ſed nec illis profuit quod poterant credere
quia prædeſtinati non erant ab eo, cuius in
ſcrutabilia ſunt iudicia, & inueſtigabiles viæ:
nec iſtis obfuiſſet quod non poterant crede D
re, ſi p̄deſtinati eſſent, vt eos cæcos deus il-
luminaret, & induratis cor lapideū vellet au
ferre. Verum quod dixit dominus de Ty-
rijs & Sidonijs, aliquo mō p̄t fortaſsis intel
ligi: neminem tamē venire ad Chriſtū, niſi
cui fuerit datum, & eis dari q̄ in illo electi
ſunt ante conſtitutionē mūdi, proculdubio
confitetur, a quo non ſurdis auribus cordis
eloquiū diuinū aurib. carnis auditur: & ta-
men hæc prædeſtinatio quæ ſatis aperte etiā
verbis Euangelicis explicatur, nō prohibuit
dominū & propter incipiendū dicere, quod
pauloante cōmemoraui, Creditis in deū, &
in me credite: & propter ꝑſeuerandū opor-
tere ſemper orare & nō deficere. Audiūt eñ *Ioan.*
hæc & faciūt q̄bus datū eſt, nō autē faciūt ſi
ue audiant ſiue nō audiāt, q̄bus nō datū eſt.
Quia vobis, inquit, datū eſt noſſe myſteriū *Mat.*
regni cœlorū, illis autē nō eſt datum: quorū
alterū ad miſericordiā, alterum ad iudiciū ꝑ
tinet illius, cui dicit anima noſtra, Miſericor *Pſ. 1*
diā & iudiciū cantabo tibi domine. Nec præ
deſtinatiōis igitur p̄dicatione impediēda eſt
prædicatio fidei perſeuerantis, & proficiētis
vt qđ oportet audiāt, & q̄bus datū eſt vt E
obediant. Quomodo.n. audiēt ſine p̄dicāte? *Rom.*
Nec rurſus prædicatione fidei proficiētis, &
vſq; ad vltimū permanentis, impedienda eſt
p̄dicatio p̄deſtinationis, vt q̄ fideliter & obe
dienter viuit, non de ipſa obedientia tanquā
de ſuo non accepto bono extollatur, ſed q̄
gloriatur, in dño glorietur. In nullo.n. glo- *Hier*
riandū, quādo noſtrum nihil ſit. Quod vidit
fidelſsime Cyprianus, & fidentiſsime defini
uit, per quod vtique prædeſtinationē certiſ
ſimam pronunciauit. Nam ſi in nullo glo-
riādum eſt, quando noſtrum nihil eſt, profe
cto nec de obedientia perſeuerantiſsima glo
riandum eſt. Nec ita noſtra, tanquam non
nobis deſuper donata, dicēda eſt. Et ipſa igi-
tur dei donum eſt, quod ſe daturum deus
vocatis ſuis iſta vocatione, de qua dictum
eſt, Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio
dei: omni Chriſtiano cōfitendum præſciuit.
Hæc eſt igitur prædeſtinatio quam fideli-
ter atque humiliter prædicamus. Nec ta-
men idem doctor & factor qui & in Chri-

Christũ credidit,& in sancta obedientia vsque ad passionẽ pro Xpo perseuerãter vixit, iõ cessauit prædicare Euãgeliũ. Exhortari ad fidem piosq; mores, atq; ad ipsam vsq; in finem perseuerantiam, qm̃ dixit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit: vbi verã dei gratiã, id est, quæ non scd̃m merita nostra datur, sine vlla ambiguitate declarauit, quam se daturũ præsciuit deus. His Cipriani verbis proculdubio prædestinatio prædicata est, quæ si Ciprianus a prædicatione obedientiæ non prohibuit, nec nos vtiq; debet ꝓhibere. Quamuis ergo dicamus dei donũ esse obedientiam: tñ homines exhortamur ad eam. Sed illis qui veritatis exhortationẽ obedienter audiunt, ipsum donum dei datũ est, hoc est obedienter audire: illis autẽ qui non sic audiunt, non est datum. Non.n. quicũq;, sed Christus, Nemo, inquit, venit ad me, nisi fuerit ei datũ a patre meo. Et, Vobis datũ est nosse mysterium regni cęlorũ, illis autẽ non datũ. Et de cõtinẽtia, Nõ omnes, inquit, capiunt verbũ hoc, sed quibus datum est. Et cum Apostolus ad pudicitiam coniugalem coniuges hortaretur, Vellem, inquit, omnes homines esse sicut meipsum, sed vnusquisq; proprium donum habet a deo, alius sic, alius aũt sic. Vbi satis ostendit nõ tm̃ cõtinẽtiam donum dei esse, sed coniugatorum et castitatẽ. Quæ cum vera sint, hortamur ad hoc quantũ cuiq; nostrum datũ est vt possit hortari, quia & hoc eius donũ est, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Vñ & Apostolus, scd̃m gratiã, inquit, quę data est mihi, vt sapiens architectus fundamentũ posui: & alio loco, Vnicuiq;, inquit, sicut dñs dedit, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incremẽtum dedit. Itaq; neq; qui plantat aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus. Ac per hoc sicut exhortatur & ꝓdicatur recte, sed ille qui accepit hoc donum: ita exhortantẽ atq; prędicantẽ profecto ille obedienter audit, ꝗ accepit hoc donũ. Hinc est qd̃ dñs cum eis loqueretur ꝗ carnales aures apertas hẽrent, dicebant tñ, Qui habet aures audiẽdi audiat: quas nõ omnes hẽre proculdubio nouerat. A quo aũt habeãt, ꝗcunq; hẽt, ipse dñs ostẽdit vbi ait, Dabo eis cor cognoscẽdi me & aures audientes. Aures ergo audiẽdi, ipsũ est donũ obediẽdi, vt qui id haberet, venirent ad eum, ad quẽ nemo venit, nisi fuerit ei datũ a patre ipsius: Exhortamur ergo atq; prędicamus: sed ꝗ habẽt aures audiendi, obedienter nos audiũt: qui vero eas non habent, fit in eis qd̃ scriptũ est, vt audiẽtes non audiant: audientes videlicet corporis sensu, non audiant cordis assensu. Cur autem habeant aures audiendi, illi non habeãt: hoc est, cur illis datũ sit a patre vt veniãt ad filium, illis autẽ non sit datũ, quis cognouit sensum dñi, aut quis eius consiliarius fuit? Aut tu quis es homo, qui respõdeas deo? Nũquid ideo negandũ est ꝙ apertum est, ꝗa cõprehendi non potest quod occultum est? Nũquid, inquam, propterea dicturi sumus qd̃ ita esse perspicimus, non ita esse, quoniam cur ita sit non possumus inuenire?

Sed, aiunt, ut scribitis, neminẽ posse correptionis stimulis excitari. Si dicatur in conuẽtu Ecclesiæ audiẽtib. multis, ita se hẽt de prædestinatione definita sententia voluntatis dei vt alij ex uobis de infidelitate, accepta obediẽdi volũtate veneritis ad fidẽ vel accepta ꝑseuerãtia maneatis ĩ fide: cęteri vero ꝗ in pctõrũ delectatione remoramini, iõ nõ dũ surrexistis, quia necdũ vos adiutoriũ grãæ miserantis erexit. Veruntñ si qui estis necdũ vocati, quos gratia sua prædestinauerit eligẽdos, accipietis eandem gratiam, qua velitis & sitis electi. Et si qui obeditis, si prędestinati estis reiiciendi, subtrahentur obediẽdi vires vt obedire cessetis. Ista cum dicũt, ita nos a confitendã dei gratia. i. quæ nõ scd̃m merita nostra dat, & a cõfitẽda scd̃m eam ꝓdestinationẽ sanctorũ deterrere nõ debent: sicut nõ deterremur a cõfitẽda præscientia dei, si quis de illa populo sic loquatur, vt dicat, Siue nũc recte viuatis siue nõ recte, tales vos eritis postea, quales vos deus futuros esse ꝑsciuit, vel boni si bonos, vel mali si malos. Nõquid.n. si hoc audito nõnulli ĩ torporẽ segniciemq; uertantur, & a labore procliues ad libidinẽ post concupiscẽtias suas eant, ꝓpterea de præsciẽtia dei falsũ putandũ est ẽe, ꝙ dictũ est? Nõne si deus illos bonos futuros esse præsciuit, boni erunt, in quãtalibet nunc malignitate versentur: si autẽ malos, mali erunt, in quantalibet nunc bonitate cernantur? Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus cur quædam

Marginalia: F; Ioh. 6.; Mat. 13.; Mat. 19.; 1. Cor. 7.; 1. Cor. 3.; Idem.; G; Mat. 8.; Mat. 13.; H; Rom. 11.; Rom. 9.; Cap. 15.; I; Monasterium Augustini.

non facienda faceret,& facienda nō faceret, rñdebat, qualiſcunq; nunc ſim,talis ero qualē me deus futurū eſſe pſciuit.Qui ,pfecto & verum dicebat,& hoc vero nō proficiebat ī bonū,ſed vſqueadeo profecit in malū, vt deſerta monaſterij ſocietate,fieret canis reuerſus ad ſuū vomitū,& tñ adhuc qualis ſit futurus incertū eſt. Nunquid ergo pp huiuſmodi cauſas ea quæ de præſcientia dei vera dicuntur, vel neganda ſunt vel tacenda,tūc .ſ.quando ſi non dicanť,in alios itur errores?

K

Prou.26

Cap.16. Sunt ēt qui ppea vel non orant vel frigide orāt,qm̄ dño dicente didicerūt, ſcire deū quid nobis neceſſarium ſit priuſq̄ petamus ab eo.Nū pp tales huius ſentētiæ veritas deſerēda,aut ex Euangelio delenda putabitur? Imo cū conſtet deum,alia danda ēt non orātibus,ſicut initium fidei,alia nō niſi orantib. pparaſſe,ſicut vſque in finē pſeuerantiā: pfecto qui ex ipſo hanc ſe habere putat, non orat vt habeat.Cauendum eſt igitur ne dum timemus tepeſcat hortatio,extinguatur oratio,accendatur elatio.Dicatur ergo verū,maxime vbi aliqua qō vt dicatur impellit,& capiant qui pñt: ne forte cū taceτur pp eos q capere non pñt,non ſolū veritate nudenť,verumēt falſitate capiantur, qui uerum capere quo caueať falſitas,pñt.Facile ē.n. imo & utile vt taceatur aliqđ verū pp incapaces. Nā unde ē illud dñi,Adhuc multa habeo uobis dicere,ſed non poteſtis illa portare modo.Et illud Apoſtoli,Non potui uobis loqui quaſi ſpiritalib.ſed quaſi carnalib. quaſi paruulis ī Xpo,lac uobis potūdedi,non eſcā:nondū.n. poteratis,ſed nec adhuc qđē poteſtis.Quanuis modo quodā dicendi fieri poſſit, ut id q̄ dr̄,& paruulis lac,& grandib. eſca ſit.Sicut, In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū,& deus erat uerbū. Quis Chriſtianus tacere pōt?quis capere? Aut quid in doctrina ſana pōt inueniri grandius? Quod tñ & paruulis non tacetur,& nec grandib.nec paruulis occultatur. Sed alia eſt ratio verum tacendi,alia verum dicendi neceſſitas.Cās verum tacēdi longum eſt oēs quærere vel inſerere, quarū tñ eſt & hæc vna,ne peiores faciamus eos qui non intelligunt, dum volumus eos qui intelligūt facere doctiores,qui nobis aliquid tale tacentib.doctiores quidē non fiūt, ſed nec peiores fiunt. Cū autē res vera ita ſe

L

Ioan.16.

1.Cor.3.

Ioan. 1.

habet vt fiat peior,nobis eam dicentibus, ille qui capere nō poteſt: nobis autem tacentibus ille qui poteſt,quid putamus eſſe faciendū?Nonne potius eſt dicendū verum, vt qui pōt capere capiat,quā tacendum, ut non ſolū id ambo non capiant,verumēt qui eſt intelligētior,ipſe ſit peior? Qui ſi audiret & caperet, p illum etiam plures diſcerēt.Quo.n. eſt capacior vt diſcat, eo magis eſt idoneus vt alios doceat. Inſtat inimicus grāæ atque urget modis omnibus, vt credatur ſm̄ merita noſtra dari,ac ſic grā iam nō ſit gratia.Et nos nolumus dicere,qđ teſte ſcriptura poſſimus dicere:timemus.n.videlicet ne loquentibus nobis offendatur,qui veritatem non pōt capere,& nō timemus ne tacētibus nobis qui veritatem pōt capere,falſitate capiatur? Aut .n.ſic pdeſtinatio prædicāda eſt, quemadmodum eā ſancta ſcriptura euidenter loquiť,ut in pdeſtinatis ſine pœnitētia ſint dona,& vocatio dei,aut grām dei ſcd̄m noſtra dari merita confitendum,quod ſapiunt Pelagiani,q̄. uis iſta ſententia qđ ſæpe iam diximus, legatur in geſtis Epōrū orientalium ēt ipſius Pelagij ore dānata.A Pelagianorum porro hęretica puerſitate tñ iſti remoti ſunt,pp quos hæc agimus,ut licet nondum velint fateri p̄deſtinatos eſſe,qui per dei gratiam fiant obedientes,atq; permaneant, iam tñ fateantur, quod eorum pręueniat voluntatē quib. dať hæc gratia?Ideo utique ne gratis dari credať gratia,ſicut ueritas loquitur,ſed potius ſecūdum præcedentis merita voluntatis,ſicut cōtra veritatē Pelagianus error obloquitur.Pręuenit ergo & fidē gratia, alioquin ſi fides eā præuenit proculdubio præuenit & uolūtas, qm̄ fides ſine volūtate non poteſt eſſe. Si aūt gratia præuenit fidē qm̄ præuenit volūtatē, profecto præuenit omnem obediētiam,præuenit etiam charitatem,qua vna deo veraciter & ſuauiter obediť, & hæc omnia gratia in eo cui datur,& cuius hæc omnia pueniť, operatur. Reſtat in his bonis vſq; in finem perſeuerantia,quæ fruſtra quotidie a domino poſcitur,ſi non eam dñs per gratiam ſuā in illo cuius orationem exaudit, operatur. Videte iam a ueritate q̄ ſit alienum, negare donum dei eſſe perſeuerantiam vſque in finem huius uitæ,cum vitæ huic quando uoluerit ipſe det finē, quē ſi dat ante imminētē lapſum

M

A

Cap.

lapſum, facit hominem perſeuerare vſq; in finē. Sed mirabilior & fidelibus euidentior largitas bonitatis dei eſt, ꝙ et paruulis quibus obedientia nō eſt illius ætatis vt detur, datur hæc gratia. Iſta igitur ſua dona ꝗbuſcunq; deus donat proculdubio donaturū ſe eſſe præſciuit,& in ſua præſcientia ꝑparauit. Quos ergo prædeſtinauit, ipſos & vocauit vocatione illa,quā me ſæpe cōmemorare nō piget:de qua dictum eſt: Sine pœnitētia ſunt dona & uocatio dei. Nā in ſua quæ falli mutariq; nō pōt præſcientia, opera ſua futura diſponere,id omnino nec aliud quicquā eſt niſi ꝑdeſtinare. Sicut aūt ille quē caſtū futurū eſſe præſciuit,quamuis id incertū habeat, agit ut caſtus ſit:ita ille quē caſtū futurū prædeſtinauit, quamuis id incertū habeat, non ideo nō agit vt caſtus ſit,qm̄ dei dono ſe audit futurū eſſe qđ erit,imo etiā gaudet eius charitas,nec inflatur, tāquā id nō acceperit. B Nō ſolū ergo prædicatiōne ꝑdeſtinationis ab hoc opere non impeditur,uerū hoc adiuuatur,ut cū gloriatur in dn̄o glorietur. Qđ aūt dixi de caſtitate,hoc de fide, hoc de pietate,de charitate,de perſeuerantia,& ne pergā per ſingula,hoc de oī obedientia qua obedit deo, ueraciſsime dici pōt. Sed ij qui ſolum initium fidei, & vſq; in finē perſeuerantiā ſic in noſtra conſtituunt ꝑtāte,ut dei dona eē nō putēt,neq; ad hæc habenda atq; continenda deū operari noſtras cogitationes & uolūtates, cætera vero ipſum dare credūt, cū ab illo impetratur credentis fide:cur ad ipſa cætera exhortationē eorum cæterorūque prædicationē, definitione prædeſtinationis nō metuūt impediri? An forte nec ipſa dicūt ꝑdeſtinata? Ergo nec dantur a deo, aut ea ſe daturū eſſe neſciuit. Qđ ſi & dātur, & ea se daturū eſſe præſciuit, profecto ꝑdeſtinauit. Sicut ergo ipſi hortant̄ quoq; ad caſtitatem, charitatē, pietatem, & cętera quæ dei dona C eſſe cōfiteantur, eaque ab illo eſſe præcognita,ac ꝑ hoc prædeſtinata negare nō poſſunt, ne dicunt exhortationes ſuas impediri prędicatione prædeſtinationis dei, hoc eſt, prædicatione de his donis eius futuris præſcientiæ dei:ſic uideant nec ad fidem, nec ad perſeuerantiam impediri exhortationes ſuas, ſi & ipſa opera,quod verum eſt,eſſe dei dona,eaque præcognita,id eſt,ad donādū prædeſtinata eſſe dicāt: ſed impediri poti⁹ atq; ſubuerti hac prædeſtinationis prædicatione illū tātummodo pernicioſiſsimum errorē quo dicitur gratia dei ſecundum merita noſtra dari,ut qui gloriatur, non in dn̄o ſed in ſeipſo glorieẗ. Qđ ut aperti⁹ ꝑ ꝑ tardiuſculos explicemus,rememorationē meā ferant quibus ingenio præuolare donatū eſt: dicit Apoſtolus Iacobus,Si quis veſtrū indiget ſapientia,poſtulet a deo qui dat omnib⁹ affluēter,& non improperat,& dabitur ei. *Iacob. 1.* Scriptū eſt & in prouerbiis Salomonis. Qm̄ dn̄s dat ſapientiā. *Prou. 2.* Et de continētia legitur in libro Sapientiæ, cuius authoritate vſi ſunt magni & docti uiri,qui lōge ante nos eloquia diuina tractarunt:ibi ergo legitur, Cū ſcirem, quia nemo eſſe pōt continēs,niſi deus det: & hoc ipſum erat ſapiētiæ ſcire, cuius eſſet hoc donum. *Sapien. 8* Hæc ergo dei dona ſunt,id eſt, ut de aliis taceam,ſapiētia & continentia. D Aquieſcūt & iſti: neq; enim Pelagiani ſunt, ut aduerſus iſtā ꝑſpicuā veritatē dura & hæretica peruerſitate contendant. Sed hæc,inquiunt, ut a deo dentur nobis,fides impetrat, quæ incipit a nobis; quam fidē & incipere habere, & in ea uſq; in finē permanere,tanquā id nō a dn̄o accipiamus,noſtrum eſſe contendunt. Hic proculdubio contradicitur Apoſtolo dicēti,Quid.n.habes,qđ nō accepiſti? *1. Co. 4.* Cōtradicitur & martyri Cypriano dicenti, in nullo gloriandū, qn̄ noſtrum nihil ſit. Cū hæc & alia multa quæ piget repetere,diximus,atq; oſtenderimus & initiū fidei,& vſq; in finem perſeuerantiā dei dona eſſe,nec ulla futura eſſe ſua dona,& quæ dāda eſſent, & quib.dāda eſſent,deū nō ꝑſcire potuiſſe,ac ꝑ hoc ꝑdeſtinatos ab illo eſſe, quos liberat & coronat:rn̄dendū putant,ꝑdeſtinationis definitionē vtilitati ꝑdicationis aduerſam,eo qđ hac audita,nemo poſsit correptionis ſtimulis excitari. Hæc dicētes nolunt hominib.ꝑdicari dona dei eſſe,ut veniatur ad fidē,& ꝑmaneatur ī fide,ne plus deſperatio ꝙ̄ exhortatio videatur afferri, dū cogitāt ꝗ audiunt, incertū eſſe humanę ignorantię cui largiaẗ deus,cui nō largiaẗ hæc dona. Cur ergo & ipſi nobiſcū ꝑdicāt,dona dei eſſe ſapiētiā & cōtinētiā? E Qđ ſi hæc cū dei dona eſſe ꝑdicātur,nō impediẗ hortatio qua hoīes hortamur eſſe ſapiētes & cōtinētes:ꝗ tādē cauſa eſt ut exiſtimēt

impediri ex hortationẽ, qua exhortamur homines venire ad fidẽ, & in ea ꝑmanere vsq; in finẽ. Et si hæc dona Dei eẽ dicant, qđ scripturis eius testib. cõprobatur, ecce ut de cõtinẽtia taceamus, & de sola in hoc loco sapiẽtia disputemus, Nẽpe supra memoratus Apostolus Iacobus dicit, Quæ desursum ẽ sapiẽtia, primũ qdẽ pudica ẽ, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena mĩæ & fructib. bonis, inæstimabilis, sine simulatione. Cernitis ne obsecro, a pr̃e luminũ sapiẽtia quã multis & magnis bonis referta descẽdat? Oẽ qppe datũ optimũ, sicut idẽ dicit, & oẽ donũ ꝑfectũ desursũ est, descẽdẽs a patre luminũ. Cur ergo vt mittam cęterã, corripimus impudicos & cõtẽtiosos, qb. tñ p̃dicamus donũ dei esse sapientiã pudicã atq; pacificã: nec timemus ne ꝑmoti diuinæ voluntatis incerto, plus in hac p̃dicatione desꝑationis q̃ exhortationis inueniãt, nec correptionis stimulis aduers⁹ seipsos, sed potius aduersus nos excitẽtur, qa eos corripimus hæc nõ hñtes, q̃ ipsi dicimus nõ humana volũtate ꝓferri, sed diuina largitate donari? Cur deniq; ipsum Apostolũ Iacobũ huius gratiæ p̃dicatio nõ deterruit corripere inqetos, & dicere, Si zelũ aĩarũ habetis, & cõtentiones sunt in cordib. vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatẽ: non est ista sapiẽtia desursũ descẽdens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi.n. zelus & cõtentio, ibi inconstantia, & oẽ opus prauum. Sicut ergo corripiendi sunt inqeti, & diuinis eloquijs testib. & ipsis quos nobiscũ isti cões hñt actib. nostris: neq; hanc impedit correctionẽ, qđ sapientiam pacificã qua contentiosi corriguntur atq; sanantur donũ dei esse p̃dicamus: ita corripiendi sunt infideles, vel in fide non ꝑmanentes: nõ impediente istã correctionẽ p̃dicatione grãæ Dei, quæ fidẽ quoq; ipsam & in ea ꝑmãsionem, donũ dei esse cõmendat: quia & si ex fide impetratur sapiẽtia, sicut ipse Iacobus cũ dixisset, Si quis vestrũ indiget sapientia postulet a deo, qui dat omnib. affluenter, & non improperat, & dabitur ei: mox addidit, Postulet aũt in fide, nihil hæsitans: nõ tñ qm̃ fides datur priusq̃ postuletur ab illo cui datur, ideo dicenda est nõ esse donũ dei, sed esse a nobis non petentibus nobis. Apostolus.n. apertissime dicit, Pax fratrib. & charitas cum fide a deo patre & dño Iesu Xp̃o. A quo ergo pax & charitas, ab illo est & fides: ꝑꝑ quod ab illo eam non solũ augeri hñtib. uerumẽt non habentib. poscimus dari. Neq; isti ꝑꝑ quos hæc dicimus, qui p̃dicatione, p̃destinatiõis, & gratiæ, exhortationẽ clamitant impediri, ad sola illa exhortãtur dona q̃ non a deo dari, sed a nobis esse contendunt: sicut sunt initium fidei & in ea usq; in finẽ perseuerãtia: quod utiq; facere deberent, ut tantummodo infideles hortarentur, ut crederent: & fideles ut credentes ꝑmanerent. Ea uero q̃ nobiscũ dei dona esse non negãt, ut nobiscũ Pelagianum demoliantur errorẽ, sicut est pudicitia, continentia, patientia, & cætera quib. recte uiuitur, & ex fide impetrantur, a dño oranda mõstrare & orare solũ uel sibi uel alij debuerunt, non aũt quemquã ut ea capesceret & retineret hortari. Cum uero & ad hæc exhortantur ut pñt, atq; exhortando se esse homines confitentur, satis utiq; ostendunt, nec ea prædicatione impediri exhortatiões, siue ad fidem, siue ad perseuerantiam usq; in finem: quia & ista dei dona esse nec a seipso cuiq̃, sed ab illo tribui prædicamus. At.n. quod uitio suo quisq; deserat fidem, cum cedit tentationi atq; consentit, qua cum illo agitur ut deserat fidem, quis negat? Sed non iõ dicenda est in fide perseuerantia non esse donum dei. Hãc.n. quotidie poscit, qui dicit, Ne nos inferas in tentationẽ: & si exauditur, hãc accipit: ac ꝑ hoc quotidie ut ꝑseueret petens, ꝓfecto ꝑseuerãtiæ suæ spẽ nõ in seipso, sed in deo ponit. Ego aũt nolo exaggerare meis uerbis, sed illis cogitandũ potius relinquo, ut uideant quale sit quod sibi persuaserunt, p̃dicatione p̃destinationis audientib. plus de sperationis q̃ exhortationis afferri: hoc est.n. dicere, tũc de sua salute hominẽ desꝑare, qñ spem suam non in seipso, sed in deo didicerit ponere; cũ Propheta clamet, Maledictus omnis qui spẽ ponit in homine. Hæc utique dona dei, quæ dantur electis ſm dei propositum uocatis, in quibus donis est & incipere credere, & in fide usq; ad uitæ huius terminum perseuerare: sicut tanta rationum atque authoritatũ contestatione probauimus. Hęc, inq̃, dei dona si nulla est p̃destinatio, q̃ defendimus, nõ p̃sciũtur a deo: p̃sciuntur aũt: hęc est igitur prædestinatio quam defendimus.

Vnde

Marginal notes: F; Iacob. 3.; Iacob. 1.; G; Ephes. 6.; H; Mat.; I; Hier.

Ca.18. Vnde aliqñ eadē prædestinatio significatur ē nomine præscientiæ, sicut ait Apost. Non Ro.11. repulit deus plebē suā, q̄ præsciuit. Hoc qđ ait, præsciuit, non recte intelligitur nisi præ- K destinauit, quod circunstantia ipsius locutionis ostēdit: loquebatur. n. de reliquijs Iudæorum, quæ factæ sunt pereuntibus cæteris. Nā superius dixerat ad Israel dixisse Prophetā, Esa.65. Tota die expandi manus meas ad populū nō credente & contradicentem; & tanq̄ responderetur, Vbi sunt ergo factæ promissiones Ro.10. dei ad Israel, continuo subiunxit, Dico ergo nunquid repulit deus plebē suā? Absit, nā & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin: tanq̄ diceret, nam & ego ex ipsa plebe sum. Deinde addidit unde nunc agimus. Non repulit deus plebē suam quā præsciuit. Atque vt ostēderet dei gratia fuisse relictas reliquias, nō meritis operum eorū, secutus adiunxit, An nescitis in Helia quid dicat scriptura? quēadmodum interpellat deū aduersus Israel, & cætera. Sed quid dicit illi, inquit, rñsum diuinum, Reliqui mihi septē milia virorū, qui nō curuauerunt genu ante 3.Re.19 Baal. Nō. n. ait, relicta sunt mihi, aut, relique runt se mihi: sed, reliqui mihi. Et sic ergo inquit, Et in hoc tpe reliquiæ per electionē gra Ro.11. tiæ saluæ factæ sūt. Si aūt gratia, iā nō ex operibus, alioquin gratia, iam non est gratia. Et L connectens illa q̄ iam supra posui, Quid ergo & huic interrogationi rñdens, qđ q̄rebat inquit, Israel, hoc non est cōsecutus, electio aūt consecuta est, ceteri vero excæcati sunt. In hac ergo electione & in his reliquijs, quę per electionē gratiæ factæ sunt, voluit intelligi plebem, q̄ ꝑpea deus non repulit, quia præsciuit. Hæc est illa electio qua eos quos voluit elegit in Xpo ante constitutionē mundi vt essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinās eos in adoptionē filiorum. Nullus igitur qui hæc intel- Ephes.1. ligit, negare vel dubitare permittitur, ubi ait Apostolus: Non repulit deus plebem suam q̄ præsciuit, prædestinationem significare voluisse. Præsciuit. n. reliquias, quas ẜm electionē gratiæ fuerat ipse facturus, hoc est ergo, ꝑdestinauit, sine dubio. n. præsciuit, si prædestinauit: sed prædestinasse, est hoc præscisse quod fuerat ipse facturus. Quid ergo nos ꝓhibet, quando apud aliquos verbi dei tractatores legimus dei præscientiam, & agitur de M vocatione electorū, eandē prædestinationē intelligere? Magis aūt fortasse voluerūt hoc verbo in ea re vti, quod & facilius intelligitur & non repugnat, immo & congruit veritati quæ de prædestinatione gratiæ prædicatur? Hoc scio neminē contra istam prædestinationem quam ẜm scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse.

Cap.19. Puto tñ eis qui de hac re sententias tractatorum requirunt, sanctos & in fide atq; doctrina Xpiana laudabiliter vsquequaque diffamatos viros, Cyprianū & Ambrosiū, quorum tam clara testimonia posuimus, debere sufficere, & debere ad vtrūque .i. ut gratiam dei gratuitā sicut credenda atq; prædicanda est, per omnia credentes per omnia ꝑdicent: & eandē prædicationē prædicationi qua hortamur pigros, vel corripimus malos, nō opinentur aduersam: quia & isti viri cū sic prędicarēt dei gratiā, vt unus eorum diceret in nullo gloriandū, qñ nostrum nihil sit: alter aūt, non esse in potestate nostra cor nostrū, & nostras cogitationes: nō tñ hortari & corripere destiterunt, ut fierent præcepta diuina. Nec timuerunt, ne diceretur eis: Quid nos hortamini? Quid corripitis, si nihil boni habeamus qđ sit nostrum, & si nō est in potestate nostra cor nostrū? Hæc ne dicerentur eis, nequaquā illi sancti ea mente timere potuerunt, qua intelligebant paucissimis esse donatū, vt nullo sibi homine prædicante, ꝑ ipsum dñm vel per angelos cęlorum doctrinam salutis accipiāt: multis vero id esse do- A natū, vt deo ꝑ homines credāt. Quolibet tñ modo dicatur homini verbum dei, ꝓculdubio q sic audit vt illi obediat, donū dei ē. Vnde supradicti tractatores excellētissimi diuinorum eloquiorum, & gratiam dei veram sicut prædicanda est, prædicarūt. i. quam nulla merita humana pręcedunt, & ad facienda diuina præcepta instanter hortati sunt, ut qui haberent donum obedientiæ, quibus iussis obediendum esset, audirent: si enim gratiam merita nostra ulla præcedunt, profecto aut facti alicuius, aut dicti aut cogitationis est meritum, vbi & ipsa intelligitur volūtas bona. Sed breuissime complexus est omnium genera meritorum, qui dicit in nullo gloriandū, qñ nostrum nihil sit. Qui vero ait, Nō est

in noſtra poteſtate cor noſtrũ, & noſtræ cogitationes, nec ipſe facta & dicta pteriit: nõ enim eſt dictũ factũ ve hominis, quod non ex cordis cogitatione procedat. Quid autẽ amplius de hac re agere Cyprianus martyr glorioſiſsimus & doctor lucidiſsim⁹ potuit, quam ubi nos in oratione dominica etiam pro inimicis fidei Chriſtianæ orare oportere cõmonuit: vbi de initio fidei ꝙ etiam hoc donũ dei ſit, quod ſentire oſtendit, & ꝓ perſeuerantia vſq; in finẽ, quia & ipſam non niſi deus eis qui pſeuerauerunt donat, Eccleſiã Chr̃i quotidie orare monſtrauit. Beatus quoque Ambroſius cũ exponeret quod ait Lucas Euangeliſta, Viſum eſt & mihi. Põt, inqͣt, non ſoli viſum eſſe, qđ ſibi viſum eſſe declarat: non. n. voluntate tm̃ humana viſum eſt, ſed ſicut placuit ei qui in me loquitur Chr̃s, qui vt id quod bonum eſt, nobis quoque videri bonum poſſit, operatur, quem. n. miſeratur & vocat. Et ideo qui Chriſtum ſequitur, B poteſt interrogatus cur eſſe voluerit Xp̃ianus, reſpondere, viſum eſt & mihi: quod cũ dicit, nõ negat deo viſum: a deo. n. præparatẽ voluntas hominum. Vt. n. deus honorificetẽ a ſancto, dei gratia eſt. Itemque in eodẽ opere, hoc eſt in expoſitione eiuſdem Euangelij cum ad illum veniſſet locum, vbi dominũ ad Hieruſalem pergentẽ Samaritani recipere noluerunt: Simul diſce, inquit, quia recipere noluit non ſimplici mente conuerſos: Nã ſi voluiſſet, & ex indeuotis feciſſet deuotos. Cur aũt non receperunt eum, Euangeliſta ipſe demonſtrat dicens: Quia facies eius erat euntis in Hieruſalẽ, diſcipuli autem recipi intra Samariam geſtiebant. Sed deus quos dignatur uocat, & quem uult religioſum facit. Quid euidentius, quid iuſtius a uerbi dei tractatoribus quærimus, ſi & ab ipſis quod in ſcripturis clarum eſt, audire delectat? Sed his duobus qui ſufficere debuerunt, ſanctũ Gregorium addamus & tertium, qui & credere in deum & quod credimus cõfiteri, dei donum eſſe teſtatur dicens: Vnius deitatis quæſumus uos, confitemini trinitatem. Si uero aliter uultis, dicite unius eſſe naturæ, & C deus uocem dari uobis a ſancto ſpiritu dep̃cabitur: id eſt rogabitur de⁹ ut permittat uobis dari uocẽ qua ꝙ creditis cõfiteri poſsitis: Dabit enim certus ſum: q dedit quod primũ eſt, dabit & quod ſecundum: qui dedit credere, dabit & confiteri. Iſti tales tantiq; doctores dicentes nõ eſſe aliquid de quo tanquã de noſtro, quod nobis deus non dederit gloriemur: nec ipſum cor noſtrum & cogitationes noſtras in poteſtate noſtra eſſe, & totũ dantes deo, atq; ab ipſo nos accipere confitẽtes, ut permanſuri conuertamur ad eũ, ut id qđ bonũ eſt, nobis quoq; uideatur bonũ, & qđ uelimus illud, ut honoremus deũ & recipiamus Chriſtum, ut ex ĩdeuotis efficiamur deuoti, & confiteamur etiam uoce qđ credimus: hæc utiq; gratiæ dei tribuunt, dei munera agnoſcunt, ab ipſo nobis, nõ a nobis eſſe teſtãtur. Nunquid autem qſquã eos dicturus eſt, ita cõfeſſos iſtã dei gratiã, ut auderẽt negare eius præſcientiã, quã nõ ſolũ docti, ſed indocti etiã cõfitentẽ? Porro ſi hæc ita deũ nouerant dare, ut nõ ignorarent eũ daturum ſe eſſe præſciſſe, & quibus daturus eſſet non D potuiſſe neſcire, proculdubio nouerãt prædeſtinationẽ, quam per Apoſtolos prædicatã contra nouos hæreticos operoſius diligentiusq; defendimus: nec tamẽ eis obedientiã prædicantibus, & ad eã ſicut quiſque poterat feruenter hortantibus, ullo modo recte diceretur. Si nõ uultis obedientiam ad quã nos accenditis, in noſtro corde frigeſcere, nolite nobis iſtam dei gratiam prædicare, quam deum dare fateamur, quam & nos ut faciamus hortamini.

Quamobrem ſi & Apoſtoli & doctores Eccleſiæ, qui eis ſucceſſerunt, eosque imitati ſunt, utrunque faciebant, id eſt, & dei gratia quæ non ſecundum merita noſtra datur, ueraciter prædicabant: & piam obedientiam præceptis ſalubribus inſtruebant: quid eſt quod inuicta concluſi uiolentia ueritatis recte ſe iſti noſtri dicere exiſtimant? Et ſi uerũ eſt quod dicitur de prædeſtinatione beneficiorum dei, non eſt tamen populis prædicandum. Prædicandum eſt prorſus, ut qui habet aures audiendi audiat. Quis autem habet, ſi non accepit ab illo qui ait, Dabo eis cor cognoſcendi me, & aures audientes? Certe qui non accipit, reijciat: dum tamen qui capit, ſumat & bibat, bibat & uiuat. E Sicut enim prædicanda eſt pietas, ut ab eo qui habet aures audiendi, deus recte colatur: prædicanda eſt pudicitia, vt ab eo qui

Ambroſ. ſuper Lucã, in expoſitione proœmij.

Luc. 9.

Gregor. Nazianzenus, nõ Gregor. papa.

qui habet aures audiendi, nihil genitalib. membris illicitum perpetretur: prædicanda est charitas, vt ab eo qui habet aures audiendi, deus & proximus diligatur: ita & prædicāda est ista prædestinatio beneficiorum dei, vt qui habet aures audiēdi non in seipso, sed in dño glorietur. Quod autem dicunt, nō opus fuisse huiuscemodi disputationis incerto minus intelligentium tot corda turbari, qm̄ nō minus vtiliter sine hac definitione prædestinationis, per tot annos defensa est catholica fides, tum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, tot catholicorum & aliorum & nostris præcedentibus libris. Multum miror eos dicere, nec attendere vt de alijs taceam, ipsos libros nostros & antequam Pelagiani apparere cœpissent, conscriptos & editos, & videre quam multis eorum locis futurā nescientes Pelagianam heresim, credebamus p̄dicando gratiam, qua nos deus liberat a malis erroribus, & moribus nostris, non præcedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc secundum gratuitam misericordiam suam. Quod plenius sapere cœpi in disputatione quam scripsi ad beatæ memoriæ Simplicianum, Episcopum Mediolanensis ecclesiæ, in mei episcopatus exordio, quando & initium fidei donū dei esse cognoui, & asserui. Quid autem meorum opusculorum frequentius, & delectabilius innotescere potuit, quam libri confessionum mearum, cum & ipsos ediderim antequā Pelagiana hæresis extitisset? In his certe dixi deo nostro, & sæpe dixi, Da quod iubes, & iube quod vis. Quæ mea verba Pelagius Romæ, cum a quodam fratre coepiscopo meo fuissent eo præsente commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquanto commotius, pene cum eo qui illa cōmemorabat litigauit. Quid vero nobis primitus, & maxime deus iubet, nisi vt credamus in eum? Et hoc ergo ipse dat, si bene illi dictum est, da quod iubes. Et in eisdem etiā libris quod de mea cōuersione narraui, deo me conuertente ad eam fidem, quam miserrima & furiosissima loquacitate vastabam: nonne ita narratum esse meministis, vt ostēderem me fidelibus, & quotidianis matris meæ lachrymis ne perirem fuisse† concessū. Vbi vtiq; prædicaui, non solum auersas a recta fide, sed aduersas etiam rectæ fidei, deum sua gratia ad eam conuertere hominum voluntates. De proficiente porro perseuerantia quemadmodum deum rogauerim, & scitis, & potestis recensere cum vultis. Omnia itaque dei dona quæ in eodem opere siue optaui, siue laudaui, quis non dicam negare, sed dubitare saltem audeat deum daturum se esse præscisse, & quibus daturus fuerit, nunq̄ potuisse nescire? Hæc est prædestinatio manifesta, & certa sanctorum: quam postea diligētius & operosius cum iam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas cō pulit. Didicimus enim singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura diuina, quam si nulla talis necessitas cogeret. Quid autē cœgit loca scripturarum q̄bus prædestinatio commendata est, copiosius, & enucleatius isto nostro labore defendi, nisi quod Pelagiani dicunt, gratiam dei secundum merita nostra dari: quod quid est aliud quam gratiæ omnino negatio?

Hæc ergo ut ingrata deo sententia destruatur, gratuitis dei beneficijs quibus libeberamur inimica, & initium fidei, & in ea vsq; in finem perseuerantia secundum scripturas, vnde iam multa diximus, dona dei esse defendimus: qm̄ si a nobis esse dicimus initiū fidei, ut eo cætera dei dona mereamur accipere, cōcludunt Pelagiani gratiā dei scd'm merita nostra dari. Quod ita exhoruit catholica fides, vt damnari timens, hoc Pelagius ipse damnauerit. Itemq; si dicim⁹ a nobis esse perseueratiā nostrā, nō a dño, respondent illi, ita nos a nobis habere initium fidei sicut finem: sic argumentantes, multo magis nos habere a nobis illud initium fidei, si a nobis habemus permanere usq; in finem: cum perficere quam inchoare sit maius: ac sic identidem concludunt gratiam dei secundum merita nostra dari. Si aūt utrunque dei donum est, & hæc deus dona sua, quod negare quis potest? daturum se esse præsciuit, prędestinatio prędicanda est, ut possit uera dei gratia, hoc est, quæ non secundum merita nostra datur, insuperabili munitione defendi. Et ego quidem in illo libro cuius est titulus, de correptione & gratia, q̄ sufficere non potuit omnibus dilectoribus

Margin notes: F; *L. 1. ad Simplicianum quæst. 2.*; *L. 10. Confessionum, ca. 31. & 37.*; G; *† consensum*; H; Cap. 21.; I; *Li. de correptione et gratia cap. 6.*

bus noſtris:puto me ita poſuiſſe donũ dei eſ
ſe,ẽt perſeuerare uſq; in finẽ, vt hoc antea ſi
me non fallit obliuio,tã expreſſe atq; euidẽ
ter,vel nuſquã, vel pene nuſquã ſcripſerim.
Sed ita hæc non dixi,vt nõ ante me nemo di
xerit,Beatus q̃ppe Cyprianus ĩ oratione dñi
ca,ſicut iã oſtendimus,petitiones noſtras ita
expoſuit,vt in ipſa prima petitione,pſeuerã
tiã nos diceret poſcere:id nos orare aſſerẽs,
dicendo , Sanctificetur nomen tuũ:cũ iã in
baptiſmate ſanctificati fuerimus,vt in eo qđ
eſſe cœpimus,pſeueremus. Videant tñ ij q̃
bus amantib.me ingratus eſſe non debeo,q̃
præter hoc quod in q̃onem venit,oĩa mea ſi
cut ſcribitis,ſe profitentur amplecti:videant
inq̃, vtrum in primi libri poſterioribus par-
tibus ,eorũ duorũ quos mei epiſcopatus ini-
tio anteq̃ Pelagiana hęreſis appareret,ad Sim
plicianũ Mediolanenſem Epiſcopũ ſcripſi,
remanſit aliq̃d qđ vocetur in dubiũ, gratiã
non ſcđm merita noſtra dari:& vtrũ ibi non
ſatis egerim ẽt initium fidei eſſe donũ dei:
& utrũ ex ijs quæ ibi dicta ſunt, nõ cõſequẽ
ter eluceat:& ſi non ſit expreſſum ẽt vſq; in
finẽ perſeuerantiam non niſi ab eo donari,q̃
nos prædeſtinauit in ſuũ regnũ & gloriam.
Deinde ipſam epiſtolã q̃ iam cõtra Pelagia-
nos ad ſanctũ Paulinũ Nolanũ Epiſcopũ fe-
ci,cui epiſtolæ contradicere mõ cęperũt,nõ
ne ante annos plurimos ædidi? Eã quoq; in-
ſpiciant q̃ dedi ad Sixtum Romanæ Eccleſię
præsbyterũ,qñ aduerſus Pelagianos acerri-
ma conflictatione certauimus ; & talẽ repe-
rient, qualis illa eſt ad Pauliuũ. Vnde recolãt
aduerſus hæreſim Pelagianã iã ante aliquot
annos iſta dicta eſſe atq; conſcripta,q̃ nunc
eis diſplicere mirandũ eſt: quãuis neminem
velim ſic amplecti oĩa mea ut me ſequatur,
niſi in ijs quibus me non errare pſpexerit.
Nam p̃p̃ea nunc facio libros in quibus opu
ſcula mea retractanda ſuſcepi, vt nec meip-
ſum in omnib.me ſecutum fuiſſe demõſtrẽ,
ſed proficienter me exiſtimo deo miſerante
ſcripſiſſe,nõ tamen a perfectione cępiſſe:qñ
quidẽ arrogãtius loquor,q̃ verius,ſi uel nũc
dico me ad perfectionẽ ſine ullo errore ſcri-
bendi iam in iſta ætate ueniſſe. Sed intereſt
quantũ & in quibus rebus erratur,& q̃ faci-
le quiſque corrigat,quanta pertinacia ſuum
defendere conetur errorẽ.Bonæ quippe ſpei

Libro. 1. ad Simplicianũ quæſt. 2.

K

L

eſt homo,ſi eũ ſic proficientem dies ultimus
uitæ huius inuenerit , vt adijciantur ei quæ
proficienti defuerunt,& perficiendus q̃ pu-
niendus potius iudicetur.Quocirca,ſi homi
nibus qui p̃p̃ea me dilexerunt, quia perue-
nit ad eos anteq̃ me diligerent aliqua mei la
boris vtilitas,nolo exiſtere ingratus:quanto
magis deo , quẽ non diligeremus, niſi prius
dilexiſſet nos,& feciſſet dilectores ſuos,qm̃
charitas ex ipſo eſt:ſicut dixerunt quos fecit
magnos,non ſolum oratores uerumẽt prædi
catores ſuos.Quid eſt aũt ingratius,q̃ nega-
re ipſam gratiam dei,dicendo eã ſcđm me-
rita noſtra dari?Qđ in Pelagianis fides catho
lica exhorruit, qđ ipſi Pelagio capitale cri-
men obiecit , quod ipſe Pelagius non quidẽ
amore ueritatis dei , ſed tñ ſuæ damnationis
timore dãnauit. Quiſquis aũt diceret gratiã
dei ſecundũ merita noſtra dari, ſicut catholi
cus fidelis exhorret,nec ipſam fidẽ ſubtrahat
dei gratiæ,qua miſericordiam cõſecutus eſt
ut fidelis eſſet. Ac per hoc gratiæ dei tribuat
pſeuerantiam quoq; uſq; in finẽ,qua miſeri
cordiã conſequitur, q̃ poſcit quotidie ut nõ
inferatur in tentationẽ.Inter initiũ aũt fidei
& perfectionẽ perſeuerantiæ, media ſunt il-
la quib.recte uiuimus,q̃ ipſi ẽt donari nobis
a deo fide impetrãte conſentiunt. Hæc autẽ
omnia initium.ſ. fidei & cætera uſq; in finẽ
dona ſua,deus largiturum ſe uocatis ſuis eſ-
ſe pręſciuit.Nimiæ igitur contentionis eſt,
prædeſtinationi contradicere,uel de præde-
ſtinatione dubitare.Quæ tñ non ita populis
prædicanda eſt,ut apud imperitã uel tardio-
ris intelligẽtiæ multitudinem redargui quo
dammodo ipſa ſua prædeſtinatiõe uideatur:
ſicut redargui uidetur & præſcientia dei , q̃
certe negare non poſſunt,ſi dicatur homini
bus,ſiue curratis ſiue dormiatis qđ uos præ-
ſciuit qui falli non põt, hoc eritis. Doloſi au
tẽ uel imperiti medici eſt etiam utile medi-
camentum ſic alligare,ut aut non proſit,aut
obſit:ſed dicendum eſt,Sic currite,ut cõpre-
hendatis,atq; ut ipſo curſu ueſtro ita uos eſ-
ſe præcognitos noueritis,ut legitime curra-
tis:& ſi quo alio modo dei præſcientia præ-
dicari poteſt,ut hominis ſegnitia repellatur.

M

A

Cap. 22

Quanuis ergo ita ſe habeat de prędeſtina
tione definita ſententia uoluntatis dei,ut alij
ex infidelitate,accepta uoluntate obediendi,

conuer-

conuertantur ad fidē vel perseuerent in fide: cæteri vero qui in pctōrum damnabiliū delectatione remorantur, si & ipsi pdestinati sūt, ideo nondū surrexerūt, quia nondū eos adiutorium gratiæ miserantis erexit. Si qui.n.nōdum sunt vocati, quos gratia sua pdestinauit eligendos, accipient eandem grām, qua electi velint esse & sint. Si qui aūt obediunt, sed in regnū eius & gloriā prædestinati nō sunt, tēporales sunt: nec vsq; in finē in eadem obedientia permanebunt. Quanuis ergo hæc vera sint, non tñ isto mō dicēda sunt audientibus multis vt sermo ad ipsos ēt conuertatur eisq; dicantur illa istorū verba quæ vestris literis indidistis, & quæ superi⁹ interposui. Ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis dei, vt alij ex vobis de infidelitate, accepta obediēdi voluntate veneritis ad

B fidē. Quid opus est dici, alij ex vobis? Si.n.ecclesiæ dei loquimur, si credentib. loquimur, cur alios horum ad fidem venisse dicentes, cæteris facere iudicamur iniuriam: cum possimus congruentius dicere, ita se habet de pdestinatione definita sententia volūtatis dei, vt ex infidelitate veneritis ad fidē accepta voluntate obediendi, & accepta perseuerantia maneatis in fide? Nec illud quod sequitur est omnino dicendum.i.cæteri vero qui in pctōrū delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adiutoriū gratiæ miserantis erexit: cū bene & conuenienter dici possit & debeat, Si qui aūt adhuc peccatorum damnabilium delectatione remoramini, apprehendite saluberrimā disciplinā. Quod tñ cum feceritis, nolite extolli quasi de operibus vestris, aut gloriari quasi hoc nō acceperitis, Deus est.n.qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: & a domino gressus vestri diriguntur vt ei⁹ viam velitis. De ipso aūt cursu vestro bono

C rectoq; condiscite vos ad prædestinationem diuinæ gratiæ pertinere. Item quod sequit, & dicitur, Verūtamen si qui estis nondū vocati, quos gratia sua prædestinauerit eligendos, accipietis eandē gratiam qua velitis & sitis electi: durius dicitur q̄ dici potest, si nos non quibuslibet hominibus loqui, sed Christi ecclesiæ cogitemus. Cur.n.non potius ita dicitur. Et si qui sunt nondū vocati, pro eis vt vocentur oremus? Forsisan enim sic pdestinati sunt, vt nostris orationib. concedatur, & accipiant eandē gratiā, qua velint esse atque efficiantur electi. Deus.n.qui oīa, quę p destinauit impleuit, ideo & pro inimicis fidei orare nos voluit: ut hinc intelligeremus, q̄ ēt ipse infidelib. donet vt credāt, & volentes ex nolentib. faciat. Iā vero quod illis verbis connectitur, miror, si nullo mō pōt ī populo Christiano quisq̄ infirmus patienter audire, cū dicitur eis, Et si q obeditis, si prędestinati estis reijciendi, subtrahenē vobis obediendi vires, vt obedire cessetis. Hoc eñ dicere quid videtur aliud esse, q̄ maledicere, aut mala quodāmodo prophetare? Sed si &

D ijs q nō perseuerāt aliquid placet dicere, vel necesse est, cur nō potius ita saltem dicitur, vt paulante dictū est: primū, vt nōdū de ipsis q id populo audiunt, hoc dicatur, sed de alijs ad ipsos.i.vt nō dicatur. Si q obauditis, si prædestinati estis reijciendi, sed si q obaudiunt, & cætera p verbi personā tertiā dicātur, nō p secundā? Res enim nō optabilis, sed abominabilis dicitur, & durissime atq; odiosissime quasi in audientiū frontem cōpellando colliditur, qñ qs eis qbus loqtur: dicit, Et si q estis q obeditis: si prædestinati estis reiiciendi, subtrahentur obediēdi uires vt obedire cessetis. Quid enim sententiæ deperit, si ita dicatur: Si qui autē obediunt, sed in regnū & gloriā prædestinati nō sunt, nec usq; in finē in eadē obediētia permanebunt? Nōne & uerius eadē res & cōgruentius dicitur, ut nō ipsis tantum malū tanquam optare uideamur, sed de aliis referre qđ oderint, nec ad se existiment pertinere sperando, orādo q; meliora? Illo autem modo quo id dicendum putāt eadē sententia eisde pene uerbis etiā de præscienti dei, quam certe negare nō possunt, pronunciari potest: ut dicatur Et si qui obeditis, si præsciti estis reiiciendi, obedire cessabitis. Nempe hoc uerissimum

E est: ita sane, sed improbissimum, importunissimum incongruentissimum, non falso eloquio, sed non salubriter ualetudini humanæ infirmitatis aposito. Illum etiam modum quo utendum esse in prædestinationis prædicatione nos diximus, loquenti ad populū non existimo debere sufficere, nisi hoc uel hmōi aliquid addat, ut dicat, Vos itaque ēt ipsam obediendi perseuerantiam a patre

luminum,

luminum, a quo descẽdit oẽ datum optimũ, & oẽ donũ perfectũ sperare debetis, & quotidianis orationib. poscere atq; hoc faciendo confidere, non vos esse a prædestinatione populi eius alienos, quia etiam hoc vt faciatis, ipse largitur. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis, qm̃ spem vestram in ipso hr̃e iubemini, non in vobis, Maledictus. n. omnis homo qui spem habet in homine, Et, Bonũ est confidere in dño quam confidere in homine, quia beati oẽs qui confidunt in eũ. Et hanc spem tenentes, seruite dño in timore, & exultate ei cũ tremore. Quoniam de uita æterna quam filijs promissionis promisit nõ mendax deus ante tempora æterna, nemo põt esse securus, nisi cũ consummata fuerit ista vita, quæ tentatio est super terram, sed faciet nos perseuerare in se vsq; in eius uitæ finẽ, cui quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem. Hæc itaq; huiusmodi cũ dicitur siue paucis Christianis, siue multitudini ecclesiæ, cur metuimus sanctorũ prædestinatiõnẽ & uerã dei gratiam, id est, quæ nõ secũdũ merita nostra datur, sicut eã sancta scriptura prædicat, prædicare? An vero timendũ est, ne tũc de se hõ desperet quãdo spes eius ponenda demonstratur in deo, nõ autẽ desperaret, si eã in seipso superbissimus & infoelicissimus poneret? Atq; utinã tardi corde & infirmi qui nõ possunt, vel nõdũ possunt scripturas, uel earũ expositiones intelligere, sic audirent, vel nõ audirent in hac quæstione disputationes nostras, vt magis intuerentur orationes suas, quas semper habuit & habebit ecclesia ab exordijs suis donec finiatur hoc seculum.

Ioan. 1. — Hie. 17. — Ps. 117. — Psal. 2. — Tob. 7. — Mat. 6.

F

Cap. 23. De hac enim re quã nunc aduersus nouos hæreticos, nõ cõmemorare tantũ, sed plane tueri & defensare cõpellimur, nũquã tacuit in precibus suis, etsi aliquando in sermonibus exercendã nullo urgẽte aduersario putauit. Qñ enim non oratũ est in ecclesia ꝓ infidelib. atq; inimicis eius ut crederent? Quãdo fidelis quisquã amicũ proximũ coniugẽ habuit infidelẽ, & nõ ei petiuit a domino mẽtẽ obedientẽ in Christianã fidẽ? Quis aũt sibi vnquã nõ orauit ut in domino permaneret? Aut q̃s sacerdotẽ super fideles dominũ inuocãtẽ, si quãdo dixit: Da illis dñe in te perseuerare vsque in finem, non solum voce ausus est, sed saltem cogitatione reprehẽdere, ac nõ potius super eius talẽ benedictiõnẽ corde credente & ore confitente respondit, amen: cũ aliud in ipsa oratione dominica nõ orent fideles, dicẽtes maxime illud, Ne nos inferas in tentationẽ: nisi ut in sancta obedientia perseuerent? Sicut ergo in his orationibus, ita & in hac fide nata ẽ & crescit & creuit ecclesia, qua fide creditur gratiã dei nõ secundũ merita accipientium dari. Quandoquidẽ nõ oraret ecclesia ut daretur infidelibus fides, nisi deũ crederet & auersas, & aduersas hominũ ad se cõuertere voluntates: nec oraret ecclesia vt ꝑseueraret in fide Xp̃i, nõ decepta vel victa tẽtationib. mundi, nisi crederet dominũ sic in potestate habere cor nostrũ, vt bonũ quod nõ tenem⁹ nisi propria uoluntate, nõ tamen teneamus nisi ipse in nobis operetur & velle. Nã si hęc ab ipso quidẽ poscit ecclesia, sed a seipso sibi dari putat, nõ veras, sed perfunctorias orationes habet, quod absit a nobis. Quis enim ueraciter gemat, desiderãs accipere q̃d orat a dño si hoc a seipso se sumere existimet nõ ab illo præsertim, qm̃ q̃d oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus, ait Apostolus, interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus? Qui. n. scrutatur corda, scit quid sapiat spiritus, quia secundum deum interpellat ꝓ sanctis. Quid est, ipse spiritus interpellat: nisi interpellare facit gemitibus inenarrabilib. sed veracibus, quoniam veritas est spiritus? Ipse est eñ de quo alio loco dicit: Misit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater. Et hoc quid est, clamantem, nisi clamare facientem, tropo illoquo dicimus lætum diem, qui lætos facit? Quod alibi manifestat vbi dicit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Ibi dixit, clamantem: hic vero, in quo clamamus: aperiens videlicet quomodo dixerit, clamantem, id est, sicut iam exposui, clamare facientem. Vbi intelligimus & hoc ipsum esse donum dei, vt veraci corde, & spiritaliter clamemus ad deum. Attendant ergo quomodo falluntur, qui putant esse a nobis, non dari nobis ut petamus, quæramus, pulsemus: & hoc esse dicunt quo gratia prædicetur merito nostro,

G — H — Rom. 8. — Gala. 4. — Rom. 8.

ut sequatur illa, cum accipimus petẽtes, & inuenimus q̃rentes, aperiturq; pulsantibus. Nec volunt intelligere ẽt hoc diuini muneris esse vt oremus, hoc est petamus, q̃ramus atq; pulsemus. Accipimus. n. spũm adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Quod vidit beatus Ambrosius: Ait. n. Et orare deum, gratiæ spiritalis est: sicut scriptum est, Nemo dicit dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Hæc igitur quæ poscit a dño, & semper ex quo esse cœpit poscit ecclesia, ista de⁹ uocatis suis daturum se esse præsciuit, vt in ipsa prædestinatione iam dederit, quod Apost. sine ambiguitate declarat. Scribens quippe ad Timotheum: Collabora, inquit, Euangelio ẽm virtutem dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non ẽm opera nostra, sed ẽm suum propositum & grãm quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna, manifestata aũt nunc per aduẽtum saluatoris nostri Iesu Christi. Ille itaque dicat ecclesiam aliq̃n in fide sua non habuisse veritatem prædestinationis huius & gratiæ, quæ nunc contra nouos hæreticos cura diligentiori defenditur: Ille, inquam, hoc dicat, qui dicere audet aliq̃n eam non orasse, siue vt crederent infideles, siue vt perseuerarent fideles. Quæ bona si semper orauit, semper ea dei dona esse vtique credidit, nec ab illo semper cognita vnquã ei negare fas fuit. Ac per hoc prædestinationis huius fidem, quæ contra nouos hæreticos noua solicitudine nunc defenditur, nunquam ecclesia Christi non habuit.

Sed quid plura? Satis docuisse me existimo, vel potius plusquam satis, dona dei esse & incipere dño credere, & vsq; in finem in dño permanere. Cætera vero bona ad vitam piam, qua deus recte colitur pertinentia, ẽt ipsi propter quos hæc agimus, dei dona esse concedunt. Omnia porro dona sua & quib⁹ ea fuerat largiturus, deum præscisse negare non possunt. Sicut ergo cætera prædicanda sunt, vt qui ea prædicat obedienter audiatur ita prædestinatio prædicanda est, vt qui obedienter hæc audit, nõ in homine, ac per hoc non in seipso, sed in dño glorietur, quia, & hoc dei præceptum est obedienter audire, id est, vt qui gloriatur in domino glorietur, similiter vt cætera dei donum est. Quod donũ qui non habet, non dubito dicere, alia quæcunque habet, inaniter habet. Hoc Pelagianis optamus vt habeant, istis autem nostris, vt plenius habeant. Non itaque simus in disputationib. prompti, & in orationib. pigri. Oremus dilectissimi, oremus, vt deus gratiã det etiam inimicis nostris, maximeq; fratribus & dilectorib. nostris, intelligere & confiteri post ingentem & ineffabilem ruinã qua in vno oẽs cecidimus neminem nisi gratia dei liberari: eamque non ẽm merita accipiẽtium tanquam debitam reddi, sed tanq̃ verã gratiam nullis meritis præcedentibus gratis dari. Nullum autem est illustrius prædestinationis exemplum quam ipse Iesus: Vnde & in primo libro iam disputaui, & in huius fine commendare delegi: Nullum est, inquã, illustrius prædestinationis exemplum quam ipse mediator. Quisquis fidelis vult eam bene intelligere, attendat ipsum, atq; in illo inueniat & seipsum: Fidelis, inquam, qui in eo veram naturam credit, & confitetur humanam. i. nostram, quãuis singulariter suscipiente deo verbo, in vnicum filium dei sublimatam, ita vt qui suscepit & quod suscepit, vna esset in Trinitate persona: Neque. n. homine assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas mansit assumptione illa ineffabiliter faciente personæ vnius in deo & homine veritatẽ. Q̃m non deum tm̃ dicimus Xp̃m, sicut hæretici Manichæi: nec hominem tm̃ sicut hæretici Photiniani, nec ita hominem vt aliquid minus habeat, quod ad humanam certum ẽ pertinere naturam: siue animam, siue in ipsa anima mentẽ rõnabilem, siue carnem, nõ de fœmina sumptã, sed factam de verbo in carnem conuerso atque mutato, q̃ omnia falsa & vana hæreticorum Apollinaristarum, tres partes varias diuersasq; fecerũt. Sed dicimus Xp̃m deum verum, natum de deo patre sine vllo initio temporis, eundemq; hominẽ verum, natum de homine matre certa plenitudine temporis, nec eius humanitatem qua minor est patre, minuere aliquid eius diuinitatẽ, qua ęqualis est patri: hoc autem vtrunq; unus est Christus, qui & ẽm deum verissime dixit, Ego & pater vnum sumus: & ẽm hominẽ verissime dixit, Pater maior me est. Qui ergo hunc fecit ex semine Dauid hominem iustum, qui nũquam esset iniustus, sine vllo merito

Ioan. 10. *Ioan. 14.*

merito præcedentis voluntatis eius, ipſe ex iniuſtis facit iuſtos, ſine vllo merito præcedẽtis voluntatis ipſorũ, vt ille caput, hi mẽbra A ſint eius. Qui ergo fecit illũ hominẽ ſine vllis eius p̃cedentib. meritis, nullũ quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel voluntate perpetrare pc̃tm̃. ipſe nullis eorũ præcedẽtibus meritis facit credentes in eũ, quibus dimittat oẽ pc̃tm̃. Qui fecit illum talẽ vt nunquã habuerit habiturusq; ſit voluntatẽ malã, ipſe facit in mẽbris eius ex mala voluntate bonã. Et illũ ergo & nos prædeſtinauit, q̃a in illo vt eſſet caput noſtrũ, & ĩ nobis, vt ei⁹ corpus eſſemus, non p̃ceſſura merita noſtra, ſed opera ſua futura præſciuit. Qui legũt hęc ſi intelligant, agant deo gr̃as: qui aũt non intelligunt, orẽt vt eorũ ille ſit doctor interior a cuius facie eſt ſcientia & intellectus. Qui vero errare me exiſtimant, etiam atq; ẽt diligenter quæ ſunt dicta conſiderent, ne fortaſſis ipſi errent. Ego autem cum p̃ eos q̃ meos labores legunt, non ſolum doctior verumẽt emendatior fio, propitium mihi deum agnoſco: & hoc per Eccleſiæ doctores maxime expecto, ſi & in ipſorum manus venit, dignenturque noſſe quod ſcribo.

B

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Liber de prædeſtinanatione dei.

Cap. 1.

DE prædeſtinatione dei locuturi, anxietatibus quibuſdam inuoluimur, quia dum conſcientiam noſtræ ſtolidatis perſcrutamur, ab appetitu tam arduæ diſputationis reprimimur. Sed dum omnipotentiã illius qui per os aſinæ irrationalis, rationali ſeſſori uerba voluntatis ſuæ mõſtrauit mẽtẽ reducimus, ſub ſpe ſuperni adiutorij, ad audẽdũ vires accipimus, ſcientes q̃a q̃cquid boni loq̃mur vel facimus, nõ ex nobis hoc, ſed ex deo accipimus. (Num. 22) In primis nefas eſt dicere, deũ aliquid niſi bonũ p̃deſtinare. (Cap. 2.) Sed p̃deſtinationũ, aliæ ſunt alligationis, aliæ cõditionis: iſtæ ſunt iuſtitiæ, illæ potentiæ. Yt lucidius fiat qđ dicitur, quæ ſunt alligationis & potentiæ, quæ cõditionis & iuſtitiæ demonſtretur. Creauit deus cœlũ & terrã, ſolem & lunã, diẽ & noctẽ: p̃deſtinauit inſuper vt cœlũ ſemper volueretur, terra immobilis, circũ uoluenti cœlo loco centri habe- C retur: ſol & luna diei noctiq; p̃eſſent. dies & nox certis temporibus viciſsim ſuccederent. Hæ prædeſtinationis potentiæ ſunt & alligationis. Vnũqđq; .n. eorum quæ p̃dximus, ſic alligatum eſt ſuo operi per prædeſtinationem dei, vt ab eo dimoueri non poſſit. Creauit de⁹ hominẽ, & p̃deſtinauit vt ſi obediẽs eẽt, ac a guſtu vetiti pomi ſe abſtineret, in vita p̃maneret: ſin aũt inobediẽs eſſet, ſententiã mortis ſubiret. Hæc p̃deſtinatio conditionis eſt & iuſtitiæ. Nõ.n. deus añ caſum hominis ſic eũ p̃ potẽtiã alligationis p̃deſtinauit mori, ut neceſſe eſſet eũ mori, ſed ſub ea conditione, ſi peccaret. Quia igit̃ peccauit hõ, iuſtũ erat vt moreret̃: ſi non peccaret, nullo vinculo p̃deſtinationis diuinæ, morti alligaret̃. (Cap.) Mortis itaq; p̃deſtinatio ſub cõditione fixa fuit ĩ deo, p̃p̃ caſus humani p̃ſciẽtiã: nõ tñ vim faciens in homine p̃ potẽtiã, vt duceret eũ ad mortis ſententiã. Ergo p̃deſtinatio hmõi nõ abſolute eſt cã mortis, ſed pc̃tm̃ cã p̃deſtinatiõis & mortis. Nõ.n. ſic dr̃ de hominis morte, vt de cęli uolubilitate. Interrogãti.n. alicui, quare cęlũ voluit? rñdemus, q̃a deus p̃deſtinauit. Hæc rñſio abſoluta eſt, nec aliã q̃rit. Si aũt aliq̃s q̃rit, quare hõ moritur, nõ abſolute rñdere poſſumus, quia deus p̃deſtinauit: nõ.n. p̃deſtinaret, niſi eum peccaturũ p̃ſciret. Pc̃tm̃ q̃ppe ĩ hoĩe, ĩ deo in- D citat zelũ iuſtitiæ: zelus vero iuſtitiæ, p̃deſtinationẽ: p̃deſtinatio ãt attrahit mortẽ: Et huius ꝯcatenatiõis initiũ & finis ĩ hoĩe ẽ. Quare.n. hõ morit̃? Quia deus p̃deſtinauit. Quare deus p̃deſtinauit? Quia iuſtus ẽ, & iuſte facit. Quare iuſte facit? Quia hõ peccauit. Ecce ex hoĩe pc̃tm̃, & ĩ hoĩe mors. Eſt q̃ dicat: q̃uo poſſit eſſe pc̃tm̃ cã p̃deſtinationis, cũ eſſet p̃deſtinatio anteq̃ peccaret hõ? Ille audiat quia omnia anteq̃ fiãt, deus quaſi facta p̃tractat, & ſiue ſint punienda, ſiue muneranda, ĩ p̃ſcientia ſua dijudicat. Ecce hõ infęlix alligatur morti, nõ per dei p̃deſtinationem, ſed per ſuam offenſionẽ. Quamuis.n. prędeſtinatio offenſionem præcurrat tp̃e, offenſio tamen prædeſtinationem præcedit effectione. Nã prædeſtinatio nõ fieret, niſi offenſio futura eſſet, q̃ offenſionẽ qui præſciuit eſſe, offenſionis

sionis vltionem ut iustus iudex pdestinauit. Ex pscietia igitur offensiõis, pdestinatio ema nauit ultionis: sicut ex pscientia virtutis, prædestinatio fieri solet remunerationis. Vnde Apostolus ad Romanos, Quos præsciuit, hos & pdestinauit. (Ro. 8.) Fortassis est qui dubitet vltionẽ offensionis a deo esse, qa grauis est & mala: virtutis autem remuneratione a deo esse manifeste fateatur, quia dulcis ẽ & bona: cũ deus nullius mali, sed totius boni sit author. (F) Huic dicendũ est, quia offensio, & si homini est mala dũ pœnã ingerit, apud deũ est iusta dũ peccata punit. Quod aũt iustũ est, bonum est. Prędestinatio igitur vltionis, qa iusta est, & bona. Vnde fons & origo boni per Esaiã sic loquitur, Ego dñs formans lucẽ, & creãs tenebras, pacẽ faciens, & creans malũ. (Esa. 43.) Quasi dicat, Ego dñs faciens pacẽ ex me, creãs malum ex te tibi. Pro peccatis.n. tuis bellũ tibi tribuo quod mereris, quod & si apud me sit iustum, ex te tñ tibi fit malum: quia non ex me, sed ex te peccasti, & pro pctõ pœnam tibi creo, quæ apud me est iusta, tibi autẽ mala. Huiusmodi ergo malum creat deus, qđ per se sibi sit iustum, ex homine sit homini malum. Vna.n. eadẽq; res aliter atq; aliter inter homines ẽt accepta, bona est & mala. Vt bellum de quo supra diximus, victis est malum, vincẽtibus bonũ. Quapropter & mors, quæ est ultio præuaricationis, & iusta est & mala. Iusta quidem ex iusto iudice, mala autem ex misero peccatore. Hæc etiam eademque mors quibusdã hominib. est mala, quibusdam autem bona, (G) quia hos de ignominia ducit ad gloriã, illos vero de gloria ad ignominiam: Ignis quoque lignis, stipulis, & vestimentis est nociuus: cupro aũt & argento & auro pficuum: quia hæc excoqt & puriora reddit, illa vero inflammat, & penitus cõsumit. Cum hæc ita sint, nõ vereamur dicere, mortem esse prædestinatam a deo: qa etsi nobis est mala, a deo tñ p p præsciẽtiã præuaricatiõis prædestinata est iusta. Vnde & Psalmista. Quia tu reddis unicuique iuxta opera sua. (Psal. 61.) Vnde.n. & bonis gloria perennis, & malis mors infœlix, nisi ab eo q reddit unicuique ẽm opera sua? Non tñ pure a deo mors, sed fit ex hominis pręuaricatione, per iustitiam dei in hominis pœnã, Hoc ideõ, qa sũt nonnulli q diabolũ sic ponunt mortis authorem, quasi ultionis iudicẽ. Author est quidẽ mortis per suggestionẽ peccati, sed per potẽtiã retributionis, nec author, nec creator. (H) Est & pœnarum custos & exhibitor, nec tñ ex propria potentia, sed ex concessione diuina.

Sed iis quæ præscripsimus quidam opponunt quod scriptum est, Mortẽ deus non fecit unq̃. (Cap. 5. Sapien. 1) Quibus non surda aure prætereundũ est, quod alias scriptũ est, Mors & uita a deo est. Nam opponenti, mortẽ deus non fecit unquam: oppono, mors & uita a deo est. His quippe oppositionib. in literatura nulla reconciliatio est, in intelligentia nulla repugnantia. Mors. n. sicut & uita: non tantum dupliciter, sed ẽt tripliciter intelligi potest, In primo nanq; homine, & aĩam & carnẽ deus creauit immortalẽ. Ante peccatum ergo uixit anima, uixit caro, non sub interitus timore, sed sub immortalitatis conditione. At dũ homo peccauit, anima obijt. Hæc est mors q̃ deus non fecit, Caro tamẽ uixit post mortem aĩæ, sed sub mortis expectatione. Mors ergo animæ peccatum, mors carnis dissolutio est elementorum: mors animæ & carnis, pœna infernalis. Sic & uita, alia est carnis & animæ ante peccatum, alia carnis post peccatum, alia animæ & carnis post dissolutionem elementorũ. Vita quidẽ omnis a deo ẽ, sicut & mors carnis, q̃ est dissolutio elementorum: & mors animæ & carnis, quæ est ultio offensionis. Mortẽ aũt animæ, quæ est cæterarum principium & causa, nunquam fecit deus, quia scriptum est, Qui peccatũ non fecit. (1. Pet. 2.) Sed mortem animæ non sic intelligas, ut mortem carnis. (I) Moritur caro, solutionem sui patiendo: moritur autem anima non sic, sed uitam mutando. Iam quæ sint prædestinationes alligationis, quæ conditionis satis ut reor dictum est. Sed earum quæ cõditionis sunt, aliæ ad gloriam, aliæ ad pœnam. Quos enim deus suos fidei opere futuros esse præ nouit, hos prædestinauit ad gloriam, quos absque correctione diabolicæ persuasioni militaturos esse præsciuit, hos pro certo prædestinauit ad pœnam. Nauis mentis nostræ nisi exercitatione bonæ meditationis regatur uentis vanarum cogitationum afflatibus, per diuersa fluctuabit, & demum sub periculo demersionis conquatietur.

F I N I S.

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Liber de gratia & libero arbitrio, Ad Valentinum, & cum illo monachis.

Cap. 1. PRopter eos qui liberum hominis arbitrium sic prædicant & defendunt, vt dei gratiam qua vocamur ad eum, & a nostris malis meritis liberamur,& per q̃ bona merita comparamus, quib.ad uitam perueniamus æternã,negare audeant & conentur auferre,multa iam disseruimus, literisq; mandauimus, quantum nobis dñs donare dignatus est. Sed qm̃ sunt quidam qui sic gratiam dei defendunt, vt negent hominis liberum arbitrium:aut qñ gratia defenditur,negari existiment liberũ arbitrium:hinc aliquid scribere ad vestram charitatẽ, Valen K tine frater & cæteri qui simul deo seruitis, compellente mutua charitate curaui. Nũciatum est enim mihi de vobis fratres, ab aliq̃bus qui in vestra congregatione sunt, & ad nos inde uenerunt,per quos & ista direxim⁹ ꝙ de hac re dissensiones in vobis sint.Itaque dilectissimi,ne vos perturbet huius quæstionis obscuritas:moneo vos primũ, vt de ijs q̃ intelligitis,agatis deo gratias:quicquid est ãt quo peruenire nondũ potest vestræ mentis intentio,pacem inter vos & charitatem seruantes a dño vt intelligatis orate. Et donec vos ipse perducat ad ea quæ nondum intelligitis,ibi ambulate quo peruenire potuistis. Hoc admonet Apostolus Paulus, qui cũ dixisset nondum se esse perfectum, paulopost *Phili. 3.* ait:Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus.i. ita nos esse perfectos, vt nondum ad perfectioné quæ nobis sufficit venerimus: continuoq; subiunxit,Et si quid aliter sapitis,hoc L quoque vobis deus reuelabit: veruntñ in q peruenimus,in eo ambulemus.Ambulando quippe in quod peruenimus,& quo nõdum peruenimus peruenire poterimus, deo nobis reuelãte,si quid aliter sapimus, si ea quæ iam reuelauit,non relinquamus.

Cap. 2. Reuelauit autem nobis per scripturas suas sanctas, esse in homine liberum voluntatis arbitrium.Qũo autem reuelauerit commemoro vos, non humano eloqo, sed diuino. Primum quia ipsa diuina præcepta homini non prodessent,nisi haberet liberum voluntatis arbitriũ,quo ea faciens ad promissa præmia pueniret. Ideo.n.data sunt,vt homo excusationem de ignorantia non haberet: sicut dñs dicit in Euangelio de Iudæis,Si non venissem & locutus eis fuissem, pctm̃ non haberent.Nunc autem excusationem non habent de pctõ suo.De quo pctõ dicit,nisi de illo magno,quo præsciebat eorum futurũ qñ ista dicebat,id est, quo eum fuerant occisuri?Neque.n. nullum habebant peccatum antequam Xp̃s venisset in carne ad eos. Itẽ dicit Apostolus, Reuelatur ira dei de cœlo in omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem in iniquitate detinẽt,quia quod notum est dei, manifestũ est in illis,deus.n.illis manifestauit:Inuisibilia.n.eius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Qũo dicit inexcusabiles, nisi de illa excusatione qua solet dicere humana superbia,Si scissem,fecissem:ideo non feci,qa nesciui.Aut,si scirem,facerem: ideo non facio,quia nescio? Hæc eis excusatio tollitur, qñ præceptum datur,vel scientia non peccãdi manifestatur.Sed sunt homines qui etiam de ipso deo se excusare conantur,quibus dicit Apostolus Iacobus,Nemo cum tentatur, dicat qm̃ a deo tentor.Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat: vnusquisq; vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde cõcupiscẽtia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.Item de ipso deo se excusare vo M lentibus,respondet liber prouerbiorum Salomonis, Insipientia viri violat vias eius, deum autem causatur in corde suo. Et liber Ecclesiasticus dicit, Ne dixeris quia propter deum recessi:quæ.n.odit ne facias, Ne dixeris quia ipse me induxit:non enim opus habet viro peccatore,omne execramentum odit dominus,& non est amabile timentibus eum.Ipse ab initio fecit illum, & reliquit illum in manu consilij sui. Si volueris conseruabis mandata, & spẽ bonã placiti.Apponet tibi ignem & aquam,ad quodcunque volueris exten-

Cõmemoro promonẽ[…] cio.

Io[…] · *Ro[…]* · *Excusatio humana, seu superba.* · *Nulla homin[…] apud d[…] excusa[…]* · *Iaco. 1* · *Eccle.*

ris extendere manum tuã, In conſpectu uita & mors & quodcũq; placuerit dabitur ei. Ecce apertiſsime videmus expreſſum liberũ humanæ voluntatis arbitrium. Quid illud ꝙ tam multis locis omnia mandata ſua cuſtodiri & fieri iubet deus? Quõ iubet ſi non eſt liberum arbitrium? Quid beatus ille, de quo pſalmus dicit, ꝙ in lege dñi fuit volũtas eiꝰ, nonne ſatis indicat voluntate ſua hominem in lege dei cõſiſtere? Deinde tam multa mãdata quæ ipſam quodãmodo nominatim cõ ueniunt uoluntatem: ſicut eſt, Noli vinci a malo: & alia ſimilia, ſicut ſunt. Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus: Et, Noli repellere conſilia matris tuę: Et, Noli eẽ ſapiẽs apud teipſũ: Et, Noli deficere a diſciplina dñi. Et, Noli negligere legẽ: Et Noli abſtinere bñfacere egenti: Et, Noli fabricare in amicũ tuũ mala: Et, Noli intẽdere fallaci mulieri: Et, Noluit itelligere vt bñ ageret: Et, Noluerunt accipere diſciplinã: & innumerabilia talia in veteribus libris diuinorũ eloquiorũ quid oſtendunt, niſi liberũ arbitriũ voluntatis humanæ? In libris ẽt nouis euangelicis & apoſtolicis, quid aliud oſtenditur vbi dr̃, Nolite vobis condere theſauros in terra: Et, Nolite timere eos qui occidunt corpus: Et, Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: Et, Pax in terra hominib. bonæ voluntatis: Et quod dicit Apoſtolus Paulus, Quod vult faciat, non peccat ſi nubat: qui autem ſtatuit in corde ſuo non habens neceſſitatẽ, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc ſtatuit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit. Item dicit: Si autem, volens hoc facio mercedem habeo. Et alio loco: Sobrij eſtote iuſti, & nolite peccare. Et iterum: Vt quemadmodum prõptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi. Et ad Timotheum dicit: Cum.n. in delitiis egerint in Xp̃o, nubere uolunt. Et alibi: Sed & oẽs q pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionẽ patientur, Et ipſi Timotheo: Noli negligere gratiã quæ in te eſt. Et ad Philemonem: Ne bonum tuum velut ex neceſſitate eſſet, ſed ex voluntate. Seruos etiam ipſos monet, vt dñis ſuis ex animo ſeruiant cum bona volũtate. Item Iacobus: Nolite itaque errare fratres mei, & nolite in perſonarum acceptione hr̃e fidem dñi noſtri Ieſu Chriſti, & nolite detrahere de alterutro, Itẽ Ioannes in epiſtola ſua: Nolite diligere mũdũ: & cętera huiuſmodi. Nempe vbi dr̃: Noli hoc, & noli illud, & vbi ad aliquid faciendum, vel non faciendum in diuinis monitis opus voluntatis exigitur, ſatis liberũ demonſtratur arbitriũ. Nemo ergo deum cauſetur in corde ſuo, ſed ſibi imputet quiſq; cũ peccat. Neq; cum aliquid ſecundum deum operatur, alienet hoc a propria uoluntate. Qñ enim volens facit, tunc dicendum eſt opus bonũ, tunc ſperanda eſt boni operis merces ab eo, dequo dictũ eſt. Qui reddet vnicuiq; ſm̃ opera ſua. Qui ergo nouerunt diuina mandata, aufertur eis excuſatio, quam ſolent homines habere de ignorantia. Sed nec ipſi ſine pęna erunt qui legem dei neſciunt. Qui.n. ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt: qui aũt in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quod nihi non vr̃ Apoſtolus ita dixiſſe, tanquam peius aliquid ſignificauerit eſſe paſſuros qui legem neſciunt in peccatis ſuis, q̃ illos q ſciũt. Peius enim vr̃ eſſe perire, quam iudicari. Sed cum hoc de gentibus & de Iudæis loqueretur, quia illi ſine lege ſunt, iſti autem legem acceperunt, quis audeat dicere Iudæos qui ĩ lege peccãt, non eſſe perituros, cum in Xp̃m non crediderunt, quandoquidem de illis dictum eſt, per legem iudicabuntur? Sine fide enim Chriſti nemo liberari poteſt, ac ꝑ hoc ita iudicabuntur ut pereant. Nam ſi peior eſt conditio neſcientium, quam ſcientium legem dei, quõ uerum erit, quod dominus in Euangelio ait, Seruus qui neſcit voluntatẽ domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit pauca: ſeruus autem qui ſcit voluntatem domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit multa? Ecce vbi oſtendit grauius peccare hominem ſcientem quam neſcientem, nec tamen ideo confugiendum eſt ad ignorantiæ tenebras, ut in eis quiſque requirat excuſationẽ. Aliud eſt enim neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur. Noluit intelligere vt bene ageret. Sed & illa ignorantia quæ non eſt eorum qui ſcire nolunt, ſed eorum qui tanquam ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſat, vt ſempiterno igne non ardeat: ſi propterea non credidit, quia non audiuit omnino quod crederet ſed fortaſſis vt mitius ardeat: non.n. ſine cau

ſa dictum

Ibidem. 1. Ioan. 2. Mat. 16. Rom. 2. Cap. 3. Rom. 2. Luc. 12. Pſal. 35. Ignorantia ſimpliciter non excuſat.

ſi dictum, Effunde iram tuam in gentes, quę
Pſal. 78. te non nouerunt. Et illud qđ ait Apoſtolus,
2. Thi. 1. Cũ venerit in flamma ignis dare vindictam
in eos, qui ignorant deũ. Veruntamen vt ha
beamus & ipſam ſcientiã, ne dicat vnuſq; ſ-
que, neſciui, non audiui, non intellexi, volũ
Pſal. 31. tas conuertitur humana vbi dr̃, Nolite eſſe
ſicut equus & mulus, quibus non eſt intelle
Prou. 29 ctus: quanuis peior appareat de quo dictum
eſt, Verbis non emendabitur ſeruus durus: ſi
E enim & intellexerit, non obaudiet. Qñ autẽ
dicit homo: Non poſſum facere quod præci
pitur, qm̃ concupiſcentia mea vincor: iam q
dem de ignorantia non habet excuſationẽ,
nec deum cauſatur in corde ſuo, ſed malum
ſuum in ſe cognoſcit & dolet: cui tamen di-
Rom. 12. cit Apoſtolus, Noli vinci a malo, ſed uince
in bono malum. Et vtiq; cui dr̃, noli vinci,
arbitrium ſine dubio voluntatis eius conue-
nitur: velle enim & nolle proprię voluntatis

Cap. 4. Sed metuendũ eſt ne iſta oĩa diuina teſti-
monia, & q̃cunq; alia ſunt quæ ſine dubita
tione ſunt plurima, in defenſione liberi ar-
bitrij ſic intelligantur, ut ad uitam piã & bo
nã conuerſationẽ, cui merces æterna debet,
adiutorio & gratiæ dei locus non relinqua
tur: & audeat miſer hõ quãdo bene uiuit &
bene uiuere & bene operari ſibi uidetur, in
ſeipſo nõ in domino gloriari & ſpem recte
uiuendi in ſeipſo ponere, ut ſequatur eũ ma
ledictũ Hieremiæ Prophetæ dicentis, Male
dictus hõ qui ſpẽ habet ĩ hoĩe, & firmat car
nẽ brachij ſui, & a dño diſcedit cor eius. In-
telligite fratres hoc propheticũ teſtimoniũ
quia enim nõ dixit Propheta, Maledictus ho
mo q ſpẽ habet in ſeipſo, poſſet alicui uide
Hie. 17. ri ideo dictũ eſſe, Maledictus hõ q ſpẽ ha-
bet in homine: ut nemo habeat ſpẽ in altero
homine, ſed in ſe. Vt ergo oſtẽderet ſic ſe ad
monuiſſe hoĩem, vt nec in ſeipſo hẽret ſpẽ
propterea cũ dixiſſet, Maledictus hõ qui ſpẽ
hẽt in hoĩe: mox addidit, & firmat carnẽ bra
F chij ſui. Brachium pro potentia poſuit ope-
randi, In hoĩe autẽ carnis intelligẽda eſt hu
mana fragilitas: ac per hoc firmat carnẽ bra-
chij ſui, q potentiã fragilẽ atq; inualidã, id
eſt, humanã ſibi ſufficere ad bene operandũ
putat, nec adiutorium ſperat a domino. Pro
pter hoc enim ſubiecit, Et a dño diſcedit cor
eius. Talis eſt hæreſis Pelagiana, non anti
qua, ſed ante non multum tempus exorta:
contra quam hæreſim cum fuiſſet diutius di
G ſputatum, et ad concilia epiſcopalia nouiſſi-
ma neceſſitate peruẽtum eſt: vnde vobis nõ
quidem omnia, ſed tñ aliqua legenda direxi.
Nos ergo ad bene operandũ ſpem nõ habea
mus in homine, firmantes in carnẽ brachij
noſtri, nec a dño diſcedat cor noſtrum, ſed
ei dicat, Adiutor meus eſto, ne derelinquas
me neque deſpicias me, deus ſalutaris meus.
Pſal. 1[…] Proinde chariſſimi, ſicut ſuperioribus teſti-
monijs ſcripturarum probauimus ſanctarũ,
ad bene viuendum, & recte agẽdum eſſe in
homine liberum voluntatis arbitrium: ſic ẽt
de gratia dei, ſine qua nihil boni agere poſſu
mus, quæ ſint diuina teſtimonia videamus.
Ac primum de ipſa veſtra profeſſione aliqd
dicam: neque.n. cõgregaret vos iſta ſocietas
in qua continenter viuitis, niſi voluptatẽ cõ
iugalem contemneretis. Hinc aũt dño loquẽ
ti cum dixiſsẽt diſcipuli, Si talis eſt cauſa ho
mini cum vxore, nõ expedit nubere. Reſpõ-
Mat. 1[…] dit eis, Non omnes capiunt verbum hoc, ſed
1. Ti. quibus datum eſt. Nunquid non liberum ar-
1. Cor bitrium Timothei eſt exhortatus Apoſtolus
dicens, Contine teipſum? Et in hac re pote-
ſtatem voluntatis oſtendit: vbi ait, Non ha-
bens neceſſitatem: ptãtem autem habens ſuę
voluntatis, vt ſeruet virginem ſuam: & tamẽ
H non omnes capiunt verbum hoc, ſed quib.
datum eſt: quibus enim non eſt datum, aut
nolunt, aut non implent quod volunt: quib.
autem datum eſt, ſic volunt ut impleant qđ
volunt. Itaque vt hoc uerbum quod non ab
omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, &
Vbi […] dei donum eſt, & liberum arbitrium. De ip-
Prou. ſa quoque pudicitia coniugali nempe Apo-
ſtolus ait, Quod vult faciat, non peccat ſi nu
bat: & tamen etiam hoc dei donum eſt, dicẽ
te ſcriptura, A domino iungitur mulier uiro.
Ideo doctor gentium & pudicitiam coniu-
galem per quam non fiunt adulteria, & per-
fectiorem continentiam, per quam nullus
concubitus quæritur, ſermone ſuo commẽ-
dans: & hoc illud donum dei eſſe monſtrat,
ſcribens ad Corinthios, & admonens coniu
ges ne ſe inuicem fraudent: quos cum admo
nuiſſet, adiecit: Vellem autem omnes homi-
1. C[…] nes eſſe ſicut meipſum: qa utique ipſe ab oĩ
concubitu continebat. Et cõtinuo ſubiũxit,

I Sed unusquisq; propriũ donũ hét a Deo, ali⁹ sic, alius aũt sic. Nunqd tã multa quæ præcipiuntur in lege dei, ne fornicationes & adulteria cõmittantur, indicant aliud q̃ liberũ arbitriũ, Neque.n. pciperentur, nisi hõ haberet propriã uoluntaté, qua diuinis pceptis obediret, & tñ dei donum est, sine quo seruari castitatis pcepta non põt. Vnde ait ille in libro Sapientiæ, Cum scirẽ qa nemo esse põt cõtinens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donũ. Vt aũt ista nõ seruẽtur castitatis sancta mandata, unusq; tentatur a cõcupiscentia sua abstractus & illectus. Vbi si dixerit: uolo seruare, sed uincor à cõcupiscentia mea: rñdet scriptura libero eius arbitrio, qđ iam superius dixi, Noli uinci a malo, sed uince in bono malũ: qđ tñ ut fiat, adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit nisi uirtus peccati. Augetur.n. concupiscẽtia, & maiores uires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spũs gratiæ. Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentiũ. Aculeus autem mortis est peccatum, uirtus uero peccati lex. Ecce unde dicit hõ. Volo legis seruare mãdatũ, sed uirtute concupiscentiæ meæ uincor.

K Et cũ uoluntas eius cõuenitur & ei dicitur, Noli uinci a malo: qd ei prodest nisi gratia succurrente fiat? Qđ ipse Apostolus secutus adiunxit: nã & cũ dixisset, uirtus peccati lex: cõtinuo subiecit, Gratias aũt deo, qui dat nobis uictoriã per dñm nostrũ Iesum Christũ. Ergo & uictoria qua pcm̃ uincit, nihil aliud q̃ donũ Dei, in isto certamine adiuuantis liberũ arbitriũ. Propter qđ dicit & cęlestis magister, Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Ergo unusquisq; cõtra suã cõcupiscentiam dimicãs oret, ne intret in tentationẽ: id est, ne sit ab illa abstractus & illectus. Nõ aũt intrat in tentationẽ, si uoluntate bona uincat concupiscentiã malã. Nec tamen sufficit arbitriũ uoluntatis humanæ, nisi a dño uictoria concedatur oranti, ne intret in tentationẽ. Quid uero euidentius q̃ dei ostẽditur gratia, ubi qđ oratur, accipitur? Si enim dixisset saluator noster, Vigilate ne intretis in tentationẽ: admonuisse uideretur tantũmodo hominis uoluntatẽ: cũ uero addidit, & orate, ostẽdit deũ adiuuare, ne intretis in tentationẽ. Dictũ est libero arbitrio, Fili noli deficere a disciplina domini: & dñs dicit, Ego rogaui pro te Petre, ne deficeret fides tua. Homo ergo gratia iuuatur, ne sine causa uoluntati eius iubeatur.

Sap. 8 — *Iac. 1.* — *Rom. 12.* — *1. Cor. 15* — *Mat. 26.* — *Prou. 3.* — *Luc. 22.*

L Cũ dicit Deus, Cõuertimini ad me, ut cõuertar ad uos: unũ horũ v̄ esse nostræ uoluntatis, id est, ut cõuertamur ad Deũ, alterũ uero ipsi⁹ gratię. i. ut ẽt ipse cõuertatur ad nos: ubi põt putare Pelagiani suã obtinere sentẽtiã, qua dñt gratiã Dei s̄m merita nostra dari. Qđ quidẽ in Oriẽte, hoc est, in prouincia Palæstina, in qua est ciuitas Hierusalẽ, cũ ipse Pelagius ab Epis audiretur, affirmare non ausus est. Nã inter cætera q̃ illi obiecta sunt, & hoc obiectũ est, q̄ diceret gratia dei secundũ merita nostra dari: qđ sic alienũ est a catholica doctrina, & inimicũ gratiæ Christi, ut nisi hoc obiectũ sibi anathematizasset, ipse inde anathematizatus exisset. Sed fallaciter eũ anathematizasse posteriores eius indicant libri, in qbus oĩno nihil aliud defendit, q̃ gratiã Dei s̄m merita nostra dari. Talia ergo de scripturis colligũt, quale est hoc vnũ qđ pauloante dixi, Conuertimini ad me & cõuertar ad uos: ut scđm meritũ cõuersionis nostrę ad Deum, detur gratia eius, in qua ad nos & ipse cõuertitur.

M Nec attendunt qui hoc sentiũt, qa nisi donũ dei esset ẽt ipsa ad Deũ nostra conuersio, nõ ei diceretur, Deus virtutum cõuerte nos. Et, Deus tu cõuertens uiuificabis nos. Et, Conuerte nos Deus sanitatũ nostrarum: & hmõi alia quæ cõmemorare longum est. Nam & uenire ad Christũ, quid est aliud nisi ad eum credendo cõuerti: & tamen ait, Nemo potest uenire ad me, nisi datum fuerit ei a patre meo: Item quod scriptum est in libro secundo Paralipomenon, Dominus uobiscum cum uos estis cum eo, & si quæsieritis eum, inuenietis: si aũt dereliqueritis eum, derelinquet uos. Manifestat quidem liberũ uoluntatis arbitrium. Sed illi qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari, illa testimonia sic accipiunt, ut dicant meritum nostrum in eo esse q̄ sumus cum Deo: eius autem gratiam secundũ hoc meritum dari, ut sit & ipse nobiscum. Item meritum nostrum in eo esse quòd quęrimus eum, & secundum hoc meritum dari eius gratiam, ut inueniamus eum. Et in libro Paralipomenon primo quod dictum est, Et tu Salomon fili mi cognosce deũ, & serui ei in

Cap. 5 Zach. 1. — *Zach. 1.* — *Psal. 89.* — *Psal. 84.* — *Ioan. 6.* — *2. Pa. 15* — *1. Pa. 28*

corde pfecto,& anima uoléte:qa omnia cor
A da ſcrutatur dñs,& oẽm cogitationẽ mentiũ
nouit:ſi quæſieris eũ,inuenietur tibi, & ſi di
miſeris eũ, repellet te in perpetuũ : declarat
uoluntatis arbitriũ. Sed illi in eo ponũt meri
tum hoĩs,quod dictũ eſt, Inuenietur tibi : &
oĩno laborant quantũ poſſunt,oſtẽdere gra-
tiã dei ſcd̃m merita noſtra dari:hoc eſt,gra-
tiã non eſſe gratiã. Quibus.n.ſ̃m meritũ red-
Rom.4. ditur,nõ imputatur merces ſ̃m gratiã,ſed ſe
cundũ debitũ,ſicut apertiſsime dicit Apoſto
lus. Meritum.n.fuit quidẽ in Apoſtolo Pau-
1.Co.15. lo, ſed malũ, qñ perſequebatur Eccleſiã: Vn-
de dicit, Nõ ſum idoneus uocari Apoſtolus,
qa perſecutus ſum Eccleſiã dei. Cum ergo
haberet hoc meritũ malũ, redditum eſt ei bo
num pro malo,in eo ꝙ ſecutus adiunxit, Sed
gratia dei ſum qđ ſum. Atq; ut oſtẽderet &
liberum arbitriũ,mox addidit, Et gratia eius
in me uacua nõ fuit, ſed plus omnibus illis
laboraui. Hoc.n.liberum arbitrium hominis
2. Cor.6 exhortatur & in alijs,quibus dicit, Rogam⁹
ne inuacuũ gratiã dei ſuſcipiatis. Vt qd em̃
B eos rogat ſi gratiã ſic ſuſceperunt,ut propriã
perderent uoluntatẽ, tamẽ ne ipſa uoluntas
ſine gr̃a dei putetur boni aliquid poſſe,cõti-
nuo cũ dixiſſet, Gratia eius in me uacua nõ
fuit, ſed plus o bus illis laboraui : ſubiunxit
atq; ait, Non ego aũt, ſed gratia dei mecum
id eſt,non ſolus,ſed gratia dei mecũ : ac per
hoc nec gratia dei ſola,nec ipſe ſolus,ſed gra
tia dei cũ illo. Vt aũt de cœlo uocaretur, &
tã magna & efficaciſsima uocatione conuer
teretur,gratia dei erat ſola, quia merita eius
1.Tim.1 erant magna,ſed mala. Deniq; & alibi dicit
ad Timotheũ, Collabora Euangelio ſecundũ
uirtutẽ Dei ſaluos nos faciẽtis, & uocantis
uocatione ſua ſancta, non ſcd̃m opera no-
ſtra, ſed ſecundũ ſuum propoſitũ & gratiã,
Ad Ti.3 quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu. Itẽ meri-
ta ſua,ſed mala cõmemorans dicit, Fuimus
em̃ ſtulti & nos aliquãdo & increduli,erran
tes,ſeruiẽtes deſideriis & uoluptatib⁹ uarijs,
in malitia & inuidia agentes, abominabiles,
inuicẽ odio hñtes. Quid iſtis tam malis meri
tis niſi pœna utiq; debebatur? Sed Deo red-
dente bona pro malis, per gratiam quæ non
ſecundum merita noſtra datur, factũ eſt qđ
deinde ſubiunxit,& dicit, Cum aũt benigni
C tas & humanitas illuxit ſaluatoris noſtri
dei, nõ ex opibus iuſtitiæ quas fecimus nos,
ſed ſecundũ ſuã mĩam ſaluos nos fecit, per
lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiri
tuſſancti, quẽ ditiſsime effudit ſuper nos,per
Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, ut iu
ſtificati ipſius gratia, hæredes efficiamur ſe-
cundum ſpem uitæ æternæ.

Cap. His & talibus teſtimoniis diuinis probaṫ
gratia dei non ſ̃m merita noſtra dari,qñqui-
dẽ non ſolũ nullis bonis, uerũetiam multis
meritis malis p̃cedentibus uidemus datã, &
quotidie dari uidemus. Sed plane cũ data fue
rit incipiũt eſſe ẽt merita noſtra bona,per il-
lam tñ:nã ſi illã ſubtraxerit,cadit hõ nõ ere-
ctus,ſed p̃cipitatus libero arbitrio. Quapro-
pter qñ cęperit hõ hẽre merita bona, nõ de-
bet ſibi tribuere illa, ſed deo, cui dr̃ in Pſal-
Pſal. mo, Adiutor meus eſto ne derelinquas me:
dicẽdo,ne derelinquas me, oñdit qa ſi dereli
ctus fuerit, nihil boni ualet ipſe per ſe:unde
Pſal. & ille ait, Ego dixi in abundãtia mea,nõ mo
uebor in æternũ. Putauerat.n.ſuum fuiſſe bo
nũ,qđ ei ſic abũdabat ut nõ moueretur: ſed
ut oñderetur illi cuius eſſet illud bonum,de
quo tanq̃ cęperat gloriari,paululum gr̃a dei
Pſal. deſerente admonitus dicit, Dñe in uolũtate
D tua,p̃ſtitiſti decori meo uirtutẽ: Auertiſti fa-
ciem tuã à me,& factus ſum cõturbatus. Iõ
neceſſariũ eſt homini, ut gratia dei non ſolũ
iuſtificetur impius.i.ex impio fiat iuſtus, cũ
redduntur ei bona pro malis: ſed etiam cum
fuerit iuſtificatus ex fide,ambulet cũ illo gra
tia,& incumbat ſuper ipſam ne cadat. Pro-
pter hoc ſcriptum eſt in cantico canticorum
Cant. de ipſa Eccleſia, Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit de-
albata,incũbens ſuper fratruelem ſuũ? Deal
bata eſt.n.quæ per ſeipſam alba eſſe nõ poſ
ſet. Et à quo dealbata eſt,niſi ab illo,qui per
Prophetã dicit, Si fuerint peccata ueſtra ut
Eſaia. phœniciũ ſicut niuẽ dealbabo? Quãdo ergo
dealbata eſt,nihil boni merebatur: Iam uero
alba facta, bene ambulat, ſed ſi ſuper eum a
quo dealbata eſt,perſeueranter incũbat: Pro
pter quod & ipſe Ieſus ſuper quem incum-
bit dealbata,dixit diſcipulis ſuis, Sine me ni-
hil poteſtis facere, Ergo redeamus ad Apoſto
Ioan. lum Paulum,quem certe inuenimus ſine ul-
lis meritis bonis,imò cũ multis meritis ma-
lis dei gratiã conſecutũ, reddentis bona pro
malis: uideamus quid dicat ſua iam propin-
quante

[2. Ti. 4.] quâte paſsione,ſcribẽs ad Timotheũ, Ego.n. E iã immolor,inq̃t,& tp̃s reſolutionis meę inſtat: Bonũ certamẽ certaui,curſum conſummaui,fidẽ ſeruaui. Iſta vti q; iam merita ſua bona cõmemorat,vt poſt bona merita conſequatur coronã, qui poſt merita mala cõſecutus eſt gratiã. Deniq; attendite quid ſequat̃, Supereſt,inquit,mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex. Cur redderet coronã iuſtus iudex, ſi non donaſſet gratiã miſericors pater? Et qũo eſſet iſta corona iuſtitiæ,niſi p̃ceſsiſſet gratia quæ iuſtificat impiũ? Qũo iſta debita redderet̃, niſi prius illa gratuita donaretur? Sed cum dicũt Pelagiani hãc eſſe ſolã, non ſecundũ merita noſtra gratiã,qua homini pc̃tã dimittuntur: illã vero quæ datur in finẽ.i.æternã vitã,meritis noſtris p̃cedentibus reddi: rñdendũ eſt eis, Si.n.merita noſtra ſic intelligerẽt,ut etiã ipſa dona dei eſſe cognoſcerent, nõ eſſet reprobanda iſta ſnĩa: qm̃ vero merita humana ſic prædicant, vt ea ex ſemetipſo habere hominẽ dicant, prorſus rectiſsime rñdet Apoſtolus, [1. Cor. 4. F] Quis.n.te diſcernit? Quid aũt hẽs qđ non accepiſti? Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Prorſus talia cogitãti ueriſsime dicitur, Dona ſua coronat deus, non merita tua: ſi tibi a teipſo, nõ ab illo ſunt merita tua: hæc.n.ſi talia ſunt, mala ſunt: q̃ mala ſunt,nõ coronat deus: ſi aũt bona ſunt,dei dona ſunt: q̃a ſicut dicit Apoſtolus Iacobus, [Iac. 1.] Oẽ datũ optimũ & oẽ donum perfectũ deſurſum eſt,deſcendẽs a patre luminũ. Vnde [Io. 3.] dicit & Ioãnes præcurſor dñi noſtri, Nõ poteſt hõ accipere quicquam, niſi fuerit ei datũ de cœlo, vnde ẽt venit ſpirituſſanctus, [Eph. 4.] quando Ieſus aſcendit in altum, captiuauit captiuitatem,dedit dona hominibus.

[Cap. 7.] Si ergo Dei dona ſunt bona merita tua, non Deus coronat merita tua tanq̃ merita tua,ſed tanquã dona ſua. Proinde conſideremus ipſa merita Apoſtoli Pauli, quibus dixit coronã redditurũ iudicem iuſtũ,& uideamus vtrũ merita ipſius tãquã ipſius ideſt ex [2. Ti. 4.] ipſo ei cõparata,an dona ſint dei. Bonũ,inq̃t, certamẽ certaui,curſum cõſummaui, fidem ſeruaui. Primo iſta bona opera,ſi non ea pręceſsiſſent cogitationes bonæ, nulla eſſent. Attendite itaq; quid de ipſis cogitationibus [2. Cor. 3.] dicat,ait.n.ſcribens ad Corinthios, Nõ quia idonei ſumus cogitare aliq̃d a nobis tanquã a nobiſmetipſis,ſed ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt. [G] Deinde ſingula inſpiciamus, Bonũ,inq̃t, certamen certaui. Quæro qua virtute certauerit,vtrũ quæ illi ex ſemetipſo fuerit, an quæ deſuper data ſit? Sed abſit vt tãtus doctor gentium ignorauerit legẽ Dei, cuius vox eſt in [Deut. 8.] Deuteronomio, Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & potentia manus meæ fecit mihi virtutẽ magnã hanc,ſed memoraberis domini dei tui, quia ipſe tibi dat fortitudinẽ facere virtutẽ. Quid aũt prodeſt bonũ certamen, niſi ſequatur victoria? Et quis dat victoriã, niſi ille de quo dicit ipſe, [1. Cor. 15] Gratias deo q̃ dat nobis victoriã,per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum. [Rom. 8.] Et alio loco cũ cõmemoraſſet teſtimoniũ de Pſalmo, [Pſal. 43.] Qm̃ p̃ p̃ te mortificamur tota die,deputati ſumus vt oues occiſionis: ſubiecit atq; ait, Sed in his oĩbus ſuperuincimus per eũ qui dilexit nos: non ergo p̃ nos, ſed per eũ qui dilexit nos. Deinde dixit. Curſum conſummaui: ſed ille hoc dixit,qui alio [Rom. 9.] loco dicit, Igitur non uolentis neq; currentis,ſed miſerentis eſt dei. Quæ ſententia nullo modo põt etiã ſic conuerti vt dicatur, nõ miſerentis dei, ſed uolentis & currentis eſt hominis: quiſquis.n.hoc auſus fuerit dicere, aperte ſe oſtendit Apoſtolo cõtradicere. [H] Poſtremo dixit,Fidẽ ſeruaui: ſed ille hoc dixit, [2. Ti. 4.] qui alibi ait, [1. Tim. 1] Miſericordiã cõſecutus ſum ut fidelis eſſem. Non.n.dixit, Miſericordiã conſecutus ſum quia fidelis erã,ſed ut fidelis eſſem: hinc oſtendens ẽt ipſam fidẽ haberi niſi deo miſerãte nõ poſſe,& eſſe donũ dei. Qđ apertiſsime docet, dicens, [Ephe. 2.] Gratia ſalui facti eſtis per fidẽ, & hoc nõ ex uobis, ſed dei donũ eſt. Poſſent.n.dicere,ideo accepimus gratiã,quia credimus, tanq̃ ſibi fidem tribuentes,gratiã deo: propter hoc Apoſtolus cũ dixiſſet,per fidem,& hoc,inquit, nõ ex vobis, ſed dei donũ eſt. Rurſus ne dicerent ſe ſuis operibus,donũ tale meruiſſe: continuo ſubiecit, Non ex operibus, ne forte quis extollatur: nõ quia negauit, aut euacuauit opera bona,cũ dicat deum unicuiq; reddere ſecundum opera eius: ſed quia opera ſunt ex fide, non ex operibus fides, ac per hoc ab illo ſũt nobis opera iuſtitiæ, a quo eſt ipſa fides, de [Abac. 2.] qua dictũ eſt, [Rom. 1.] Iuſtus ex fide uiuit. Homines aũt non intelligentes, qđ ait ipſe Apoſtolus [Rom. 8.]

 arbitra-

arbitramur iustificari hoīem per fidem sine operibus legis: putauerunt eū dicere sufficere hoī fidem, ēt si male viuat & bona opera non hēat. Qđ absit vt sentiret vas electionis, qui cū dixisset quodā loco, In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliqd valet, neq; pręputiū mox addidit, Sed fides quę p dilectioné opatur. Ipsa est fides quę fideles Dei separat ab immūdis dęmonibus, nā & ipsi: sicut dicit Apostolus Iacobus, credūt & contremiscunt, sed non bene operātur. Non ergo hñt istā fidē ex qua iustus viuit. i. q̄ per dilectionē opatur, ut reddat ei deus vitā æternā ꝭm opa eius. Sed qa & ipsa bona opa nobis ex Deo sūt, à quo nobis & fides est, & dilectio, ꝓpterea idē ipse doctor gentium, etiam ipsam vitam æternam gratiam nuncupauit.

Et nascitur inde nō parua qō, quæ dño donāte soluenda est. Si. n. uita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissime dicit scriptura, Qm̄ deus reddet vnicuique scđm opera eius: qūo gratia est vita æterna, cū gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apostolo dicēte, Ei qui opatur, merces nō imputatur ꝭm gratiā, sed secundū meritū. Et iterū, Reliquię, inquit, p electionē gratiæ saluę factæ sunt. Et mox addidit, Si aūt gratia, iam non ex opibus: alioquin gratia iā nō est gratia. Qūo est ergo gratia vita æterna, quæ ex operibus sumitur? An forte vitam æternam non dixit Apostolus gratiā? Imo uero sic dixit, vt negari oīno nō possit, nec intellectorem acutū, sed tantummodo intentum desiderat auditorē. Cū. n. dixisset, Stipendiū peccati mors: oīno subdidit, Gratia aūt Dei vita æterna in Christo Iesu dño nostro. Ista ergo qō nullo modo mihi uidetur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra qbus æterna redditur uita, ad Dei gratiā ptinere: pp illud quod ait dñs Iesus, Sine me nihil potestis facere. Et ipse Apostolus cū dixisset, Gratia salui facti estis per fidē, & hoc nō ex uobis, sed Dei donū est, non ex operibus, ne forte quis extollatur: uidit utique putare posse hoīes hoc ita dictum, quasi necessaria non sint opera bona credētibus, sed eis fides sola sufficiat: & rursus posse hoīes de bonis operibus extolli uelut ad ea facienda sibi sufficiant: mox itaque addidit, Ipsius. n. sumus figmētū, creati in Christo Iesu ī operibus bonis, q̄ ꝑparauit Deus, vt in illis ambulemus. Quid est hoc, ꝙ cū Dei gratiā commendans dixisset, nō ex opibus, ne forte qs extollatur: cur hoc dixerit rōnem reddēs, ipsius. n. sumus, inquit, figmētū: creati in Christo Iesu in operibus bonis? Qūo ergo nō ex operibus, ne forte qs extollatur? Sed audi & intellige, non ex operibus dictū, tanq̄ tuis ex teipso tibi existentibus, sed tanq̄ his in qbus te Deꝰ finxit, id est, formauit & creauit. Hoc enim ait, Ipsius sumus figmentum, creati in Christo Iesu in opibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui utique iam homo erat, Cor mundū crea in me Deus: & de qua dicit Apostolus, Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera trāsierunt: Ecce facta sunt noua, oīa aūt ex Deo. Fingimur ergo. i. formamur & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed ꝑparauit Deus ut in illis ambulemus. Itaq; charissimi, uita bona nostra nihil aliud est quā dei gratia: sine dubio & uita æterna, quę bonæ vitæ redditur, Dei gr̄a est: & ipsa. n. gratis datur, qa gratis data est cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, hęc aūt q̄ illi datur, qm̄ prę̨mium eius est, gratia est p gratia, tanq̄ merces pro iustitia, ut uerum sit qm̄ uerum est, quia reddet unicuique deus secundum opera eius.

Vtrū aūt legerimus in scripturis sanctis, gratiā pro gratia, forsitan quæritis: sed habetis Euangeliū scđm Ioannem tanta luce clarissimū, ubi Ioannes Baptista de dño Christo dicit, Nos oēs ex plenitudine eius accepimus, & gratiā pro gratia. Ex eius itaq; plenitudine accepimus pro modulo nostro tanq̄ particulas nostras, ut bene uiuamus: sicut deus partitus est mensuram fidei, quia unusquisque propriū donum hēt a Deo, alius sic, alius aūt sic, & ipsa est gratia: & insuper accipiemus & gratiam pro gratia, quādo nobis vita æterna reddetur. De qua dixit Apostolus, Gratia autem dei vita æterna, in Christo Iesu domino nostro: cum prius dixisset, Stipendium peccati mors. Merito enim stipendium, quia militiæ diabolicæ mors æterna tanquam debitum redditur. Vbi cum posset dicere, & recte dicere, Stipendium aūt iustitiæ vita æterna: maluit dicere, Gratia aūt dei uita æterna: ut hinc intelligeremus,

mus,nō pro meritis nr̃is Deū nos ad æternā vitam,sed pro sua miseratione ꝑducere. De quo in Psalmo dicit hō aīæ suæ, Qui coronat te in miseratione & mīa. Nunquid non corona bonis operibus redditur? Sed q̃a ipsa bona oꝑa ille in bonis oꝑatur,de quo dictū est,Deus est.n.qui operatur in vobis & velle & oꝑari pro bona volūtate, ideo dixit Psalmus, Coronat te in miseratione & mia: q̃a eius miseratione bona operamur, quib.corona reddetur. Non.n.q̃a dixit, Deus est eñ qui operatur in vobis & velle & operari ꝓ bona uoluntate: iō liberū arbitriū, abstulisse putandus est.Qđ si ita esset, non superius dixisset, Cū timore & tremore vestrā ipsorū salutē operamini.Qñ.n.iubetur ut operetur, liberū eorū cōuenitur arbitriū: sed iō cum timore & tremore, ne sibi tribuendo ꝙ bene operantur, de bonis tanquā suis extollantur operibus.Tanquā ergo interrogaretur Apostolus, & diceretur ei, quare dixisti cū timore & tremore: horū verborū rōnem reddidit,dicēs, Deus est.n.qui operatur in vobis. Si.n.timetis & tremitis, non extollimini tanquam de vestris oꝑibus bonis, q̃a deus est q̃ operatur in vobis. Itaq; fratres debetis q̄ē per liberū arbitriū non facere mala,& facere bona, hoc.n.nobis lex Dei præcipit in libris sanctis,siue veteribus,siue nouis.

[Margin: 102. A — ili. 2. — B]

Sed legamus & adiuuante dño intelligamus Apostolū dicentē, Quia non iustificabitur ex lege oīs caro corā ipso: per legem eñ cognitio peccati.Cognitio dixit,nō consummatio.Qñ aūt cognoscit hō peccatum, si nō adiuuat gratia ut cognitū caueatur, sine dubio lex iram operatur. Qđ alio loco Apostolus dicit,ipsius.n.verba sunt, Lex irā operatur.Hoc aūt dixit,q̃a ira Dei maior est in prę uaricatore, qui per legē cognoscit peccatū, & tñ facit: talis quippe hō præuaricator est legis sicut & in alio loco dicit, Vbi enim lex non est,nec præuaricatio est. Propter hoc & alibi ait, Vt seruiamus in nouitate spūs, & non in vetustate literæ: legem volens intelligi literæ vetustatem,nouitatē vero spiritus quid nisi gratiam? Et ne putaretur accusasse legē vel reprehendisse: continuo sibi opposuit q̄ōnem,& ait,Quid ergo dicemus, Lex peccatū est? Absit.Deinde subiūxit,Sed peccatum non cognoui,nisi per legē:hoc est qđ dixerat,per legē cognitio peccati. Nā cōcupiscentiā,inquit, nesciebā, nisi lex diceret, Non concupisces:occasione aūt accepta peccatū per mandatū operatū est in me oēm cōcupiscentiā: sine lege.n. peccatū mortuum erat,ego aūt aliqñ viuebā sine lege:adueniēte aūt mandato,peccatū reuixit:ego aūt mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum qđ erat in vita,hoc esse in morte:pc̄tm̄ enim occasione accepta per mandatū fefellit me, & per illud occidit. Illud lex quidē sancta, & mandatū sanctū & iustum & bonum.Qđ ergo bonū est mihi,factū est mors? Absit.Sed pc̄tm̄ vt appareat peccatū, per bonum mihi operatū est mortē,vt fiat supra modum peccatum per mandatū.Et ad Galatas dicit,Sciētes aūt qm̄ nō iustificatur homo ex operib⁹ legis, nisi per fidem dñi nostri Iesu Christi: & nos ī Christo credidimus, vt iustificemur ex fide Christi,& non ex operibus legis, qm̄ ex operibus legis nō iustificabitur oīs caro.

[Margin: p.10. — la. 2. — m.4. — m.7. — C — Exo. 20. — Gala. 2.]

Quid est ergo ꝙ vanissimi hoīes & peruersissimi Pelagiani legē dñt esse Dei grãm, qua iuuamur ad nō peccandū? Quid est miseri qđ dñt, qui sine vlla dubitatione tanto Apostolo cōtradicūt? Ille dicit peccatū vires aduersus hoīem accepisse per legē, & eum ꝑ mandatū quāuis sanctū & iustū & bonū, tñ occidere, & ꝑ bonū operari ei mortē, de qua non liberaretur, nisi viuificaret spūs eū quē litera occiderat: sicut alio loco dicit, Litera occidit,spūs aūt viuificat. Et isti indociles,contra legem Dei cæci, & contra vocem Dei surdi, occidentem literam viuificare dicunt, & viuificanti spiritui contradicunt: ergo fratres, ut ipsius potius Apostoli verbis vos moneam, debitores sumus non carni vt secundum carnem uiuamus: si enim secundum carnem vixeritis,moriemini: si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis.Hæc dixi, ut Apostolicis verbis liberū arbitrium vestrum a malo deterrerem, & exhortarer ad bonum:nec tamen ideo debetis in homine, hoc est in vobisipsis, non in dño gloriari, qñ non scđm carnem viuitis, sed spiritu actiones carnis mortificatis. Vt enim non se extollerent quibus ista dicebat, existimantes se suo spiritu tanta hæc bona opera facere posse,non Dei, propterea cum dixisset, Si autem spiritu actiones carnis

[Margin: Cap. 12. — Rom. 7. — D — 2.Cor.3. — Rom. 8.]

mortificaueritis,viuetis: continuo ſubiecit,
Quotquot.n.ſpiritu Dei agũtur, hi filij ſunt
Dei. Qñ ergo ſpũ actiones carnis mortifica-
tis vt viuatis,illũ glorificate,illũ laudate, illi
E grãs agite cuius ſpiritu agimini, vt iſta valea
tis, vt vos filios Dei eſſe mõſtreris:quotquot
enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei.

Cap. 12. Quotquot ergo adiuncto ſolo adiutorio
legis,ſine adiutorio grę cõfidentes in virtu-
te ſua,ſuo ſpũ aguntur,nõ ſunt filij Dei. Ta-
les ſunt de qbus idẽ dicit Apoſtolus, ꝙ igno
rãtes Dei iuſtitiã,& ſuã volentes cõſtituere,
Rom.10. iuſtitię Dei nõ ſunt ſubiecti. De Iudęis,hoc
dixit,q de ſe pſumẽtes grãm repellebãt,& in
Chriſtũ propterea nõ credebãt.Suã vero iu-
ſtitiã dicit eos volẽtes cõſtituere, quę iuſti-
tia eſt ex lege, nõ qa lex ab ipſis conſtituta,
ſed in lege quæ ex Deo eſt ſuã iuſtitiã conſti
tuerunt, qñ eandẽ legẽ ſuis viribus ſe imple
re poſſe credebant, ignorãtes Dei iuſtitiam,
nõ qua iuſtitia Deus iuſtus eſt, ſed q̃ iuſtitia
eſt hoĩ ex Deo. Et vt ſciatis hãc illũ eorũ di-
xiſſe iuſtitiã q̃ eſt ex lege, hanc aũt Dei quæ
hoĩ eſt ex Deo,audite qd alio loco dicat, cũ
Phili. 3. de Chr̃o loqueretur, Propter quẽ oĩa inqt,
non ſolũ detrimẽta eſſe credidi,verumetiam
vt ſtercora exiſtimaui eſſe vt Chriſtũ lucrifa
ciã, & inueniar in illo non hñs meã iuſtitiã
q̃ ex lege eſt, ſed eã quæ eſt p fidẽ Chriſti,q̃
eſt ex Deo.Quid eſt,non hñs meã iuſtitiam
q̃ ex lege eſt,cũ ſua nõ eſſet lex ipſa,ſed Dei:
F niſi,qa ſuam dixit iuſtitiã, q̃uis ex lege eſſet
qa ſua voluntate legẽ ſe poſſe putabãt imple
re ſine adiutorio grꝫ, q̃ eſt per fidẽ Chriſti?
Iõ cũ dixiſſet, Nõ hñs meã iuſtitiã q̃ ex lege
eſt: ſecutus adiunxit,Sed eã quę eſt p fidem
Chriſti,quæ eſt ex Deo. Hãc ignorabant, de
quibus ait,Ignorãtes Dei iuſtitiã,id eſt, quæ
eſt ex Deo:hanc.n.dat nõ lr̃a occidẽs,ſed vi-
uificãs ſpũs. Et ſuã volentes cõſtituere quam
dixit ipſe ex lege iuſtitiã,cũ diceret. Nõ hñs
meã iuſtitiã quę ex lege eſt:iuſtitiæ Dei non
sũt ſubiecti,hoc eſt gratię Dei nõ ſunt ſubie
cti:ſub lege.n.erãt,nõ ſub gr̃a: & iõ eis dña-
batur pctm̃, a quo non fit hõ liber lege, ſed
Rom.6. gratia.Propter qđ alibi dicit, Pctm̃.n.vobis
non dñabitur,nõ.n.eſtis ſub lege,ſed ſub gra
tia:nõ qa lex mala eſt, ſed quia ſub illa ſunt
quos reos facit iubẽdo, nõ adiuuãdo.Gratia
qppe adiuuat vt legis quiſque ſit factor, ſine
qua gratia ſub lege poſitus tãtummodo erit
Gal.5. legis auditor.Talibus itaque dicit,Qui in le-
ge iuſtificamini,à gratia excidiſtis.

Cap. 1[...] Quis ita ſit ſurdus aduerſus Apoſtolicas
G voces,qs ita deſipiat imo inſaniat neſciẽs qd
loquatur,vt audeat dicere,legẽ eſſe gratiam,
cũ clamet q ſciebat qđ loqueretur,Qui in le
ge iuſtificamini à gratia excidiſtis? Si aũt lex
nõ eſt gratia, qa vt ipſa lex fiat, non põt lex
adiuuare, ſed gratia nunqd natura erit gra-
tia? Nã & hoc Pelagiani auſi ſunt dicere gra
tiã eſſe naturã, in qua ſic creati ſumus vt ha
beamus mentẽ rõnalem qua intelligere va-
leamus facti ad imaginem Dei, vt domine-
mur piſcibus maris & volucribꝰ cęli, & oĩ-
Gen. 1. bus pecoribus quæ repunt ſup terrã.Sed nõ
hæc eſt gratia, quã cõmendat Apoſtolus per
fidẽ Ieſu Chriſti. Hanc.n.naturã ẽt cum im-
pijs & infidelibus certũ eſt nobis eſſe cõem:
gratia vero per fidẽ Ieſu Chriſti eorum tan-
1.The[...] tummodo eſt,quorũ eſt ipſa fides. Nõ enim
oĩum eſt fides, Deniq; ſicut eis qui volentes
in lege iuſtificari a gratia exciderunt, veriſſi
Gal. 2. me dicit, Si ex lege iuſtitia, ergo Chriſtus,
gratis mortuus eſt:ſic & his qui gratiã quam
cõmendat & percipit fides Chriſti, putãt eſ-
ſe naturã, veriſsime dicitur, Si ex natura iu-
ſtitia,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Iam
hic.n.erat lex,& non iuſtificabat, iã hic erat
& natura & nõ iuſtificabat, iõ Chriſtus non
gratis mortuus eſt, vt lex p illũ impleretur,
H qui dixit, Non veni ſoluere legẽ, ſed adim-
Mat.5. plere:& natura p Adã perdita, per illũ repa-
Mat. raretur,qui dixit veniſſe ſe quærere & ſalua-
Luc. re qđ perierat: in quẽ venturum antiqui etiã
patres crediderunt,qui diligebant Deũ. Dñt
ẽt gratiam Dei quæ data eſt per fidem Ieſu
Chriſti,quæ neq; lex eſt neq; natura, ad hoc
tantũ valere, vt peccata prꝫterita dimittãtur,
non vt futura vitentur, vel repugnantia ſu-
perentur.Sed ſi hoc verũ eſſet, vtiq; in orõne
Mat.6. dñica cum dixiſſemus,Dimitte nobis debita
noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus
noſtris: & non adderemus, Et ne nos infe-
ras in tentationẽ.Illud enim dicimus vt pec-
cata dimittantur, hoc autem ut caueantur
ſiue vincantur: quod a patre qui in cœlis eſt
nulla ratione peteremus, ſi virtute volun-
tatis humanæ hoc poſſemus efficere. Com-
moneo autem charitatem veſtram, & mul-

tum

tū exhortor vt beati Cypriani librum quem scripsit de oratione dñica, diligenter legatis, & quantū vos dñs adiuuerit, intelligatis memoriæq; mādetis, Ibi videbitis quemadmodum sic alloquatur liberū arbitrium eorum quos conscriptione sui sermonis ædificat, vt ōndat tñ ea quæ implēda vñr* in lege, in oratione esse poscenda. Quod vtiq; vanissime I fieret, si ad illa agenda sine diuino adiutorio voluntas humana sufficeret.

Cypriani lib. de oratione dominica. *Ad bene...*

Sed cum fuerint conuicti nō defensores, sed inflatores & pcipitatores liberi arbitrii, quia neq; sciā diuinæ legis, neq; natura, neq; sola remissio peccatorū est illa gratia, quę p Iesum Christū dñm nostrū datur, sed ipsa facit vt lex impleatur vt natura liberetur, nec pctm dominetur. Cum ergo in his conuicti fuerint, ad hoc se conuertunt, vt quocunque modo conentur ōndere gratiā Dei ₰m merita nostra dari. Dñt.n.& si non datur secūdū merita bonorū operū, quia per ipsam bene operamur, tñ secundū merita bonæ voluntatis datur, quia bona voluntas, inquiunt, pręcedit orantis, quā præcessit voluntas credentis, vt secundum hæc merita gratia sequatur exaudientis Dei, Iam quidē de fide, hoc est, de voluntate credentis superius disputaui, vsqueadeo eā demonstrans ad gratiā pertinere, vt Apostolus nō diceret. Miam consecutus sum, quia fidelis erā: sed diceret, Misericordiā cōsecutus sum, vt fidelis essem. Sūt & alia testimonia, in quibus est qđ ait. Sapite ad tēperātiam, sicut vnicuiq; Deus partitus est mēsuram fidei. Et qđ iā commemoraui, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donū est. Et illud quod scripsit ad Ephesios, Pax fratribus & charitas cū fide a Deo patre, & dño Iesu Christo. Et illud, vbi ait, Quia vobis donatum est p Christo non solum vt credatis in eū, sed ēt vt patiamini pro eo. Vtrūque ergo ad Dei gratiā pertinet, & fides credentium, & tolerātia patientium, quia vtrunq; dixit esse donatum: & illud maxime, vbi dicit, Hñtes eundē spiritum fidei: non.n.ait sciam fidei: sed, spūm fidei: qđ propterea dixit vt intelligeremus, quia fides & nō petita cōceditur, vt ei petenti alia concedantur, Qūo enim inuocabunt, inquit, in quem non crediderunt? Ergo spūs gratiæ facit vt habeamus fidē, ut per fidē in-

Cap. 14. *Voluntas bona.* *1. Tim. 1.* K *Rom. 12.* *Ephe. 2.* *Ephe. 1.* *Philip. 1.* *Rom. 10.*

petremus orādo, vt possimus facere quæ iubemur. iō ipse Apostolus assiduæ legi prępo nit fidē, qm̄ qđ lex iubet, facere nō valemus nisi per fidē rogando impetremus, vt facere valeamus. Nā si fides liberi est tantummodo arbitrij, nec datur à Deo, p p quid p eis qui nolunt credere, oramus vt credant? Quod prorsus faceremus inaniter, nisi rectissime crederemus ēt peruersas & fidei contrarias voluntates, oīpotentem Deū ad credendum posse conuertere. Liberū quidem hoīs arbitrium pulsatur, vbi dicitur, Hodie si vocem ei⁹ audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed nisi posset Deus ēt duritiā cordis auferre, non diceret per prophetā. Auferā ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneū: qđ de nouo testamēto fuisse prædictū, satis Apostolus ostendit, vbi ait, Epistola nostra vos estis, scripta non atramento, sed spū Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Quod non ideo dictū putemus vt carnaliter viuant qui debent spiritaliter viuere: sed quia lapis sine sensu est, cui cōparatū est cor durū: cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit cōparari? Sic enim hoc dicitur per Ezechielē Prophetam, Et dabo eis, inquit, cor aliud, & spūm nouū dabo eis, & euellā cor lapideū de carne eorum, & dabo eis cor carneū, vt in pceptis meis ambulēt, & iustificationes meas obseruent, & faciant eas, & erunt mihi in populum, & ego eis in Deum, dicit dñs. Nunqđ ergo possumus nisi absurdissime dicere, bonū meritū bonę voluntatis in hoīe præcessisse, vt auelleretur ab eo cor lapideū: qñquidē ipsum cor lapideū non significat nisi durissimā uoluntatem, & aduersus Deum oīno inflexibile est? Vbi eñ præcedit bona voluntas, iam nō est cor vtiq; lapideū. Nam & alio loco per eundem prophetā Deus manifestissime ostendit, non pp eorū aliqua bona merita, sed propter nomē suum ista facere, ubi ait, Non propter vos ego facio domus Israel, sed propter nomen meū sanctū, quod prophanastis in gentibus, quo intrastis illuc: & sanctificabo nomen meum magnū quod prophanatū est in gentibus, quod prophanastis in medio eorum, & scient gentes quia ego sum dñs, dicit Adonai dñs, cum sanctificatus fuero in uobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gen-

L *Psal. 94.* *Ezec. 11.* *2. Cor. 3.* *Ezec. 11.* M *Cor lapideū quid sit.* *Ezec. 36.*

tibus, & congregabo vos ex oibus terris, & inducã vos in terrã vestram,& aspergã vos aqua munda,& mundabimini ab oibus immunditiis vestris, & ab oibus idolis vestris mundabo vos,& dabo vobis cor nouum, & A spũm nouũ dabo in vobis, & auferetur cor lapideũ de carne vestra,& dabo in vobis cor carneũ,& spũm meum dabo in vobis, & faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Quis ita sit cęcus vt non videat, quis ita lapideus vt non sentiat istã gratiã non secundũ merita bonæ uoluntatis dari, dño dicente atq; testante, Non pp vos ego facio domus Israel, sed pp nomen meũ sanctum, qđ prophanastis in gentibus? Quare.n.dixit,ego facio, sed pp nomẽ meũ sanctum: nisi ne illi putarẽt pp bona merita sua fieri, qđ non erubescũt dicere Pelagiani? Non solum aũt bona merita eorũ nulla, verũetiam mala merita pręcessisse demonstrat, dicendo, sed pp nomen meum sanctũ, quod prophanastis in gentibus. Quis non videat horrendũ malũ esse nomen sanctũ dñi prophanare? Et tñ pp ipsũ nomen meum,inquit,qđ prophanastis vos, ego fac iam vos bonos, non pp vos:& sanctificabo,inquit,nomẽ meum magnũ, quod prophanatũ est in gẽtibus, quod prophanastis in medio eorũ. Sãctificare se dicit nomẽ B suum,qđ superius dixerat sanctum. Hoc est ergo qđ oramus in orone dñica dicentes, Sãctificetur nomen tuũ: vt sanctificetur in hominibus, quod per seipsum sine dubio semper est sanctum. Deniq; sequitur, Et scient oẽs gentes qm̃ ego sum dñs dicit Adonai dominus,cum sanctificatus fuero in vobis. Cũ ergo ipse semper sit sanctus, sanctificetur tñ in eis quibus largitur gratiam suam,auferendo ab eis cor lapideum,per quod nomen domini prophanauerunt.

Mat. 6.

Cap. 15. Ne aũt putetur nihil ibi facere ipsos homines p liberũ arbitriũ,ideo in Psalmo dicitur,Nolite obdurare corda vestra. Et per ipsum Ezechielẽ, Proiicite a vobis oẽs impietates vestras quas impie egistis in me, & facite vobis cor nouum & spũm nouũ, & facite omnia mandata mea. Vt quid moriemini domus Israel dicit dñs, quia nolo mortem morientis dicit Adonai dñs, sed conuertimini & viuetis: meminerimus deũ dicere,sed conuertimini & viuetis: cui dr̃, Cõuerte nos Deus. Meminerimus Deũ dicere, Proiicite a uobis oẽs impietates vestras: cum ipse iustificet impiũ. Meminerimus ipsum dicere, Facite uobis cor nouũ & spũm nouũ: qui dicit, dabo vobis cor nouũ, & spũm nouũ dabo vobis. Qũo ergo qđ dicit, facite vobis: hoc dicit, dabo vobis? Quare iubet si ipse daturus est? Quare dat si hõ facturus est, nisi qa dat qđ iubet,& adiuuat vt faciat cui iubet? Sẽper est aũt in nobis voluntas libera, sed non semper est bona. Aut.n.a iustitia libera est, qñ seruit peccato, & tũc est mala. aut peccato libera est, qñ seruit iustitiæ,& tũc est bona. Gr̃a uero Dei semper est bona, & per hanc fit ut sit hõ bonæ voluntatis qui prius fuit volũtatis malæ. Per hanc ẽt fit, vt ipsa bona voluntas quæ iã esse cœpit, augeatur, & tã magna fiet vt possit implere diuina mandata q̃ voluerit, cũ valde pfecteq; voluerit. Ad hoc.n.valet,qđ scriptũ est, Si uolueris, cõseruabis mãdata: ut hõ qui voluerit & nõ potuerit, nondum se plene velle cognoscat,& oret vt habeat tantã voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata. Sic quippe adiuuatur vt faciat qđ iubetur: tunc.n. vtile est velle, cum possumus, & tunc vtile est posse cum uolumus: nã quid prodest, si quod non possumus volumus, aut si quid possumus, nolumus?

Psal. 94.

Ezec. 18.

Psal. 84.

Eze. 18.

C

Eccl. 15.

iã stabant. Nec aliud oramus cũ oramus, ut q stat stet, nisi vt perseueret. Itẽ Iudas apostolus cũ dicit, Ei aũt qui potens est conseruare vos sine offensione, & cõstituere ante cõspectum gloriæ suæ immaculatos in lætitia: nõne apertissime ostẽdit donũ Dei esse in bono pseuerare usq; in finẽ? Quid.n. aliud donat qui cõseruat sine offensione, ut cõstituat ante conspectũ gloriæ suæ immaculatos in lætitia, nisi perseuerantiã bonã? Quid est etiã qđ in Apostolorũ actibus legimus, Audientes aũt gẽtes gauisę sunt, & exceperunt uerbũ dñi, & crediderunt quotquot erãt ordinati in uitã æternã. Quis in æternã vitã potuit ordinari, nisi * pseuerantiæ dono? Qñquidẽ qui pseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Qua salute, nisi æterna? Cũ uero in oratione dñica Deo patri dicimus, Sãctificetur nomẽ tuũ, quid aliud dicimus quam ut nomẽ eius sanctificetur in nobis? Qđ cum iam per lauacrũ regenerationis effectũ sit, quare quotidie a fidelibus poscitur, nisi ut in eo qđ factũ est in nobis, pseueretur a nobis? Nam & beatus Cyprianus hoc sic intelligit, exponẽs quippe eandẽ orationẽ, Dicimus, inquit, sanctificetur nomẽ tuũ: non ꝙ petamus a Deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed ꝙ petamus a Deo vt nomẽ eius sanctificetur in nobis: cęterum a quo Deus sanctificatur: qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote qm̃ & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus perseueremus. Ecce gloriosissimus martyr hoc sentit, quod in his verbis quotidie fideles Christi petunt ut perseuerent in eo quod esse cœperunt.

Nullo autem dubitante, quisquis a domino vt in bono perseueret, precatur: donum eius esse talem perseuerantiã cõfitetur. Quæ cũ ita sint, corripimus tñ eos, iusteque corripimus, qui cum bene uiuerent, non in eo pseuerarunt. Ex bona quippe in malã uitã sua uoluntate mutati sunt, & iõ corripiuntur, & si nihil eis correptio profuerit, sed in uita pdita usq; ad mortem perseuerauerint, et diui na in æternum damnatione sunt digni. Nec se excusabunt dicentes, sicut modo dñt, quare corripimur: ita tunc, quare damnamur, qñquidem vt ex bono reuerteremur ad malũ, pseuerantiã non accepimus qua pmaneremus in bono? nullo modo hac excusatione a iusta dãnatione se liberabunt. Si.n. sicut veritas loquitur, nemo liberatur a dãnatione quæ facta est per Adã, nisi per fidẽ Iesu Christi, & tñ ab hac dãnatione non se liberabũt qui poterunt dicere, nõ se audisse euangeliũ Christi, cũ fides ex auditu sit: quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt, perseuerantiã non accepimus. Iustior.n. videtur excusatio dicentiũ, nõ accepimus audientiã, quã dicentiũ, non accepimus perseuerantiã, qm̃ põt dici homini, in eo qđ audieras & tenueras, ĩ eo pseuerares si uelles: nullo modo aũt dici potest, id qđ non audieras, crederes si uelles. Ac per hoc & qui euangeliũ non audierunt: & qui eo audito in melius cõmutati perseuerãtiam non acceperunt: & qui euãgelio audito venire ad ad Christũ, hoc est in eum credere noluerunt, qm̃ ipse dicit, Nemo venit ad me nisi ei datũ fuerit a patre meo: & qui per ętatem paruulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lauacro regenerationis absolui, quo tñ non accepto mortui perierunt non sunt ab illa cõspersione discreti, quã cõstat esse damnatã eũtibus oĩbus ex vno in condemnationem. Discernuntur aũt non meritis suis, sed per gratiam mediatoris, hoc est in sanguine secũdi Adã iustificati gratis. Itaq; cũ audimus, Quis.n. te discernit, qd aũt hẽs qđ nõ accepisti: si aũt accepisti, qd gloriaris quasi nõ acceperis? ab illa pditionis massa q̃ facta est p primũ Adã, debemus intelligere neminẽ posse discerni, nisi ꝙ hoc donũ hẽt quisquis hẽt, qđ gratia saluatoris accepit. Hoc aũt apostolicũ testimonium tã magnũ est, ut beatus Cyprianus ad Cyrinũ scribens, ipsum subiecerit illi titulo, in quo ait in nullo se gloriandũ, qñ nostrũ nihil sit. Quicunq; ergo ab illa originali damnatione ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium quod & procuratur eis audiendum Euangeliũ: & cum audiunt credunt, & in fide quæ per dilectionẽ operatur, vsque in finem perseuerant: & si quando exorbitant, correpti emendantur, & quidam eorum, etsi ab hominibus nõ corripiantur, in viã quàm reliquerant, redeunt: & nonnulli accepta gratia, ĩ qualibet ætate periculis huius vitę, mortis celeritate subtrahuntur. Hęc enim omnia operatur in eis, qui vasa misericordiæ ope-

Margin notes: Iudæ 8. | Act. 13. | Mat. 24. | Matt. 6. | Cypria. lib. de oratione domini. | Leui 19. | Cap. 7. | Ioan. 6. | 1. Co. 4. | Ephes. 1. | Rom. 11.

Section letters: I | K | L | M

ratus est eos,q. & elegit eos in filio suo,ante constõnẽ mundi ꝑ electionẽ grẽ. Si aũt gra iam non ex operibus,alioqn gratia iam non est gratia.Non.n.sic sunt vocati, & nõ essent electi,ꝑꝑ qđ dictum est, *Mat. 20.* Multi sunt vocati, pauci vero electi: sed qm̃ scd̃m propositum vocati sunt, profecto electi sunt per electionem,vt dictũ est gratiæ, non ꝑcedentiũ meritorum suorũ, qa gratia illis est oẽ meritũ. *Rom. 8.* De talibus dicit Apostolus, Scimus qm̃ diligentibus Deũ oĩa cooperantur in bonũ, A his qui scd̃m ꝓpositũ vocati sunt: qm̃ quos ante præsciuit,& prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui,vt sit primogenitus ĩ multis fratribus: quos aũt prædestinauit, illos & vocauit: quos aũt vocauit, ipsos & iustificauit: quos aũt iustificauit, ipsos & glorificauit.Ex istis nullus perit, quia oẽs electi sunt. *Rom. 9.* Electi sunt aũt,quia scd̃m propositum vocati sunt:propositũ aũt non suum,sed Dei. De quo alibi dicit, vt scd̃m electionẽ propositũ Dei maneret,& non ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei, quia maior seruiet minori.& alibi, *Ephe. 1. Rom. 8.* Non scd̃m opera nostra,inqt,sed scd̃m suum propositũ & gratiã. Cum ergo audimus,Quos aũt prædestinauit illos & vocauit scd̃m propositũ vocatos debemus agnoscere,qm̃ inde cœpit dicens. Oĩa cooperantur in bonũ, his qui scd̃m propositũ uocati sunt:ac deinde subiũxit, Qm̃ quos ante præsciuit, & ꝑdestinauit cõformes imaginis filij sui,vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Atq; his pmissis subdidit.Quos aũt prædestinauit,illos & vocauit,Eos itaq; vult intelligi, quos secũdũ propositũ vocauit,ne putentur in eis esse aliqui vocati & non electi, *Mat. 20.* ꝑꝑ illam dñicã sniam, Multi vocati pauci electi.Quicunq; electi, sine dubio etiã uocati?non aũt quicunque vocati, B consequẽter electi. Illi ergo electi,ut sæpe dictũ est,qui secundũ propositũ vocati, qui ẽt prædestinati atq; præsciti. Horũ si quisquã perit,fallitur Deus: sed nemo eorum perit, qa nõ fallitur Deus:horũ si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus:sed nemo eorũ perit,quia nulla re uincitur Deus.Electi aũt sunt ad regnãdum cũ Christo, non qũo electus est Iudas ad opus cui congruebat. Ab illo quippe electus est,qui nouit bene vti ẽt malis, vt & ꝑ eius opus damnabile,illud ꝑꝑ quod ipse venerat,opus venerabile cõpleretur. Cũ itaq; audimus,nonne ego vos duodecim elegi,& vn⁹ ex uobis diabolus est: *Ioan. 6.* illos debemus intelligere electos per mĩam, illũ per iudiciũ. Illos ergo elegit ad obtinendũ regnũ suũ: illum ad effundendũ sanguinẽ suum. *Rom. 8.* Merito sequitur vox ad regnũ electorũ,Si Deus pro nobis,quis contra nos? Qui filio proprio nõ pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit eum qũo nõ & cum illo nobis oĩa donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei?Deus qui iustificat, Quis condẽnet? Christus Iesus qui mortuus est,magis aũt qui & resurrexit,qui est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis. Quam fortis aũt perseuerantiæ vsque in finẽ munus acceperint, sequantur & dicant, Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, C an angustia,an persecutio,an fames,an periculũ,an gladius?Sicut scriptũ est. *Psal. 43.* Quia propter te mortificamur tota die,æstimati sumus ut oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos.Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angelus,neque principatus, neq; præsentia,neq; futura, neq; virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti significati sunt ad Timotheum, vbi cum dictum fuisset Hymenæum & Philetum fidem quorundam subuertere, mox additum est, Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Sciuit dominus qui sunt eius, Horum fides quæ per dilectionem operatur,profecto aut omnino non deficit: aut si qui sunt quorum deficit, reparatur antequam uita ista finiatur, & deleta quæ intercurrerat iniquitate, vsque in finem perseuerantia deputatur. Qui uero perseuera- D turi non sunt,ac sic a fide Christiana & conuersatione lapsuri sunt, ut tales eos vitæ huius finis inueniat, proculdubio nec illo tpe, quo bene pieq; uiuunt, in isto numero computandi sunt. Non.n.sunt a massa illa perditionis præscientia Dei & prædestinatiõne discreti,& ideo nec secundũ propositum vocati, ac ꝑ hoc nec electi: sed in eis uocati de quib.dictũ est, Multi uocati:& non in eis de quibus dictum est,pauci vero electi. Et tamen quis neget eos electos, cum credunt & baptizan-

baptizant,& secūdū Deū viuunt? Planè dñr electi a nescientibus qd futuri sint,non ab illo qui eos nouit nō habere perseuerantiam, quæ ad beatam vitā perducit electos scitque illos ita stare, vt præscierit esse casuros.

Hic si a me quæratur,cur eis Deus pseuerantiā non dederit,qui eā qua Christiane uiuerēt dilectionem dedit:me ignorare rñdeo. Non.n.arrogāter, sed agnoscens modulum meū,audio dicentē Apostolū, O homo, tu qs es qui rñdeas Deo? Et,O altitudo diuitiarū sapientiæ & sciæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quantū itaq; nobis iudicia sua manifestare dignatur,gratias agamus:quantū vero abscōdere,nō aduersus eius cōsiliū murmuremus, sed hoc quoq; nobis saluberrimū esse credamus. Tu aūt quisquis inimicus eius gr̃æ sic interrogas,ipse quid dicis? Bene, qđ te non negas esse Christianū,& catholicū iactas. Si ergo confiteris donū Dei esse perseuerare in bono vsq; in finē, cur hoc donū ille accipiat, ille nō accipiat, puto qđ mecum pariter nescis,& ambo hic inscrutabilia iudicia Dei penetrare nō possumus. Aut si ad liberū arbitriū hoīs,qđ nō scđm Dei gratiam,sed contra eā defendis, ptinere dicis ut perseueret in bono quisq; uel nō pseueret,nō deo donāte si pseueret, sed humana uoluntate faciente: qd moliturus es cōtra verba dicētis,Rogaui pro te Petre,ne deficiat fides tua? An audebis dicere ēt rogante Christo, ne deficeret fides Petri,defecturā fuisse,si Petrus eā deficere voluisset, hoc est,si eā vsq; in finē pseuerare noluisset quasi aliud Petrus ullo modo vellet, quā pro illo Christus rogasset vt uellet? Nam qs ignorat tūc fuisse perituram fidē Petri, si ea quę fidelis erat,voluntas ipsa deficeret:& permansurā,si eadē voluntas maneret? Sed quia pparatur voluntas a dño,iō pro illo non posset esse inanis oratio. Qñ rogauit ergo ne fides eius deficeret,qd aliud rogauit nisi vt haberet in fide liberrimā,fortissimā, inuictissimā,perseuerantissimā uolūtatē? Ecce quemadmodū scđm gratiā Dei,non contra eam libertas defenditur uoluntatis. Volūtas quippe humana nō libertate cōsequitur gratiam,sed gratia potius libertatē,& vt perseueret delectabilem perpetuitatē, & insuperabilē fortitudinē. Mirandū est quidē,multūq; mirandum, q filiis suis Deus quibusdā quos regenerauit in Christo,quibus fidē, spē,dilectionem dedit,nō dat pseuerantiā: cū filijs alienis scelera tāta dimittat,atq; impertita gratia sua,faciat filios suos. Quis hoc nō miretur? Quis hoc nō vehementissime stupeat? Sed ēt illud non minus mirū est,& tñ uerū, atq; ita manifestū,ut nec ipsi inimici gratiæ dei,qūo id negent valeant inuenire, qđ filios quosdā amicorū suorū,hoc est regeneratorum bonorumq; fideliū, sine baptismo hinc paruulos exeuntes,qbus vtiq; si vellet, huius lauacri gratiā procuraret,in cuius ptāte sunt oīa,alienat a regno suo,quo parentes mittit illorum: & quosdā filios inimicorū suorum facit in manus Christianorū uenire,& per hoc lauacrū introduci in regnum, a quo eorum parentes alieni sunt,cū & illis malū,& istis bonum meritū nullum sit paruulis, ex eorum propria voluntate. Certe hic iudicia Dei,qm iusta & alta sunt,nec vituperari possunt, nec penetrari: in his est & illud de perseuerantia,de qua nunc disputamus: de vtrisq; ergo exclamemus, O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius. Nec miremur nos vestigare non posse inuestigabiles vias eius. Vt.n.alia innumera taceam,quæ alijs dantur aliis non dantur hominibus a domino Deo apud quem non est acceptio psonarū, nec tribuuntur ista meritis uoluntatū sicut sunt celeritates, vires,bonę valetudines, & pulchritudines corporū, ingenia mirabilia, & multarū artiū capaces naturæ mentiū: vel quæ accidūt extrinsecus, vt est opulētia,nobilitas, honores, & cætera hmōi,quæ quisq; ut hēat, non nisi in dei est ptāte: vt non nisi ēt in baptismate paruulorum,qđ nullus istorum potest dicere,sicut illa ad regnum Dei non pertinere,cur illi paruulo detur, illi non detur, cum sit utrunque in potestate Dei, & sine illo sacramento nemo intret in regnum Dei. Vt ergo hęc taceam vel relinquam,illos ipsos intueantur de quibus agitur, De his enim disserimus, qui perseuerantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona uoluntate moriuntur. Respondeant si possunt,cur illos deus cum fideliter & pie uiuerent, non tunc de uitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fi-

ctio deciperet aĩas eorũ. Vtrum hoc in ptãte
non habuit, an eorũ mala futura nesciuit? Nẽ
pe nihil horũ nisi puersissime atq; insanissi
me dr̃. Cur ergo non fecit? Rñdeant qui nos
irrident, qñ in rebus talibus exclamamus.
Quã inscrutabilia sunt iudicia eius, & inue-
stigabiles viæ eius. Neq; enim hoc nõ donat
Deus qbus voluerit, aut uero scriptura illa
mẽtitur, quæ de morte uelut immatura hoĩs

Sapien. 4.

iusti ait. Raptus est ne malitia mutaret intel-

Rom. 9. & 2.

lectũ eius aut ne fictio deciperet aĩam eius:
Cur igitur hoc tam magnũ beneficium aliis
dat, alijs non dat Deus, apud quẽ non est ini
quitas, nec acceptio personarum, & in cuius
ptãte est quandiu quisq; in hac uita maneat,

Iacob. 7.

quæ tentatio dicta est super terram? Sicut er-
go cogũtur fateri donũ Dei esse, vt finiat ho-
mo vitam istã antequã ex bono mutetur in

I

malum, cur aũt alijs donetur, alijs non done
tur, ignorãt: ita donũ dei esse in bono perse-
uerantiam scd̃m scripturas de quibus testi-
monia multa iã posui, fateãtur nobiscum, &
cur alijs detur alijs nõ detur, sine murmure
aduersus Deũ dignẽtur ignorare nobiscum.

Cap. 9.

Nec nos moueat, qđ filiis suis quibusdam
Deus non dat istã perseuerantiã. Absit enim
vt ita esset, si de illis prædestinatis essent, & se
cundũ ppositũ vocatis, q uere sunt filij pro-
missionis. Nã isti cũ pie uiuunt dñr filij Dei,
sed qm̃ victuri sunt impie & in eadẽ impieta
te morituri, non eos dicit filios Dei pręscien
tia Dei. Sunt. n. filij Dei qui nondũ sunt no-
bis, & sunt iã Deo: de quibus ait Euangelista
Ioannes, quia Iesus moriturus erat pro gen-
te: nec tm̃ pro gente, sed ẽt ut filios Dei di-
spersos congregaret in unũ, qđ utiq; creden
do futuri erãt p Euangelij p̃dicationẽ, & tñ

Ioan. 11.

anteq̃ esset factũ iã filij Dei erant in memo-
riali pr̃is sui in cõcussa stabilitate conscripti.
Et sunt rursus quidã qui filij Dei pp susce-
ptã uel tpaliter gratiã dñr à nobis, nec sunt

K

tñ Deo. De quibus ait idẽ Ioannes. Ex nobis
exierunt, sed non erant ex nobis. Qđ si fuis-
sent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscũ.
Nõ ait ex nobis exierunt, sed quia non man
serunt nobiscũ, iã nõ sunt ex nobis: verũ ait
ex nobis exierunt, sed nõ erant ex nobis: hoc
est, & qñ uidebãtur in nobis, non erãt ex no-
bis. Et tanquam ei diceretur, unde id osten-
dis? Quod si fuissent, inquit, ex nobis, pman-
sissent utiq; nobiscũ. Filiorũ Dei uox est: Ioã
nes loqtur in filijs Dei loco præcipuo consti
tutus. Cũ ergo filii Dei dñt de his qui perse-
uerantiã non habuerũt, ex nobis exierũt, sed
non erãt ex nobis: & addunt, qđ si fuissent
ex nobis, permansissent vtiq; nobiscũ, quid
aliud dñt, nisi non erãt filij, ẽt qñ erant in p-
fessione & noĩe filiorũ? non qa iustitiã simu
lauerunt, sed qa in ea non permãserunt. Ne-
que. n. ait, Nã si fuissent ex nobis, verã non fi-
ctã iustitiã tenuissent vtiq; nobiscum: sed, si
fuissent, inqt, ex nobis, pmansissent utiq; no
biscũ in bono illos uolebat proculdubio p-
manere. Erãt itaq; in bono, sed qa in eo non
permãserunt, i. non usq; in finẽ perseuerauе-
runt, non erãt, inqt, ex nobis: & qñ erãt nobi-
scũ, hoc est, nõ erant, ex numero filiorum, &
qñ erãt in fide filiorum, qm̃ q uere filij sunt

L

præsciti & p̃destinati sunt conformes imagi-
nis filij eius, & secundũ propositum uocati
sunt ut electi essent. Nõ. n. perit filius pmis

Rom. 8.

sionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo isti
ex multitudine uocatorũ: ex electorum autẽ
paucitate nõ fuerunt. Nõ igitur filijs suis prę
destinatis Deus perseuerantiã nõ dedit, habe
rẽt. n. eã si in eo filiorũ numero essent. Et qd
hẽrent quod nõ accepissent, scd̃m Apostoli-

1. Cor.

cam ueramq; sñiam? Ac per hoc tales filij fi-
lio Christo dati essent: quemadmodũ ipse di-
cit ad patrẽ, ut oẽ quod dedisti mihi non pe-
reat, sed hẽat uitã æternam. Hi ergo Christo
intelliguntur dari, qui ordinati sunt in uitã
æternã. Ipsi sunt illi prædestinati, & secundũ
propositũ uocati quorũ nullus perit. Ac per

Qui di tur Chri sto dari

hoc nullus eorũ ex bono in malum mutatus
finit hãc uitam, qm̃ sic est ordinatus, & ideo
Christo datus ut non pereat, sed habeat ui-
tam æternam. Et rursus quos dicimus ini-
micos eius, uel paruulos filios inimicorum
eius, quoscunque eorum sic regeneraturus
est, ut in ea fide quæ per dilectionem opera-
tur hanc uitã finiant, iam & antequam hoc
fiat, in illa prædestinatione sunt filij eius, &
dati sunt Christo filio eius, ut non pereant,

M

Ioan. 8.

sed habeant uitã æternã. Deniq; ipse salua-
tor, Si manseritis, inquit, in verbo meo, ue-
re discipuli mei estis, Nunquid in his com-
putandus est Iudas, qui non mansit in uer-
bo eius? Nunquid in his computandi sunt il
li de quibus Euangeliũ sic loquitur, ubi dñs

cum cõmendasset mãducandã carnẽ suam, & bibendũ sanguinẽ suum, ait Euangelista, Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaũ. Multi ergo audiẽtes ex discipulis eius dixerunt, Durus est hic sermo, quis põt eũ audire? Sciens aũt Iesus apud semetipsum, quia murmurabãt de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc uos scandalizat, Si ergo videritis filium hoĩs ascendentẽ ubi erat prius? Spiritus est q̃ viuificat, caro aũt non prodest quicquã, Verba quæ ego locutus sum vobis, spũs & uita sunt. Sed sunt quidã ex vobis qui nõ credũt: sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat, Propterea dixi uobis, q̃a nemo uenit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorũ eius abierunt retro, & iã non cũ illo ambulabant. Nunquid nõ & isti discipuli appellati sunt loquente Euangelio, & tñ non erant vere discipuli, q̃a non manserunt in verbo eius, secundũ id quod ait, Si manseritis in uerbo meo, vere discipuli mei estis. Quia ergo non habuerunt perseuerantiã, sicut non vere discipuli Christi, ita nec uere filij Dei fuerunt, ẽt q̃n esse uidebantur, & ita vocabantur. Appellamus ergo nos & electos Christi discipulos & Dei filios, quia sic appellandi sunt quos regeneratos pie viuere cernimus: sed tunc vere sunt q̃d appellantur, si manserint in eo ꝑꝑ quod sic appellantur. Si aũt ꝑseuerantiã non hñt, id est in eo q̃d cœperunt esse non manent, non vere appellantẽ q̃d appellantur, & non sunt, apud eum.n. hoc non sunt: cui notum est quod futuri sunt, id est, ex bonis mali. Propter hoc Apostolus cũ dixisset, Scimus q̃m diligentibus Deũ oĩa cooperantur in bonum: sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono vsque in finem non permanere, mox addidit, his qui secundũ propositum vocati sunt. Hi enim in eo quod diligunt Deum, permanẽt vsq; in finem, & qui ad tempus inde deuiãt reuertuntur, vt vsq; in finem perducant q̃d in bono esse cœperunt. Ostẽdens autẽ quid sit secundũ propositũ vocari, mox addidit ea quæ iã supra posui. Q̃m quos ante præsciuit, & prædestinauit conformes imaginis filij eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prædestinauit, illos & uocauit. s.ẽm propositũ: quos aũt vocauit, ipsos & iustificauit, quos aũt iustificauit, ipsos & glorificauit, Illa oĩa iã facta sunt, ꝑsciuit, prædestinauit, uocauit, iustificauit. Q̃m & oẽs iã ꝑsciti ac prædestinati sunt, & multi iã vocati atq; iustificati. Q̃d aũt posuit in fine, illos & glorificauit: Siquidẽ illa gloria est hic intelligenda de qua idẽ dicit, Cũ Christus apparuerit vita vestra, tunc & uos cũ illo apparebitis in gloria: nondũ factũ est, q̃uis & illa duo, id est vocauit & iustificauit, nõ in oĩbus facta sint, de quibus dicta sunt. Adhuc.n. usq; in finem seculi multi uocandi & iustificandi sunt: & tñ verba præteriti t̃pis posuit de rebus ẽt futuris, tanq̃ iã fecerit Deus, quæ iam vt fierent ex æternitate disposuit. Iõ de illo dicit Propheta Esaias, qui fecit q̃ futura sunt. Quicunq; ergo in Dei prouidentissima dispositione ꝑsciti, prædestinati, uocati, iustificati, glorificati sunt, non dico ẽt nondũ renati, sed ẽt nondũ nati, iã filij Dei sunt, & oĩno perire non pñt. Hi uere ueniunt ad Christũ, q̃a ita veniunt q̃uo dicit, Oẽ q̃d dat mihi pater ad me veniet, & eũ qui venit ad me, non eijciã foras. Et paulopost, Hæc est, inquit, uoluntas eius qui misit me patris, ut oẽ q̃d dedit mihi non perdã ex eo. Ab illo ergo datur ẽt ꝑseuerantia in bono vsq; in finẽ: neque.n. datur, nisi eis qui non peribunt, q̃m qui non ꝑseuerant peribunt. Talibus Deus diligentibus eũ oĩa cooperatur in bonũ, vsqueadeo prorsus oĩa, ut ẽt si qui eorũ deuiant & exorbitãt, ẽt hoc ipsum eis faciat proficere in bonũ, q̃a humiliores redeũt atq; doctiores. Discunt.n. in ipsa ista vita iusta cũ tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanq̃ de sua virtute fiduciã permanendi, nec dicẽdo in abũdantia sua, nõ mouebor in æternũ, ꝑꝑ q̃d eis dr̃, Seruite dño in timore, & exultate ei cũ tremore, nequando irascatur dñs, & pereatis de uia iusta. Neque enim ait, & ne veniatis ad viam iustam: sed ne pereatis, inquit, de via iusta: quid ostendens, nisi esse commonitos qui iam ambulant in uia iusta, vt in timore Deo seruiant, id est non altum sapiant, sed timeant, quod significat non superbiant, sed humiles sint: vnde & alibi dicit, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes exultent Deo, sed cum tremore, in nullo gloriantes, quando nostrũ nihil sit, vt qui gloriatur, in domino glorietur. Ne

Ioan. 6. A Rom. 8. B Col. 2. C Ioan. 6. Psal. 21. Psal. 2. D Rom 12. Hiere. 9.

pereant de via iusta, in qua iã ambulare cœperunt, dũ sibi hoc ipsum asignant, qđ in ea sunt: his verbis usus est & Apostolus ubi ait. Cũ timore & tremore vestrã ipsorũ salutem operamini. Et ostẽdens quare cum timore & tremore, ait, Deus est.n.inqt, qui operatur in vobis & velle & operari ꝓ bona uoluntate. Non.n.habebat hunc timorẽ & tremorẽ, q dicebat in abundantia sua, non mouebor in æternũ, sed quia filius erat promisionis, non perditionis: expertus deo paululũ deserente, quid esset ipse, Dñe, inquit, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, Auertisti faciem tuã à me, & factus sum cõturbatus. Ecce doctior, & ob hoc ẽt humilior, tenuit uiã iã videns & cõfitens in voluntate sua, Deum decori eius præstitisse virtutẽ, qđ sibi ipsi tribuens & de se præsumens, in tali abundãtia quã præstiterat Deus, non de illo qui eã prẹstiterat dicebat, non mouebor in æternũ. Factus est ergo conturbatus, ut se inueniret & humiliter sapiens, nõ solũ æternæ uitæ, uerumetiã in hac uita piæ conuersationis & perseuerantiæ, in quo spes hñda esset ad disceret, Hæc vox & Apostoli Petri esse potuit: dixerat quippe & ipse in abundãtia sua, Aiam meã pro te ponam: sibi festinãdo tribuẽs, qđ ei fuerat à dño postea largiendũ. Auertit aũt ab illo faciẽ dñs, & factus est cõturbatus, ita vt eũ mori pro illo metuens ter negaret. Sed rursus cõuertit ad eũ faciẽ suam dñs, & culpã lachrymis diluit. Quid est.n.aliud Respexit eum: nisi faciẽ suam quam paululum ab illo auerterat, reuocauit ad eum? Factus ergo fuerat conturbatus. Sed quia didicit non de seipso fidere, ẽt hoc ei ꝓfecit in bonũ, faciente illo qui diligentibus eum omnia cooperatur in bonum, quia secundum propositum vocatus erat, ut nemo eum posset eripere de manu Christi, cui datus erat.

Philip. 2 *Psal. 29.* E *Ioan. 13.* *Rom. 3.*

Cap. 10. Nemo ergo dicat, non esse corripiendum qui exorbitat de via iusta, sed ei reditũ & pseuerantiã à dño tantũ esse poscendam: nemo prudens & fidelis hoc dicat. Si.n.scđm propositũ vocatus est iste, proculdubio illi etiam quod corripitur, deus cooperatur in bonum. Vtrũ aũt sic sit uocatus, qm̃ qui corripiẽ nescit, faciat ipse cũ charitate quod scit esse faciendũ, scit.n.talem corripiendum facturo Deo aut ad miam, aut ad iudiciũ. Misericordiã quidẽ, si à massa perditionis ille q corripitur, gratię largitate discretus est, & nõ est inter vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionẽ, sed inter vasa miæ, quę ꝑparauit Deus in gloriã. Iudiciũ vero, si in istis est dãnatus, in his non est ꝑdestinatus. Hinc exoritur alia qõ nõ sanè contẽnenda, sed in adiutorio dñi, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri, aggrediẽda atq; soluenda. Quæritur.n.à nobis, quantũ attinet ad hoc donũ Dei, qđ est in bono ꝑseuerare vsq; in finẽ, quid de ipso primo hoĩe sentiamus, q certe sine ullo uitio factus est rectus. Nec dico, si ꝑseuerãtiã nõ habuit, qũo sine uitio fuit, cui tñ necessariũ Dei donũ fuit: huic nanq; interrogationi facile rñdetur, eã perseuerantiã nõ habuisse, qa in eo bono quo sine uitio fuit non ꝑseuerauerit: cœpit.n.habere vitium ex quo cecidit, & si cœpit, antequã cœpisset vtiq; sine vitio fuit. Aliud est.n.non hr̃e uitiũ, & aliud est in ea bonitate in qua nullũ uitium est non manere. Eo quippe ipso quod non dicitur nunquã sine vitio fuisse, sed dicitur sine vitio nõ ꝑmansisse, proculdubio demonstrat sine uitio fuisse, in quo bono nõ ꝑmansisse culpatur. Sed illud magis quærendũ operosiusq; tractandum est, qũo rñdeamus eis, qui dñt, Si in illa rectitudine in qua sine vitio factus est, habuit perseuerantiã, proculdubio ꝑseuerauit in ea. Et si ꝑseuerauit, vtiq; nõ peccauit, nec illam suã rectitudinẽ deumq; deseruit. Eum aũt peccasse, & desertorẽ boni fuisse, veritas clamat. Non ergo habuit in illo bono ꝑseuerantiã, & si nõ habuit, non vtiq; accepit. Qũo.n.& accepisset perseuerantiam, & non perseuerasset? Porrò si propterea nõ habuit quia non accepit, qđ ipse nõ perseuerando peccauit, qui ꝑseuerantiam non accepit? Neq;.n. dici potest ideo non accepisse, quia non est discretus a massa perditionis gratiæ largitate: Nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa antequam peccasset, ex quo tracta est origo vitiata. Quapropter saluberrime confitemur, quod rectisime credimus, deum dñmq; rerum omnium qui creauit omnia bona valde, & mala ex bonis exortura esse præsciuit, & sciuit magis ad suam omnipotentisimã bonitatẽ pertinere, etiam de malis bene facere quam mala esse non sinere: sic ordinasse angelorum &

F *Cap.* G H *Gene.*

rum & hoium vitã,vt in ea prius ostéderet, quid posset eorũ liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficiũ iustitiæque iudiciũ. Deniq; angeli qdã, quorũ princeps est qui dicitur diabolus,per liberũ arbitriũ a dño deo refugæ facti sunt. Refugientes tñ eius bonitatẽ qua beati fuerunt, non potuerunt eius effugere iudiciũ, per quod miserrimi effecti sunt. Cæteri aũt per ipsum liberũ arbitriũ in veritate steterunt, eamque de suo casu nunq̃ futuro certissimam scire meruerunt. Si.n.nos de scripturis sanctis nosse potuimus sanctos angelos iã nullos esse casuros, quãto magis hoc ipsi reuelata sibi sublimius ueritate nouerunt? Nobis quippe beata sine fine vita promissa est,& æqualitas angelorũ.Ex qua ꝓmissione certi sumus,cũ ad illã vitã post iudicium venerimus, non inde nos esse lapsuros: qđ si de seipsis angeli ne-

I

sciunt,non æquales sed beatiores erimus.Veritas aũt nobis eorũ promisit æqualitatẽ.Certũ est igitur hoc eos nosse per speciẽ, quod nos ꝑ fidẽ, nullã.s.iam ruinam cuiusquã sancti angeli futuram. Diabolus vero & angeli eius,& si beati erant,anteq̃ caderent,& se in miseriã casuros esse nesciebãt, erat tñ adhuc qđ eorum adderetur beatitudini,si per liberũ arbitriũ in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinẽ, tanquam premium ipsius permansionis acciperent,i. vt magna per spũm sanctum data abundantia charitatis Dei, cadere vlterius oĩno non possent,& hoc de se certissime nossent: hãc plenitudinẽ beatitudinis nõ hẽbant:sed quia nesciebant suã futurã miseriã, minore qdẽ, sed tñ beatitudine sine vllo uitio fruebãtur. Nã si suum casum futurũ nossent æternũq; supplicium, beati utique esse non possent, quos huius tanti mali metus iam tunc miseros esse compelleret.Sic & hoĩem fecit cum libero arbitrio, & quanuis sui futuri casus ignarũ,tñ ideo beatum, quia & non mori & non miserũ fieri in sua potestate esse sentie-

Mat.22.

K

bat. In quo statu recto ac sine vitio, si ꝑ ipsum liberũ arbitriũ manere uoluisset, profecto sine ullo mortis & infœlicitatis experimento,acciperet illã merito hmõi permãsionis,beatitudinis plenitudinem, qua & sancti angeli sunt beati, id est, vt cadere nõ posset vlterius,& hoc certissime sciret.Nã neq; ipse posset etiã in paradiso beatus esse, imo ibi non esset,vbi esse miserũ nõ deceret, si eũ sui casus ꝑsciẽtia timore tãti mali miserum faceret.Qua vero ꝑ liberũ arbitriũ deũ deseruit, iustũ iudiciũ dei expertus est, ut cũ tota sua stirpe,q̃ in illo adhuc posita,tota cũ illo peccauerat,damnaretᷣ.Quotquot.n.ex hac stirpe grã dei liberãtur,a dãnatione utiq; liberanť, qua iã tenenť obstricti:vñ ẽt si nullus liberareť,iustũ dei iudiciũ nemo iuste rephẽderet. Quòd ergo pauci in cõparatione pereuntiũ, ĩ suo vero numero liberanť multi,grã fit,gratis fit.grẽ sunt agẽdæ qa fit, ne quis velut de suis meritis extollatur,sed omne os obstruatur,& qui gloriatur,in domino glorietur.

Hier.9.

Cap. II.

Quid ergo? Adã nõ habuit Dei gratiam? Imo vero habuit magnã, sed disparẽ. Ille in bonis erat,quæ bonitate sui cõditoris acceperat.Neq;.n.ea bona & ille suis meritis cõparauerat, ĩ qbus prorsus nullũ patiebať malũ.

L

Sãcti uero in hac vita ad quos ꝑtinet liberationis hęc grã,in malis sunt,ex qbus clamãt ad Deũ, Libera nos a malo. Ille in illis bonis Christi morte nõ eguit:istos a reatu & hæreditario & ꝓprio,illius agni sanguis absoluit. Ille nõ opus hẽbat eo adiutorio, qđ implorant isti cũ dñt, Video aliã legẽ in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meę,& captiuantẽ me in lege peccati, q̃ est in mẽbris meis, Infœlix ego hõ qs me liberabit de corpore mortis huius? Grã Dei ꝑ Iesum Christum dñm nostrũ:qm̃ in eis caro cõcupiscit aduersus spũm,& spũs aduersus carnẽ, atq; in tali certamine laborãtes ac periclitantes,dari sibi pugnãdi vincendiq; virtutẽ ꝑ Christi gratiã poscũt.Ille vero nulla tali rixa a seipso aduersus seipsum tẽtatus atq; turbatus,in illo beatitudinis loco sua secũ pace fruebatur.Proinde etsi non interim lætiore nũc ueruntñ potentiore gratia indigent isti: & quæ potentior quam Dei vnigenitus filius æqualis patri & coæternus pro eis homo factus, & sine vllo uel originali uel proprio peccato ab hominibus peccatoribus crucifixus? Qui quanuis die tertio resurrexit,nunquam moriturus vlterius, pertulit tamen pro mortalibus mortem, qui mortuis præstitit vitam, ut redempti eius sanguine, tanto ac tali pignore accepto dicerent, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit,

Mat.6.

Rom.7.

Gala.5.

M

percit, ſed pro nobis oĩbus tradidit eũ, qũo nõ & cũ illo oĩa nobis donauit? Deus ergo naturã noſtrã.i.aĩam rõnalem carnemq́; hominis Chriſtus ſuſcepit, ſuſceptione ſingulariter mirabili uel mirabiliter ſingulari, ut nullis iuſtitiæ ſuæ p̃cedentibus meritis filius Dei ſic eſſet ab initio quo eſſe hõ cœpiſſet, vt ipſe & verbũ qđ ſine initio eſt, vna pſona eſſet. Neque e.n. quiſquã tanta rei huius & fidei cæcus eſt ignorantia, vt audeat dicere, q̃uis de ſpũ ſancto & virgine Maria filium hominis natũ, per liberũ tñ arbitriũ bene viuendo, & ſine peccato bona opa faciẽdo meruiſſe, vt eſſet Dei filius, reſiſtente Euãgelio atq; dicente, Verbũ caro factũ eſt: Nã vbi hoc factũ eſt, niſi in vtero virginali, vnde fuit initium hoĩs Chriſti? Itemq́; virgini requirẽti, qũo fieret qđ ei p angelũ nunciabatur, angelus rñdit, Spũs ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obũbrabit tibi: Propterea qđ naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius Dei. Propterea, inquit, non pp opera, quæ nondũ nati vtiq; nulla ſunt: ſed ppea quia ſpũs ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obũbrabit tibi, qđ naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Iſta natiuitas profecto gratuita coniunxit vnitate perſonæ hominẽ Deo, carnẽ verbo. Iſtã natiuitatẽ bona opera ſecuta ſunt, non bona opera meruerũt. Neq; enim metuendũ erat, ne iſto ineffabili modo in vnitatẽ pſonæ a verbo Deo natura humana ſuſcepta, per liberum voluntatis peccaret arbitriũ, cũ ipſa ſuſceptio talis eſſet, vt natura hoĩs a Deo ita ſuſcepta, nullum in ſe motum malæ voluntatis admitteret. Per hunc mediatorẽ deus oſtẽdit eos quos eius ſanguine redemit, facere ſe, ex malis deinceps in æternũ bonos, quẽ ſic ſuſcepit, vt nunquam eſſet malus, ne ex malo factus ſemp eſſet bonus. Iſtã gratiã non habuit hõ primus, quia nunq̃ vellet eſſe malus: ſed ſanè habuit in qua ſi pmanere vellet, nunq̃ malus eſſet, & ſine qua ẽt cũ libero arbitrio bonus eſſe nõ poſſet, ſed eã tñ per liberum arbitriũ deſerere poſſet. Nec ipſum ergo Deus eſſe uoluit ſine ſua gratia, quem reliquit in eius libero arbitrio: qm̃ liberũ arbitriũ ad malũ ſufficit, ad bonũ aũt parũ eſt, niſi adiuuetur ab omnipotẽti bono: qđ adiutorium ſi homo ille per liberum nõ deſeruiſſet arbitriũ, ſemper eſſet bonus: ſed deſeruit, & deſertus eſt. Tale qppe erat adiutoriũ qđ deſereret cũ vellet, & in quo pmaneret ſi uellet, non quo fieret vt uellet. Hæc eſt prima gratia quæ data eſt primo Adã, ſed hæc potẽtior eſt in ſecundo Adã. Prima eſt.n. qua fit, ut hẽat hõ iuſtitiam ſi uelit: ſcđa ergo plus põt, qua ẽt fit vt uelit, & tm̃ velit, tãtoq́; ardore diligit, ut carnis voluntatẽ cõtraria cõcupiſcentẽ, volũtate ſpũs vincat. Nec illa quidẽ parua erat qua demonſtrata eſt ẽt potentia liberi arbitrij, qm̃ ſic adiuuabatur, vt ſine hoc adiutorio in bono nõ maneret, ſed hoc adiutoriũ ſi vellet deſereret. Hæc aũt tanto maior eſt, vt parũ ſit hoĩ p illã reparare perditã libertatẽ, parũ ſit deniq; non poſſe ſine illa, vel apprehendere bonũ, vel pmanere in bono ſi uelit, niſi ẽt efficiatur ut velit. Tũc ergo dederat homini De' bonã uoluntatẽ: in illa quippe eũ fecerat q fecerat rectũ. Dederat adiutoriũ, ſine quo in ea non poſſet pmanere ſi vellet, vt aũt uellet, in eius libero reliquit arbitrio. Poſſet ergo pmanere ſi vellet, quia dederat * adiutorium per quod poſſet, & ſine quo non poſſet perſeueranter bonũ tenere qđ vellet. Sed qa noluit pmanere, profecto eius culpa eſt, cuius meritũ fuiſſet, ſi permanere uoluiſſet: ſicut fecerunt angeli ſancti, qui cadẽtib. aliis per liberũ arbitriũ, per idem liberũ arbitriũ ſteterunt ipſi, & huius manſionis debitã mercedẽ recipere meruerunt, tantam ſcilicet beatitudinis plenitudinẽ, qua eis certiſsimũ ſit ſemp ſe in illa eſſe manſuros. Si aũt hoc adiutoriũ uel angelo uel homini quam primum facti ſunt defuiſſet, qm̃ nõ talis natura facta erat, ut ſine diuino adiutorio poſſet manere ſi uellet, nõ utiq; ſua culpa cecidiſſent. Adiutoriũ quippe defuiſſet, ſine quo manere non poſſent. Nunc aũt quibus deeſt tale adiutoriũ, iã pœna peccati eſt: quibus autẽ datur, ſcđm gratiã datur, non ſcđm debitum: & tanto amplius datur per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum, quibus id dare Deo placuit ut non ſolum aſsit ſine quo permanere nõ poſſumus ẽt ſi uelimus, uerũetiã tm̃ ac tale ſit, vt uelimus. Eſt qppe in nobis p hãc dei gratiã in bono recipiendo & perſeuerãter tenẽdo, non ſolum poſſe quod volumus, verumetiam uelle qđ poſſumus. Quod non fuit in homine primo: unũ.n. horũ in illo fuit, alte-

rum

Ioan. I. | Luc. I | A | B | C | al. non deerat.

rũ non fuit Nanq; vt reciperet bonũ, gratia nõ egebat, qa nondũ perdiderat: ut aũt in eo ꝑmaneret, egebat adiutorio gratiæ, sine quo id oĩno non posset: & acceperat posse si uellet, sed nõ habuit uelle ꝙ posset, nã si habuisset, ꝑseuerasset. Posset. n. ꝑseuerare ẽt si uellet: qđ vt nollet, de libero descẽdit arbitrio, qđ tunc ita liberũ erat, vt bene velle posset & male. Quid erit aũt liberius libero arbitrio, qñ nõ poterit seruire peccato, quæ futura erat & hoĩ, sicut facta est & angelis sãctis merces meriti? Nunc aũt ꝑ peccatũ perdito bono merito in his q liberantur, factum est donũ gratiæ, quæ merces meriti futura erat. Quapropter bina ista qd inter se differãt, diligẽter & vigilanter intuendũ est, posse non peccare, & nõ posse peccare: posse nõ mori, & nõ posse mori, bonũ posse nõ deserere, &

E bonũ non posse deserere. Potuit. n. nõ peccare primus hõ, potuit non mori, potuit bonũ non deserere. Nunqd dicturi sumus, non potuit peccare q tale hẽbat liberũ arbitrium? *Gene. 2.* Aut nõ potuit mori, cui dictũ est, Si peccaueris morte morieris? Aut nõ potuit bonũ deserere, cũ hoc peccando deseruerit, & iõ mortuus sit? Prima ergo libertas voluntatis erat posse non peccare: nouissima erit multo maior, nõ posse peccare. Prima ĩmortalitas erat posse nõ mori: nouissima erit multo maior, nõ posse mori. Prima erat ꝑseuerantiæ ptãs, bonũ posse nõ deserere: nouissima erit fœlicitas ꝑseuerãtiæ, bonũ non posse deserere.

Ca. 12. Nunqd qa erunt bona nouissima potiora atq; meliora, iõ fuerũt illa prima vel nulla vel parua? Itemq; ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud est adiutoriũ sine quo aliquid nõ fit, & aliud est adiutoriũ, quo aliquid fit. Nã sine alimẽtis nõ possumus uiuere, nec tñ cũ affuerint alimẽta, eis fit ut uiuat q mori uoluerit. Ergo adiutoriũ alimentorũ est, sine quo nõ fit, non quo fit ut viuamus. At uero beatitudo quã non hẽt hõ, cũ data fuerit continuo fit beatus. Adiutoriũ est. n. non solũ si-

F ne quo nõ fit, verũetiã quo fit ꝑꝑ qđ datur. Qua ꝑꝑ hoc adiutoriũ & quo fit est, & sine quo nõ fit. Quia & si data fuerit homini beatitudo, continuo fit beatus: & si data nunquã fuerit, nunquã erit. Alimenta verò non cõsequenter faciunt vt homo viuat, sed tñ sine illis nõ potest uiuere. Primo itaq; hoĩ q in eo bono quo factus fuerat rectus, acceperat posse nõ peccare, posse nõ mori, posse ipsum bonũ nõ deserere, datũ est adiutoriũ ꝑseuerantiæ, nõ quo fieret vt ꝑseueraret, sed sine quo ꝑ liberũ arbitriũ ꝑseuerare nõ posset. Nunc uero sanctis in regnũ Dei per gratiã dei prædestinatis, non tm̃ tale adiutoriũ perseuerantiæ datur, sed tale vt eis ꝑseuerantia ipsa donetur, nõ solũ vt sine isto dono ꝑseuerantes esse non possint, verumetiã ut per hoc donũ nõ nisi ꝑseuerantes sint. Non solum. n. dixit, Sine me nihil potestis facere: *Ioan. 15.* verumetiã dixit, Nõ uos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructũ afferatis, & fructus vester maneat. Quibus verbis eis nõ solũ iustitiã, verumetiã in illa ꝑseuerantiam se dedisse mõstrauit: Christo. n. sic eos ponente ut eant & fructũ afferant, & fructus eorũ maneat, qs audeat dicere, forsitan non mane-

G bit? Sine pnĩa sunt. n. dona & uocatio dei, sed vocatio eorũ qui scđm propositum uocati sunt. *Rom. 11.* Pro his ergo interpellante Christo ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficiet vsq; in finem, ac per hoc ꝑseuerabit vsq; in finẽ, nec eã nisi manentẽ vitæ huius inuenit finis. Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, quę in paradiso non fuerunt, dono ꝑseuerãtiæ munita atq; firmata, ut cũ oĩbus amoribus, terroribus, erroribus suis uincat hic mũdus: hoc sãctorũ martyria docuerũt. Deniq; ille Adã & terrẽte nullo, & insuper cõtra dei terrẽtes imperium libero usus arbitrio, non stetit in tanta fęlicitate, in tanta nõ peccandi facilitate. Isti aũt nõ dico terrente mũdo, sed sæuiente ne starent, steterunt in fide, cũ videret ille bona pñtia, quæ fuerat relicturus: isti futura, quæ accepturi fuerãt non viderunt. *2. Ti. 1.* Vnde hoc, nisi donãte illo à quo mĩam consecuti sunt ut fideles essent, à quo acceperunt spũm non timoris, quo ꝑsequentibus cederẽt, sed virtutis & charitatis & cõtinentiæ, quo cuncta minãtia, cũcta inuitãtia, cuncta cruciantia superarent? Illi ergo sine pctõ vllo data est, cum qua conditus est, uoluntas libera, & eã fecit seruire pctõ: horũ uero cum fuisset voluntas serua peccati, liberata est per illum, *Ioan. 8.* qui dixit, Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Et accipiunt tantã per istam gratiam libertatem, ut quãuis quãdiu hic viuũt

pugnent

pugnent cõtra concupiſcentias peccatorum, eiſq; non nulla ſurrepãt, ꝓꝑ quę dicant quotidie. *Mat.6.* Dimitte nobis debita noſtra : non tamẽ vltra ſeruiant peccato qđ eſt ad mortem, de quo dicit Ioannes Apoſtolus, *1.Ioã.5.* Eſt peccatum ad mortẽ, non pro illo dico vt roget quis. *Quid ſit peccatũ ad mortem.* De quo pctõ qm̃ non expreſſum eſt, pñt multa & diuerſa ſentiri : ego aũt dico id eſſe pctm̃, fidẽ quæ per dilectionem operatur, deſerere vſq; ad mortẽ. *Gala.5.* Huic peccato vltra non ſeruiunt, non prima cõditione ſicut ille liberi, ſed per ſcđm Adã Dei gratia liberati, & iſta liberatione hñtes liberũ arbitriũ quo ſeruiãt Deo, non quo captiuentur a diabolo. Liberati.n.a peccato ſerui facti ſunt iuſtitiæ, in qua ſtabunt vſq; in finẽ, donante ſibi illo perſeuerantiã, qui eos præſciuit & prædeſtinauit, & ſcđm propoſitum vocauit & iuſtificauit & glorificauit: *Rom.8.* qm̃ illa quæ his promiſit, ẽt futura iam fecit, cui promittẽti credidit Abrahã, & deputatum eſt illi ad iuſtitiã. *Gala.3.* Dedit.n.gloriam Deo pleniſſime credens, *Rom.4.* ſicut ſcriptum

I

eſt, quia quæ promiſit, potẽs eſt & facere. Ipſe ergo illos bonos facit, vt bona faciãt. Neq; enim ꝓpea eos promiſit Abrahæ, qa præſciuit a ſeipſis bonos futuros. Nã ſi ita eſt, non ſuũ ſed eorũ eſt qđ promiſit. Non ait ſic, credidit Abrahã: ſed, non eſt infirmatus in fide, dans gloriã Deo & pleniſſime credens, quia quæ promiſit Deus, potens eſt & facere. Non ait quæ præſciuit potens eſt promittere : aut, quæ prędixit potẽs eſt oſtẽdere: aut, quę promiſit potens eſt præſcire : ſed, quæ promiſit potens eſt & facere. Ipſe ergo eos facit perſeuerare in bono qui facit bonos. Qui aũt cadũt & pereũt, in prædeſtinatorũ numero nõ fuerunt. Quãuis ergo de oĩbus regeneratis, & pie viuentibus loqueretur Apoſtolus, dicens, *Rom.14.* Tu qui es qui iudices ſeruum alienum? ſuo dño ſtat aut cadit : continuo tñ reſpexit ad prædeſtinatos, & ait, Stabit aũt : & ne hoc ſibi arrogarent, Potens eſt.n. Deus, inquit, ſtatuere eum. Ipſe itaq; dat perſeuerantiam, qui ſtatuere potens eſt eos qui ſtant, vt perſeuerantiſſime ſtẽt, uel reſtituere qui ceciderint, dñs enim erigit eliſos. *Pſ.145.* Vt ergo non acciperet

K

hoc donũ dei, id eſt, in bono perſeuerantiam primus hõ, ſed perſeuerare uel non perſeuerare, in eius relinqueretur arbitrio, tales uires hẽbat eius uoluntas, quæ ſine ullo fuerat inſtituta peccato, & nihil illi ex ſeipſa concupiſcentialiter reſiſtebat, ut digna tãtæ bonitati, & bene uiuẽdi facilitati, ꝑſeuerandi cõmitteretur arbitriũ, Deo qdẽ præſciente quid eſſet facturus iniuſte, ꝑſciente tñ nõ ad hoc cogẽte, ſed ſimul ſciẽte qđ de illo ipſe faceret iuſte. Nũc vero poſteaquã eſt illa magna peccati merito amiſſa libertas, ẽt maioribus donis adiuuãda remanſit infirmitas. Placuit.n.deo quo maxime humanę ſuperbiã ꝓſumptionis extingueret, ut nõ glorieẽ oĩs caro corã ipſo, *1.Cor.1.* id eſt, oĩs hõ. Vnde aũt nõ glorietur caro corã ipſo, niſi de meritis ſuis? quæ quidẽ potuit habere ſed ꝑdidit: & per qđ hr̃e potuit, ꝑ hoc perdidit, hoc eſt, ꝑ liberũ arbitriũ, ꝓꝑ qđ nõ reſtat liberãdus niſi gratia ſaluatoris. Ita ergo non gloriatur oĩs caro coram ipſo. Non.n.gloriantur iniuſti, qa non hñt vnde: nec iuſti, qui ex ipſo hñt vnde, nec hñt gloriã ſuam niſi ipſum, cui dñt, Gloria mea & exaltans caput meũ.

L

Ac per hoc ad oẽm hominẽ ꝑtinet qđ ſcriptũ eſt, *1.Cor.1.* Vt non glorietur oĩs caro coram ipſo. Ad iuſtos aũt illud, Qui gloriatur, in dño glorietur. Hoc ẽt Apoſtolꝰ apertiſſime oſtendit, qui cũ dixiſſet, ut non glorietur oĩs caro corã ipſo: ne putarent ſancti ſine gloria ſe remanſiſſe: mox addidit, Ex ipſo aũt vos eſtis in Ieſu Chriſto, qui factus eſt vobis ſapiẽtia a Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redẽptio, vt quemadmodũ ſcriptum eſt, Qui gloriaturr in dño glorietur. Hoc eſt ꝙ in hoc loco miſeriarũ, *Iob.7.* ubi tentattio eſt uira humana ſuper terrã, *1.Co.12* virtus in infirmitate ꝑficitur: *Hier.7.* quæ virtus, niſi ut qui gloriatur, in dño glorietur? Ac per hoc nec de ipſa perſeuerantia boni uoluit Deus ſanctos ſuos in viribus ſuis, *Phil.2.* ſed in ipſo gloriari: qui eis non ſolum dat adiutoriũ quale primo homini dedit, ſine quo non poſſit perſeuerare ſi uelint: ſed in eis etiam operatur & uelle, ut quoniã non perſeuerabunt, niſi & poſſint & uelint, perſeuerandi eis poſſibilitas & uoluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippe ſpiritu ſancto accenditur uoluntas eorum, ut ideo poſſint, quia ſic uolunt, ideo ſic uelint, quia Deus operatur ut uelint: nam ſi in tanta infirmitate vitæ huius, in qua tamẽ infirmitate propter elationem reprimendam

M

perfici uirtutem oportebat, ipſis relinqueretur uoluntas ſua, ut in adiutorio Dei ſine

quo

quo ꝑseuerare nõ possent, manerẽt si vellẽt, nec Deus in eis operaretur vt vellẽt: inter tot & tantas tẽtationes infirmitate sua uoluntas ipsa succũberet, & ideo perseuerare nõ possent, q̃a deficientes infirmitate nec vellent, aut nõ ita vellent infirmitate voluntatis ut possent. Subuentũ est ergo infirmitati voluntatis humanæ, ut diuina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur, & iõ quãuis infirma, nõ deficeret, neq; aduersitate aliqua uinceretur. Ita factũ est, ut uoluntas hoĩs inualida & imbecilla, in bono adhuc paruo ꝑseueraret ꝑ virtutẽ Dei, cũ & volũtas primi hoĩs fortis & sana, in bono ampliore nõ ꝑseuerauerit, hñs virtutẽ liberi arbitrij, q̃uis nõ de futuro adiutorio Dei, sine quo nõ posset ꝑseuerare si vellet, nõ tñ tali quo in illo Deus operaretur vt vellet. Fortissimo q̃ppe dimisit atq; ꝑmisit facere q̃d vellet: infirmis seruauit, vt ipso donãte inuictissime q̃d bonũ est vellẽt, nec hoc deserere inuictissime nollẽt, Dicente ergo Christo, Rogaui pro te ne deficiat fides tua: intelligamus ei dictũ, qui ędificatur sup̃ petrã. Atq; ita hõ Dei non solum quia misericordiam consecutus est ut fidelis esset, verumetiam quia fides ipsa non deficit, qui gloriatur, in domino glorietur.

Hæc de his loquor, qui ꝑdestinati sunt in regnũ Dei, quorũ ita certus est numerus, ut nec addatur eis q̃squã, nec minuatur ex eis: nõ de his, qui cũ annunciasset & locutus esset, multiplicati sunt sup̃ numerũ. Ipsi autẽ vocati dici pñt, nõ aũt electi q̃a non secũdũ ꝓpositũ vocati. Certũ uero esse numerũ electorũ neq; augendũ neq; minuẽdũ, q̃uis & Ioãnes Baptista significet, vbi dicit, Facite ergo dignũ fructũ pniæ, & nolite dicere apud vosmetipsos, Prẽm hẽmus Abraham: Potẽs est.n. Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: vt ostẽdat sic istos esse amputandos si nõ fecerunt fructũ, vt non desit numerus qui promissus est Abrahę tñ apertius in Apocalypsi dr̃, Tene quod hẽs, ne alius accipiat coronã tuam. Si .n. alius non est accepturus nisi iste ꝑdiderit, certis est numerus. Quod aũt ẽt ꝑseueraturis sanctis sic ista dñr, quasi eos ꝑseueraturos habeatur incertũ: non aliter hoc audire debent quibus expedit non altum sapere, sed timere. Quis.n. ex multitudine fidelium quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero ꝑdestinatorũ se esse præsumat, q̃a id occultari opus est in hoc loco, vbi sic cauenda est elatio, ut ẽt per satanæ angelũ ne extolleretur, tantus colaphizaret Apostolus. Hinc Apostolis dicebatur, Si manseritis in me: dicente illo qui illos vtiq; sciebat esse mãsuros. Et ꝑ prophetã, Si volueritis & audieritis me: cũ sciret ipse in quibus operaretur & velle. Et similia multa dñr ꝑp̃ huius vtilitatẽ secreti, ne forte quis extollatur, sed oẽs ẽt qui bene currunt timeant, dum occultum est quo perueniant: ꝑp̃ huius ergo vtilitatẽ secreti credendũ est quosdã de filiis ꝑditionis, non accepto dono ꝑseuerandi usq; in finẽ, in fide quæ ꝑ dilectionẽ operatur incipere viuere, & aliquãdiu fideliter ac iuste viuere, & postea cadere, neque de hac uita priusq̃ hoc eis cõtingat auferri. Quorũ si nemini contigisset, tandiu hẽrent hoĩes istũ saluberrimum timorẽ quo uitiũ elationis opprimitur, donec ad Christi grãm qua pie uiuitur præuenirẽt, deinceps iam securi nunq̃ se ab illo esse casuros. Quæ ꝑsumptio in isto tentationũ loco nõ expedit, vbi tanta est infirmitas, vt superbiã possit gñare securitas. Deniq; ẽt hoc erit; sed tunc, q̃d iã est in angelis, ẽt in hoĩbus erit, q̃n vlla superbia esse non poterit. Numerus ergo sanctorũ ꝑ Dei gratiã Dei regno ꝑdestinatus donata sibi ẽt usq; in finẽ ꝑseuerantia, illuc integer ꝑducetur, & illic integerrimus iã sine fine beatissimus seruabitur, adhærente sibi misericordia saluatoris sui, siue cũ conuertũtur, siue cum ꝓliantur, siue cũ coronantur. Nã & tũc esse illis Dei mĩam necessariam sancta scriptura testatur, ubi sanctus Dauid de dño Deo suo dicit animæ suæ, Qui coronat te in miseratione & mĩa. Dicit ẽt Iacobus Apostolus, Iudicium sine mĩa illi qui non fecit misericordiã, ubi ostendit ẽt in illo iudicio in quo iusti coronantur, iniustique damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicandos. Propter quod etiam mater Machabæorum filio suo dicit, Vt illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cũ enim rex iustus sicut scriptum est, sederit in throno, non aduersabitur ante eum omne malum. Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundũ se esse a peccato? Ac per hoc ẽt ibi dei misericordia necessaria

Margin notes: Luc. 22. — Cap. 13. — Psal. 9. — Mat. 3. — Apoc. 3. — Rom. 11 — 2. Cor. 12 — Ioan. 15 — Esaiæ. 1. — Galat. 5 — Psal. 102. — Iacob. 2. — 2. Mac. 7 — Pro. 20.

Psal.31. ſaria eſt,qua fiet beatus, cui non imputauit
dñs pc̄tm̄: ſed tunc pro bonorũ operũ meri
tis iuſto iudicio ēt ipſa mīa tribuetur.Cũ em̄
dr̄,Iudicium ſine mīa illi qui nõ fecit mīam:
manifeſtatur in his in quibus inueniũtur bo-
na opera mīæ, iudiciũ cum mīa fieri, ac per
hoc ēt ipſam mīam meritis bonorũ operum
reddi. Nõ ſic eſt nũc, qñ non ſolũ nullis bo-
nis,ſed ēt multis malis operibus prçcedenti-
bus, mīa eius præuenit hoīem vt liberetur a
malis,& quæ fecit, & q̄ facturus fuerat, niſi
Dei gratia regeneratur,* & quæ paſſurus fue
rat in æternũ, niſi erueretur a ptāte tenebra-
rum,& transferretur in regnum filij charita-
tis Dei. Veruntñ q̄a & ipſa vita æterna, quã
certum eſt bonis operibus debitam reddi, a
tanto Apoſtolo gratia Dei dicitur, cũ gratia
non operibus reddatur, ſed gratis detur, ſine
vlla dubitatione confitendum eſt iõ gratiam
E vitam æternam vocari, q̄a his meritis reddi-
Ioan.8. tur,quæ gratia contulit homini. Recte q̄ppe
ipſa intelligitur,quę gratia in Euangelio legi
tur,Gratiam pro gratia,i.pro his meritis quæ
contulit gratia. Hi vero qui non pertinẽt ad
hunc prædeſtinatorũ numerũ, quos Dei gra
tia ſiue nõdum habentes ullum liberum ſuæ
voluntatis arbitrium,ſiue cũ arbitrio uolun-
tatis,ideo uerò libero, quia per ipſam gratiã
liberato perducit ad regnum.Hi ergo qui nõ
pertinent ad iſtum certiſsimum & fœliciſsi-
mum numerũ, p̄ meritis iuſtiſsime iudican-
tur:aut enim iacent ſub peccato,quod origi-
naliter de generatione traxerunt,& cum illo
hæreditario debito hinc exeunt,quod nõ eſt
regeneratione dimiſſum: aut per liberum ar
bitrium alia inſuper addiderunt. Arbitrium,
inquã,liberum, ſed non liberatum, liberum
iuſtitiæ,peccati aũt ſeruum, quo voluuntur
per diuerſas noxias cupiditates, alij magis,
alij minus: ſed oẽs mali, & pro ipſa diuerſi-
tate diuerſis ſupplicijs iudicandi: aut gratiã
Dei ſuſcipiunt,ſed temporales ſunt, nec p̄ſe
uerant,deſerunt & deſeruntur.Dimiſsi enim
ſunt libero arbitrio, non accepto perſeueran
tiæ dono iudicio Dei iuſto & occulto.Patian
F tur ergo hoīes ſe corripi quãdo peccant, nec
de ipſa correptione cõtra gratiam argumen-
tentur, nec de gratia contra correptionem:
quia & peccatis iuſta pœna debetur, & ad ip
ſam pertinet iuſta correptio quæ medicina-
liter adhibetur, ēt ſi ſalus ægrotantis incerta
eſt. Vt ſi is qui corripitur ad prędeſtinatorũ
numerũ pertinet ſit ei correptio ſalubre me-
dicamentum: ſi autẽ non pertinet,ſit ei cor-
reptio pœnale tormentum. Sub iſto ergo
incerto ex charitate adhibenda eſt,cuius exi-
tus ignoratur.& pro illo cui adhibetur, oran
dum eſt vt ſanetur.

Cap. Cum aũt hoīes per correptionẽ in uiam
iuſtitiæ ſeu ueniũt ſeu reuertuntur, quis ope
ratur in cordibus eorũ ſalutẽ,niſi ille q̄ quo-
libet plantante atq; rigante,& quolibet in a-
gris atq; arbuſtulis operante dat incrementũ
Deus,cui uolenti ſaluũ facere,nullum homi
num reſiſtit arbitriũ? Sic.n.velle uel nolle in
volentis aut nolentis eſt poteſtate, ut diuinã
voluntatẽ non impediat, nec ſuperet poteſta
tem.De his.n.qui faciunt quę non vult,facit
ipſe quæ vult.Et qđ ſcriptum eſt,qđ vult om
1.T nes hoīes ſaluos fieri, nec tñ oẽs ſalui fiunt,
multis quidẽ modis intelligi põt, ex quibus
in alijs opuſculis noſtris aliquos cõmemora
uimus,ſed hic unũ dicam: ita dictũ eſt, Om
G nes hoīes uult ſaluos fieri,ut intelligãtur oẽs
prædeſtinati,quia oẽ genus hoīum in eis eſt,
ſicut dictum eſt Phariſæis. Decimatis omne Luc.
olus,ubi nõ eſt intelligendum,niſi omne qđ
hẽbant.Neq; enim oẽ olus quod erat in toto
terrarũ orbe decimabant.Scđm iſtum locu-
tionis modum, dictũ eſt, Sicut & ego oībus
1.C p̄ omnia placeo. Nunquid.n.qui hoc dixit,
placebat ēt tam multis perſecutoribus ſuis?
Sed placebat omni generi hoīum qđ Chriſti
congregabat Eccleſia, ſiue iam intus poſitis,
ſiue introducendis in eam.Non eſt itaq; du-
bitandũ, voluntati Dei qui in cœlo & in ter
ra oīa quæcunque uoluit fecit, & qui ēt illa
quæ futura ſunt fecit, humanas uoluntates
non poſſe reſiſtere, quo minus faciat ipſe
quod uult, quandoquidẽ etiam de ipſis ho-
minum uoluntatibus, quod uult cum uult
facit.Niſi forte, ut ex multis aliqua cumme-
morem, quando deus voluit Sauli regnum
dare,ſic erat in poteſtate Iſraelitarum ſub-
dere ſe memorato viro, ſiue non ſubdere qđ
utique in eorum erat propoſitum uolunta-
te,ut etiam deo valerent reſiſtere. Qui tamẽ
hoc nõ fecit,niſi per ipſorum hominum uo-
H luntates,ſine dubio habens humanorum cor
dium quo placeret inclinãdorum omnipo-
tentiſsi-

tētiſsimā ptātem. Sic.n. ſcriptum eſt, Et dimiſit Samuel populū, & abijt unuſquiſq; in locū ſuum: & Saul abijt ī domū ſuā in Gabaa: & abierunt potentes quorū tetigit deus corda cū Saule. Et filij peſtilentes dixerunt, Nū ſaluabit nos hic? Et inhonorauerūt eū, & nō obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicturus eſt, non iturum fuiſſe cū Saul quenꝙ eorum, quorum tetigit corda deus ut irēt cū illo: aut iſte aliquē peſtilentiū, quorū ut hoc facerent corda non tetigit? Item de Dauid, quem dn̄s in regnū ſucceſſu proſperiore conſtituit, ita legitur, Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dn̄s erat cum illo. Hoc cum præmiſſum fuiſſet, paulopoſt dictum eſt, Et ſpūs dn̄i induit Abiſai principē inter triginta, & dixit: Tui ſumus Dauid, & tecum futuri filij Ieſſe. Pax tibi, & pax adiutoribus tuis, qa auxiliatus eſt tibi deus. Nunquid ille poſſet aduerſari uoluntati Dei, & non potius eius facere uoluptatē, qui in eius corde operatus eſt per ſpūm ſuum quo indutus eſt, ut hoc uellet, diceret & faceret? Item paulopoſt ait eadē ſcriptura, Oēs hi viri bellatores, dirigentes aciem corde pacifico uenerunt in hebron, ut conſtituerent Dauid ſuper oēm Iſrael: ſua uoluntate vtiq; iſti conſtituerunt regē Dauid. Quis nō uideat? Quis hoc negetr? Non.n. hoc non ex aīo, aut nō ex bona voluntate fecerunt corde pacifico, & tn̄ hoc in eis egit, qui in cordibus hoīum qđ voluerit operatur. Propter qđ præmiſit ſcriptura. Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dn̄s oṗs erat cum illo. Ac ꝑ hoc dn̄s oṗs erat cum illo, adduxit iſtos ut cū regē conſtituerent. Et qūo adduxit? Nunqd corporalibus vllis uinculis alligauit? Intus egit, corda tenuit, corda mouit, eoſq; uoluntatibus eorū, quas ipſe in illis operatus eſt, traxit. Si ergo cū uoluerit reges in terra deus cōſtituere, magis hēt in ptāte voluntates hominum, quam ipſi ſuas, quis alius facit ut ſalubris ſit correptio, & fiat in correpti corde correctio, ut cœleſti conſtituatur in regno? Corripiantur itaque a præpoſitis ſuis ſubditi fratres correptionibus de charitate venientibus, pro culparum diuerſitate diuerſis, uel minoribus vel amplioribus: qa & ipſa quę damnatio noīatur, quam fecit eṗale iudiciū, qua pœna in Eccleſia nulla maior eſt, poteſt ſi deus uoluerit, in correptionē ſaluberrimā cedere atq; proficere. Neq; enim ſcimus qd contingat ſequenti die: ante finē vitæ huius de aliquo deſperandū eſt, aut contradici deo pōt ne recipiat & det pn̄iam, & accepto ſacrificio ſpūs cōtribulati cordiſq; contriti, a reatu quāuis iuſtę dānationis abſoluat, dānatumq; ipſe non dānet? Paſtoralis tn̄ neceſſitas hēt ne per plures ſerpant dira contagia, ſe parare ab ouibus ſanis morbidam, ab illo cui nihil eſt impoſsibile ipſa forſitan ſeparatione ſanandā, Neſcientes.n. quis pertineat ad prędeſtinatorum numerū, quis nō pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, ut oēs velimus ſaluos fieri, Hoc quippe fit, cū ſingulos quoſq; ut occurrerint cū quibus id agere ualeamus ad hoc conamur adducere, ut iuſtificati ex fide pacē habeant ad Deū, quam prędicabat ēt Apoſtolus cū dicebat, Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanꝙ Deo exhortante per nos: obſecramus ergo pro Chriſto reconciliari Deo. Quid eſt.n. ei reconciliari, niſi pacē ad illū habere, ꝑ ꝑ quam pacē etiā ipſe dn̄s Ieſus Chriſtus dixit diſcipulis, In quācunq; domū ītraueritis, primum dicite, Pax huic domui: & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuꝑ eum pax veſtra; ſinaūt, ad vos reuertetur? Cū hanc euangelizant pacem, de quibus prædictum eſt, Quā ſpecioſi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona: nobis quidē tunc incipit eſſe quiſque filius pacis, cum obedierit & crediderit huic Euangelio, & ex fide iuſtificatus pacem ad Deum habere cœperit: ſecundum autē prædeſtinationem Dei, iam filius pacis erat. Neque enim dictū eſt, Super quem requieuerit pax ueſtra, fiet filius pacis: ſed, Vbi fuerit, inquit, filius pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra. Iam ergo & antequam illi annunciaretur hæc pax filius pacis ibi erat, ſicut eum nouerat atque præſcierat non euangeliſta, ſed dominus. Ad nos ergo qui neſcimus quiſnam ſit filius pacis aut non ſit, pertinet nullum exceptum facere nullumque diſcernere, ſed velle oēs ſaluos fieri quibus prædicamus hanc pacem. Neque.n. metuendum eſt ne perdamus eam, ſi ille cui prædicamus non eſt filius pacis ignorantibus nobis. Ad nos enim reuertetur, id eſt, nobis proderit hæc prædicatio, non & illi: ſi autem ſuper

eum

Margin notes: 1.10; 2.11; 2.12; I; 5; K; 2.Co.5.; L; Luc.10.; Eſa.52; Rom.9.; Luc.10.

eũ pax prædicata requieuerit, & nobis,& illi. Quia ergo nos q salui futuri sint nescientes,oẽs qbus prædicamus hãc pacẽ saluos fieri velle deus iubet,& ipse in nobis hoc operatur,diffundendo istã charitatẽ in corda nostra p spiritũsanctũ qui datus est nobis. Põt ẽt sic intelligi, q oẽs hoĩes deus uult saluos fieri,qm̃ nos facit velle,sicut misit spũm filij sui clamantẽ abba pr̃,i.nos clamare facientẽ. De ipso quippe spũ,alio loco dicit, Accepimus spũm adoptionis filiorũ,in quo clamamus abba pater,Nos ergo clamamus,sed ille clamare dictus est, q efficit ut clamemus. Si ergo clamantẽ spũm recte dixit scriptura, a quo efficitur ut clamemus,recte ẽt & nolentem deũ,a quo efficitur ut uelimus, ac per hoc qa & corripiendo nihil aliud debemus agere, nisi vt ab ista pace quæ est ad deũ non recedatur, aut ad eã q recesserat, reuertatur, nos agamus sine desperatione qđ agimus,Si filius pacis est quem corripimus, reqescet super eũ pax nostra:sin aũt, ad nos reuertetur. Quãuis itaq; ẽt dum quorundã fides subuertitur,firmũ dei fundamentum stet,qm̃ sciuit dñs qui sunt eius,nõ tñ ideo nos pigri & negligentes esse debemus in corripiendis, qui corripiendi sunt. Neque.n.frustra dictũ est, Corrũpunt mores bonos colloquia mala:&, Peribit infirmus in tua scientia frater, ꝓpter quem Christus mortuus est,Non argumentemur & contra ista præcepta salubrẽq; terrorem dicentes:&, Corrumpunt bonos mores colloquia mala: &,Pereat infirmus,quid ad nos pertinet? Firmum fundamentum dei stat,& nemo perit nisi filius perditionis.

Rom. 5. *1. Tim. 2* *Gala. 4.* *Rom. 8.* *2. Ti. 2.* A *1. Co. 15* *1. Co. 8.*

Cap. 6. Absit vt ista garriẽtes, securos nos in hac negligẽtia esse debere credamus. Verum est enim qa nemo perit,nisi filius ꝑditionis: sed ait deus p Ezechielẽ prophetã, Ille quidem in peccato suo morietur, sanguinẽ uero eius de manu speculatoris inquirã.Proinde quantum ad nos ꝑtinet, qui prædestinatos a non prædestinatis discernere non ualemus,& ob hoc oẽs saluos fieri velle debemus,omnibus ne pereãt,uel ne alios perdant, adhibẽda est a nobis medicinaliter seuera correptio: Dei est aũt illis eam facere utilẽ, quos ipse præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui.Si.n.aliqñ timore non corripimus,ne aliquis inde pereat: cur non ẽt timore corripimus,ne aliqs inde plus pereat? Neque eñ dilectionis viscera maiora gestamus quã beatus Apostolus,q dicit, Corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes,suscipite infirmos, patientes estote ad oẽs, videte ne qs malũ ꝓ malo alicui reddat.Vbi intelligendũ est tunc potius malũ pro malo reddi, si corripiendus nõ corripiatur,sed praua dissimulatione negligatur. Dicit.n.Peccantes corã oĩbus corripe,vt cęteri timorem habeant. Quod de his peccatis accipiendũ est quæ nõ latent,ne cõtra dñi sñiam putetur locutus.Ille.n.dicit,Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum. Veruntñ & ipse seueritatẽ correptionis eousq; perducit,ut dicat,Si nec ecclesiã audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus.Et qs magis dilexit infirmos, quã ille q pro oĩbus est factus infirmus, & pro oĩbus ex ipsa est infirmitate crucifixus? Quę cũ ita sint,nec gratia prohibet correptionem, nec correptio negat gratiã:& iõ sic est pręcipienda iustitia,ut a deo gratia qua id qđ præcipitur fiat,fideli oratione poscatur,& hoc utrũque ita faciendũ est, ut neq; iusta correptio negligatur. Omnia uerò hæc cum charitate fiant, quoniam charitas nec facit peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.

Exe. 13. *Rom. 8.* B *1. Th.* *1. Ti.* *Mat.* C *1. Pet.*

Libri de correptione & gratia Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Liber, refellens articulos aliquot falso ipsi impositos.

Quidem Christianæ ac fraternæ charitatis obliti,intantum existimationem nostrã quoquo modo studẽt lędere, ut suam se euertere nocẽdi cupiditate nõ uideãt.Cõtexunt eñ,& qualibus põt sententijs cõprehendi,ineptissimarũ quarundã blasphemiarũ ꝓdigiosa mẽdacia,eaq; ostendẽda & ingerẽda multis publice priuatimq; circũferũt,asserẽtes talia in nostro esse sensu qualia diabolico continentur. Quæ falso in nos ad excitandam inuidiam iactitari facile & sufficiẽter subscriptione unius ꝓbaremus anathe-

D

Mathematis,in ſi malignitas eorum q ſe grauari putant, ſi de nobis bene ſentiatur,ipſam ſubſcriptionis noſtrę breuitaté ſuſpectá eſſet habitura. Vnde ne huius querelæ inueniretur occaſio, neceſſarium conueniensq; credidimus,vt ſiue ad calũniantiũ animos mitigandos, ſiue ad eos quorũ auribus tale aliqd inſonuit, inſtruendos,quantũ adiuuante dño fieri poterit, plene lucideq; pandamus, qd de peruerſis definitionibus iudicem. Propoſitis ergo ſingillatim ſexdecim articulis ſub vnoquoque eorum ſenſus noſtri & fidei quam contra Pelagianos ex Apoſtolicæ ſedis authoritate defendimus,verba ponemus, vt q paululũ ſeſe ad hęc legenda dignati fuerint occupare,euidentes agnoſcãt impiarũ ꝓphanarũq; opinionum nullum cordibus nr̃is inhæſiſſe veſtigiũ;& blaſphemias quas perſpexerint nr̃a profeſsione damnari,in earũdẽ re ꝓtoribus cẽſeat dẽre puniri. E

Artic. 1. Qd̃ dñs nr̃ Ieſus Chrs nõ ꝓ oĩum hoĩũ redẽptione ſit paſſus.

Reſpon. Contra vulnus originalis peccati, quo in Adam omniũ hominum corrupta & mortificata eſt natura,& vnde oĩum concupiſcentiarũ morbus inoleuit, verũ & potens & ſingulare remediũ eſt mors filij dei dñi noſtri Ieſu Chriſti,quilibet a mortis debito,& ſolus abſque peccato pro peccatoribus & debitoribus mortuus eſt. Quod ergo ad magnitudinẽ & potentiam peccati, & quod ad vnã pertinet cauſam generis humani, ſanguis Chriſti redemptionis eſt totius mundi. Sed qui hoc ſeculum ſine fide Chriſti, & ſine regenerationis ſacramento pertranſeunt, redemptionis alieni ſunt. Cum itaque ꝑ vnam omniũ naturã, omnium cauſam a dño noſtro in veritate ſuſceptã, redẽpti oẽs recte dicantur, nõ tamẽ oẽs captiuitate ſunt eruti: redẽptionis ꝓprietas haud dubiũ penes illos eſt, de quibus princeps huius mundi miſſus eſt foras, & iã non vaſa diaboli ſed mẽbra ſunt Chriſti. Cuius mors nõ impenſa eſt humano generi, vt ad redemptionẽ eius etiã qui regenerãdi nõ erant,pertinerent,ſed ita quod per vnicũ exẽplũ geſtum eſt pro vniuerſis,per ſingulare ſacramentum celebraretur in ſingulis. Poculũ quippe immortalitatis, quod confectum eſt de infirmitate noſtra & virtute diuina, habet quidem in ſe vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur non proficit.

Artic. 2. Quod deus noluit omnes ſaluare,etiam ſi omnes ſaluari velint:

Reſpon. Cum veritas dicant, Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quãto magis pater veſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe? *Matt. 7.* Quomodo fieri poteſt vt deus, qui etiã illius ſaluat de quibus dici nõ poteſt qd̃ ſaluari velint, nolit aliquos ſaluare qui etiã ſaluari velint,niſi aliquæ cauſæ exiſtant? De quibus quãuis ſint nobis incognoſcibiles,ita tñ iudicat,de quo dici nõ poteſt aliter eum quicquã facere debuiſſe quã fecerit. Remota tñ hac diſcretione q̃ diuina ſcientia intra ſecretum iuſtitiæ ſuæ continet, ſyncerisſime credendum eſt atq; profitendũ, deum velle vt omnes homines ſalui fiant. Si quidem Apoſtolus cuius iſta eſt ſententia,ſollicite præcipit quod in omnibus eccleſijs piiſſime cuſtoditur,vt deo pro oĩbus hominibus ſupplicetur. *1. Tim. 2.* Ex quibus quod multi pereunt, pereuntiũ eſt meritũ, quod multi ſaluantur, ſaluantis eſt donũ: vt.n. reus damnetur,inculpabilis eſt dei iuſtitia; vt autem reus iuſtificetur,ineffabilis dei gratia eſt. G

Artic. 3. Quòd deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, vt illam perdat in æternũ.

Reſpon. Omnium quidem hominum deus creator eſt, ſed nemo ab eo ideo creatus eſt vt pereat: quia alia cauſa eſt naſcendi,& alia pereundi. Vt.n. naſcantur homines,eſt beneficium: vt autem pereant,præuaricatoris eſt vitiũ. In Adam quippe in quo omnium hominum præformata eſt natura, oẽs peccauerunt, eademq; ſententia quã ille accepit,obſtricti ſunt:neque ab hoc vinculo, etiã ſi proprijs peccatis careant reſoluuntur, niſi in ſacramento mortis & reſurrectionis Chriſti per ſpiritum ſanctum renaſcantur. *Rom. 5.* Nimis ergo impius & indoctus eſt, qui vitiũ naturæ nõ diſcernit ab authore naturæ,à quo prorſus alienum eſt quicquid in vnoquoque damnãdum eſt. Creat.n.vt ſint homines,nec multiplicãdis generationum ſucceſsionibus opificium ſuum ſubtrahit: ſecundum conſilium bonæ volũtatis ſuæ reparaturus in multis quod ipſe fecit: puniturus in multis quod ipſe non fecit. *Ibidem.* Sicut per inobedientiã vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi,ita per vnius hominis obedientiã iuſti cõſtituentur multi. H

Arti. 4. Quòd maior pars generis humani ad hoc creetur à deo, vt non Dei, ſed diaboli faciat voluntatem.

Reſpon. Inſanum & omni-

no contra rationem est dicere, uoluntatem dei fieri non ex voluntate dei, & dñatorem diaboli eiusq; famulorum velle, ut diabolo seruiatur. Sed catholicis Pelagiani cōsequenter se obijcere existimant: qui Adæ pctm̃ in oēs transisse diffiguunt: qm̄ si primā natiuitatē originalis culpa nō obliget, non sunt obnoxij diabolo paruuli, nec indigent erui de potestate tenebrarū, qui nunquam a suo authore discesserunt. Nos autē qui oēs in Adā, perijsse ꝓfitemur, venit. n. filius hoīs quærere & saluare quod perierat: nec dicimus ideo creari hoīem quenquā vt diaboli faciat uoluntatē, & agnoscimus non redemptū diabolo esse captiuum: ꝑuaricatio. n. hoīum dispositæ a seculis creationis ordinē turbare non potuit: & merito creatura peccatrix pœnalē quidē illius damnationē patitur, cui relicto uero deo sponte se vendidit. Hæc. s. seruitus nō institutio dei est, sed iudiciū, quo fraus deceptoris diaboli facta, est decepto & male credulo homini pena peccati, de quo nemo eruitur, nisi p mediatorē dei & hoīum, hominē Iesum Christū cuius gratuita gratia & multorū malis meritis non tribuitur, & nullorū bonis meritis præuenitur. Quod peccatorū nostrorum author sit deus, & ꝙ malā voluntatē faciat hoīum, plasmet substantiā q̄ naturali motu nō posit nō peccare. Huius quoq; obiectionis vanitas de illa ꝓcedit schola, in qua natura humana immunis a peccato Adæ & illæsa defenditur: vt quia omnes hoīes prēuaricationis reos & dānationis obnoxios nasci, perituros q; nisi in Christo renascantur, asserimus, eundē videamur authorem dicere culpæ, quē profitemur esse cōditorē naturæ. Quod nos a sensu nr̃o penitus abdicamus q deū iustū, bonū, sic humanæ substātiæ & interiorum exteriorumq; sensuū nouimus creatorē, vt prorsus ab illo sit qcqd ptinet ad naturā: & ꝓrsus ab illo nō sit qcqd est cōtra naturā. Peccatū aūt contra naturam est, de quo mors & oīa q̄ sunt mortis, oriuntur. Quibus malis tunc se homo induit, quando illū fide obedientiaq; priuatum, In suas promissiones diabolus a lege dei traduxit, omniaque sibi posteritatis eius germina, per conditionē deprauatæ stirpis extinxit. Vnde si tua in Christo noua creatura est, libera sit a diabolo & subijciatur deo, reformata a deformitate sua ad imaginem eius, qui creauit eam. Quod nisi fiat, remanet in illo in quo oēs moriuntur, non habens sortem in eo, in quo oēs viuificantur. Non ergo cuiusquā peccati author deus est, sed naturæ creator. Quæ cū potestatē habuerit non delinquendi, sponte deliquit, & deceptori suo propria voluntate se subdidit. Nec naturali sed captiuo motu versatur in uitio, donec moriatur pctō & viuat deo. Quod sine gratia dei facere nō pōt, quia libertatē quam perdidit, nisi Christo liberante nō capit. Non est. n. aliud nomē sub cœlo datum hoibus, in quo oporteat saluos fieri. Quod deus in hoibus tale plasmet arbitrium quale est dæmonū, quod ꝓprio motu nihil aliud posit vel velit, nisi malum. Totus qdem mundus, sicut ait Apostolus Ioānes, in maligno positus est, & multorū hominum talis est malitia, qualis & dæmonū, qualis dicebat Ioannes, Progenies viperarū, qūo potestis bona loqui cum sitis mali? Et uos de diabolo patre estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis. Sed hoc inter malos homines: & dæmones distat, quod hoibus etiā valde malis superest si deus misereatur, recōciliatio: dæmonibus nulla seruata est cōuersio. Sicut ergo ꝑuaricatoribus angelis non indidit deus illā, in qua in veritate nō steterūt uoluntatē: ita nec hoibus, hunc affectū quo diabolū imitarentur, inferuit. Mendacium. n. de ꝓprio loquitur, & liber a mendacio non erit, nisi eum veritas liberauerit. Quod hæc sit uoluntas dei, ut magna pars Christianorū salua esse nec uelit nec posit. Si de his hoc dicitur qui pietatem Christianæ cōuersationis & fidei deserētes, in ꝓphanos errores, aut in damnabiles mores irreuocabiliter transierunt, non dubiū est, quod talē uoluntatē habentes salui esse nolunt: & quādiu salui esse nolūt, salui esse nō possunt. Sed nullo modo credendū est hmōi homines in hanc desperationē ex dei volūtate cecidisse, cū potius dn̄s alleuet omnes qui corruunt, & exigat omnes elisos. Nemo enim nisi illius gratia erigitur, nemo nisi illius gratia stabilitur. Dei ergo est uoluntas ut in bona uoluntate maneat, qui & priusquam deseratur, neminem deserit, & multos desertores ad se conuertit. Quod nolit deus ut omnes catholici in fide catholica perseuerent, sed uelit ut magna pars

Margin notes: *Luc. 19.* — I — *1. Tit. 2.* — *Artic. 5.* — *Respon.* — K — *1. Cor. 5.* — *Artic. 6.* — *Respon.* — *1. Ioan. 1.* — *Matt. 3.* — *Mat. 12.* — *Ioan. 8.* — L — *Ioan. 8.* — *Artic. 7.* — *Respon.* — *Psa. 144.* — *Artic. 8.* — M

pars exinde apoſtatet.

Respon. Nõ eſt diſsimilis impietas huius blaſphe-
miæ à præcedenti ſentẽtia. Qđ ergo ad illã,
hoc ẽt ad iſtam q̃ in nullo eſt diuerſa, rñſum
ſit. *Artic. 9.* Quòd velit deus vt magna pars ſanctorũ
à ſanctitatis propoſito ruat.

Respon. Nec huius definitionis inſania aliud ſo-
nat, q̃ gemina præcedens obiectio prætende
bat. Vnde mirãdum eſt obijcientem tertio re
petiſſe, quod ſemel dixiſſe ſuffecerat. Sed vt
res eſt, numerum criminationis augere vo-
luit, quia ſenſum variare non potuit.

Arti. 10 Qđ adulteria & corruptela virginũ ſacra-
rum iõ contingant quia illas deus ad hoc prę
deſtinauit, vt caderent. *Respon.* Deteſtãda & abomi-
nanda opino eſt, quæ deũ cuiuſquã malæ uo-
lũtatis aut malę actionis credit authorẽ, cui⁹
ĝdeſtinatio nunquã extra bonitatẽ, nunquã
extra iuſtitiã. *Psal. 24.* Vniuerſæ.n. viæ domini miſe-
ricordia & veritas. Adulteria.n. matronarum
& corruptelas virginum nõ inſtruere nouit
ſancta, diuinitas ſed damnare: nec diſpone-
re, ſed punire. Quæ mala hoĩes cũ admittũt,
ſuis concupiſcẽtijs & cupiditatibus ſeruiũt,
A quas ab illa prima uolũtarię præuaricationis
Psal. 36. labe traxerũt. Cum aũt declinãt a malo & fa-
ciunt bonum? a dño greſſus hominis dirigũ
tur, vt viam eius velit. Propter qđ dicit Apo-
2. Co. 13 ſtolus, Oramus ãt ad dominũ, vt nihil mali
faciatis, nõ vt nos ꝓbati appareamus, ſed vt
vos qđ bonũ eſt faciatis. Non ergo caſus ruẽ
tium, nec malignitatem iniquorũ, neq; cupi
ditates peccãtium ĝdeſtinatio dei aut excita-
uit, aut ſuaſit, aut impulit: ſed planè prædeſti
nauit iudicium ſuum, quo vnicuique retri-
buturus eſt ꝓut geſsit, ſiue bonũ ſiue malũ.
Qđ iudiciũ futurũ non eſſet, ſi hoĩes dei vo-
lũtate peccarent. Erit aũt iudiciũ manifeſtiſ-
ſime: & oĩs homo quẽ diſcretio diuinę ſentẽ
tiæ in ſiniſtra conſtituerint parte dãnabit, ꝙ
Arti. 11 nõ dei, ſed ſuã executus eſt volũtatẽ. Qđ qñ
patres inceſtãt filias, & matres filij, vel qñ ſer
ui dños occidũt, iõ fiat, qa deus ĝdeſtinauit
B vt ita fieret, Si diabolo obijceret, ꝙ taliũ faci
Respon. norũ ipſe author, ipſe eſſet inuentor, puto ꝙ
aliqua rõne hac ſe poſſet exonerare ĩuidia, &
taliũ ſcelerum patratorẽ de ipſorũ volunta-
te vinceret: qa & ſi delectatus ſit furore pec-
cantium, probaret tñ ſe nõ intuliſſe uim cri-
minũ. Qua ergo inſipientia, quaue demẽtia
definitur, ad dei referẽdũ eſſe cõſiliũ, qđ nec
diabolo in toto aſcribi poteſt: q in peccantiũ
flagitiis illecebratum adiutor, non volũtatũ
credendus eſt eſſe generator? Nihil ergo taliũ
negociorũ deus prædeſtinauit vt fieret, nec
illã turpiter nequiterq; victuram ad hoc vt ta
liter viueret, ĝparauit ſed talem futuram nõ
ignorauit, & de tali ſe iuſte iudicaturũ eſſe
præſciuit. Atque ita de prædeſtinatione eius
nihil amplius referri poteſt niſi qđ ad debitã
iuſtitiæ retributionem, aut ad indebitã ꝑti-
net gratiæ largitatem. *Art. 12.* Qđ dei prædeſtinatio-
ne de filijs dei efficiantur filij diaboli, & de
templo ſpiritus ſancti templa dæmonum, &
de membris Chriſti membra meretricis.

Respon. Prędeſtinatio dei & ſi apud nos, q dũ ĝſẽ-
tis vitæ ꝑiculis verſamur ĩcerta eſt, apud illũ
tñ q fecit futura q̃ ſunt, incõmutabilis ꝑma
net, nec quæ illuminauit obcæcat, nec q̃ ædi
Rom. 11. ficauit deſtruit, nec quæ plantauit euellit. Si-
2. Ti. 2. ne.n. pœnitẽtia ſunt dona & vocatio dei: Et C
firmũ fũdamentũ dei ſtat hñs ſignaculũ hoc,
Cognouit dñs qui ſunt eius, Nullo ergo mo-
do prædeſtinatio dei facit, vt aliq ex filijs dei
ſint filij diaboli, aut ex templo ſpiritusſancti
templa fiant dęmonum, aut ex membri Chri
membra meretricis: ſed potius prædeſtinatio
facit, vt ex filius diaboli fiant filij dei, & ex
tẽplo dæmonũ templũ ſpiritusſancti, & ex
membris meretricis membra fiant Chri: qa
Marc. 3. ipſe alligat fortem, & vaſa eius rapit, eruens
ea de poteſtate tenebrarũ, & transferẽs de cõ
tumelia in gloriam. Hi aũt de quibus dicit,
1. Ioan. 2 Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis:
ſi.n. fuiſſent ex nobis. manſiſſent vtiq; nobi-
ſcum: uoluntate exierunt, voluntate cecide-
runt. Et quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt
prædeſtinati eſſent autẽ ĝdeſtinati, ſi eẽnt re-
uerſuri, & ſanctitate ac veritate manſuri. ac
per hoc prędeſtinatio dei multis eſt cauſa ſtã-
di, nemini cauſa labendi. *Arti. 13* Quòd omnes fi-
deles illi, & ſancti q ad æternam mortem prę
deſtinati ſunt, qui ad uomitum ſuum relabũ-
tur, vitio quidẽ ſuo id facere videntur ſed ip-
ſius vitij cauſa eſt diuina prædeſtinatio quæ
illis latenter ſubtrahit bonas voluntates.

Respon. Idem ſpiritus blaſphemiarum perſeuerat
D & a pręcedẽtibus mendacijs ſubſequens im-
pietas non recedit. Quam prorſus uera ra-
tio reprobat, & incunctanter ſana doctrina

condemnat: quia omnibus quidē a fide ad infidelitatem, a sanitate ad turpitudinem relapsis, & ante finem vitę nulla emūdatione purgatis, nihil aliud q̃ æterna mors debetur. Sed nefas est deo ascribere causas taliū ruinarū: q̄ & si ex æterna scientia præcognitū habet, qđ vniuscuiusq; meritis retributurꝰ sit, nemini tñ p̄ hoc ꝙ falli nō p̄t, aut necessitatē, aut voluntatē intulit delinquendi. Si ergo a iustitia & pietate q̄s deficit, suo in præceps fertur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua p̄suasione decipitur. Nihil ibi pater, nihil filius, nihil spiritussanctus. Nec in tali negotio q̄cquam diuinæ volūtatis interuenit: cuius ope scimus multos ne laberentur retentos, nullos aūt vt laberentur impulsos. Qđ pars illa magna christianorū catholicorum fideliū atque sanctorum, quæ ad ruinam ac perditionē p̄destinata est, ēt si petat a deo sanctitatis p̄seuerantiā, non impetrabit, eo ꝙ mutari nō potest diuina præstinatio, quæ illos prædinauit, præoptauit, præaptauit ut caderent.

E · *Arti.14.*

Respon.

Ad præuaricationem legis, ad neglectū religionis, ad corruptelam disciplinæ, ad desertionem fidei, ad perpetrationem qualiscunq; peccati nulla est oīno p̄destinatio dei, nec fieri p̄ōt, ut per quem a talibus malis surgitur, p̄ eū in talia decidatur. Si ergo in sanctitate uiuitur, si in virtute p̄ficit̄, si in bonis studiis p̄manetur manifestū est munus dei, siue quo nullus boni o p̄is fructus acquiritur. Si aūt ab his receditur & ad vitia atq; peccata trāsitur, nihil ibi deus malę tentationis immittit, & recessurū non deserit antequā deserat. & facit plerunq; ne deserat, aut. ēt si discesserit ut redeat. Cur aūt illum nō retineat, nec possibile est comprehendere, nec licitum inuestigare, cū scire sufficiat, & ab illo esse ꝙ statur, & non esse ab illo ꝙ ruitur. Quod oēs illi fideles & sc̄ti q̄ ad æternā mortē prædestinati sūt postquā ceciderunt sic ab eo dispensentur, nec possint vel velint per pœnitentiam liberari.

F

Art.13.

Respon.

Non veraciter, nec sapienter hoc dicitur. Qui.n. fide & sanctitate exciderunt, sicut voluntate prolapsi sunt, ita voluntate non surgunt, & dominatum cōcupiscentiarum quibus succubuerunt, sponte patiuntur. Si qui autem captiuitatē suam gemunt, & iudicantes semetipsos, ad misericordiam dñi mutato corde confugiunt, nō sine spiritu diuinæ visitationis hoc faciunt. Hæc.n. est mutatio dexteræ excelsi, qui innumeris lapsis dat pœnitētiā, vt resipiscant a laqueis diaboli, a quo captiui detinebanē ad ipsius voluntatē. Nemini aūt deus correctionis adimit viā, nec quenquam boni possibilitate dispoliat, quia qui se a deo auertit, ipse & velle quod bonū est, & posse sibi sustulit. Non est ergo consequens, sicut putant qui talia objiciunt, vt deus q̄bus pœnitentiā non dederit, resipiscentiā abstulerit, & quos non leuauerit, alliserit: cū aliud sit insontem crimen egisse, quod alienū est a deo: aliud est criminoso veniam nō dedisse, quod de peccatoris est merito. Quòd magna pars illa fideliū atq; sanctorum, quæ ad æternam mortem prædestinata est, quando dicit in oratione dñica voluntas tua: nihil aliud agit quā cōtra se petit. i. vt cadāt, & ruant, q̄a voluntas dei est, vt morte æterna pereant.

Psal.76 · *2.Ti.2.* · *Art.16*

Respon.

Non hoc veritas dicit, ꝙ hæc voluntas dei sit, vt fideles & sācti a fide atq; inocētia ruāt & pereant in æternū. Sed veritas dicit, Hæc est voluntas eius qui misit me patris, vt oē quod dedit mihi, nō perdā ex eo quicquam, sed resuscitē illud in nouissimo die. Quod ergo pater filio dedit, filius omnino nō p̄didit. Idem.n. dicit, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & nō eijciā foras. Quod si per generalitatē uocationis & per abundantiā bonitatis dei, etiā non perseueraturi perseueraturis admixti sunt, hi cum a pietate deficiūt, nō ex dei opere, sed ex sua uoluntate deficiunt, nec impelluntur ut cadant, nec eijciuntur vt deferāt. Casuri tñ & recessuri ab eo q̄ falli nō potest, præsciuntur. Quandiu itaq; in oratione dñica dicunt, Fiat uoluntas tua: hoc contra se petunt, quod deus nulla ratione facturus est, ut cadant & ruant. Hæc.n. ipsorū nequitia, ipsorū est consummatura libertas. Sed plane illud cōtra se petunt, quod diuinæ uoluntatis esse dubiū non est, ut. s. cum uenerit filius hoīs in maiestate sua, & sederit super thronū gloriæ suæ congregentur ante eum omnes gentes. ut separet eos abinuicem, alios ad dexteram, alios statuens ad sinistram. Et audient eum dextri dicentem, Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis a constitutione mundi. Audient & sinistri: Discedite a me maledicti in igne æternum, quem præparauit pater meus diabolo

Ioan.6. · *G* · *Ioan.6.* · *Matt.6.* · *Psal 52.* · *Mat.25* · *H*

bolo & angeli eius, legit qui facturi nõ sunt voluntatẽ dei, & petunt vt fiat voluntas dei, in eo quod volũtate dei faciendũ est audiuntur, vt imitatores diaboli cũ diabolo iudicentur, Qui ẽt spreuerunt voluntatẽ dei inuitantem, voluntatem dei sentient vindicantem.

FINIS.

I

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, in libros Hypognosticos contra Pelagianos & Celestianos, prologus.

ADuersarij fidei catholicæ, dum contra regulam veritatis diabolicis armis pugnare nituntur, nos solicitudine respondendi faciunt cautiores: se uero decipiunt, antequam nostrorum valeant aliquem vulnerare. Cùm enim cæci euacuare thesauros fidei concertant, spe fidei vacuati, faciunt plenitudinẽ fidei ecclesiæ opitulante dei gratia gloriari: & dum in hypocrisi vigilant nocituri: de quibus propterea dictum esse puto per Prophetam: Ablatus est somnus ab oculis eorum, non.n. dormiunt nisi male fecerint: nos quodãmodo excitant dormientes, vt arrepto clypeo veritatis, falsitati corũ cor de resistente vigilemus, Euangelica tuba nostris auribus insonante. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Confidunt ergo hæretici, catholicam fidem impugnantes in virtute sua id est in audacia cordis sui, gratia desolati, & in abundantia diuitiarum suarũ, in operibus.s. voluntatis suæ gloriantes. Sed deus dissipauit ossa hominum sibi placentium, cõfusi sunt, quia dominus spreuit eos. Confidamus & nos resistentes eis in gratia domini, quæ est gloria nostra redimens nos a circundãtibus nos, & intellectum dñs nobis, & instruens nos in via hac quam ingredimur, confirmando super nos oculos suos, quia in deo salutare nostrum & gloria nostra, deus auxilij nostri, & spes nostra in deo est. Sed iam de quibus vel contra quos ista prædixerim, oportet consequenti narrare sermone, atq; eorum peruersis dogmatibus, inquantum nos sua gratia dominus dignatus fuerit instruere, respondere. Igitur contra Pelagianos & Celestianos hæreticos, quos dominus tales futuros suo vitio ante constitutionem mundi præsciuit, & exortos in mundo iudicio damnauit, sermo nobis est respondendi. Istos ostendebat apostolus Petrus in epistola sua secunda futuros, dicens: Fuerũt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducẽt sectas perditionis, & eum qui emit eos deum negant, superducentes sibi celerẽ perditionem: Et multi sequentes eorũ luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de uobis negabuntur: Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio ereum non dormitat. Igitur de magnitudine gratiæ dei confidens his respondẽdum, tanquã hypognosticon abbreuiatum hunc facere libellum curaui. Quem si quis legere voluerit, non verborũ mediocritatem contẽpletur, sed fidei rationem: Et si placet, ad deũ qui docet hominẽ scientiam, gratias referat. Si qua vero sunt in quibus nolentes errauimus, si tñ aliqua sint corrigẽda intuitu charitatis, deo iudice corrigat, sed is cui sensus est catholicus corrigendi. Si autem nihil sciens vel inuidiosus fuerit, vitiare quæ sana sunt non præsumat, quia mecum stabit ante tribunal Christi, rationem redditurus quisquis ille fuerit. Huiusmodi ergo dogmatis ista est nefanda blasphemia. Adam inquiunt, siue peccasset siue nõ peccasset moriturum fuisse. Tamen peccatum eius neminẽ nisi solum nocuit ipsum. Et posse hominẽ per liberum arbitrium tanquam per se, sibi sufficienter implere quod velit: vel etiam meritis operum a deo gratiam vnicuique dari.

Libidinem naturale esse bonum: nec in ea esse quod pudeat. Et paruulos baptizatorum filios nõ trahere originale peccatum, neque perituros a vita æterna, si sine sacramento baptismi ex hac uita migrauerint, O malum dogma quod pacis inimicus inuenit. O dogma per quod scinditur matris vnitas ecclesiæ regeneratis. O dogma quod sub nomine Christi euertere, & mutare nititur Christi fundamenta. O dogma cui nefanda sunt nomina mille, mille nocẽdi artes. Arma contra legem sumit ex lege: impugnat euangelium ex euangelio, pugnans & in sui perniciem, de veris mendacia fingens,

Margin: K; Prouе.5.; Mar.24.; Psal.52.; L; 2.Pe.2.; M; 1; 2; 3; 4; 5

prouocat ad mendacium veritatem. Sed hæc sunt sibi pœna, quæ inordinate proferens putat esse victoriam: ut in eis quod scriptum Sap. 11. est impleatur. Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur.

CONTRA PRIMVM ARTICULUM, Liber primus.

A

Adam ergo, inquiũt, siue peccasset, siue nõ peccasset, moriturũ fuisse. Rñdemus, Falleris hæretice falleris: non ita est. Aut si ita est & non falleris, diuinis astrue documentis. Sed absit vt in scripturis sanctis Sap. 1. authorem mortis deũ valeat reperire. Scriptũ est.n. Nolite zelare mortẽ in errore vitæ vestre, qm̃ deus mortẽ non fecit, nec lætatur in Sap. 2. pditione viuorũ. Creauit.n. vt essent omnia & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ. Isẽ & in eodẽ libro: Deus, inquit, creauit, hominem inexterminabilem, & ad imaginem suã fecit illũ. Inuidia aũt diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Si vides, vide mortẽ non a deo authore, sed per errorẽ vitæ venisse hominibus in paradiso delitiarũ positis: i. cum per rationem animæ qua boni & vitales erãt instituti, errauerunt, à mandato diuino, inuidia. s. & seductio serpẽtis. Audis testante Propheta, deum mortem non fecisse, sed in libro Gen. 2. Geneseos protoplasto futuram, si contigisset lignum vetitum pdixisse. Sic.n. scriptum est, Et dixit dominus Adæ: De omni ligno quod est in paradiso edetis de ligno autem scientiæ boni & mali nõ edetis: qua die autẽ man B ducaueritis, morte moriemini. Hæc audis & auhorem mortis dicere deũ audes? Mors igitur ex inuidia diaboli veniens introiuit: in orbem terrarũ, & ideo iudicio iusto pro pœna in pœccatorẽ permissa est dominari. Recte.n. perdidit vitam qui mortem noluit cauere prædictã, ne vitã perderet, Tamen & misericors dñs non lætatur in perditione viuorum. Quæ est.n. perditio viuorum nisi mors? Sed viuorum male viuentium, qui in secunda morte peribunt: non viuorum iustorum, id est, requirentium deum, quibus tantum propter peccatum Adæ quod traxere nascentes, mors non secunda, sed prima debetur. Si ergo secundum vos deus author est mortis, lætari debet in occasu viuorum tanquam in opere suo bono. Quia scriptum est, Psa. 7. Lætabisur dñs in operibus suis: & quia nihil odiens fecit, sed omnia quæ fecit valde bona sunt. Sic.n. scriptum est, Diligis enim omnia Gen. 1. quæ sunt, & nihil odisti eorũ quæ fecisti: nec Sap. 1 enim odiens aliquod cõstituisti. Vel cur contra eam de eius obnoxio peccato corpore, carnem suã absq; noxa suscepit, si eam ipse corporis iaculum fecit? Nihil.n. in contrarium Rom. 8. sibi dum mundum faceret, deum fecisse co- C gnouimus. Nam vt inimicam mortẽ vincerei, vel eius matrem peccatum ideo dei filiũ hominem suscepisse, si oculos caligine mortis non perdidistis, attendite. Nã quod impossibile erat legi, inquit Paulus vas electionis, in quo infirmabatur per carnẽ, misit deus filium suũ, in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Quid est autẽ impossibile legi, nisi ꝙ sibi nec obedientem nec perfectũ facere poterat deputatum: nec peccatum tollere, nec mortem vincere præualebat? Sed quare id implere non possit subiungens ait, in quo infirmabatur per carnẽ. Iubendo.n. infirmo & non iuuãdo infirmatur, quia per carnem. i. per concupiscentias carnis ex peccato venientes, quas solo arbitrio libero homo vincere non potest nisi.n. præcedente gratia dei, legis factor esse Heb. 7. non poterit, sicut & ait idem Apostolus, Lex enim ad perfectũ nihil adduxit. Quid ergo filium dei venisse in similitudine carnis peccati, nisi nõ habens caro eius vllũ peccatum sicur nostra: dicente Petro Apostolo, Qui peccatum non fecit. i. non habuit, nec inuentus D est dolus in ore eius. Dicendo.n. in similitu- 1. Pet. dine carnis peccati, illam absq: peccato, nostrã vero peccatricem ostendit. Nam ille ideo in similitudine, quia non per libidinis vsum vt vos, sed in spiramine mystico ex virginis vtero in vera natus est carne. Et de peccato, inquit, damnauit peccatũ in carne: de humana videlicet peccatrice naturã peccatricem: peccatricem dico non deo authore, sed hoĩe delinquente. Carnẽ vt dixi suscipiẽs absque culpa, & hãc innoxiã crucifigẽs, peccatum, quod nos dãnauerat per inobedientiã in Adã terreno, in Adã cœlesti obediente damnatur. Nos.n. peccato morimur victi, Chr̃s aũt innocẽs mori voluit, vt moriẽdo mortẽ capti-

uaret & vinceret. Quodãmodo.n. eã sibi passus est dñari cũ patienter se occidendũ eius obtulit voluntati. Sed cũ mors in inferno cũ iniquis videret & iustũ non hñs vnde eidem sicut & cæteris insultaret resurgentẽ tenere nõ valuit, quinimmo victa ꝓstrata est atque dãnata. Et ideo Apostolus extollens victoriã Chr̃i de morte, seruis eius gaudẽs annũciat: *Rom. 6.* Chr̃s resurgens a mortuis iam non moritur, E mors illi ultra nõ dñabitur: Quòd.n. mortuꝰ est, peccato mortuus est semel, ꝙ aũt viuit, viuit deo. Hoc dicendo quid aliud intelligere nos voluit, q̃ deũ mortẽ nõ fecisse, nec lætari in ꝑditione viuorũ, qui absq; pc̃tõ vt eã vinceret in infirmitate carnis, voluit habere cõsortiũ mortuorũ. *Sap. 1.* Vnde si inuidia diaboli per *Sap. 2.* pc̃tm̃ mortẽ in orbẽ terrarũ introisse nõ credideritis, nihil aliud astruitis nisi deũ mortẽ fecisse, ꝓꝑea vt peremptis hoĩbus q̃bus suã donauit imaginẽ, nasceretur ei cũ ea necessitas dimicandi vel ẽt moriendi & resurgẽdi. Sed absit hoc a fide catholica, q̃ per vnum hominẽ peccatũ intrasse in mundũ, & per pc̃tm̃ mortẽ, & ita in oẽs hoĩes pertrãsisse, credit, *Rom. 5.* Paulo fideli magistro docẽte, ac Christũ mortuum ꝓꝑ peccata nostra, & resurrexisse ꝓꝑ iustificationẽ nostrã, & reconciliationẽ nos in suo copore deo patri ꝑ crucẽ. Erubescite ergo & cõticescite. in vestrã.n. mortem perpetuã & deũ accusatis, ĩ morte diabolũ excusatis, & hoc ideo, quia nõ deũ, sed diabolum timetis offendere. Dicite ergo: Si deus mortẽ *Ioan. 11* fecit, cur Christns deus mortuũ fleuit Lazarũ ſm carnẽ? Non.n. quod ipse fecerat dolere debuit, sed dolens eũ & plorãs oñdit quos deus vitales fecerat, diabolũ per culpã fecisse mortales. Quem ideo suscitat, vt diabolus F nihil se occidendo profecisse cognoscat: nec quisquam hoĩum ad deum pertinens de morte desperet, quia ideo dormiunt quos diabolus perisse putabat. Nolo, inq̃t, per Prophetã *Ezec. 18.* Ezechielẽ dñs, mortẽ peccatoris, sed ut reuertatur & viuat. Si eius vt prædicatis author est deus: cur eã, dicendo, nolo, repellit a peccatore, & nõ patitur quod suũ est permanere? Mortẽ nolo, inquit, peccatoris, q̃ ego ei non feci, sed ipse eam sibi, dũ in me præuaricator extitisset inuenit. Sed reuertatur & viuat, id est, vitã me miserante recipiat, q̃ se peccante perdiderat. Nulli itaq; fidelium dubium esse põt, primos homines factos sic fuisse vitales, vt si in libertate animæ qua immaculati creati sunt, serpentis contẽpsissent seductionem mortiferã, vita fruerentur æterna: si uero secuti essent, amitterẽt. Quibus ꝓꝑea prædixit deus, ne ũetita cõtingerẽt, ut q̃nicquid uictis postea cõtigisset aduersum, nõ ꝑmonenti, sed sibi inobedientibus imputarent. Nunq̃d.n. cũ delinquẽtibus mortẽ futurã ꝑdixisset, qđ futurũ erat ipsum fecisse credendũ est? Quid .n. eam cauendũ ꝑmonuit, si eius in eorũ occasu factor est ipse? Sed ipse nec eis per diabolũ ueniens peccantibus succedere ualuisset, G nisi dñs iudicio iusto in uindictã ꝓꝑ inobedientiã permisisset. Igitur ut moriant̃ hoĩes, pœna peccati est: ut reuertantur ad uitã, dñi miserantis est. Sed ille redit ad uerã uitã, qui per horã conuersationẽ ex gratia dei uenientem, sanguine Christi sanctificatus ingredit̃ in regnũ cœlorũ, & quasi reuersus in regionem suã dño placiturus, de qua peccata fuerat exulatus, gaudẽs & insultans morti, dicit animæ suæ, Cõuertere aĩa mea in requiẽ tuã, quia dñs bene fecit mihi: Qm̃ eripuit animã *Psal. 114* meã de morte oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu: Placebo dño in regione uiuorũ. Placebo: unde? Quia dñs bñfecit mihi. Nã & peccator recipit uitã, non aũt redit ad uitã. Reditus.n. uitæ in regno cœlorũ est, qđ omnis in peccatis suis, uel sine baptismo moriens nõ põt possidere. Recipit.n. uitã in corpore non moriturus, sed ita uicturus in corpore, ut sit mortuus uita, uel corpore uiuens semper in pœna, & uita & corpore cũ diabolo mortis authore damnato. H Vnde & dñs in Euangelio ijs qui ad sinistrã erunt in die iudicij, i. impijs & peccatoribus: *Mat. 25.* Ite, inquit, in ignẽ æternũ, quẽ ꝑparauit pater meus diabolo & angelis eius. Iustis uero q̃ à dextris erũt, Venite beuedicti patris mei, percipite regnũ paratum uobis ab origine mundi. Et tũc illi, ait, ibunt in suppliciũ æternũ, iusti uero in uitã æternã. In qua uita glorificati. i. mutati de corruptione in incorruptionẽ, de mortalitate in immortalitatẽ, fulgebunt. ac cũ Christo in perpetuũ regnãtes, insultabunt dãnatæ morti dicẽtes, Absorpta est mors in uictoria. *1. Cor. 15.* Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors stimulus tuus? Mors itaq; priuato uitæ est, nomen tantum habens, non essentiam: & ideo deus

eius author eſſe dici nõ põt. Quicquid.n.deũ
feciſſe dicimus,habet eſſentiam,i.ſpecies eſt.
Eſſentia.n.dicitur ab eo qđ eſt,quæ tñ de ſo
Exod. 3. lo deo dici debet, ſcđm illud quod ſcriptum
eſt in Exodo. Moyſi:Dices eis.i.populo: Qui
eſt miſit me ad vos. Tñ & de cæteris creaturis
dici põt quod habeant eſſentiã,ſed non ſicut
de deo, qui initium nõ habet quod eſt,ſed ex
quo accipientes initium qđ ſunt eſſe cœpe-
runt. Mors ergo nihil eſt niſi nomen recedẽ-
I te vita: ſicut fames, eſcarum defectus; ſitis,
egentia potus:tenebræ, abſentia lucis:ſterili-
tas,defectus fructus:ſilentiũ, vo cis abſentia:
inopia,priuatio facultatum, & ſi q̃ ſunt alia
quæ rerũ priuatione nihil eſſe niſi nomẽ in-
ueniuntur. Opinor nanq; ꝙ ideo mors hoc
vocabulũ accepit, eo ꝙ morſu quodãmodo
venenoſi ſerpentis.i. diaboli in paradiſo Adã
fuerit interemptus. Tunc.n.ſerpẽs morſu de-
cepit Adã, qñ per concupiſcentiã mordere,
hoc eſt, edere ſuaſit illicita, & vt dixi, ꝓpea
mors quaſi à morſu nomen accepit. Vnde &
dñs in Oſee propheta morti minitans dicit,
Ero mors tua o mors,ero morſus tuus infer-
ne. Mors & infernus in diaboli pſona dicta
Osee 13. intelligunt̃ qa ꝑ ipſum delinquenti hoĩ acce
dit mors.i.priuatio vitæ, & i ꝑ ipſum pctõres
cõuertuntur in infernũ,tanq̃ in eius carcerẽ
vbi dãnatus eſt ipſe. Sed q̃rendũ eſt,quemad
modũ Chrs deus dei filius mors extitit mor
tis, & morſus inferni. Sine dubio deus in
ſuſcepta carne in qua ſua mors nihil habe-
bat, vt ipſe ait: Venit princeps mundi huius,
Ioan. 14. & in me nõ habet quicquã. Tẽtatus poſt ba-
Matt. 4. ptiſmũ in deſerto, eius nõ obediuit concupi
ſcẽtijs:ibi ait, Dic lapidibus iſtis vt panes fiãt:
K & cætera. Vel ꝙ ſe clauorũ morſu iuſtus &
innocẽs affigi paſſus eſt cruci, & ore lanceæ
Luc. 21. trãsforari. Os aũt lanceæ dixi, ſm ꝙ dictũ eſt
de pctõribus, Et cadent in ore gladij. Et lan-
cea vtiq; gladius eſt. Et ꝙ deſcẽdens in infer
Psal. 68. nũ velut in os mortis. Vnde dicit in Pſalmo,
Nõ abſorbeat me ꝓfundũ,neq; vrgeat ſuper
me puteus os ſuũ:i. infernus. Detineri eum
fuit a diabolo impoſsibile. Vnde hoĩem quẽ
ſuſceperat pro hoĩe.i. carnẽ ſuã q̃ non uidit
corruptionẽ, die tertia ſuſcitans, tanq̃ Ionã
Mat. 12. ex ore ceti produxit. Quia hoc fuit infernus
Chro ꝙ Ionæ cetus, dicẽte ipſo dño ſuo, Si-
cut.n. Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus
& tribus noctibus:ita erit & filius hoĩs in cor
de terræ tribus dieb⁹ & tribus noctibus. Mor
ſus ergo factus eſt inferni,cum ſe ab eo tanq̃
eſcã,i.carnẽ ſuã ſuſcipi paſſus eſt, q̃ nõ ſatia-
retur ſicut de pctõribus, ſed abſorberet̃ ꝑꝑ
qđ dictum eſt, Abſorpta eſt mors in victoria.
1. Cor. 15. Sed illud teſtimoniũ qđ eſt in Amos ꝓphe-
Amos 9. ta puto ꝑꝑea dictũ eſſe, cũ peccanti populo
ꝓmittens futura mala dicit, Et ſi celauerint
ſe ab oculis meis in ſundo maris,ibi mãdabo
ſerpenti & mordebit eos. Quis eſt.n. Et ſi ce
L lauerint ſe ab oculis meis in fundo maris,i.
etſi ꝑmanſerint in operibus malis, auertẽtes
ſe ab oculis meis, a p̃ceptis.ſ.ſpiritalibus, qa
oculi dei ſunt ſpũs dei,qui legẽ,i.p̃cepta de-
dit in fundo maris,in altitudine videlicet de-
ſperationis, ibi mãdabo ſerpẽti & mordebit
eos,ibi in eadẽ deſperatione cõtẽptus mãda-
bo,poteſtatẽ dabo ſerpẽti, hoc eſt diabolo,q
ab initio ſerpens eſt noĩatus, & mordebit,eo
morſu vtiq; diuerſarũ cõcupiſcentiarũ quo
peccãtes occidit,mortificabit eos, ſed morſu
mortẽ facit. Non aũt mors eſt ſicuti feræ be-
ſtiæ,vel oẽ genus animaliũ iracundorũ, quæ
morſu ſuo nonnunquã mortificant hoĩes,&
tñ non ipſa ſunt mors, ſed morſu inſanabili
mortẽ.i.priuationẽ faciunt vitæ.quẽadmodũ
ẽt ictus gladij, ꝑcuſsio lapidis, vel qcqd põt
hoĩem occidẽdo vita priuare. Illud p̃terea p̃-
termittere non debeo,ne forte aliquis inimi-
corũ veritatis,q non ſit rationũ certarũ quæ-
ſitor,ſed quæſtionũ perplexarum ad ſubuer-
ſionem audientiũ inuentor,atque propoſitor
dicat. Si nihil eſt mors niſi nomen,quẽadmo
dũ ſuperius diſputaſti, eo ꝙ mors Chriſtum
iuſtũ in inferno cũ iniquis viderit,& quia in
eo pctm̃ nõ fuit,reſurgentẽ tenere nõ value
M rit, vt eidẽ ſicut cęteris peccãtibus inſultaret,
& ideo victa, ꝓſtrata atq; dãnata eſt. Si ergo
nihil eſt,videre, tenere, inſultare, uel vinci,
ꝓſterni,& dãnari qũo poteſt quod nihil eſt?
Rñdemus, Ipſum nihil quid eſt, qa interdũ
cũ noĩamus,nihil,addimus eſt, Sicut eſt illud
Ioan. 1. de Euãgelio. Et ſine ipſo factũ eſt nihil:inſub
ſtantiale ab ſubſtantia eſt,an nomẽ ſubſtãtia
carens?eſt nomẽ ſubſtãtia carens. Solet.n.dici
vt p̃fatus ſum a plurimis, dũ aliquid deſpici
tur,aut ꝓ paruo æſtimatur, vel certe qđ peni
tus nõ fit,nihil eſt. Cũ ergo dicimus,nihil no
mẽn inſubſtãtiale nominamus:cũ vero addi-
mus,eſt,

mus, est, rem significamus. Cur ergo nomen insubstantiale.i.nihil, tanquã vere aliquid sit dicimus, addendo est? Oē.n.qđ dicimus est, esse aliquid æstimamus, tñ cũ aliquotiens dicimus, nihil est, ꝓ cõsuetudine locutionis dicimus, est, ad nihil: cũ nomē tm̃ sit nihil, & nõ res. Sic & de morte ꝓ cõsuetudine verbi, vel ad cõparationem agentis dicimus: videt mors, aliquid agit, insultat, vel dãnata est, victa est, & quicq̃d illud est qđ dici possit, q̃a

A mors faciat aut patiatur, Cũ ergo hæc de morte dicantur, oĩa ad authorē mortis, per quem priuatio vitæ facta est, diabolũ referũtur. Ipse .n.q̃ ad mortem pertinēt, aut facit, dũ captiuat & perimit: aut patitur, dũ vincitur & dãnatur: Diabolus.n.natura est angelus, sed qđ natura est, opus dei est: ꝙ vero diabolus, vitio suo est, vtendo male naturæ suæ bono. Opera vero eius mala q̃ vitia dicunrur, actus sunt, non res, q̃ tanq̃ ꝑ se agere dicuntur aliquid, cũ ea & ꝑ ea totũ agit diabolus. Vel dãnata dicuntur, cũ ipse ꝓ his dãnatur ꝓ quibus dãnatur & hõ, cũ per liberũ arbitriũ his intellectis tradit assensũm. Et ideo hæc in futuro seculo iam non erunt, quia in authore suo diabolo dominabuntur, cum ille.s.damnatus in gehenna vt peccent homines amplius, potestatem hæc agere non habebit.

AD ARTICVLVM SECVNDVM, Liber secundus.

ITem peccatũ Adæ, aiunt, neminē nocuit, nisi solũ ipsũ. Rñdemus, Si peccatũ primorũ hoĩum solis obfuit illis, & nemini nostrũ: quēadmodũ, q̃ in illos ꝓ pc̃tõ lata est, in nos s̃nia, ptrãsiuit, in quos nõ transiuit & culpa? Nisi forte s̄m vos in iustus deus, q̃ expertes eorũ delicti, passus est nos eorũ pœnæ astringi vinculo. Hæc est.n.in illis post pc̃tm̃ diuina s̃nia, postquã.s.suasor ad præuaricandũ maledictus est serpens. *Gen.3.* Mulieri aũt dixit deus, Multiplicans multiplicabo mœrores tuos, & gemitũ tuũ, In tristitia paries filios, & ad virũ tuũ conuersio tua, & ipse dñabitur tui. Et Adæ dixit, Qm̃ audisti vocem mulieris tuæ, & mãducasti de ligno, de quo p̄ceperã tibi de hoc solo ne mãducares: maledicta terra in operibus tuis, in mœroribus mãducabis ex illa oĩbus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnũ agri. In sudore vultus tui edes panē tuũ, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es, q̃a terra es. & in terrã ibis. Hac nos pœnæ s̃nia colligatos, ipsa sibi humana natura totũ ꝑ orbē terrarũ diffusa testimoniũ perhibet dũ se p̄nis cruciatibus sanctæ legis testimonio ꝓuidet laborare. Qđ qua iustitia, si hr̃des parē-

C tũ peccati non sumus patimur? Si vobis solis ęquitas suppeditat naturalis, qua iustiora sint iudicia vr̃a q̃ dei, inter nos & deũ residentes in superbiæ solio iudicare. Nullũ.n.hoĩem tã amatorē vel defensorē sui erroris, ad dei iudicia reprehēdenda, vel ēt refellenda diabolus potuit inuenire, nisi Pelagiũ & Celestiũ nouæ legis iura tradentes, Adã igitur factus est absq; pc̃tõ natura: cũ vero peccauit hõ, natura peccauit, & facta est natura iã peccatrix, i. vitiũ vel pc̃m̃. Post pc̃m̃ ergo hõ pc̃tõr dictus est, non hõ pc̃m̃. Peccator.n.a peccãdo, non homo a peccando dicitur. Et ideo pc̃tõr hõ genuit hoĩem, sine dubio peccarorē: quia de natura vt dixi peccato vitiata, nõ nisi natura nascitur vitiosa.i.peccatrix: s̄m quod ait Apostolus Paulus, Qualis terrenus, tales & terreni. *1.Co.15* Et hoc qũo nisi per seminis sparsionē? Sed ait mihi ediuerso sentiens, Ergo semē pc̃m̃ est? Iã superius dixi, quia cũ peccauit hõ. natura peccauit, cuius sunt semina: & semē ergo vitiatũ est, nõ vitiũ, sicut scriptũ est, Semē.n. maledictũ erat ab initio: Maledictũ *Gen.3.*

D videlicet post pc̃m̃, q̃a maledicta, inquit terra in operibus tuis. Sed vitiũ trahi nõ potest *Rom.5.* ꝓtoplasti, neq; esse hoĩ sine seminis effusione. Qđ confirmat Apostolus dicens, Per vnũ hoĩem pc̃m̃ intrauit in mundũ, & per pc̃m̃ mors, & ita in oēs hoĩes mors pertransiuit, in quo oēs peccauerunt: Solus autem dñs Iesus Christus absque semine ex uirgine factus est homo, & expers delicti natus est deus & homo. Audis itaq; per vnũ hominē peccatũ intrasse in mundũ, & per peccatũ mortē, & ita in oēs homines pertransisse, in quo oēs peccauerunt: & audes dicere hæretice, Adæ peccatũ nulli nisi soli nocuit ipsi? Et vere tunc soli nocuit, cum solus esset ipse & Eua mulier eius, Sed in illis vnis oēs eramus,

quia natura humani generis erant, ficut in nobis omnibus illi uni funt, quia natura eorum fumus. Sed refpondentes dicitis, ut dicere confueuiftis: Apoftolus fi uoluiffet intelligi, q̃a per feminũ conceptionẽ dicebat pctm̃ in oẽs hoĩes pertrãfiffe, uõ per unum hoĩem dixiffet, fed per duos hoĩes, quia fine fœmiña de folo mafculo hõ nafci nõ poteft, Si cordis oculos non amififtis, attendite dictũ eft, Iam non funt duo, fed una caro: Et iterum, Erunt duo in carne una. Nã iõ per unũ hoĩem dixit Apoftolus, quia cum in uiro fuo mulier una fit caro, in femine progenies imputatur. Audier adhuc & aliũ fapientifsimũ dicẽtem ad ueftrã cõfufionem. Ex muliere initium factũ eft peccati, & per illã oẽs morimur. Ecce hæretice, factũ eft tibi fatis, per duos hoĩes in humanum genus pctm̃ uel mortẽ pertranfiffe. Sed quid adhuc dicturus fis, ficut foletis dicere, noui. Pctm̃, inquis, per unũ hoĩem in mundum intraffe, Apoftolus non feminis ꝓpagatione, fed morum imitatione dixit. Refpondeo. Si pctm̃ morũ imitatione conftat, quem imitatus eft diabolus ut delinqueret, dicite: qui primus inuenit effe pctõr? Quia fi de Adam interrogauero, rñdebitis forfitan, ꝙ fit diabolum imitatus. Efto, Adam ut peccaret, diabolũ fuiffe imitatum: dicite mihi, diabolus quem imitatus fit, quia peccatũ morũ imitatione conftare defenditis. Sed quid immoror, fciens nihil uos refpõfuros? Quem.n. dicturi eftis imitatum fuiffe, cũ autor fui lapfus ipfe fit? Adam certe peccaffe nihil aliud legimus in libro Genefeos, nifi ꝙ inobediẽs extitit diuinũ feruare præceptũ. Caim ergo primogenitus filius eius quẽ fit imitatus dũ fratrẽ occidit, homicidiũ facere, ut oftẽdatis interrogo. Quatuor.n. tunc hominis fuiffe legimus, Adam.f. & Euam, ipfum Cain & Abel fratrem fuum, & ex his neminem feciffe primo homicidium inuenimus, nifi ut dixi Caim. Dic ergo hæretice, unde hoc didicent, quem ue fuerit imitatus, fi morũ ex altero in alterũ trãfire cõftat imitatione pctm̃, & non ex cõceptione cõtractum? Omne.n. quod imitandũ eft, aut uidet oculis, aut certa relatione concipit. An excufabis homicidium non effe pctm̃? Et quid nequius? Dic iã, dic totiens interroganti mihi: Cain quem uiderit, à quo narratũ audierit homicidium perpetrandũ: Sed conftrictus uinculo ueritatis, nec ianuam tuæ propofitionis patentẽ inuenies exeundi, ad ianuam fermonis apoftoli Pauli trepidabis, ut iter rectũ, fi uelis, pofsis incedere, atq; mihi interroganti dicere ueritatẽ. Vere nõ morum imitatione, fed feminis fparfione ꝯftat per unũ hoĩem pctm̃ intraffe in mundũ, & per pctm̃ mortem, & ita in oẽs hoĩes pertranfiffe, in quo oẽs peccauerũt. Ex pctõre ergo Adam, genitore fuo Cain primꝰ pctm̃ in utero matris contraxit: & tertius hõ natus eft pctõ: ex utero eius. Mens interna patrio pctõ erat iã captiuata, à diabolo inde imbutus eft in zelũ, inde inuidũ & habuit & liuorẽ: inde non morũ imitatione homicidiũ, fed uoluntate ꝑcipitatus admifit. Qui.n. unũ pctm̃ idẽ diabolus ꝑuaricantibus primis inflixit hoĩbus, & ipfe ꝑ hoc qđ oẽs abfq; folo ut fupra dictũ eft, Chrifto nafcẽdo traxerũt, illicite ẽt cætera, dũ ei per liberũ arbitriũ cõfentitur, cõmittit peccata. Pctm̃ ergo ꝓtoplafti oẽs trahimus, nõ morũ imitatione, fed feminis cõceptione, ficut fcriptũ eft: Ecce.n. in iniquitatibus cõceptus fum, & in delictis peperit me maler mea. Cõftant etiam & imitatione morum peccata, imitando.f. malos. Sed vt q̃s immitet malos, naturę ẽ vitiũ deprauatæ qua factus eft malus & malitiofus, nõ natura à deo conditus malus. Ob hoc.n. & natura filij irę, ab Apoftolo iam baptizati fuiffe dicimur. Omnis enim carnaliter nafcens, natura filius iræ recte dicitur: q̃a natura eft ꝓtoplafti, q̃ prior in illo ꝑ ꝑ delictũ irã iudicis dei ipffe fufcepit. Si.n. delictũ eius per qđ, vt dixi, ad irã dñm ꝓuocauit, nõ traheremus, nũquã natura filij iræ dicemur. Et ideo pctm̃ eius nõ folũ ipfum, fed oẽ nocuit genus humanũ, cũ eius damnatione fimul & culpã fufcepimus, Eius.n. nos vulneratos effe delicto, uas probat electionis, cum dicit, Nõ.n. eft diftinctio: omnes.n. pecauerũt, & egẽt gloria dei. Dicendo, omnes, nullũ excipit quinimmo totũ declarauit genus humanũ. Peccauerũt.n. oẽs, cum ex vno pctõre oẽs nafcimur pctõres: Propter qđ uerũ idẽ dicit Apoftolus: Nã iudiciũ ex vno in cõdemnationẽ. Ex quo vno, nifi ex Adã, vel eius vno pctõ? in qua cõdemnatione, nifi inculpa eius, qua ille eft condemnatus? Quid eft aũt, & egẽt gloria dei nifi gratia dei patris, ꝑ Iefũ Chrm̃ q̃ eft gloria

Marginal notes: Gen. 2. E — Ecclefiaftici. 15. — Gen. 4. F — Rom. 5. G — Pfal. 40 — Eph. 2. — H — Rom. 3. — Rom. 5.

gloria dei patris ? Et quid eſt, egent.i.nemo idoneus per ſe ꝙ naſcitur carnaliter vel operibus meritorũ vitam recipit perditã, niſi per dñm noſtrum Ieſum Chr̄m ſpecialiter renaſcatur, qui venit patris & ſua ſanctiq; ſpũs indebita miſericordia, ſaluare & quærere qđ perierat ? Quid.n.perierat? Nunqd animalia irrationalia ? Aut nnnquid de bobus cura eſt deo ? Vtique hnmannm genus per peccatũ, propter quod ſe ſponte immaculatus morti tradens atq; reſurgens, gratiæ gratuitæ largitate a peccato vel morte redemit.

[margin:] ...19. ...19. I

AD ARTICVLVM TERTIVM
Liber Tertius.

ITerum poſſe dicunt hominẽ per liberum arbitrium tanquam per ſe ſibi ſufficientẽ implere quod velit, vel etiam meritis operum a deo gratiã vnicuiq; dari. Rñdemus: Neminẽ poſſes per ſe ſibi.i. per liberum arbitrium ſufficiẽter implere qđ velit. Recte dicimus, niſi protoplaſtum ſolũ potuiſſe, cum voluntas liberi arbitrij fuiſſet ſana eidem ante culpam: Lex.n.eidem in paradiſo conſtituto non poneretur ſecunda, niſi liber eſſet eim velle eademq; nolle ſeruare, ſicut ſcriptum eſt: Et locutus eſt dñs Adæ, dicens: De omni ligno qđ eſt in paradiſo edetis: de ligno autẽ ſcientiæ boni & mali non edetis: & cætera. Dicendo ergo dñs, De omni ligno quod eſt in paradiſo edetis: taliter velle permiſit. Et vetando: De ligno aũt ſcientiæ boni & mali non ederis: hmõi nolle præmonuit. Sed cum & velle & nolle p̃docuit, cui ad vtrunq; poſſe liberum donaret arbitrium, quo male vtens incautus dum ſponte ſerpenti præbet ſuadenti conſenſum, dñi præterijt p̃ceptum, amiſſo poſsibilitatis bono, ſolum arbitriũ ad velle potitus eſt vulneratũ. Hoc ergo vulnere cũcti libero claudicamus arbitrio, nec implere nobis naturaliter ſufficit poſſe bonum, quia iam, vt ſuperius diſputaui, de natura vitiatã peccato, i. de protoplaſtis hominibus, quorum ſumus & ipſi natura, in quibus eſt vitiata libertas, homo voluntatis ſanę perfectio videlicet libertatis arbitrio quo ſibi ſufficiat, non põt exoriri. Nam vt calcatus liberum arbitrium cum poſsibilitatis bono, quo valeret implere qđ voluiſſet, Adam factum intelligas, audi quid dicit ſcriptura ſancta in libro Eccleſiaſtico: Deus, inquit, ab initio fecit hoĩem, & reliqt illũ in manu cõſilij ſui, adiecit mandata & p̃cepta: Si volueris mãdata ſeruare, cõſeruabũt te, & fidẽ facere bñ. Placitã in ꝑpetuum: Appoſui tibi ignẽ & aquã, ad quod volueris porrige manũ tuã. Ante hoĩem eſt vita, & mors, bonũ & malum. & qđ voluerit, dabitur illi. Quid eſt aũt: Et reliquit illũ in manu cõſilij ſui: niſi dimiſit eũ in poſsibilitate liberi arbitrĩj ſui? In manu.n. poſsibilitas intelligitur: ipſa eſt prima gratia qua primus homo ſtare potuiſſet, ſi ſeruare mãdata dñi voluiſſet. Hãc ergo per inobedientiã deſolatus hõ, iudicio inſto factus eſt ſerpenti.i. diabolo cui maluit obedire q̃ deo, captiuus. Et ideo ſcriptũ eſt: A quo.n.quis ſuperatus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Et iterũ: Oĩs qui facit pc̃tm̃, ſeruus eſt peccati. Quod cõfirmat Apoſtolus Paulus iam baptizatis, dicens, Cum eſſetis ſerui peccati, liberi fuiſtis iuſtĩtiæ, videlicet alieni eratis à iuſtitia. Per ſe ergo homo lapſum facere potuit, quia voluit, ſed non ſicut ꝑ ſe lapſus eſt, continuo à lapſu ꝑ ſe.i.ꝑ propriã voluntatem conſurgere valuit, niſi manu dñi miſericordiſsima, qñ eius placuit pietati, fuiſſet erectus: Propter qđ ſcriptum eſt, Alleuat dñs oẽs qui corruunt, & erigit oẽs eliſos. Quod ſi homo ꝓpriæ voluntatis virtutẽ, & non per dñm ſufficit eliſus aſſurgere, qua in paradiſum, de quo inobediens pulſus eſt, deo recõditus redeat, ergo Chr̄s gratis mortuus eſt: Et vt quid ad ſanos medicus venire voluit, vel cur ſe ad ſaluandũ atq; quærendũ quod perierat, veniſſe dixit, quia ſecũdum dogma veſtrũ, nihil perditũ, nihil quod ſanaret, inuenit? Te igitur ſancte Paule apoſtole, vas electionis, magiſter gentiũ q̃ſo, cur Chriſtus in mnndum venerit: dicas, vt ſciamus quid hæreticis qui aduentum eius nihil profuiſſe humano generi, quod ꝑ ſe ſibi ſufficere p̃dicãt, rñdeamus? Fidelis ſermo, inquit, & omni acceptione dignus, quia Ieſus Chriſtus venit in hũc mundũ peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum. Audi Pelagiane hæretice, pelago ꝑditionis demerſæ, ſiue Celeſtianꝯ, cœleſti iudicio periture, vas electionis veritatis tuba canentem, Chriſtus Ieſus venit in hunc mundũ pc̃tõres ſaluos facere, quorũ

[margin:] ...e. 2. K | Eccleſiaſtici. 15 | L | 2. Pet. 2. | Ioan. 8. | Rom. 6. | Pſa. 144. | Galat. 2. | M | 1. Tit. 1

ſe pri-

se primum esse dixit: & conaris astinere cũ prędicas hoĩum naturaliter posse quod velit, Christũ nullũ in eo vulnus qđ curaret, nullam infirmitatẽ inuenisse, quã gratiæ suæ gratuito medicamento sanaret? Intantũ estis in stultitiæ ꝓfundũ demersi, vt nõ intelligatis Christum dñm ad nr̃am reparationem, reformationem, redemptionẽ, recõciliationemq; formã serui suscipere uoluisse? Quid.n.opus erat deo, si status integer naturæ maneret humanæ, carnẽ suscipere nostrã, cõtumelias sustinere a Iudæis, perpeti mortem: quæ utique oĩa pro nostra salute dignatus est sustinere, dñs bonus & misericors ꝓ seruis malis & impijs, liber pro captiuis, iustus pro iniustis, uita pro mortuis, spes ꝓ desperatis, reconciliatio pro offendẽtibus. ficut dicit Ioannes Apostolus de eo: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non ꝓ nostris autem tantũ, sed ẽt ꝓ totius mundi. Itẽ Apostolus Petrus: Qui peccata, inquit, nr̃a ipse pertulit in corpore suo super lignũ, ut peccatis mortui iustitiæ uiueremus, cuius liuore sanati estis: Eratis.n.sicut oues errantes. Item ipse in eadem Epistola: Quia & Chr̃s semel ꝓ peccatis nostris mortuus est, iustus ꝓ iniustis, ut nos offerret deo mortificatos carne, uiuificatos aũt spiritu. Audis electos & idoneos testes spũ dei loquentes, Christũ propiciationem pro peccatis mũdi uenisse, peccata nostra propterea pertulisse in corpore suo super lignum, ut iustitiæ uiueremus eius liuore nos esse sanatos, qui eramus sicut oues errãtes. Audis semel ꝓ peccatis nostris mortuus est iustus ꝓ iniustis, ut nos offerret deo.i. peccato exules reuocaret ad deum: & in tenebris cõscientiæ tuæ tractans eructas nebulas, q̃bus lumen uerũ detrahere conaris, & dicis posse hoĩem per liberum arbitrium tanq̃ per se sit idoneus, implere qđ uelit? Idẽ ipsum est.n.& illud qđ flagitaris uoce superba: Si uolo, sanctus sum: si uolo, pecco: si nolo, non pecco; Nihil uidelicet aliud astruitis ista dicendo, nisi ut superius iã dictũ est, Christi ueniens nihil nobis p̃stitit, nihil salutis, nihil adiutorij cõtulit, mors eius nihil profuit nobis, salus nostra naturalis est nobis. Talia prædicantibus fides catholica dicit anathema: credit.n. ꝙ salus hoĩs ex deo sit in Christo, cuius uulnere liberũ nostrũ curatur & reformatur arbitrium uulneratũ, q̃ auersos a se gratuita gratia sua conuertit ad se, & ut deo placeant, operibus bonis operatur in eis & uelle & posse: quorũ cursum in hac uita ꝑ ꝑ futurã uerã uitã, misericordiã ꝑueniẽdo & subsequendo ꝑficit. Ipsum igitur liberum arbitriũ hoĩbus esse, certa fide credimus & ꝑdicamus indubitanter. Sed cur dicatur liberũ arbitriũ, est paululũ differendum. Arbitrium ab arbitrãdo rationali consideratione uel discernendo q̃d eligat, quidue recuset, puto ꝙ nomẽ accepit: uel ideo liberũ arbitrium dictũ, ꝙ in sua positũ sit potestate, habẽs agẽdi quod uelit possibilitatẽ, quod est uitalis & rõnalis aĩæ motus. Sed hmõi, ut ante iam dixi, fuit in hoĩe ꝓtoplasto, cũ ante peccatũ maneret illæsus. Non.n.per aliud ꝯtraxit offensam, nisi per id quo potuit ne delinqueret resistere suadenti. Per uelle ergo malũ recte ꝑdidit posse bonũ, qui per posse bonũ, potuit vincere velle malũ. Quẽ iuste deus iã delicto captiuum volũtati deprauatæ dimisit, vt hæc eidẽ esset pœna isĩ nõ faciendo qđ velit, qui semꝑ si deo fuisset obediens, sufficere potuisset ad omne bonũ quod voluisset. Malũ itaq; velle nõ ex naturæ suæ conditione bona habuit, tanquã ex cõgenito malo, vt Manichęus credit: sed ex accidenti desiderio prauo cõcepit, videlicet cũ vt iam superius dixi, ad manducandũ vetitũ lignum, quod nolle debuit, assensum serpenti, i. diabolo præbuit: quod tanquam à radice vitiata omnis ex illa orta humana propago contraxit, absq; solo Christo, qui aduẽtu spiritussancti nõ humano semine, ex carne virginis factus est caro. Per peccatũ ergo, liberũ arbitriũ hoĩs possibilitatis bonum perdidit, non nomen & rationẽ. Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quæ ad deum pertinent, sine deo aut inchoare, aut certe peragere: sed tantum in operibus vitæ præsentis, tam bonis quàm etiam malis. Bonis dico quæ de bono naturæ oriuntur: id est, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, uelle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet uitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt,

Marginal notes: A — 1. Ioã. 2. — 1. Pet. 2. — 1. Pet. 3. — Liberum arbitrii quid. — C — D — certe

ſtunt, immo ex ipſo & ꝑ ipſum ſunt, vel eſſe
cœperunt. Malis vero dico, vt eſt, velle idolũ
colere, velle homicidiũ, velle adulterium fa
cere, res alienas velle diripere, deũ viuentẽ in
ſecula blaſphemare, velle turpiter viuere,
velle maleficia diſcere, velle inebriari & lu-
xurioſe viuere, velle quicqd nõ licet vel non
expedit operari. Sed iſta nõ pertinent ad ſub
ſtantiã vitæ p̄ſentis, quia non ſunt à Deo, im
mo male deſiderata maculãt vitã q̃ eſt à deo.
Iſta ſunt zizania animæ carniſq;, quæ inimi-
cus homo.i. diabolus dormitante Adã, dei vi-

E

delicet p̄ceptum non conſeruante, in liberũ
ſeminauit arbitrium, in quibus procliuior &
paratior eſt q̃ in proſperis vulnerata & depra
uata voluntas. Iſta ſunt diaboli opera, q̃ Chri
ſtus dei patris verbũ, quod eſt gladius bis acu
tus, in hunc mundũ veniẽs, ex virgine natus,
de credentiũ libero arbitrio gratuita ſua gra-
tia amputat, idoneã in eiſdẽ ad credendum
p̄parans voluntatẽ, per quã poſsint tã dei pa
tris q̃ ſuã ſanctiq; ſpũs iuſtã peragere volun
tatẽ. Nã ea eſſe opera diaboli & per Chr̃m tol
li, dilectus Chr̄i Ioãnes Apoſtolus probat in

Ioã. 3.

epiſtola ſua dicens, Qui facit pct̃m, ex diabo-
lo eſt: qm̃ ab initio diabolus peccat. In hoc ap
paruit filius dei. vt diſſoluat op̃a diaboli. Itẽ
Apoſtolus Petrus in actibus Apoſtolorum

Act. 10.

inter cætera de Chriſto ait, Qui pertranſiuit
benefaciendo & ſanando oẽs oppreſſos à dia

Heb. 1.

bolo, qm̃ deus erat in illo. Itẽ Apoſtolus Pau
lus ad Hebræos, Qui cum ſit, inquit, ſplẽdor
gloriæ & figura ſubſtãtiæ eius, portanſq; om
nia verbo virtutis ſuæ, purgationẽ peccatorũ
faciens ſedet ad dexterã patris. Itẽ in eadem
epiſtola, Si.n. ſanguis hircorum & taurorum
& cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctifi-
cat ad emundationẽ carnis, quãto magis ſan

Heb. 2.

guis Chriſti, qui ꝑ ſpiritũſanctũ ſemetipſum

F

obtulit immaculatũ deo, emũdauit? conſciẽ
tiam noſtrã ab operibus mortuis ad ſeruien-
dum deo viuenti. Perge adhuc hæretice, &
tantis doctoribus veritatis reſiſtẽs, dic liberũ
arbitriũ ſic ex Adam ſuſceptum, vt medicina
Chriſti non indigens, per ſe ſibi ſufficiat im-
plere quod velit. Audis dei filiũ apparuiſſe,
vt opera diſſolueret diaboli. Audis ideo eum
pertranſiſſe, vt benefaciendo ſanaret oẽs op-
preſſos à diabolo. Audis verbo virtutis ſuæ
purgationẽ peccatorũ feciſſe. Audis ſangui-
nẽ ſuum offerendo ſe immaculatã hoſtiam
deo, mundaſſe cõſcientiã noſtrã ab operibus
mortuis ad ſeruiendũ deo viuenti: & gratiæ
eius ingratus exiſtẽs, fauũ te naturaliter pu-
tas liberũ arbitriũ poſsidere? Si ſanus eſt hõ
vt Adã à deo primũ fuerat inſtitutus: &, vt
ais, nullũ vitiũ poſtea ex illo delinquente cõ
traxit exortus, iterrogo de quo dei filius appa
rẽs opera diſſoluit, diaboli quẽ ptrãſeũdo &
benefaciẽdo ſanauit oppreſſum a diabolo? In
quo purgationẽ peccatorũ fecit? Cuius emũ-

G

dauit conſcientiã ab operibus mortuis ad ſer
uiendum deo viuenti? Niſi forte falſa hæc
Apoſtolos qui ſunt in Eccleſia catholica cla-
riſsima lumina, p̄dicaſſe dicatis, experimẽtũ
videlicet q̃rentes eius, qui in eis locutus eſt
Chr̃s. Quid.n. orbati lumine veritatis nõ di-

2. Co. 13.

cere p̄ſumatis, qui nec legi dei, nec Prophe-
tis, vel Euangelio Chr̄i, eiuſq; Apoſtolis ſpũ
dei canentibus credere vultis, pc̃tõ primi ho-
minis humanũ genus mortale factum, cæte-
riſq; libero arbitrio deprauato obnoxiũ ſub-
iacere peccatis, dei quoq; filiũ ad hoc ſaluan
dũ, reparandũ, ac viuificandũ veniſſe in ſimi
litudine carnis peccati, ſuſtinuiſſe mori, reſur
rexiſſe a mortuis. Igitur cũ de libero arbitrio
agimus, nõ de parte hoĩs agimus, ſed de toto,
quia cũ peccauit hõ primus, nõ in parte ali-
qua, ſed tota qua cõditus eſt, natura deliquit.
Nunqd.n. interdũ cũ tm̃ animam nomina-
mus, corpus aut ſpm̃ ſeparamus ab anima:
aut cũ ſpiritũ dicimus, animã ſeparamus &
corpus a ſpiritu: vel cũ corpus appellamus,
ſeiungimus ſpiritum animamq; a corpore?
Vitiato ergo libero arbitrio, totus hõ eſt vi-
tiatus, per quod abſq; adiutorio gratiæ quod

H

deo placeat, nec valet incipere, nec p̄ficere
ſufficit. Præuenitur aũt medicina.i. Chr̄i gra
tia, vt ſanetur, & reparet̃ in eodẽ vitiata atq;
præparetur voluntas, q̃ ſem ꝑ indigens adiu-
torio, illuminante gratia ſaluatoris poſsit tã
deñ cognoſcere, q̃ ſecundum eius viuere vo
luntatẽ: cum.n. dicit ꝑ Prophetam dñs. Et da

Eze. 36.

bo in vos cor nouum & ſpm̃ nouum: quid
aliud ſignificat, niſi voluntates hominum la-
pſas præuaricatione veteris hominis, ꝑ Chri
ſtum nouũ hominem reparari, & præparari
ad dei voluntatem, ſicut ſcriptum eſt, Præ-
paratur voluntas a dño? Iterum Apoſtolus

Phil. 2.

Paulus: Deus eſt, inquit, qui operatur in vo-
bis &

bis & velle & perficere pro bona voluntate:
ea utiq; quæ est in eis ut dixi, a dño tam repa
rata q̃ præparata, vt esset bona in qua se iã fi
delis homo cognoscens illuminatum, vt ad
dei semp̃ sit paratior voluntatẽ, securus cla-
Psal. 50. mat ad eũ dicẽs, Cor mũdũ crea in me deus,
Psa. 118 & spiritũ rectũ innoua in uisceribus meis.
Psa. 142 Et, Reuela oculos meos, & considerabo mi-
rabilia de lege tua. Et, Notam fac mihi dñe
viam in qua ambulẽ. Et, Dñe ad te confugi,
doce me facere voluntatẽ tuã, quia tu es de⁹
meus. Qđ si uox ista iam credentis non est,
I quõ inuocabunt in quem nõ crediderũt? Nõ
Ro. 10. ergo homo uoluntate sua adhuc in uitio li-
beri arbitrij claudicante, pręuenit deũ vt co-
gnoscat, & quærat eam gratiã tanquã pro me
ritis accepturus: sed præcedit ut iam dixi, mi
sericordissima gratia sua deus hominis igno
rantis, & nondum se q̃rentis uoluntatem li-
beri arbitrij, ut eum se scire & quęrere faciat,
sicut dixit Ioannes Apostolus in epistola sua:
1. Ioã. 5. Scimus, qm̃ filius dei uenit, & dedit nobis
sensum, ut cognoscamus uerũ deum, & si-
mus in uero filio eius. Hic est uerus deus &
uita æterna. Et Dauid in psalmo, Deus meus
misericordia eius p̃ueniet me. Et, Deus tu cõ
uertens uiuificabis nos. Et dñs in Euãgelio di
Psal. 58. scipulis suis. Nõ vos me elegistis, sed ego uos
Psal. 84. elegi. Itẽ Ioannes Apostolus: In hoc, inquit,
Ioan. 15. apparuit charitas dei in nobis, qm̃ filiũ suum
Ioan. 4. unigenitũ misit deus in mundũ, ut uiuamus
per eũ. In hoc est charitas, non quasi nos di-
lexerimus deũ sed qm̃ ipse prior dilexit nos,
& misit filiũ suum propitiationẽ p̃ peccatis
nostris. Nullum aũt esse hominis meritũ in
accipienda gratia ad salutem, Paulus Aposto-
K lus docet, scribens ad Ephesios: Deus aũt,
Ephe. 2. ait, qui diues est in misericordia, pp̃ nimiam
charitatem suã qua dilexit nos, & cum esse-
mus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Chri
sto, cuius gratia estis saluati. Propter nimiã
ait charitatem suam, qua dilexit nos, non p̃-
pter nostram, qua si priores dixerimus eum,
Ibidem. cum essemus mortui peccatis. Item post pu
sillum in eadem epistola: Gratia. n. estis sal-
uati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei. n. do
num est, non ex operibus, ut ne quis glorie-
2. Ti. 1. tur. Itẽ ad Timotheũ, Noli itaq; erubescere
testimoniũ dñi nostri, neq; me uinctũ eius,
sed collabora Euangelio scđm uirtutem dei,
q̃ nos liberabit & uocauit uocatione sancta,
non scđm opera nostra, sed scđm p̃positum
suum & gratiam, quæ data est nobis in Chri-
sto Iesu ante tempora secularia. Audis ante
tempora secularia, qñ in dei erat homo præ-
scientia, & non in seculo, q̃a nõdũ erat se-
culũ: & præponis dono eius opera uolunta-
ria, cæcus ueritati resistens, Quærens. n. tuã
Rom. 10 iustitiam statuere, iustitiæ dei subiectus esse
Titum. non potes. Item ad Titum. Cum aũt beni-
gnitas, inquit, & humanitas apparuit salua- L
toris nr̃i dei, non ex operibus iustitiæ q̃ feci-
mus nos, sed scđm suã misericordiã saluos
nos fecit, p̃ lauacrũ regenerationis & renoua
tionis spiritussancti, quẽ effudit in nos abũ-
de p̃ Iesum Christũ. Quid ad hæc hæretice
adhuc respondebis? Quid munitæ gratię dei
adhuc contra gratiam tanto magistro gentiũ
teste, q̃ nullus hoĩum meritis detur excogi-
tabis opponere: Rogo, q̃d conamini resistere
vera prædicanti, tam excellenti doctori, qui
non de se in se, sed ex deo corã deo in Chri-
sto Euangeliũ prædicãs loquitur, id est in sim
plicitate & synceritate dei, & non in sapien-
tia carnali? Nam qđ vera annunciet, audire
eum attestãtẽ, & nolite esse increduli, sed fide
2. Ti. 1 les: Deus ait, & pater dñi nostri Iesu Christi
Rom. 9 scit, qui est bñs in secula, q̃ non mẽtior. Et
iterũ: Veritatẽ dico in Chr̃o Iesu, non men-
tior testimoniũ mihi perhibente conscientia
mea in spiritu sancto. Itemq;: Veritatẽ dico,
1. Tim. 2 non mentior, doctor gentiũ in fide & ueri-
tate. Audistis, non mentior, & tanquam mẽ-
tientẽ redarguitis, cũ ex vestro dogmate p̃-
uerso, qđ ille non ita esse prædicat, meritis
hominũ gratiã dari annunciatis. Immo vide
te, q̃a non tantũ Paulũ, sed & Chr̃m in eo lo M
quentẽ redarguitis Sed respondens mihi in-
quies: Si nõ vnusquisq; pro sua volũtate qua
nos dicimus: eum inquisisse deum, accipit
gratiam, sed p̃uenit voluntatẽ eius sua gra-
tia, qua in eũ credere possit: cur non ergo in
oĩbus operatur? An personarũ acceptor est
deus? Si gratię illuminatione sensus tuus hę-
reticus tenebris insipientiæ esset exutus, cre-
deres tantũ testimonijs diuinis quæ ante iam
dixi, & in sanctis scripturis reperiuntur in-
numerabilia, deum nullis meritis hominum
gratiam suam dare, per quam se eis osten-
dat ad credendum & seruiendum sibi: & non
quære-

quæreres immo nõ discureres, deus quare id non in omnibus operetur, qui bene & iuste semper omnia q̃cunq; vult operatur, & volũtati eius nemo resistit: p p qđ oĩa, q̃cunq; voluit, fecit. Ideo cur hoc illi operetur, illi non operetur, metuentẽ me & trementẽ iudicia eius inscrutabilia & incomprehensibilia, nolo interroges: quia quod lego, credo & veneror, non aũt discutio, Quis est.n. hõ q̃ respondeat deo? Nũquid dicit figmẽtũ ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Habet.n. ptãtẽ figulus luti, ex eadẽ massa aliud quidem vas facere in honorem, aliud in contumeliã. Sed interroga eũ qui dixit: Nemo venit ad me, nisi pater q̃ misit me extraxerit eũ: Et, Nõ oẽs accipiũt verbũ, nisi quibus datũ est. Et, Vobis datũ est nosse mysterium regni cœlorũ: cæteris aũt nõ est datũ. Et, Nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrẽ q̃s nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et, Sicut pr̃ suscitat mortuos & viuificat: sic & filius suscitat mortuos & viuificat quos vult. Et quia spũs vbi vult spirat. Et quia non potest homo a se facere q̃cquam nisi datũ fuerit illi desuper. Item interroga eũ qui dixit: Vobis donatum est pro Christo non solum vt in eũ credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. Et, Non volentis neq; currentis, sed miserentis est dei: & cui vult miseretur, & quem vult indurat. Et quia spiritus sanctus dona charismatum suorum diuidit singulis prout vult, nõ prout volunt. Et quibus voluerit, non qui uoluerint, notas fecit deus diuitias gloriæ sacramenti sui. Istæ sunt vniuersæ viæ dñi inuestigabiles, misericordia & veritas, quas si scire q̃ris, Paulũ interroga, & r̃ndebit tibi dicẽs: Altũ sapere noli, sđ time: q̃a q̃s cognouit sensum dñi, q̃s instruxit eũ? aut quis cõsiliarius eius fuit? quis prior dedit illi & retribuet̃ ei? Qm̃ ex ipso, & p ipsum, & in ipso sunt oĩa, ipsi gloria in secula. Interroga ẽt Dauid & dicet tibi: Quis sapiẽs & intelliget hæc? Aut q̃s loquetur potentias Dñi, auditas faciet oẽs laudes eius? Ista igitur cũ facit deus incomprehensibilis & inuestigabilis atq; inenarrabilis, nõ personarũ acceptione facit, nec iniusto iudicio, sed plane iusto altoq; secreto, q̃a hęc est fides catholica, quam si sequi velis, nõ eris de iudicijs dei incõprehẽsibilibus curiosus & cõtensiosus, sed eris cum catholicis humilis & mansuetus. Non vt dicas deo interrogando, q̃ est uoluntas tua; sed tremẽdo, fiat volũtas tua, quia potestas dei est: & tibi dñe misericordia. Modo.n. quia iudicia dei in operibus eius ab homine narrari nõ possũt ideo iniustus est deus? Immo iustus est & incõprehensibilis iudicio iustitiæ suæ, irreprehensibilis operatione volũtatis suæ. Taceat reprehensibilis, mẽdax & iustus homo, vt faciat irreprehẽsibilis verax & iustus deus q̃cunq; voluerit. Si tñ attendas ad pc̃m̃ primorũ hominũ, quo massa humani generis dãnari meruit, qui scđm testimonium Pauli Apostoli, Ex quo vno oẽs transierũt in cõdemnationẽ, poteris cognoscere iudicia dei eẽ iustissima: Inde est.n. malũ meritũ in hominibus, tã in paruulis q̃ in maioribus p̃cedẽs iudicia dei vt iusto eius iudicio puniant̃. Quare ãt ĩ hoc vt dixi malo merito p̃cedenti, non oẽs puniũtur, aut cur inde nõ oẽs saluãtur: ego seruiẽs dño in timore & exultans cũ tremore misericordiam ei & iudiciũ cãtabo: q̃a iudiciũ facit præcedente causa: salutẽ vero donat ac misericordiã p̃ueniẽdo malã cãm. Res igiť eius sumus, Oculus tuus hæretice, vt q̃d nequã est? habet potestatem pater familias iustus & misericors de re sua facere qđ vult: de reo mortis, iudicis est quam vult ferre sententiam. Audi tñ adhuc calcatius, vt ad p̃positũ superioris disputationis reuertamur, quia homo vulneratus libero arbitrio per Adæ pc̃m̃, sine gratia dei.i. p se solum sanare se non potest, nec spõte ad paradisũ reuerti, sanctorũ numero sociandos, nec eũ gratiã meritis vllis accipere, sed totũ sua misericordia deum peragere. Hõ q̃dã ait dñs in euangelio, descẽdebat ab Hierusalẽ in Hierico, & incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. Accidit autẽ vt sacerdos quidam descenderet, eadẽ via, & viso illo, pręteriuit. Similiter & leuita cũ esset secus locũ & videret eũ pertransijt. Samaritanus autem quidã iter faciens, venit secus eũ, & vidẽs eũ, misericordia motus est, Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleũ & vinũ, & imponẽs illũ in iumentũ suũ, duxit in stabulũ, & curã eius egit. Et altera die, p̃tulit duos denarios, & dedit stabulario & ait, Curã eius habe, & qđ cũq; supererogaueris, ego cũ rediero reddam

dam tibi. Hō iſte quidā ipſe eſt genus humanum, deſcendens ab Hieruſalē in Hierico .i. de paradiſo in hunc mundum, Hieruſalē .n. Hebraice dicit, latine aūt viſio pacis interpretatur. Recte ergo in uiſione pacis paradiſum dicimus. Ante.n.q̄ peccaret homo in viſione pacis erat, hoc eſt in paradiſo, vbi quicquid uidebat, pax erat & lætitia. Inde deſcendēs.i. humiliatus & miſer factus per pc̄tm̄, in Hiericho in mundum uidelicet, Hiericho.n. in qua mundus ponitur, luna interpretatur. Quia ſicut luna orit̄ & occidit, ita & mūdus cū in eo ortā occidūt, & iterū oriuntur. Incidit in latrones.i.in diabolum & angelos eius. Per inobedientiam.n.ut ſępe dictū eſt, primi hoīs, diabolus humanū genus diſpoliauit & uulnerauit, morū.ſ.ornamētis, & bono poſſibilitatis liberi arbitrij perdito. In illo.n.peccante plagam fecit, in nos uero plagas, cū ꝑ unum illius pc̄tm̄ qđ naſcentes trahimus, ſuperaddimus multa peccata. Quid eſt autē relicto eo ſemiuiuo abierūt? Recte dictus eſt ſemiuiuus: habebat.n.uitalem motum.i.liberum arbitrium uulneratum, quod ei ſolum ad æternā uitā quā perdiderat, redire nō ſufficiebat, ideo & ſemiuiuus dicitur. Iacebat ergo humanū genus uulneratum in mundo. Sed cur iacebat, dicite, ſi per ſe ſurgere poterat uel ſanari, nullius indigens adiutorio? Sed iacebat uulneratus, quia uires ei proprię ad ſurgendū, quo ad ſanandum ſe, medicū.i. deū requirere nō ſufficiebat. Deſcēdēs ſacerdos eadem uia cū uideret illū, p̄teriuit, Similiter & leuita cū uideret eū, pertranſijt. In his duobus.i.ſacerdote & leuita, duo tp̄a intelligunt̄, legis.ſ. & ꝓphetharū. In ſacerdote lex, ꝓ quā ſacerdotiū & ſacrificia inſtituta ſunt. In leuita uaticiniū ꝓphetarū, quorū tp̄ibus oē humanū genus ſanari non potuit: quia regnauit mors ab Adā uſq; ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.i. etiā in oībus ſanctis & in paruulis, qui præuaricati non ſunt ſicut Adam: & tn̄ ꝑ ꝓ peccatū p̄uaricationis, quod naſcētes ex eo traxerunt, tanquam chirographo paterno conſtricti, ſtipendium peccati moriendo ſoluerunt. Stipendium eſt enim peccati mors. Et quia per legem cognitio peccati, nō abolitio. Lex enim iubet ut cognoſcat ſe hō peccatorem eſſe, qđ antea ignorabat, nō pc̄tm̄ tollit: ideo & Apoſtolus, Nā concupiſcentiā, inq̄t, neſciebam, niſi lex diceret Non cōcupiſces. Lex itaq; nihil ad perfectum adduxit: quia ſi ex lege iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt Si.n.data eſſet lex, quæ poſſet uiuificare, uere ex lege eſſet iuſtitia. Sed cōclu ſit ſcriptura oīa ſub pc̄tō, ut ꝓmiſsio ex fide Ieſu Chriſti qui oīa peccata tollit, daretur credētibus. Plenitudo.n.legis & ꝓphetarū Chriſtus qui uenit non ſoluere legem & ꝓphetas, ſed adimplere. Sacerdote ergo & leuita prætereuntibus, iter faciens, Samaritanus uenit ſecus eum. Samaritanus iſte, ipſe eſt ſaluator Chriſtus. quia Samaritanus cuſtos interpretatur, cui recte dicimus, Cuſtodi me dn̄e ut pupillā oculi, ſub umbra alarū tuarū ꝓtege me. Quid eſt aūt, uenit ſecus eum? Id eſt, uenit in ſimilitudine carnis peccati, non ut ille qui latebat in carne peccati, ſed ſecus eum, quā in ſimilitudine. Et uidens eum miſericordia motus eſt: uidens eū, quid? iacentē. Nunquid ſurgentem & currentē? Et ideo miſericordia motus eſt, quia in eo quo curari dignus eſſet, meritū nullū inuenit. Et appropians alligauit uulnera eius. Quid eſt, alligauit uulnera eiꝰ? Sicut ſcriptum eſt. Qui non nouerat pc̄tm̄, ꝓ nobis peccatū fecit: de quo peccato.ſ. dānauit pc̄tm̄ in carne. Infundēs oleum & uinū hoc eſt chriſma ſanctū & ſāguinē ſuū. Et impoſuit illū in iumentū ſuū, in adiutoriū uidelicet gratię incarnatiōis ſuę, q̄a ſicut ſcriptū eſt Hic pc̄tā nr̄a portauit, & ꝓ nobis doluit. Et duxit in ſtabulū.ſ.donās ei fidē ad credendū in ſe. Duxit in Eccleſiā ſuā, quæ oībus ambulantibus in uia fidei, tanquā ſtabulū patet ad ſuccedēdū. Et altera die, quaſi tp̄e alio, poſt reſurrectionē utiq; & aſcenſionē ſuā, ꝓtulit duos denarios: duo uidelicet uetus & nouū teſtamēta in q̄bus vnū numiſma dei regis eſt. Et dedit ſtabulario, Paulo Apoſtolo, q̄ eſt uas electionis, cui ſollicitudo eſt oīum eccleſiarū. Et, Ait, Curā eius habe, id eſt, quæ ad fidem meā pertinēt, qūo eū oporteat ad plenam ſanitatē peruenire, doce illum. Et quocunque ſupererogaueris, dū rediero reddā tibi. Si quid ergo ſuper euangeliū meū, tanquā miſericordiā meā cōſecutꝰ ut eſſes fidelis ad eius vtilitatē ſapueris, dū rediero indicaturus mundum & unicuiq; redditurus ſecundū

opera

Marginalia: E; F; Rom. 5.; Rom. 6.; Rom. 3.; Rom. 7.; Exo. 20; Gala. 2; Gala. 3; Matt. 5; G; Psal. 16; 2. Cor. 5; Esa. 53

opera sua, reddam tibi. Quid est autem quod super legem & euangeliũ plus Paulus erogauit? Cor. 7. Illud quod puto ipse ait ad Corinthios. De virginibus aũt pceptum dñi non habeo, consiliũ aũt do tanq̃ misericordiã consecutus a dño vt sim fidelis: vel illud ẽt vbi de cõiugibus ait. idem. Nã cæteris ego dico nõ dñs, &c. Ista interim iam a maioribus Ecclesiæ catholicæ tractatoribus dicta vel exposita sunt: sed tunc a nobis limes fidei sanè defenditur, qñ termini quos posuerunt sancti partes nõ trãsferuntur a nobis, imò obseruantur & defensantur. Ecce queadmodum curatur hominis liberũ arbitriũ vulneratũ. A die ergo aduentus sui dñs, quo venit sanare vulneratũ iacentem, I vsq; ad diem redditus sui, quo iudicaturus est mundũ, stabulario curã habere iubet sibi traditi sauciati: significans q̄ a die quo datur homini a deo per motum misericordiæ eius, non per meritũ quod in vulnerato non inuenitur vt sanetur, vsq; ad diem assumptionis eius, nisi sub cura gratiæ fuerit, ad perfectũ peruenire nõ posse. Sicut stabularius eius ...ilir. 1. Paulus docet, scribens ad Philippenses, Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Christi Pet. 6. Iesu. Itẽ Petrus Apostolus in Epistola sua prima, Deus aũt omnis gratiæ, inquit, qui voca-...c. 15. uit nos in æternã gloriam suã in Christo Iesu, modicũ passos ipse perficiet, confirmabit solidabitq;, ipsi gloria & imperium in secula seculorũ amen. Quid etiã aliud ostẽditur & in oue illa perdita ex centũ ouibus nisi liberũ arbitriũ possibilitatis bono vitio primi hominis perdito a iustorũ errasse consortio: nec per se ad cohortem, i. ad paradisum de quo exiuit, fidelium numero resociandum posse reuerti, nisi indebita gratia sua, vtique volun- K tate sua, bonus pastor Christus, qui pro nobis animã suam posuit, de deserto errantem, hoc est de isto mundo in quo homo diuini præcepti desertor exulans est, & errat libero arbitrio in operibus diaboli, humeris suis superimpositum in adiutorium .s. fidei & charitatis suæ reuocauerit? Hoc .n. ut dixi, ipse dominus probat cum in parabola volens hominem intelligi, ouem dicit errasse, quæ non sponte redierit, sed a pastore requisita ad ouile propriũ eius sit humeris reportata. Vel cũ vulneratum a latronibus, non ꝓprio gressu,

sed iumento super impositum ad stabulũ dicit esse delatum, quod magister ille gentium gratia fidei illuminante videns de se præsumentibus dicit, Igitur non uolentis, neq: cur- Rom. 9. rentis, sed miserentis est dei. Sed ais mihi, Si Psal. 27. non uolẽtis neq; currentis est inuenire deũ, quo scriptum est in Psalmis, Et ex uoluntate mea cõfitebor illi: Et iterũ in Apostolo, cum 1. Ti. 2 in figura uasorũ de peccatoribus dicit, Si q̄s ergo emundauerit se ab istis, erit uas in honorem sanctificatũ & vtile dño ad omne opus bonum semper paratũ? Accipe fidei rationẽ. Alia causa est adhuc nõ credentis in deo, alia iam credentis. De non credente, i. adhuc deũ ignorante, ut cognoscat & credat in quo ope- L ra bona nulla sunt, dictũ est. Nõ uolentis ne- Rom. 9. que currentis, sed miserentis est dei: quia in uanitate sensus atq; in tenebris obscuratum hñs intellectũ, liberi arbitrij lumẽ uerũ quod Ioan. 1. illuminat oẽm hominẽ uenientem in hunc mundũ, uidere non põt, nisi deus p̄p̄ suam misericordiam, qui dixit de tenebris lumen 2. Co. 4. splendescere, illuxerit in corde eius, ad illuminationẽ sciẽtiæ claritatis dei in facie Chri Iesu, ut ablato uelamine, i. nebula peccati de corde eius, conuerti possit ad dñm, qui spiritus est. Cum aũt acceperit spiritũ dñi, erit in Ioan. ñ. eo libertas ad capessenda dñi præcepta, quia ubi spiritus dñi, ibi libertas. Habet autem the- 1. Co. saurũ istum in uase fictili, in corpore uideli- 1. Co. 4. cet suo terreno, ut sublimitas sit uirtus dei, & nõ ex ipso, & ideo nõ uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Fit hoc ẽt multifarie multisq; modis, & in his qui iã deo seruiũt, cum gratiæ eius miseratione subito ad ea perueniunt bona quæ non uoluerunt, neque cucurrerunt. Iam uero credentis, id est illuminati atque reparati in libero arbitrio per gratuitam gratiam saluatoris vox est, & ex voluntate mea confitebor illi. Sed ut possit ei- M dem confiteri, non in se sed gloriatur in domino, cum dicit, Dominus adiutor meus & Psal. 27. protector meus, in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro mea: propterea sequitur, Et ex uoluntate mea confitebor illi. Sua est utique omnis uoluntas bona, cum in eo per Christum ut esset bona, de lapsu est reparata. Quapropter quicquid vult bonum, quicquid potest, a domino est: quia sine me, ait dominus in Euange- Ioan. 7. lio

lio discipulis suis, nihil potestis facere. Itē in eodē Euangelio, i. fm Ioannē, Nō pōt homo a se facere quicquā, nisi datū fuerit illi desuper. Itē Apostolus Paulus ad Corinthios, Fiduciā aūt talem, inquit, habemus per Christū ad deū, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nō litera sed spiritu: Litera.n. occidit, spiritus autē viuificat: ita ergo & illud est quod dicit Apostolus, Si quis ergo mundauerit se ab istis, erit vas sanctificatū in honorē & vtile dño ad oē opus bonum paratū. Cum.n. deliquerit iā redemptus p gratiam baptismi ꝓpria voluntate, & in peccatis suis ꝑmanens ex hoc migrauerit mundo, efficitur vas ligneum, quod facile deuorabit ab igne gehennæ: aut certe fictile: quod communi possit virga recta, virga regni Chri.i. iudicio æquitatis eius, quē, sicut dicit Apostolus, benignitas dei saluandū ad pœnitentiam adduxerit, secundū quod itē ad Timotheum dicit, Ne forte det illis deus pœnitentiā ad cognoscendā veritatē, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenent ad ipsius voluntatē, & cibauerit eū pane lachrymarum, potumq; dederit ei in lachrymis & mensura, emundat se ab hmōi vasis, quia cū dei misericordia se ꝓueniente, agit & ipse satis p liberū arbitriū, vt emundetur. sola aūt voluntate sua si ꝓsumat, mundari no pōt, imo nec ex corde pœnitere cōpellitur, qa Petrū nisi dñs respexisset, nunq̄ pœnitentia motus amare fleuisset. Pœnitētia ergo res est optima & ꝑfecta, q̄ defectos reuocat ad perfectū. Sed oē datū optimū, Iacobus inquit Apostolus, & oē donum perfectū desursum est descendent a pr̄e luminū, apud quē nō est cōmutatio, nec momenti obumbratio. Oportet ergo ea orare pœnitentē, quæ ad eius mundationē expediunt, Quod ut faciat vnde sit audi. Similiter aūt ait Paulus Apostolus, Ex spiritus adiuuat infirmitatē nostrā, Nā quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spūs postulat pro nobis.i. spūs postulare nos facit gemitibus inenarrabilibus. Est igitur liberū arbitriū, quod quisquis esse negauerit, catholicus nō est: Et quisquis sic esse dixerit, qd̄ sine deo bonum opus .i. quod ad eius sctm̄ propositū pertinet, nec incipere, nec perficere possit, catholicus est. Quibus.n. dicitur in Psalmis, nisi liberū arbitriū habentibus, Venite filij, audite me, timorē dñi docebo vos? Itē a dño in Euangelio discipulis, Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea. Et item, Vos amici mei estis, si feceritis q̄ ego mando vobis, Et ab Apostolo Corinthijs, Hoc.n. vobis vtile est, qui nō solū facere, sed & velle cœpistis ab anno priore: nūc vero & facto ꝑficite, vt quēadmodū prōptus est animus voluntatis, ita sit & ꝑficiēdi. Et multa alia q̄ tam in veteri q̄ in nouo testamento continentur, q̄ nimis ꝑ ꝑ fastidium lectionis, longū est enarrare. Qūo aūt vnicuiq; secundū sua opera redderetur in die iudicij, nisi liberū esset arbitriū? Et ideo non est personarū acceptio apud deū. Quicunq;.n. sine lege peccauerūt, sine lege peribūt: & q̄cunq; in lege peccauerūt ꝑ legem iudicabuntur, In omni itaq; opere sancto prior est volūtas dei, posterior liberi arbitrij.i. operatur deus cooperātur hō. Quod si dicas, vt dicere consuestis, quia ego prior volui, deus voluit. Iā meritū facis, vt gratia ex operibus iā non sit gratia, sed merces. Hoc loco redarguit te Apostolus, dicens, Si aūt gratia, iam nō ex operibus, alioquin gratia iā non est gratia. Gratia igitur donatur, nō redditur: quia si redderetur quasi ex debito, nō ab Apostolo ex gr̄a, sed ex operibus diceretur. Oīs ergo Christianus cui iā donatū est posse per gratiā vt dei faciat volūtatem, abundare debet in operibus bonis, qa labor eius nō erit inanis in dño; sic tñ vt non in se, semꝑ in dño glorietur, cuius vt dixi gr̄a eruditur abnegare impietatē & secularia desideria, vt sobrie, iuste & pie viuere possit in hoc seculo: sicut dicit Apostolus scribens ad Titū, Apparuit.n. gratia dei saluatoris nostri omnibus hoibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatē & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatā spē & aduentū gloriæ dei magni, & saluatoris nostri dñi Iesu Christi. Nemo sit segnis & remissus ad seruiendū deo, nec sic de gratia confidat, tanq̄ deus liberi arbitrij eius, quod per mortem filij sui reparauit & sibi præparauit, opera non requirat, immo declinet à malo & faciat bonum. Vigilet, oret, petat, pulset, contendat vincere seculum, deo placere sic, vt dum per mundi pelagus currit, quemadmodum sæpe dictum est, an-

coram

corā gratiæ ceruicibus reuinctā fiducia liberi arbitrij non soluit: quia siue in prospero cursu ne extollatur, siue in tempestate tentationum ne mergatur eius gubernaculo, quoadusq; ad portū paradisi perueniat; poterit permanere securus:& cū impleuerit cursum fidéter dicat cū Apostolo Paulo, [Ti.4.] Bonum certamē certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Hæc.n.ille cum diceret, non in se, sed in dño gloriabatur. Ipse.n.dixit, [Co.1. Co.15.] Vt qui gloriatur, in dño glorietur. Quō.n. potuit bonū certamen certare, cursum consummare, ante iam dixerat, Non ego autem, sed gratia dei mecū. Amputauit aūt omnē humanā gloriam, & dedit soli deo, cum iterū dicit, [Co.1. Co.15.] Vt non simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitat mortuos. Et iterū, Gratia autem dei sum id quod sū. Recte nanq; arbitror cōparari liberum arbitriū iumento: vnde & dictū est, [Psal.72.] Velut iumentū factus sum apud te: gratiā vero sessori: quia sicut iumentum animal viuacissimū vt domet ad opus hoī necessarium, de armēto vagū apprehenditur, & incipit per curā domātis se ad eius proficere voluntatē: ita & liberū arbitriū qd̄ vulneratū viuit in hoīe, gratia dei apprehēditur de armēto luxuriæ seculi, in quo sub pastore diabolo vagabatur per incōgruas voluntates. Pastorē diabolū dixi secundū Zachariā Prophetā, [Zach.11.] de eo dicentem, O pastor & idolū. Apprehenditur ergo gratia, vt dixi, ad domādū liberum arbitrium, vt & malæ cōuersationis deposita feritate humiliter, & vt ad obediēdum in opus dño necessarium corrigatur, & ita per eius semper curam incipiat in dei proficere voluntatem. Sicut enim iumentum illud dum in via dirigitur, sessoris manu regitur, vt iter rectum siue leniter seu cursim, secundum sedentis in se volūtatem possit incedere quoadusq; ad locum perueniat destinatum: ita & liberum arbitrium dum in via idest in Christo, quia ipse ait, [Ioan.14.] Ego sum via, veritas & vita, cœperit esse, gratiæ regimine regitur, vt in se mitis domino recto corde, siue patientia charitatis, siue feruente spiritu, idest secūdum diuisiones gratiarum spiritus, [Co.12.] qui per gratiam diuidit singulis prout vult, possit ambulare quoadusq; ad promissum regnū cęlorū perueniat, ideo, & in Psalmis ait, [Psa.143.] Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et illud cū aliquoties sub sessore pastum largioribus cibarijs incūbens freno, cursu extollitur, sessoris flagello cæditur, vt secundum eius ambulet voluntatem: similiter & liberum arbitriū dum homo gratiæ dei immemor in prosperis efficitur, & tāquam de sui possibilitate gloriatus extollitur, eius flagello corripitur, cum in varijs tribulationibus & afflictionibus paululum subiugatur, vt humiliatus hō in sua humilitate* ad gratiæ recurrat auxilium. Sicut ergo homo sedens in iumento, cum peregerit iter quod incessit, dicit, Feci hodie ut puta triginta miliaria, cum illo sedente, iumentū cucurrit triginta miliaria, sed non ea cucurrisset nisi a sessore tam directum in uia quā gubernatum fuisset Recte ergo sessor quem gratia figurat dicit, fecit triginta miliaria. Ipse.n. fecit iumentum facere fecit, & tamen vtrisq; labor itineris imputatur: ita & gratia & liberum arbitrium peragit sine dubio iter fidei liberum, dum dei Christianus facit præcepta, sed non vt supra dixi sine gratia dirigente vel gubernante: propter quod dicitur in Psalmis, [Psal.36.] Dirige in conspectu tuo viam meam: & a domino gressus hominis diriguntur. Itaq; nec gratia sine libero arbitrio facit hominem habere beatam vitam: nec liberum arbitrium sine gratia: Et tamen paruulos sine vsu liberi arbitrij facit gratia habere beatam, & perpetuā æternāq; vitam. Eos autem qui iam rōnis capaces sunt præuenit atq; docet, vt bonum velint & possint. Scriptum est.n. in actibus Apostolorum, [Acto.16.] Et aperuit deos cor Lydiæ purpurariæ, vt audiret ea quæ dicebantur a Paulo. Itē in Euāgelio post resurrectionē de duobus eūtibus in via, [Luc.24.] Tunc illis, inquit, aperuit sensum vt intelligerent scripturas: & in Psalmis, [Psal.93.] Beatus homo quē tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū. Et in Propheta Ezechiele dominus, Et faciam, ait, vt faciatis voluntatē meam, & in præceptis meis ambuletis. Dono igitur gratię dei patris & Christi eius, sāctiq; spiritus, iustos qui fuerūt ante legē, vel sub lege tā electos quā gubernatos fuisse, ex multis testimonijs accipe pauca ī libro Genesis, [Gen.6.] Noe autē, ait, inuenit gratiam ante dominū deū: Statimq; seqtur, Noe hō iustus & cōsummatus erat in genere suo & placuit deo: Nota igitur post inuentā gratiam, deo donāte iustū & ɔsummatū dictū esse & placuisse deo, non ante gratiam. Saluandum ergo per ele-

*al. infirmitate.

ctionem gratiæ assumpsit eũ a cõsortio iniquorũ, qbus iuste iratus inducturus erat diluuiũ deus, nõ actu meritorũ, cũ in Adæ preuaricatione natus sit reus: aqua.n.diluuij baptismus illi fuit, & arca Ecclesia. Non solũ aũt illi fuit, sed & vxori eius & filijs & mulieribus secũ in reparationem hoĩum cõseruatis: licet hanc illi salutis fuisse fidẽ per gratiam habenti præputiũ; q̃ nunc est per Christũ in pputio gentiũ, quia & ille & nos gratia salui facti sumus, vt dicit Apostolᵘˢ, nõ ex operibus, ne quis glorietur. Itẽ illic dominus ad Abrahã, Noli timere, Abrahã, Ego ptegã te, & merces tua magna erit nimis. Protegã te, gratia vtiq; mea: qa priusquã me inuocares, vocaui te vt exires de terra & cognatiõe tua, & inuocares me. Ideo & ipse Abrahã ad dñm cũ ei apparuisset ad ilicẽ mãbræ. Dñe, ait, si inueni gratiã ante te, ne trãseas puerũ tuum: &c. Per gratiam ergo quæ non est ex operibus, dictum est ei, Merces tua magna erit nimis: q nemo prior dedit deo & retribuet ei: qđ confirmat Apostolus dicẽs, Quid ergo dicemus inuenisse Abrahã patrẽ nostrũ secundũ carnẽ? Si.n. Abraham ex operib. iustificatus est, habet gloriã, sed non apud deũ. Item in Genesi de Ioseph cũ venditus esset Phutiphar spadoni, Vidit aũt dominus eius, inquit, qđ esset dominus cũ eo, & quia quæcunq; faciebat, dominus psperabat in manibus eius, & inuenit Ioseph gratiã ante dñm suum. Nõ ex se habuit, sed inuenit: domino vtiq; donante, qui erat cũ eo & prosperabat opera eius, & somniorum interpretationẽ ei donauerat. Item cum missus esset in carcerẽ, ait, scriptura, Et erat dominus cũ Ioseph, & perfudit eum misericordia, & dedit ei gratiã ante principẽ carceris. De qua gratia non se gloriabatur, sed in domino, cuius donũ esse sciebat, cũ dicit Pharaoni de interpretando somnio eius, Sine deo non respondit salutare Pharaoni: itẽ in Exodo, Dominus autem dedit gratiã populo corã Aegyptijs, & accõmodauerũt illis & pdati sũt Aegyptios. Quomodo.n. eis dedissent quos odio habebãt, vasa sua aurea & argenta vel vestem, nisi donũ gratiæ fuisset? Itẽ in eodẽ libro Moyses ad dominũ, Ecce tu mihi dicis, inquit, Deduc populum meũ hunc, tu autem non demonstrasti mihi quẽ simul dimittas mecum, & dixisti mihi, Scio te p omnibus, & gratiã habes apud me, Nunc ergo si inueni gratiã in conspectu tuo: ostẽde mihi temetipsum manifeste vt videã te, & sim inuenies gratiã apud te, vt sciã quia populus tuus & gens hæc habeat gratiã apud deum: sed ex deo, non ex se: deniq; cũ dicit, Si inueni gratiam in conspectu tuo, inuenisse se non habuisse gloriat. Et cũ dicit ostende mihi temetipsum manifeste, vt videã te, vt sim inuenies gratiam ante te: quid aliud indicat, nisi vt dũ te video manifeste, cognoscã non mei fuisse meriti, sed dono gratiæ tuæ? ideo & ait, vt sim inuenies gratiã ante te. Item post pusillũ ait ad dominum, Nisi & ipse exeas nobiscũ, ne me educas hinc: & quomodo scietur vere, quia inueni gratiã apud te ego & populus tuᵘˢ, nisi tu pariter nobiscũ fueris, & gloriabimur ego & populos tuus p omnibus gentibus quæ sunt super terram? Quoniã non in nobis, sed in te, a quo accepimus gratiã gloriandi. Item dominus ad Moysen, Et hoc ve bũ tibi quod dixisti faciã, Inuenisti.n. gratiã in conspectu meo, & scio te præ omnibus: Sed ideo faciã, quia miserã te me inuenisti gratiam meam, non ex Adã peccante natus habuisti tuam. Nã & cũ dicit dominus ad Iesum filiũ Naue, Sicut erã cum Moyse, sic ero, & tecũ, & nõ derelinquã te, neq; despiciam te. quid aliud dicit, nisi ut ait Moysi, inuenisti gratiã in conspectu meo, & scio te præ omnibus? Nõ.n. Moysi locum accepisset, nisi ut ille ante deum gratiam inuenisset: Item in libro iudicũ, Dixit angelus dñi ad Gedeõ, Qm̃ dominus erit tecũ & percuties, Madian tanquam virũ unum. Et dixit ad eũ Gedeon, Si inueni gratiam ante oculos tuos, ut facias secundũ ea quæ loqueris mihi, &c. Id est, quoniam me idoneum non agnosco implere quæ promittis, & uidisse te, non fuit meritorum meorũ, nisi esset donũ dei: ideo & ait, & Si inueni gratiã ante oculos tuos, Dono enim dei eũ uidisse angelũ vox diuina confirmat, cũ pauentẽ & tremẽtem cõsolatur dicens, Pax tibi sit, ne timeas, nõ morieris: id est, ut uideres angelum, gratiæ meę fuit, quapropter in pace uiues, & facies quæ tibi annunciaui: item in Regnorum libro, Et dixit rex Dauid ad Sadoch sacerdotẽ, Circũage arcam domini in ciuitatem, Si inuenero gratiam ante dominũ reduces me & uidebo eam,

Marginalia: Ephe. 2. · Gene. 15 · Gene. 12 · I · Gen. 18. · Gen. 15. · Rom. 11. · Rom. 4. · Gen. 39. · Ibidem. · K · Gen. 41. · Exo. 12. · Exo 33. · L · Iosue. 1. · Exo. 33 · Iudicũ. 6. · M · 1. Par. 1

bo eam,& decorem eius:id est, Non.n.confido in virtute mea liberare me, sed in gratia dei, quã donare in eius est potestate: ideo & ait, Si inuenero gratiã ante dñm, quod cõfirmat in Psalmis ipse dicẽs, Gratiã & gloriam dabit dñs. Quid.n.euidentius de gratiæ operibus dici potuit, vel probari, quam quod dictum est Hieremiæ Prophetæ? Aut si nomẽ eius in eodẽ loco tacuit, nunq̃d nõ gratia sua gratuita hoc operatus est deus in illo, cũ ei dicit, Priusquã te formarẽ in vtero, noui te, & priusquã exires de vulua, sanctificaui te, & prophetã in gentibus posui te? Planè manifestat gratiæ donum, & non ex operibus. Quæ enim erant eius opera necdũ formati in vtero, necdum nati ex vtero? Igitur non ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei, Priusquam te formarem in vtero noui te, & priusquam exires de vulua sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui te. Ecce vere non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: Item in Hieremia, Et det, ait dñs, virtutẽ nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiã in cõspectu eorum, q̃a in peccatis.s. nostris, p̄ q̃bus traditi sumus in manus eorũ, requiẽ inuenire non meremur, donec inueniamus gratiã, per quã veniam possumus accipere. Ideo itẽ subsequens dicit, Exaudi dñe orationẽ nostrã & deprecationem nostrã, & eripe nos p̄pter te, & da nobis gratiã ante faciem eorum qui nos abduxerunt. Eripe nos, ait, propter te, & da nobis gratiã: i. quia potestas & misericordia tibi est, & iuste humiliasti nos, ob hoc gratiã vt dones petimus p̄p̄ te, & non p̄pter nos, quos in captiuitatem malis p̄cedentibus meritis tradidisti. Itẽ in Salomone, Labia, inquit, iustorũ distillãt gratiã: hoc est dono gratiæ grata & iusta loquuntur. Non.n.distillarent gratiam, nisi fonte gratiæ rigarentur. Itẽ illic, Qui diligit disciplinã, diligit sensum:* qui autem odit increpationes, insipiens est, Melior qui inuenit gratiam ante dominum: quia videlicet diligere disciplinam & obedire increpanti se propter dñm, per se solũ non potest, nisi dono gratiæ fuerit eruditus: ideo item ipse dicit, Cur viri cogitat rectum, vt a deo corrigantur gressus eius Cogitat.n.iam recta, qui inuenit gratiam ante dñm: & corrigit gressus eius dñs, cum in eo & non in se confidens dicit, Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueant vestigia mea: itẽ in libro sapientiæ, Quoniã gratia dei, ait, est in sanctis illius. Ecce generaliter dictũ, neminẽ sanctorũ sine gratia dei fuisse uel esse, sed vt in eis sit ad cõfirmandos eos, acceperunt gratis per fidẽ quæ a deo est, nõ habuerunt ante fidem, quia vt ait Dauid, pro nihilo saluos facies eos: item in libro Tobiæ, Ego autem, ait, custodiui animã meã, ne manducarẽ de escis eorum. Et q̃m memor fui dei in toto corde meo, dedit mihi summus deus gratiam ante Salmanasar regẽ & emebam illi omnia, iens in regionẽ Mediam, vsq; dum mortuus est. Quod vero præposuit dicens, Q̃m memor eram dei in toto corde meo: ne p̄prium esse uideretur & non donum, quod memor esset dei, cõtinuo subiungens ait, Dedit mihi summus deus gratiam vt cõfirmaret eius dono, non merito suo, dei memorẽ fuisse, & locum dilectionis ante regem Salmanasar inuenisse. Præparatur.n.uoluntas a dño, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectũ est, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus nõ iustificabit omnis caro corã illo: quia iustitia dei p̄uentu misericordiæ per fidem Iesu Christi apparuit super omnes qui crediderunt. Ideo & subiũgens, inquit, idem Apostolus, Iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus p̄pitiationem per fidem in sanguine ipsius &c. Ecce audisti, iustificati gratis per gratiam dei. Noli ei præponere opera propria, nec ex eisdem gloriari, q̃a vt iã superius dictum est, ex operibus non iustificabitur omnis caro corã illo. Ergo, inquies, dãnas opera liberi arbitrij bona, q̃a dicis iustitiã ex operibus nõ deberi. Si ita est, cur nobis præcipit Apostolus abundare in operibus bonis, q̃a labor noster non erit inanis in dño? Audi hæretice stulte & inimice fidei veritatis, Opera liberi arbitrij bona, quæ ut fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrij merito, & ipso faciente, gubernante & perficiente ut abundent in libero arbitrio, non damnamus, quia ex his vel huiusmodi homines dei iustificati sunt, iustificantur, iustificabuntur in Chri-

sto, Dānamus uero authoritate diuina opera liberi arbitrij, quæ gratiæ pponuntur, & ex his tanquā meritis, in Chro iustificari extollunt. Quis.n. prior dedit ei, & retribuet illi? Paulus hoc dicit non a se, sed in se Chro loquente. Pelagius nō credit, Dic hæretice, cui est dicendū anathema? Imò dicat Paulus ore suo pferente Chro sententiā, Sed licet nos, aut angelus, ait, de cœlo euangelizet uobis, pterquā qđ euāgelizauimus uobis, anathema sit: sicut q̄ diximus & nunc iterū dico, Si quis uobis euangelizauerit pter id qđ accepistis, anathema sit. Ille in spū dei dicit extollētibus se de se, Quis prior dedit illi & retribuetur? Tu in sapientia carnis, q̄ inimica est deo, rñdes, Ego prior dedi deo, & retribuet mihi. Quid deinde restat ut audias, nisi anathema? Sed clamas iterū & dicis, Si nullū est meritū operātis, qūo scriptū est, Et tu reddes unicuique ſm opera sua? Ausculta & intellige, si tñ aures habes audiēdi, & cor nō sit induratum intelligēdi. Propter liberū arbitriū quo bona & mala operant hoies, dictum est, Vnicuiq; reddes ſm opera sua: habet.n. hō malū meritum, cū uitio suo iā baptizatus declinat a bono, & facit malū.i. cū derelinquit deū, & diligit seculū, sicut fecisse Demam & Hermogenē testat Apostolus. Vel cū ēt qs in toto spē hñs in uanis simulacris, deū uerū agnoscere nō uult, quē cognoscendi in hoc seculo hēt potestatē, si uelit summus deus, tñ p indebitā gratiā qua iustificat impiū, saluare q̄ ēt cū se auertit iudicio iusto traditū in reprobū sensum, futuro gehennæ supplicio reseruare: ut reddat ei ſm opera sua. Hēt nihilominus & bonū meritū, cū in oībus gratiæ dei bona in se operāti non resistit, sed cooperator existit, & oēm spem suā hēt in illud, cū autē suā & cor deo loquēti intus, hoc est in interiore homine pbet, & nō foris in malis seculo pstrepenti, quod meritū nō habet pp pſentem uitam, tāquā in præsenti seculo recepturus, sed pp futurā ueram uitā, quæ erit in secula seculorū: quia si in hac uita tm̄ in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus, Spes.n. quæ uidetur, non est spes: nam quod uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Quapropter de meritis Christianis extolli in hoc seculo non debet, quia nemo in hac uita positus, gloriabitur se habere purum cor, nec quisquā dicit se esse sine peccato. In præsenti nāq; labor indictus est, ut fiāt merita p auxiliū gratiæ, non pmissorū redditio meritorū ideo & Apostolus, Nō quod iā, inquit, acceperim, aut iā pfectus sim, sequor aūt si cōprehendam, in quo & cōprehensus sum a Christo Iesu: &c. Quicquid ergo homo in pñti fuerit cōsecutus, donum est, non meritum, Cum aūt corruptibile hoc induerit incorruptelam, & mortale hoc induerit immortalitatē, ubi iam nulla erit malorum cupiditas, sed perfecta iustitia, ut sit deus omnia in omnibus, tunc meritum reddetur iustis secundum opera sua, quorum per totam seculi uitam meritum oē fuit gratia, ut gaudentes iā merito dicant animæ suæ, Benedic anima mea dñm, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedic anima mea dñm, & noli obliuisci oēs retributiones eius. Qui ppicius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat oēs languores tuos, qui redemit de interitu uitam tuam, qui coronat te in miseratione & misericordia. Audis Pelagiane, in miseratione & misericordia, & cæcus extolleris pro meritis solarum uitium tuarum te coronandum. Intellige miseratione & misericordia dei, non in factione meritorum animam coronari. Oēs igitur sancti dei quos superius memoraui, uel nō memoraui, qui ante aduentum fuere incarnationis dñi nostri Iesu Christi, fide non alia nisi quæ nunc est salui facti sunt. Quod cum diceret Apostolus in Epistola ad Hebræos, Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent: Fide plurimam hostiam Abel quàm Cain obtulit deo, per quam testimonium cōsecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illā defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est ne uideret mortem, & non inueniebatur quia transtulit illum deus: ante translationem.n. testimonium habebat placuisse deo, sine fide autem, ait, impossibile est placere deo: sic & de cæteris quos electionis ordo cōmemorat, sed non solum fide, immo & gratia quæ nūc per Christum donata est: quia nec fides sine gratia, nec gratia sine fide, dicente Apostolo ad Timotheum, Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quæ est

Marginalia: Rom. 11. Gala. 1. Rom. 11. Rom. 8. E Mat. 16. Rom. 2. F 1. Co. 15. Rom. 8. — Phil. 3. 1. Co. 15. Ibidem. G Psal. 102. Heb. 11. Gene. 5. H 1. Tim. 1.

est in Christo Iesu. Nam eandem, vt dixi, esse fidem quæ salutem cõtulit in cognoscẽdo deũ, & illis & vobis apertissime demonstrat Apostolus, scribens ad Galatas, Prius aũt, ait, q̃ veniret fides, sub lege custodiebamur, cõclusi in eã fidẽ q̃ reuelanda erat. In eam vtique quæ semꝑ temporibus tacitis erat in dei seruis per dei verbũ, & reuelanda erat in gentibus ꝑ incarnatũ idẽ verbum, quia ut ait iterium Apostolus ad Hebræos, Iesus Chrstus heri & hodie, & ipse in secula. Tẽpora itaque mutata sunt, non fides. Iustificatio ergo per fidẽ Iesu Christi data est, datur, dabitur & credentibus: quæ fides donum est sicut & gratia, non merces, quia vt superius commemoraui dixisse Apostolum, Superabũdauit gratia domini nostri Iesu Christi cum fide. In quo. n. nostrũ fides priusquã ueniret erat, quę sicut dixit Apostolus, reuelanda erat? Nemo penitus glorietur se fidẽ ex ꝓprio sensu genuisse in se, per quã possit credere deo: sed agnoscat tam ante legem quã sub lege & post legem, fidem quæ est in Christo Iesu, per illuminationẽ gratiæ q̃ a deo patre est, vnicuiq; reuelatã ad salutẽ, vt apertissime in Euãgelio dominus noster & saluator ostendit, vbi dicit discipulis suis, Quẽ dicunt hoĩes esse filiũ hoĩs? & cætera. Vos aũt, inquit, quẽ me esse dicitis? Respõdẽs Petrus ait, Tu es Christus filius dei viui. Et dominus, Beatus es Simon Bar Iona, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Ecce clarum fidei donum. An nõ est donũ cũ dicitur, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis? Item Apostolus Paulus ad Galatas, Cum aũt placuit, ait, ei q̃ me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit ꝑ gratiã suã, vt reuelaret filiũ suũ in me, vt euangelizarem eũ in gentibus. Cognouerat quippe in Euangelio q̃d Petro responderit dñs se cõfitenti: ideo & dixit, Cũ aũt placuit ei q̃ me segregauit de vtero matris meę, & vocauit per gratiam suam, ut reuelaret filiũ suũ in me tanquam diceret, Non caro & sanguis mihi filiũ dei reuelauit, sed pater qui in cœlis est: ideo nõ dixit, cum voluissem ego: sed, cum placuit ei q̃ me segregauit de utero matris meæ, & uocauit, nõ per meritum meũ, sed per gratiam suam. vnde & idem dicit in alia Epistola sua, Misericordiam consecutus sum, ut essem fidelis. Itẽ ad Ephesios ubi dicit, Huius rei gratia ego Paulus uinctus Christi Iesu ꝓ uobis gentibus, & inter cętera sequentia, Per Euangeliũ ait, cuius factus sum minister ſm donum gratiæ dei, quæ data est mihi. Audi & crede Pelagiane scd̃m donum gratiæ unumquenq; fidelem esse non scd̃m meritũ ꝓpriæ uoluntatis. Sed ais mihi, quia oculis hæretico dolore turbatis, intendere lumẽ ueritatis? nõ potes & nullũ est ꝓrsus meritũ ꝓpriæ volũtatis? Si discernas inter uolũtatẽ g̃ra est, Audi ergo breuiter ꝓpriæ uolũtatis tũc est meritũ bonũ, q̃n gratię domũ p̄cedit vniuscuiusq; uolũtatẽ, & operatur ut meritũ faciat hõ per propriam uoluntatẽ. Vt eui dẽtius ergo cognoscas donũ esse gratiã & fidẽ, quæ perditum hoĩem reuocat ad salutẽ, Audi Apostolum Ephesijs prędicantẽ, Gratia salui facti estis per fidẽ, & hoc non ex uobis, dei donum est, nõ ex operibus, ne quis glorietur. Omnes igit̃ qui fuere, uel sumus, & futuri sunt, per unitatem fidei & gratiam quę est in Christo Iesu in deum credimus & credituri sunt. Sine Chr̃o. nemo hoĩum poterit in deum credere vel adipisci salutẽ, sicut dicit in Actibus Apostolorũ Petrus Apostolus de Christo, increpans infideliũ insaniam Iudæorũ, Hic est lapis qui reprobatus est a nobis ædificantibus, q̃ factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus, Nec. n. nomen aliud est sub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quãobrẽ & Apostolus Paulus scribens Corinthijs, id est ostendẽs eandẽ fidẽ hisdẽ sacramẽtis quibus & nos & patres nostros fuisse redemptos dicit. Nolo enim vos ignorare fratres, ait, q̃m patres nostri omnes sub nube fuerũt, & oẽs mare transierunt, & oẽs in Moyse, hoc est ꝑ Moysen baptizati sunt in nube & in mari, & oẽs eandẽ escã spiritalem manducauerũt, & oẽs eundẽ potũ spiritalẽ biberunt. Biberũt aũt de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus. Item ad Corinthios secunda, Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur, Omnem uero amputauit imperitorum suspitionem ancipitem, & nostram defensionẽ nullo hęreticorum ariete quassandam muro u llauit cum scribit

Marginalia: Gala. 3. | 1. Co. | Heb. 13. | Ibidem | 1. Ti. 1. | I | Mat. 16. | Gala. 1. | K | 1. Cor. 7. | Ephe. 3. | L | Ephe. 2. | Actio. 4. | 1. Co. 10. | M | 1. Co 4. | Psal. 115

Ephe. 5.

Ephesis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe uocationis vestræ, Vnus dñs vna fides, vnũ baptisma, vnus de⁹ & pater oĩum, qui super oẽs & per oĩa & in oĩbus nobis. Item illic post pusillũ, Donec occurramus ait, oẽs in vnitatem fidei & agnitionis filij dei in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. Nota dictũ hæretice, oẽs, & in uanitatem fidei, sed fidei q̃ est in Chri sto Iesu, q̃ cũ gratia, vt superius ꝓbauimus, gratis, nõ meritis à deo patre ad salutem oĩbus credentibus est tribulata. Hæc de magisterio grẽ quæ est in Christo Iesu domino nostro, de gratia & libero arbitrio dicta sufficiant, immo gratia deo qui quantũ voluit donando, quod voluit fari permisit, & vbi voluit tacendũ, linguę terminum posuit.

A

LIBER QVARTVS AD Articulum Quartum.

ITem aiũt libidinẽ naturale in homine esse bonũ, nec in ea esse qđ pudeat. Et rñdemus, Libido non est naturale bonũ in hominibus, sed per pct̃m primorũ hominũ accidens malũ, atq; pudendũ, cuius nõ deus author est, sed diabolus. Quod vos errãtes, & alios in errorẽ mittentes ideo naturale bonũ esse dicitis, qa deũ pestis huius authorem creditis, nõ diabolũ. Omne.n. qđ natura bonum est, deus summe bonus ex nihilo fecit, nõ diabolus: nos autẽ libidinem nõ naturale bonũ, sed naturale esse malũ dicimus, credimusque. Naturale aũt malũ sic dicimus, non quia sit naturæ deo opifice cõgenitum, sed quod a peccãte natura transierit in pecatricẽ naturam.i. quod sit naturæ pecantis vitiũ, nõ ipsa natura. Omne.n. malum non est natura, B sed actus accidens defectu boni. Quãobrem quod natura nõ est, deus nõ fecit, quia natura est oẽ quod fecit. Hoc ergo malo in Adã, qui male bonum illicitum concupiuit, vt dixi, humana natura est uitiata, qđ omnis trahit ex semine natus, Sed forsitan quæris a me dicens, Quemadmodum potuit malũ serpentis, hoc est diaboli, in bonum hominis transire naturæ? Ausculta, Serpẽtis nonunquã venenato flatu hoĩe & mori nouimus statim, & vt mori possit grauiter perurgeri: quapropter interrogo, rñde, qũo potest alienæ naturæ virus flatile humanę sic ꝓualere naturę, vt oẽs artus eius flatũ mortiferos faciat, & ui talem flatum ex ea cogat exire? Sed noui, qa nihil dicturus eris. Per peccatum.n. ꝓtoplasti non credis miseram esse factã humanã naturã & mortalẽ, vnde potest qualibet accidẽte infirmitate facile deprimi vel occidi. Audi ergo, Sicut nunc in peccatore serpentis flatu pestifero venenũ infligitur, & ꝑ illud mori compellitur, & idẽ morsus ab incantatore inspectus afflatus esse dicit̃, qa serpẽs illũ, inq̃t, afflauit, & statim ꝓ salute eius parat antidotum quo possit venenũ superare: ita tũc in peccante Adã, cũ serpẽti, hoc est diabolo magis suadenti q̃ deo præmonenti ne faceret, se se incautus prębuisset, auertente se ab illo irato deo, fraudifero flatu venenosa & mortifera libido inflicta est, tanto eũ deinceps opprimens dñatu, vt etiã peccare nolentẽ, sicut uenenũ trahit ad mortẽ peccare .i. malũ velle, incitaret inuitũ. C Hinc peccator, hinc vitiatus vitiosusq; factus & dictus est, hinc priuationem meruit uitæ, Cõtra hoc venenatũ malũ ne præualeat, misericordia inspiciẽte dei remedium.i. antidotum, ꝑ Iesum Christũ donata est, gratia, ne oĩs homo penitus interiret. Qđ si non credere vis, quæso vt dicas, qũo potest molli sibilo serpens venenum vt perimat, homini propinare, qđ contingere hominũ nullus ignorat? Sed quãtũ libet tergiuerseris, intercedente pct̃o sub diaboli serpentis malo natura humana potuit captiuari sicut serpẽtis terreni pót flatili veneno exanimari: qa sic illud potuisse transire credimus, sicut istud posse fieri cognoscimus & videmus, qđ penitus nec illic potuisset, nec hic, si natura nr̃a inculpabilis permãsisset. Quærẽdũ, est igitur, cur hoc malũ de quo agitur, libido dicatur, Sine dubio a libẽdo.i. a libitu per deriuationẽ libido est nuncupata: sed ais D mihi, Ergo oẽ quodlibet libido est? Respondeo, Nõ oẽ qđ libet, libido est, sed oẽ quod male libet, libido est, In bono.n. libitu libido dici non pót, sed uoluntas de ratione mentis naturalis exoriens: In malo vero libitu non voluntas est, sed voluptas, quã fecit transgrediens protoplasti voluntas, cum scilicet illicitũ male libuit suadente serpente, cuius sibilo

bilo venenoso, vt supra iam dixi, hunc morbum quẽ non habuit ante culpam eius delinquens natura cõcepit, & ꝑ coitũ semen transiuit in posteros. Factos.n. primos hoĩes absq; libidinis malo scriptura sancta testatur cũ dicit, Et erant ambo nudi, Adã & mulier eius, & nõ cõfundebãtur. Quid est, nõ cõfundebãtur? Id est nullis ad peccãdum, sicut contingit post pctm̃, libidinis stimulis vrgebãtur. In voluntate.n. eorũ creatus erat licitus genitalium vsus ad gignendos videlicet filios, nõ in voluptate luxuriæ: post pctm̃ vero hanc eisdẽ accidisse ipsa iterũ scriptura demõstrat, dicens, Et aperti sunt oculi eorũ, & sciuerunt quia nudi erãt, & cõsuerũt folia ficus, & fecerunt sibi tegumẽta. Sed nũquid clausis oculis erãt creati. qa dictũ est, & aperti sũt oculi eorũ? Quod si clausi fuerũt oculi eorũ, qũo verũ erit qđ scriptũ est. Et vidit mulier, quia bonũ est lignum ad escã, & qa optimũ est videri oculis, & speciosum ad intuendũ? Aperti ergo erãt oculi eorum ad intuendum opera dñi, quæ valde bona creauit: clausi vero erant ignorantia mali, quod creator bonorum oĩum non creauit. Et aperti sunt conscientia delicti pulsante, vel cũ in se viderent.i. sentirẽt iam nudati, animæ carnisq; pace, motum quendã turpissimũ atque precipitem nouiter accidisse, vñ confusi ad fici folia cucurrerunt, & his libidinis pudore sollicitata membra texerunt Quod si naturale bonum est secundum vos ista libido, & nihil est in ea quod pudeat, quæro qua ex causa post transgressionem naturalia mẽbra texerunt, & non sicut ante peccatũ fuerãt permanserunt, quando vtique nudi erant, & non confundebantur? Nihil enim deus vnde confunderetur homo cum eum plasmaret ad suã imaginem, in eius forma creauit. Quod si non secundum fidẽ nostram de accidentis malo libidinis post pctm̃ confusi sunt, secundum dogma uestrum deus in eis fecit vnde confunderentur: nec.n. aliud dicitis, cum turpissimẹ libidinis deum esse authorem prædicatis. Sed respondes forsitan, Absit vt deus fecerit quempiam in protoplastis pudorem. Iterum ergo, iterumq́ue percontor, Si nihil vnde pudeat deus fecit &, plena fide dicitur, quia penitus non fecit, & malum libidinis ex diabolo non est, quod recta fide non dicitur, quia ex ipso est: dicite, cur texerũt genitalia mẽbra post culpam, quẹ a die institutionis suæ inuicem videbãt & non tegebant? Si dixeris propter peccatũ, ergo confitere & accusa malam libidinem, cuius impudentiam pudentes folijs fici texerunt. Quod si dicere nequis, aperte deũ pudoris huius authorem esse priminaris: quia cum ex malo libidinis à vobis negat̃ confusio cõtigisse, deus apertissime hoĩum opifex accusatur. Sed vtinã sic vos istam libidinẽ laudare erubesceretis, sicuti tunc illi cum se peccasse eius cõuincẽte motu deprehenderent, erubuerunt. Quid vero indicant folia fici, quibus vt dixi, nõ deo authore pudenda membra, sed per pctm̃ facta texerunt, nisi quendam pruritum libidinis turpẽ? Imo cur illas corporis partes texerunt, & non potius manus qbus prohibita attrectauerunt, aut ora quibus male desiderata ederunt? Sed illa membra texerunt in quibus peccati cupiditas exardescens concupiscentiam incõtinẽtis gutturis accusabat. Ista est vestra laudabilis atque dilecta cupido, per quã, vt ait Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, Contra quam spiritus spem habẽs in deo, nisi fortiter concupiscat, nec caro nec spiritus vitam possidebunt æternam. Sic stulti estis, vt istam discordiam carnis & spũs, diabolum excusãtes, deũ accusantes fecisse credatis. Sed absit hoc malũ a catholicis sensibus, vt deũ authorẽ libidinis esse audeãt cogitare vel dicere. Cõtra hoc venenũ de grã̃ antidoto cõfidentes, omnes sancti castigantes corpus suum, & in seruitutem redigentes, ne fortè a fide Christi reprobi efficerẽtur, fortiter pugnauerunt & pugnant. De hac enim congressione loquebatur Apostolus Paulus, cũ dixit, ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberãs: & tanquã ecõtrario rñderetur ei, quis est, vel vbi est aduersarius, tuus cõtra quẽ pugnas: rñdẽs ait, Castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo.i. in corpore meo est, nõ in aere cõtra quẽ pugno libido est. s. inimica vitæ meæ, quæ me currentẽ & placere deo ꝑ ducarum gratiẹ eius volentem diuersorum libitu malorum per momenta aculeis impugnat & prouocat, quo agonis mei cursum impediens, authorem suum diabolum faciat esse victorem. Ideo castigo corpus meũ, vbi porto hostẽ meũ in me, pugnanti contra me virtute gratiæ cõfortatus repugno pro me. Sed tũc hostis potentiam destruo, cum castigans corpus meum

Marginalia: Gen. 2. — Gen. 3. — E — E — F — G — Gal. 5. — 2. Cor. 1. — 1. Cor. 9. — H

meũ infirmor in me. Cũ.n.infirmos, tũc fortior sum & potens, Gratias aũt deo, q̃ dedit nobis victoriam ꝑ dñm nr̃m Iesum Chr̃m. Quod si nõ ꝑ pea castigabat corpus suũ, quo malorum cõcupiscentiarũ appetitus vel stimulos superaret libidinũ, cur hoc se facere dicebat, illo melius sapientes & docentes exponite. Non.n.naturale esse bonũ libidinẽ ꝑdicatis, si castitatis virtutẽ intuentes, vt Paulus corpora vestra castigaretis: imo impudenti fronte lasciuientes, eius motũ sic procaci lingua laudatis in publico, ut cunctis pateat qđ a vobis geratur in secreto. Si tñ q̃ laudare publice nõ pudeat, eligant vel secretũ: rogo erubescite, vnde ꝓtoplasti, vt iam dictũ est, post pctm̃ erubuerũt, quorũ & ipsi pctõres sumus filij, & credite malum ex diabolo, non bonũ ex deo esse libidinem. Quã Apostolus legẽ, hoc est, malam consuetudinẽ nominat, & esse dicit in mẽbris contrariam legi mentis, ne obediatur legi dei. Audite ergo quanta sit iniquitas huius mali, quid ve hinc hõ patiatur infirmus, Apostolo dicẽte & disputante inter cætera, Nã concupiscẽtiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non cõcupisces: Non dixit, Cõcupiscentiam non habebam: sed, nesciebam. quid? vtrum malũ esset. Habebam igitur, sed tãquã naturale bonũ esse credebã cum autẽ lex diceret. Non concupisces. cognoui non naturale bonũ, sed per pctm̃ accidẽs esse malũ cõcupiscẽtiã. Occasione aũt accepta, pctm̃ per mandatũ operatũ est in me oẽm cõcupiscẽtiã. Cũ ergo sperarem, ꝙ viribus proprijs iubente lege possem concupiscentiam vincere maioribus magis eius vrgebat stimulis, & infirmante me, eius cupiditas augebatur. Sine lege enim pctm̃ mortuũ erat. Qđ peccatũ? Libido vtique quæ & concupiscentia mala dicit? Nõ dixit, nõ erat: sed, mortuũ erat.i. cum præceptũ legis, quod est ei contrarium, adhuc non esset, in pctõre latebat, quia legis imperio demonstratũ est. Ego aũt sine lege viuebam aliquando: priusquam scirem legis mandatum, in operibus totius cupiditatis me viuere arbitrabar. Sed cũ venisset mandatum, pctm̃ reuixit, ego autem mortuus sum. Vixit enim intentione mortifera prima lege, id est, quãdo in paradiso captiuauit Adã, & reuixit eadẽ fallacia secũda lege, & occidit me tanquam captiuũ filium trãgressoris: q̃a per legẽ cognitio pcti, nõ victoria de pctõ. Et inuentum est mihi mandatũ qđ erat ad vitã, hoc esse ad mortẽ. Optime dixit, inuentũ est mihi. i. nõ mãdatũ deus ad mortem dedit, sed visum est mihi tanquã mortiferum, eo ꝙ illud virtute propria implere non possem: icũ ego nõ mandati vitio, sed stimulo cõcupiscẽtię mortis percussus moriar. Stimulus.n. mortis pctm̃. Nam pctm̃ occasione accepta per mandatũ seduxit me, & per illud occidit. Videns pctm̃, quod est, vt sæpe dictũ est, cupiditas, vnde libido exorta est, de legis authoritate nihil me valere contra se: sicut Adã interiecto mandato ad prę̨uaricandum de quo vitiũ peccandi cõtraxi, seduxit & me, tanquam denuo dicẽs, Nõ morte morieris, si de ligno manducaueris interdicto, imo aperientur oculi tui, & eris sicut dij, sciens bonum & malum. Ideo & ꝑ illud occidit. Itaq; lex q̃dẽ scta, & mãdatũ sctm̃ & iustũ & bonũ. Non igitur imputo legi dei, ꝙ uitio meo factus infirmus, pręceptum eius implere nequeo: q̃ & si iubendo non iuuant, tñ sua sanctitate & iustitia malum esse concupiscentiam, qđ nesciebam, oñdit: quia peccatũ, ait, non cognouit, nisi per legem: & docuit ad superandos eius illicitos appetitus, cũ in me deficio, debere diuinum auxiliũ implorare. Qđ ergo bonũ est, mihi factũ est mors? Absit. Nunquid.n. mãdatũ bonũ? quod cõtra mortis opera datum est, in mortẽ mihi est commutatũ? Absit. Ego videlicet ꝙ morior, nõ mãdati bono vitio morior, sed mandato bono uitio meo transgresso. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modũ peccãs pctm̃ per mandatum. Vt ergo cõcupiscentiæ malũ, q̃ radix est oĩum malorũ, cognoscat malũ, ꝑ mãdatũ bonũ ꝑualuit in me magis, nõ defecit, quia lex subintrauit vt abundaret delictũ. Mortẽ ergo mihi operatũ est delictũ, cũ ex delicto.i. ex cõcupiscentia mala, infirmãte me virtute propria ad obediendũ legi delicta creuerunt. Et factũ est supra modũ peccans peccatũ per mandatũ, cũ per legem, vt dixi, non defecit, sed magis immoderatis cupiditatibus creuit. q̃a virtus pcti lex ẽ, ꝓhibẽdo, & nõ auxiliando. Scimus.n. ꝙ lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum venũdatus sub pctõ. Spiritu igitur dei tã docente

Marginalia: 2.Co.15; 1.Co.15; I; Rom. 7.; Ibidem.; Exo. 20.; K; 1.Co.1; L; Gene. 3; Rom. 7.; 1.Ti. 6.; Roma. 5; M

cente quã iuuante,quo lex lata eſt, non ſolú
uoluntate carnalis legis pñt impleri ꝑcepta,
quia per legẽ uitia mea tm̃ agnoſco,nó aufe-
ro. Fruſtra de carnis infirmitate ꝑſumo,hoſtẽ
meum cui dei iudicio iuſto ſum traditus ꝑ ꝑ
pctm̃,cui me volũtas uendidit ꝓtoplaſti, ſo-
lus ſuperare nõ ualeo. Iubet deus ,imo faciat
ut fiat quod iubet. Venundatus ſum ſub pctõ
iuxta ſuam ſententiã,qua me peccantẽ dãna-
uit:me miſericordia mutare digneẽ. Lex ſpi-
ritalis eſt,ego aũt carnalis ſum:ipſe me cõpo
tẽ ſuæ faciat legis, ut ſpũs uirtute, ꝑcinctus,
perfectæ legis tuba gratia ꝑcedente , poſsim
inimicũ in corpore ſuperare . Qđ.n.operor,
non intelligo, qđ mala uidelicet cõcupiſco,
nõ ea ut ueniãt q̃ro uel opto, q̃a natura non
tali ſum inſtitutus : ſed hoc malũ qđ eſt per
noxã uitiata natura,authorẽ præbeo legi,cali
ginoſis ſubito ac prauis deſiderijs cõturbor
A illectus . Non.n.qđ uolo hoc ago, ſed quod
odi illud facio. Legis mandato de ꝓpriæ uo-
luntatis conatũ parere uoló,& nõ ualeo. Pctõ
uero dũ reſiſto, cõſentire delector. Si autem
quod nolo illud facio,cõſentio legi qm̃ bona
eſt. Cũ ergo nolo,ut nullum concupiſcentiæ
malũ concupiã appetitu,& magis hoc facio:
magnũ uere malũ eſſe concupiſcentiã in mẽ
bris meis agnoſco, q̃ me peccare cũ quadam
delectatione ſollicitat, legi cõſentio.i.credo,
& per ipſum agnoſco,quia cum ſua bonitate
mihi indicit, Nõ cõcupiſces:uenenum mor
Rom. 7. tis in cõcupiſcentia eſſe deſignat. Nunc aũt
iã non ego operor illud, ſed quod habitat in
me pctm̃ . Igitur hoc malũ quod diſcordare
facit corpus,& ſpm̃,ut ſit in me,nõ ego opto
uel facio,qui illud demõſtrante lege, ex qua
malũ eſſe cognoui,ne ſit in me cõſentire le-
gi cõtendo. Sed dum de meo uelle & poſſe id
ſuperare non ualeo,ideo peccatũ quod in me
inflictum eſt per pctm̃,manens in me,ea quę
nolo operatur aduerſum me. Scio.n.quia nõ
habitat in me,hoc eſt in carne mea bonum.
B Certus ſum ergo, ꝙ hæc concupiſcentia quæ
eſt conatui meo aduerſa in corpore meo nõ
eſt bonum . Cum.n.reſiſtitur ei & defeciſſe
putatur, magis magiſq; ſua malitia in uarijs
appetitionibus innouatur . Nam uelle adia-
cet mihi,perficere autem bonũ non inuenio.
Volo quidem tam hoc pctm̃ uincere quã le-
gis ꝑcepto parere. Quod utrũq: bonũ ut per-
ficiam,poſſe mihi de me cũ uelle meo nõ ſuf
ficit,quia ſufficientia noſtra nõ ex nobis, ſed
a deo eſt. Non.n.quod uolo bonũ hoc facio,
ſed quod nolo malũ hoc ago. Ad bonũ igitur *2. Cor. 3.*
peragendũ uoluntas mea de ſe ꝑſumens , &
non de deo, nihil perficit, ad malum uero ẽt
qđ non uult aliquoties inclinatur ut uelit. Si
aũt quod nolo,illud facio, nõ ego operor il-
lud,ſed qđ habitat in me pctm̃. Cum utique
nolle meũ cõcupiſcere prouocaẽ,ut uelit,nõ
uoluntas reſiſtens id agit, ſed peccati cupidi-
tas,q̃ a ſola mea uoluntate ſuperari non põt, *Ioan. 15.*
quia ſine me,ait dñs,nihil poteſtis facere, In-
uenió igitur legẽ uolenti mihi facere,bonũ,
qm̃ mihi malum adiacet. Condelector.n.legi
dei ẜm interiorem hoĩem . Quia igitur malũ
cõcupiſcentiæ adiacet mihi.i.ſponte,& cũ nõ
deſideratur occurrit,& ut perpetreẽ eſt uolũ-
tati deprauatę poſsibile, q̃a ſine deo,ut iã di- C
ctũ eſt,nõpõt eneruari,tñ uẽ mihi de me ꝑſu
mẽti ad ꝑficiendũ bonũ, legis uidelicet man
datum,ut cœpi, fore poſsibile, ſi ſecundum
interiorem hoĩem,hoc eſt,animæ rõnem,cõ
tra mortales corporis mei motus tota uolun
tatis meæ intentione totiq; naturæ meæ ui-
ribus non deſtitero repugnare. Video autem
aliã legẽ in membris meis repugnantem le-
gi mẽtis meæ, & captiuitatẽ me in lege pec-
cati,q̃ eſt in membris meis : & ecce uideo in
me.i.ſentio contrariã legẽ, concupiſcentiã.ſ.
malam,morbo libidinis ſordidatam,obuian-
tem & reſiſtentẽ & præualentẽ legi mentis
meæ,intẽtioni uidelicet animi mei naturali,
& captiuum me ducentẽ in lege peccati,hoc
eſt,in ꝑuaricatione protoplaſti,quæ eſt in mẽ *Rom. 5.*
bris meis:quia per unũ hoĩem peccatum in-
trauit in mundum , & per peccatum mors,
& ita in omnes homines pertranſiuit,in quo
omnes peccauerunt. Ecce quanta mortifera
bella,ecce quæ pericula quantaq; naufragia,
de malo laudabilis & dilectæ ueſtræ concupi
ſcentiæ diabolo ſeminante exorta ſint. Ecce
cuius peſtis onus leue eſſe prædicatis,& iugũ
ſuaue. Sed Paulus,cuius eſtis apertiſsimi ini-
mici,nõ cum illo malum libidinem eſſe ſen- D
tientes, legerat ſcriptum eſſe de iſto malo *Eccleſiaſtici. 40.*
iugo, Graue iugum ſuper filios Adam a die
exitus de uentre matris eorum uſq; in diem
ſepulturæ in matrẽ omnium . Et ideo ꝑdica-
bat fidelibus contra uos de iſto iugo, dicens,

2.Cor.6. Nolite iugum ducere cũ infidelibus.i.nolite æquales effici infidelibus,laudantes cum illis
Esaiæ.5. quod est execrabile, & dicentes quod malũ est bonũ,quia væ eis qui dicunt quod dulce, est amarum:& quod amarũ, est dulce. Bella igitur ista doctor ille gentiũ in fide & veritate secundũ datam sibi sapientiam, cõtra vos, in omni esse genere humano in se deprehendit,& cõtra ea fortiter dimicauit.cũ.n.in ꝑsona sua dicit, Pctm̃ nõ cognoui,nisi per legẽ: &,Concupiscentiam nesciebã: &, Pctm̃ per mandatum operatum est in me oẽm concupiscentiã: &,Ego aũt viuebã sine lege aliqñ: &, Ego aũt mortuus sum: &, Inuentum est mihi mandatũ qđ erat ad vitam, hoc esse ad mortẽ: &, Pctm̃ per mandatũ seduxit me,& ꝑ illud occidit:&,Quod ergo bonũ est,mihi factũ est mors?Absit:&,Pctm̃ per bonũ mihi operatũ est mortem:&, Lex spiritalis est,ego autem carnalis sum venundatus sub pctõ:&, Quod operor non intelligo:&,Non qđ volo hoc ago,sed quod odi illud facio: &, Si autẽ quod nolo illud facio,ↄsentio legi, qm̃ bona est:&,Nunc aũt iam nõ ego operor illud,sed quod habitat in me peccatũ: &, Scio.n.quia nõ habitat in me,hoc est in carne mea bonũ: &,Velle.n.adiacet mihi, perficere aũt bonũ non inuenio: &, Nõ.n.quod volo bonũ hoc facio,sed qđ nolo malũ hoc ago: &, Si autẽ quod nolo illud facio,non ego operor illud, sed qđ habitat in me peccatũ:&,Inuenio legẽ volenti mihi facere bonũ, qm̃ mihi malũ adiacet:&, Condelector legi Dei: &,Video aliã legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuantẽ me in lege peccati,q̃ est in mẽbris meis.Manifeste hæc se contra concupiscentiã bella peregisse testatur, nec tñ gloriatur de proprijs viribus se fuisse triũphum victoriæ cõsecutum. Et ideo cum tde se,pro se,in se,contra tantũ malum infirmatus nullũ victoriæ adiutorium inuenisset displicens sibi,oculos ad Christi propugnacula q̃bus defendi posit eleuauit,dicens, Infœlix ego homo,quis me liberabit de morte corporis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum .Gratia est hæretice, qua liberamur de corpore mortis.i. de motibus concupiscentiæ,quibus corpus nostrum percutitur,vt anima perimatur, non sola virtus propriæ voluntatis. Pergite adhuc per cãpos loquacitatis vestræ, qua tantæ turpitudinis squalorẽ laudare nõ erubescitis, & clamare ſm consuetudinẽ vestrã,dicentes, Libido calor bonus est genitalis,nec est in ea quod pudeat:quia si malũ esse dicatur,nuptiæ iã damnabunt, sine illa.n.non poterit ꝓles existere. Ex hoc aduertãt dilectæ vestræ castissimi expugnatores q̃tumlibet, qđ tm̃ laudare delectat:aut si non liber,cur suadetis vt libeat & castitas expugnat a vobis? Cur bonũ ꝑdicatis,qđ in vobis aduersum esse sentitis?Rogo erubescite. Nemo vnquã qđ sibi est inimicũ, bonum dicere delectat & laudũ ꝓconijs adornare.Fallimini prorsus,& fallitis,imo decepti estis & decipitis.Nõ est iste calor bon⁹, nec genitalis in bonis genitalibus mẽbris, q̃ formauit deus,sed malu svt sæpe dictũ est,authore diabolo ꝑcedente pctõ.Isto calore si vigor mẽtis vr̃æ ad illicita nõ dissolueretur,nõ a vobis tã licite laudaret quin potius sicut a catholicis dãnaretur. Sed iterũ rñdetis,vt superius dixi, tanq̃ clypeo vestro dogmati adhærentes,ne vobis ualeant simplices quos decipitis resistere,& dicitis.Nuptiæ dãnabunt, si libido dãnabit,q̃a absq; illa soboles nõ gignit. Quid ꝑstigiosissimis assertionibus vris diẽ in noctẽ mutare tẽtatis?Quid nebulis serena cõuoluitis?Quid intuentibus lucẽ seruentes in calore turpi,quẽ optimum ꝑdicatis, ut cordis eorũ oculos ꝑturbetis fumi amaritudinem eructatis? Nuptiæ authore deo ualde sunt bonæ,nec dãnatur prorsus,cũ voluptuosa libido damnat. Nuptiæ filiorũ ꝓcreandorum causa sunt institutæ, sicut scriptum est,
Gene.1 Crescite & multiplicamini, & replete terrã: quarũ licitus vsus, nõ in luxuria libidinis institutus est,sed sine illa imperio inhonestissimæ voluntatis, tm̃, vt dixi,causa natorum. Quia Adæ & Euæ ante pctm̃ cũ adhuc.s. in eis morbus iste nõ esset, dixit deus, Crescite & multiplicamini,& replete terrã. Post pctm̃ verò, vt iã superius disputatũ est, sibilo venenosi serpentis cuius callidis decepti sunt blãdimentis, hanc in quietã & mortiferã pestẽ eorũ corpora cõceperunt:& per licitũ vsum posteaquã in paradiso proiecti sunt, in posteros transmiserunt, tanquam peccati sui testimonium hæreditario iure dimittentes nobis,vt ex hoc præuaricatorũ nos esse filios cognoscentes non gloriemur de nobis.i.de na-

tura

tura nostra peccatrice in cõspectu iudicis iusti dei: sed eius misericordiæ, quæ nõ in meritis cõstat, semꝑ colla flectamus, quo dignetur nos in paradisum reuocare, vnde illos merito exules fecit. Et in cõiugatis igitur & in omni homine libido mala est: nonnũquã.n. ad illicita trahit, quia volũtati peccatrici, qua factum est vt esset in membris, contraria est intantũ, vt ipsorũ cõiugatorũ ad illicitũ vsũ ardore sui sic anhelãtes ꝑcipitet mentes. quo eadẽ licentia acti potius q̃ agentes agant. Fit .n. voluntas in continens dum illicita vincitur volũptate, sed venialis est in cõiugatis, malo bene vtẽtibus. Qđ ostendit Apostolus cũ cã continentiæ orationis tempus indicit cõiugatis, & ad ipsum iterũ reuertẽdũ ꝑꝑ in continentiã tentationis satanę ꝑcipit, dicens, *Cor.7.* Nolite fraudare inuicẽ, nisi ex cõsensu ad tẽpus, vt vacetis orationi, & iterũ reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas ꝑꝑ incontinentiam vestrã. Hoc aũt dico scđm indulgentiã, nõ scđm imperiũ. I Damnabilis est vero in adulteris & fornicatoribus, malo male vtentibus. Iam ergo cognoscite vtrũ Apostolus de malo veniam promiserit coniugatis, tam de bono: de malo ad tẽpus orationi vacãdũ abstinere præceperit, an de bono? Erratis prorsus, quia deus qui iussit fieri bonũ, nusquam à bono prohibuit, sed a malo, dicẽs *Psal. 36.* ꝑ Dauid, Declina a malo & fac bonũ. Incũctanter omn ino dicitur, bene vti hoc malo veniali ꝯiugatos filiorũ gignẽdorũ videlicet causa, qui nascunt̃ deo opifice, non de accidentis libidinis malo, sed de bono licentiæ nu*Gene.*ptiarum. Nunquid.n. cum vitis vndiq; deserente agricola fuerit sentibus occupata, & tẽpore suo iacens in dumis produxerit botros, de cõtrariis sibi spinis quibus premitur, vuã produxit? Absit. Sed de naturæ suæ bono, licet spinarum aculeis corruptos, bonos attulit fructus. Similiter & triticum, si natũ circũ quaq; zizaniis operiatur, in quãtũ spicã produxerit, de naturæ suæ bono, nõ de zizaniorũ malo quibus impeditur, bonũ intulit ger- K men: sic filii de naturæ bono boni sũt fructus, nõ de malo libidinis corrumpentis & vitiatis cũ quo nascitur omnis homo. Vnaquæq; ergo res manens in naturæ suæ bono, accidentibus sibi aduersitatibus miserescit atq; torpescit, cultoris semper indigens manu vel diligentia, vt naturæ suæ, cui nihil est contrariũ ab authore suo deo cõ genitum, ualeat r̃ndere. Hoc agitur & ĩ nr̃a peccatrice natura, semper indiget authore & cultore suo atq; conseruatore deo, vt spinis & tribulis zizaniisq; libidinis, vel omniũ malarum concupiscentiarum, quæ, vt sæpe diximus, non authore deo, sed peccãdo contraxit, manu gratiæ suę, quandiu in terrã de qua sumpta est redeat, expiatur, de terra iterũ in nouum seculũ purissima reditura, ꝑ eundem dominũ nostrũ Iesũ Chr̃m suscitata. Iterum ergo iterũq; repeto: Libido mala nihil bonis impedit nuptiis, q̃a nõ ab initio in eius sordibus sunt, sicut iã supra diximus, ordinatæ. Deus.n. qui sine cõcubitu apes fœtare creauit, & agrorum cuncta semina absq; libidine seminare vel nasci decreuit: hominem quoque ex homine si nõ peccasset, per concubitum volũtariũ, nõ per libidinis scortum exoriri in paradiso ꝑmisisset, cui qualiter id contigerit in huius disputationis capitulo, quantum dominus reuelauit, iã me arbitror ostendisse: Ideoq; nuptiarũ licẽtiam bonam valde fatemur, & malam L concupiscentiam in coniugatis damnabilem & voluptuosam esse catholico ora clamamus vestrũq; dogma in eius turpitudine horrẽdũ, sanctarum scripturarum authoritate damnamus. Paulus Apostolus Christi est, non Pela- *Roma. 7.* gius discipulus Antichristi, qui dicit concupiscentiam in carne sua non bonũ habitare, imo apertissime malũ dicit esse. Peccatũ esse statur, stimulum carnis suæ nominat, à quo colaphizari se clamat, ne magnitudine reuelationũ extollatur: cuius malũ cõsiderans in corpore mortis suæ, in quo bellũ intestinũ cũ inuisibili hoste gerebat, remedium salutis suę nullum penitus, nisi gloriam gr̃am dei in Christo Iesu liberantẽ se inuenisse testatur: ip- *2.Co.12.* se dicit scribẽs ad Colossẽses, Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terrã, fornicationẽ, *Colo.3.* immunditiã libidinẽ, concupiscentiã malam &c. R̃ndete huic tanto doctori: cur ea mortificanda ꝑcipit, si naturalia bona sunt? Sed melius in vobis Pelagio & Celestio loquẽtibus, q̃ Chr̃s in Paulo, ecõtrario ꝑdicatis cũ laudabili plausu, dicentes, Viuificate membra M vestra quæ sunt suꝑ terram, fornicationẽ mũdã libidinẽ bonã, concupiscẽtiam optimam. Demens & scđm voluntatẽ tuam in reprobum

bum sensum dimisse hæretice: de istarũ sordium malo, itẽ dicit idem Apostolus scribens ad Romanos, Nõ regnet pctm̃ in vestro mortalis corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Ille in veritate docendo prohibet his immunditiis obedire, tu in errore Pelagiano suades: ille concupiscentiã menti contrariã, pctm̃ vocat, tu eam laudãdo, vel in ea delectando, bonum asseris naturale. Stulti, iã aliqñ sapite, & nolite de tanto malo gloriari, neque mendaces esse aduersus veritatẽ, q̃ per os sanctorũ suorũ laudabilem dilectamq; vestrã cõcupiscẽtiã malã, & libidinẽ punit immundã. Ex his.n. diuersæ tentationes oriuntur, q̃bus p̃ momenta cũ deo placere cõtẽdimus, præpedimur, vt ait apostolus Iacobus, Nemo cũ tẽtatur, dicat qm̃ a deo tentatur: deus.n. intentator malorũ est, ipse aũt neminẽ tentat: vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscẽtia cũ cõceperit, parit peccatũ: pctm̃ vero cũ consummatum fuerit, generat mortem. Videre dilectam vestram simul & laudatam vestram, concipientem dolorem, parturientem peccatum, generantem mortem. Cuius authorem cũ deũ esse prædicatis, sine dubio arguitis tantũ Apostolũ, & deum esse malorũ dicitis tentatorẽ: qua ipse creauit secũdũ vos, vnde tentantur homines, abstrahuntur & illiciũtur: ac p̃ hoc ipse vnde pereãt, fecit: Qđ si ita nõ sentiretis, deũ mortẽ fecisse minime diceretis. Sed audire adhuc repercutiẽtem virga sapientiæ cœlestis, vaniloqua ora vestra eundem Apostolum Iacobum, Vnde, inquit bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscẽtijs vestris, quæ militant in membris vestris? Auditis quale officiũ habeat nimium dilecta vestra concupiscẽtia.i. bella & lites, q̃bus discordare facit corpus & spiritũ vestrũ: & in eius castris hostilibus, atque sub lege mortifera te hæretice militare delectat? Si pacẽ fidei catholicæ sequeris, a turbine bellorũ horũ & litium, quo in cordis tui pelago circũquaque iactaris, ne ad portũ p̃uenias veritatis, facile gratia gubernãte poteris liberari, & cognoscere malũ: qđ in malo positus putas esse pulcherrimũ. Audi & aliũ sup̃ Iesu pectus recũbentẽ, & contestantẽ concupiscentiã nõ esse ex patre deo, sed ex mundo, & eã cũ mũdo transiturã, Ioannẽ dico Apostolũ, Nolite, ait, diligere mundũ, neq; ea quæ in mũdo sũt. Si q̃s diligit mũdũ, nõ est charitas patris in eo: qm̃ oẽ quod est in mundo, concupiscentia carnis est & ꝯcupiscẽtia oculorũ, & sup̃bia vitæ, q̃ non est ex patre, sed ex mundo est, & mũdus trãsit & cõcupiscentia eius. Qui aũt voluntatem dei manet in æternum. Claudite adhuc, si placet oculos cordis vestri ad vidẽdum, & obturare aures ad audiendũ tanti Apostoli ueritatẽ, & clamate dicentes, ne forte dilectæ vr̃æ faciatis iniuriã. Ex deo est cõcupiscẽtia carnis, nõ ex mũdo, & ideo calor bonus est genitatis. Sed q̃d vltra in p̃ferẽdis testimonijs, q̃bus defensio vr̃a p̃batur esse dãnabilis, nitar p̃mulgare sermonem? Quia si oĩa de legis diuinæ thesauris p̃ducantur, tp̃s me deficiet enarrantem. Audire ergo breuiter, nõ breuia, sed crimine in genita caloris vestri amantissimi opera, q̃bus in illicitũ coire præcipiat habetata corda mortaliũ, & erubescite & cõticescite tãdem. Isto calore sucẽsus & turpiter illectus nõnunquã pater inclinat filiã, & operat̃ incestũ: filius etiã patris thorum maculat, quum matris vel nouercæ aliquando miscetur. In sororem frater cupidine dictus incurrit: cognatã nõ erubescit opprimere. Virgo licentiam nõ sustinet nuptiarum, sed stuprum tempore concupiscit illicito. Maritus minime contentus licitis vxoris amplexibus, vteros cõtaminat alienos. Similiter & vxor immemor propri' mariti cubilis, adulterino amore vxoris thorum occupat alienæ. Nam masculi relicto naturali vsu fœminæ, exardescũt in desideriis suis in inuicẽ, masculi in masculos turpitudinẽ operãtes. Horret ẽt plus iis q̃ diximus, dicere, q̃ dũ hõ immemor suę naturę, rationalis irrationali naturæ, & alienæ a sua natura pecudi coire compellitur. Quod de ruina aliquãtorum seruorũ dei & sacrarũ virginũ dicã, q̃ hac tẽpestate naufragia patiũtur? Quid vt de diuersis immundiciis, in quibus eorũ authorẽ ipsum sibi puto pro vobis diabolum displicere? Ecce calor ille amantissimus vester in quas ignominiarum sordes humanas ire illicit & p̃cipitat mentes? Ecce quam illuuiem ẽt in sanctis Christi membris fuisse dicere non tremuistis? Ecce cuius obscęnitatis, & turpitudinis estis acerrimi laudatores, impudentissimi defensores, & si non fallor, cum adhuc

non

Marginalia: Rom.6. — Iacob.1. — A — Iacob.4. — B — 1.Ioan.2. — Mala concupiscentia. — C — Rom.1. — D

non displicet,forsitan & factores. Quis.n.de vobis bene sentiat , quos de tanto malo bene sentire cognoscit? Si igitur in vobis vllus est pudor,si honestas aliqua, si castitatis intẽtio, tantã mali necessitatẽ.i. cõcupiscentiã carnis sordibus libidinis mixtã,bonã dicere & laudare desinite:cuius authorẽ non deũ, sed diabolũ esse credite,p̄cedente ꝓtoplasti pctõ: & ꝙ eã voluntas humana in turpissimis motibus refrenare nõ valeat,nisi singularis grã ꝑ Chrm dñm nostrum subuenerit saluatoris.

AD ARTICVLVM QVINTVM, Liber quintus.

ITem, inquiunt, paruulos nõ trahere originale peccatum neq; perituros à vita æterna,si sine sacramẽto baptismatis ex hac vita migrauerint. Rñdemus, Multũ qdẽ iam de originali pctõ, quo & paruuli tenent obstricti, superius disputauimus:a luce veritatis oñdimus oẽ humanum genus hoc vitio claudicare . Dei ẽt filiũ in similitudine carnis peccati ob hoc venisse,vt morte sua ꝑ crucẽ vinceret mortẽ, & gratia sua gratuita, nostra vulnera curaret.Veruntñ falsa esse de paruulis hæretice,quæ p̄dicas, non solũ nostra,sed & eorũ,saluatore Christo iuuante scripturarũ,authoritate cõuincã . Quid igit̃ apertius, ꝙ paruuli Adæ pctõ nascantur obnoxij dici potuit , q̃ quod dictũ est per Dauid, Ecce in iniquitatibus cõceptus sum,& in delictis peperit me mater mea ? Ille.n.cum adulterium defleret, & homicidiũ quod Bersabee causa cõmisit,hanc veritatẽ in suæ confessionis gemitu eructauit:tanquã diceret. Nõ ꝙ ex hoc solo facinore perpetrato peccator sim,qui antequam id facerem sine peccato non eram, imo iam peccator ab vtero matris meæ erã: Ecce in iniquitatibus cõceptus sum,& in delictis peperit me mater mea. Vitiũ ergo peccati seminatus & conceptus de parentibus sumpsi , per qđ adulteriũ & homicidiũ propria peccata pergit, Cũ.n.subiungens, inqt, Ecce veritatem dilexisti:peccata propria voluntate cõmissa fatetur, quia veritatem dicit, deo pœnitus,qñ nihil illi de cõmissis suis sceleribus celat: nõ ꝙ sĩ volũtatẽ celauerit,deus ignoret,sed veritatẽ sibi ab eo dici vult,vt veniã cõsequantur. Si vero aliqua mẽte exciderunt,cõfiteatur veritatẽ deo , & cũ generaliter dixerit. Deus qui nosti occulta cordis, tu scis opera mea,& delicta mea a te nõ sunt abscõdita: quibus veniã largiaris:& hæc utique est veritas cõfitentis q̃ diligit deus . Eua ergo peccatũ a diabolo mutuauit,Adã cõsensu cautionẽ fecit,vsura posteritati creuit . Hinc est, ꝙ infans in vtero matris hæreditario iure cõstrictus ante promittat debitũ q̃ cautionẽ patris agnoscat, vel debitorẽ ẽt genitorem. Huius chirographi vsurę sunt,illę malignissimę passiones , quibus tã maiorũ ætate q̃ paruulorũ animæ deprimuntur , à quibus liberari neminẽ posse nisi ꝑ Chrm Dauid ipse,qui in inquitatibus cõceptũ & in delictis natum se esse dicit, oñdit, cum in septuagesimoprimo psalmo de persona Christi loqtur dicẽs, Liberauit pauperẽ a potente, & inopẽ cui nõ erat adiutor,i.humanũ genus diaboli dñatu. Parcet pauperi & inopi , & aĩas pauperũ saluas faciet. Ex vsuris & iniqtate liberauit animas eorum: Xp̄s vtiq; Adæ debitũ,qđ nos vsuris obligauerat, soluit,cũ nullis suũ corpus peccatis obnoxiũ in patibulo crucis suspendi ꝑmisit:ipsius.n.in psalmo vox est, Quæ nõ rapui,tunc exoluebã. Qua ꝑ ꝑ ipse ex vsuris & iniquitate & paruulorũ liberat animas, quia vt dicit Apostolus,Vnus pro oĩbus mortuus est: Et iterum:Ergo oẽs mortui sunt:& si oẽs mortui sũt,stimulo vtiq; mortis ꝑcussi, mortui sunt,qa stimulus mortis peccatũ, Dic ergo q̃renti mihi , Si peccatũ paruulus nullum carnaliter natus attraxit, cur breuis dierũ sorte mortui astringitur? Quia vbi pctm̃ nõ est, vtiq; mors esse nõ debet . Non.n.me fingẽte, sed Apostolo p̄dicante dictũ est, Per peccatũ mors ac per hoc ẜm errorẽ vestrum,iniquus deus,ut mori paruulũ patiatur nõ habentem pctm̃ per qđ posset uita priuari . Sed ad illam fallaciã dogmatis vestri respiciens,cui iã superius rñsum est,inquies mihi , Deus mortẽ fecit,quia mortalem hominem fecit:peccatũ autem non fecit, quia in primordio hominem prohibuit ne peccaret : imo quod aliud dicitis cum deum mortem fecisse creditis,nisi & peccatum deus fecit , vt per peccatum mors intrare possit in mundum,qa vt quod item est repetendum dicente magistro gentium,

Psl.50. Rom. F Psal.78. Psal.71. G Psal.68. 2.Cor.5. 1.Co.15. Iob.14. Rom.5. H

tiū, Per pctm̄ mors; rn̄detis, Absit deus pctm̄ non fecit: ergo occasionem peccandi homini tribuit, vt opus eius. sicut dicitis, mors hoī posit cōtingere. Sine pctō.n. mors esse non poterat, qa velitis nolitis, p pctm̄ mors. Nec occasionē, vt dicitis, peccandi deus homini dedit, quo mori posset, sed mortalem fecit. Iā responsum est scriptū esse. Deus mortē non fecit, nec lętatur in pditione viuorū. Et item, Deus creauit hoīem inexterminabilē. Si ergo pctm̄ non fecit, nec occasionem peccādi homini dedit, qđ recte dicitur, bonum mortis ſm uos, quod recte dicitur, qūo per malum peccati ab hoīe potuit peruenire? Quid.n. luci cū tenebris, aut pars iustitiæ cum iniquitate? Videte iufęlices, si tn̄ videre potestis, quas amicitias inter deū & diabolū faciatis, quod absit a dn̄o. Deum.n. mortē fecisse dicitis: diabolum peccatū, si tn̄ vel hoc assignatis diabolo, miscuerunt opera sua, & cōsensu tanquā sibi in auxiliū veniētes, vt hoīem vita priuare possint, & ideo dictū est, Per pctm̄ mors. Iā hoc aduertite, immo qui sani sunt sensu aduertāt, qa soletis nos dicere Manichęos, qa nostrū sit Manicheæ pestis affertur nos, q nihil cōe luci ad tenebras diximus: an vos, qui opus lucis, vt putatis, i. mortem opere tenebrarū diabolo, i. peccato cōfunditis? Nisi.n. credideritis mortē & pctm̄ vtraq; esse mala, & nullius horū authorē esse deū, sed diabolū delinquentibus protoplastis inflixisse, prorsus Manichæos adiuuatis, immo estis similes Manichæis, Manichæus aūt non credit, sed catholicus dicenti Paulo, φ per vnum hominem pctm̄ intrauit in mundū, & per peccatū mors, & ita in oēs hoīes ptransijt, in quo oēs peccauerunt. Hæc est fides nostra, fatemur incunctanter pctm̄ in paruulis, & per peccatū mortē pertransisse in oēs hoīes. Et paruuli natura homines sunt, quia propter peccatum quod in eos non actione, sed vltima conceptione pertransijt, moriuntur. Non.n. morerentur, si cœno peccati non alerentur. Per peccatum enim vt sæpe est repetendū, mors: Non sine peccato hac morte, ne in æternum pereant, morte dn̄i redimuntur. Hoc cœno peccati quo nascuntur squalidi, vt in regnū cœlorū ingrediantur immaculati, immaculato per baptismū sanguine Christi mundantur. Audi & alterum, dei sapientiam inquirentem, & per illam veritatē mortalibus prædicantem. Audi aliter qdem q̄ Dauid loquentē, sed nō aliter pphetantē, in vno vnico spiritu vera dicentē, φ Adæ peccato & paruuli nascendo premantur. Dauid.n. inquit, vt supra iā dictū est, Ecce.n. in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: iste ait in libro Ecclesiastico, Graue iugum super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ in matrē oīum. Quod est hoc graue iugum, nisi peccatū? Et quare dictum est iugum, nisi quia ex duobus Adam & Eua ueniat, vel duorū premat & cōterat colla, i. masculi & fœminæ, malorum videlicet atq; impiorū, quia in vtroq; sexu iugum sunt. Ideo ait generaliter, Graue iugum super filios Adam. Dicēdo ergo, super filios, ætates non discreuit uel sexus, & cōparando iugū peccato, propter Chr̄m: qui vt cæteri ex vsu coniugatorū natus non est, oēs cæteros esse peccatores ęquauit. Hoc iugo, i. originali peccato reuincti maiores atq; minores, uitio ex ipso orti, tāquam aratrū trahimus quādiu sumus in mortis corpore, cuius cupiditatis uomere proscinditur, hoc est corrūpitur terra nostra. Propter quod in libro Sapientiæ dictum puto, Corpus autē quod corrumpitur aggrauat animā. A cuius uita, labore & onere, uel aratri corruptione ut requiescat, nemo soluit propria uoluntate & potestate, nisi ab illo iuste iudicante & indebite miserante, qui ait, Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugū meum super uos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. Iugum.n. meū suaue est, & onus meū leue: qūo uero ad eum uocati eant, ipse ostendit, dicēs, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum: pro iugo peccati aspero & graui, quo carnaliter nati pmuntur, uocatis tollendum super se iugum suaue, & onus leue pcipit. Superius iam diximus, cur peccato iugū sit comparatum: nunc spiritale Christi iugum & onus intelligere debemus, charitatē esse dico, qua iubemur diligere deū & pximū, quia in his duobus pceptis tanquā in iugo, lex oīs pendet & Prophetæ: Quid.n. suauius ac lenius charitate, qua nos diligens deus, per mortem filij sui ex duobus populis Iudæis. s. & gentibus uinculo gratiæ in unitate

Sapiē. 2.
Sapiē. 2.
2.Cor.6.
I
K
Psal. 50
Eccl. 40
L
Sapiē. 9.
Mat. 11.
Ioan. 6.
Mat. 22.
M
Ephe. 2.

tate fidei coniugauit,& fecit vtraque vnum.
M Chri itaq; iugũ ceruices,quas presserat iugũ peccati,suspendit,nõ premit, ad cœlũ leuãs: q̃a charitas sine qua nemo ꝓmeretur deũ,nũquã cadit,& cooperit multitudinẽ pc̃torum. 1.Co.13. Ipsa est ẽt onus leue quã qui habuerit, deum portat;q̃a charitas deus est. Ideo & Apostolus,Glorificate,inq̃t, & portate deũ in corpe vestro. 1.Co.6. In hac vocatione sunt & paruuli,qui assumuntur in fide credentiũ, nõ obedientia uoluntatis , sed dilectione nimia charitatis. Psal.67. Propter qd̃ in Psalmis dictũ est de ipsis, Etenim nõ credentes inhabitare dñm deũ. Sup quos nisi fuerit dono gratiæ charitatis iugũ suaue & onus leue Christi , requiescere a labore & onere originali iugi non pñt.Grauãtur.n.in labore & onere diuersarũ passionũ, quas eos in lacte positos perpeti videmus & stupemus.Vexantur.n.nonnunq̃ a dæmonibus diuersis doloribus & vulneribus cruciãtur,multisq;,vt dixi, erumnarũ generibus af A fliguntur:& in his omnibus cũ q̃d patiantur hoc dicere nõ possint,tñ pœnis se cruciari varijs quodãmodo loquunt,cũ aculeo puncti dolorũ,cõfusos uocũ eiulatus emittunt.Qui si minimè stimulo ꝓtoplastorũ percussi , ex quorũ peccatrice carne peccati caro sunt,patiuntur ſm errorẽ vestrũ,deus q̃ talẽ fecit naturã, vt pœnalibus aĩa passionibus cõuexet, crudelis est,aut certe iniustus, vt innocentiã sanctã & nullius penitus erroris obnoxiã tantis pmittat vrgeri periculis,& in ipsis nõnunquã uita priuari. Quod nisi eos peccati originalis causa pati credideritis sine dubio deũ,q̃ Gen.5. valde bona oĩa fecit arguitis. Sed absit ut sit iniquus,inferens irã, immo iustus iudicia faciens:Pœna.n.peccati est ut pœnis plectanť, nõ in actu sed ortu paruuli pc̃tores.Quia,Ec Psal.50. ce.n.iniquitatibus cõceptus sum, & in deli Ecclesiastici.40. ctis peperit me mater mea:&, Graue iugum sup filios Adam a die exitus de vẽtre matris eorũ , vsq; in diẽ sepulturæ matrẽ omnium: nõ ego fingens,sed Prophetæ dei spiritu ueritatis sancto acti dixerunt. 2.Pet.2. Audi & aliũ athletam fortissimũ per oĩa diaboli flagella transeuntẽ,& patiẽtia sua eius impatientiã superantẽ,beatũ Iob dico,quid spiritu dei quo ꝓbatus & fortis est factus, de humanæ naturæ senserit labe , ẽt & paruulos dicens a peccati sordibus immunes esse non posse , hosq; ad ducendos in iudiciũ corã deo, Homo,inq̃t, Iob.14. natus ex muliere,breuis vitę & plenus iracũdia,& sicut flos cũ floruerit, decidit, fugitq; ut vmbra,& nõ permanet. Nõne ẽt huius curã habuisti , & hunc fecisti venire in iudiciũ corã te?Quis.n.erit mũdus a sorde? Ne vnus q̃dem,ẽt si vnius diei fuerit vita eius sup terrã.Est ne aliq̃d dubitandũ,tam clarissima authoritate,paruulos peccati illuuie maculatos esse nascentes?Cũ.n.dicit. Nõne ẽt huius curã habuisti, & hunc fecisti venire in iudiciũ B corã te, statim pp iudicia iustissima dei cur in iudiciũ ueniat , causam pcedentẽ oñdit? Quis.n.inquiens ,mundus a sorde ? Ne vnus q̃dem est, ẽt si unius diei fuerit uita eius sup terrã . Id aũt est pp peccati sordẽ, quã trahit a peccante natura, qua nascitur immũdus in mundo. Hæc secundũ Septuaginta interpretũ editionẽ q̃ ex Græco in Latinũ sermonẽ versa est,posuimus.Audite apertius ad suggillationẽ uestrã idipsum , qualiter ex Hebræo uerbo sit in Latinũ translatũ. Quis,ait,potest facere mundũ de immundo conceptum semine? Nõne tu qui solus es? Est ne deinceps contentio,Immo esse debet a uobis cõtradictio?Audis de paruulo dici.Quis potest facere mundum de immundo conceptũ semine, nonne tu q̃ solus es:& adhuc dubitas baptismũ Christi per gratiã haberet, qd̃ mundet in paruulo? Nisi.n.esset immundus,nõ diceret,Quis põt facere mundum:sed cũ addidit, de immundo conceptũ semine: parentũ sordidatũ dicit esse peccato,quorũ sunt immunda semina,non cõditione naturæ, sed pŭaricantis vitio ꝓtoplasti.Siue igitur Septuaginta ex Hebræo in Græco,siue alius similiter ex Hebræo in Latino sermone , unũ atq; idem, & si mutatis uerbis, nõ tñ ueritate, paruulos C peccati sorde reos esse dixerũt. Quam.n.iniustitiã, sicut sæpe pro diuersitate propositarum a me causarum interrogaui,apud deum dicitis,ut nulla existente causa secundum errorẽ uestrũ, sicut supra diximus dixisse Iob, paruulus breuis uitæ & plenius iracundia sit: cum quid sit ira rationis usu omnino nesciat : uel quare ut flos cecidit fugitque ut umbra, & in uita multorum dierum siue annorum non permanet,sicut nouimus multis contingere paruulis:uel cur eum ad iudicium uenire coram se facit, cum manda-

tum legis eius non cognouerit faciendum, nec cõtempserit voluntatẽ. Hoc vtiq; vos, vt dixi, iniuste paruuli patiuntur a iusto iudice, si nulla peccati contagione tenentur obnoxij. Sed quantalibet latitudine mãdatorũ vestrorũ verbis muros heresi vestræ circũquaq; cõstruatis, ventus cuius est impulsus gratiæ, in omnibus totum quassat & destruit. Vnde repugnatis atq; cõfiditis? Quia iustus dñs nihil facit iniustũ, & verax nõ põt esse mẽdax. Paruuli vtiq;, vt dicit Apostolus, natura filij iræ sunt, Adæ.s.parentis, sicut sæpe diximus, offensione, cõsensione. Non.n. dicerẽtur filij iræ nisi iram.i. peccatũ primi plasti, q̃ peccãdo deũ ad irã primus in genere nostro ꝓuocauit, traherent seminati. Ideo dictũ est, Quis .n. erit mundus a sorde? Ne vnus q̃dem, ẽt si vnius diei fuerit vita eius sup terrã. Vel sicut dictũ est alio modo, tñ idem, Quis põt facere mundũ de immundo cõceptũ semine? Nõne tu qui solus es? Ob hanc igitur solã sordem peccati quam trahit, non de coniugij bono, sed de libidinis malo, paruulus breuis vitæ

E plenus iracũdiæ est. Decidit ẽt vt flos, fugitq; vt vmbra nec permanet, atq; in iudiciũ corã dño veniet iudicandus. Cui nisi baptismi gratia per Christum subuenerit, disperiet de populo Christiano. Sicut lex periturum dixit paruulũ de populo Iudæorũ, nisi die circuncisus fuisset octauo. Scriptũ est.n. Infans qui octauo die circuncisus non fuerit, disperibit anima illa de populo suo. Dic igitur mihi, A quo facinore circuncisio paruulos liberat? Aut quare incircuncisi de populo dei anima peribat, si nihil, vnde sanaretur vel disperiret, habebat: quin potius parentibus eius nisi incircuncisus fuisset, debuit ꝑtendi perditio, q̃ vsum obedientię & liberi habebant arbitrij, & nõ paruulo ignoranti bonũ & malũ? Sed esto ꝙ parentes ob hanc negligentiam, quod scriptum non est subeant perituri supplicia, nunquid damnatis illic si incircuncisus mortuus fuerit paruulus, animæ poterit interitũ

F abolere? Deus enim locutus est, non homo, dicens, Infans qui octauo die circuncisus nõ fuerit, dispereat anima illa de populo suo. Narrare ergo si potestis, dei iustitiam in qua multum vos posse iactatis, imò totum posse naturæ viribus, cur disperdat innocentiam incircuncisam, quidve circuncidi iubet, si nulla donantur circũcisione delicta? Rñdetis planè, Iustus deus in iudicando. Hæc.n. soletis quasi diligẽtes deũ dicere; sed ore vestro, corde aũt mentientes ei. Si itaque iustus deus in iudicando, rogo dic causam incircuncisi paruuli perituri. Actualis certe nulla sunt ei⁹ delicta. Quæ.n. esse poterunt octo dierũ? Trahere eũ originale pctm̃, & p p hoc damnari, credere nõ vis. Vnde iniusta dei iudicia? Dic iam aperte. Iniustus deus & impius, vt damnet paruulum, quem damnabilis nulla causa ꝑcessit. Nec.n. aliud in cordis tui tenebris sentire cognosceris, si tñ incircuncisum teste dei lege fideli, perire paruulũ credis. Aut si de vobis aliud sentiendũ eũ, iudicent orthodoxi. Sed more illo vestro veritatis videlicet luce deserti atq; refelliti. Deus, inquitis, præscius operũ eius malorũ q̃ facturus erat ætate ꝑfecti, periturũ dixit de populo suo. Itane Pelagiane insane, deus q̃ iustus est in oĩbus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis, pro huiuscemodi credendus est incircuncisum paruulũ iudicare, vt tanq̃ factorẽ pro non factis sceleribus puniat tp̃s imputet quoddam vbi vita nõ vixerit, vbi velle & nolle nõ fuit voluntatis? Absit hoc apud iudicẽ iustũ, qui vnicuiq; vel obedienti vel contẽnenti vsu liberæ voluntatis reddit ẽm opera sua. Paruulo aũt incircũciso solũ pro delicto, quod est opus diaboli, quod ex Adã seminatus attraxit, & circuncisione fraudatus nõ caruit, hoc in paruulo deus odit & punit: ita nunc fit in populo Christiano. Circuncisio.n. illa octaui diei, figuram resurrectionis dñi saluatoris, & gratiã baptismi gestabat. Vos aũt, & si paruuli baptizati nõ fuerint, vitã illã æternam ꝓmittitis, q.a.s. Christi eis gratiã baptizatis nihil auferre, cõferre creditis nihil. Si.n. intelligeretis quare dixerit dñs, Non opus est sanis medicus, sed male habẽtibus: crederetis vtiq;, nõ eos sanos, sed vulneratos medico saluatori ad stationẽ baptismi sanandos offerri, nec habituros vitam, nisi ipsius qui est vita, manducauerint carnẽ, & sanguinem biberit. Ipse enim dixit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam æternam in vobis: & qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Quomodo igitur vitam regni cœlorum promittitis

Gen. 17.

Psal. 4.

G

Gen. 17.

Matt. 9.

Ioan. 6.

H

tis paruulis, non renatis ex aqua & sctũ sancto, nõ cibaris carne, neq; potatis sanguine Christi, q fusus est in remissionẽ peccatorũ? Eius.n.edictũ est, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum. Intrare quippe ĩ regnũ cœlorum non aliud est, quàm uita beata uiuere, quę pmaneat in secula seculorũ. Ecce non baptizatus, uitali ẽt cibo poculoq; priuatus, diuiditur a regno cœlorũ vbi fons uiuentiũ pmanet Xps. Da mihi pter hũc alterũ locũ, vbi uitæ possit requies esse perennis. Primũ.n. locũ fides catholicorũ, diuina authoritate regnũ credit esse cęlorũ, vnde, vt dixi, non baptizatus excipitur Scd̃m, gehennã vbi omnis apostata vel a Christi fide alienus æterna supplicia experietur. Tertiũ penitus ignoramus, imo nec esse in scripturis sãctis inueniemus. Finge Pelagiane locũ, ex officina puersi dogmatis tui, vbi alieni a Xp̃i gr̃a vitã requiei & gloriæ possidere paruuli possint. Dextera est iusti iudicis sedẽtis & sinistra, regnũ est & gehenna, vita est & mors, iusti & iniq. In dextera igitur iusti sunt cõstituti: ĩ sinistra operarij iniquitatis. In regno requies baptizatorũ: in gehenna pęna incredulorũ. Vita ad lætitiã gloriæ: mors ad fletũ & stridorẽ dẽtium. Iusti in regno patris cum Christo; iniq in igne ęterno parato diabolo, & angelis eius. Sed hoc dicẽs, nõ diuisiones locorũ multorũ dedi, nisi duorũ tantũ, quoniã ad duo regnũ videlicet & gehennã hæc omnia referuntur, etiam si plura dicantur: dextra.n. vita iusti: vel, sicut dixi, addamus iustitia, sanctitas, beatitudo, & cætera bona ad regni cœlorũ requiem referuntur. Sinistra vero.i. ij qui sinistræ astabunt, iniq, mors, iniustitia, dolositas, impietas & quãtalibet mala ad gehẽnæ tormẽta, vbi mors quæ secũda dr̃ nõ finitiua, sed cruciatu durabilis erit. Qui baptizatus ergo nõ est, in ijs quæ regni cœlorũ sunt, nõ põt reperiri. Et si non ibi, q̃a vere non ibi, putasne. Pelagiane, iã sentis vbi, aut certe dic vbi? Responde more illo solito: dñs, inquit, In domo patris mei mansiones multæ sunt. In his mansionibus, mansiones habẽt vitæ & refrigerij non baptizati paruuli. Hiccine est putas ille tertius locus, quem fingendum ante paulúlum ex officina dogmatis tui poposcerãt? Percutiat hoc opus virga sua ferrea Xps, qua gẽtes hæreditatẽ suam & possessionẽ suã terminos terræ regit: quã probat vasa misericordiæ suæ, & reprobat contumeliæ, vt si manserit inquassatum, permittat illic susceptos vestros qbus sine illo vitã promittitis paruulos habituros. Dic age, adesto assertioni tuæ, refelle meã. Mansiones istas multas quas in mediũ protulisti de thesauris euangeliorũ, certum est veritate dicente esse apud deum patrem. Sed quæro abs te, vtrũ sint in regno cœlorũ, an foris? Pater.n. deus in regno cęlorũ est, & illic sunt hę vtiq; mansiones: Si vero in regno cœlorũ nõ sũt, ergo pr̃ alienus est a regno cœlorũ: q̃a vt dixi, vbi pater est ibi & multæ sunt mansiones. Quid dicis hæretice? Vnũ elige ex duobus cuius partis defensor existere possis. In regno pater & mãsiones, an extra? Si dixeris, in regno: perdidisti locum, quẽ multa fabrica ueras arte paruulis. Nó.n. intrat in mãsiones istas non baptizatus, quia qui dixit, In domo patris mei mansiones multæ sunt: ipse dixit, Qui nõ renatus fuerit ex aqua & spũ sctõ, nõ intrabit in regnũ cœlorum. Ecce virga fortis Xp̃i, qm̃ comminuit corpus tuũ. Si aũt dixeris, foris, attẽde q̃d respõdeas Manichæo. Ali quo.n. bello s̃m te superatus, ab aliquo pater exceptus est de regno cęlorũ, nec ad eũ opus filij sui pertinet baptismus paruulorũ, nec ad ipsum etiã mansiones patris, ac per hoc diuisum est regnũ eorũ, Xps.n. recipit baptizatos in regnũ cœlorũ: pater non baptizatos in mãsiones loci sui. Ecce quales sensus imprægnata a diabolo peperit hæresis vestra: ecce officina illa Pelagiana, siue Celestiana, de qua nimiũ docti & acutuli ad interitum pcelsi stis, qualem locũ miseris paruulis fabricauit, vt & pater videatur regno exclusus, & Christus a mansionibus patris? Quid deinceps a vobis decepti facient paruuli, quos catholica ratio sine medico Christo in mãsiones patris uobis docentibus non sinit introire? Quibus dum absque Christo promittitis vitã aufertis vitã dũ sanos pollicitatiõe ad mortẽ p ducitis, dum spondetis requiẽ, præcipitatis ĩ gehennam. Mansiones igitur istæ apud patrẽ nõ sunt diuisæ cellulis ad habitandũ iustis, sed coniũcta charitate bonũ præmia meritorum, quæ sunt in regno cœlorũ, quod est in diuisum in possessionem vnicæ concordiæ

Ioan. 3. Purgatorium. I Ioan. 14. K Psal. 2. Ioan. 14. Ioan. 3. L M

deitatis,patris & filij & spiritus sancti :& nõ
M est ut quoddã grande palatiũ unde concludi
aut excludi possit: nec terminum hẽt qũo re
gnũ terræ, vt vltra regnãdi non hẽat ptãtem.
Ipse.n.qui implet oĩa & excedit oĩa,pater &
filius & spũssanctus,deus vnus est,oĩa in oĩ-
1. Co. 15 bus,vnũ potẽs,atq; oĩa potens,cuius regni fi
Psal. 95. nis nõ est, Magnus.n.dñs & laudabilis nimis,
& magnitudinis eius nõ est finis: & regnum
eius regnũ omniũ seculorũ,& dñatio eius in
omni generatione & ,pgenie. In parte uero
gloriæ sanctorũ & beatitudinis vitæ æternæ
diuisum a gehenna dici tm̃ potest,vnde im-
pij & pctõres omnisq; non baptizatus est se
paratus,& parti gehẽnæ est mancipatus , dei
aũt potẽtia nõ in parte est,& in parte nõ est,
qa & sanctorũ requiei & peccatorũ damna-
tioni ipse regnat in secula seculorum. Sinite
itaque paruulos venire ad Christũ vitã,vt eis
perditã per Adã medicina sua redonet vitã.
Luc. 19. Venit.n.non inaniter q̃rere & saluare quod
perierat:nos videbit p̃scientia sua futuros hæ
reticos, vosq; increpabat in Apostolis suis,di
cens , Sinite infantes venite ad me, & nolite
eos prohibere:talium est.n.regnũ cœlorum.
A Talium ad cõparationẽ videlicet ad se veniẽ
tiũ dixit, nõ oĩum paruulorũ generaliter , ẽt
Luc. 18. & qui in eo renati nõ sunt:ideo inquit,Sinite
paruulos venite ad me:i. nolite eos credere
me nõ indigere,non.n. possunt venite in re-
Ioan. 14. gnũ patris mei nisi per me. Deniq; ait , Ego
sum via veritas & uita,nemo venit ad patrẽ,
nisi per me. Qũo eos ergo non baptizatos in
dono mansionũ patris mansuros creditis , cũ
nemo vadat ad patrẽ,nisi per Chr̃m, qui via
est:nemo æternã habeat vitã, nec maneat in
ueritate , nisi per ipsum qui vita est & ueri-
Ioan. 15. tas? Sine me,inquit,nihil potestis facere. Nã
sicut nemo uenit ad patrẽ , nisi per Christũ:
sic nemo saluandus uenit ad Christũ, nisi at-
Ioan. 6. trahente patre. Ipse.n.dixit, Nemo uenit ad
me,nisi pater qui misit me attraxerit eum.Et
venire ad patrem & filiũ nemo põt,nisi ope-
rãte spiritusancto patris & filij qui ubi vult,
Ioan. 3. spirat , & gratiam diuide singulis prout vult
1. Co. 12. quam gratiam non a se dissociatam , sed in-
diuisa manu atque potentia in homine tota
unus deus & trinitas operatur . Quisquis er-
go opus in se non habet trinitatis,i. baptismũ
salutarem,æternam vitã cum uiuentibus san
ctis in regno cœlorum non põt adipisci. Ba-
B ptismum.n.Christi opus est trinitatis,qa ipse
Colo. 2. est,dicente Apostolo Paulo , plenitudo diui-
Acto. 4. nitatis:& non est,sicut & Petrus dicit in Acti
bus Apostolorũ in aliquo alio salus , Nec.n.
nomen aliud datum est sub cœlo hoĩbus, in
quo oporteat nos saluos fieri. Ecce princeps
Apostolorum Petrus in ueritate loquitur ue
ritatem,in nullo alio nomine hominibus da-
tam sub cœlo salutem, nisi in Christo. Tu in
mendacio da nomen aliud quod saluare pos
sit paruulos minime in Christi noĩe,qui est,
ut dixi,plenitudo diuinitatis,baptizatis.Quis
quis.n.in Christo tingitur,in noĩe patris & fi
lij & spiritussancti, quòd est plenitudo diui-
nitatis in remissionẽ peccatorũ salutis gratia
baptizatur. Et nos,inquies,sicut aliquoties a
vobis audiuimus, in remissionẽ peccatorũ,
tam maiores ętate quã paruulos baptizamus.
Et cum uobis ita contradictũ fuerit a nobis,
ergo est peccatum in paruulis quod eis in sa-
cro baptismate remittatur:respondetis,nullũ
tantum in adoptione filiorũ baptizantur,ha-
bet.n.in eis gratia qđ adoptet,non habet vn-
da quod diluat:,ppter solã uero symboli for-
C mulam ut tradita cõsuetudo seruetur,tingun
tur in remissionẽ peccatorũ. Maiores aũt ,p
pter qđ usu liberi arbitrij peccata cõtrahere
potuerunt in remissionẽ peccatorũ baptizaĩ.
O cæca uestrorum sensum corda . O magi-
sterium quod obuolutum mortali nebula uo
bis diabolus propinauit: Quis hæc catholico
rũ sapientissimus ferat? Quis uos nõ horreat
potius nominare q̃ cernere, ut uerbum dei fi
dele in parte ueri , & in patre mendacij esse
prædicetis,i. maioribus uerax,quia uere in re
missionẽ peccatorũ baptizantur: in paruulis
aũt mendax,quia sic in remissionẽ pctõrum,
uel non in remissionẽ peccatorũ tingantur:
quando iam uel quid a uobis dicitur uerum,
ut diceretur,ꝙ in illo loco ubi ueritas Chri-
stus in spiritusancto baptizans curat om-
nes ad se ueniẽtes peccati uulnere sauciatos,
deo mendacium dicere non timetis ? Verba
nanq; dei sunt symboli uerba , non se fefellit
deus tradens ꝑ Apostolos suos Ecclesiæ suæ
sanctæ catholicæ,credentes in remissionem
peccatorum baptizari. Vt quid.n. iussit in re-
missionem peccatorum,si non facit uere re-
missionem ? Imo ideo iussit,quia facit. Est

enim

D enim deus verax, omnis autem homo mendax. Omnino in remissionem peccatorũ baptizantur & paruuli, alioquin non habebunt in regno cœlorum vitam. Dimittitur enim eis regeneratione spiritali, quod traxerunt, vt sæpe dixi, ex Adam generatione carnali Stulte hæretice, respice ad Iesum, qui propter ea vocatus est Iesus, id est, saluator: quia sic dicit Euangelista Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorũ. Attẽde edicti eius, Nõ opus est sanis medicus, sed male habentibus, & aduersus eum falsum de paruulis dicere conticesce, qui eis potum non sanis, sed ægrotantibus baptismum in suo sanguine procurauit, qui propterea catechizantur & exufflantur, ac baptizãtur, vt princeps huius mundi diabolus ex eis foras mittatur. Aut si nõ illis diabolus exufflatur, cuius opere, id est, uitio peccati per Adam tenetur obnoxij, dicite cur imagini dei fit iniuria? Verum opinor, quod eis baptismo vestro baptizandis minime exuffletis, ne non imagini dei, sed diabolo faciatis iniuriã. Aut si exufflatis nullũ, ut putatis, crimen habentibus quẽ in eis vrgeatis edicite. Exufflatur ergo & increpatur in eis in catholica Ecclesia opus diaboli, non quod ipsi sunt, sed qđ in ipsis est. Ipsi enim quod homines, opus dei sunt: quod vero in ipsis est peccatum, opus diaboli est: hoc est, qđ in illis odit deus non ipsos opus suum. Ob hoc si indebita gratia eius per baptismum mundati non fuerint penitus Christianorũ vitam non habebunt, & in regnum cœlorum non ingredientur. Erunt autem illic vbi circuncisi paruuli Iudæorum. Duas sane fides & duo baptisma vos habere, si ipsi in tenebris ambulantes non cognoscitis, catholicorum nullus ignorat. Alia enim fide, vt superius ostendi, vobis dicentibus, baptizatis ætate maiores: alia paruulos, cum .s. verbum eos in remissione peccatorũ baptizatos percipere corde nõ credatis. Nos vero anathematizantes vos, Paulum in quo locutus est Christus, auscultamus prædicantem, & sequimur, qui unum corpus & vnum spiritum esse dixit Ecclesiæ catholicæ in Christo, unam fidem, vnum baptismum, vnum deum & patrem omniũ, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis.

Rom. 3. *Ibid.* *Matt. 1.* *Matt. 9.* *Ioan. 12.* *Ephe. 4.*

LIBER SEXTVS RESPONdens Articulo Sexto.

